BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XXII
H
6
NAPOLI

D. DIDACI YBAÑEZ
DE FARIA,
ADDITIONES
AD
COVARRUVIAM.

D. DIDACI YBAÑEZ

DE FARIA,

V. I. P. ET REGIJ SENATUS
Supremorumque Tribunalium in Hiſpana
Curia Advocati,

ADDITIONES,

OBSERVATIONES ET NOTÆ
AD LIBROS VARIARUM RESOLUTIONUM
ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI D. DIDACI
COVARRUVIAS A LEIVA,
EPISCOPI SEGOBIENSIS,
AC SUPREMI CONSILIJ CASTELLÆ PRÆSIDIS,
NUNC PRIMUM TYPIS LUGDUNENSIBUS
longè quàm antea elegantioribus, in lucem prodeunt.



LUGDUNI,
Sumpt. JOANNIS ANTONII HUGUETAN, & Soc.

M. DC. LXXVI.
CUM SUPERIORUM PERMISSU.

NAPOLI

ILLVSTRI, ATQUE PRÆSTANTISSIMO D.

D. IOANNI GONZALEZ DE VZQVETA Y VALDES,

Equiti Purpureo D. Iacobi ſtemmate illucenti, Domino oppidi de Boadilla, à Conſiliis Magni Philippi IV. in Supremo Caſtellæ, in Regio Indiarum tam Cameræ, quàm Iuſtitiæ, ac in Regio itidem Sanctæ Cruciatæ.

CVNCTIS, Quibus fructus ex ingenio decerptos communi palato miniſtrare contingit (Clariſſime Heros) non parum ſolicitudinis affert, eiſdem inſtar tutelaris Numinis patrocinium egregium comparare. Quidam generis ſplendore micantes expetunt, vt opus præclato nomine inſcriptum ipſum quoque mutuata luce præfulgeat. Alij ad munerum ſublime faſtigium evectos ſeligunt, vt adverſus malignantium incurſus præparent propugnaculum. Alij denique præcellentes peritia eius, de quo diſſerunt, exoptant, vt eorum ſuffragiis ipſi commendabiles, ac plauſibiles cæteris efficiantur. Omnia hæc in Te vno, natura, & fato benignè conſpirantibus, eminent. Quid enim natalium tuorum nitore ſplendidius, quæ inclitæ pariter, ac antiquæ ſtirpis veneranda decorant monimenta, de qua loqui videtur Caſſiodor. *lib. 3. epiſt. 6.* ibi: *Tòt annis continuis ſimul ſplendet claritate virtutis; & quamvis rara ſit gloria, non agnoſcitur tam longo ſtemmate variata; ſæculis producit nobilis vena primarios, neſcit indè aliquid naſci mediocre, tot probati, quot geniti, & quod difficilè provenit, electa frequentia.* Eidémque ingens quidem gloriæ incrementum adjicit Illuſtriſſimus Genitor tuus D. Præſes, D. Joſephus Gonzalez de Vzqueta, non minus apud exteros, quàm apud nos percelebris, quod ſingulare eſt, teſte eod. Caſſiodor. *lib. 10. epiſt. 19.* *Sed illud*, inquit, *eſt omnimodis ſingulare, in extranea gente laudes proprias invenire: quia ibi ſunt vera judicia, vbi neminem comprimit vlla timiditas.* A cujus encomiis ineptus calamus abſtinebit, cum mihi eveniat, quod Lucan. cecinit *in Panegyric. ad Piſonem.*

Quid primùm, quid deindè canam, quo fine quieſcam?
Hinc tua me virtus rapit, & miranda per omnes
Vita modos.

Sed quid privatæ acclamationes præſtabunt, vbi tum ob litteraturæ præſtantiam, Ariſtot. Polit. 1.

¶ 3 tum

tum ob prudentiam, fortitudinem, & juſtitiam, quibus mentis noſtræ nititur ædificium, Catholica Majeſtas illum factis extollit, quem vtriuſque juſtitiæ adminiſtrationi deſtinavit, quem ſui patrimonij Regio Conſilio præfecit, quem ad Supremum Sanctæ Inquiſitionis Senatum aſſumpſit, quem & reliquis rebus gerendis, ita jure cenſet idoneum, vt omnibus, ſi humanæ naturæ imbecillitas pateretur, intereſſe ipſum vellet. Quo maximo decore nedum tu, gentilitiáque tua, verum etiam Hiſpania non mediocriter inſignitur.

Nec tibi deeſt muneris amplitudo, cum Senatoria dignitate fungaris, quæ tot meritorum cumulo ſuffulta, vt majorem claritatem diffundit, ita non communem authoritatem conciliat, maximè cum parentem exprimas, qui te in Judicem efformavit; excoluit ille, quem ſuſceperat, alumnum habuit, & filium eundem; in te nativa juſtitia eſſe videtur, tecum adolevit, ſed hoc diſcrimine, robuſta erat in te infante, matura in juvene, ſenilis eſt in te nondum ſene, quare dum alij juſtitiæ ſtudent, tu penè neceſſariò juſtus es, atque ita te laudabiliter geris, vt hæreditariæ nobilitatis gloriam refrices, ſerveſque illibatam; nam vt Lucan. aiebat *vbi ſuprà.*

----- Perit omnis in illo

Nobilitas, cujus laus eſt in imagine ſola.

Adeſt prætereà venuſtum literarum decus, juris ſcilicet ſcientia (de qua in hoc libello nobis eſt ſermo) quæ quaſi in te transfuſa intra ſtrictas temporis metas tuis vigiliis plurimùm excelluit. Teſtes advoco Almam Salmanticenſem Academiam, quæ tibi prima Iuriſprudentiæ elementa materno vbere propinavit. Valliſoletanam itidem, quæ æmulatrix velut fœdere adoptionis te jam provectum allexit, vbi deinceps incruenta Palladis laurea redimitus Cathedræ Primariæ, ac Digeſti veteris moderamen apprimè exercuiſti, ex quo vtraque profectò ſibi congratulatur ad invicem. Inſigne, Majuſque Sanctæ Crucis Collegium, quod etſi prole eximia fœcundum, te non pœnitendo ſe jactat alumno. Regia tandem Conſilia, quibus intervenis; nam in ipſis indies Viri vndique conſpicui pollent, nulli tamen impar exiſtimaris in cauſis integritate inflexibili decidendis, in muneribus publicis ſummo judicio diſpenſandis, in aliiſque pacis, ac belli muniis mirabili ſtrenuitate expediendis, quod & remotiſſimæ occidui Solis plagæ prædicant fœliciſſimè. Sed quid mirum, cum filij plerumque paternis moribus imbuantur, Eccleſiaſt. cap. 11. verſ. 30. *In filiis ſuis agnoſcitur vir.* Horat. *lib.* 4. *od.* 4. vbi lepidè canit.

Fortes creantur fortibus, & bonis,
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus, neque imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Quæ cùm ita ſint, nulla mihi, qui præſtantiorem, tutiorémque primitiis ſtudiorum meorum clientelam anhelo, vllam aliam optandi eſt relicta facultas. Eas igitur, vt libentiſſimi animi libamen humanitate, qua præditus dignoſceris, fovendas excipe, vt tanto præſidio fultæ, poſthabita formidine, lucem aſpiciant, quo gratitudinis nexu aſtrictus ego tibi omnimodam longævamque proſperitatem deprecabor. Vale.

ILLVSTRIS

ILLVSTRISSIMO D.

D. IOSEPH GONZALEZ DE VZQVETA,

EQVITI ORDINIS D. JACOBI, D. OPPIDI DE BOADILLA, à Conſiliis Catholicæ Majeſtatis in Supremo Cameræ Caſtellæ, Sanctæ Inquiſitionis, atque Indiarum Præſidi meritiſſimo.

CVM jam ſecundogeniti fœtus edendi tempus advenerit, Præſes Illuſtriſſime, iterùm tua excelſa limina peto, iterùm ad te arcem munitiſſimam advolo, iterùm te auxiliare numen exoro. Dum enim clariſſimi, chariſſimique filij tui eximio numine primitivas lucubrationes feliciter inſignivi, non minùs tibi, quàm ei obſequium exhibere, & vtriuſque gratiam pariter aucupari mihi fuit cordi; imo gratius tibi forè juxta parentum commune votum credidi, quod generoſæ proli libabatur. Quàm tutus recens hic libellus lucem aſpiciet, ſi tuas adipiſcatur aras, quas nemo, vel maximè intrepidus audebit attrectare. Quam hilaris ad egregiæ clementiæ, ac poteſtatis alas confugiet, ſub quarum tegmine fulmina ſiniſtra ridebit. Quis tentabit impugnare, quem foveas, carpere, quem commendes; contemnere, cui plaudas, cùm te Hiſpanum juriſprudentiæ (ad quam operis argumentum ſpectat) Apollinem vniverſus orbis agnoſcat, apud quem ob venuſtiſſimam virtutum conglobationem, mirabile portentum haberis. Natura namque omnia ſua decora nulli conferre eminenter ſolet, vt concinnè obſervat Nazianzenus; *Nemo eſt*, inquit, *qui per omnia ad ſummum vſque* *Orat. 20.*
graſſatus ſit; verùm is apud nos præſtantiſſimus eſt, qui vel vnum quàm maximè & præſtantiſſimè præſtiterit, & ante eum Græcus Poëta:

Non vni dat cuncta Deus, formoſus vt idem *Vlyſſ. apud Homer.*
Sit ſimul & prudens, ac multa laude diſertus,
Qui ſpecie caruit, Deus hunc mirabilis ornat
Viribus eloquij, quo fit, mirentur, vt vnum
Hunc alij ſuavis linguæ dulcedine capti.

Sed à communi regula ſingulari liberalitate te excepit, in quo cuncta, quæ exteros illuſtrant, apprimè, pariterque refulgent. Juſtitia apud te pacatiſſimum, illibatumque ſolium ſibi conſtituit; quia ſub te Præſide quanta legibus dignitas, quanta tribunalibus integritas, quanta ſinceritas judiciis, quàm ſine diuturnitate lites, quam ex æquitate ſententiæ. Nunquam aſtui, fraudibus, aut potentiæ minùs licuit. Odium, gratia, ambitus, timor, quia violare jura deſperarunt, longiſſimè abſunt. Quid prudentia tua mirabilius, cum in tanta rerum, ac negotiorum varietate nihil elabitur corrigendum, & ſingula diu meditata videntur, quæ ex tempore reddis; quod de ſuo Alberto eruditus prodidit Belga: *Nihil vnquam temerè elapſum, nihil imprudens, & quod dictum nollet, aut cujus pœniteret.* Tuo conſilio magis, quàm Martialibus copiis Duces, Rempublicam tueris. Antiſthene teſtante, qui aiebat, tutiſſimum eſſe murum prudentiam, quod is nec collabitur, nec proditur. Nulla quippè mœnia ſunt tam munita, quin machinis, aut ſuffoſſionibus, aut vallorum proditione capiantur. Prudentis autem decreta ſunt inexpugnabilia. Hæc comitatur humanitatis tuæ placida ſuavitas, ſolatium candidatis *Lalm.*
perjucundum. Nullus à conſpectu tuo haud lætus receſſit, omnes benigna commiſeratione proſe- *lib. 6. cap. 1.*
queris, talem te Præſidem præſtans, qualem optares ipſe candidatus. Quid conſtantius animi tui fortitudine in laboribus pro bono publico ſuſtinendis, acerbas ſocordiæ inimicitias indixiſti, comitem aſciviſti ſolertiam, vigilantiam æterna familiaritate devinxiſti, noctes diebus adjungis, & quicquid temporis quieti largiris furatum te publicis negotiis arbitraris. Hæc prædicant Caſtellæ, & Sanctæ Inquiſitionis Supremi Senatus, in quibus Religionis, juſtitiæque zelo aſſiduè vigilaſti, fatetur Regij patrimonij Conſilium, cui olim præfuiſti laudabiliter; proclamat nunc & Regius Indiarum Senatus, quarum gubernaculum Europæis curis nouiſſimè acceſſit, Atlanteis profectò humeris formidabile pondus: ſed nullis laboribus premeris, nullis ſolicitudinibus fatigaris. Quanta tibi eloquentiæ vis, Solonis, aut Lycurgi non inferior, quæ ſapientia, prudentiaque ſuffulta etiam duriſſima pectora mollit, & pluſquam armorum violentia ſuperat.

Alciat. emblem. 180.

Cedunt arma togæ, & quamvis durissima corda
Eloquio pollens ad ſua vota trahit.

Polian. lib. 4. — Greg. Richter. in axiomat. politic.

Ea non minùs quàm prælio Philippus Macedonum Rex fuit aſſequutus, cui magis placebat, ſi quam verbis adeptus eſſet victoriam, quàm ſi quos armis in ſuam poteſtatem redegiſſet. Piſiſtratus facundia ſua ab Athenienſibus Regium impetrauit imperium. Vndè Anonymus Princeps rogatus, quænam artes homines in altiſſimo honorum culmine collocarent, *Duæ*, inquit, *vna Imperatoris, altera Oratoris boni.*

Erasm. lib. 6. apophth.

Sed adhuc exordiens calamus in tam denſa laudum ſegete implicatus inhæret, quod & Demoſtheni, & Tullio tandem eueniret; ea quippè eſt maximarum rerum conditio, vt ſupra omnem facundiam ſint, *& vera quidem virtus nihil moratur hominum laudes. Eas qui prædicant plus debent iis, quos laudant, quam ipſi debent, qui laudantur.* Sic innumera alia, quibus egregiè decoraris, ſatiùs obſequioſo ſilentio propalantur.

Eccleſ. 27. verſ. 10.

Permitte igitur, benigniſſime Præſes, ad te viam affectanti libello facilem ſinum, qui cùm de jure diſſerat, ad Iuriſperitorum facilè Principem ſuo pondere fertur: *Volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt, & veritas ad eos, qui operantur eam, reuertetur.* Sic in omnium oculis, manibuſque ſecurè, & audacter verſabitur, ac patrocinij tui aura meus fœcundatus agellus vberiora aliquando proferet fructuum incrementa.

D. GEORGII PARDO,

Hiſpanorum Mantuæ Publici Humanarum Literarum Profeſſoris,

CARMEN

AD AUTHOREM.

CINGE noua meritis ſublimia tempora fronde,
O juris Myſtes, quem Themis alma beat:

Namque ſuos mittit celebres ſi Gallia Fabros,
Lactat & ingenium docte Conane tuum:

Auſonioſque canit ciues mirabile acumen,
Gordia quo legum ſolvere vincla ſolent:

Clarius ecce præit lauro nomenque decuſque
Hiſpanum, tales qua peperère viros:

Gadibus occiduis dum Manzanarius ortum
Te videt, atque ſuis tingere gaudet aquis:

Dum te ſacra tulit nobis vrbs, inclyte Præſul,
Auriferi diues quà fluit unda Tagi.

Luce tua lucem luci lux fulgida præfers,
Nomine & alterno numine iura patent:

Ergo ferat grates nequiit quas vmbra ſilentis
Orbis pro exculto munere macte ſuo,

Acceptam laudem referens Hiſpania alumnis,
Qua manet altus honor Pallas vterque tuus.

CENSVRA

CENSVRA REGII, ERVDITISSIMIQVE D.D. ILDEPHONSI MARQVEZ de Prado, in Regio patrimonij Regalis Senatu præſtantiſſimi Conſiliarij.

EX COMMISSIONE SVPREMI CASTELLÆ SENATVS.

IVſſu Regij, ac Supremi Senatus Caſtellæ perlegi *Additiones, & Notas ad librum primum variarum Reſolutionum Illuſtriſſ. D.D. Didaci Covarruvias*, editas à Licentiato *D. Didaco Ybañez de Faria*; vtriuſque iuris Profeſſore, atque Senatus eiuſdem Regij Advocato: in quo opere doctæ, ac practicæ omnibus ferè in vtriuſque fore verſantibus vtiles continentur quæſtiones. In eo nihil Catholicæ fidei, ac bonis moribus contrarium inueni, proindè prælo mandari poſſe, cenſeo. Matriti die 29. Junij, anno 1658.

Licent. D. Alonso Marqvez de Prado.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOs el Licenciado Don Alonſo de las Ribas y Valdès, Viſitador general deſta Villa de Madrid, y Vicario della, y ſu partido. Por lo que a Nos toca damos licencia para que ſe pueda imprimir, è imprima vn libro intitulado, *Additiones, Enucleationes, & Notæ ad librum primum Variarum D. Covarruvias*, compueſto por el Licenciado Don Diego Ybañez de Faria, attento conſta no ay en el coſa contra nueſtra ſanta Fè, y buenas coſtumbre. Dada en Madrid a 4. dias del mes de Mayo de 1658.

Licenciado Ribas.

Por ſu mandado, Ivan Baptista Sainz Bravo.

CENSVRA D. JOANNIS PACHECO EXIMII, AC PRIMARII cauſarum Patroni apud Suprema Tribunalia in Curia Catholicæ Majeſtatis.

EX COMMISSIONE SVPREMI CASTELLÆ SENATVS.

REgio, Supremique Senatus juſſu legi, & evolui *Additiones, ſiue Enucleationes ad lib. 2. Variar. D. Praſ. Covar. à D. Didaco Ybañez de Faria*, cauſarum Patrono elaboratas. Opus ſanè laborioſum agnoui, plurima accuratè, ingenioſè, & abundanter tractata inueni, & quæ Authoris diligentiam, & doctrinam, juris legumque peritiam demonſtrant. Nihil in eis reperitur Catholicæ Fidei, vel bonis moribus contrarium, ideo prælo, & ſtudioſorum oculis dignum judico, ac cenſeo. Matriti die 17. menſis Martij, anno Domini 1660.

Licent. D. Joannes Pacheco.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOs el Licenciado Don Alonſo de las Ribas y Valdès, Vicario deſta villa de Madrid, y ſu partido, &c. Por la que a Nos toca, damos licencia para que ſe pueda imprimir y vender vn libro intitulado, *Adiciones al libro ſegundo del ſeñor Don Diego de Covarruvias*, compueſto por el Licenciado Don Diego Ybañez de Faria, atento que de la cenſura del Licenciado Don Franciſco de la Puente Aguero, Colegial mayor del Colegio del Arcobiſco en la Vniverſidad de Salamanca, a quien lo remitimos, conſta no tiene coſa contra nueſtra ſanta Fè, y buenas coſtumbres.

PROCVRATORIS REGII CONSENSVS.

PRo Rege conſentio Librum inſcriptum D. Ybañez de Faria, *Additiones, ad Covarruviam*, prælo committi per Joan. Anton. Hvgvetan, & Soc. Lugd. Bibliopol. conceſſis eis inhibitionibus conſuetis adverſùs quoſcunque alios per triennium duraturis, in tali caſo requiſitis. Lugduni 31. Maij 1675.

VAGINAY.

PERMISSIO.

FIat juxta Concluſiones Procuratoris Regij.

DESEVE.

Finiuit Imprimere 4. Aprilis, 1676.

PRÆFA

PRÆFATIO AD LECTOREM.

IVRIS vtriuſque arcana percallendi cupidus, velut oracula veneranda ILLVSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI D. D. DIDACI COVARRVVIÆ Opera ſemel, atque iterum ſedulus evolui, non pauca obſervans, quæ Neoterici ab eodem communi Magiſtro inſtructi noviſſimè excogitarunt. Hæc cum ſtudioſis quicquam vtilitatis crederem allatura, ipſos eo qualicunque munere fraudare non tulit animus, & ſpe aliis proficiendi, propriæ, juſtæque formidini non peperci; ſed libellum hunc præire libuit, quaſi tuæ benevolentiæ exploratorem, ſi enim votis reſponderit eventus, reliquos in lucem prodire citiſſimè ſatagam; alioquin quanquam opus iſtud diſpliceat, non omninò operam perdiderimus: nam ſaltem ingenuus meus innoteſcet affectus, cui indulgeri æquum eſt, quicquid animadverſione dignum repereris. Nec torvis oculis (quod enixè deprecor) primogenitum ingenij fœtum intuearis, imò pro tua benignitate propitius excipias. Illud hîc te admonere non omittam, in comprobandis D. COVARRVVIÆ Concluſionibus me conſultò non attuliſſe jura, gloſſas, antiquóſque DD. quoniam ille affatim de his mentionem fecerit. Vale.

ELENCHVS

ELENCHUS CAPITULORUM LIBRI PRIMI.

Cap. 1. AN ex aliis, vel ſecundum conſcientiam propriam Iudex debeat iudicare? pag. 1
2. Utrum dolo, & cavillationibus uti in iudicio liceat? 9
3. Num ratio fructuum habeatur in reſtitutione in integrum, quæ cauſa ætatis ſit? 16
4. Coram quo Iudice ſit in integrum reſtitutio petenda. 23
5. An minor læſus in ſpiritualibus ſit reſtituendus? 27
6. Quale mandatum neceſſarium ſit ad petendam in integrum reſtitutionem. 32
7. De hypotheca cum prælatione, quæ uxori pro dote competit. 36
8. De meliorantibus, quæ in re hypotheca ſubiecta à Tertio fiunt. 46
9. De præſcriptione retractus conventionalis. 52
10. De Sacramento Confirmationis: ad interpretationem Textus in cap. quanto 4. de conſuetud. 58
11. De iniuria, quæ verbis fit, maximè per veri criminis obiectionem. 64
12. De temporis computatione. 70
13. De oratione indefinita, & utrum æquivaleat univerſali? 71
14. De conditione, aut modo donationi adiecto in favorem Tertij. 76
15. Fructus pendentes rei venditæ, vel aliter in alium tranſlatæ, cui debeantur. 83
16. In dubiis an fiſcus ſit privatis in iudicio præferendus? 91
17. De Decimis. 97
18. De intellectu, & praxi, l. diffamari 5. C. de ingen. manumiſ. 111
19. De revocatione donationis inofficioſæ, vel ex l. ſi unquam 8. C de revoc. donat. 115
20. Quando ſubreptio, vel obreptio circa cauſam finalem, aut impulſivam contingens reſcripta vitiet. 125

INDEX CAPITUM LIBRI SECUNDI.

Cap. 1. DE iure creditorum in perſonas eorum, qui non ſolvunt, & de bonorum ceſſione. pag. 133
2. Uſufructuarius num ad debita teſtatoris teneatur, à quo uſumfructum ex ultima voluntate obtinuit? 145
3. De læſione circa pretium contingente ad interpretationem, l. 2. C. de reſcind. vend. 151
4. Remedium, l. 2. C. de reſc. vend. an renunciatione contrahentium tolli poſſit? 165
5. Utrum venalia ſub legato bonorum omnium contineantur? ad interpretationem, l. generali, §. Uxori, ff. de uſufruct. leg. 175
6. De divitiarum, & paupertatis qualitate, cuique probatio eius in iudiciis incumbat. 182
7. Pluribus eodem incendio, vel ruina peremptis, quis alteri ſupervixiſſe præſumatur. 189
8. Pœnam inſonti pro alieno crimine irrogari, licitúmne ſit? 196
9. Pœna quomodo commenſuranda delicto, facti, ac perſonarum qualitate perpenſa. 214
10. Crimen ſemel in iudicium deductum quando iterum obiici ad punitionem poſſit. 228
11. De exequutione publici, vel privati inſtrumenti, traduntur aliqua; & num exequi poſſit, quod liquidam quantitatem non continet? 240
12. Utrum à ſententia, ſive laudo Arbitri, aut Iudicis, qui eius loco ſubrogatur, appellatio iure permiſſa ſit? 243
13. Unico teſti non iurato, vel vario an credendum ſit? & de inſtrumentorum reprobatione per teſtes. 247
14. Sub generali liberatione quæ remiſſa cenſeantur; & an dolus remitti queat? 258
15. Succeſſor univerſalis, vel ſingularis quando poſſit à locatione anteceſſoris ante tempus expletum reſilire. 264
16. De locatione bonorum Eccleſiæ; ubi & nonnulla de alienatione notantur. 275
17. De ſolemnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ adhibendis, ac de emphyteuſis Eccleſiaſticæ conceſſione. 286
18. De ſucceſſione feudi, emphyteuſis, & iuris patronatus Eccleſiaſtici. 296
19. De interpretatione, l. quoties, Cod. de reſc. vend. 309
20. De immunitate Eccleſiaſtica. 325

DIDACI

D. DIDACI YBAÑEZ DE FARIA
ADDITIONES
ET
OBSERVATIONES
AD LIBROS
D. COVARRVVIAS
VARIARVM RESOLVTIONVM.

AD CAPVT I.

An ex Actis, vel ſecundum propriam conſcientiam Iudex debeat iudicare.

SVMMARIVM.

1 *AN iudex poſſit, ac debeat ſecundum allegata, & probata, contra veritatem ſibi priuatim cognitam iudicare; qui diſputant.*
2 *Exercens actum licitum cum conſcientia erronea, putans peccaminoſum eſſe, ſit peccati reus.*
3 *Operans cum conſcientia dubia peccat, licet actio ex ſe licita ſit.*
4 *Peccans ex conſcientia erronea, tale peccatum committit, quale ipſe exiſtimat.*
5 *Ignorantia iuris, vel facti, iuſta, ſiue inuincibilis, excuſat à peccato.*
6 *Quæ ſit inuincibilis ignorantia.*
7 *Ignorantia vincibilis, licet non excuſet à culpa, minuit malitiam eius.*
8 *Ignorantia affectata non releuat, ſed auget delictum.*
9 *Violare iuramentum promiſſorium de re leui, ſolum eſt venialis culpa.*
10 *Iudicem non poſſe contra propriam conſcientiam iudicare, qui doceant? remiſſiue.*
Limitatur, ſi ſcientia ex confeſſione Sacramentali habeatur.
11 *Textus in* l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſid. *ad præmiſſam quæſtionem non conducit.*
12 *Iudex poteſt, ac debet, ex actis, etiam aduerſum propriam priuatam ſcientiam iudicare.*
13 *Iudex ſentiens ſpeculatiuè, non licere contra propriam conſcientiam iudicare; poterit, ea ſua opinione depoſita, oppoſitam practicare.*
14 *Diſtinctionem inter ciuiles cauſas, & criminales, quoad iudicandum contra conſcientiam, qui admittunt.*
15 *Reſpublica ius habet vindicandi in conuictum de delicto, quamuis verè innocens ſit.*
16 *Iudici non creditur in alterius præiudicium, etiam ſuper cauſa, de qua cognoſcit.*
17 *Senatus Principis Supremos Iudices poſſe ſecundum propriam ſcientiam aduerſus acta iudicare, qui ſentiunt.*
18 *Debent ſecundum acta iudicare.*
19 *Princeps ſuperiorem non recognoſcens poteſt iuxta propriam conſcientiam iudicare.*
20 *Et adhibere fidem alteri fide digno & probo, non probanti, aduerſus reum vilem & infamem.*
21 *Non tenetur ſeruare iuris ordinem.*
22 *Prælatus regularis de cauſis Religioſorum ſecundum propriam conſcientiam iudicat.*
23 *Epiſcopus ex actis debet iudicare.*
24 *Arbitrator ſecundum propriam conſcientiam decidit.*
25 *Quando liceat Iudici ſecundum propriam conſcientiam iudicare? remiſſiuè.*
26 *Reus eſt abſoluendus, vt acta depoſcunt; non obſtante priuata iudicantis ſcientia.*
27 *Accuſatore non probante, quomodo reus debeat abſolui.*
28 *Actore non probante, quomodo reus abſoluendus.*
29 L. 1. tit. 4. lib. 4. Recopilat. *in vſu non eſt apud Supremæ Tribunalia.*
30 *Sententia, quæ ex actis iuſtificari nequit, eſt nulla.*
31 *Ab animo, & arbitrio iudicis pendet fides, quæ teſtibus debet adhiberi.*
32 *In illis, quæ ab animo iudicis pendent; eius aſſertioni ſtandum eſt.*
33 *Valet ſententia lata ex confeſſione facta Iudici, vt illi; licet de ea in actis non conſtet; cum poſſit ſine ſcriptis procedere.*
34 *Exhibitio inſtrumenti facta Iudici, quod, vel eius tenor non reperitur in actis, nullius eſt momenti.*

35 *Productio inſtrumenti quotuplex.*
36 *Sententia prolata ex inſtrumento verbaliter producto non tenet.*
37 *Iudex, qui certò ſcit eſſe innocentem, quem ex actis conſtat deliquiſſe, lege charitatis aſtringitur, omnia adhibere media, vt liberetur, modò valdè nociua ſibi non ſint.*
38 *Non tenetur cedere magiſtratui.*
39 *Debet cauſam ad ſuperiorem remittere, ſi hoc innocenti ſperet profuturum.*
40 *Et ſimiliter ſibi de cauſa non liquere abſque mendacio, pronuntiare.*
41 *Exequutor non poteſt tuta conſcientia ſententiam notoriè iniuſtam, aut errorem intolerabilem continentem, exequutioni mandare.*
42 *Tenetur exequi ſententiam aliàs iniuſtam, niſi commodè ſe valeat excuſare.*
43 *Iudex ſæcularis ab Eccleſiaſtico requiſitus, vt ſententiam in cauſa merè Eccleſiaſtica exequatur, parêre debet, etſi eam ipſe cognoſcat iniuſtam, ſi commodè ſe nequit excuſare.*
44 *Iudex in aliqs cauſis non debet exequi ſententiam ab alio latam, niſi de illius iuſtitia ſibi conſtet.*
45 *Iudex requiſitus, vt ſententiam alterius, iuſtam ex actis, in eum, quem ipſe priuatim certò ſcit eſſe innocentem, exequatur, annuere compellitur, niſi abſque incommodè poſſit abſtinere.*

1 VTrum Iudex poſſit, ac debeat ſecundum allegata, & probata iudicare contra veritatem, quam aliunde certò cognoſcit? fusè tractant Pat. Sanch. *conſil. Moral. lib. 6. cap. 1. dub. 17.* Gutier. *Canonicar. quæſtion. lib. 2. cap. 29.* Lugo *de iuſt. & iur. tom. 2. diſp. 37. ſect. 4.* Ioan. Oroſci. in *l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſid.* Lucas de Penna *in l. 2. à num. 16. C. de tabular. lib. 10.* Morla *in emporio iur. tit. 2. quæſt. 1.* Menchac. *controuerſiar. illuſtr. libr. 1. cap. 14.* Maſcard. *de probat. tom. 2. concluſ. 930.* Neuizan. *in ſylua nupt. lib. 5. num. 121.* Scaccia *in tract. de re iudic. gloſ. 14. quæſt. 8.* Tuſch. *practicar. concluſ. tom. 4. lit. 1. concluſ. 398.* Leſſi. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 29. dubit. 10.*

Ad Num. 1.

2 Exercens actum licitum cùm conſcientia erronea, putans peccaminoſum eſſe, peccati reus fit; nam cùm intellectus proponat obligationem præcepti, illud tenemur obſeruare: Azor. *inſt. moral. par. 1. lib. 2. cap. 8. q. 5.* Nauarr. *in cap. ſi quis autem, num. 84. de pœnit. diſt. 7.* Barboſ. *in collectan. ad cap. fin. num. 2. in fin. de præſcript.* Sanch. *in præcept. Decalog. lib. 1. cap. 11. num. 2.* Pellizzari, *in manuali Regularium, tom. 1. tract. 5. cap. 3. num. 49.* Gutier. *ſup. num. 6.* Filliuci. *tract. 21. cap. 4.* Conſcientia autem in præſenti accipitur pro practico, & actuali iudicio mentis de actis, vel agendis, diſcernentis inter bonum & malum, præceptum aut prohibitum: Lugo, cum multis *in princip. moral. in prologuio, num. 1.* & definitur à Baldo *in auth. ad hæc, verſ. Sed ſi dubitetur, C. de vſur.* vt ſit Senſus animæ cognoſcentis bonum, & malum; quam definitionem, & alias refert Menoch. *de arbitrar. libr. 1. q. 8. num. 41.*

3 Idem dicendum eſt de eo, qui cum conſcientia dubia operatur, quia agens, quod dubitat an ſit prohibitum? ſe exponit periculo peccandi; Gutier. *ſupra lib. 1. cap. 32. n. 40.* Sanch. *de matrim. lib. 2. diſp. 41.* Bonacin. *de peccat. diſp. 2. quæſt. 4. punct. 7.* Barboſa *dict. num. 2.* D. Couar. *de matrimon. part. 2. cap. 7. §. 3. num. 8.* Ad quod dubium eſſe debet practicè practicum, quod contingit, cùm operaturus, hic, & nunc, ambigit, num peccet operando, vel omittendo? nec ſufficit ſpeculatiuè dubitare, ſi practicè dubium non ſit; quod explicant Lugo *vbi proximè, part. 1. cap. 1. in princip. numer. 2.* Sanch. *in Decalog. d. lib. 1. cap. 9. num. 3.* Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5. n. 2.*

4 Qui cum conſcientia erronea operatur, tale peccatum admittit, quale ſe committere falsò exiſtimat; quoniam ex conſcientiæ errantis dictamine actus malitia deſumitur; Lug. *d. par. 1. capit. 1. quæſt. 2. num. 13.* Pat. Vazquez 1. 2. *diſp. 59. cap. 3.* Caietan. *in ſumm. verbo, conſcientia.* Sed ſi non diſtinguat ſpeciem peccati, ſed in confuſo aduertat, ſe peccaminoſum actum exercere, peccatum hoc pertinebit ad generale præceptum fugiendi mali, bonique ſectandi; Azor. *ſupr. quæſt. 6.* Sanch. *d. cap. 11. num. 17.* Lug. *d. quæſt. 2. num. 12.* Vbi autem conſcientia erronea proponit malitiam actus, non determinans, an ſit lethalis, vel venialis culpa? dubium eſt, quod peccatum fiat; de quo Lugo *num. 15.* & contrarias Theologorum ſententias rectè conciliat Pellizzarius *d. cap. 3. num. 50.* aſſerens, quod ſi homo ſit conſcientiæ timoratæ, ita vt ſi occurreret, mortalem culpam ſe committere, ab ea abſtineret, ſolum veniale peccatum admittet; quod ſi prauus fuerit, ita vt licèt aduerteret ſe lethaliter delinquere, non ideo deſiſteret ab actu, quem putabat illicitum, mortalis culpæ reus fiet. Hæc & de conſcientia dubia debent intelligi.

Ibi: *Quamuis quandoque ignorantia valeat à culpa excuſare.*

Facti, vel iuris ignòrantia iuſta, probabilis, ſiue inuin- 5
cibilis, penitus excuſat à peccato; D. Thom. 1. 2. *q. 76. art. 3.* Sanch. *d. lib. 1. cap. 16. num. 9.* D. Couar. *in cap. alma mater, par. 1. §. 10. num. 12. 13. de ſentent. excommun. in 6.* Layman *d. lib. 1. tract. 2. cap. 4. num. 6.* Bonacin, *d. diſput. 2. quæſt. 8. punct. 3. num. 12.* Gutier. *de matrim. cap. 49. num.*
5. verſ. Ignorantia autem. Ignorantia inuincibilis in eo 6
datur, cui nulla malitia, vel negligentia poteſt imputari, quia in ſua poteſtate non fuit, cognitionem habere eius, quod ignorat, cum de ipſo nulla ſibi occurreret cogitatio, vel ſi cum cogitaret, debitam adhibendo diligentiam, nequiuit indagare veritatem: Lugo *vbi proximè, par. 1. cap. 4. num. 4.* Barboſ. *in collectan. ad cap. ignorantia, num. 7. de reg. iur. in 6.* Guttier. *d. Verſ. Ignorantia autem.*

Vincibilis verò ignorantia, quæ culpabilis, & impro- 7
babilis nuncupatur, à peccato non excuſat, Gutier *ſup. verſ. Supina autem ignorantia*; quod omnes fatentur. Tamen licet ſupina, vel craſſa ſit, aliquantulum minuit malitiam actus; D. Thom. *d. quæſt. 76. art. 3. 4.* Layman *d. cap. 4. num. 9.* Ludouic. Lop. *part. 1. ſui inſtructor. conſcientiæ, cap. 138. pag. 297. col. 1.* Sanch. *vbi proximè, cap. 17. num. 1.* Lug. *d. cap. 4. num. 13.* Imò aliquando à mortali valet excuſare, nempe cum ob leuiſſimam culpam in quærenda veritate, eam non fuit aſſequutus, ignorans. Sanch. *d. cap. 17. num. 17.* Bonacin. *d. punct. 3. num. 21.* Lug. cum alijs, *d. cap. 4. q. 8. num. 1.*

Eſt & alia ignorantia, quæ affectata dicitur, cum quis 8
ſtudioſè vult ignorare veritatem, vt ſine conſcientiæ morſu liberius delinquat, de qua Pſalm. 35. ibi: *Noluit intelligere, vt benè ageret.* Lugo *vbi proximè, num. 6.* Gail. *obſeruat. lib. 2. obſeruat. 48. num. 18.* Maſcard. *concl. 879. num. 33.* Hæc peccatum non minuit, ſed auget; Tiraquel. *de pœn. temper. cap. 13. num. 22.* Medices *de caſib. fortuit. p. 1. quæſt. 5. num. 10.* Barboſ. *in axiom. iur. axiom. 112. num. 1* Sforcia Odd. *de in integr. reſtit. p. 1. quæſt. 8. n. 57. 58.* Gutier. *ſupr. verſ. Affectata ignorantia,* Ludou. Lop. *vbi proximè,* Veg. *lib. 5. caſ. 256.*

Ad Num. 2.

De hoc dicendum eſt opportunius, *infr. cap. 2. num. 2. cum ſeqq.*

Ibi: *Nam quod de iuramento.*

Licet probabiliſſima ſit Caietani opinio, quam D. 9
Couar. probat in præſenti, nihilominus non eſt minus probabile, violantem iuramentum promiſſorium de re parua ſolum venialiter peccare. Ita docent cum Silueſtr. Pat. Suar. *de relig. tomo 2. lib. 3. cap. 16. à num. 9.* Azor. *lib. 5. cap. 27. quæſt. 2.* Fagund. *in 2. Decalog. præcept. lib. 2. cap. 6. num. 29.* Sà *verbo, Iuramentum, num. 7.* Sot. *de iuſt. & iur. lib. 8. quæſtion. 1. art. 7. & quæſt. 2. art. 3.* Sanch. *in præcep. Decal. lib. 3. cap. 4. numer. 28.* vbi plures.

Ad

Ad Num. 3.

10 Iudici neque in ciuilibus, neque in criminalibus cauſis ſecundum acta iudicare licere, cum ſibi aliàs de contraria veritate manifeſtè conſtat, defendunt Laudati à Gutier. *d. cap.* 29. *num.* 2. à Dian. *d. reſol.* 22. à Morla *d. qu.* 1. *num.* 14. *verſ. Ex prædictis*, & à Sanch. *d. dub.* 17. *n.* 2. Sed hæc opinio omnino debet excludi, ſi ea cognitio veritatis proueniat ex confeſſione Sacramentali, nam ob arctiſſimum Sacramenti pœnitentiæ ſigillum, nullomodo illa vti permittitur, ne confeſſionis reuelandæ periculum detur; Lug. *de iuſt. & iur. d. diſp.* 37. *num.* 47. vbi exemplum affert. Imò abſolutè contraria eſt tenenda, de qua *infr. num.* 12.

Verſ. *Ex oppoſito notandum.*

11 Nihil ad hanc quæſtionem conducere videtur Vlpian. *in d. §. veritas*, vbi ſolum agitur de veritate, vel errore contingente in actis ipſis, non de priuata ſcientia iudicantis, vt patet: Pinel. *in l.* 2. *p.* 3. *cap.* 3. *n.* 32. *C. de reſc. vendit.*

Ad Num. 6.

Ibi: *His igitur rationibus ipſe opinor.*

12 Sententia hæc, vt Iudex poſſit, ac debeat ſecundum allegata, & probata, in omnibus cauſis iudicare, etiam aduerſus veritatem ſibi priuatim cognitam, communior eſt, ac tenenda, cum Azeued. *in l.* 10. *num.* 130. *tit.* 17. *lib.* 4. *Recop.* Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 7. vbi plures, Bernard. Diaz *reg.* 377. Menoch. *d. lib.* 1. *quæſt.* 24. *n.* 3. D. Larr. *allegat.* 48. *num.* 7. Iacob. de Beluiſio *in prax. crim. in rubr. num.* 172. *verſ. Sed nunquid iudex*, Matienç. *in dialog. relat. p.* 3. *cap.* 42. *num.* 1. Tuſch. *d. concl.* 398. *n.* 1. Gutier. *d. capit.* 29. *à num.* 4. Afflict. *in cap. in quæſtionibus, num.* 16. *verſ. Decimo noto, lib.* 1. *conſtitution. Reg.* Iul. Clar. *in prax. crim. §. fin. quæſt.* 66. *num.* 2. Borrell. *in ſumm. deciſ. tit.* 41. *de iudic. num.* 68. Idem etiam probant communiter Theologi; Sanch. *d. dub.* 17. *à num.* 7. vbi alij Tanner. *tom.* 3. *diſp.* 4. *quæſt.* 4. *dub.* 2. *num.* 51. Sayr. *in claui Reg. lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 13. Dian. *d. reſolut.* 22. *in fin. apud quem* Bañez, Aragon., Strouerdof. & Salon, Viuian. *in prax. iur. patron. lib.* 13. *cap.* 8. *n.* 182.

Verſ. *Non obſtant, quæ in prioris ſententiæ confirmationem.*

13 Imò nec faciet contra conſcientiam, qui ſentiens ſpeculatiuè, non poſſe Iudicem contra veritatem ſibi priuatim cognitam iudicare ex actis, hac ſua opinione poſtpoſita, damnauerit conuictum, quem innocentem ipſe certò ſcit aliorum probabilem ſententiam ſequutus; nam cum hoc licitum ſit, Pellizar. *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 4. *num.* 49. Pat. Vazq. 1. 2. *diſp.* 62. *num.* 14. Azor. *lib.* 1. *cap.* 17. *quæſt.* 7. Pat. Sanch. *d. libr.* 1. *in Decalog. cap.* 9. *num.* 15. Ioan. Sanch. *diſp.* 14. *num.* 8. *& diſp.* 41. *num.* 7. Lug. *d. p.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 34. Qui id ſciens facit, etſi contra propriam ſententiam iudicet, aduerſus conſcientiam non operatur, Lug. *num.* 36.

Ad Num. 7.

Verſ. *Secundum etiam in criminalibus.*

14 Diſtinctionem inter cauſas ciuiles, & criminales admittunt, Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 29. *dubit.* 10. *num.* 84. vbi expreſſim D. Couar. reprobat: Petr. Nauar. *de reſtit. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 160. *cum ſeqq.* Adrian. *in quodlibet. q.* 6. *art.* 3. Lug. *de iuſt. & iur. d. diſp.* 37. *ſect.* 4. & alij ex Theologis recentioribus, qui exiſtimant Iudici ſcienti, etiam vt priuato, innocentiam conuicti, nullo modo licere eum ad mortem, vel mutilationem condemnare; poſſe tamen in cauſa pecuniaria cuiuſcunque quantitatis ſequi actorum probationes, damnando iuxta eas quem certò cognoſcit nihil debere: quorum potiſſimum eſt fundamentum, quia Reſpublica poteſt, vt ſeruetur iuris ordo, ob publicam vtilitatem de bonis ciuium diſponere, non ſic de eorum vita, aut corpore, vnde licite vni bona auferuntur contra iuſtitiam, & alteri adiudicantur, ſed innocentem occidere nefas erit.

Cui rationi poteſt ſatisfieri, aſſerendo, quod etſi Reſ- 15
publica priuatorum in bona magis liberam poteſtatem,
quam in vitam, vel perſonas obtineat, in caſu, de quo
agimus, ſicut poteſt iuſte bona adimere, ita & mortis
pœnam, vel aliam corporalem imponere, ex eo enim, quod
quis reus criminis legitimis probationibus conuincitur,
tamen, ſi falſum ſit, idem ſcandalum, ac offenſam illa patitur,
ac ſi verum eſſet: quapropter ei ius quæritur in conuictum
ad ſumendum vindictam ſecundum d. l ct. qualitatem, Iu-
dexque, qui vt miniſter iuſtitiæ debet ius ſuum vnicuique
reddere, aſtringitur offenſæ reipublicæ ſatisfacere, dam-
nando illum, quem deliquiſſe ex actis publicè conſtat; ne-
que eius priuata ſcientia, qua cognoſcit innocentiam dam-
nandi, ius vindicandi tollere poteſt, cum legitimè noto- 16
tiam eam facere non valeat, ſi quidem Iudici de ea depo-
nenti credendum non eſt in reipublicæ præiudicium: Me-
noch. *de arbitr. libr.* 2. *caſ.* 187. *n.* 32. Maſcard. *in proœm.
concl.* 1. *num.* 7. Pacian. *ſup. lib.* 1. *cap.* 48. *n.* 20. Viuian.
in prax. iur. patr. deciſ. 14. *n.* 5.

Verſ. *Tertium etiam Supremos Senatores.*

Senatûs Supremi Principis Iudices poſſe contra id, quod 17
ex actis conſtat, iuxta veritatem ſibi priuatim notam iudicare, cum Guidone docuerunt Menoch. *lib.* 2. *de Arbitrar. d. lib.* 2. *caſ.* 98. *n.* 12. Oroſc. *in d. §. veritas, num.* 17. Grammatic. *deciſ.* 19. *col. penultim.* Roland. à Valle *conſ.* 70. *num.* 16. *volum.* 1. Crauet. *conſ.* 144. *num.* 10. *& conſ.* 198. *num.* 7. *verſ. Conſidero etiam*, Becci. *conſ.* 52. *num.* 89. *lib.* 1. Bald. *in l.* 1. *num.* 6. *C. de manum. ſ. vindict.* Bobad. *in polit. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 58. Neuizan. *in ſilua nupt. num.* 70. Alex. *in l. ſi is ad quem, ad fin. ff. de acquir. hæredit.* Rebuf. *in proœmio Concordat. verbo; Summus, pagin.* 8. *verſ.* 5. Maſcard. *d. concl.* 950. *num.* 7. Auend. *reſponſ.* 1. *num.* 11. Burg. de Paz *in proœmio leg. Taur. n.* 262.

Contrarium verò ſuſtinent cum *D. Couar.* Azeued. *in d.* 18
l. 10. *Recopilat. num.* 132. Pat. Sanch. *d. dub.* 17. *num.* 16. Gutier. *d. cap.* 29. *num.* 11. Morla *d. tit.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 10. Pacian. *d. lib.* 1. *cap.* 67. *num.* 9. Cacheran. *deciſ.* 2. *num.* 43. Matienç. *in dialog. relator. par.* 3. *cap.* 41. *num.* 2. & alij; Quod certius videtur.

Ibi: *Princeps tamen qui poteſtatem habet.*

Princeps ſuperiorem non recognoſcens, poteſt contra 19
allegata, & probata, ſecundum quod ipſe priuatim certò ſciuerit, iudicare; Pacian. vbi ſup. *num.* 7. 8. Bart. Bald. & Cyn. *in l. vnic. C. vt quæ deſ. Aduocat.* Pat. Sanch. *loc. cit. n.* 11. Gutier. *num.* 16. Matienç. *num.* 3. Corduba *lib.* 1. *qu. q.* 37. *in fin.* Morla *num.* 29 Oroſci. *num.* 11. Maſcard. *n.* 6. Menoch. *d. lib.* 1. *q.* 8. *num.* 21. vbi alij. Auendañ. *num.* 11. Cacheran. *num.* 41. Corraſi. *lib.* 4. *miſcellanear. cap.* 20. *num.* 1. Rendina *in promptuar. receptar. ſententiar. tit.* 91. *num.* 2. qui idem de vicem Principis tenente ſentit; Lug. *de iuſt. & iur. d. diſp.* 37. *ſect.* 3. Oportet tamen, vt pateat de priuata Principis ſcientia; ne ſcandalum oriatur, ſi contra allegata & probata damnandus abſoluatur, aut abſoluendus condemnetur; Aug. Barboſ. *in collect. ad i. ſuper quæſtion. §. quia vero, num.* 17. *de offic. delegat.* Pat. Sanch. *d. num.* 11. Caiet. 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 2. Sot. *de iuſt. lib.* 5. *quæſt.* 4. *art.* 2. Atque ita intelligendus Lug. *d. ſect.* 5. dum docet Principi non licere ex ſua priuata ſcientia delinquentem occidere, niſi ad vitandum imminens reipublicæ nocumentum: optimum autem conſilium, ac pietate plenum eſt, vt princeps non vtatur ſua priuata cognitione delicti, ad puniendum eum, qui ex actis innocens probatur, niſi immanitas facinoris id ſuadeat; vt cum *D. Couar. in præſenti*, admonent Sanch. *vbi proxime* Gutier *num.* 17. Corduba *vbi ſupr.*

Ex hac poteſtate ſecundum propriam conſcientiam iu- 20
dicandi oritur, vt in cauſa Ciuili poſſit Princeps; actori non probanti fide digno; fidem adhibere, contra reum vilem & infamem, vt hunc illi condemnet aduerſus iuris regulam, quâ, actore non probante, reus debet abſolui; Ita Menoch. *dict. lib.* 2. *caſ.* 98. *num.* 10. Maſc. *tom.* 1. *concl.* 36. *num.* 40. Pacian. *d. lib.* 1. *cap.* 69. *num.* 7.

21 Ratio ſuprapoſitæ principalis aſſertionis eſt, quoniam Princeps, cùm iudicat, legibus non aſtringitur ad obſeruandum iuris ordinem, cui ex iuſta cauſa valet derogare, atque ita non adhibere fidem actorum probationibus, quas falſas eſſe ipſe euidenter cognoſcit, Morla *num.* 27. Imò Princeps debet iuxta veritatem, de qua ſibi conſtat, iudicare: Menoch. *d. quaſt.* 8. *num.* 21. Dec. *conſ.* 463. *in fin.* Ruin. *conſ.* 61. *num.* 16. *lib.* 5. Brun. *conſ.* 81. *num.* 1. Pariſ. *conſ.* 118. *num.* 13. *lib.* 1. Nam cum aſſertioni Principis publica fides ſit adhibenda etiam in Tertij præiudicium Tuſc. *lit. P. concl.* 681. *num.* 1. D. Lar. *alleg.* 60. *n.* 2. 8. Ant. Gabr. *lib.* 1. *commun. tit. de probat. concl.* 2. *num.* 12. Maſcard. *concl.* 139. *num.* 10. Farin. *de teſtib. qu.* 63. *cap.* 3. *num.* 82. *l.* 5. *tit.* 1 *par.* 6. *l. omnium* 19. §. 1. *C. de teſtament. Clement.* 1. *de prob.* vbi plurimos allegat Barb. *in collectan. num.* 6. debet veritatem ſibi patentem manifeſtare, & ſecundum illam, cauſam definire; propria enim authoritate ſuam ſententiam iuſtificat, quod inferioribus Iudicibus datum non eſt; quare iuxta allegata, & probata, iudicare coguntur, Menoch. *q.* 76. *n.* 1.

22 Idem, quod in Principe, admittit in Prælato Regulari, quoad cauſas ſubditorum, Pellizzari. *ſupr. tom.* 2. *tract.* 7.

23 *capit.* 1. *numer.* 14. Licet Epiſcopi debeant ex actis iudicare, Bald. *in cap.* 1. §. *Sacramentum*, *in conſuetud. rect. feud.* Oroſci. *in d.* §. *veritas*, *num.* 16. Iaſo *in l.* 2. *in fine*, *ff. de in lit. iur.* Gutier. *d. cap.* 19. *num.* 20. Pacian. *in addit. d. cap.* 67. *n.* 9. *lit. A.*

24 Arbitrator etiam poteſt negotium ſibi commiſſum iuxta veritatem ſibi notam definire, Tuſch. *ſupr. lit. I. concluſ.* 398. *num.* 21. *in fine*; Bald. *conſ.* 140. *in fin. lib.* 1. Sunt

25 aliqui caſus, in quibus permittitur Iudicibus Principe inferioribus ex ſua priuata ſcientia iuxta veritatem iudicare, quos congerunt Morla *à numero* 28. Tuſch. *vbi proximè*, *numero* 19. *cum ſeqq.* Maſcard. *d. concluſ.* 450. *à numero* 4.

Ad Num. 8.

16 Conſequenter dicendum eſt, priuatam iudicantis ſcientiam nihil intereſſe, vt accuſatore, aut actore non probante, reus definitiuè, vel ab obſeruatione iudicij abſoluatur, ſed ita abſoluendus erit, vt acta depoſcunt; Morla *num.* 26.

Verſ. *Ex quibus tandem.*

27 Accuſatore non probante in criminalibus, quid Iudici faciendum, cùm de rei innocentia non docetur, maximè diſputatur. Sunt qui exiſtimant, cauſam indeciſam relinqui oportere, accuſato ſub fideiuſſoribus dimiſſo, aut ſine illis, ſi ipſos nequit habere; per textum in *l. ſi quis adulterij* 34. *C. ad leg. Iul. de adulter.* ita Salicet. *in l.* 3. *quaſt. fin. C. ad leg. Iul. Maieſtat.* Pariſ. de Puteo *de ſyndicat. verbo*, *Viſo de repet. tortur. col. fin.* Hippolyt. de Marſ. *in l. repetiò*, *num.* 36. *ff. de quaſtion.* & in *prax. crim.* §. *quoniam*, *num.* 49. Paul. Gilland. *de relaxat. incarcerator in rubr. de abſolut. innocent.* Alberic. *in l. Diuus Marcus*, *notab.* 1. *ff. de offic. Præſid.* Alij tenent reum definitiuè abſoluendum, aut quod ipſi aliqua pœna pro qualitate præſumptionum & indiciorum imponatur, Ant Gom. *var. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 28. *verſ. Sed his non obſtantibus*, vbi latè probat: Scaccia *de indic. lib.* 1. *cap.* 95. *num.* 1. Simancas *de Catholic. inſtitut. cap.* 63. *num.* 36. Paz *in prax. tom.* 1. *par.* 5. *cap.* 3. §. 11. *num.* 22. Alij ſentiunt cum *D. Couar.* hic, accuſatum ab obſeruatione iudicij abſolui debere, Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſ.* 93. *à num.* 2. Iul. Clar. *in prax. crim. quaſt.* 62. *num.* 2. *verſ. Forma autem*, Pacian. *d. cap.* 67. *num.* 41. Farin. *in prax. crim. tit. de Inquiſit. quaſt.* 4. *num.* 27. *verſ. Quid dicendum*, vbi de praxi teſtatur; & quid ſi per torturam purgentur indicia? *num.* 26.

Ibi: *In ciuilibus ſanè controuerſijs.*

28 Quid in ciuilibus cauſis obſeruandum ſit, actore non probante, non minus controuertitur, ſed quod frequentius receptum eſt, quibuſdam propoſitis caſibus apparebit. *Primus* eſt, cùm lite iam conteſtata iudex terminum probatorium aſſignat, intra quem ſi actor de iure ſuo non docuerit, reus definitiuè venit abſoluendus, Iaſo *in l. fin. num.* 50. *verſ. Sed ego intelligo*, *ff. de ſeruit.* Maſcard. *tom.* 1. *concl.* 36. *num.* 58. *verſ. Decimo ampliatur*, Pacian. *d. capit.* 67. *n.* 33. 34.

Secundus caſus cum terminus ad probandum nullus eſt datus à iure, vel ab homine (aliquando enim ſtatutò, tempus ad probandum, finiendámque litem præſcribitur, Bald. *in capit. fin. num.* 11. *verſ. Et hoc verum de iureiur.* Pacian. *num.* 35.) & erit reus ab obſeruatione iudicij abſoluendus, Bart. *in l. admonendi*, *num.* 13. *verſ. Quaro primò*, *ff. de iureiur.* Pacian. cum multis, *numero* 43.

Tertius, quando Arbiter, aut Iudex, ex partium conſenſu delegatus, tenetur intra certum diem cauſam terminare: nam ſi actor non probauerit, reus definitiuè debet abſolui, terminus enim ille cenſetur etiam ad probationes aſſignatus, actórque ſe aſtringit ad docendum intra illum de iure, quod habet; quare opus non eſt, vt terminus ſpecialiter aſſignetur, Felin. *in cap. venerabilis*, *col. pen. verſ. Datur & alia cautela*, *de iudic.* Caſtrenſ. *in l. properandam*, §. *& ſi quidem*, *num.* 9. *verſ. Adde quod dicit*, *col.* 4. *C. de iudic.* Pacian. *num.* 50. *cum ſeqq.*

Quartus, cùm lis conteſtata non fuit; & tunc reus ſolum à iudicij obſeruatione abſoluitur, quoniam ad definitiuam, lite non conteſtata, procedi non poteſt, niſi in caſibus permiſſis, quorum meminit Gloſ. *verb. regulariter*, *in capit. quoniam frequenter.* 5. *vt lite non conteſt.* ita Abbas *in capit. fin.* §. *ſane*, *num.* 6. *verſ. Item oportet quod lis*, *col.* 2. *de iureiur.* Pacian. *num.* 59. qui materiam iſtam egregiè, fuſéque pertractat.

Ibi: *Nec quidquam refert, reum nolentem conteſtari.*

Hæc *l.* 1. *tit. de las conteſtaciones*, *lib.* 3. *ordinam.* quæ 29
eſt *l.* 1. *tit.* 4. *libr.* 4. *Recopilat.* etſi in Supremis Tribunalibus non practicetur, ab inferioribus Iudicibus eſt obſeruanda, Matienç. *ſupr. cap.* 44. *num.* 6. Auendañ. *reſp.* 1. *num.* 22. Paz *tom.* 1. *par.* 1. *tempor.* 6. *num.* 44. 43. Gutier. *practicar. lib.* 1. *quaſt.* 46. *num.* 2. Did. Per. *in d. l.* 1. *ordinam.* Monteroſ. *in ſua practica*, *tract.* 5. *fol.* 82. *ad fin.* Salazar. *de vſu*, *& conſuet. verſ. Propterea*, *fol.* 13. Bolañ. *in Curia*, *part.* 1. §. 14. *num.* 10. Etſi contrarium affirmet Olan. *in concord. iur. lit. C. num.* 101. Apud quos de praxi præfatæ conſtitutionis.

Ad Num. 9.

Eſt opinio communis, quæ docet, ſententiam, quæ 30
ex actis nequit iuſtificari, nullam eſſe, Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 107. *num.* 1. Vant. *de nullitat. ex defectu proceſ. num.* 14. Grat. *diſceptat. lib.* 5. *cap.* 531. *num.* 61. 62. Farin. *in ciuilib. antiq. deciſ.* 665. *num.* 2. & in *nouiſ. deciſ.* 77. Ricci. *in praxi fer. Eccleſiaſt. tit. de iur. Patronat. deciſ.* 215. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 380. *num.* 13. Hermoſill. *in l.* 32. *gloſ.* 2. *num.* 291. *tit.* 5. *par.* 5. Peregr. *conſ.* 29. *num.* 9. *vol.* 4. Rota *deciſ.* 445. *num.* 8. 1. *par. diuerſor.* & *deciſ.* 704. *num.* 2. Quod adeo verum eſt, vt Partium conſenſu non poſſit ſuſtineri, Hermoſill. *ibidem*, nec in rem iudicatam tranſitum faciat, Pute. *deciſ.* 369. *lib.* 1. Seraphin. *deciſ.* 261. Bellamer. *deciſ.* 340. Hermoſill. *vbi ſupr.* Sed ſententia lata ex confeſſione Iudici etiam vt tali facta, de qua in proceſſu non apparet, ex actis iuſtificari non poteſt. Igitur eſt nulla. Nec intererit, quod Iudex exprimat in ſententia, eam confeſſionem ſibi fuiſſe factam, quoniam eius dicto credendum non eſt, *cap. cum à nobis* 28. *de teſtib.* vbi Felin. *num.* 5. *verſ. Secunda concluſio*, Iaſo *in l.* 2. §. *ſi abſens*, *num.* 10. *verſ. Ego teneo contrarium*, *col. fin. ff. ſi ex noxal. cauſ. agat.* Pacian. *d. libr.* 1. *cap.* 48. *num.* 20. & diximus *ſupr. num.* 14. Emman. *quaſt. regul. tom.* 1. *quaſt.* 13. *art.* 2. *à princ.* & *verſ. Corroboratur.*

Quibus non refragatur Butr. *in capit. quoniam contra*, 31
col. pen. de probat. quem ſequuntur Felin. *ibi*, *num.* 28. *verſ. Quintus caſus eſt*, *col.* 14. & alij communiter, dum docent, valere ſententiam, qua Iudex pronunciat: *Abſoluo Caium*,

Caium, quia mutuum probatum non eſt. Quamuis ex actis conſtet, actorem plenè mutuum probauiſſe. Hoc enim ideò verum eſt, quia ab animo, & arbitrio pendet Iudicis, quanta fides ſit teſtibus adhibenda; *l. 3. §. 1. ff. de teſtib.* qui tametſi quoad verba intentionem actoris concludenter probauerint, ipſe nihilominus Iudex potuit rectè ex trepidatione, aſpectu, aliiſve circumſtantijs, eorum depoſitionibus non credere, Bart. *in l. Lucius in fin. ff. de ys, quaeſt. auiant. infam.* Bald. *in l. cum magiſtratus, C. quand. prouoc. non eſt neceſ.* Grammat. pluret laudans *deciſ. 34. num. 46. 47.* Menoch. *de arbitrar. libr. 2. caſ.*
32 *90. num. 5.* Quæ incredulitas, cum lateat, ac reſideat in animo iudicantis, ex actis percipi impoſſibile eſt, imò neceſſario in his ipſi fides adhibetur; Menoch. *ſup. lib. 1. quaeſt. 76. num. 12.* Iaſ. *in §. ſed. iſta, el 2. num. 54. Iaſt. de action.* Quod aliter ſe habet in confeſſione Iudici facta, quæ cùm actus Partis externus ſit, debet ad acta redigi, vt ſic ſententiam conſtet eſſe iuſtam.

33 Ex quibus redditur difficilis *D. Couar.* aſſertio, quæ tamen vera erit, ſi Iudici conceſſum ſit, vt ſine ſcriptis in cauſa procedat, nam tunc ſententia, in qua mentio fiat de confeſſione facta Iudici vt tali, ſuſtinebitur; quoniam eius dicto credendum eſt, Bart. *in auth. niſi breuiores, in fin. C. de ſentent. ex peric. recitand.* Pacian. *d. lib. 1. cap. 48. num. 78.* Iaſo *in l. admonendi, in 2. lectur. num. 168. verſ. Facit ad prædictorum confirmationem, ff. de iureiur.* Ant. Gabr. *commun. lib. 1. concl. 1. de teſtib. num. 36. verſ. Decimo ſexto limita,* Crot *de teſtib. par. 6. num. 218. verſ. Octauo, & vltimo fallit.* Sed ſi is, de cuius confeſſione Iudex teſtatus eſt, eam negauerit appellans, ſententia reuocabitur, niſi teſtibus probetur confeſſio; licet enim permiſſum ſit in cauſa ſine ſcriptis procedere, non ideo Iudex non tenebitur teſtes adhibere in eis, quæ ſubſtantialia iudicij ſunt, vt confeſſio, alioqui de iuſtitia ſententiæ conſtare non poterit: & ita intelligendum ſunt præfati DD. aſſerentes, huius Iudicis aſſertioni ſtandum eſſe, & *D. Couar.* qui Doctrinam iſtam generaliter tradit, Pacian. *ſuprà.*

Ibi: *Vnde ipſe infero intellectum.*

34 Exhibitio inſtrumenti quomodocumque facta Iudici minime probat, ſed neceſſe eſt, vt realiter producatur in actis; Abb. *in cap. imputari, 2. notab. de fide inſtrument.* Bart. *in extrauaganti, Ad reprimendum, verbo, de plano, num. 3.* Parej. cum plurimis, *de inſtrument. edit. tom. 2. tit. 7. reſolut. 6. num. 6.* Maranta *in prax. par. 6. actu 8. num. 35.* Vantius *de nullit. ex defectu citation. num. 55.* Gratian. *ſupr. cap. 111. num. 33. & cap. 725. num. 29.* Poſt. *de manutent. obſeruat. 69. num. 22. & obſeruat. 97. à num. 1.* nam, vt inſtrumentum probet, neceſſe eſt, vt vel ipſum, vel tenor eius de verbo ad verbum in proceſſu relinquatur, quæ realis productio nuncupatur;
35 Pareja *num. 2:* Oliuer Beltram. *in Addit. ad Alexand. Ludouiſ. deciſ. 59. num. 11.* Alioqui verbalis eſt produ-
36 ctio, quæ ad probationem nihil prodeſt, Pareja *num. 5. 6:* Vnde ſententia lata ex inſtrumento Iudici, vt tali, noto, de quo in actis non apparet, vt diximus, erit omnino nulla: Parej. *num. 7.* Bart. *ſupr. d. num. 3.* ibi: *Quia per hoc ſolum quod exhiberetur coram Iudice non fieret probatio.* Ex his difficile defendi poteſt *D. Couarr.* contraria reſolutio.

Verſ. *Septimo ſunt, qui in hac difficili.*

37 Iudex lege charitatis ſola obligatur ad liberandum conuictum de crimine, quem ipſe inſontem priuatim ſcit: Sanch. *d. dub. 16. num. 13.* vbi alij, etſi contrarium alijs
38 placeat: videatur Diana *d. reſolut. 22.* Vnde tenebitur ea adhibere media, quæ ſibi valde nociua non ſint; non tamen cedere Magiſtratui, neque bonorum iacturam pati, quia lex charitatis cum tanto detrimento non obligat, Sanch. *numer. 14.* Lugo *d. diſp. 37. num. 41. 49.* Nec cum quis patitur ex malitia alterius, compellitur aliquis cum magno incommodo illi ſubuenire, Sanch. *ibidem,* Gutier. *d. quaeſt. 29. num. 12. verſ. Hoc tamen remedium,* Cordub. *d. libr. 1. quaeſtion. quaeſt. 37. verſ. Secundo corollario ſequitur,* Iul. Clar. *in prax. crim. §. fin. quaeſt. 66.* Sot. *d. lib. 5. quaeſt. 4. art. 2.* Illud vero me- 39
dium remittendi cauſam ad Superiorem indeciſam, & apud ipſum de innocentia damnandi deponere, tunc neceſſario debet adhiberi, quando veroſimilis ſubſit ſpes, vt per hoc innocens abſoluatur, non aliàs; Sanch. *numero 13.* apud quem Cordub. *verſ. Ex hac opinione,* ſequuntur Syluest. Alenſ. Tabiena, Caiet. Viguer. & alij; quos refert Panormitan. *in cap. paſtoralis, de offic. & poteſt. indic. delegat.* Angles *in florib. Theolog. quaeſt. de reſtitut. in inſt. in iudicio Commiſſu in concluſ. quæ incipit:* Iudex damnans, *pag. 243.*

Similiter, ſi Iudex crediderit, innocenti profuturum, 40
debebit pronunciare, ſibi de cauſa non liquere, non mentiendo; nam pro vita proximi mentiri non licet, *cap. ne quis, cum ſequent. 22. quaeſt. 2.* Sed vtendo abſtractione, vt docet Gloſ. *in d. capit. ne quis.* Et quidem verum eſt, de cauſa, vt oportet, iudici non liquere, cum ex falſitate probationum innocens reus conuincatur.

Ad Num. 10.

Executor non poteſt exequi ſententiam notoriè in- 41
iuſtam, aut errorem intolerabilem continentem, Sanch. *d. cap. 1. dub. 18. num. 1.* Cordub. *ſuprà, verſ. Tertio corollario.* D. Thom. *2. 2. quaeſt. 64. art. 6. ad 3.* Gutier. *num. 15.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quaeſt. 38. num. 21.* Azeued. *in l. 15. num. 6. tit. 1. lib. 4. Recopilat.* Gratian. Falcon. *reg. 422. num. 8.* Nauarr. *in cap. cum contingat, remed. 1. num. 7. de reſcript.* Salzed ad Bernard. Diaz *in prax. cap. 154. num. 11. verſ. Verum* Alioqui quamuis ſen- 42
tentia iniqua ſit, ipſique executori conſtet, eam exequi tenetur, Nauarr. *vbi proximè,* Afflict. *deciſ. 210.* Ceuall. *tom. 3. de cognit. per viam viol. gloſ. 6. num. 137.* Gutier. *ſupr.* Maranta *de ordin. iudicior. par. 4. diſp. 1. à num. 4.* Gigas *de crimin. læſæ Maieſt. tit. qualiter in crimin. læſæ Maieſt. proced. quaeſt. 16. num. 13.* Belluga *in ſpecul. Princip. rubr. 11. §. tractandum. num. 4.* Iacob. de Graffis *in aureis deciſ. part. 1. lib. 2. cap. 10. num. 23.* Panormit. *in d. cap. Paſtoralis, §. quia verò, num. 2. de offic. iudic. deleg.* Sed ſi commodè poteſt, ſe abſtinere debet, Gutier. *ibidem.* Sanch *num. 4. & 5.* qui alios refert aſſerens, idem eſſe, cum ſententia eſt iuxta acta iniqua non notoriè, ac ſi iuſta foret ſecundum allegata, & probata, contra eum tamen lata, qui innocent eſt, quod ipſi exequutori patet, nam vtroque caſu tutè exequitur, ſi commodè ſe excuſare non valeat.

Verſ. *Sed & ſi Iudex ordinarius.*

Iudex etiam ab eo, qui tulit ſententiam, vt eam exe- 43
quutioni mandet, requiſitus, tanquam exequutor, non obſtante iniuſtitia non notoria, parêre debet, cum ſcilicet requiſitus de cauſa illa propter incapacitatem cognoſcere non poteſt: veluti ſi Eccleſiaſticus auxilium brachij ſæcularis imploret in cauſis merè Eccleſiaſticis; nam laïcus iudex ad illud impertiendum compellitur, nec opus eſt, vt ſibi de iuſtitia ſententiæ conſtet: Gail. *obſeruation. lib. 1. obſeruat. 115. num. 4.* Franciſc. Molin. *de brachio ſecular. cap. 12. num. 25.* Paz *tom. 2. in prælud. 2. num. 7. verſ. Quando iudex Eccleſiaſticus,* Cancer. *variar. part. 2. cap. 15. num. 12.* Carleual. omnino videndus pluribus laudatis, *de iudic. tom. 1. diſp. 2. num. 772.* hinc etſi ſciat iniuſte iudicatum, obtemperare conſtringitur; vt præter laudatos nuper, Paiſlador. *rer. quotidianar. lib. 2. cap. fin. parte 2. §. 2. num. 7.* Guid. Pap. *deciſ. 574.* Nauarr. *in d. cap. cum contingat, de reſcriptis,* Petr. Barboſ. *in l. Prætor. 75. num. 16. ff. de iudic.* niſi ſe poſſit excuſare, *d. §. quia verò,* Sanch. & Gut. *vbi proximè.*

Quod ſi Eccleſiaſticus in cauſis mixti fori contra 44
laïcos illud auxilium poſtulauerit, cum Iudex de illis cognoſcere poſſit, niſi de iuſtitia ſententiæ ſibi conſtet, exequi non tenebitur; atque ita ab iniqui decreti exequutione ſe abſtinebit; Azeued. *ſupr. à numero 9.*

Caneer. *par.* 3. *capit.* 19. *num.* 3. *cum ſeqq.* Bobadill. *in politic. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 175. Carleual. cum alijs, *n.* 775. Idem iuris eſt cum decreti ſui, vel ſententiæ exequutionem Iudex laïcus alteri itidem laïco Iudici literis hortatorijs committit, hic enim examinare debet, an iuſta ſit ſententia ex relatione actorum ad ſe miſſa? quam ſi iniquam cognouerit, non exequetur, Carleual *num* 777. Farinaci. *in prax. q.* 7. *num.* 34. & 35. Auendañ. *de exequend. mandat. par.* 1. *cap.* 7. *num.* 6. Gamma *deciſ.* 363. *à num.* 3. Theſaur. *deciſ.* 90. *num.* 7. Et ita in Hiſpania practicari, teſtatur Carleual. *num.* 778. qui latiſſimè hac de re loquitur. At cum Iudex requiſitus ſolum ex priuata ſcientia aliunde quam ex actis compertum habet, innocentem fuiſſe damnatum, aut aliàs ſecundum veritatem, eſſe iniquam ſententiam, eam exequi poterit; Molina *in empor. iur. d. tit.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 37. niſi commode ſe excuſare valeat; vt ex *Sanch.* & *Gutier.* nuper dicebamus. Poſſet tamen dici, non teneri ad ſe excuſandum, niſi per hoc innocens veniat liberandus, nam eadem eſt ratio de iudicante, ac de exequente, Lugo *tom.* 2. *d. diſp.* 37. *num.* 48.

AD CAPVT II.

An & dolo & cauillationibus in iudicio vti liceat.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatis licet vti in iudicio cauillationibus contra cauillantes, vel notoriè contra iuſtitiam litigantes.*
2 *Pro tuenda vita propria, vel proximi, non eſt licitum mentiri.*
3 *Mentiri in iudicio, quale peccatum ſit.*
4 *Reus non legitime à Iudice interrogatus fateri non tenetur veritatem.*
5 *Idem eſt, ſi ſibi non liqueat, num iuridice interrogetur?*
6 *Etiam legitime interrogatus in foro conſcientia non obligatur ad fatendum crimen à ſe commiſſum.*
7 *Mentiri, cum intrinſecè malum ſit, nunquam licitum eſſe poteſt.*
8 *Mori prius oportet, quàm male conſentire.*
9 *Iudex quando ſecundum iuris ordinem interrogare cenſeatur.*
10 *Reus eſt certiorandus de indicijs, vel probationibus, quæ ſunt aduerſus ipſum, antequam de crimine interrogetur.*
11 *Religioſus ſimiliter poteſt à Prælato interrogatus de delicto celare veritatem.*
12 *Excipiens fateri non videtur.*
13 *An liceat in iudicio contrarijs exceptionibus vti?*
14 *Nullam pœnam patitur, qui in iudicio mentitur, niſi ſit ſpecialiter à iure ſtatuta.*
15 *Fabricans falſa inſtrumenta, vel eis ſcienter vtens, quomodo puniatur.*
16 *Falſum committit, qui interrogatus tacet veritatem, acſi mendacium diceret.*
17 *Iuridice interrogatus, an acceperit mutuo centum? quæ iam ſecretò ſoluit, poteſt, media abſtractione, negare poſitionem.*
18 *Occidens hominem in ſui defenſionem, licitè negat in iudicio homicidium cum abſtractione.*
19 *Promittens ducere Bertam in vxorem, ſi ſuperueniat iuſta cauſa non implendi, quam probare non valet, tuta conſcientia negat promiſſionem.*
20 *Quoties iuſtè expedit celare veritatem ad tuendum honorem, vitam, vel bona, poteſt quis in iudicio, vel extra, per abſtractionem interrogantem illudere etiam cum iuramento.*
21 *Debitor in quinquaginta, interrogatus in iudicio, an centum debeat? nequit ſimpliciter negare poſitionem.*
22 *Contrarium verius.*
23 *An teneatur ad litis expenſas, & conſtituatur in mora reſpectu eius, quod debet?*
24 *Fur ſemper eſt in mora.*
25 *Inficians in iudicio totum, cum partem debeat, peccat contra iuſtitiam, niſi reſtituendi animum habeat, quod debet.*
26 *Non eſt periurus qui negata abſolute poſitionem, cum plus, quam debet, à ſe petitur.*
27 *Fallit, ſi reſpondeat, ſe nihil debere.*
28 *Vel ſi rogetur, an debeat centum, aut minorem quantitatem, nam ſi abſolutè neget, periurus erit.*
29 *De intellectu* cap. 1. de arbitr. in 6. & l. diem proferre, §. ſi plures, ff. eod. *qui agunt.*
30 *Arbitria adinſtar iudiciorum inuenta.*
31 *Iura, vt lites extinguantur, maxime ſtudent.*
32 *Lites finiri, publicè intereſt.*
33 *Intelligitur* l. ſi ita ſtipulatus 120. ff. de verbor. obligat.
34 *Non eſt vera conditio, niſi quæ in futurum confert diſpoſitionem.*
35 Dict. §. ſi plures, *locum non habet in æſtimatoribus conſtitutis ad taxandum rei valorem.*
36 *Idem in teſtibus dicendum eſt.*
37 *Quod in arbitratoribus etiam verum eſt.*
38 *Arbitratores vt negotiorum geſtores habentur.*
39 *Intra quam quantitatem valeat ſententia iudicum ſuperiorum, licet tria vota conformia non ſint.*
40 L. inter pares, ff. de re iudicat. *explicatur.*
41 *Deciſio* d. §. ſi plures, *obtinet, etſi qui in maiori ſumma condemnant, exprimant, ſe non conſentire ei, qui in minori damnauit.*
42 *Expreſſio eius, quod tacite ineſt, nihil operatur.*
43 *Qui promiſit iureiurando redire ad carcerem, vbi iniuſtam mortem timet, ſtare promiſſis, aut relaxationem iuramenti impetrare debet.*
44 *Homo licitè ob iuſtam cauſam vitam propriam periculo exponit.*
45 *Iurans ſe facturum rem illicitam, grauiter peccat.*
46 *Similiter, & qui ſine intentione implendi cum iuramento promittit.*
47 *Limitatur concluſio tradita ſuprà num.* 24.
48 *Qui doceant contra præfatam concluſionem, non teneri, qui iurauit, reuerti.*
49 *Promittens abſque iuramento in præmiſſo caſu ad carcerem redire, non obligatur.*
50 *Licitum eſt, ad euitandum tormentorum cruciatum, falſo ſibi crimen imponere capitale, ſecluſo mendacio, vel periurio.*
51 *Limitatur in Religioſo graui, ex cuius falſa confeſſione dedecus in totum Ordinem redundaret.*
52 *Conuictus de hæreſi, quam minimè commiſit, poteſt crimen fateri abſque periurio, aut mendacio, vt mortem euitet.*
53 *Famam propriam an quis valeat prodigere?*
54 *Mors omnium terribilium vltimum.*
55 *Vita regulariter famâ æſtimabilior.*
56 *Differentia inter actiones tendentes ad mortem directè, vel indirectè.*
57 *Iudex non poteſt reum condemnare, vt ipſe ſe occidat.*
58 *Excepta reuelatione diuina, nemo poteſt actum in mortem propriam directè tendentem exercere.*
59 *Sampſon diuina reuelatione ſe interemit.*
60 *Ignorantia inuincibilis poteſt à peccato excuſare ſe ipſum occidentem.*
61 *Hæreſis Circuitorum circa occiſionem ſui ipſius.*
62 *Intelligitur* cap. non eſt noſtrum, 23. quæſt. 5.
63 *Cuilibet, cui ſpecialiter prohibitum non eſt, licet cibos miniſtrare iuſtè damnato, vt fame pereat, ſed non tenetur.*
64 *Vtrum iuſtè damnatus, vt fame pereat, poſſit reſpuere cibos ſibi oblatos contra iudicis voluntatem?*
65 *Vitam propriam an liceat abbreuiare? remiſſiuè.*
66 *Damnatus etiam iniuſtè non peccat eundo ad locum ſupplicij; ſcalam aſcendendo, & ſimilia faciendo.*
67 *Iuſtè damnatus ad mortem, poteſt data opportunitate fugiendi, in vinculis perſiſtere, vt moriatur.*

68 *Secun*

68 *Secus in damnato iniuſtè, niſi ob aliquem finem iuſtum euadere nolit.*

69 *An liceat militi belli ſe exponere periculo, in quo ſe periturum certè cognoſcit? remiſſiuè.*

70 *Iuſtè captus, vel ad mortem damnatus, promittens cum iuramento, aut ſine illo ad carcerem redire; tenetur ſeruare promiſſa.*

71 *Carceratus iuſtè, vel iniuſtè, fugere licitè poteſt.*

72 *Fallit in Religioſo per ſuum Prælatum iuſtè capto, qui fugere nequit, niſi carcer acerbus nimis ſit, aut timeat pœnam, corporalem.*

73 *Serui etiam iuſto bello capti licitè fugiunt, vt ad ſuos reuertantur.*

74 *Fugiens è carcere non peccat, licet, ex eo cuſtos detrimentum patiatur, quod nec tenetur reſarcire: Limitatur ibidem.*

75 *Fugiens à carcere, cuius oſtium inuenit apertum, non habetur pro confeſſo.*

76 *Fractor carceris quomodo puniatur.*

77 *Fugiens è carcere non punitur, ſi illico reuertatur, modo non effregerit.*
Idem eſt cum notoriè detinetur iniuſtè.

78 *In foro conſcientiæ regulariter cum fugere licet, licitum eſt etiam carcerem frangere.*

79 *Damnatus ad mortem, vel aliam pœnam, poteſt frangens carcerem fugere.*

80 *Innocens iuſtè damnatus ſecundum allegata, & probata, occidere non poteſt iuſtitiæ miniſtros, vt à morte liberetur, licet alijs modis poſſit ſe defendere. Et quid ſi etiam ex actis iniuſtè damnetur.*

81 *Ob bonum commune vitam amittere quis tenetur.*

82 *Notoriè detentus iniuſtè in vinculis publicis, nec punitur, nec pro confeſſo habetur, etſi effractis carceribus fugiat.*

83 *Quando liceat, notoriè detentum iniuſtè in carcere eripere, etiam cum carceris fractione.*

84 *Innocens iuſtè in carcere detentus propter indicia, quomodo puniatur, ſi fugerit.*

85 *Iuſtè damnatus fugiens, tutè poteſt ſecum portare cuſtodem impedientem fugam; & ſolum venialiter peccat, ſi miniſtros iuſtitiæ à ſe excutiat, & in terram proſternat, vt euadat.*

86 *Frangens carcerem, & compedes ad fugam, tenetur damnum parietis rupti, & vinculorum reſarcire.*

87 *Leges punientes carcerum effractores ſolum obligant in foro exteriori.*

88 *Leges pœnales in conſcientia non obligant.*

89 *Licet quis det operam rei licitæ, tenetur ad damnum quod directè fecit.*

90 *Cooperari ad fugam carcerato, quibus liceat,*

91 *Nulli permittitur frangere carcerem, vt alter euadat.*

92 *Limitatur in quibuſdam perſonis.*

93 *Pater & filius vna eademque perſona exiſtimantur.*

94 *Pater in filio magis, quam in ſe ipſo patitur.*

95 *Quoties pater, & filius ſunt pro eodem crimine torquendi, incipiendum eſt à filio.*

96 *Egregium paternæ pietatis exemplum refertur.*

97 *Coniugum maxima dilectio.*

98 *Damnatus vt in vinculis ſit, fugere non poteſt etiam ſine fractione.*

99 *An liceat damnato, vt in carcere perpetuo ſit, vel ad triremes, fugere? remiſſiuè.*

100 *Verum poſſit imponi pœna carceris perpetui? remiſſiuè.*

101 *Pœna carceris ad tempus frequenter iure Regio irrogatur.*

102 *In foro interiori licet vim inferre poſſeſſori pro re propria, quam dominus, aliter recuperare non poteſt.*

103 *Interpretatur* l. ſi quis in tantam, *cum ſimilibus*, C. vnde vi.

104 *Poteſt quis tuta conſcientia rem propriam, aut in ſpecie debitam clanculum capere, etſi agere iudicialiter, & obtinere poſſit.*

105 *Qui nullo alio modo rem propriam æſtimatione non vili amouere poteſt ab iniquo poſſeſſore, ei tuſtè vim infert, etiam cum morte ipſius.*

106 *Debitori per creditorem, vt ſoluat, vis inferri nequit, niſi aliquid innaſceris in ſpecie detineat iniquè.*

107 *Iudex poteſt, ac debet, vti prudenter ſimulatione.*

108 *An ex confeſſione rei falſa ſpe promiſſa impunitatis ſequi poſſit condemnatio? remiſſiuè.*

109 *Recedens ab Eccleſia, in qua erat pro ter delictum, ſeductus ſuaſionibus iudicis promittentis impunitatem, num gaudeat immunitate? remiſſiuè.*

Ad Num. 1.

QVod liceat Aduocato, citra mendacium, in iudicio induſtria quadam, bonóque dolo vti, ad cauillationes aduerſarij effugiendas, victoriamque in lite iuſta reportandam, cum *D. Couar. in præſenti*, affirmant Sanch. *d. lib. 6. cap. 7. dub.* 8. Syluest. *in ſumm. verbo, Aduocatus, quæſtion.* 12. Gutier. *practic. lib. 1. quæſt.* 60. *num.* 4. Parlad. *rer. quotidian. lib. 1. cap. 2. num.* 16. 17. Rebuf. *in l. 1. notabil. 9. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt*, Gratian. Falcon. *regul.* 312. *num.* 5. Tiraquel. *de vtroq. retract. in præfat. num.* 70. Bobadill. *tom. 2. lib. 3. cap.* 14. *num.* 64. *in fin.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap.* 21. *à num.* 4. Armill. *verbo, Aduocatus, num.* 19. Tabiena *n.* 13. 1

Ibi: *Cum hoc etiam ad mortem euitandam nequaquam licitum ſit.*

Mentiri pro vita hominis tuenda, nullo modo licet, 2
Pacian. *d. cap. 21. num.* 5. Gutier. *de delict. quæſt.* 9. *à numero* 15. Barb. *in collect. ad d. cap. ne quis, num.* 1. 22. *quæſt.* 2. Lug. *in princ. moral. p. 1. cap. 1. quæſt.* 4. *num.* 20. Sanch. *de matrim. lib. 4. diſp. 2. num.* 2. Diana *par.* 3. *tract. 5. reſol.* 4. Alphonſ. de Caſtro *lib.* 10. *aduerſus hæreſes, verbo, Mendacium*. Sot. *de ratio. regend. memb. 3. quæſt. 3. concl.* 1. Burg. de Paz *in proœm. l. Tauri, num.* 271. *in princ.* Corduba *in quæſt. Theologic. libr. 1. quæſt.* 29. Quod verum eſt etiam pro vita conſeruanda ipſius mentientis.

Ibi: *Peccat igitur Aduocatus.*

Sed quale peccatum fiat mentiendo in iudicio? dubium 3
eſt; ſunt qui cum Caietano ſentiunt, ſemper eſſe mortale, Fr. Emman. *in ſumm. tom. 2. cap. 2. num.* 5. Mexia *in tract. de taxa panis, concl. 3. num.* 13. Sayr. *in clau. Reg. lib. 12. cap. 2. num.* 16. 19. Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 28. quæſt.* 1. Contrarium vt probabilius docent cum D. Couar. *ſupr. cap. 1. num.* 2. Dian. *par. 5. tract. 3. reſolut.* 27. Sanch. *conſ. moral. lib. 6. cap. 3. dub. 33. num.* 4. Reginald. *t. 2. lib. 1. cap. 14. ſect. 4. num.* 44. Nauarr. *in c. inter verba, corollar. 64. num.* 735. 736. 11. *quæſt.* 3. Medin. *in ſumm. lib. 1. cap. 14. §.* 35. & alij apud Sanch. qui materiæ paruitatem admittentes affirmant, ſolùm peccare venialiter, qui in re leui apud Iudicem mentitur, iuramento ſecluſo. Idem eſt dicendum, cùm mendacium interuenit in re graui ad ſuperandum illum, qui notoriè iniuſtam cauſam fouet, Imola *in cap. 1. num. 3. de mut. petition.* Alex. *in l. qui totam, col. 1. ff. ad Trebellian.* Menoch. *conſ.* 230. *num.* 69. Aretin. *in l. decem, col. fin. vel. Paſſet tamen dici, ff. de verbor. obligat.* Pacian. *d. cap. 21. num.* 3. qui duo concurrere debere ait, vt Aduocatis cauillationibus vti liceat, tum quod iuſtæ patrocinentur cauſæ, tum quod aduerſarius prius cœperit cauillari: quod verum erit, quando ius litigantium dubium fuerit; at ſi Pars contraria apertè litiget iniquè, eo ipſo doloſè agit *l. 2. §. circa, ff. de dol. except.* quare aduerſus eum arte, ac ſimulatione agi permittitur, modo mendacium, & periurium abſint.

Ad Num. 2.

Reus non legitimè à Iudice interrogatus, fateri non 4
tenetur veritatem, ſed licite poteſt per abſtractionem decipere non iuridice interrogantem, velut ſi, cùm Titium occiderit, interrogetur an ipſum occiderit? tuta conſcientia poteſt reſpondere etiam cum iuramento,

ramento, ſe non occidiſſe, intelligens intra ſe, hodie, vel tali genere armorum, quo vſus non fuit in occiſione, ad quæ referendo præfatam negationem, nequaquam mentitur: qua arte ſi non vtatur, periurium committet, aut ſaltem peccabit venialiter, ſi iuramentum non interuenerit; nam mentiri nullo modo licet, etiam ob iniuſtam mortis pœnam vitandam; ita Sanch. *d. lib.6. cap. 3. num. 29. in fin.* Pacian. *d. lib.1. cap.7. num.6.* Tabiena *in ſumm. verbo, accuſatus, num.11.* Greg. Lop. *in l. 4. gloſ. 5. col. 2. tit. 29. p.7.* Valenc. *tom.3. diſp. 5. q.13. punct. 2.* Bernard. Diaz. *in prax. crim. c. 118.* Sayr. *lib. 11. c.5. num.6. verſ. R⋅m ⋅gitur*, Gutier. *canonic. quaſt. lib.1. cap.11. num. 41.* Cordub. *in quaſt. q.65. in princip.* Nauarr. *in d. c. inter verba, corollar. 64. num.725.* Pellizz. *in manual. Regul. tom.2, tract. 9. cap.4. num. 105.* Paz *in prax. tom. 1. par. 5. cap.3. §. 4. à num. 15.* Bonacin. *tom. 2. diſp. 10. q. 3. punct. 2. n.1.*

5 Idem iuris eſt, cum delinquens dubitat, an legitimè interrogetur, Leſ. *de iuſt. & iur. lib.2. c.31. dub.3. n.10.* Sarmient. *lib.1. ſelectar. c.8. n.19.* Reginald. *lib. 24. n.46.* Gutier. *de delict. q. 10. à n. 7.* Pellizz. *n.106.* Paz *n. 13.* Sanch. cum multis, *dub.31. n.2.* & eſt communior, ac vera ſententia, licèt alijs videatur, reum debere pro iudice præſumere, quod legitimè interrogat, & detegere veritatem, Bonac. *num.4.* Paludan. *in 4. diſt. 19. q.4.*

6 Imò probabiliſſimum eſt, eum, qui delictum patrauit, de eo interrogatum, iuris ordine ſeruato, eodem modo celare poſſe veritatem: Ita Nauar. *lib. 2 de reſtit. c.4. num. 342.* Pellizz. *num. 113.* Salç. *in addit. ad Bernard. Diaz in prax. cap.116.* Leſ. *d. c.31. n. 13.* Rodr. *q. regular. tom. 1. quaſt. 19. art. 4.* Sà *in ſumm. de reo, num. 6.* Reginald. *ſup. num. 37* Contrarium tamen receptius eſt, nempè legitimè interrogatum, crimen à ſe commiſſum inficiari non poſſe, Gutier. *ſupra quaſt. 9. in princip.* Diana *par. 2. tract. 5. reſolut. 91.* Paz *num. 9.* Bonacina *d. punct. 2. n. 1.* D. Couar. *practicar. cap. 18. num. 7.* Sayr. *lib. 12. cap. 16. num. 1.* Bolan. *in Curia, par. 3. §. 13. num. 3.* Sanch. cum multis, *dub. 29. num. 4.* Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 12. n. 5.* Mirand. *tom. 2. q. 19. art. 13. concl. 1.* Gregor. Lop. *in l. 4. gloſ. 3. tit. 29. p. 7.* Fallit in conuicto qui fateri tenetur ſecundum omnes, Diana *par. 2. tr. 15. reſ. 27.*

7 Circa præmiſſa notare oportet. Primum, nulla ratione permiſſum eſſe reo mentiri, quoniam mendacium eſt intrinſecè malum, nunquámque licitum eſſe poteſt, *cap. ſuper eo 4. de vſur.* D. Aug. *in lib. de mendac. & contra mendac. & in Epiſt. 8. ad D. Hieronym.* D. Baſil. *reg. 76. ex breuior. Magiſt. ſentent. in 3. diſt. 38.* D. Thom. *2. 2. q. 110. art. 3.* Pat. Suar. *de fid. diſp. 3. ſect. 5. num. 8.* Gutier. *d. q. 10. num. 4.* Bonacin. *ſup. diſp. 10. circa 8. Decal. prac. q. vnic. de mendacio, punct. 2. num. 1.* Parlad. *different. 87. num. 6.*

8 Paz *num. 16. 17.* Quare potius mori, quàm malo conſentire, oportet; *cap. Sacris 5. de ijs, qua vi*, Menoch. *de praſumpt. lib. 3. praſ. 4. n. 32.*

9 Secundum, Iudicem tunc interrogare reum iuxta iuris ordinem, cum iuriſdictionem in vinctum habet non impeditam, ac præterea præcedit infamia ſeu diffamatio, aut ſemiplena probatio; Sanch. *d. dub. 29. num. 9* Paz *num. 12.* Gut. *d. q. 9. num. 4.* Pellizz. *num. 105.* Bolañ. *n. 4.* Nauarr. *in manual. cap. 25. n. 36.*

10 Tertium, regulariter reum eſſe certiorandum de indicijs, aut probatione, quæ aduerſus eum vrgent, vt teneatur reſpondere, aperiréque veritatem; alioqui cùm dubius ſit, ſecundum magis receptam opinionem, inficiari ſine crimine poteſt, Paz *num. 13.* Gutier. *q. 11. n. 7. cum ſeqq.* Sanch. cum alijs, *dub. 32. num. 2.* Bolan. *num. 4.* Et eſt communis. Sed hoc limitatur in cauſa hæreſis, proditionis in rempublicam, & in crimine læſæ Maieſtatis, Peguera *in prax. crimin. §. 5. num. 13.* Diana *p. 4. tract. 8. reſolut. 130.* Sanch. *dub. 31. num. 4.* Nauarr. *in d. cap. inter verba, corollar. 52. num. 600.* In quibus opus non eſt, reo, quæ ipſum onerant, notificare, idemque in praxi obſeruari, ſaltem cum non petitur à delinquente, in cæteris cauſis, teſtatur Gutier. *qu. 9. num. 23. & canonicar. quaſt. cap. 11. n. 43. cum ſeqq.*

11 Quartum, omnia ſupradicta procedere etiam in reo Regulari à Prælato interrogato, tradunt Pellizzar. *ſup. à num. 105.* Diana *d. reſol. 91.* Rodriq. *ſupr. num. 4.*

Ibi: *Eodem iure erit conſiderandum.*

Excipiens fateri non videtur, Cyriac. *controuerſ. tom. 1. controu. 35. n. 9. & controuerſ. 157. & t. 2. controuerſ. 345. num. 7.* Ceuall. *commun. tom. 1. q. 562. in princ.* Pacian. *d. lib. 1. cap. 22. per totum*, Cacheran. *Pedemont. deciſ. 178. num. 9.* Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 12. num. 16.* Alex. Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 1. tit. de except. reſol. 2. num. 1.* Aug. Barboſ. *in axiom. iur. axiom. 85. num. 9.* Cancer. *variar. p. 1. c. 18. ex num. 9.* Petr. Gregor. *ſyntagmat. iur. lib. 21. cap. 17. num. 3.* Franc. Milanen. *Sicilia deciſ. 5. num. 46. lib. 2.* Cardoſ. *in prax. Iudic. & Aduocat. verbo, Exceptio, n. 26.* Surd. *deciſ. 24. num. 5.* Tuſch. *practic. concl. tom. 3. lit. E. concl. 427.* Gratian. *Marchia deciſ. 19. num. 19.* Bellon. *Genuenſ. deciſ. 38. num. 8. & deciſ. 91. num. 1.* 12

Verſ. *Probauimus tandem.*

Quoad forum animæ, licitè quis ſe contrarijs exceptionibus tueri poterit, modo mendacium abſit; quod mediante abſtractione facillimè contingit, ſed in foro externo, indiſtinctè contrarijs defenſionibus vti, nemo prohibetur, Ant. Gabr. *commun. concl. tit. de action. & oblig. concl. 1. num. 9.* Menoch. *conſ. 130. num. 63.* Felin. *in cap. Paſtoralis, num. 5. de except.* Gloſ. *in cap. nullus pluribus 20. de de reg. iur. in 6.* Nec ratione mendacij repellitur, quoniam 13
14 pro ſui defenſione toleratur, vt quis mentiatur in iudicio, Bald. *in auth. contra qui propriam, num. 12. verſ. Modo ſequitur, col. 2. C. de non num. pecun.* Pacian *cap. 19. num. 101.* Nec deteriorem ſuam conditionem facit: Bald. *in l. 1. num. 15. verſ. Circa ſecundum, col. 5. C. de furt.* Salycet. *ibi, num. 6. verſ. Quaro decimo, col. 2.* Caſtrenſ. *num. 2. verſ. Nota ex primo dicto, col. 1.* Aretin. *in §. idem iuris, num. 25. verſ. Capio quartum principale quaſitum, col. 25. Inſt. de actionibus*, Pacian. *n. 103.* Nec pœnam meretur, niſi vbi lex ſpecialiter in mentientem ſtatuit: Pacian. *d. num. 101.* Garc. Giron. *de priuileg. num. 1012.* Menochi. *de arbitrar. lib. 2. cent. 3. caſ. 276. num. 8.* Gozadin. *conſ. 46. num. 3.* Vnde cum iure cautum non reperiatur, vt non audiatur, qui contrarijs nititur exceptionibus propter mendacium, dicendum videtur, poſſe quis illis vti. Sic qui prius negauit ſe hominem interfeciſſe, poterit conuictus probare in ſui defenſionem homicidium admiſiſſe, quamuis vtrumque verum eſſe, impoſſibile ſit, Paz *d. par. 5. cap. 3. §. 6. num. 80.* Pacian. *num. 88. verſ. Contrarium*, Bart. *in l. nemo ex his*: communiter approbatus, *ff. de reg. iur.* Boëri. *deciſ. 164. num. 12.* Boſ. *in prax. crimin. tit. de defenſ. reor.* Quod malum (vt alia, quæ congeſſit Menoch. *d. caſ. 276.*) toleratur, ne defenſionis facultas reſtringatur, ex quo malitia præualeat calumniantium. Quando autem mendacium puniatur, tradit latè Pacian. *d. cap. 19.*

Ad Num. 3.

Qui inſtrumentis falſis, quæ per ſe, vel per alium confecit, vtitur, pœna falſi ordinaria plectitur; qui verò eis à ſe non confectis vtitur, extraordinario ſupplicio pro iudicis arbitrio punitur, Menoch. *de arbitr. caſ. 315. à num. 2.* Cyn. *in l. 2. col. 2. verſ. Quaritur circà, C. de fid. inſtrument.* Anani. *in capit. ad falſariorum, col. 1. in fin. de crimin. falſ.* Ioan. Faber. *in §. item lex Cornelia de falſis, inſt. de public. iudic.* Farinac. *in prax. crimin. tit. de falſitat. q. 151. num. 65.* Afflict. *deciſ. vlt. num. 18. in fin.* Bald. *in l. iubemus, §. ſane, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Ceuall. *tom. 3. q. 92. num. 6. 7.* Inſtrumentum autem falſum fabricare etiam ad propriam, iuſtámque defenſionem, eſſe culpam lethalem aduerſus iuſtitiam legalem, & rempublicam, docent Layman *lib. 3. ſect. 5. tract. 3. par. 1. cap. 4. n. 4.* Tanner. *2. 2. diſp. 4. ſect. 6. dub. 12. num. 532.* Dian. *par. 3. tract. 6. miſcellan. reſolut. 56.* Lug. *de iuſt. & iur. tom. 2. diſp. 40. num. 27. verſ. Obijci poteſt.* Si verò per fabricatum inſtrumentum nemini iniuria fieri poſſit, quia ſolum reſpicit fauorem fabricantis, vel alterius, pœna arbitraria imponitur; Menochi. *caſ. 306. num. 39.* Felin. *in tract. quand. litt. pap. vim. vel quandonat. puniat. verſ. Fallit ſecundo*, Iul. Clar. *recept. lib. 5. §. falſum, num. 35. & §. periurium, num. 11.* Surd. *deciſ. 282. num. 18.* Farinac. *ſup. quaſt. 150. n. 291.* 15

Ibi:

Ibi: *Ita enim falſum committit, qui interrogatus veritatem.*

16 Non minus fit falſi reus, qui interrogatus ſupprimit veritatem, quam qui mendacium dicit, Menoch. *caſ.* 310. *num.* 14. Tiraquell. *de pæn. temperand. cauſ.* 44. *n.* 15. Zanchin. *de hæret. col.* 14. *num.* 2. Decian. *tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 30. Maſcard. *de probat. concl.* 743. *num.* 12. D. Couar. *in cap. quamuis pactum, par.* 1. §. 7. *num.* 6. *de pact. in* 6.

Ad Num. 4.

17 Interrogatus iudicialiter, num acceperit mutuo centum à Caio? quæ iam ſecretò ſoluit, ita vt ſolutionem probare non valeat, tutâ conſcientiâ negat, vtendo abſtractione; Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 10. *num.* 17. Felin. *in c. ex tenore, in princ. de teſtib.* Barbatia *conſ.* 12. *col.* 3. *verſ. præmitto etiam, quod volui, vol.* 2. *Dec. in l. ea eſt natura, num.* 3 *ff. de reg. iur.* Marſil. *ſing.* 177. Boër. *deciſ.* 243. *num.* 10. *verſ. Sed contra hoc remedium*, Ancharran. *in capit.* 2. *numer.* 1. *verſ. Iuxta prædicta quæro, col.* 22. *de reg. iur. in* 6. Azor. *part.* 1. *libr.* 11. *cap.* 4. *q.* 5. *reg.* 2. Remigi. *in prax. Confeſſarior. tract.* 2. *capit.* 2. §. 3. *verſ. El que pagò cien ducados*. Parlador. *rer. quot. lib.* 2. *cap. fin. par.* 1. §. 4. *num.* 13. *in fine*, Diana *part.* 3. *tract.* 6. *miſcellan. reſolut.* 30. Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 4. *quæſt.* 1. *de iurament. punct.* 12. *num.* 5. *verſ. Nono ſequitur*, Pat. Suar. *de Religion. tom.*
18 2. *lib.* 3. *de iurament. cap.* 9. *num.* 6. Idem docent de occidente ad ſui defenſionem, nam ſe occidiſſe poteſt inficiari, Leſ. *d. libr.* 2. *cap.* 42. *dub.* 9. *num.* 47. Diana *vbi proximè*. Similiter qui promiſit, ducere Bertam in vxorem, ſi
19 ob iuſtam cauſam, quam probare non valet, ſtare promiſſis non teneatur, tutè negat promiſſionem, Sanch. *ſup. num.* 28. Nauarr. *in cap. inter verba* 11. *q.* 3. *num. vlt.* 22. *q.* 5.
20 Philiarc. *de offic. Sacerdot. tom.* 1. *par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *in fin.* Et generaliter omnes ferè concedunt, quod quotieſcunque adeſt iuſta cauſa celandi veritatem, veluti ad tuendam vitam, honorem, vel bona licet etiam cum iuramento Iudici amphibologicè reſpondere, referendo verba ab mentem ipſius iurantis, quo mendacium non dicitur; quam doctrinam varijs exemplis exornant, ac defendunt Diana *vbi proximè*, Sanch. *in Decalog. libr.* 3. *cap.* 6. *à num.* 16. Remig. *ſupr.* Valent. 2. 2. *diſp.* 5. *q.* 13. *punct.* 2. *verſ. Omnes nihilominus, & verſ. Ad ſecundum argumentum.* Pat. Suar. *d. cap.* 9. *num.* 5. Bonacin. *num.* 3. *cum ſeqq.* Nauarr. *in Manual. cap.* 12. *num.* 18. Becan. *de iuſt. & iur. q.* 8. *de iurament. num.* 4. Philiarc. *ſupr. d. cap.* 14. *à princip.* Leſ. *ſupr. n.* 46. 48 Sayr. *lib* 5. *cap.* 4. *n.* 21. Quicquid ſentiant Sylu. 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. *q.* 3. *concl.* 5. Guttierr. *practicar. lib.* 1. *q.* 60. qui *D. Couar.* impugnat. Did. Perez *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *ordinam. col.* 911. Iaſ. *in l. manifeſta, ff. de iure iur. & in l. Iulianus verum debitorem, num.* 14. *ff. de condict. indebit.* & alij.

Ad Num. 5.

21 Debitorem in quinquaginta interrogatum in iudicio, an centum debeat? non poſſe licitè inficiari poſitionem, ſed fateri debere quantitatem, quam debet, affirmant Didac. Per. *ſupr. col.* 915. Pacian. *d. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 6. & *n.* 20. *in fin.* vbi latiſſimè, Salzed. *in addit. ad Bernard. Diaz. reg.* 564. Ioan. Andr. *in cap.* 1. *num.* 22. *verſ. In gloſſa, quia poſitio, col.* 5. *in fin. de teſtib. in* 6. Ant. Gabr. *l.* 3. *commun. concl.* 4. *de expenſ.* Butri. *in cap. dilecti, verſ. Nota prædicta, quod ſi petatur, col.* 3. *de maiorit. & obedient.* Sarmient. *de reddit. Eccleſiaſt. par.* 4. *capit.* 6. *numer.* 10. Cagnol. *in l. non poteſt videri improbus, num.* 6. *verſ. Articulus eſt difficilis, ff. de reg. iur.* Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad cap.* 2. *num.* 19. *de confeſſis, in* 6. Lancellot. Galliaula *in l.* 1. §. *ſi ſtipulanti, num.* 12. *verſ. Circa vltimam quæſtionem, col. pen. ff. de verbor. obligat.*

Verſ. *In oppoſitam ſententiam.*

22 Sed licere abſolutè, negare poſitionem, ſuſtinent Diana *d. reſolut.* 30. Ceuall. *tom.* 1. *q.* 431. *in fin.* Alberic. *in l.* 1. §. *cum adiecit, num.* 12. *verſ. Expeditis contrarijs, ff. de verbor. obligat.* Bonacin. *ſupr. num.* 5. *verſ. Decimo cum non cenſeri*, Gratian. *diſceptat. cap.* 169. *num.* 20. Lanfrancus de Oriano *in cap. quoniam contra, verbo, reſponſiones, num.* 15. *verſ. Nona regula, de probat.* Surd. *deciſ.* 58. *num.* 3. Azor. *par.* 1. *lib.* 11. *cap.* 4. *q.* 5. *reg.* 2. Murſ. *in rubric. ff. de fideiuſſor. num.* 339. *verſ. Quarto limita*, Petr. Barboſ. *in l. cum quis temere, à num.* 141. *ff. de iudic.* Remigi. *ſupr. d. num.* 6. *verſ. El que debe cinquenta*, Archidiacon. *in d. cap.* 2. *n.* 4. *in verbo, ſigillatim, el primero, col.* 4. *de teſtib. in* 6 Rebuff. *in tract. de exceptionib. num.* 148. Sanch. *d. cap.* 6. *num.* 33. Nald. *in ſumma, verbo interrogatus, num.* 1. & alij. Quæ opinio quomodo ſit intelligenda, ſtatim cum *D. Couar.* ſuis locis oſtendetur.

Verſ. *Quamobrem ego opinor.*

De hac aſſertione videndus eſt Pacian. *d. cap.* 18. *à n.* 23
9. vbi cum multis contra *D. Couarr.* reſoluit, negantem totum in hoc caſu, pro quantitate debita in mora non conſtitui, nec poſſe in expenſis condemnari, niſi actor exprimat, ſe paratum eſſe, recipere partem eius, quod petit; & hanc magis communem opinionem dicit. De quo etiam Ant. Gabr. *concl.* 4. *de expenſ. à num.* 10. Fundamentum autem D. Authoris ex *l. ſi ſeruus* 14. §. *boue, ff. de condict. furtin.* ex eodem textu corruit, vbi non agitur de mora furis, ſed de dolo domini bouis furtiui.
Præterea cum fur ſemper in mora ſit, *l. in re furtiua* 8. 24
§. 1. *ff. eod.* argui non poteſt quoad moram, à fure ad debitorem ex contractu. Tamen poſſet dici, quoad expenſas, Paciani ſententiam omnino eſſe veram: non enim veroſimile eſt, vt qui centum petit, quinquaginta acceptis, à lite deſiſtat, vt ipſe conſiderat *num.* 9. Quoad moram verò magis placet *D. Couar.* opinio, nam cùm ſub maiore ſumma minor in affirmatiua comprehendatur, vt notant DD. *in l.* 1. §. *ſi ſtipulanti, ff. de verb. obligat.* qui poſtulat centum in iuditio, etiam minorem quantitatem virtualiter, ac tacitè petit argument. *l. ſi quis cum totum* 7. *ff. de except. rei iudicat.* per quam interpellationem iudicialem reus in mora conſtituitur reſpectu eius, quod debet.

Neque obſtat, quod veriſimile non videtur, actorem debiti petiti partem accepturum, *ex l. tutor* 41. §. *Lucius, ff. de vſur.* Aliud enim eſt, creditorem cogi non poſſe ad recipiendam debiti partem, quod probatur in *eo textu*; & aliud, quod debitor non teneatur offerre ſummam minorem, quàm petitam, vt ille ſi velit, eam recipiat, & ſuper reſiduo litiget, ex quo nullum patitur detrimentum. Imò Gloſſa in *d.* §. *Lucius*, aſſerit in noſtro caſu, ſcilicet cum debitum pro parte agnoſcitur, & pro parte inficiatur, cogendum eſſe, vt quod offertur, accipiat, creditorem; ſic intelligens textum *in l. quidam* 21. *ff. ſi cert. petat.* At cùm non liquet quantum debeatur, nec moram committit qui conuentus negat quod petitur, cùm ipſe neſciat, quod ſoluturus eſt; quod Pacian. probat *n.* 14. Tametſi Alciati diſtinctionem, quæ vera eſt, non admittat, ex eo ſolùm, quod eſt contra communem quoad membrum alterum, dum docetur, moram committi, niſi offeratur quod debetur.

Verſ. *Verum, quod attinet ad principale.*

Licet quis inficiando totum, cum partem debeat, con- 25
tra veritatem non veniat, peccabit tamen contra iuſtitiam retinendo alienum inuito domino, niſi negationem cum animo reſtituendi debitum emiſerit, & hoc effectui abſque culpabili mora mancipauerit: Ita Sanch. *d. num.* 33. Guttierr. *d. q.* 61. *n.* 2. Remig. *vbi proximè*, Bonacin. *d. verſ. Decimo, cum non cenſeri.*

Verſ. *Secundo aſſeram audacter.*

Negantem ſimpliciter poſitionem, cum maior ſumma 26
petitur quàm debetur, periurij reum non eſſe, vltra Laudatos *ſupr. num.* 14. tenet Guttierr. *d. qu.* 61. *num.* 2. 4. *in fin.*

Ibi: *Secundo in eadem ſpecie deducitur.*

Is, à quo plus petitur, cum aliquid debeat, ſi reſpondeat 27
in iudicio, ſe nihil debere, periurus erit; Guttierr. *d. n.* 2.

Hieron. Butigella *in d.l.1. §. ſi ſtipulanti, n.14. in fin. verſ.*
Vnum verò aduerte, col.7. Pacian. *d. cap.* 18. *num.* 18. *verſ.*
Tertiam diſtinctionem. Nec abſtractione vti permittitur
hoc caſu, quia nulla ſubeſt iuſta cauſa ad ioficiandum,
quod vere debetur.

Ibi : *Tertium, reum interrogatum explicite.*

28 Similiter periurium admittet, qui rogatus num debeat
centum, vel minorem quantitatem? quam debet non fa-
tetur, Gutierr. *d. num.* 2. Angel. *in d. §. ſi ſtipulanti, in fine,*
Cuman. *num.7. verb. tamen ad tollendam dubitationem*, *col.*
1. Caſtrenſ. *num.* 5. *verſ. Speculator tamen tenuit*, *col.* 2.
Iaſ. *verſ. Sed in practica ad euadendum*, *col. fin.* Alciat. *n.*
52. *verſ. Ad euitandas igitur*, *col. penult.* Cagnol. *in d. l.*
non poteſt videri improbus, *num.6. verſ. Sed ad euitandam,*
ff. de regul. iur. vbi ſalutarem clauſulam appellat, quam
docuit Angelus *ſuprà*, admonens Aduocatos, vt ſemper
addant in libello, quod ſi reus credat, ſe quantitatem ex-
preſſam totam non debere, declaret, quam ſe debere,
agnoſcit, & qualiter, vt ſic nullo ſubterfugio ſe poſſit iu-
uare, ne fateatur debitum, quod probat *Pacian.* cum alijs,
num. 16.

Ibi : *Quarto ipſe infero.*

An perperam faciat, qui negat ſimpliciter poſitionem
debens aliquid, quia plus petitur? dictum eſt proximè,
*num.*16. vbi DD. referuntur.

Ibi : *Vltimo obiter adnotabo.*

Quando minor ſumma ſub maiori contineatur, expli-
catur *infra hoc libr. cap.* 10. *num.* 90.

Verſ. *Separatim tamen expendere libet decisionem.*

29 De interpretatione *cap.* 1. *de arbitr. in 6. & l. diem pro-*
ferre, §. ſi plures, ff. de recept. arbitr. videndi ſunt Cuiac.
obſeruat. lib. 12. *cap.* 26 *num.*7. Felin. *in cap. cum inter n.*19.
de re iud. Alciat. *libr. 9. parerg. capit.* 14. Franchis *deciſ.*
356. *à num.* 1. Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 3. §. 32.
*gloſ.*3. Valaſc. *de partitionib. c.* 9. *ex num.* 12. Ant. Fab. *in*
rational. ad d. §. ſi plures, Gratian. *diſceptat. cap.* 167. *n.*6.
Deci. *in l. in eo, quod plus, n.9. ff. de reg. iur.* Butigella *in d.*
§. ſi ſtipulanti, n. 5. Ferrar. *num.* 6 Fulgoſ. *in d. §. ſi plures.*
30 Quæ deciſiones Pontificis, & Conſulti, ea ratione com-
muniter defenduntur, quod cùm arbitria adinſtar iudicio-
rum inuenta ſint, *l. 1. ff. de arbitr.* Donell. *libr.* 28. *commen-*
tar. cap. 14. *in fin.* Arbitrique Iudicum vices gerant, Cyriac.
controuerſ. tom. 3. *controu.*471. *num.*18. Sicut valet ſenten-
tia Iudicum diſcordantium, quæ reo fauet, *cap. fin. de*
re iudic. l. inter pares 38. *ff. eod.* vbi expreſſim de diuerſita-
te quoad quantitatem condemnationis agitur: Sic idem
placuit in Arbitris, vt, vbi paria ſunt eorum ſuffragia, illa
ſententia præualeat, quæ magis fauet reo, dum in minori
quantitate condemnat, in quam cæteri Arbitri ſaltem ma-
terialiter conſenſêre, cùm in maiori ſumma condemnant,
31 vt Conſultus inquit. Quod etſi difficile videatur, ius tamen
id admiſit, cui maximum extinguendarum litium eſt ſtu-
dium; *cap. finem litibus* 5. *de dol. & cont. l. properandum*
12. *C. de iudic.* ob crimina, aliáque detrimenta, quæ ex eis
oriri ſolent; Tiraquell. *de retratt. lignag.* §. 8. *gloſ.* 7. *à*
num. 10. Rebuff. *in proœm. Concordator. verbo, ſumptibus,*
*pag.*511. *& in l. lites nomen, ff. de verbor. ſignif.* Cotta *in*
*memorabil. verbo, lites, pag.*551. Gregor. Lop. *in l.* 26. *tit.*
32 4. *par.* 3. Atque ita ipſas finiri publicè intereſt, Flamin. *de*
reſignat. benef. lib. 3. *q.*5. *n.* 12. 13. Quod maxime mouere
potuit, vt contra ſtrictam iuris rationem pro valore ſenten-
tiæ in ambiguo reſponderetur.
33 Ad textum autem, in *l. ſi ita ſtipulatus fuero* 120. *ff. de*
verbor. oblig. reſpondetur, ibi promiſſam fuiſſe pecu-
niam, non vt quantitatem, ſed vt corpus; aderat enim ſac-
culus, vel aceruus aureorum, quem ſtipulatus eſt quidam
ſub conditione: ſi centum in eo eſſent; quare ſi tot in eo
non ſint, conditione deficiente, nihil debetur, quo caſu,
etſi contrahentes in maiorem ſummam conſenſerint, in
minore noluerunt obligationem contrahi. & ita deciditur;
nam contractus ex conuentione partium legem accipere
dignoſcuntur, *l. contractus* 24. *ff. de reg. iur.* Et licet Con- 34
ſultus aſſerat, obligationem non eſſe conditionalem; il-
lud referendum eſt ad veram conditionem, per quam
diſpoſitio in futurum confertur, quod ibi non contigit;
nam ſtatim ſtipulatio valeret, ſi centum aureorum eſſet;
aut irritaretur ſi eam quantitatem aceruus non contineret,
prout ibi euênit; conditio autem quæ ad præteritum, vel
præſens refertur, non eſt propriè talis, *l. cum ad præſens*
37. *cum duob. ſeqq. ff. ſi cert. petat. l. inſtitutio talis* 10. *ff.*
de condit. inſtitut. Gloſ. *in l. conditionum* 90. *verbo, in fu-*
turum, ff. de condit. & demonſt. Vnde licèt oratio illa: *ſi*
centum aureorum eſt, debeat verificari vt ſubſiſtat con-
tractus, tamen ſtipulatio propriè conditionalis non eſt,
quia nunquam per rerum naturam in ſuſpenſo fuit, etſi
contrahentes euentum non cognouerint, antequam aurei
numerarentur.

Ibi : *Ex quo plura deducuntur.*

Conſtituti ad æſtimandam rem aliquam, niſi in pretio 35
conueniant, nihil agunt, nec eſt locus deciſioni *d. §. ſi*
plures, cum hi Iudicibus ſimiles non ſint. Idem in teſti- 36
bus deponentibus de valore cuiuſque rei eſt dicendum,
quia ſtandum non eſt dicto eorum, qui minus valere te-
ſtantur, Ant. Fab. *in ration. ad d. §. ſi plures*, de quo Her-
moſ. *in l.* 56. *gloſ.* 6. *à num.* 158. *tit.* 5. *par.* 5. Parladori.
*quotidian. quæſt. q.*9. *ex num.* 1. Gratian. *Marchia deciſ.* 32.
*à num.*15. Garcia *de expenſis, cap.* 24. *ex num.* 7.

Ibi : *Secundò eadem ratione.*

Similiter non obtinet præfata deciſio in Arbitratori- 37
bus, quia arbitramentum potius naturam contractus, quam
iudicij ſapit. Et Arbitratores vt negotiorum geſtores ha- 38
bentur, quorum definitio dicitur tranſactio, & manda-
tum, non ſententia: optimè Cyriac. *d. controuerſ.*471. *à n.*
8. Rebuff. *ad leg. Gallia, tom.3. tit. de arbitr. art.*1. *gloſ.*3.
Gail. *obſeruat. lib.* 1. *obſeru.* 150. *num.* 4. Hinc fit, vt que-
madmodum contrahendo nihil agitur, ſi in quantitate diſ-
ſenſus interueniat, *l. ſi decem* 55. *ff. Locat.* § *præterea, Inſt.*
de inutilib. ſtipulat. ita nullius erit momenti arbitramen-
tum, ſi in ſumma Arbitratores diſcordent.

Verſ. *Tertio, quamuis duobus.*

Hæc quantitas octuaginta mille quadrantium amplia- 39
ta fuit vſque ad centum mille, per *l.* 26. *tit.* 5. *lib.* 2. *Re-*
copilat. Poſtea verò Philippus Secundus ipſam extendit ad
centum quinquaginta mille anno 1562. Quæ conſtitu-
tio extat inter ordinationes Granatenſis Cancellariæ, *ſub*
tit. 3. *lib.* 2. *fol.*168. vt notatum eſt in *margine d. l.*26. per
Compilatorem. Vltra quam ſummam tria eſſe debere ſu-
premorum iudicum ſuffragia conformia, vt ſententia ſit;
ſtabilitur *l.* 43. *eod. tit.*

Ibi : *Quod ſi impar ſit plurium Ordinariorum.*

Nimis reſtringitur deciſio *d. l. inter pares*, quæ indiſtin- 40
ctè loquitur, ſi eam non admittamus ſequuti *D. Couar.*
vbi impar eſt numerus Iudicum; cum eadem ratio mili-
tet, ſiue par, ſiue impar ſit numerus iudicantium; nam
& ſi tolli poſſit ambiguitas, ſi maior pars eorum vni
ſententiæ ſubſcribat, frequenter tamen contingit, vt
data imparitate Iudicum, eadem perplexitas reperiatur,
vt in *d. §. ſi plures*, euenit in Arbitris. Præterea ponamus,
quinque Iudices ordinarios de cauſa cognoſcere, quorum
vnus in decem, duo in viginti, & reliqui duo in triginta
reum damnauerunt, quo caſu recurrendum neceſſario eſt
ad *d. l. inter pares*, deciſionem admittendo ſententiam eo-
rum, qui ad viginti teneri reum iudicarunt, vt ipſi fauo-
rabiliorem, nam vnius Iudicis ſententia non præualet, licet
mitior ſit, cùm non eſt par numerus ſuffragiorum, ſi
quidem duo aliter cauſam definierunt: ex quibus conſtat
non deſiderari, vt *d. legi* locus ſit, parem eſſe numerum Iu-
dicum conſtitutorum, vt quatuor, vel ſex, ſicut *D. Couar.* do-
cet,

cet, ſed ſuffragiorum; ita vt tot habeat pro ſe ſententia reo fauorabilis, quot contraria; & cùm eadem militet ratio, vbi eſt impar numerus Iudicum, ac cum par reperitur, ſicut demonſtratum eſt; idem ius obſeruari debet, *l. illud* 32. cum vulgatis, *ff. ad leg. Aquil.*

Verſ. *Quartò fortiori ratione.*

41 Quod deciſio *d. §. ſi plures*, ſit obſeruanda, etiam cùm in maiori ſumma condemnantes exprimunt, ſe nolle alterius ſententiæ conſentire, cum Gloſſa in *d. c. 1. de arbitr. in 6.* tenet Aug. Barboſ. *in collect. ibi*, *num.* 4. & vltra rationes, quibus ille nititur, conſiderari oportet, nemini dubium eſſe, quin Arbiter, qui in maiori ſumma condemnat, vt putà in decem, vel quindecim, minime conſentiat condemnanò in quinque, imo eum iniquè iudicaſſe exiſtimat; cùm non compatiatur, vt qui iudicat, Titium debere decem, ſentiat, quinque præſtando, ſatisfacere. Vnde cùm manifeſtè ex facto ipſo colligatur, hunc Arbitrorum diſſenſum tacitè ineſſe, & ius nihilominus ſententiam valere ſtatuat, *in d. §. ſi plures*, idem iuris erit, ſi diſſenſus ille fuerit expreſſus. Nam expreſſio eius, quod ta-
42 citè ineſt, nihil operatur, *l. 3. C. de fideiuſſorib. l. hac verba 3. ff. de leg. 1. l. in conditionibus* 19. §. 1. *l. aliquando* 107. *ff. de condit. & demonſtrat.* Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib.* 5. *tit.* 6. *num.* 5. Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 8. §. 3. *num.* 14. Gratian. *diſceptat. cap.* 523. *à princip.* Præterea ſententia minoris ſummæ non ſuſtinetur in illo textu, ex eo quod in maiori condemnantes illi conſentire videantur, quod omnino falſum eſt; ſed quoniam ſenſerunt quinque deberi, ſaltem implicite, quatenus ſub maiori ſumma minor continetur; quod per proteſtationem diſſenſus factam per Arbitrum tolli non poteſt.

Ad Num. 7.

Verſ. *In primo igitur caſu.*

43 Redire tenetur ad carcerem, qui iuramento promiſit ſe reuerſurum, licet iniuſtam mortem timeat, niſi relaxationem impetrauerit iuramenti, Pat. Suar. *d. tom. 2. de relig. tract. de iurament. lib. 2. cap.* 10. Leſ. *de iuſt. & iur. tom. 2. cap.* 41. *dub.* 6. Lug. *eod. tract. tom. 2. diſp.* 40. *ſect.* 4. *num.* 49. Becan. *eod. tract. in q.* 89. D. Thomæ, *quæſt.* 3. *num. 2. in fine*, Sales *de legib. diſp* 15. *ſect.* 7. *numer.* 95. Bonacina *tom. 1. diſp.* 4. *q.* 1. *punct.* 9. *num.* 2. *verſ. Secundo ſequitur*, Mercado *lib. 6. de contractib. cap.* 16. §. *eſto es*, Sot. *de iuſt. & iur. lib* 8. *q.* 1. *art.* 7. *ad* 3. *col.* 10. Armilla *verbo*, *Iuramentum* 4 *num.* 13. & alij, quos refert ac ſequitur Sanch. *conſil. moral. lib. 6. cap.* 4. *dub.* 16. *num.* 4. & latiſſimè *in Decalog. lib. 3. cap.* 11. *à num.* 27. qui hanc probabiliorem ſententiam dicit, fatens contrariam probabilem.

Horum potiſſimum fundamentum eſt, quod iuramentum hoc obligat, cùm ſit de re licita, *cap. ſi vero* 8. *de*
44 *iureiur.* Homo enim licite poteſt iuſtis de cauſis propriam vitam mortis periculo exponere, veluti ob bonum commune, vel aliquam virtutem; vt communiter DD. docent, ac exemplis illuſtrant, Diana *p. 5. tract. 4. reſolut.* 31 Sot. *lib.* 5. *q.* 1. *art.* 6. Filliuci. *tom. 2. tract.* 29. *cap.* 1. *num.* 27. Remigi. *d. tract. 2. cap.* 5. § 3. *num.* 2. Iuſta autem cauſa in caſu noſtro eſt, Religionem ſeruare iuramenti, quo Deum quaſi in fideiuſſorem promiſſor adduxit, quem iurans, quatenus in ſe eſt, curare debet, ne fallacem reddat: ita Lugo *vbi proximè*; Sanch. & alij

Ad hæc, qui iurat captus de redeundo, vt laxetur à carcere, non ſua ſponte ſe periculo ſubijcit, ſed ad idem, in quo prius erat, Religionis nexu conſtrictus reuertitur. Tandem ſi tale iuramentum abſque peccato ſeruari nequiret, vt D. Couarr. & ſequaces volunt, peccaret vtique
45 iurans ſe ad carcerem rediturum. Nam aut animum habet reuertendi, & rem illicitam ſub iuramento promittit, quod nefas eſt; Dian. *p. 4. tract. 4. reſolut.* 160. Tanner. 2. 2. *diſp.*
46 5. *q.* 5. *dub.* 1. *n.* 13. 14. & omnes communiter. Aut iurat ſine intentione redeundi; & peccabit etiam, cum nulla ex cauſa mentiri liceat, Remigi. *d. tract. 2. cap.* 5. §. 6. *n.* 2. Sot. *lib. 8. q. 2. artic. 2. in ſolut. ad.* 3. Dian. *p. 9. tract.* 8. *reſol.* 56.

Ex quibus, hæc probabilior ſententia videtur; quam ex 47
alijs limitat Bonac. *vbi proximè*, quando iurans vſus eſt abſtractione, vel ſi poſt præſtitum iuramentum cognouerit, grauius ſibi imminere periculum in reditu ad carcerem quam ipſe tempore, quo iurauit, exiſtimabat.

Ibi: *Contrariam tamen ſententiam.*

Sed quod reus abſque periurij labe poſſit ad carcerem 48
non redire, etiam nulla relaxatione obtenta, cum *D. Couarr.* ſentiunt Pat. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 174. *cap.* 5. *n.* 35. Reginald & Nauarr. apud Bonacinam *vbi ſupr.* Duenas *reg.* 393. *limit.* 4. Guttierr. *de iurament. confirm. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 25. Menoch. *conſ.* 82. *num.* 125. Tabiena *in ſumm. verb. Carcer, n.* 2. Syluest. *verb. Accuſatio, qu. vltim.* Iul. Clar. *in praxi crim. §. fin. quæſt.* 21. *n.* 27. Ioan. Valer. *de different. vtr. vtriuſque for. verb. Defenſio, different.* 8. Angel. *in ſumm. verb. Carcer. num.* 4. Maior. 4. *diſt.* 15. *q.* 22. Sylu. nupt. *lib.* 3. *num.* 44. *vol.* 4. *fol.* 39. Quæ opinio æqua quidem eſt, ac fauorabilia, vt quis abſque animæ periculo propriam vitam ab iniuria tueatur. Illud *Sanch.* licèt contrariæ accedat ſenten- 49
tiæ, vt omnino compertum habet, quod ſecluſo iuramento captus non teneretur redire ad carcerem, quamuis id promiſerit, nam promiſſio debet eſſe libera, *d. dub.* 16. *num.* 2.

Ad Num. 8.

Licitum eſt, ob euitandum tormentorum cruciatum, 50
crimen, quod torquendus non patrauit, ſibi falsò imponere, etſi ex eo mors confitentis ſubſequatur; nam homo non tenetur vitam propriam ſeruare cum tanto dolore, ac nocumento: quod eſt intelligendum mediante abſtractione, alioqui mendacium, aut periurium committere fas non erit; imò potius omnia mala ſunt ſuſtinenda: *cap. ſacris 5. de ijs, quæ vi*: Ita docent Nauarra *lib. 2. cap. 4. num.* 21. Dian. *p.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 7. Ioan. Sanch. *ſelectar. diſp.* 46. *n.* 16. Leſ. *d. lib. 2. c. 11. dub.* 7. *num.* 41. Remigi. *d. tract. 2. cap.* 4. §. 19. *num.* 1. Pellizzari. *in manual. tom. 1. tract. 9. cap. 4. n.* 120. qui limitat cum Rodrig. *tom.* 2. *q.* 10. *tit.* 10. in Religioſo graui, optimæque æſtimationis, nam cederet in dedecus totius Religionis ea falſa confeſſio, & ideo vix à peccato mortali poterit excuſari, vt inquit *Rodriguez.* Illud cum *Remigio* notandum eſt, non requiri, vt quis ſibi crimen falsò imponat, quod experiatur tormentorum acerbitatem; ſed ſat eſſe, quod moraliter certus ſit, vt torturæ ſit ſubijciendus; atque ita conſulit, vt prius quam fateatur, à ſuo Aduocato quærat, an ſecundum acta torquendus ſit, nec ne?

Ex quibus infertur reſolutio ad ſecundum caſum, nem- 51
pe cùm quis conuictus de hæreſi, ne vt negatiuus occidatur, falsò id crimen ſe admiſiſſe fatetur, vt ad pœnitentiam recipiatur; nam hoc vtique permiſſum eſt: ſi enim poteſt quis ad euitandum torturæ dolorem, dare cauſam morti ſuæ agnoſcendo ſcelus, quod non perpetrauit, à fortiori idem concedendum erit, vt vitam ſeruet. Nec de fama con-
fitentis curandum eſt, quam contemnere quilibet poteſt, 52
cum ſuo dominio, ac diſpoſitione noſtra, ſicut cætera bona, eam habeamus, niſi alijs fuerit neceſſaria; Pellizzari. *ſupr. tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 7. *n.* 16. Cyriac. *tom.* 1. *controu.* 101. *num.* 48. & eſt communis. Imò licet verum cenſeatur cum D. Thoma *quodliber.* 10. *q.* 6. *art.* 13. Menoch. *conſ.* 94. *num.* 2. peccatum eſſe, famam propriam prodigere, de quo videndus Bonacina *tom.* 2. *tract. de contractibus, diſp.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 10. Hoc caſu nihilominus excuſaretur à peccato, qui falsò hæreſim fateretur; quoniam ſi non obligatur quis pati tormenta propter vitam, multo
minus tenebitur mortem ſuſtinere propter famam, quan- 53
doquidem mors omnium terribilium vltimum ſit, ex Philoſoph. 3. *Ethicor. cap. de fortitud.* notat Bald. *in rubric. C. ſi quis alt. teſtar. prohibuerit*, *col.* 6. & vita regulariter
æſtimabilior eſt famâ; argumento *l. ſi adulterium cum in-* 54
ceſtu 38. §. *liberto in fine*, ibi: *Nam cuius fama, multo magis eius vita parcendum eſt. ff. ad leg. Iul. de adulter.* Atque ita communiter docent Theologi, licere crimen ſibi falsò imponere, vt mortem quis euadat; videatur Bonacina *vbi proximè*, *num.* 8. *verſ. Reſpondeo.* Modo periurium abſit, ac mendacium.

Verſ. *Caterùm vt ad propoſitam.*

Authores, qui hanc ſententiam probant, *infrà* laudantur *in verſ. Decimo vt ad propriam, num.* 70. vbi eam D. Couarr. amplectitur.

Ibi: *Qua ratione ipſe diſcrimen conſtituo.*

56 Differentiam hanc, inter actus directè, vel indirectè tendentes ad mortem, admittunt communiter omnes; videantur Filliuci, *tom.* 2. *tract.* 29. *cap.* 1. *num.* 72. Diana *part.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 30. Remigi. *dict. tract.* 1. *cap.* 5. §. 3. *num.* 1. Sanch. *dict. lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 13 *num.* 2. 4. *& dub.* 14. *numer.* 4. 5. Thom. Del-bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 19. *ſect.* 1. *num.* 15. Sic iudex neminem damnare po-
57 teſt, vt ſe ipſum occidat, D. Thom. 1. 2. *quaeſt.* 69. *art.* 4. Dian. *ſupr. reſol.* 39. vbi docet, non licere reo, venenum à miniſtris iuſtitiæ propinatum haurire; quia hæc actio tendit directè ad mortem, Comitol. *lib.* 4. *quaeſt.* 10. *num.* 6. permittere tamen poteſt, vt ſibi applicetur merè paſſiuè ſe habendo: Imò Syluc. 2. 2. *quaeſt.* 69. *art.* 4. relatus Dian. *vbi proxime*, opinatur, illicitum eſſe os, vt venenum infundatur, aperire, aut illud in ſtomachum vltrò traijcere; ſimiliter non poteſt fune alligatus ſe ex ſcala præcipitem dare, Dian. *reſol.* 40.

Ad Num. 9.

Idem de Chriſto Domino dicendum eſt, qui ob redemptionem humani generis iniuſtiſſimam mortem non recuſauit, Sanch. *d. dub.* 13. *in fine.*

Verſ. *Secundò infertur.*

58 Secluſa diuina reuelatione, nulla ex cauſa poteſt homo ſe ipſum interficere, aut ad mortem propriam directè cooperari, Dian. *d. tract.* 4. *reſolut.* 30. Remigi. *d. cap.* 5. §. 3. *num.* 1. Del-bene *ſupr. num.* 16. 17. Plaza *in epitom. delictor. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 5. Franc. Marc. *deciſ.* 77. *num.* 3. *part.* 2. Baiard, *in addit. ad* Iul. Clar. §. *fin. quaeſt.* 68. *num.* 114. Caietan. 2. 2. *quaeſt.* 69. *artic.* 4. *ad.* 7. Decian. *in tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 48. Sayr. *libr.* 11. *cap.* 5. *à. num.* 29. Farinac. *in prax. crimin. p.* 5. *q.* 28. *num.* 33. Fa-
59 ctum verò Sampſonis, de quo *Iud. cap.* 16. excuſatur, quia diuinum præceptum exequutum fuiſſe ſentiunt communiter Scribentes, *cap. gaudemus*, §. *nec illa*, *de diuort.* D. Thom. 2. 2. *q.* 64. *art.* 5. *ad* 4. Sot. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *q.* 3. *art.* 8. Ludouic. Lop. *in inſtruct. conſcient. p.* 1. *cap.* 65. *in fine*, Nauarr, *de reſtit. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 31. Sayr. *lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 9. Plaza *ſupr. n.* 2. Leſſi. *d. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 35. Gomez de Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum*, *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 28. D. Ioan. de Solorz. *de iur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 13.

60 Ignorantia etiam inuincibili excuſantur Lucretia, & Ethnici alij, qui ſe proprijs manibus necauerunt putantes, ſe actum licitum, & laude dignum exercere; nam homicidium ſui ipſius non eſt contra prima principia lumine naturæ nota, ſed contra principia ſecundaria deducta ex primis, quæ aliquando poſſunt inuincibiliter ignorari; Sot. *ſup. libr.* 5. *q.* 1. *art.* 5. Dian. *dict. reſolut.* 30.

62 Fuit tamen hæreſis Circuitorum, vel Circuncellionum, qui defenderunt, eſſe opus valde meritorium, & ſpeciem martyrij, ſe ipſos interficere propter Deum, atque ita diuerſimodè ſibi mortem conſciſcebant, quorum errorem memorat, & confutat D. Auguſt. *de hæreſib. ad Quodvultdeum, hæreſ.* 69. *& lib.* 1. *de ciuit. Dei à cap.* 17. *ad* 28. Ita Lugo *de iuſt. & iur. d. diſp.* 10. *ſect.* 1. *in princip.*

Verſ. *Tertiò ex hoc apparet.*

62 Difficilis eſt textus in *cap. non eſt noſtrum* 11. 23. *q.* 5. in illis verbis: *Abſque eo vbi caſtitas periclitatur.* Secundum quæ videtur D. Hieronymus ſenſiſſe, licitum eſſe obſeruandam caſtitatem, cum periculum imminet ſtupri, propriam mortem arripere: quod verum non eſt; quare variè locus iſte interpretatur, nam Gloſſ. *ibi*, & Turrecremata eam clauſulam intelligunt incluſiue, ita vt ſenſus ſit, nec propter caſtitatis obſeruantiam, ſe ipſum occidere quemquam poſſe; ſicut accipitur illud *Cantico. cap.* 4. ibi: *Abſque eo, quod intrinſecus latet.* Cui interpretationi adſtipulantur multi laudati à Paciano *de probat. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 9. Alij cum Molin. *de iuſt. & iur. diſp.* 9. *num.* 5. putant, ſic loquutum fuiſſe D. Hieronymum in gratiam quarundam fœminarum, quæ, ob non amittendam pudicitiam, ſibi mortem intulerunt; nam vel Diuina inſpiratione, vel ignorantia inuincibili à culpa excuſantur, & ne eas damnare videretur, caſum illum excepit. Leſſius verò, *lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 6. *num.* 23. exiſtimat, D. Hieronymum in ea ſententia fuiſſe, quod veritati contrariæ officere non poteſt.

Ad Num. 10.

Præmittendum eſt, cuilibet licere, niſi ſpecialiter 63
ſit prohibitum, vt miniſtris iuſtitiæ; miniſtrare cibum etiam iuſtè damnato vt fame moriatur; nullus tamen ad id tenetur, Sanch. *d. cap.* 4. *dub.* 14. *n.* 1. D. Thom. 2. 2. *q.* 31. *art.* 2. *ad* 3. Sot. *ſupr. libr.* 5. *q.* 6. *art.* 4. *verſ. In eadem ſolutione*, Dried. *de libert. Chriſtian. lib* 1. *fol.* 227. Deinde tali damnato licitum eſſe oblatos cibos ſumere, D. Thom. 2. 2. *q.* 69. *art.* 4. *ad* 2. Sot. *vbi proxime*, Caſtr. *lib.* 2. *de leg. pœnal. c.* 3. *corol.* 3. D. Antonin. *par.* 2. *tit.* 1. *cap.* 19. §. 6. Thom. Del-bene *d. dubit.* 23. *ſect.* 3. *num.* 18. Henriq. *quodlibet.* 9. *q.* 26. Sanch. *d. dub.* 14. *n.* 2.

Dubium autem in eo verſatur, an iuſtè damnatus poſſit 64
reſpuere cibos, contra Iudicis voluntatem ſibi oblatos? Negant cum *D. Couar.* Guttier. *canonicar. lib.* 2. *cap.* 24. *n.* 3. Nauarr. *in cap. ſtatuimus*, *num.* 36. 19. *q.* 3. Dried. *vbi ſupr.* Caſtr. *d. cap.* 3. *corol.* 3. Victor. *in relect. de homicid. n.* 28. Faber. *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 3. *diſp.* 52. *cap.* 11. *num.* 46. & alij, Receptius tamen eſt, poſſe reum amore iuſtitiæ à cibis abſtinere, Sanch. *n.* 5. Pellizz. *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 5. *num.* 81. Leſ. *d. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 6. *n.* 29. Dian. *d. tract.* 4. *reſolut.* 41. Bonacin. *tom.* 1. *tract. de reſtit. diſp.* 2. *q. vlt. ſect.* 1. *punct.* 5. *n.* 5. Del bene *vbi proximè*, *n.* 19. Tolet. *lib.* 5. *cap.* 6. Malder. 2. 2. *cap.* 1. *dub.* 19. Nauarr. *vbi proximè*, *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 72. Sayr. *lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 26. Quos plurimi ſequuntur. Ratio, cui nituntur, eſt, quia iſte non facit actum directè tendentem in mortem, ſed ſolum patitur, ab innato calore ſe abſumi, quod amore iuſtitiæ permiſſum eſt; ſicut ſe Iudici tradere delinquens poteſt, vt pro crimine occidatur; Ioan. Sanch. *ſupr. diſp.* 46. *numer.* 13. Diana *part.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 7. At Lugo *d. diſp.* 10. *ſect.* 1. *num.* 28. 30. Diſtinguit ita. Aut damnatus cibos edendo ſperat, pœnam mortis euadere, veluti venia impetrata; & lethaliter peccabit, ſi alimentum reſpuat. Aut ex ſumptione cibi, ſolum per breue aliquod ſpatium terminum mortis protelat, & ſine peccato cibos non admittet; nam licet ſub mortali vitam propriam quilibet ſeruare teneatur, non tamen ita aſtringitur ad eam protrahendam, quando alius vult, & poteſt vt Iudex, eum illico, aut paulò poſt perimere. Quæ diſtinctio eamdifficultatem habet, quod ſi reſpuendo cibos hoc caſu ſe ipſum reus occidere videtur, ac ſi ferro, aut veneno in ſui necem vteretur, vt ipſe *Lugo* docet, quemadmodum illicitum eſt damnato ita ſe occidere, etſi certò ſciat, ſi remittat, ſtatim ab alio ſe interficiendum, ſic & cibos non edere peccatum erit graue, licet ſolum per momentum interitus edendo differatur. De abbreuiatione vitæ, Diana *d. tract.* 4. *reſ.* 33. 65
Sanch. *lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 33.

Verſ. *Quinto probatur.*

Damnatus ad mortem iuſtè, vel iniuſtè, abſque pec- 66
cato vadit ad locum ſupplicij, ſcalam aſcendit, collum præbet carnifici, & ſimilia facit; hi enim actus directè ad mortem non tendunt: Victoria *in relect. de homic. num.* 30. Sanch. *d. cap.* 4. *dub.* 13. *in fin.* Remig. *ſupr. cap.* 5. §. 3. *n.* 1. Dian. *d. tract.* 4. *reſol.* 40. Del-bene *d. ſect.* 3. *num.* 15. & eſt omnium concors ſententia.

Verſ. *Sextò eadem ratione.*

Iuſtè damnatus ad mortem, data opportunitate ad fugā, 67
tutā conſcientiā, amore iuſtitiæ in carcere permanet, Delbene *ſect.* 4. *n.* 7. Leſ. *d. libr.* 2. *cap.* 9. *dub.* 6. *n.* 28. Nauarr. *d. c.* 3. *n.* 75. Tabien. *verbo*, *Accuſatio*, *num.* 10. Simanc *de*

Catholic.

Catholic. inſtitut. lib. 1. *tit.* 18. *num.* 30. Sot. *d. lib.* 5 *quæſt.* 6. *art.* 4. *verſ. In eadem ſolutione*, Sanch. *d. cap.* 4. *dub.* 13. *num.* 1. vbi alij. Remig. qui communem dicit, *d. tract.* 2. *cap.* 4. §. *vlt. num.* 6. Quamvis contrarium tueatur Victoria *ſupr. num.* 19.

Verſ. *Septimò, his animaduerſis.*

68 Sequitur Sanch. *vbi proximè*, *num.* 4. Sed limitat, quando ob aliquem finem iuſtum tenuit fugere mortem innocens, vt Martyres ſæpè fecerunt; actus enim permanendi in vinculis directò non tendit in mortem, atque ita ex iuſta cauſa poteſt fieri licitè, etſi mors ex eo iniuſta ſequatur.

Verſ. *Nonò ſubinde aperitur.*

69 Adde Lug. *d. diſp.* 10. *à num* 50. vbi de milite exponente ſe periculo, in quo ſe periturum certò ſcit, Remig. *d. capit.* 10. §. 3. *num.* 2. Dian. *eod. tract.* 4. *reſol.* 16. Sylui. 2. 2. *q.* 64. *art.* 5. *ad* 4. qui agunt de comburente nauim, ne ad hoſtem perueniat, in qua & ipſe eſt periturus.

Verſ. *Decimò, vt ad propriam.*

70 Iuſtè captus, & ad mortem damnatus, ſi præſtito iuramento de redeundo laxetur, vel ſola fide data reuertendi obligationem contrahit; & niſi redeat, peccati lethalis reus erit; Lugo *tom.* 1. *diſp.* 40. *ſect.* 4. *num.* 48. Angel. *in ſumm. verbo, Carcer: num.* 4. Armilla *verbo, Accuſatio*, *num.* 20. *& verbo, Iuramentum*, *num.* 13. Tabiena *verbo, Accuſatio*, *num.* 10. *& verbo, Carcer*, *num.* 2. Lud. Lopez *ſupr. lib.* 1. *cap.* 42. Sanch. *d. cap.* 4. *dub.* 16. *num.* 1. & alij communiter, pro qua ſententia ſunt etiam omnes laudati *ſuprà*, ſentientes iuramentum de reditu ad carcerem, obligare etiam iniuſtè detentum, mortémque iniuſtam timentem; nam à fortiori hoc ipſum in damnato, vel carcerato iuſtè defendent.

Verſ. *In ſecunda propoſita quæſtionis.*

71 In vinculis publicis detentus, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè fugere tuta conſcientia poteſt. Eſt omnium ferè communis reſolutio; Guttier. *d. cap.* 24. *à num.* 4. Del-bene *ſupr. num.* 112. Ceuall. *q.* 175. *tom.* 1. Leſ. *d. lib.* 2. *cap.* 31. *dubit.* 5. Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſed vtrum*, *n.* 14. *ff. de agnoſcend. liber.* Dian. *p.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 102. *verſ. Notandum ſecundo*, Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 301. *num.* 15. Remig. *d. cap.* 4. §. 20. *per totum*, Padilla *in l. tranſigere*, *num.* 4. *C. de tranſact.* Pellizzati. *ſupr. tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 29. Did. Perez *in l.* 1. *t.* 2. 4 *libr.* 3. *ordin. pag.* 545. Aragon. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 4. *controuerſ.* 2. *concluſ.* 1. Iul. Clar. *receptar. lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 211 *num* 2. Sanch. pluribus laudatis *d. cap.* 4. *dub.* 7. *num.* 2. vbi contrarium improbabile dicit: & *num.* 5. addit, procedere, etiamſi Iudex expreſsè præcipiat reo, ne cuſtodiam euadat. Imò & qui pœnam duntaxat pecuniariam ſuſtenturus eſt, vel pro debitis ciuilibus carceratur, fugere ſine peccato poteſt, modo per hoc ſuos creditores fraudare non intendat, cùm ſoluere poſſit, Sanch. *dub.* 8. *in fin.* Lugo *d. diſp.* 10. *num.* 41. Remig. *vbi proximè*, *num.* 2. qui *num.* 2. rectè admonet, captum grauiter peccare fugiendo, ſi ex detentione in vinculis parum incommodi patiatur, & ex fuga cuſtodi, vel alijs maximum detrimentum ſit euenturum: quod prædixerat Leſ. *d. dub.* 5. *num.* 31.

72 Præfata generalis doctrina limitatur in Religioſo, qui à ſuo Prælato in carcere iuſtè detinetur, nam fugere non poterit propter obedientiæ vinculum: Sanch. *d. cap.* 4. *dub.* 11. Caietan. 2. 2. *qu.* 96. *art.* 4. *ad* 2. *dubit. vltim.* Del-bene *d. dubit.* 23. *ſect.* 4. *num.* 4. Remig. *d.* §. 20. *num.* 3. Salçed. *ad Bern. Diaz in prax. crimin. cap.* 137. *lit.* B. Nauarr. *in d. capit. ſtatuimus*, *num.* 63. Tamen, ſi vel carcer ſit acerbus, & alienus à charitate Chriſtiana, vel carceratus timeat mortis, mutilationis, aut atrocis cruciatus pœnam, fugere licitè poterit; nam etſi per profeſſionem priuetur libertate naturali ad fugiendum, non ideo ius amiſit ad vitam, corpuſque tuendum; Sanch. Nauarr. Remig. Salzed. *vbi proximè*, Pellizzar. *tom.* 2. *tract.* 9. *capit.* 3. *numero* 72. Vbi, quod ſi damnetur ad perpetuum carcerem, fugere nequit, imò excommunicationem vt apoſtata incurrit: Portell. *de dub. regul. verbo, Carcer.*

Ibi: *Ex hoc tamen non arbitror.*

73 Serui etiam bello iuſto capti licitè poſſunt fugere ad ſuos, vel in aliam prouinciam, in qua publico nomine tuti ſint, ac libertate potiantur; Leſ. *d. lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 3. Lugo *ſupr. tom.* 1. *diſp.* 6. *ſect.* 3. Pat. Vaſq. 1. 2. *tom.* 2. *diſp.* 174. *cap.* 1. *num.* 8. Valer. *de different. inter vtrumque for. verbo, Peccatum*, *different.* 5. Auguſt. Barb. cum multis *in collectan. ad cap. ius gentium*, *num.* 10. 1. *diſtinct.* Sanch. *ſupr. lib.* 1. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 3. Fagund. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 11. Diana *part.* 7. *tract.* 7. *reſol.* 10. vbi docet, idem dicendum de prole ex eis apud dominos edita; Menchaca *controuerſ. vſufrequent. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 52. & alij apud Sanch. *dub.* 6. *n.* 5. & *num.* 4. contrarium ſentientes recenſet. Quæ ſententia limitatur, cùm, ſeruus promiſerit ſe non fugiturum, Sanch. cum alijs, *num.* 6. Diana *d. reſolut.* 10. Illi vero ſerui, ſi commorentur fugitiui, vbi à domino capi iure poſſunt, quia adhuc in ſeruitute permanent, cùm ſui ipſorum furtum faciant, lethaliter peccant, vt præfati DD. præmittunt: Sanch. *d. dub.* 7. *num.* 1. Nauarr. *cap.* 1. *num.* 200. 201. Azor. *inſtitut. moral. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 34. *q.* 3. Azeued. *in rubric. tit.* 1. *num.* 26. *lib.* 2. *Recopilar.* Nauarr. *in manual. capit.* 17. *num.* 105. Molin. *de iuſt. & iur. tract.* 1. *diſput.* 37.

Ad Num. 11.

74 Fugiens è carcere non peccat, licet ex fuga, Commentarienſis detrimentum patiatur, nec ei damnum tenetur reſarcire, cuius negligentiæ id imputandum eſt; facit *l. quod quiſque ex culpa* 204. *ff. de reg. iur.* Lugo *d. diſp.* 40. *ſect.* 4. *num.* 46. Becan. *de iuſt. & iur. in q.* 69. D. Thom. *d. q.* 4. Dian. *p.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 102. *verſ. Notandum ſecundo*, *& verſ. Notandum quarto*, *& part.* 9 *tract.* 9. *reſol.* 43. Sot. *d. lib.* 5. *q.* 6. *art.* 4. *verſ. An verò*, Sanch. *d. cap.* 4. *dub.* 7. *num* 4. Guttierr. *d. cap.* 24. *num.* 7. Del-bene *d. ſect.* 4. *n.* 10. Menoch. *d. caſ.* 301. *num.* 15. Quod verum eſt, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè in vinculis detineatur. Erit tamen hæc reſolutio limitanda, vbi fugiens leue damnum pateretur manendo in carcere, & Cuſtodi maximum ob fugam immineret, vt notauimus, cum Leſſio, & Remigio *ſupr. num.* 71. *in fin.* nam contra charitatem grauiter peccabit.

Ibi: *Nec ex ea fuga eſſe præſumendum.*

75 Qui inueniens oſtium carceris apertum euaſit, fateri delictum non cenſetur, pro quo captus eſt, Marſil. *in prax. crimin.* §. *attingam*, *num.* 37. 45. vbi plures allegat: Menoch. *d. libr.* 2. *caſ.* 301. *num.* 2. qui notant, aliqualem ſuſpicionem ex ea fuga in euaſorem oriri, pœnáque arbitraria punitur, Menoch. *ibidem* Boër. *deciſ.* 215. *num.* 13. 15. 21. Ant. Gom. *variar. libr.* 3. *cap.* 9. *num.* 11. Guttier. *ſupr. num.* 6. Maſcard. *de probat. tom.* 2. *concl.* 820. *num.* 5. Corn. *conſ.* 105. Felin. *in cap. nullus*, *num.* 4. *de præſumpt.* Socin. *in tract. fallent. reg.* 162. *fallent. vltim.* Licet qui 76
fractis carceribus fugit pro confeſſo habeatur, pœnamque ordinariam delicti ſuſtineat, Menoch. *num.* 5. vbi cum multis probat, etiam vltimo ſupplicio afficiendum propter effractionem, Paz *in prax. tom.* 1. *par.* 5. *cap.* 3. §. 2. *à num.* 7. Iul. Clar. *in prax.* §. *fin. q.* 21. *verſ. Tertio autem*; Maſcard. *concl.* 266. *tom.* 1. Aliquando qui carcerem euadit impunitus relinquitur omnino, ſecloſa fractione, vt ſi non multa mora interueniente, vltrò reuertatur, quia nec fugiſſe videtur, argumento *l.* 3. *ff. de diuort.* Bald. *in l.* 1. *C. de ſeru. fugitiu.* & alij, quos refert, & ſequitur Parlador, *different.* 51. §. 1. *num.* 2. & communem opinionem eſſe, teſtis eſt Iul. Clar. *d. quæſt.* 21. *num.* 28. Aut ſi notoriè iniuſtè captus ſimiliter ſine violentia fugerit, Menoch. *num.* 14. Paris de Puteo *in tract. de ſyndicat.* §. *carcerem*, Ripa *in l. admonendi*, *num.* 171. *ff. de iureiur.* Etſi hi ita doceant etiam in frangente carcerem.

Prædicta differentia inter fugientem ſine fractione carceris, aut cum illa, ſolùm in foro externo procedit; nam in animæ iudicio, cùm licitum eſt fugere, eodem modo abſque peccato fores, ac vincula ad fugam captus rumpere

poteſt; cui enim finis conceſſus eſt, media ad illum neceſſaria concedi debent, argumento *l. illud 76. ff. de acquir. hæredit.* Del-bene cum alijs, *d. ſect. 4. num. 3.* Alioqui nunquam, vel rariſſimè poſſet captus euadere, cùm vigilantiſſimè vincti cuſtodiantur.

Ad Num. 12.

79 Hæc aſſertio communiter ab omnibus admittitur, eámque ſine diſtinctione, an iuſtè damnatus ſit, nec ne probant Sanch. *dub. 9. num. 2.* Gutier. *d. cap. 24. num. 8. 9.* Nauarr. *in manuali, cap. 17. num.* 102. Leſſ. *d. lib. 2. cap. 31. dub. 5. num. 31.* Lugo *d. diſp. 40. ſect. 4. n. 44.* Remig. *d. §. 20. num. 2.* Diana *par. 3. tract. 5. reſolut.* 1n2. *§. notandum ſecundo.* Villalobos *in ſumm. tom. 1. cap. 16. difficult. 11. num. 14.* Del-bene *vbi proximè*, Pat. Suar. *de legib. lib. 5. cap. 10. num. 16.* Simanc. *de Catholic. inſtitut. cap. 16. n. 28.* vltra quos ad rem iſtam videndi ſunt, quos congeſſit Barboſ. *in collect. ad cap. nullus, num. 4. de præſumpt.* & generaliter quoties fugere peccatum non eſt, vincula, carceremque frangere licet, Del-bene *ſuprà*, Sanch. *d. num. 2.* Remigi. *vbi proximè*; niſi vt hic advertit, & diximus iam, damnum ex fractione ingens alijs immineat, & capti parum, aut nihil interſit euadere, nam à peccato non excuſabitur.

Ad Num. 13.

80 Innocens iuſtè ex actorum probationibus damnatus occidere cuſtodem, aut alium iuſtitiæ miniſtrum licitè non poteſt, etſi aliàs mortem euaſurus non ſit, ſed rectè ab eis defenditur, ſe conferendo in locum munitum, ipſóſque terrore, ac manibus repellendo. At ſi iniquè contra iuſtitiam damnetur, vitam tueri quomodolibet fas erit; nam tunc Iudici, eiúſque miniſtris, vt priuatis reſiſtit, videantur Sanch. *dub. 17.* Lugo *d. ſect. 4. num.* 38. Gutier. *num. 2. 38.* Sot. *lib. 5. quæſt. 6. art. 4. poſt principium*, Menoch. *d. caſ. 3n1. num. 15.* Tabiena *verbo, Accuſatio, num. 1n.* Caſtr. *de leg. pœnal. libr. 1. cap. 5. fol.* 1561. Boër. *d. dec. ſ. 215. n. 32.* Viguer. *libr. inſtitut. cap. 5. §. 2. verſ. Sexto*, D. Larrea *allegat.* 114. *num. 4.* 28. D. Antonin. *par. 2. tit. 1. cap. 19. §. 6.* Quod procedit, cùm aliter iniquè damnatus pœnam ſubterfugere non valet. Sed ſi ex defenſione maximum oriretur ſcandalum, per quod pax plublica turbaretur, contra commune bonum, reſiſtere, aut occidere miniſtros
81 non licebit, Sanch. *num. 1.* Nam pro bono communi poteſt, ac debet innocens vitam amittere, Tanner. *tom. 3. diſp. 4. q. 8. dub. 5. num.* 54. Dian. *d. par. 5. tract. 4. reſolut.* 23.

Ibi: *Ex quibus etiam id conſtat.*

82 Detentus in carcere iniuſto notoriè, impunè vinculis, & carcere fractis fugit, nec pro confeſſo habetur; Gutier. *num.* 36. Menoch. *num.* 14. Paz. *in prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 2. n. 4.* Paris de Puteo *in tract. de ſyndicat. §. carcerem*, Iul. Clar. *in d. §. fin. q. 21. num.* 26. 27. Duenas *regul.* 393. *limitat.* 4. Auiles *cap. 18. prætor. gloſ. carceres, num.* 41. & eſt communis, teſte Roland. à Valle *conſ. 7. n. 47. lib. 1.* Imo cuilibet hunc abſque fractione carceris eripere permittitur, Menoch. *num.* 24. Paz *vbi proximè*, Iaſon *in l. 3. §. quod prætor, col. 3. ff. ne quis eum, qui:* Iul. Clar. *quæſt. 28. num. 4.* Quamuis Menoch. Bart. *in tract. de carceribus, num. 17.* Alexand. *in l. 1. §. item ſi quis, in fine, ff. ne quis eum:* aſſerant, licere cuilibet frangere carcerem, vt innocentem
83 notorium eximat: quod verum erit in vxore, patre, vel alijs ſimilibus, qui pœnam non merentur; Parlador. *d. differen. 51. §. 1. num. 4.* his enim quaſi proprium ſanguinem qualiter qualiter redimere permittendum eſt: *l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. ſent.* & quæ ob affectionem ſanguinis committuntur, venia ſunt digna; *l. 4. §. fin.* vbi Gloſ. *verbo, parentum, ff. de re militar.*

84 Sed ſi innocens aliquis verè ſit, tamen iuſtè in vinculis ob indicia, vel præſumptiones retineatur, & antequam de innocentia conſtet, carcerem fregerit ad fugam, probata innocentia (quod admittitur aduerſus fictam confeſſionem reſultantem ex fuga) mitiùs punietur Iudicis arbitrio propter fractionem, quàm ſi nocens fugiſſet; Anton. Gom. *d. cap. 9. num. 11.* de quo Farinac. latè, *tom. 1. crimin. tit. 4. de carcerib. quæſt. 3n. à num. 7.* Fachin. *controuerſ. lib. 9. cap. 69.* Iul. Clar. *d. q. 21. verſ. Tertio autem modo*, Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 89. num. 49.* Bobadill. *in ſua politic. tom. 2. lib. 3. cap. 15. num. 111.* Qui cum Gomezio *vbi nuper*, docet, non eſſe ſic fugienti imponendam ordinariam pœnam delicti, pro quo eſt carceratus, niſi aliàs probetur; quamvis communiter contrarium doceant DD. maximè vbi conſpiratio intercoeſſit, poteſt enim quis fugere etiam præ timore, non ob conſcientiam criminis, ſed ob dubium iudicij euentum. Sic Alcibiades omnis culpæ expers noluit vocatus ab Athenienſibus in iudicio comparere, aiens, nec ſuæ genitrici indicanti ſe crediturum, cùm facilè poſſint Iudices falli nigrum pro albo calculo mittentes; & tandem in abſentia reus mortis iudicatus eſt, vt Plutarch. refert *in eius vita*; quo exemplo in hanc rem vſi ſunt Bobadill. *ſup.* & Guttier. *d. cap. 24. num. 6.*

Ad Num. 14.

Quamvis licitum non ſit iuſtè damnato, vel carcerato 85
vim inferre miniſtris iuſtitiæ, vel cuſtodi ad fugam, tamen ſine peccato carcerem frangit, vinculáque rumpit, vt eſt receptiſſimum; imò & commentarienſem ipſum, ſi impediat exitum, ſecum portare inuitum poteſt; Guttier. *n. 8. verſ. nihilominus*, cum *num. ſeqq.* Lugo *d. diſp. 4n. à n. 41.* Sanch. *eod. cap. 4. dub. 7. num.* 2. 6. & plurimi adducti nuper *num.* 79. Sed ſi ſe apprehendentes, in terram ſine læſione, vt liberetur, proſternat, aut cuſtodem dormientem alliget, venialiter peccabit; Diana *d. reſol.* 1n2. *verſ. Notandum eſt tamen.* Et ſic fugiens ſi in Eccleſiam ſe recipiat, Eccleſiaſtica gaudet immunitate, Paz *d. cap. 3. §. 3. num. 41. 42.* Boër. *deciſ. 110. col. penult.* Chaſſan. *in conſuetudinib. Burgundiæ, rubric. 1. §. 5. verſ. Archidiaconus, num.* 116. Iul. Clar. *receptar. libr. 5. §. fin. q. 30. num. 19.*

Ibi: *Primum, ex ipſo Caietano conſtare.*

Effringens carcerem, vt fugiat, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè 86
ſit captus, tenetur ad reſarciendum damnum parietis perforati, aut vinculorum ruptorum; non vero ad illud, quod aliàs occaſione fugæ Commentarienſi, Reipublicæ, vel alijs contigerit. Videantur Dian. *par. 9. tract. 9. reſol.* 43. Tanner. 2. 2. *diſp. 4. q. 4. dub. 5. num.* 1n4. Guttier. *d. verſ. Nihilominus*, Sot. *d. lib. 5. q. 6. art. 4. verſ. Sed arguis*, Viguer. *ſupr. cap. 5. §. 2. verſ.* 6. Sanch. *dub. 9. in fine*, & alij communiter.

Ibi: *Tertio ipſe potius Henrico Gandauenſi.*

His argumentis reſpondendum eſt cum Gutier. *n.* 13. 87
Lugo *num. 45. & 47.* Becano *vbi ſupr.* & alijs: Ad primum, leges iuris communis, & Regiam (quæ eſt *7. tit. 26. lib. 8. Recopil.*) ſtatuentes, vt fugiens à carcere pro confeſſo habeatur, & alias pœnas ſuſtineat, procedere in foro exteriori, & iuſtiſſimas quidem eſſe ad vitanda damna, & ſcandalum, quæ ex fractione carceris, ac carceratorum fuga ſolent euenire in maximum Reipublicæ, & aliorum
detrimentum; illæ tamen in conſcientia non obligant, quia 88
pœnales ſunt, quæ in foro animæ non ligant, Nauar. *in manual. cap. 25. num.* 55. Valenc. *tom. 2. diſp. 7. q. 5. punct. 6. verſ. Alterum*, Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 6. q. 4.* Filliuci. *tract. 21. num.* 42n. Reginald. *lib. 5. num.* 50. Pellizzari, *tom. 1. tract. 4. cap. 5. num.* 543. Diana *part. 1. tract. 10. reſol.* 17. vnde non rectè infertur, *leges quæ puniunt carceris effractores ſunt iuſtæ; ergo peccant qui carceres frangunt*; nam omnes enim leges pœnales ſunt iuſtæ, *cap. erit autem lex. 4. diſt.* tamen non ſemper peccant facientes, quod illæ prohibent.

Ad ſecundum ſatisfit ſimiliter, quia non bene ſequitur: 89
licet reo frangere carcerem; igitur non obligatur ad damnum datum in oſtio, vel vinculis, carceriſque pariete: ſiquidem hoc, pœna non eſt, ſed illati detrimenti reparatio. Sic, etſi Reſpublica ius habeat ad auferendam ciui domum ob bonum commune, pretium tamen ſoluere omnino debet, *l. 2. tit. 1. p. 2.* Gail. *obſeruat. lib. 2. obſeruat. 56. num. 8.* Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 3. cap. 4. num. 80.* Morl. *in empor. iur. p. 1. tit. 9. q. 1. num. 8.* Nouar. *de grauaminib. vaſſallor. tom. 1. grauam. 23. num. 5. cum ſeqq.* Hermoſ. *in l. 3. gloſſ. 4. n. 1.* Noguer. *alleg. 18. num. 69.* Sic, qui, vt hoſtes euadat, per prata aliena tranſit, iure id facit; tamen damnum ſegetibus illatum tenetur reſtituere: ſimiliter igitur, qui neceſſe habet parietem carceris rumpere, vt liberetur, licet det

nperam

operam rei licitæ, non ideo releuantur ab onere reficiendi,
quod deſtruxit, aut perforauit, Lugo, *vbi proximè.*

Ibi: *His verò duo addenda ſunt.*

Vt cooperatio ad fugam carceriſque effractionem licitè
90 fiat, nonnulla ſunt obſeruanda, quæ recenſet Sanch. *dub.*
10 *num.* 2. etſi regulariter poſſit quis vincto conſulere, ac
ſine violentia eum iuuare, vt euadat, Sanch. *ibidem* Diana.
d. reſolut 202. Valenc. *tom.* 4. *diſp.* 5. *q.* 13. *punct.* 4. Nauarr.
d. cap. 25. *num.* 38. Dried. *de libert. Chriſtian. lib.* 1. *fol.* 226.
Corduba *ſuprà, quæſt.* 195. Guttierr. *à num.* 15. Remigi.
d. §. 20. *num.* 2. Malder. *ſupr. tract.* 6. *cap.* 3. *dub.* 7. & alij
communiter: Miniſtri tamen iuſtitiæ, quibus incumbit
ex officio publicam tueri poteſtatem, nullo modo poſſunt
fugæ delinquentis cooperari, Sanch. Remigl. Guttierr.
& alij *vbi proximè*, Lugo, *n.* 55. *cum ſeqq.* Becan. *ſupr.*
quæſt. 6. *num.* 1.
91 Nulli permittitur vincula, vel carcerem frangere, vt
alius fugiat, Sanch. *n.* 3. vbi alij: Guttierr. & omnes *proxi-*
mè allegati, Del-bene *d. ſect.* 4. *n.* 9. eſtque omnium certa
concluſio. Illud autem maximè dubitatur, num liceat vin-
cto inſtrumenta ad frangendum carcerem miniſtrare?
Negant Guttierr. *num.* 16. *verſ. Dominicus vero* Sot. *d. art.*
4. *verſ. Verumtamen ex his*, Valenc. *vbi ſuprà*, Nauarr. *d.*
cap. 25 *num.* 38. & alij, Affirmant Dian. Malder. Remigi.
vbi proximè, Sanch. *n.* 5. Del-bene, *n.* 8. Bonacina *tom.* 2.
tract. de legib. diſp. 10. *q.* 3. *punct.* 2. *num.* 19. & plures ab
his laudati, quorum opinio magis communis eſt. An verò
ob debita carceratum poſſit quis iuuare ad fugam, & ad
quid teneatur? docet Sanch. *d. dub.* 10. *n.* 6.
92 Quod autem dictum eſt, nemini licere publicam cuſto-
diam violare, vt alter effugiat, limitat Del-bene *d. ſect.* 4.
n. 9. in ſeruo, qui iuſſu domini carcerati licitè rumpit parie-
tem, vel oſtium carceris. Præterea poteſt limitari in patre,
filio, & vxore; nam huiuſmodi perſonis propter ſtrictam
ſanguinis, & dilectionis coniunctionem, non videtur illici-
tum, carcerem frangere, vt captum eripiant, quod in fo-
93 ro exteriori conceſſit aliquando Parladorius *ſupr. n.* 4. Pater
enim cum filio vna, eademque perſona exiſtimatur, *l. in*
94 *ſuis* 11. *ff. de liber. & poſth. l. fin. C. de impuber. & alijs*: Imò
magis in filio quàm in ſe ipſo pater patitur; *l. iſti quidem*
8. § *fin. ff. quod met. cauſ.* nec charior eſt parentibus pro-
pria vita, quàm liberorum: ſic Latinus Pacat. *in panegyrico*
ad Theodoſium, inquit: *Inſtituente natura, plus ferè filios,*
quam noſmetipſos diligimus; & latè proſequitur Menoch.
95 *de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 36. *à num.* 4. Vnde obtinuit in
praxi, vt ſi pater, & filius pro eodem facinore ſint tor-
quendi, prius filius in conſpectu genitoris crucietur; Me-
noch. *vbi proximè, n.* 5. Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in præfat.*
num. 7. *C. de reuocand. donationib.* Pax *in praxi tom.* 1. *p.* 5.
cap. 3. §. 12. Pacian. pluribus laudatis, *de probat. lib.* 2 *cap.*
23. *num.* 44. *cum ſeqq.* qui paterni amoris egregium adducit
96 exemplum. Nam Balbus cum à Triumuiris eſſet proſcri-
ptus, in locum tutum fugit, quò rumor falſus peruenit,
quod filius ſuus erat captus, mortique tradendus, quo au-
dito, vt eum liberaret, ſe militibus obiecit occidendum.
Inuicem etiam liberorum erga parentes pietas quanta ſit,
probat, & exemplis illuſtrat Menoch. *præſ.* 57. *per totam.*
97 Similiter vir, & vxor vna ſunt caro, inter quos tanta eſt
dilectionis vis, vt propter coniugem parentes relinquan-
tur, *Geneſ. cap.* 2. Mathæi *cap.* 19. *l.* 1. §. *ſi quis filium, ff.*
de lib. hom. exhibend. l. ſi ad quod 29. §. *ſi quis ſerui. ff de*
donat. inter: Imò viris vxores chariores eſſe, quam filios,
ſcripſère Bart. *in l pater Seuerinam*, §. *ſocrus. ff. de condit.*
& demonſt. Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 89. *num.* 61. *in fine, &*
num. 62. Ex quibus dicendum videtur, quod quemadmo-
dum non peccant, qui frangunt carcerem, vt ipſi euadant;
ita etiam præfatis perſonis licebit idem facere ad eos libe-
randos, quos non minus quàm ſe dilectos habent; nec
alium, ſed ſe ipſum à carcere liberat, qui filij, aut vxoris
fugam procurat, propter identitatem perſonarum; de qua
Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 6. *à n.* 63.

Ibi: *Secundo, animaduertendum eſt.*

98 Quod damnatus, vt in vinculis ſit in pœnam delicti,
non debeat fugere, etiam abſque carceris fractione, eſt
magis communis reſolutio; ſed aliqui doctiſſimi Iuniores
diſtinguunt inter carcerem valde ſtrictum & incommo-
dum, & inter non ita acerbum, vt à primo liceat, non ſic
à ſecundo fugere. Et quid ſi carcer ſit perpetuus, vel ſi ad
triremes quis damnetur. Videas Sanch. *d. cap.* 4. *dub.* 12. *&* 99
18. & Bonacin. *vbi nuper, num.* 14. Lugo *d. diſp.* 40. *n.* 52.
Gutierr. *d. cap.* 24. *n.* 17.
Vtrum carceris perpetui pœna poſſit imponi? Tractant 100
Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 89. Salced. ad Bernar. Diaz *in*
prax. cap. 139. Bobadill. *in politic. lib.* 3. *cap.* 15. *à num.* 7.
Fr. Emman. *quæſtion. regular. tom.* 2. *q.* 22. *art.* 4. & pro
grauiſſimis ſceleribus poſſe quem ad carcerem perpe-
tuum condemnari, verius eſt. Sed & temporalis detentio
in vinculis publicis pro pœna apud nos ſæpiſſimè ſtabilitur; 101
l. 5. *tit.* 4. *lib.* 8. *Recopil.* coërcetur pœna carceris pro vno
menſe, qui verba quædam ſacrilega ibi expreſſa in Deum,
vel Beatam Virginem eius Genitricem protulerit. *L.* 2. *tit.*
7. *eod. lib.* ſic plectuntur ludis prohibitis vtentes, ſi in bo-
nis non habeant, vnde pœnam pecuniariam pendant: *L.*
1. *tit.* 10. *eod. lib.* filij iniuriantes verbaliter parentes, in
carcere detineri iubentur; & alijs pluribus legibus eadem
pœna irrogatur, Bobadill. *ſupr. n.* 8.

Verſ. *Quarto ex principali.*

Imò & hoc caſu vim licet inferre poſſeſſori, ex com- 102
muni Theologorum ſententia: videndus Lugo *tom.* 1.
diſp. 10. *ſect.* 9. *n.* 181. *cum ſequentibus.*
Vbi reſpondet ad *l. ſi quis in tantam*, *C. vnde vi*, & ſi- 103
miles prohibentes, propria authoritate res ſuas aliquem oc-
cupare, ea niti præſumptione, quod ſcilicet ſemper poteſt
per legitimam Iudicis poteſtatem vnuſquiſque ius ſuum
conſequi; qua præſumptione ceſſante, vbi in contrarium
eſt veritas, non obligat earum conſtitutionum prohibitio
in conſcientia; vt regulare eſt in omnibus legibus, quæ in
præſumptione fundantur; Gutierr. *canonicar. quæſt. lib.* 2.
c. 27. *num.* 11. Thom. Del-bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 1.
cap. 8. *dubit.* 15. *num.* 7. D. Couarr. *in cap. cum eſſes, num.*
16. *de teſtament.* latè Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 80. *à*
princip. Molin. *de inſt. diſp.* 404. *numer.* 9. Pat. Vazq. 1. 2.
tom. 2. *diſp.* 163. *cap.* 2. *num.* 8. Pat. Suar. *de legib. lib.* 3.
cap. 23.

Ad Num. 15.

Multi concedunt, poſſe quem rem propriam, vel ſibi 104
in ſpecie debitam, clàm capere, etſi iudicialiter agere ad
illam non ſit impeditus: & ſaltem à culpa lethali capien-
tem excuſant, quia non eſt adeò graue illum iuris ordinem
peruertere; de quo in *l. non eſt ſingulis, ff. de reg. iur.* Ita
Dian. 1. *tom. tract.* 2. *miſcellan. reſol.* 48. Lug. *d. tom.* 1.
diſp. 16. *ſect.* 5. *num.* 91. apud quos Mol. Villalob. & alij;
quod forſan admittunt propter expenſas, & iudicij du-
bium euentum, *l. quod debetur* 52. *ff. de pecul.* Suntque,
qui ita lites execrantur, vt malint propria re carere, quam
litigare, *l.* 4. §. *poteſt etiam, verſ. Non tamen*; *ff. de alienat.*
iud.
De tribus ſequentibus illationibus agit Lugo *d. ſect.* 5;
quæ ab omnibus communiter recipiuntur.

Verſ. *Quinto, vt & hoc.*

Aduerſus *D. Couarr.* eſt communis opinio, modò res 105
æſtimatione digna ſit, docet Lugo ex pluribus *d. ſect.* 9.
num. 181. Vim autem inferre non licet debitori ad debi- 106
tum ſoluendum, niſi res ipſa creditoris ab illo iniuſtè de-
tineatur, idem *d. diſp.* 16. *ſect.* 6. *n.* 133.

Ad Num. 16.

Simulatione vti poſſe, ac debere Iudicem prudenter, 107
alijs etiam exemplis comprobat Bobad. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 34.
& cap. 21. *num.* 153. tenent Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 35.
in princ. Plaza *in epitom. delictor. lib.* 2. *cap.* 37. Villadiego
cap. 3. *num.* 225. Farinac. *quæſt.* 81. *ex num.* 276. vbi latè de
ſimulationibus, quibus Iudices vti ſolent, Barboſ. *in col-*
lect. ad cap. afferte, de præſumpt, Sayr, *in clau. Reg. lib.* 12.
cap. 2. *num.* 5.

Verſ. *Similiter ex hoc oritur.*

108 An ex confeſſione rei emiſſa propter impunitatem à Iudice promiſſam poſſit ſequi condemnatio? docent Anton. Gom. *variar. libr. 3. cap. 12. num. 6.* Fachinæ *controuerſ. libr. 9. cap. 61.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 367.* vbi varias refert ſententias, Petr. Nauarr. *de reſtit. lib. 2. cap. 3. num. 246.* Sanch. & Villadiego *vbi proximè*, Bobad. *lib. 3. cap. 13. num. 10. cum ſequentibus*, & æquius, ac verius eſt, non poſſe; nam fides delinquentibus eſt ſeruanda; Ceuall. *tom. 1. quæſt. 292.* vbi alij.

109 In illa quæſtione, an Iudex, qui, impunitate promiſſa, ſuaſit reo in Eccleſia exiſtenti, vt ab ea exiret; communiter ſequuntur DD. diſtinctionem *D. Couarr. in præſenti*, Ant. Gom. *ſupr. numer. 7.* Sanch. *conſ. moral. d. lib. 6. cap. 1. dub. 12.* & vltra *ſupr.* laudatos Authores alij, quos adducit Bobad. *dict. cap. 13. num. 17. in gloſſ. lit. I.* Thom. Del-bene *tom. 1. cap. 16. dub. 24. num. 13.* Ceuall. *ſupr.* qui teſtatur de praxi: & quid ſi reus non dolo Iudicis, ſed alterius, ab Eccleſia recedat? Del-bene *ſupr. num. 14. 15.* qui diſtinguit, an Iudex particeps fuerit fraudis, vel non.

AD CAPVT III.

Vtrum fructuum ratio habeatur in reſtitutione in integrum, quæ cauſâ ætatis fit.

SVMMARIVM.

1 *DD. materiam tractantes referuntur.*
2 *Verbum*, reſtituere, *in ſententia poſitum, quando fructus contineat.*
3 *Fructibus petitis cum re, qui Iudicis officio debentur, ſi res reſtitui iubetur, reus cenſetur à fructibus abſolutus.*
4 *Minori reſtitutione in integrum conceſſa, an ſit res reſtituenda cum fructibus.*
5 *Intelligitur* cap. ad noſtram, de reb. Eccleſ.
6 *Feudum eſt beneficium, quod propter officium conceditur.*
7 *Creditor dominus directus rei ſibi in pignus datæ fructus ex ea perceptos ſuos facit.*
8 *Impugnatur interpretatio ab aliquibus tradita ad* dict. cap. ad noſtram.
9 *Bonam fidem habet, qui ſcit, rem à ſe per reſtitutionem in integrum auferri poſſe.*
10 *Fructus alij naturales, & induſtriales alij.*
11 *Communis diuiſio fructuum.*
12 *Alia fructuum diuiſio.*
13 *De differentia, ac natura fructuum, remiſſiuè.*
14 *Fructus ciuiles, propriè fructus non ſunt.*
15 *Iudicis arbitrio relinquitur, qui ſint fructus naturales, qui induſtriales.*
16 *In dubio fructus naturales potius cenſendi ſunt, quàm induſtriales.*
17 *Fructus naturales non quæruntur bonæ fidei poſſeſſori etiam cum titulo.*
18 *Fructus naturales fiunt bonæ fidei poſſeſſoris, etiam ſine titulo, maximè conſumpti.*
19 *Fructus omnes induſtriales ante litem conteſtatam percepti pertinent ad poſſeſſorem bonæ fidei.*
20 *Fructus naturales acquiruntur bonæ fidei poſſeſſori cum titulo, ſed eos tenetur reſtituere, ex quibus locupletior factus eſt.*
21 *Fructus conſumpti videntur extare, ex quibus poſſeſſor locupletior effectus eſt.*
22 *Quando præſumantur fructus conſumpti.*
23 *Poſſeſſor præſumitur locupletior factus ex fructibus, quos conſumpſit.*
24 *Nullus proprium patrimonium iactare creditur.*
25 *Poſſeſſor bonæ fidei ſine titulo fructus naturales ſuos non facit.*
26 *Poſſeſſor bonæ fidei fructus induſtriales extantes cogitur reſtituere.*
27 *Poſſeſſor bonæ fidei fructus induſtriales conſumptos non reſtituit.*
28 *Conuentus principaliter propter fructus perceptos independenter à re aliqua, eos reſtituit omnino, ex quibus locupletior inuenitur.*
29 *Conciliantur*, l. qui bona 23. & l. bonæ fidei 48. ff. de acquir. rer. dom. cum l. qui ſcit 25. §. fin. ff. de vſur.
30 *Non videtur quis capere, quod alij tenetur reſtituere.*
31 *Fructus bona fide poſſeſſi per triennium vſucapiuntur.*
32 *An qui fructus conſumpſit ante triennium à die perceptionis, & poſt illud conuenitur, debeat reſtituere eos, ex quibus locupletior factus eſt?*
33 *Vſucapio ſine poſſeſſione non procedit.*
34 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
33 *Si poſſeſſor fructus vſucapiat, ceſſat eorum reſtitutio.*
36 *Res propria à domino vſucapi non poteſt.*
37 *Quod meum eſt, amplius meum fieri nequit.*
38 *Error iuris bonam fidem parit quoad fructuum acquiſitionem.*
39 *Errans in iure nec malam, nec bonam fidem cenſetur habere.*
40 *Errans in iure, quoties ius actui reſiſtit, ſuos fructus non facit.*
41 *Error non præſumitur.*
42 *Præſumptio cedit veritati.*
43 *Ad fructuum adquiſitionem, malam fidem abeſſe ſufficit.*
44 *Diſtinctio quædam cum* D. Couar. *reijcitur, remiſſiuè.*
45 *Iuris & facti errore concurrente, bona fides oritur.*
46 *Abbas non exemptus nequit bona monaſterij ſui alienare abſque conſenſu Epiſcopi.*
43 *Abbas etiam exemptus ad alienationem rerum exiguarum debet petere licentiam ab Ordinario, vbi talis fuerit conſuetudo.*
48 *Vbi recepta eſt extrauagans*, Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. *Abbas non valet alienare immobilia, aut mobilia pretioſa, abſque aſſenſu Pontificis.*
49 *Quæ ſolemnitates requirantur in alienatione rerum Eccleſiaſticarum? remiſſiuè.*
50 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ ſine debita ſolemnitate, eſt ipſo iure nulla.*
51 *Eccleſiæ ob enormiſſimam læſionem competit poſt quadriennium etiam reſtitutio.*
52 *In reſtitutione in integrum ex iuſtitia veniunt fructus.*
53 *Pontifex, vbi aliquid ex benignitate indulget, id exprimit, ne ius commune inducatur.*
54 *Additur alius intellectus ad* d. cap. ad noſtram.
55 *Viuente Prælato, qui alienauit, non labitur Eccleſiæ quadriennium ad petendam reſtitutionem.*
56 *Quanta debeat eſſe læſio, vt reſtitutio in integrum concedatur.*
57 *Relinquitur Iudicis arbitrio.*
58 *Iudices faciles eſſe non debent ad concedendam reſtitutionem in integrum.*
59 *Reſtitutio non eſt concedenda ob minimam læſionem.*
60 *Concedi debet ob graue detrimentum.*
61 *Intelligitur* l. ſcio, ff. de in integ. reſtitut.
62 *Etiam prudentiſſimi ſolent decipi contrahentes in exigua quantitate.*
63 *Minor læſus non reſtituitur, ſi prudenter ſe geſſit in actu, contra quem reſtitui deſiderat.*
64 *Non eſt æquum, vt contractus maximæ quantitatis ob leue damnum minoris reſcindatur.*
65 *Ad concedendam Eccleſiæ reſtitutionem quanta deſideretur læſio*
66 *Iudicis arbitrio relinquitur.*
67 *Remedio ordinario exiſtente, ceſſat extraordinarium.*
68 *Fallit, ſi magis pingue ſit extraordinarium.*
69 *Minor reſtitutus ob læſionem in pretio, rem præciſè auocare non valet, & infrà num. 93.*
70 *Contrarium qui doceant.*
71 *Iudex tutè ſequitur opinionem communem, quam maluerit.*
72 *Iudici licet amplecti ſententiam, quam ipſe minus probabilem putat.*
73 *Agens remedio* l. 2. C. de reſcindend. vendition. *fructus*

non

non conſequitur ante litem conteſtatam perceptos.

74 *De minimis non curat Prætor.*

75 *Licitum eſt contrahentibus, ſe inuicem decipere.*

76 *Pro re minima actio furti non datur.*

77 *Fama hominum pluris haberi debet.*

78 *Fama eſt vita charior.*

79 *Damnatus furti, infamia notatur.*

80 *Vbi de pœnis diſputatur, benignior pars eligenda eſt.*

81 *Pœna ſunt reſtringenda, non amplianda.*

82 *Intelligitur textus in* §. Gallinarum, Inſt. de rer. diuiſ.

83 *Non eſt idem, furtum committere, & furti actione teneri.*

84 *Doloſus eſt, qui vel in vno nummo alterum decipit.*

85 *Dolus non in quantitate, ſed in facti qualitate conſiſtit.*

86 *Prætor præ oculis æquitatem ſemper debet habere.*

87 *Actio de dolo pro re minima non datur.*

88 *Interpretatur* l. vulgaris, ff. de furt.

89 *Non tam verbis, quam menti Legiſlatoris ſtandum eſt.*

90 *Eccleſia enormiſſimè læſa vſque ad triginta annos reſtituitur.*

91 *Intellectus* l. fin. tit. fin. part. 6. *in prima parte, remiſſiuè.*

92 *De eiuſdem legis interpretatione in ſecunda parte, remiſſiuè.*

93 *Reſtituitur, qui læſus fuit in pretio, non euocat remi præciſè, iuxta Communem; vide ſupra,* num. 69.

94 *Ratio decidendi ad* dict. cap. ad noſtram. *traditur.*

95 *Fructus feudi præſumuntur æquales labori, & obſequio vaſſali.*

96 *Vaſſallo omnis vtilitas feudi debetur.*

97 *In datione in feudum locus non eſt* l. 2. C. de reſcindend. vendit.

98 *Non eſt proprie feudum, quod conceditur pro annua penſione.*

99 *In reſtitutione ex gratia fructus non veniunt, ſecus ex iuſtitia.*

1 AD rem hanc conſulendi ſunt, Guttierr. *practic. quæſt. lib.* 4. *quæſt.* 69. Sforcia Oddus *de reſtit. in integr.* 1. *part. quæſt.* 45. *artic.* 2. Piehard. *in* §. *extraneus, num.* 53. *cum ſequentibus, Inſtit. de hæredum qualit.* Surd. *deciſ.* 45. Pinel. *in l.* 2. *part.* 2. *cap.* 4. *C. de reſcind. vendit.* Morla *in empor. iur. tit.* 5. *de in integr. reſtitut.* 1. *part. quæſt.* 1. *num.* 51. Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 1. *à numer.* 287. Molin. *de iuſtit. & iur. diſp.* 575. Coſta *in l. Gallus,* §. *& quid ſi tantum, part.* 2. *à num.* 55. *ff. de liber. & poſthum.*

Ad Num. 1.

2 Verbum *reſtituere*, in ſententia poſitum, an fructuum condemnationem contineat? controuertitur, & eſt pro vtraque parte communis opinio. Sed hæc reſolutio tenenda eſt, quod cum ex natura actionis veniunt fructus, vt in actionibus reſtitutorijs, iudicijs vniuerſalibus, & ſimilibus, ex eo quod Iudex, *reſtituere*, verbo vtitur, res cum fructibus reddi debet; ſecus ſi actio eius naturæ non ſit, Caſtil. *quotidian. libr.* 5. *cap.* 155. *num.* 20. Parlador. *different.* 42 *num.* 1n. Pont. *deciſ.* 25. *num.* 9. *&* 10. Noguerol. *alleg.* 8. *numer.* 42. late Hermoſ. *in l.* 28. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 2. *ex num.* 95. qui à *num.* 98. cum Surd. *deciſ.* 98. docet,
3 quod ſi petantur fructus cum re, vbi officio Iudicis debentur, & Iudex reſtituere iubeat rem, cenſebitur reus à fructibus abſolutus, neque amplius ad eos agi poterit.

Ad Num. 2.
Verſ. *Erit igitur expeditum.*

4 Ex DD. *in principio huius capitis* laudatis conſtat, receptiſſimum eſſe, minori per in integrum reſtitutionem, rem cum fructibus à die contractus perceptis fore reddendam; quibus adiungendi ſunt Cyriac. *controuerſ. tom.* 2. *contr.* 321. *num.* 77. Gamma *deciſ.* 312. *num.* 1. vbi Flores de Mena; Ceuall. *commun. tom.* 5. *quæſt.* 763. *num.* 68. Meneſes *in l.* 2. *n.* 30. *C. de reſcind. vendit.* Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *inſpect.* 7. Menchaca *controuerſ. vſufrequent. lib.* 5. *cap.* 65. 66. Ant. Gom. *Luſitan. deciſ.* 212. Caldas *in l. ſi curatorem habens, verb. Implorandum, num.* 13. Aliqui nihilominus contra ſentiunt, Molin. *num.* 4. Rebuf. *tom.* 2. *ad leg. Gallicas rubric. de reſtitutionib. gloſſ.* 3. *num.* 31. atque idem ſenſiſſe Senatum Gratianopolitanum, teſtis eſt Franciſc. Marc. *quæſt.* 21. *part.* 1. *teſtatúrque de praxi* Pinell. *dict. cap.* 4. *num.* 7. qui ſentiunt, à die litis conteſtatæ fructus deberi; de quo videndi ſunt Guttierr. & alij *ſuprà.*

Ad Num. 3.

De interpretatione *cap. ad noſtram, de reb. Eccleſ.* agunt, Guttierr. Pinel. Mol. Morla *vbi ſupra*, & alij, quos 5
congerit Barboſ. *in collect. ad eum textum*, & inter varios intellectus ille magis arridet, quem ex Menchaca refert Vſſel. *in præſent.* Ideo enim fructus non reſtituuntur in illa ſpecie, quòd cedant feudatario in compenſationem obſequij, quod tanquam vaſſallus exhibere Monaſterio tenebatur; quo referenda ſunt illa verba Pontificis: *Cum ſibi fructus percepti ſufficere debeant pro labore.* Qui nequaquam loquitur de labore fructuum percipiendorum, nam iniquum eſſet propter hunc, poſſeſſorem vniuerſos fructus lucrari; cùm ſufficeret, partem aliquam in mercedem ipſius relinqui, maximè cùm ita fuiſſent vberes, vt ibi refertur; quod aduertit D. Couarru. *numer. ſequenti*, cum Coſta *in dict.* §. *& quid ſi tantum,* 2. *part. numer.* 75. Retinet ergo omnes fructus feudatarius (quos aliàs reſtituere com- 6
pelleretur) propter obſequium; nam feudum eſt beneficium, quod ob officium datur: *cap. vnico, de vaſſall. milit. qui arm. bellic. depoſuit.* Sic dominus directus ſine diſtin- 7
ctione fructus vniuerſos ſuos facit (licet aliqui aliud doceant) è re feudali perceptos, ſibi in pignus à vaſſallo data, nec in ſortem computat; quia cùm interim ceſſet obſequium, non debent ad feudatarium pertinere; *cap.* 1. vbi Gloſſ. *de feud. cap. conqueſtus de vſur.* Barboſ. *in collectan. ad dict. cap.* 1. vbi plures laudat.

Ad Num. 4.
Verſ. *Secundo, præfata deciſio.*

Intellectus hic diuinat, reſtringens generalia Pontificis 8
verba, qui indiſtinctè decidat, fructus feudatario relinquendos; & ita textum interpretantur communiter Doctores, prout ex nuper allegatis apparet. Præterea expeditum non eſt omnino, fructus non eſſe minori reſtituendos, ſi conſumpti ſint, nec poſſeſſor ex eis fuerit locupletior factus, vt videre eſt apud Guttierr. *num.* 25. & Oddum, *num.* 20. & vbi lex generaliter loquitur, diſtinctio adhiberi non poteſt, *l. de pretio* 10. *ff. de public. in rem action.* Del-bene *ſupra cap.* 3. *dubi.* 12. *num.* 9. Tuſch. *lit. D. concluſ.* 508. Auguſt. Barboſ. *axiomat.* 136. *num.* 4. vbi multi.

Ad Num. 5.

Bonam fidem habere, qui ſcit rem à ſe per reſtitutio- 9
nem in integrum auferri poſſe, docet cum Molin. *dict. diſp.* 575. Guttier. *n.* 24.

Ad Num. 6.

Hanc fructuum diuiſionem in naturales, & induſtriales, 10
ſequuntur Pinel. *d. cap.* 4. *num.* 52. Sanch. *oper. moral. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 52. apud quem Ioann. Cop. Guttierr. Menoch. & Caſtillo. Sed communiter iuris interpretes 11
tertiam admittunt ſpeciem fructuum, quos *Ciuiles* appellant, Mareſcot. *variar. lib.* 1. *cap.* 64. *num.* 1. Carleual. *tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 54. *num.* 21. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 53. *num.* 17. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 29. *num.* 4. Pichar. *in* §. *ſi quis à non domino, num.* 7. *Inſt. de rer. diuiſ.* Alij aliter diuidunt fructus, in naturales, induſtriales, ac 12
mixtos, qui autem ſint naturales, qui induſtriales, qui 13
ciuiles, & mixti præfati docent DD. Illud verò compertum eſt, vecturam nauis, penſiones domorum, lucrum ex mercatura, &c. quæ *fructus ciuiles* nuncupantur, propriè fructus non eſſe, ſed eorum vices gerere, *l. mercedes* 29. *ff. de petit. hæred. l. cum ſeruus* 59. §. *fructus ff. de leg.* 3. *l. vſura* 34. *ff. de vſuris*, Lugo, qui vltimam proximè traditam fructuum diuiſionem probat, *de iuſt. & iur. tom.* 1. *diſp.* 17. *num.* 58. Sanch. *num.* 53. Carroc. *de locat. tit. de verb. ſignif. quæſt.* 10. *num.* 5. Cyriac. *dict. tom.* 2. 14

contro

15 *controuerſ.* 397. *num.* 10. *&* 11. Qui autem fructus naturales, & qui induſtriales cenſeantur? Iudicis arbitrio diſcernendum eſt, illa præmiſſa regula, quod denominantur à potiori cauſa; nam quod producitur naturâ ipſâ, nulla, aut modica homini induſtria interueniente, fructus eſt naturalis; ſed vbi magis labore humano, quàm naturâ quid naſcitur, inter fructus induſtriales habetur; Sanch. *num.* 48. & 49. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 110. *num.* 19. Verum 16 ſi contingat, in fructuum productione ita concurrere naturam, & hominis induſtriam, vt vel prudentiſſimus Iudex aſſequi non valeat, cui magis tribuendum ſit, fructus naturales reputabuntur, quoniam naturalis cauſa in dubio debet prævalere; *l. qui habet, ff. de tutel.* Sanch. *num.* 50. Menoch. *conſ.* 51. *num.* 18. Tiraquell. *de vtroque retract.* §. 50. *gloſſ.* 1. *num.* 16. Mareſcot. *variar. lib.* 1. *cap.* 50. *à num.* 4.

Verſ. *His ſane præmiſſis.*

17 Circa fructus naturales perceptos à bonæ fidei poſſeſſore, alijs omiſſis minus probabilibus, triplex eſt ſententia. Prima habet, minimè acquiri percipienti, etſi titulo ſit munitus; hæc nititur *l. fructus* 45. *ff. de vſur.* defenditurque communiter à pluribus, quos recenſet Sanch. *num.* 65.

18 Secunda huic oppoſita docet, poſſeſſorem bonæ fidei, licèt titulo careat, fructus naturales irreuocabiliter ſibi acquirere, maxime ſi conſumpti ſint; pro qua facit *l. bona fidei* 48. *ff. de acq. rer. dom. &* §. *ſi quis à non domino, Inſt. de rer. diuiſ.* eámque ſuſtinent Ant. Faber. *lib.* 4. *coniectur. cap.* 17. Fachin. *controuerſ. iur. lib.* 1. *cap.* 57. qui alios memoratur, & ita in praxi obtinuiſſe teſtantur Bellamer. *in cap. grauis, n.* 8. *&* 9. *de reſt. ſpoliat.* Petr. Barboſ. *in l. diuortio* 8. *in princ. p.* 1. *n.* 48. Pinel. *d. cap.* 4. *num.* 47. 56. *&*
19 60. qui duo vltimi DD. aſſerunt, in iudicijs non inſpici, an fructus induſtriales ſint, vel naturales, nec vtrum conſumpti ſint, nec ne? ſed indiſtinctè omnes poſſeſſorem bonæ fidei lucrari, quos ante litem cœptam percepit.

20 Tertia inter vtramque media aſſerit, eum poſſeſſorem habentem titulum, fructus naturales ſibi quærere cum onere reſtituendi extantes, vel etiam conſumptos, ex quibus locupletior fuerit effectus: & quoad primam partem, habet pro ſe *dict. l. bonæ fidei, & d.* §. *ſi quis à non domino*: Vltima ſuadetur ex æquitate, *l. ſi & me, & Titium* 32. *ff. ſi cert. pet.* & ex *l. certum* 22. *C. de rei vendic.* dum in ea deciditur, fructus extantes fore reſtituendos; nam & illi, ex
21 quibus is, qui conſumpſit, ditior factus eſt, in eiuſdem patrimonio æquiualenter extant, Lugo *vbi nuper, num.* 39. atque his, & alijs fundamentis cum *D. Couarr.* ſentiunt Menoch. *de adipiſc. poſſeſ. remed.* 15. *num.* 580. *& ſequent.* Cuiac. *in d.* §. *ſi quis à non domino*, Sanch. plurimos allegans *num.* 68. & eſt valde communis, maxime apud Theologos, de quo videndi etiam ſunt, Garcia *de expenſ. cap.* 23. *num.* 35. 36. Pichard. *in d.* §. *ſi quis à non domino, num.* 13. 14. Spin. *in ſpecul. teſtamentor. gloſſ.* 13. *princip. num.* 50. 51. Rebell. *de obligat. iuſtit. p.* 1. *lib.* 2. *q.* 4. *num.* 8. *concluſ.* 2. *& num.* 11. *concluſ.* 4. Didac. Perez *in l.* 1. *gloſ.* 1. *col.* 1. *tit.* 13. *lib.* 3. *ordinament.* Donell. *commentar. iur. ciuil. lib.* 20. *cap.* 5. *col.* 10. 15.

22 Iuxta quam opinionem duo notanda ſunt. Primum, cum dubitatur, an fructus extent, vel ſint conſumpti? Si ante triennium à die collectionis agatur, poſſeſſor probare debet conſumptionem: at poſt illud tempus, probationis onus incumbit agenti, vt eos extare oſtendat; ſic Sanch. ex alijs
23 *num.* 74. Secundum, num qui fructus conſumpſit ex illis ditior factus præſumatur? & Pinel. *num.* 64. ſentit ditiorem præſumi; & eſt communis opinio, cui ſubſcribunt relati à Menoch. *num.* 587. Ipſe tamen contrarium docuit, ſequutus quod magis receptum in praxi affirmat, ſed pro
24 prima ſententia facit, quod nemo patrimonium ſuum prodigere creditur, *l. cum de indebito* 25. vbi notatur, *ff. de prob.* & ſic conſumendo fructus, poſſeſſorem in propriam vtilitatem eos impendiſſe præſumendum erit, niſi contrarium per eundem probetur.

Verſ. *Secunda concluſio.*

25 De hac concluſione conſulendi ſunt DD. in proxima allegati, præſertim *Sanch. Pichard. & Menoch.* qui differentiam admittunt cum *D. Couarr.* inter poſſeſſorem cum titulo, & ſine illo, quoad acquiſitionem fructuum naturalium; ſed ipſam reprobat *Pinel.* aſſerens, rarò euenire poſſe, dari abſque titulo bonam fidem: & tandem concludit, quod, etſi contingat, talis poſſeſſor non tenetur ad horum fructuum reſtitutionem; ſicut enim iure vſucapio introducta eſt, ita & acquiſitio fructuum pro cultura & cura potuit bonæ fidei poſſeſſori concedi, prout præallegatis legibus apertè conceſſa eſt, nullibique de reſtitutione tractatur ſaltem quoad conſumptos.

Verſ. *Tertia concluſio.*

Omnium ferè eſt concors ſententia, poſſeſſorem bonæ 26 fidei fructus induſtriales extantes fore reſtituturum, iuxta *d. l. certum*, niſi iam illos vſuceperit; Pinellus autem inficiatur volens, quoad hoc, d. conſtitutionem in vſu non eſſe; ſed & dici poteſt, verbum, *extantes*, pro pendentibus accipiendum.

Licet pluribus placeat, maximè Theologis, bonæ fidei 27 poſſeſſorem teneri etiam ad reſtitutionem fructuum induſtrialium conſumptorum, cum ex illis ditior inuenitur, Sanch. cum multis, *num.* 77. Menoch. *num.* 598. Contrarium verius, ac in praxi receptius, teſtantur Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.* 119. Mareſcot. *lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 59. Pinel. *dict. cap.* 4. Bellamer. *dict. num.* 8. Ant. Gab. *commun. lib.* 5. *tit. de acquirend. rer. domin. concl.* 2. *num.* 3. Garcia *ſup. n.* 40. *in fine*, & ſtylo Rotæ comprobatur, pro qua opinione ſunt apertiſſima iura *in l.* 39. *tit.* 28. *p.* 3. vbi Greg. Lop. & in *l. ſi contra, C. ſi pignor. rem non.* quibus nullus æquè ſatisfacit; quare Sanch. *num.* 85. *&* 86. *d. l.* Regia conſtrictus docet, primam ſententiam, quam amplectitur, de iure Caſtellæ veram non eſſe, admittens correctionem iuris communis, quæ omnino vitanda eſt, *l. præcipimus*, cum vulgatis, *C. de appellat.* Tuſch. *lit. C. concluſ.* 1036. Surd. *deciſ.* 21. *n.* 19. Pichard. *ad princip. num.* 34. *Inſt. de leg. Falcid.* Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 41. 42.

Sed Mareſcot. *vbi proximè, num* 63. docet cum alijs, 28 *D. Couarr.* ſententiam omnino tenendam, vſuque approbari, quoties principaliter, & independenter à re aliqua ad fructus agitur; veluti ſi quis annuas præſtationes, quibus fuerat ſpoliatus, ſibi reſtitui poſtularet; nam perceptæ, ſunt reſtituendæ, etiam conſumptæ, ſi locupletior extet poſſeſſor ex illis.

Ad Num. 7.

Contrarietatem continere textus in *l. qui bona* 23. *&* 29 *dict. l. bonæ fidei*, cum *l. qui ſcit* 25. §. *fin. ff. de vſur.* viſum fuit Eguinario, & Hotom. *in dict.* §. *ſi quis*, Menoch. *d. rem.* 15. *num.* 614. *in fine*, Ioann. Cop. *in tract. de fruct. lib.* 2. *tit.* 4. *cap.* 5. *num.* 5. *&* 6. At cum expediat iura iuribus conciliari, *cap. cum expediat.* 29. vbi notant DD. quorum plures congerit Auguſtin. Barboſ. *ibi, de elect. lib.* 6. Ceuall. *commun. tom.* 2. *q.* 758. *num.* 38. Del-bene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 1. *cap.* 16. *dubitat.* 5. *n.* 6. Tuſch. *lit. C. concluſ.* 1008. *num.* 7. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 387. *num.* 39. 40. Alderan. Maſcard. *de ſtatut. concluſ.* 8. *num.* 65. *cum ſeqq.* varia pro eorum textuum conciliatione Interpretes ſcripſerunt; ſed inter cætera, illud magis veritati videtur accedere, quod doctiſſimus Cuiac. excogitauit in *d.* §. *ſi quis*; inquit enim, Iulianum in *d.* §. *fin.* loquutum fuiſſe de dominio reuocabili, quod bonæ fidei poſſeſſori quæritur, donec res fructificans fuerit per euictionem ablata, interim quidem fructus ſuos facit; ſed euictione ſequuta, reſtituit; nam mala fides præſumpta, quæ per iudicij inchoationem contingit, non ſufficit, ſicut vera, ad impediendam fructuum acquiſitionem, ſed ſolum onus reſtitutionis inducit. Vlpianus autem, & Paulus in *legibus præcitatis* negant, poſt litis conteſtationem fructus acquiri quoad effectum, & inſpecta veritate, cum illi ſint reſtituendi, quia non videtur quiſquam id quærere ſibi, 30 quod alij tenetur reſtituere, *l. aliud eſt capere* 71. *ff. de verb. ſignif. l. non videtur* 52. *ff. de reg. iur.* Aliter hæc iura componit Sanch. *num.* 153. ex Ioan. Garcia, vbi & alias refert conciliationes.

Verſ. *Quarta concluſio.*

31 Fructus per triennium bona fide poſſeſſi vſucapiuntur, atque ideo reſtituendi non ſunt, licet extent, vel conſumpti ſint; Menoch. *num.*588. Lugo *d. diſp.* 17. *num.*40.
32 Sanch. *num.* 87. qui plures cumulat. Sed dubium eſt, vtrum qui ante triennium fructus expendit, ſi poſt id tempus conueniatur, debeat eos reſtituere, ſi ex illis factus ſit locupletior; & affirmant Deci. *in d. l. ſi & me*, *&* *Titium*, *num.*2. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 15. *gloſſ.* 1. *num.* 17. Merlin. *de legitima lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 40. & alij adducti à Sancio, *num.* 91. Ipſe verò contrarium ex pluribus probat cum Pinel. *d. cap.* 4. *num.* 48. ſecundum quos ſufficit, fructus, antequam poſſeſſor conueniatur, per tres annos à ſolo fuiſſe ſeparatos, vt ipſos reſtituere
33 non debeat. Nec refert, vſucapionem ſine poſſeſſione non procedere, *l. ſine poſſeſſione* 25. *ff. de vſucapion.* Quoniam, vt *Sanch.* explicat, fructus conſumpti non vſucapiuntur, ſed actio pro eis domino competens præſcribitur, quæ etſi triginta annis regulariter viuat, *l. ſicut* 3. *C. de præſcrip.* 30.
34 *vel* 40. *ann.* Hoc caſu ſpecialiter perit eodem tempore, quo fructus, pro quibus datur, vſucaperentur, ſequena naturam eorum, quorum loco ſubrogatur: argum. *l.* 1. §. *ſi quis ſub conditione*, *ff. vt leg. nom. cau.*
35 Altera difficultas ſe offert circa doctrinam *D. Couarr.* in præſenti traditam; quoniam generaliter docet, ceſſare fructuum reſtitutionem, ſi eos poſſeſſor vſucapiat; cui om-
36 nes conueniunt. Sed cùm *ſuprà* teneat, fructus frequentiſſime acquiri bonæ fidei poſſeſſori, implicat, quod illis caſibus poſſit vſucapere ipſum fructus, qui ſui ſunt, cùm hoc expreſſe inficietur Paulus *in l.* 4. §. *lana*, *ff. de vſucap.*
37 Quia quod meum eſt, amplius meum fieri non poteſt, vt ait Iuſtinianus *in* §. *ſed ſi rem*, *Inſt. de legat.* *l.* 3. §. *ex pluribus*, *ff. de acq. poſſeſ.* Huic Sanch. *num.*88. ſatisfacit, aiens, regulam *dict.* §. *lana*, & cæterorum iurium, tunc obtinere, cum dominium irreuocabile quis eſt conſequutus: at quoties poteſt reuocari, vt in fructibus acquiſitis cum onere reſtitutionis, bene admittitur vſucapio. Adhuc vrget *d.* §. lana, quoniam agens *ibi* Conſultus de fructibus, quos *Sanch.* putat eſſe reſtituendos, inquit, eos vſucapi non poſſe, quia ſtatim poſſeſſoris fiunt. Ergo quamvis dominium reuocabiliter quæratur, impedit vſucapionem. Has difficultates euitant, qui ſentiunt, poſſeſſorem bonæ fidei, ſiue titulum habeat, ſiue non, fructus conſumptione irreuocabiliter ſuos facere; quod verius videtur, & vſu (qui eſt melior legum interpres, *l. ſi de interpretatione* 37. *ff. de legib.* Azgel. *de acquir. poſſeſ. quæſt.* 2. *art.* 8. *num.* 9. Delbene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 5.) comprobatur.

Ad Num. 8.

38 Bonam fidem ex iuris errore oriri, quoad fructus acquirendos, compertum eſt. de quo Sanch. *num.* 163 Menoch. *num.*618. *cum ſequentib.* Guttierr. *de tutel.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 14. Cyriac. *tom.* 2. *controu.* 331. *num.* 1. Surd. *conſ.* 115. *num.* 3. Ant Gom. *in l.* 45. *Taur*, *num.* 106. *in fine*, Cacher. *Pedemont. deciſ.* 159. *num.* 5. Becci *conſ.* 95. *num.* 15. Beroius *in cap. ſi quis presbyterorum*, *num.* 41. *de reb. Eccleſ.* & alij apud Ricci. *in prax. fur. Eccleſiaſtic. deciſ.* 18. *num.* 3.
39 Aliqui putant, in iure errantem neque in bona, neque in mala fide conſtitui, ſed medium inter vtramque teneri, & hoc ad fructus lucrandos ſufficere, Bart. *in l. ſed & ſi lege*, §. *ſciro*, *num.* 4. *ff. de petit hered.* Beroi. *in cap. grauis*, *num.* 24. *verſ. Subdo tamen*, *de reſt. ſpoliat.* Pinel. *in authen. niſi tricennale*, *num.* 12. *C. de bon. mater.* Menoch. *vbi proximè.*
40 Sed illa regula communiter limitatur, quando ius reſiſtit actui, in quo error interuenit; nam tunc non prodeſt ad fructuum acquiſitionem, Menoch. *num.* 634. Cyriac. *ſuprà*, *d. controu.* 331. *num.* 16, Barboſ. *in collect. ad l. inbemus*, §. *ſane*, *num.* 10. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Guttierr. *num.* 17. Balbus *in l. Celſus*, *n.* 20. 21. *ff. de vſucap.* Grammatic. *deciſ.* 79. *num.*8. 9. Cacheran. *ſuprà*, *num.* 12. Caballin. *milleloq.* 315. Pariſ. *in cap. ſi diligenti*, *num.* 27. *de præſcriptionib.* apud quos alij permulti; ex quibus apparet, hanc limitationem receptiſſimam eſſe, aduerſus D. Couarr. *in præſenti*, quem tamen tuentur Sanch. *num.* 164. Igneus, Nauarr. Ioan. Garc. quos ipſe refert, Mod. *in emper. iur. p.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 1. *num.*42. Sfort. Odd. *de in integ. reſtitut. quæſt.* 45. *art.* 2. *num.* 12. Ant. Fab. *de errorib. pragmatic. decad.* 7. *error.* 6. Neque vrgent iura, quæ pro aduerſarijs facere videntur; nam dum probant malam fidem habere, qui contra ius reſiſtens emit; non ſunt intelligenda vbi error interuenit, ſed cum ſcienter contra prohibitionem operatur, quod leges præſumunt regulariter; *cap. qui contra* 82. *de reg. iur. in* 6. Menoch. *controuerſ. illuſtrium cap.* 81. Farinac. *in prax. crimin. part.* 3. *q.* 89. *num.*8; Menoch. cum pluribus *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.*
130. *num.* 53. Quoniam error non præſumitur, niſi per- 41
ſonarum conditio, aut aliæ coniecturæ eum ſuadeant, ſed ab allegante probari debet; Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 23. *num.* 10. *cum ſequentib.* Sanch. *num.* 45. Boſſi. *in prax. crim. tit. de confeſ. n.* 19. Maſcard. *de probat. concluſ.* 378. *&* 637. & en probato ceſſabit mala fides præſumpta, Garc. *de expenſ. cap.* 23. *n.* 34. Barboſ. *in collect. ad l.* 2. *n.* 3. *Cod. ſi quis ignor. rem minor.* ſi quidem præſumptio de-
bet ſuccumbere, & cedere veritati, *l. nuptura*, 58. *ff. de* 42
iur. dot. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 1. *tit.* 1. *à n.* 10. Menoch. *lib.* 2. *præſ.* 75. *n.*27.
Malam fidem abeſſe, ad acquiſitionem fructuum ſuf- 43
ficere, etſi bona fides non ſit, ſentiunt cum *D. Couarr.* Bart. Beroi. & Pinel. *vbi nuper*, Sanch. verò *num.* 181. concedit, poſſe dari medium inter bonam, & malam fidem ſpeculatiuè, ſed non practicè, quod ibi bene explicat.

Verſ. *Cæterum opinio præcedens.*

Hanc diſtinctionem reprobant itidem, Sanc. *num.* 165. 44
Ioan. Garcia *ſup. dict. cap.* 23. *num.* 24. Guttier. *vbi ſupr. num.* 18.

Verſ. *Pateſt etiam opinio.*

Iuris, & facti errore concurrente, bonam fidem oriri, 45
docent Guttiert. *num.* 15. Sanch. *n.*163. *in fine*, qui alios referunt, Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 68. *verſ. Illud tamen*, Cacheran. *ſupr. n.*9. *ad finem.*

Ad Num. 9.

Abbatem non exemptum minimè poſſe ſine Epiſcopi 46
conſenſu rem Eccleſiæ ſuæ alienare, ſed tacitum ſufficere, firmant Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 10. *num.* 4. Thom. Delbene *de immunit. & iuriſd. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 17. *dub.* 9. *n.* 17. *&* 18. Idem in Abbate exempto, ſi rem exiguam alienet, vbi talis conſuetudo eſt admiſſa. nam tenebitur licentiam poſtulare ab Ordinario loci, vel à Legato de latere, ſi Eccleſia ſit ſita intra prouinciam, in qua ille ſuo munere fungitur, Pellizzari. *in manual. Regular.* 1. *part. tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 140. & vbi extrauagans, *Ambitioſe*, *de reb. Eccleſ.* recepta eſt, neceſſariò deſideratur aſſenſus Pontificis in alienatione rerum immobilium, aut pretioſarum mobilium, niſi in caſibus iure expreſſis: Tondut. *canonic. quæſt. lib.* 1. *cap.* 98. *num.* 2. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 95. *num.* 66. Leo *in theſaur. Forenſ. cap.* 15. *num.* 7.
Del-bene *vbi proximè*, *num.* 29. *cum ſequentibus*, qui de 47
requiſitis, ac ſolemnitatibus in alienatione rerum Eccleſiaſticarum nouiſſimè agit; & Pellizzar. *vbi ſuprà*, *num.* 211. de alienatione rerum ad Regularium monaſteria ſpectantium tractat, quibus ſublata ſunt vniuerſa priuilegia, quoad huiuſmodi alienationes, decreto Sacræ Congregationis Concilij Tridentini iuſſu Vrbani Octaui edito anno 1624. per quod alienare prohibentur res Monaſteriorum, niſi accedat expreſſa ipſius Sacræ Congregationis licentia, refert, Del-bene *d. diſp.* 17. *dub.* 1. *num.* 6
Intellectus hic ad *cap. ad noſtram*, nullo modo defendi 48
poteſt; nam præter quam quod manifeſtè diuinationis vitio laborat; ſi ibi interceſſiſſet defectus ſolemnitatis, nullus foret ipſo iure contractus, ita vt nec ſententia declaratoria deſideraretur; quare fructus acquirere non poteſt is, in quem res fuit alienata, *dict. extrauag. ambitioſe*, Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 2. *diſp.* 466. Pater Suar. *de relig.* 4. *tom. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 20. *&* 21. Del-bene, *immun.* 9.

Tondut.

Tondut. *vbi ſupr.* ſed Pontifex fructus retinere feudatario
permittit, & læſionem enormem ad reſtitutionem con-
cedendam neceſſariò requirit; ibi: *Si prædictum monaſte-
rium propter hoc inueneritis enorme diſpendium incurriſſe.*
Igitur in illius textus ſpecie nullus fuit ſolemnitatis defe-
ctus, nec ibi apparet, laïcum bonam fidem habuiſſe, pro-
pter quam fructus ſibi acquirere poſſet.

Ad Num. 10.

48 Hæc interpretatio magis conuenit dicto textui, nec
dicendum eſt cum Guttierr. *practicar. quæſt. lib.* 4. *cap.*69.
*num.*11. & alijs, reſtitutionem ex gratia fuiſſe conceſſam:
nam eſt communis ſententia, quod Eccleſiæ ob enor-
miſſimam læſionem competit etiam poſt quadriennium
reſtitutio, Gregor. Lop. *in l.*8. *tit.* 19. *p.*6. *gloſſ.* 5. Bern.
Diaz *in reg.* 655. *verſ. Octauo, & verſ. Decimo*, Matienz.
in dialog. relat. 5. *part. cap.* 20. Coſta *in l. Gallus.* §. *&
quid ſi tantum*, *num.* 80. *ff. de lib. & poſt.* Flamin. *de re-
ſign. lib.*3. *q.*7. *num.* 84. Gratian. *diſceptat. cap.* 148. *num.*
49 19. Mynſinger. *cent.*1. *obſeruat.* 51. *n.* 7. Oddus *de reſtit.
part.* 1. *quæſt.*19. *art.*7. *num.* 37. & 66. vbi dicit hanc eſſe
communem omnium opinionem Garcia *de nobilitat. gloſſ.*
6. §. 1. *num.*49. *verſ. Intra has ſex*, Cancer. *variar. lib.*2.
*cap.*1. *num.* 220. *verſ. Illud.* Nec dubitari poteſt, quin
Monaſterium fuerit enormiſſimè læſum, cùm primo anno
feudatarius integram ſummam, quam pro eo ſoluerat, re-
cuperaſſet, ex quo fit manifeſtum Eccleſiam eo caſu ex
50 iuſtitia reſtitutionem obtinuiſſe. Nec obſtat argumentum
de retentione fructuum, admiſſa communi ſententia,
quæ habet eos venire in reſtitutione iuſtitiæ; quoniam,
vt dictum eſt *ſuprà ad num.* 1. illos lucratur vaſſallus in
51 compenſationem præſtiti obſequij Monaſterio. Ad hæc,
ſi ex gratia reſtitutio concederetur, ne ius commune in-
duceret, id exprimeret Pontifex, prout expreſſum eſt *in
cap. ex literis* 4. *eod. tit.*

52 Aliter etiam ſuſtineri poteſt, reſtitutionem illam fuiſſe
ex iuſtitia, communi præmiſſa opinione, quæ docet,
53 viuente Prælato qui alienauit, quadriennium Eccleſiæ non
labi; quam probant Roman. *ſing.* 267. Hermoſ. *in l.*4. *tit.*
5. *p.*5. *gloſſ.* 12. *num.* 19. Bernard. Diaz *reg.* 653. *verſ.
Tertio fallit*, Caldas *in l. ſi curatorem*, *verb. Intra legiti-
mum*, *num.*5. *C. de in integ. reſtitut.* Trentacinq. *var. lib.*2.
tit. de in integr. reſt. reſol. 4. *n.* 5. Balboa *in relect. ad cap.*1.
num. 32. *de præſcriptionib.* Ricci. *in prax. for. Eccleſiaſtic.
tit. de alienat. rer. Eccleſ. deciſ.* 52. Rebuff. *in tract. de
alienat. rer. Eccleſ. num.* 38. Rodoan. *eod. tract. q.* 79. *cap.*
3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 225. *num.* 12. Lara *de vit.
hominum. cap.* 25. *num.* 85. pro quibus facit *cap. ſi Sacerdotes*
20. 16. *q.* 3. Potuit enim quadriennium, & aliud tempus
multum tranſire à die alienationis, & non præterire qua-
driennium à morte eius Prælati, qui feudum conceſſe-
rat; quo caſu, de rigore iuris, & abſque aliqua beni-
gnitate, Eccleſia debebat reſtitui: cui intellectui non obe-
rit, Pontificem requirere enormem læſionem; quoniam
multi ſentiunt reſtitutionem Eccleſiæ, vel minori non
competere, adhuc intra quadriennium, niſi enormiter
læſi probentur, de quo ſtatim.

Ad Num. 11.

54 Circa dubium præſens triplex reperitur ſententia. Pri-
ma docet, probandam eſſe læſionem vltra dimidiam, vel
ſaltem in dimidia iuſti pretij, vt reſtitutionis auxilium
impertiatur: Oddus *ſupr. part.*1. *q.*4. *art.*12. *n.*105. *verſ. In
contrarium*, Paz *in prax. tom.* 1. *temp.*8. *num.* 119. & alij.
Secunda, modicam læſionem ſufficere, Cenall. *tom.* 1. *q.*
658. Donell. *lib.* 21. *commentar. cap.* 9. *col. penult.* Pinell.
in l. 2. *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 26. *C. de reſcind. vend.* & hæc
eſt magis communis. Tertia arbitrio Iudicis relinquit,
quanta læſio ſufficiat, vt propter eam reſtitutio conceda-
tur: quas refert, ac iuribus, & Authoribus exornat Her-
moſ. *vbi proximè*, *ex num.* 34. Barboſ. *in collectan. ad cap.*
1. *num.*14. *de in integ. reſtitut.*

Verſ. *Ego ſanè difficilem.*

55 Sequuntur *D. Couarr.* aſſerentes Iudicis arbitrio definien-
dum, quæ læſio ſufficiat ad reſtitutionem concedendam,
Guttierr. *d. lib.*4. *cap.*69. *num.*14. Menoch. *de arbitr. caſ.*
74. Oddus 1. *part. quæſt.*4. *art.*5. *num.*106. Mozl. *in em-
por. iur. tit. de in integ. reſt. num.* 15. Trentacinq. *d. lib.*
2. *var. tit. de minor. reſol.*1. *num.* 40. Cancer. *d. cap.* 1. *n.*
253. *verſ. Quæro, &* 255. Lar. *vbi proximè*, *cap.*15. *n.*18.
Oportet autem, Iudices non eſſe faciles in minoribus,
alijſque priuilegiatis perſonis reſtituendis, ne in ipſorum
damnum fauor retorqueatur; nemo enim ad contrahen-
dum cum ipſis accedere audebit: quod admonent Con-
ſulti in *l. & ſi ſine* 8. §. 1. *l. quod ſi minor* 25. §. *non ſemper*;
ff. de minor. Sed & Vlpianus in *l. ſi ex cauſa* 10. *eod.* vbi
publicè res minoris diſtracta eſt, graue damnum eiuſdem
requirit, vt ei per reſtitutionem ſuccurratur. Quod au-
tem graue damnum ſit, Iudex prudens æſtimabit.

Vt doctrina ſub *hoc verſiculo* tradita magis enucleetur, 57
diſtinctiùs loquendum eſt. Aut enim læſio contingit in
re minima; & eſt reſtitutio deneganda, vt tradunt Co-
uarr. *hic*, Cyriac. *tom.*2. *controuerſ.* 303. *num.* 62. & com-
muniter DD. Aut damnum in ſe graue eſt, & læſus indi- 58
ſtinctè debet reſtitui, *dict. l. ſi ex cauſa*, *dict. l. penult.*
Quod ſi læſio per ſe nec ſit minima, nec grauis; ſed ta- 59
lis, vt dubium ſit, an ex illa ſit minor reſtituendus? tunc
inſpicienda eſt quantitas totius contractus; nam ſi fuerit
maxima, ob modicum detrimentum reſcindendus non
erit; quod ſi ita ampla non ſit, ſufficiet mediocris iactura
ad reſtitutionem: (ver. grat.) ſi in negotio mille aureo-
rum minor in decem damnificatus reperiatur, non opor-
tet propter huiuſmodi læſionem actum irritari, etſi mini-
ma non ſit; *l. ſcio* 4. *ff. de in integrum reſtit.* quoniam
comparatione ad mille, decem ſatis exigua ſumma eſt:
ſed ſi in contractu quinquaginta hæc eadem deceptio con-
tingat, reſtitutioni locus erit, cùm decem aurei neque
per ſe, neque reſpectu quantitatis contractus, quid mi-
nimum ſit; atque ideo quantitas eadem aliquando prodeſt
læſo ad reſtitutionem, aliquando non; & hæc videtur
apta interpretatio ad *dict. l. ſcio.* Cuius ratio manifeſta eſt;
nam ad decem læſio in contractu mille, ſatis modica eſt.
Quæ etiam maioribus, ac vigilantiſſimis hominibus ſæ- 60
piſſimè euenit, accipientibus paulo minus, aut præſtan-
tibus paulo plus, quam res valet: *l. ſi voluntate* 8. *C. de
reſcind. vendit.* Cum autem minor ſe gerit tanquam pru- 61
dentem patrem familias, & ſi damnum ſentiat, reſtitu-
tione non adiuuatur, *l. verum* 12. §. *ſcandum, & ſequenti,
ff. de minor.* Odd. *ſupr. dict. quæſt.*4. *art.* 2. *num.*16. Can-
ceri. *lib.* 1. *variar. cap.* 1. *num.* 122. Hermoſill. *dict. gloſſ.*
12. *num.* 25. vbi alij, Alciat. *de præſ. regul.* 1. *præſ.* 42. *n.*
6. Cuiac. *lib.* 16. *obſeruat. cap.* 14. Matheſ. *ſingul.* 58.
Mozl. *part.* 1. *tit.*10. *quæſt.* 4. *num.* 8. Ant. Gom. *in l.* 50.
Taur. num. 14. Valac. *conſ.*138. *num.*26. Petr. Barboſ. *l.* 1.
part. 4. *num.* 128. *ff. ſolut. matrimon.* Menoch. *conſ.* 714. 62
num. 7. Vnde æquum non eſt, vt in negotio ampliſſimæ
quantitatis reſtitutio ob leue detrimentum concedatur,
quod comparatione illius ſatis tenue eſt: At non ſic fa-
cilè homines induſtria, ac ſolertia prædìti falluntur,
præſtando multo plus, aut multò minus accipiendo,
quàm par eſt; vt contingit, cùm in contractu quinqua-
ginta læſio in decem interuenit, quare damnum hoc
tribuitur lubrico ætatis conſilio, cui per beneficium re-
ſtitutionis ſubueniendum eſt. Quæ ratio ad *d. l. ſcio*, ac-
commodari poteſt.

Verſ. *Secundò, ex his etiam.*

Communis opinio habet, ad reſtitutionem poſt qua- 63
driennium concedendam Eccleſiæ læſionem vltra dimi-
diam, ſeu enormiſſimam requiri; textus *in dict. cap. ad
noſtram*, Coſta *in dict.* §. *& quid ſi tantum, part.*2. *à n.*80.
Oddus *part.* 1. *quæſt.* 19. *artic.* 7. *num.* 5. *verſ. In contra-
rium*, Garcia *de expenſ. cap.*18. *num.*36. Caldas *ſupra verb.
Infra legitimum*, *num.* 9. Giurba *deciſ.* 106. *num.*12. Tuſch.
*lit. R. concluſ.*198. *num.*75. Caſſad. *deciſ. vnica*, *num.*5. *de
empt. & vendit.* Burat. *deciſ.* 414. *num.* 10. & *deciſ.* 452.
in fine, & plures, quos congerit Hermoſ. *dict. gloſſ.* 12. 64
*num.*15. At Menoch. & alij quos refert, *lib.* 2. *de arbi-
trar. caſ.* 74. *in fine* cum *D. Couarr.* tenent, eſſe in Iudicis
arbitrio, quæ ſit enormis læſio, ob quam Eccleſia debeat
poſt

poſt quadriennium reſtitui; ſequuntur Eſcobar *de ratiocin. comp. 6. num.* 10. & Guttierr. *dict. quæſt.* 69. *num.* 14.

Verſ. *Tertio hinc deducitur.*

65 Negant multi communiter, eo, quod auxilium extraordinarium ſit, læſis poſſe competere reſtitutionem in integrum, vbi adeſt remedium ordinarium; *l. 2. C. de reſcind. vend.* per textum in *l. in cauſa* 17. *ff. de minor.* Morla *ſupra, tit. de reſtitut. in integr. quæſt.* 7. *numer.* 22. Lara *cap.* 25. *numer.* 98. Menoch. *conſ.* 401. *numer.* 110. Guid. Pap. *ſing.* 331. Anton. Gabr. *commun. lib. 3. tit. de empt. concluſ.* 1. *numer.* 11. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienan. quæſt. de reſtitut. in integrum, in princip. numero* 1. & alij. Sed contrarium cum D. Couarru. affirmant Oddus *vbi ſupra, quæſt.* 17. *num.* 111. eadem ratione tradita, Bald. *in l. 1. C. ſi aduerſ. Fiſc.* Abbas *in cap. cum dilecti, num.* 4. *&* 5. *de empt. & vendit.* Pinell. *in l. 2. part. 3. cap. 3. num. 2. C. de reſc. vend.* Hermoſ. *vbi proximè, numero* 39. *verſ. contrarium*, vbi alij: Gamma *deciſ.* 212. Anton. Fabr. *in Codic. libr. 2. tit. 9. de in integr. reſtitut. definit.* 3. Caldas *ſupra, verb. Implorandum in integrum, num.* 13. 14. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 18. part. 1. à num.* 100. Franch. *deciſ.* 148. & eſt communior.

66 Sed rationi, cui D. Couarr. & ſequaces nituntur, ſcilicet pinguius eſſe auxilium reſtitutionis, remedio *dict. l.* 2. quare licet extraordinarium illud ſit, per hoc ordinarium non excluditur, Pinell. *vbi proximè*, Zaſi, *lib. 1. reſponſor. cap.* 40. *num.* 20. Matric. *de reſtit. in integr. cap. 11. numer.* 7. Odd. *ſupra, part. 1. quæſtion. 17. numero* 33. Morla *dict. part. 1. tit. 3. quæſt. 3. num.* 12. Menoch. *conſ.* 505. *num.* 20. atque limitant regulam *dict. l. in cauſa.*

67 Obſtat, non videri inter hæc remedia aliquod eſſe diſcrimen; nam ſicut emptori datur electio ad rem reſtituendam, vel ſupplendum pretium ex *dict. l.* 2. Ita etiam cùm minor vltra dimidiam, vel intra læditur eadem electio emptori competit, nec poteſt res præcisè auocari, vt teſtatur pluribus relatis Hermoſ. *in l. 56. tit. 3. partit. 5. gloſſ.* 11. *&* 12. *numer.* 114. accedit Guttierr. *vbi proximè, numer.* 29. & notat D. Couarru. *infra hoc cap. numero* 14. *verſ. Nec enim dubium*, & eſt magis recepta.

68 Reſpondendum tamen eſt, rationem prædictam defendi poſſe, ſecundum opinionem contrariam, quæ docet, minorem in pretio læſum, ſi reſtituatur, poſſe rem auocare præciſè, neque admitti emptorem ad pretij ſupplementum, prout ſenſerunt Pinel. *in dict. l. 2. part. 1. cap. 2. numer.* 26. Menchaca *controuerſiar. vſufrequent. lib. 3. cap.* 66. Fachin. *controuerſ. libr. 2. cap.* 89. Sahagun. *in relect. de reſtitut. minor.* Caldas *ſupr. numer.* 14. 15. Simonett. *de decret. in controuerſ. minor. interp.* Morl. *dict. tit. 3. quæſt. 1. numer.* 30. Vnde conſtat, vtilius eſſe minori beneficium reſtitutionis impetrare, quam agere remedio *dict. leg.* 2. nam per hoc nunquam poterit rem ſuam, inuito emptore, recuperare, cum expreſſè ei ius indulgeat huiuſmodi electionem; ſed ſi reſtitutionem conſequatur, forſan id obtinebit; ſiquidem Iudex non pro-
69 hibebitur ſecundum opinionem minori fauorabiliorem iudicare, iubens, rem præcisè reſtitui; cùm vtraque communis ſit, atque ita tutè eorum quamlibet ſeque-
70 tur; Ceuall. *tomo 1. commun. opinion. in princip.* Sanch. *in Decalog. lib. 1. cap. 9. numer.* 46. vbi ex multis refert, licere Iudici ſententiam ferre iuxta opinionem, quam ipſe minùs probabilem putat; quòd, licet non ſequatur, probabile fatetur, *num. ſequenti*, Dian. 1. *part. tract. 1. de probabil. opinion. reſol.* 3.

71 Alia etiam ratione, vberius eſt reſtitutionis auxilium, *dict. l.* 2. remedio; nam ex hoc non repetet minor fructus interim perceptos, ſecundum receptam in Tribunalibus praxim, de qua teſtantur Ceuall. *tom. 2. quæſt.* 763. *numero* 53. Pinel. *in dict. l. 2. part. 2. cap. 4. in princip.* Padill. *ibidem num. 30. in fine*, Barboſ. *in collect. ad eundem textum, numero* 83. & D. Couar. licèt aliud ſentiat, *infrà libr. 2. cap. 3. numero* 9. vbi Deo duce erit dicendum. In reſtitutione autem etiam veniunt fructus, *dict. l. quod ſi minor*; *§. reſtitutio*, & docet D. Couar. ab omnibus ferè admiſſus, *in principio huius capitis.*

Verſ. *Supereſt tamen.*

Facit ad hanc ſolutionem vulgare axioma: De mini- 72
mis non curat Prætor, *l. ſi oleum* 10. *§. fin. ff. de dolo*, Iaſon *in l. ſciendum, col. 3. ff. qui ſat ſdat, cogant.* Socin. *in tractat. fallent. reg. 78. fall.* 1. Cyriac. *controuerſ.* 434. *numero* 8. Bruñ. à Sole *in loc. communib. verb. Minima*, Aug. Barboſ. *de axiomat. iur. vſufrequent. axiom.* 150. *num.* 1. Vltra quam duæ aliæ ſe offerunt. Prima, *in dict. l. ſi proprietarius* 22. *ff. de damn. infect.* iniquè agere proprietarium, vel viuſfructuarium recuſantem ſoluere quod debet, non ſic, qui contrahens in minima lædit
quantitate, nam licitum eſt contrahentibus ſe inuicem 73
decipere; *dict. l. in cauſa, §. idem Pomponius*, Hermoſill. *in dict. l. 56. tit. 3. part. 5. gloſſ. 9. numero* 30. quare ille de minimis tenetur, licet hic non teneatur. Secunda, nullum reſultat inconueniens, ex eo quod in *dict. l. ſi proprietarius*, pro minimo damno agi poſſit, vt patet; at ex reſtitutione minoris pro modica læſione, ſequeretur illud abſurdum maximum, cuius ſuprà meminimus; nam ita minores, aliæque perſonæ, quibus hoc remedium competit, commercio priuarentur; quod Conſultus perpendit optimè *in dict. §. non ſemper.* quis enim contrahere cum minoribus vellet, cum ſciret pro vno nummo, vel quadrante contractum fore reſcindendum? Præterea ex *Iaſone*, & *Decio*, quos refert, & ſequitur Menochi. *de præſumpt. lib. 2. præſ.* 23. *numero* 5. dici poteſt, minima attendi in illis, quæ à iure communi proueniunt, vt in caſu *dict. l. ſi proprietarius*: ſecus quæ iure ſpeciali conceduntur, qualis eſt minorum reſtitutio. Reſpondetur tandem, ſolum negari, actionem famoſam furti competere, non tamen in factum, vt ablatum dominus recuperet, argumento *l. non debet dari* 12. *in fine, ff. de dolo.*

Ad Num. 12.

Hanc æquiſſimam ſententiam, vt pro re minima 74
actio furti non detur, amplectuntur Guttierr. *de delict. quæſt.* 151. *num.* 13. *cum ſequentib.* Del-bene *part. 2. cap. 19. dub. 33. num.* 4. Pichard. *in §. Gallinarum*; *num. 3. Inſt. de rer. diuiſ.* Iul. Clar. *in prax. §. furtum, num.* 46. Nauarr. *in cap. vltim. 14. quæſt.* 6. Molin. *de iuſt. & iur. tom. 3. diſp. 685. num.* 3. quod limita ex *l. 16. tit. 11.*
lib. 3. Recopilat. Sed ibi non eſt infamia. Cùm enim fa- 75
ma hominis plurimi ſit habenda, quam vitæ honeſti
viri præferunt, *l. iſti quidem*, 8. *§. penult. ff. quod met.* 76
cauſ. l. 2. §. initium fuiſſe, ff. de origin. iur. Cyriac. *tom. 1. controuerſ.* 104. *num.* 10. Bobadill. *tom. 2. lib. 5. cap. 2. numero* 39. Carleual. *de iudic. tom. 2. tit. 2. diſp. 3. numero* 4. vbi alij. Menoch. *conſ. 94. in princip. & de arbi-*
trar. lib. 2. caſ. 377. numer. 19. Durum nimis eſt, vt pro 77
re minimæ æſtimationis furti actio concedatur, qua damnatus afficitur infamia, *l. 1. §. ſiii, 6. ff. de iis qui not. inf.* Farinac. *in praxi. crimin. tit. de furt. quæſt. 167. à num.* 10. Molin. *de iuſt. tom. 5. tract. 4. diſp. 9. num. 13. verſ. Licet*, Didac. Quantera *in quæſtion. crimin. cap. 8. de furt. num. 9. verſ. Vlterius pœna latronum.*

Ad hæc, cùm de pœna infligenda diſputetur, in be- 78
nigniorem partem debemus propendere, Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verbo, Reuertatur, num.* 246. Thom. de Thomaſ. *in flor. leg. reg.* 158. Aug. Barboſ. *ſupr. axiom.* 181. *num.* 12. Ricci. *in dict. praxi, reſol.* 303. *numer.* 2.
Quoniam pœnæ potius ſunt reſtringendæ, quàm amplian- 79
dæ, *l. interpretatione* 42. *ff. de pœn.* Iaſon *in l. tranſigere, num. 9. C. de tranſact.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt.* 6. Thomaſ. *ſupr. reg.* 227. Surd. *de alimen. tit. 1. q.* 51. *num.* 12. Barboſ. *num.* 9.

Neque refragantur iura, quæ pro ſe Theophilus, & 80
ſequaces inducunt: non textus in *dict. §. Gallinarum*, qui ſanè alienus eſt à præſenti quæſtione; nam *ibi* Iuſtinianus non agit de furti actione; ſed ſolum decidit, furti reum fieri illarum auium detentorem; &

81 aliud eſt, furtum committi, & aliud, furti actionem
dari; *l. ſiquis vxori* 53. §. 1. *in fine*, *ff. de furt.* ſunt enim
plures caſus, in quibus furtum fit, & actio furti dene-
gatur, *l. 1. ff. de act. rer. amot. l. ſerui, & filij* 17. *dict. l.*
ſiquis vxori, in princ. p. l. ſi libertus 91. *ff. de furt.*
Et licet ſatis controuerſum ſit, an rei minimæ furtum
admittatur; teſte Pichardo *vbi ſupra*; adhuc ſuppoſito,
furtum committi, tamen furti actionem dari inficiandum
82 eſt, ad exemplum actionis de dolo; nam etſi doloſus
vere ſit, qui alium circumvenit, vel in re exigua, cùm
83 dolus non in quantitate; ſed in facti qualitate conſiſtat;
l. dolus 10. *C. de reſc. vend.* Petr. Greg. *lib.* 37. *ſyntagmat.*
cap. 1. *num.* 6. Cyriac. *tom.* 1. *controuer.* 160. *num* 66.
Hermoſ. *in l.* 56. *gloſſ.* 12. *num.* 51. *tit.* 5. *part.* 5. Guttierr.
84 *dict. quæſt.* 151. *numer.* 12. *verſ. Hæc tamen.* Tamen Præ-
tor ea æquitate motus, quam præ oculis ſemper debet
habère, *l. quod ſi Epheſi* 5. §. *fin. ff. de eo, quod cer. loco,*
85 ſimæ hominum conſulens non permittit, illa famoſa
actione vti pro minimo damno, *dict. l. ſi oleum*, §. *fin.*
cum *l. ſequenti.* Sed neque probatur in *d.* §. *Gallinarum*,
rei minimæ furtum fieri, cum *ibi* non agatur de quanti-
tate; ſed de qualitate rei ſurreptæ, dubitabatur enim num
gallinæ, & anſeres eſſent feræ naturæ? nec Imperator in-
quit, vnius gallinæ, aut anſeris detentorem furti reum
fieri, ſed plurali loquutione vtitur, ibi: *Et qui lucrandi*
animo, ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.
Vnde textus ille nullo modo fauet aduerſarijs, Molin. *vbi*
86 *ſupra dict. num.* 5.
Non itidem obſtat *l. vulgaris*, *ff. de furt.* pro cuius ſo-
lutione notandum eſt, rationem dubitandi illius textus
non fuiſſe, an pro modio tritici, ſeu modico vini actio-
nem furti quis poſſit exercere? ſed num qui partem
alicuius rei ſurripit, teneatur pro tota, furti actione?
quam licet non auferat, videtur, inuito domino, contre-
ctare; quia dum partem tollit, corpus totum contrectat;
quæſtio hæc fuit Vlpiano propoſita per exempla modij
tritici ex aceruo, & modici vini ex dolio ablati, nam
videbatur totius acerui, vel dolij furtum fuiſſe commiſ-
ſum; ſed Conſultus id inficiatur in hæc verba: *Sed verum*
eſt in tantum eum actione furti teneri, quantum abſtulerit.
Quibus controuerſiam veterum Conſultorum generaliter
decidit, neque affirmauit, in exemplis ibi poſitis dari
furti actionem, de quo non fuerat interrogatus, & quan-
87 quam verba aliud inſinuarent (quod negatur) non eſt il-
lis ſtandum, ſed Legiſlatoris menti; argum. *l. generaliter*
6. *in princ. C. de inſt. & ſubſt. cap. humana* 11. 22. *quæſt.*
5. Iaſon *in l. iuris gentium*, §. *ait Prætor numer.* 15. *ff.*
de pact. Del-bene *ſupra, tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 37. *num.* 5.
Gonçalez *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 48. *n.* 45. Barboſ. *axiom.*
222. *numer.* 1. Qui ſolum intendit dubium præcipuum
definire, non de alijs ſtatuere, quæ altiorem indagi-
nem exigebant, cum nullo iure expreſsè caueatur, pro
rebus adeo exiguis furti actionem competere; & cum
verba, quæ obſtant, poſita ſint in relatione caſus, &
non in deciſione, de illis non eſt curandum; Carleual.
tom. 2. *diſp.* 8. *numer.* 33. Bernard. Diaz *reg.* 781. Gut-
tierr. *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 61.

Verſ. *Sed vt reus.*

88 Eccleſiæ enormiſſimè læſæ de iure communi reſtitutio-
nem vſque ad triginta annos concedendam fore, cum
D. Couarr. reſoluunt communiter DD. Guttierr. *d. q.* 69.
num. 18. Parlad. *differ.* 114. *num.* 4. Coſta *in d.* §. *& quod*
ſi tantum, part. 2. *a num.* 83. Caldas *in d. l. ſi curatorem*,
verbo, Infra legitimum, num. 10. Mozl. *ſup. d. tit.* 5. *in*
prælud. num. 16. *in fine*, Sforc. Odd. *ſupr. qu.* 19. *n.* 92.
Beroi. *conſ.* 177. *num.* 40. quamvis Garcia *de expenſ. cap.*
18. *num.* 37. hoc auxilium ad quadraginta annos exten-
dat, & Suarez *allegat.* 31. *num.* 4. ad aliud quadriennium,
præter elapſum, reſtringat.

Ad Num. 13.

89 De intellectu *l. fin. tit. fin. p.* 6. videndi ſunt Greg.
Lop. *ibi Gloſſ.* 8. Ceuall. *tom.* 1. *q.* 536. *num.* 16. Guttierr.
d. num. 18. Herm. *d. l.* 56. *gloſſ.* 11. *&* 12. *num.* 127.
Pinel. *in d. l.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 27. *in fine*, & quos iſti
allegant.

Ad Num. 14.

Quod *dict. l. fin.* etiam in ſecunda parte intelligenda ſit 90
de reſtitutione in integrum, & non de remedio *d. l.* 2.
C. de reſcindend. vend. verius videtur ex textus verbis; at-
que ita tenent cum *D. Couarr.* Greg. Lop. Guttierr. Roder.
Suar. & alij; quicquid alij non pauci ſentiant; & in huiuſ-
modi reſtitutione enormiſſima læſio erit, quæ dimidiam
iuſti pretij egreditur, de quo *ſuprà, ad num.* 11. *verſ.*
Secundo ex his etiam.

Verſ. *Nec enim* Ibi: *Quamuis hæc differentia.*

Hanc doctrinam communem appellat Hermoſ. *dict.* 91
gloſſ. 11. *&* 12. *num.* 114. *verſ. In contrarium*, vbi quæ-
ſtionem mouet, ac reſoluit, de qua dictum eſt: *ad num.*
11. *verſ. Tertio hinc deducitur, num.* 68.

Verſ. *His omnibus.*

Certius videtur reſtitutionem fuiſſe ex iuſtitia conceſ- 92
ſam, quia Eccleſia fuerat enormiſſimè læſa, vt oſtendi-
mus *ſuprà. ad n.* 10. fructus autem non repetit Monaſte-
rium, quia nec ſi intra quadriennium ageret, illos habe-
ret, propter obſequium à vaſſallo acceptum. Nec refert, 93
quod illi exceſſerint æſtimationem laboris ſeruitij exhi-
biti: quoniam in dubio exceſſus talis non præſumitur,
ſed fructus creduntur correſpondere labori; Eſcobar *de*
ration. cap. 16. *num.* 53. neque aliud fuit per Monaſterium
probatum, quod ſolum intendit, ſibi villam reſtitui, quam,
cùm non expediret, neceſſitate cogente alienauit, ſiue in
feudum conceſſit. Imo quamvis prætenderet partem fru-
ctuum ſibi reſtitui, relicto vaſſallo, quod æquum foret
pro labore, non obtineret; nam feudatarius dum onera 94
feudi ſuſtinet, omnem eius vtilitatem meretur, neque
fructus commenſurantur obſequijs, ſed quotquot naſ-
cuntur, illi cedere debent pro fidelitate, ſubiectione, ac
ſeruitijs exhibitis domino; quapropter in datione in feu- 95
dum non eſt locus remedio *l.* 2. *C. de reſc. vendit.* niſi quan-
do feudum conceditur ob penſionem in ſingulos annos
ſoluendam, vt docent communiter DD. Barboſ. *in collect.*
ad eum textum num. 29. *&* 30. Hermoſ. *in l.* 56. *gloſſ.* 4.
num. 15. Caſtrenſ. *in d. l.* 2. *num.* 13. Bald. *num.* 7. Salicet.
num. 10. Cagnol. *num.* 107. Padill. *num.* 29. Pinel. *part.*
1. *cap.* 3. *num* 2. Rebuff. *in tract. de reſciſſion. contract.* §.
vnic. gloſſ. 15. *n.* 11. Ant. Gabr. *libr.* 3. *de tit. empt. con-*
cluſ. 1. *num.* 74. Matienz. *in l.* 1 *gloſſ.* 8. *num.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5.
Recop. Fachin. *controuerſ. lib.* 1 *cap.* 22. *verſ. Nec hunc ſen-* 96
tentia. Quo caſu propriè feudum non eſt, ſed tranſit in
emphyteuſim, vel contractum innominatum. Greg. Lop.
in l. 1. *tit.* 26. *part.* 4. *gloſſ.* 2. Bald. *in l. liberti, col. fin. C. de*
oper. liber. Mareſcot. *variar. libr.* 1. *cap.* 63. *num.* 5. *&* 6.
Ex quibus iunctis, quæ diximus *ſupr. ad num.* 10. dedu-
citur, Monaſterium in *dict. cap. ad noſtram*, non potuiſſe
fructus, aut partem eorum petere, licet ex iuſtitia fuerit
reſtitutum.

Ad Num. 15.

In reſtitutione iuſtitiæ fructus venire; ſecus in illa, 97
quæ gratioſè conceditur, omnes fere concordes ſentiunt
Interpretes; Ceuall. *dict. quæſt.* 536. *num.* 19. Anton Gom.
3. *tom. variar. cap.* 13. *num.* 38. *in fine*, Noguer. *alleg.* 8.
num. 37. *cum ſequentibus*, Guttierr. *dict. quæſt.* 69. Cyriac.
dict. tom. 2. *controuerſ.* 321. *num.* 77. *&* 78. Odd. *vbi ſu-*
pra, quæſt. 45. *artic.* 2. *ſub num.* 13. *& quæſt.* 99. *artic.* 14.
num. 123. 131. Lara *in l. ſiquis à liberis*, §. *ſed vtrum, à*
numer. 9. *ff. de agnoſc. liber.* Farinac. *in prax. quæſt.* 6.
numero 44. Carol. de Tapia *in rubric. de conſtitut. Prin-*
cip. cap. 3. *num.* 29. 58. Ponte *deciſ.* 25. *numer.* 9. 10. Pere-
grin. *de iur. Fiſc. lib.* 5 *tit.* 2. *num.* 61. Tiraquel. *in l. ſi vn-*
quam, verbo, Reuertatur, num. 276. *C. de reuoc. donat.*
Greg. Lop. *in l.* 2. *gloſſ.* 5. *tit.* 32. *p.* 7. Boër. *deciſ.* 98. *n.* 5.
eam tamen diſtinctionem impugnat latè Molin. *de iuſt. &*
iur. tom. 2. *diſp.* 575. *ex num.* 4.

AD

AD CAPVT IV.

Coram quo Iudice ſit in integrum reſtitutio petenda.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum petenda eſt coram Iudice eius, aduerſus quem poſtulatur.*
2 *Reſtitutio incidenter poſtulata petenda eſt à Iudice cauſa principalis.*
3 *Iudex loci contractus eſt competens ad concedendum in integrum reſtitutionem circa illum.*
4 *Iudex loci rei ſita, an ſit competens ad reſtituendum in integrum, quando actione reali reſtitutus acturus eſt?*
5 *Qui eſt Iudex cauſa preparata, cognoſcere de cauſa preparante poteſt.*
6 *Iudex loci rei ſita competens eſt, quoties de ea vindicanda tractatur.*
7 *Eccleſia petens reſtitutionem contra laicum, ipſius Iudicem debet adire.*
8 *Bona patrimonialia Clericorum gaudere negatur priuilegiis rerum Eccleſiaſticarum: Contrà*, num. 14.
9 *Clericus poſtulans in integrum reſtitutionem contra laicum, coram ſeculari Iudice comparet.*
10 *Fallit, ſi contraria vigeat conſuetudo.*
11 *Vel ſi negligens ſit iudex laicus.*
12 *Eccleſia, & Clerici pro rebus Eccleſiaſticis gaudent priuilegio* l. vnicæ, C. quando Imper. inter: *ſed non pro bonis patrimonialibus ipſorum.*
13 *In Hiſpania vetitum eſt, ne Clerici laicos ad tribunalia Eccleſiaſtica trahant, & ſic obſeruatur.*
14 *Bona patrimonialia Clericorum obtinere priuilegia rerum Eccleſiaſticarum, qui docent.*
15 *Fundamentum præfata ſententia refertur.*
16 *Bona patrimonialia Clericorum ſunt ſub ſpeciali Dei dominio.*
17 *Patrimonium, ad cuius titulum quis ſacris initiatur, non eſt priuilegiatum, vt bona Eccleſiaſtica.*
18 *Contrarium verius eſſe probatur.*
19 *Patrimonium, ad cuius titulum aliquis Ordinibus inſignitur, alienari non poteſt, niſi Clericus ſufficiens beneficium obtineat.*
20 *Subrogatum ſortitur naturam eius, cuius loco ſubrogatur.*
21 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.*
22 *Vtrum deſideretur citatio ad relaxationem iuramenti? quis di putant.*
23 *Ad relaxandum iuramentum, ſimulque reſcindendum contractum, citatio prærequiritur.*
24 *Ad relaxationem iuramenti ſolum ad effectum agendi, non deſideratur citatio: de quo infra* num. 37.
25 *Relaxatio an ſit concedenda illi, qui in periurium iam incedit? remiſſiuè.*
26 *A quo Iudice petenda eſt relaxatio iuramenti ad effectum agendi, qui tractant.*
27 *Dupliciter quis liberari poteſt à vinculo iuramenti ad effectum agendi, & quomodo.*
28 *Per iuramentum in contractibus additur forus foro.*
29 *Factum Iudicis, cenſetur factum partis.*
30 *A quibus Iudicibus concedi poſſit relaxatio ad effectum agendi, latè explicatur.*
31 *Solus Iudex, qui de contractu iurato habet cognitionem, poteſt concedere relaxationem, per quam ipſe contractus irritus fiat.*
32 *Poteſtas relaxandi iuramenta ad effectum agendi eſt penes Eccleſiaſticum Ordinarium.*
33 *Legatus de latere eſt Ordinarius in tota prouincia, cui miſſus eſt.*
34 *Nuntius Apoſtolicus, qui in Hiſpania reſidet, relaxat iuramenta ad effectum agendi, & ſine citatione; ſecus Ordinarius, qui de conſuetudine citat.*
35 *Ad obtinendam relaxationem ad effectum agendi, probanda eſt cauſa legitima, ſaltem ſemiplenè.*
36 *Poteſt in eodem libello peti in integrum reſtitutio, & ſimul proponi actio, quæ, illa conceſſa, eſt competitura.*
37 *Magis communis ſententia docet, non deſiderari citationem ad relaxandum iuramentum ad effectum agendi, de quo ſupra* num. 24.
38 *Data abſolutione ad effectum agendi, iuramenti vinculum permanet quoad cætera.*
39 *Non eget noua abſolutione, qui eam obtinuit ad effectum agendi, ſi contractus reſcindatur.*
40 *In obligationibus conceptis in forma Cameræ Apoſtolicæ non datur relaxatio ad agendum.*
41 *Relaxatur iuramentum ad effectum excipiendi, ſed non reconueniendi.*
42 *Obtenta abſolutione ad effectum agendi in caſu* authent. Sacramenta puberum, *minor debet petere reſtitutionem, vt contra validum contractum.*
43 *An enormiter læſus in contractu iurato poſſit agere, non obtenta relaxatione iuramenti?*
44 *Poteſt, ſi conſtet de læſione, aliàs non.*
45 *Iurans actum metu compulſus agere ſine relaxatione non poteſt; ſed contra obſeruatur.*
46 *Iudex cauſæ præparantis eſt competens quoad cauſam præparatam.*
47 *Iudex Eccleſiaſticus, qui relaxat iuramentum ad agendum, an poſſit de contractu cognoſcere?*
48 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit inter laicos ratione iuramenti adhibiti in contractu.*
49 *Iudex contractus eſt iudex diſtractus.*
50 *Laici conueniri poſſunt apud Eccleſiaſticum iudicem pro violentia Eccleſiaſticis, vel eorum rebus illata.*

REſtitutionem in integrum poſtulari debere coram Iudice eius, contra quem intentatur, docent Ant. Fab. *in ſuo Cod. ſub, tit. vbi, & apud quem: defin.* 1. *& defin.* 3. *numer.* 6. Oddus, *de in integr. reſt. quæſt.* 15. *num.* 39. *& quæſt.* 32. *num.* 108. Surd. *conſ.* 266. *num.* 9. Cyriac. *tom.* 2. *controu.* 380. *num.* 56. Carleual. *de iudic. tom.* 1. *diſp.* 2. *numer.* 192. Rodrig. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 5. Guttierr. *canonic. quæſtion. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 8. Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 2. *diſp.* 575. *num.* 25. Tondut. *de præuent. iudic.* 1. *part. cap.* 18. *num.* 9. *cum ſequentibus*, Bernard. Diaz *reg.* 219. *verſ. Secundo fallit.* Marant. *de ordin. iudic. p.* 6. *§. & quandoque appellatur*, *num.* 118. *verſ. vlt.* Mauric. *de in integ. reſtit. cap.* 31. Morla *in empor. part.* 1. *tit.* 5. *in prælud. num.* 11. *verſ. Quarta, & vltim.* Rebuff. *ad leg. Gall. tom.* 2. *tit. de reſtitut. in præfat. num.* 18. 1

Quod verum eſt, cùm reſtitutio petitur principaliter, 2 nam ſi incidenter poſtuletur, Iudex cauſæ principalis eſt competens, licet aliàs eam concedere non poſſet, facit *cap. cauſa* 9. *§. delegati, de in integ. reſtit. & l. fin. in fine, C. vbi, & apud quem* Cyriac. *d. controu.* 380. *num.* 18. vbi alios refert, *& contr.* 381. *num.* 44. Oddus *dict. quæſt.* 32. *num.* 75. Flores de Mena *variar. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 76. Quando autem reſtitutio in integrum petatur principaliter, & quando incidenter, docet Cyriac. *d. controuerſ.* 380. *num.* 19. *cum ſequentibus.*

Ad Num. 1.

Vtrum Iudex loci contractus ſit competens ad reſtitutionem concedendam? fusè controuertit Carleual. *à num.* 183. *ad* 193. & vt magis communem, affirmatiuam partem cum *D. Couarr.* amplectitur; accedunt Tondut. *vbi ſup. & part.* 2. *cap.* 30. *num.* 14. Colet. *de proceſſib. executiu. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 44. Gratian. *diſceptationum Forenſ. cap.* 14. *num.* 22. Griuell. *deciſ.* 119. Guttierr. *canonic. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 9. Mauric. *ſupr. cap.* 36. *num.* 5. Odd. *dict. quæſt.* 32. *art.* 13. *num.* 214. Tulch. lit. F. *concluſ.* 438. *num.* 6. Quod eſt intelligendum, quando is, contra quem petitur reſtitutio in loco contractus, reperitur, vt ſupponunt omnes. Contra præcipuam concluſionem, tenent non pauci congeſti à Carleual. *num.* 188. 3

4 De Iudice loci rei ſitæ itidem dubitatur, num poſſit in
integrum reſtituere, quando reſtitutione obtenta minor
actione reali experturus eſt? concedunt Duaren. *in lib. 4.
Digeſtor. tit. 1. de reſtit. in integ. cap. 5. fol. 75. & in tit. C.
vbi, & apud quem, fol. 119. verſ. Et certe ſiquis minor,
& verſ. Hinc facile* Rebuff. *ad conſt. s. Galliæ tom. 2. t. 3.
de reſc. contract. art. 1. gloſſ. 21. num. 13.* Bellacomb. in-
ſertus *ſyntagmat. comm. opinion. tom. 1. lib. 2. tit. 22. num.
1.* Contrarium ſentiunt Cyriac. *dict. controuerſ. 380. nu-
mero 58. cum ſequentibus*, & Tondut. *dict. cap. 20. nu-
mero 13.* qui *num. 10.* cautelam oſtendit, qua adiri poſſit
pro reſtitutione impetranda Iudex loci, vbi res ſita eſt,
5 propter quam minor reſtitui deſiderat. Sed his refragatur
vulgare axioma, vt ſcilicet qui eſt iudex cauſæ præpara-
tæ, poſſit de cauſa præparante cognoſcere; quod ex mul-
tis probat Carleual. *num. 204. poſt medium*, cui Cyriac.
reſpondet, *d. controuerſ. 381. num. 50. & 51.* non eſſe
6 locum in hac controuerſia. Nam illud dumtaxat admitti-
tur, cum Iudex ad vtramque cauſam competens alias eſt,
aut Iudex loci rei ſitæ iure poteſt de actione in rem co-
gnoſcere, *l. fin. C. vbi in rem act. cap. fin. de for. comp.*
ſed non in integrum reſtituere, de quo Oddus *dict. part. 1.
quæſt. 32. art. 14.*

Ad Num. 2. & 3.

7 Eccleſiam adire non poſſe Iudicem Eccleſiaſticum ad
obtinendam reſtitutionem aduerſus laicum cum *D. Couarr.*
affirmant Parlad. *differ. 9. §. 3. num. 8.* Barboſ. *in l. hæres
abſens, §. proinde, num. 31. cum ſequentibus, ff. de iudic.*
Caldas *in l. ſi curatorem, verb. Implorare, num. 32. C. de
in integrum reſtit.* Carleual. *num. 195.* qui contrariæ opi-
nionis fundamentis benè ſatisfacit, Auguſt. Barboſ. *in
collect. ad cap. 1. num. 9. de in integ. reſtitut.* & ita fuiſſe
iudicatum in Vallisoletana Cancellaria, quamvis ipſe ali-
ter ſentiat, teſtatur Guttierr. *canonic. quæſt. lib. 1. cap. 4.
num. 10.* Quæ opinio verior videtur; nam iura, quæ
contrarium probant, debent intelligi, quando ex con-
ſuetudine, vel alia cauſa Eccleſia obtinet in laïcos iuriſdi-
ctionem, quoad bona Eccleſiaſtica, de quibus agitur.
Nihilominus contrarium eſt receptiſſimum, quod defen-
dunt Tondut. *ſupr. cap. 28. num. 17. part. 2.* Marant. *in
prax. part. 6. tit. de appellat. num. 113.* Sforc. Oddus *dict.
quæſt. 32. artic. 13. num. 115. & art. 15. à numer. 125.*
Rodoan. *de reb. Eccleſiaſt. quæſt. de reſtitut. in integr. §. 7.*
Bernard. Diaz *reg. 219 fallent. 2.* Perez *in l. 1. gloſſ. 1.
col. 883. verſ. Item fallit*, Auendañ. *part. 1. cap. 4. Prætor.
num. 42. vel. Et quia talis*, & plurimi alij.

8 Bona patrimonialia Clericorum, non gaudere eodem
priuilegio, ac Eccleſiaſtica, niſi in caſibus expreſſis in iu-
re, eſt communis reſolutio; Ceuall. *tom. 1. quæſt. 36. nu-
mero 7.* Guttierr. *practicar. lib. 3. quæſt. 27. num. 7.* Deci.
in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 21. de conſtitut. vbi Barbat.
num. 4. Paz *in praxi tom. 2. præl. 2. num. 16.* Cartell. *de
immun. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 8. num. 20. & ſequentib. &
quæſt. 40. & 43.* Bobad. qui plures adducit, *in polit. tom.
1. lib. 2. cap. 18. num. 260.* vbi Gloſſ. *lit. F.* Menchac. *de
ſucceſſ. creat. §. 20. num. 659. & §. 22. num. 40.* Viuian.
commun. opinion. lib. 3. verb. Clericus in bonis: Lælius Man-
cin. *diſquiſit. genialium iur. diſp. cent. 3. cap. 241. cum
ſeqq.* Dried. *de libert. Chriſt. lib. 2. cap. 3.*

9 Hinc fit, vt Clericus implorans reſtitutionis auxilium
in laïcum, non poſſit coram Eccleſiaſtico iudice compa-
rere, licet Eccleſia tale priuilegium haberet; atque ita te-
nent Odd. *dict. quæſt. 32. art. 15. num. 125.* Guttierr. *vbi
10 nuper, num. 11.* Quod tamen fallit primò, ſi vigeat con-
ſuetudo in contrarium, vt Salmanticæ, Pax *vbi ſupra, n. 20.*
11 Bolaños *in Curia part. 2. §. 5. num. 17.* Secundo quando
Iudex laïcus negligens fuerit in miniſtranda iuſtitia Cleri-
co reſtitutionem poſtulanti, Bobadill. *dict. lib. 2. cap. 17.
num. 111.* & comprobatur præmiſſa ſententia ex doctrina
Carleual. & plurium, quos ipſe laudat *num. 585. & 587.*
12 Nam etſi Eccleſia, vel Eccleſiaſtici litigantes pro rebus
Eccleſiæ vti poſſunt priuilegio electionis fori conceſſo
miſerabilibus perſonis in *l. vnic. C. quand. Imper. int. pupil.
& vid.* id non extenditur ad Clericos pro rebus ſuis patri-
monialibus; & in Hiſpania vetitum eſt regulariter, & in 13
praxi obtinuit, ne Clerici laïcos ad Eccleſiaſtica Tribuna-
lia trahant; ita ſtabilitum eſt *l. 57. tit. 6. p. 1. & ordin.
Luſitan. lib. 2. §. 1. numer. 17.* de quo teſtantur Carleual,
& ſequaces *vbi proximè.*

Sed nihilominus non paucis placuit contrarium, & ſic 14
quod patrimonia Clericorum eiſdem potiantur priuile-
gijs, ac Eccleſiaſticæ res, & quod indiſtinctè poſſunt
Clerici laïcos apud Eccleſiaſticos Iudices conuenire,
Gloſſ. *in cap. ſimiliter 58. 16. quæſt. 1.* Del-bene, qui latè
diſſerit, *de immun. Eccleſ. part. 1. cap. 7. dub. 2. ſect. 2. ex
num. 6.* Oſaſch. *deciſ. 37. num. 7.* Zabarella *in cap. ſi cle-
ricus laicum, de for. comp.* Balboa, *ibi, num. 6.* Beller. *diſ-
quiſitor. cleric. part. 1. titul. de fauore Clericor. reali, §. 5.
num. 2. 3.* & alij communiter in *dict. cap. ſi Clericus*,
qui, laïcum conueniri poſſe à Clerico coram Eccleſiaſticos, 15
docent, maximè actione reali; Menoch. *conſ. 1161.
num. 10. cum ſequentib.* & ratio eſt, quia patrimonia pri-
uata Clericorum, res cenſentur Eccleſiaſticæ, quatenus
ex eis miniſtri Diuini cultus aluntur, vt ſuo miniſterio
commodius incumbant, P. Suar. *de Relig. tom. 4. tract. de
immun. cap. 24. numer. 11.* Valenç. *tom. 4. diſp. 9. quæſt.
5. punct. 4.* & alij huic opinioni ſubſcribunt apud Del-
bene *cap. 5. dub. 2. ſect. 1. num. 2.* qui *dub. 1. ſect. 1. num.
14.* ait, ea bona ſub ſpeciali dominio Dei eſſe, ex quo idem 16
priuilegium, ac rebus Eccleſiaſticis patrimonio Clerico-
rum tribuendum, illi ſentiunt: de quo etiam videndi ſunt
Caſt. *d. tom. 7. de Tertijs, cap. 9. num. 18.* Beller. *tit. de
exempt. clericor. §. 5. num. 2.* Morla *in empor. part. 1. tit.
2. in prel. num. 144.* Gironda *de priuilegior. explicat. num.
240.* Perez *in l. 8. tit. 2. lib. 1. ordin. pag. 44.* Nauar. *conſ. 5.
de immun. Eccleſ. in nouiſ.*

Ad Num. 4.

Patrimonium Clerico conſtitutum in titulum ad Ordi- 17
nes ſuſcipiendos, non iuuari eiſdem priuilegijs, ac res Ec-
cleſiaſticas; & ſi pro eo imploretur reſtitutio contra laïcum,
Iudicem ſecularem eſſe adeundum, cum *D. Couarr.* te-
nent Salzed. ad Bernard. Diaz *in prax. cap. 18. num. 14.*
Guttierr. *dict. quæſt. 27. in fine.* Sed contrarium commu- 18
niter receptum eſt, vt docent Tondut. *d. c. 28. num. 18.*
Lara *in l. ſi quis a liberis, §. ſolent. num. 36.* Ceuall. *tom. 1.
quæſt. 527. num. 4.* Spino *in ſpecul. teſtam. gloſſ. 18. n. 72.*
Azeued. *in l. 1. num. 9. t. t. 4. lib. 1. Recopil.* Bobad. *vbi
ſupra, dict. num. 260. in gloſſ. lit. F. in fine*, Decian. *in cap.
Eccleſia, n. 65. 176. de conſtit.* Cen *pract. lib. 1. q. 161.
num. 10.* Ciarlin. *controuerſ. Forenſ. cap. 22. num. 48.* Vulp.
in prax. iudic. Eccleſiaſt. cap. 17. num. 24. Aug. Barboſ. *de
poteſtat. Epiſc. part. 2. allegat. 19. num. 91.* Del-bene, *part.
2. cap. 10. dub. 7. num. 17.* Layman. *lib. 4. tract. 9. cap. 6.
num. 8.* quorum plerique quæſtionem proximè propoſi-
tam latè tractant, ac tandem concludunt, bona Clerico-
rum non obtinere priuilegia, quæ Eccleſiaſticis rebus
competunt, niſi ad eorum titulum quis ſacros Ordines
ſuſcipiat. Et hæc ſententia nititur decreto Sac. Concilij 19
Trident. *ſeſ. 21. cap. 2.* quo illa bona prohibentur alienari
abſque Epiſcopi permiſſu, donec Ordinatus congruum
obtineat beneficium, atque ita inter Eccleſiaſtica vi-
dentur conſtituta. Deinde cum hoc patrimonium ſubro- 20
getur in locum beneficij, eiuſdem naturam debet ſortiri,
*l. 1. §. ſiquis ſub conditione, ff. vt leg. ſeu fideic. nom. caueat.
l. ſi tam anguſti 13. ff. de ſeruitu.* Ceuall. *num. 3.* Deci. *in
d. cap. Eccleſia S. Mariæ*, vbi hoc in fauorabilibus con-
cedit, & ſubrogatum omnibus gaudet priuilegijs, quæ
ei, cui ſubrogatur, competunt Argel. *de acq. poſſeſ. q. 7.
art. 2. num. 25.* Pariſ. ex alijs *conſ. 57. col. 2. num. 14. lib.
4.* Tandem in conſeruatione huiuſmodi bonorum, fauor
ipſius Eccleſiæ maximè vertitur, cùm ea ſint neceſſaria
ad ſui miniſtri ſuſtentationem; quibus deficientibus,
dum victum Clericus quæreret, ſuo miniſterio vacare
nequiret, aut Eccleſiæ ſumptibus eſſet alendus, quod pe-
riculum imminet, dum Ordinatus ſufficiens non adipiſcitur
beneficium; quo caſu ſicut alienationem Concilium liberè
permittit, ita & priuilegijs rerum Eccleſiaſticarum illud
patrimonium priuabitur. Nam ceſſante cauſa, effectus quo- 21
que debet extingui, *cap. cum ceſſante 60. de appellat.*

Argel.

Argel. *q.* 3. *art.* 10. *num.* 80. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 189. *num.* 196. Quare hæc opinio verior, ac communior videtur contra *D. Couarr.*

Ad Num. 5.

22 Vtrum deſideretur citatio eius, cui iuratum eſt, ad rela-
xationem iuramenti concedendam? tradunt Guttierr. in
authent. Sacramenta puberum, num. 115. *cum ſequentibus,*
C. ſi aduerſ. vendit. Azeued. *in l.* 1. *à num.* 13. *tit.* 21. *lib.*
4. *Recop.* Tuſch. *lit. A. concluſ.* 6. Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.*
454. Parlad. *rer. quotid. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 55. Paz *vbi*
ſupra, num. 38. Del-bene 1. *part. cap.* 8. *dub.* 28. *ſect.* 4.
Sanch *in Decal. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 28. Bolaños *in Curia,*
5. *part.* §. 3. *num.* 15. Hermoſ. *in l.* 56. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſ.* 11.
& 12. *num.* 100. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 84. *num.* 19.
Lugo *de iuſt. & iur. tom.* 2. *diſp.* 22. *num.* 241. Ricci. *in*
23 *prax. for. Eccleſiaſt. deciſ.* 290. *in* 2. *edit.* Ex quibus con-
ſtat, in relaxatione iuramenti, per quam contractus venit
reſcindendus, neceſſario interuenire debere citationem,
quod nullus inficiatur, vt præter laudatos *ſuprà*, tenent
Salzed. ad Bern. Diaz *reg.* 50. *limit.* 4. Flamin. *de reſignat.*
beneficior. lib. 13. *quæſt.* 1. *num.* 38. Carroc. *de locat. cap.*
de reſcind. locat. num. 38 *verſ. Maximè,* Cacher. *deciſ.* 25.
numer. 7. Rot. Genuenſ. *deciſ.* 197. *num.* 3. 13. Hieron. de
Leon, *Valent. deciſ.* 64. *num.* 6. 9. Sed cum iuramentum
ſolùm remittitur ad effectum agendi, vel excipiendi, ad-
huc multi ſentiunt, opus eſſe citatione, Tiraquel. *in tract.*
res inter al. act. limit. 10. *verſ. Declara ſexto* Ant. Gab.
commun. lib. 2. *tit. de citat. conc.* 1. *num.* 85 Ioſeph Ludouic.
deciſ. 18. *à num.* 2. Didac. Perez *in l.* 2. *verſ. Quæro deci-*
ma ſexto, tit. 2. *lib.* 3. *ordinam.* Menoch. *conſ.* 24. *à nu-*
mero 11. Borrell. *in ſum. deciſ. tit.* 44. *num.* 243. Cened.
24 *ad Decretal. collectan.* 78. *num.* 2. Contrarium tamen ma-
gis commune eſt, & in praxi obſeruatum, vt plures te-
ſtantur, & Guttierr. *vbi nuper*, primæ ſententiæ funda-
mentis ſatisfacit. Atque ita docent omnes relati *ſupra, nu-*
mero 22. & Gagliard. *de abſolut. à iurament.* §. 1. *num.* 1.
Mandoſi. *in addit. ad Lapum allegat.* 10. *verb. Procedere, &*
verb. Abſoluere, in fine, Muſcatel. *in prax. aurea lib.* 5. *part.*
4. *in gloſſ. periurij, num.* 39. Afflict. *deciſ.* 220. *numer.* 10.
Burſatus *conſ.* 72. *num.* 25. Roland. à Valle. *conſ.* 2. *per to-*
25 *tum.* Et relaxationem iuramenti non eſſe præſtandam, poſt-
quam petens periurium incurrerit, ex alijs tenet Parlador.
ibidem, num. 56. ſed Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 32.
num. 16. diſſentit, & meritò.

Verſ. *Verum vt res.*

26 A quo Iudice ſit relaxatio iuramenti poſtulanda ad effe-
ctum agendi, fuſe diſputant Carleual. *vbi ſupra à n.* 197.
Sanch. *dict. lib* 3. *cap.* 22. *num.* 15. Lugo *d. diſp.* 22. *ex*
num. 237. omnino videndi, Leſſi *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.*
42. *dubit.* 12. de quo agunt itidem omnes ferè, quos pro-
ximè allegauimus. In qua quæſtione duæ inuoluuntur diffi-
cultates: Prima, quis Iudex ad hoc ſit competens, iuran-
tis, vel eius cui iuratum eſt? Secunda, an iudex Eccleſia-
ſticus, vel ſæcularis ſit adeundus?
27 Et pro vtriuſque enodatione notandum eſt ex præfatis
DD. dupliciter poſſe quem liberari à vinculo iuramenti ad
effectum agendi, vel directè, petendo abſolutionem, quam
ſolùm proprius, & Eccleſiaſticus iudex poteſt concedere,
ſub cuius iuriſdictione eſt quoad ſpiritualia; vel indirectè
obtenta remiſſione ab ipſo, in cuius fauorem iurauit, per
quam etiam quoad Deum ſolutus manet; ad quod rectè
comparebit coram iudice Eccleſiaſtico, aut ſæculari aduer-
ſarij, nam cùm condonatio obligationis ortæ ex iuramen-
to præſtari debeat ab illo, cui iuratum eſt, vterque eſt
competens, quandoquidem quilibet eum ad condonan-
dum compellere poteſt, Eccleſiaſticus ratione iuramenti,
per quod additur forus foro, Mareſcot. *variar. libr.* 1.
28 *cap.* 62. *num.* 11. & quoad contractus iuratos, etiam in
laicos iuriſdictionem acquirit; *cap. fin. de for. competent.*
in 6. Marant. *de ordin. iudicior. par.* 4. *cap. iudicium ſecu-*
lare, vel Eccleſiaſticum. numer. 14. Guttierrez *de iura-*
men. confirmat. p. 3. *cap.* 13. *numer.* 2. Seraphin. *de pri-*
uileg. iurament. priuileg. 67. *à numer.* 1. Sæcularis, quo-
niam huiuſmodi remiſſio res ſpiritualis non eſt, & ſic
cùm laïcus ſit, cui iuratum eſt, relaxandi iuriſiurandi
incapax non cenſetur; Barboſ. *in collectanea ad cap.* 2.
num. 5. *de iureiurand.* Carleual. *ſupr. à numer.* 210. San-
chez *d. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 14. 15. Del-bene *dict. ſect.* 4.
quò loci rectè inquit, relaxationem iſtam, pro re-
miſſione eius cui iuratum eſt, cedere; nam factum Iudicis,
factum partis reputatur; quod & alij ex præallegatis no- 29
tant, *leg. ſi ob cauſam* 13. *Cod. de euictionibus*, Cyriacus
tom. 2 *controuerſia* 248. *num.* 8. Menoch. *conſil.* 518. *n.* 8.
Tondut. *quæſtionum ciuilium cap.* 22. *num.* 3. Eſcobar *de*
ratiocin. lib. 1. *cap.* 33. *num.* 8. Noguerol *allegat.* 11. *nu-*
mero 156. *in fine,* Olea *de ceſſion. iur. tit.* 5. *quæſt.* 13. *n.* 3.
Velaſc. *loc. commun. lit. F. axiomat.* 52.
Sed quoniam tradita doctrina non eodem modo ſem- 30
per ad praxim reduci poteſt, propter differentiam tam
iurantium, quàm eorum, quorum cauſa iuratur; ideo quid
in ſingulis caſibus obſeruandum ſit, breuiter oſtendetur:
nam ſi laïcus iuret laïco, relaxatio petitur à iudice Eccle-
ſiaſtico iurantis, vel à ſæculari, aut Eccleſiaſtico aduerſarij.
Idem iuris eſt, cum Clericus iurat laïco. Quod ſi laïcus
iuret Clerico, ſolus Eccleſiaſticus adeundus erit cuiuſlibet:
ſimiliter ſi vterque contrahens Clericus fuerit. Sed ſi duo
infideles ſint, quorum vnus alteri iuret, nullæ ſunt partes
Iudicis Eccleſiaſtici, ſed Iudex eius qui iuramentum pro ſe
habet, illud valebit remittere: at quando infidelis fideli
iurat relaxationem concedere poteſt tam Eccleſiaſticus,
quam ſæcularis Iudex fidelis: è contra ſi fidelis infideli iu-
rauerit, relaxabit vel Eccleſiaſticus iurantis, aut ſæcularis
illius, qui iuriiurando nititur: Sanch. *dict. cap.* 22. *n.* 19.
Carleual. *num.* 115. Ad quam relaxationem iuramenti erit
competens Iudex non ſolum domicilij, ſed etiam loci con-
tractus, Felin. *in cap. fin. num.* 24. *verſ. Vltimo in iſto ſub-*
d. 10, *de for. compet.* Sanch. *d. cap.* 21. *num.* 31. Tuſch.
lit. A. concluſ. 57. *n.* 5. Carleual. *num.* 204. locus verò con-
tractus intelligitur etiam in quem deſtinata eſt ſolutio,
etſi alibi contractum fuerit, *l. contraxiſſe* 20. *ff. de act. &*
obligat. Ant. de Amat. *variar. reſol.* 33. *num.* 6. Tondut.
cum alij, *ſupr. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 51.
Hæc dicta ſunt de relaxatione iuramenti ad effectum 31
agendi, quæ ſolet ſine citatione concedi; aliter autem res
ſe habet, cùm ſimul agitur ad irritandum contractum, quo
caſu omnino pars citari debet; & ille erit Iudex compe-
tens, qui de cauſa principali cognoſcere poteſt, vt compertum
eſt. Facultas relaxandi hæc iuramenta eſt penes Ordi- 32
narium, quo nomine continentur Epiſcopus, Vicarius ge-
neralis, Capitulum Sede vacante, Abbas exemptus, vel
alij quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem obtinentes, Her-
moſ. *num.* 96. *&* 97. Lugo *num.* 141. Sanch. *dict. lib.* 3.
cap. 21. *à num.* 29. Quibus adde Legatum à latere, qui 33
etiam Ordinarius eſt in tota prouincia, in qua ſuo munere
fungitur, Pellizzar. *in manuali regul. tom.* 1. *tract.* 6. *cap.*
2. *num.* 79. & de Nuntio, qui in Hiſpania reſidet, teſta- 34
tur Pax *in praxi, num.* 39. & Bolaños *vbi ſupra*, qui aſſe-
runt, vſu receptum eſſe apud nos, vt Nuntius ſine cita-
tione iuramenta relaxet ad effectum agendi, Ordinarius
verò non vtique; quod diſplicet Sanch. *dict. cap.* 21. *n.* 18.
poſt medium. Poſtulans relaxationem hanc ſemiplenè debet 35
probare iuſtam cauſam, propter quam debeat concedi,
Guttierr *dict. num.* 112. *verſ. Sed meo iudicio,* notant DD.
in cap. 1. *de iureiur.*

Ibi: *Actionem reſciſſoriam non poſſe deduci.*

Poſſe in eodem libello proponi remedium reſtitutionis, 36
& actionem, quæ reſtitutione conceſſa, competitura
eſt; ſentiunt Tondut. *dict. cap.* 20. *numer.* 6. *cum ſequen-*
tibus, (& ſi id valde controuerſum fateatur) & alij apud
Cyriacum *d. controuerſ.* 380. *num.* 21. Quod fieri debet,
proponente actore principalem actionem, ſibique obji-
ciente exceptionem, quam aduerſarius habet, & contra
ipſam petenda eſt reſtitutio in modum replicationis; quod
bene explicat Tondut. *num.* 10. & vide Paz *in prax. tom.* 2.
prælud. 2. *num.* 39. vbi ait in praxi obſeruari, vt ſimul re-
laxatio iuramenti, & reſciſſio contractus in eodem libello
poſtuletur.

Ad Num. 6.

37 Citatione opus non eſſe in relaxatione ad effectum agendi, magis receptum eſt inter DD. & obtinuit in praxi, de quo *nuper*, *num.* 12. *cum ſeqq.*

Verſ. *Ex his tamen.*

38 Manere vinculum iuramenti illibatum quoad reliqua, conceſſa abſolutione ad effectum agendi, omnes agnoſcunt; Carleual. *num.* 110. Hermoſ. *num.* 102. Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 21. Sanc. *d. cap.* 21. *num.* 23. Guttierr. *dict. num.* 112.

Ibi: *Secundo è contrario.*

39 Non indiget noua abſolutione, qui illam fuit aſſequutus ad effectum agendi, ſi contractus reſcindatur; Sanch. & Hermoſ. *ibidem*.

Ibi: *Tertio adnotandum eſt.*

40 Huius ſtyli ſignaturæ, ex quo denegatur abſolutio à iuramento adhibito in obligationibus conceptis in forma Cameræ Apoſtolicæ, meminère Mareſcot. *d. lib.* 1. *variar. cap.* 84. *num.* 13. Sanch. *d. cap.* 21. *num.* 24. Caſſad. *deciſ. vnic. de mut. petitionib.*

Ibi: *Quarto eſt adnotandum.*

41 Relaxatio ad effectum excipiendi, etiam conceditur; Paz. Parlador. Ceuall. & cæteri adducti communiter; ſed ad effectum reconueniendi non datur, Mareſcot. *num.* 12: quia opus non eſt.

Ibi: *Quintum eſt quod ibi.*

42 Data abſolutione iuramenti *in dict. authent. Sacramenta puberum*, minor vti debet auxilio reſtitutionis, tanquam aduerſus contractum validum, quia nulla vis ei tollitur per talem abſolutionem; Guttierr. *ibi*, *num.* 10.

Verſ. *Nam eſſe tunc neceſſariam.*

43 Anceps quæſtio eſt: Num enormiſſimè læſus in contractu, quem iurauit, poſſit aduerſus eum venire, non adepta relaxatione, abſque labe periurij? de qua Guttierr. *ex num.* 95. Hermoſ. *num.* 82. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 25. & licet pro vtraque parte communis ſit opinio, frequentius in negatiuam itum eſt, quam ſuſtinent Afflict. *deciſ.* 322. *num.* 9. Capyc. *deciſ.* 156. Pinel. *in l.* 2. *p.* 3. *cap.* 1. *num.* 65. *verſ. alijs, quibus* Azeued. *in l.* 4. *num.* 137. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Fachin. *contrau. lib.* 8. *cap.* 69. *in fin.* Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 13. *de empt. verſ. ex quibus*. Caſtillo *quotidianarum lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 26. Mareſcotus *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 84. *num.* 16. Sed & multi contrarium tenent, quos iſti referunt. Sed Hermoſ. *num.* 84. diſtinctione vtitur varijs Rotæ deciſionibus comprobata,
44 quoniam quando detecta eſt enormiſſima læſio, de qua conſtat abſque partis læſæ petitione, relaxatio non deſideratur; at ſi adhuc lateat, non licebit abſolutione non conceſſa contra iuramentum venire: & tandem *num.* 86. concludit, enormiſſimè læſum à periurio indiſtinctè excuſari, etſi, non præcedente abſolutione, iurato contractui contraueniat.

Verſ. *Obiter tamen.*

45 Communis eſt opinio, iurantem metu coactum nequire non præmiſſa abſolutione aduerſus iuramentum agere, Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.* 604. *quam ſuſtinent* Guttierr. *de iuram. confirm.* 1. *part. cap.* 57. *num.* 19. & 20. Sanch. *dict. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 18. & 14. Molina *vbi ſuprà*, *num.* 13. qui etiam teſtatur contrarium in tribunalibus obſeruari, vbi & alij, Pat. Molin. *de iuſt. diſp.* 178. *num.* 28. Pat. Suarez *de Religion. tom.* 1. *tract. de iurament. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 18. Seraphin. *ſupra priuileg.* 110. *num.* 16. Afflict. *deciſ.* 322. *num.* 9. Pinel. *in l.* 2. *part.* 3. *cap.* 1. *num.* 8. *C. de reſcin. vendit.* Valenç. 1. 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 7. *punct.* 4. *col.* 6. *verſ. Reſpondeo quæſtionem hanc*. Ant. de Petra *in l.* 1. *num.* 279. *ff. de iureiur.* Flamin. *ſuprà*, *lib.* 13. *quæſt.* 2. *num.* 23. Bernard. Græu. *ad pract. Camer. Imper. lib.* 2. *conc.* 42. Leſſ. *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 6. *num.* 50. Quicquid contra teneant alij, quos refert Ceuall. *dict. q.* 604. *num.* 2.

Formam petendi relaxationem iuramenti tradunt Peguera *in prax. ciuil. rubric.* 1. *in fine*, Peregrin. *deciſ.* 8. Ricci. *ſuprà*, *de abſolut. iurament. deciſ.* 333. & relaxatio per procuratorem poteſt impetrari; Sanch. *dict. cap.* 21. *in fine*, Bald. *in cap.* 1. *num.* 7. *de iureiurand.*

Ad Num. 7.

Iudex cauſæ præparantis eſt competens etiam quoad cauſam præparatam, Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 381. *num.* 11. Tondut. *de præuent. iudic. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 10. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *caſ.* 371. Gambacurt. *de immun. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 3. Boſſi. *tit. de for. compet. n.* 117. Guttierr. *de iur. confirmat. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 6. Quod verum eſt, cum aliàs Iudex de vtraque cauſa poteſt cognoſcere, Cyriac. *num.* 50. 51. 46

Ad Num. 8.

In hac controuerſia, an iudex Eccleſiaſticus, qui præ- 47
ſtitit abſolutionem à iuramento, poſſit de contractus va-
lore cognoſcere? ſequuntur *D. Couar.* Sanch. *d. lib.* 3. *cap.*
3. *num.* 15. Guttierr. *de iurament. confirmat.* 3. *part. cap.* 12.
num. 6. Nauarr. *in rubrica de iudic. num.* 12. qui ſentiunt,
non licere iudici Eccleſiaſtico cauſam principalem reſciſſio-
nis tractare, niſi contractus contineat vitium ſimoniæ,
vſuræ, vel aliùs delicti, cuius cognitio ad forum ſpectat
Eccleſiaſticum. Contrarium tamen cum *Bald.* defendunt
multi, quos refert, & ſequitur Paz, *d. prælud.* 2. *num.* 39.
quæ ſententia magis iuri conſonat, quadam adhibita diſtin-
ctione; nam ſi abſolutio petatur à iudice Eccleſiaſtico eius,
qui iurauit, procul dubio hic non poterit de contractus
reſciſſione cognoſcere: quia quoties agitur ad reſcinden-
dum, adiri debet Iudex eius, contra quem reſciſſio in-
tentatur, *l.* 2. vbi notatur, *C. vbi, & apud quem*: quod
ſi iudex Eccleſiaſticus illius, cui iuratum eſt, abſolutionem
præſtet, iure cauſam principalem retinebit: Quia ratione
iuramenti poteſt inter laïcos iudicare, *cap. fin. de for. com-* 48
petent. in 6. Primo: quoniam iudex cauſæ præparantis eſt
competens reſpectu cauſæ præparatæ, cum ad vtramque
iuriſdictionem obtinet, vt cum Cyriac. & alijs dixi, *n.* 46.
Secundo: qui poteſt cogere ad implementum contractus, 49
de ipſius reſciſſione cognoſcere non prohibetur: qui enim
eſt Iudex contractus, diſtractus quoque debet eſſe, vt
probant ex pluribus, Tondut. 1. *p. cap.* 18. *ex n.* 8. Car-
leual. *dict. diſp.* 2. *num.* 185. *cum ſeqq.* Gratian. *diſceptat. cap.*
14. *num.* 22. Caldas *in l. ſi curatorem*, *verb. Implorandum*,
num. 30. *C. de in integr. reſtitut.* Coler. *de proceſſib. exequut.*
part. 2. *cap.* 1. *num.* 24. 44. Tiraquel. *de iur. marit. gloſſ.* 5.
num. 8. Tertio: nemo condemnare valet, cui non eſt po-
teſtas abſoluendi, *l.* 3. *ff. de re iud. l. nemo qui* 38. vbi
Ræuard. *d. ff. de reg. iur.* Carleual. *num.* 203. Menoch. *de
arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 43. *à num.* 2. Gratian. Falcon, *reg.* 110.
Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. p.* 3. *allegat.* 52. Sed
Eccleſiaſticus compellit ad implendum propria ſententia
contractum iuratum, prout fatentur omnes: ergo etiam
abſoluere ab obligatione adimplendi per reſciſſionem po-
terit. Quarto: tandem ſine diuinatione reſtringi nequit
deciſio *dict. cap. fin. de for. competent.* vbi abſolutè dicitur,
contrahentes Eccleſiaſticum forum ſortiri, ſi in contra-
ctu iuramentum interceſſerit; quod etiam quoad diſtra-
ctum accipiendum eſſe præmiſſa ſuadent, quibus addenda
ſunt quæ diximus *ſuprà*, *ad num.* 5. *verſ. Verum, vt res*,
vbi ex communi ſententia probauimus, poſſe peti relaxa-
tionem iuramenti à iudice Eccleſiaſtico eius, cui iuratum
eſt, indiſtinctè, ſiue contractus contineat vitium ſimo-
niæ; vel vſuræ, ſiue non; quoniam propter iuramentum
poteſt compellere etiam laïcum ad remittendam obliga-
tionem, quamuis relaxatio tendat ad reſciſſionem contra-
ctus, vt notum eſt.

Iure reprehenditur Gloſſa *in cap. Paracianos*, *de ſent. excommun.* cum in confeſſo ſit apud omnes, iudices Eccleſiaſticos poſſe procedere aduerſus laïcos inferentes Clericis iniuriam, (Imò & contra rerum eorum inuaſores, vt teſtantur Bobad. *in politica, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *numer.* 37. 50

vbi

vbi plures textus, & DD. congeſſit, Paz *in prax. dict. prælud.* 2. *num.* 19. Felin. *in cap. cum ſit generale, num.* 4. *de for. compet.* Hoſtienſ. *ibidem,* Butri. *num.* 9. Socin. *n.* 15. Del-bene, *part.* 2. *cap.* 10. *dubit.* 1. *ſect.* 1. *num* 20. Salced. ad Bernard. Diaz *in praxi, cap.* 18. *num.* 14. Petr. Barboſ. *in l. ſi quis ex aliena, à num.* 140.) Guid. Pap. *deciſ.* 562. *num.* 2. 3. Iulius Clarus *in prax.* §. *fin. quæſt.* 46. *num.* 42. Theſaur. *deciſ.* 214. *num.* 2. 3. Decian. *in tract. crimin. tom.* 2. *libr.* 4. *capit.* 26. *num.* 1. 21. Beller. *diſquiſit. clerical. titul. de fauor. cleric. reali* §. 4. *num.* 23. Clericus vero iniuriatus etiam ſecularem adire poterit Iudicem, Clarus, *num.* 47. Farinac. *in praxi; parte* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 133. Azeuedo *in leg.* 4. *num.* 4. *tit.* 1. *libr.* 3. *Recop.* Cur. Philip. *part.* 3. §. 2. *num.* 67. licet quoad inuadentes, & auferentes res Clericorum, contrarium ſentiant Decian. *ſupr. lib.* 6. *cap.* 30. *num.* 13. Cald. *ſupr. num.* 32. *in fine,* Barbat. *in cap. cum ſit generale, à num.* 62. *de for. compet.* & alij.

AD CAPVT V.

An Minor læſus in ſpiritualibus ſit reſtituendus.

SVMMARIVM.

1 *Authores materiam explicantes.*
2 *Minor an ſit reſtituendus in renunciatione beneficij.*
3 *In beneficialibus cauſis pro maiore habetur.*
4 *Non reſtituitur ad beneficium, cui renunciauit, ſi illud alteri quæſitum ſit.*
5 *Nec aduerſus Matrimonium, aut Religionem, ſeu Profeſſionem.*
6 *Ratio redditur.*
7 *Non reſtituitur aduerſum opus pium, vel vtrum.*
8 *Nec aduerſus Deum, patriam, aut patrem.*
9 *Reſtituitur in cauſis circa votum, aut matrimonium, quando de validitate eorum agitur.*
10 *Reſtituitur ad lucrum omiſſum.*
11 *In permutatione beneficiorum non eſt locus remedio* l. 2. C. de reſc. vendit. *& infrà* num. 60.
12 *Minor reſtituitur ad beneficium, cui renunciauit, etiam ſi alteri ſit quæſitum.*
13 *Minor in omnibus cauſis debet reſtitui, niſi ſpecialiter iure prohibeatur.*
14 *De intellectu* cap. cum vniuerſorum; de rer. permutat. *& infrà* num. 19.
15 *Simonia committitur in permutatione, aut reſignatione beneficiorum, per pactiones prohibitas, licet nihil interueniat temporale.*
16 *Permutatio beneficiorum propria authoritate permutantium facta, eſt ſimoniaca.*
17 *Reſignationes reciprocæ, vel in fauorem, ſine Pontificis aſſenſu ſimoniacæ ſunt.*
18 *Eſt vera ſimonia, quæ in ius Eccleſiaſticum ſolum patratur.*
19 *Simonia prædicta, ſolet impropria, & putatiua nuncupari.*
20 *Reſignatio in fauorem etiam cum clauſula,* non aliter: *ſimoniaca non eſt, ſi Epiſcopus non aſſentiat, ſed eſt actus irreligioſitatis.*
21 *Vera ſimonia poteſt inueniri, etſi nihil temporale intercedat. Alij contra ſentiunt.*
22 *Quæ vitia ſub ſimonia comprehendantur.*
23 *Non eſt ſimonia, conferre beneficia propter cognationem.*
24 *Exponitur* cap. nemo 14. de ſimon.
25 *Non licet Prælato inferiori Pontifice acceptare renunciationem beneficij in fauorem, & alij à nominato conferre.*
26 *Nec Pontifex de poteſtate ordinaria id facere poterit, ſi adiecta ſit clauſula,* Non aliter, neque alio modo.
27 *Aliud iuris eſt, ſi per viam modi beneficio renuncietur in fauorem.*
28 *Non licet Epiſcopo, acceptare renuntiationem in fauorem, non acceptando nec reijciendo conditionem, & deinde liberaliter beneficium conferre nominato.*
29 *Agitur iterum de* dict. cap. cum vniuerſorum, de rer. permutat. *ſupra*, num. 14.
30 *In delictis affectus punitur, etſi non ſequatur effectus, quando reus, quod potuit, fecit.*
31 *In delictorum punitione exitus non attenditur, ſed voluntas.*
32 *Admittens ſimoniam contra ius Eccleſiaſticum tantùm, beneficio non priuatur.*
33 *Nemo ex improbitate ſua debet commodum reportare.*
34 *Reſtitutio in* d. cap. cum vniuerſorum, *ſunt ex gratia.*
35 *Conciliatur* d. cap. cum vniuerſorum, *cum* cap. ſi beneficia 10. de præbend. in 6.
36 *Tractatus ſuper beneficiorum permutatione perfici ante præſtitum ab Epiſcopo aſſenſum poteſt, exequi verò nulla ex parte licet.*
37 *Licitum eſt, tractata præhabito de permutandis beneficijs abſque Epiſcopi conſenſu, libere in eiuſdem manibus renuntiare, vt poſtea quilibet beneficium alterius impetret.*
38 *In beneficiorum permutatione neceſſaria eſt authoritas Epiſcopi, etſi ad ipſum prouiſio non ſpectet.*
39 *Renunciatio, niſi in manibus Prælati fiat, non ſubſiſtit.*
40 *Definitur beneficij renunciatio.*
41 *Beneficio renuncians, ante quam per Prælatum acceptetur renunciatio, & proprietatem, & poſſeſſionem retinet.*
42 *Reſpondetur ad textum in* l. quod ſi minor, §. Scæuola, ff. de minorib.
43 Flaminius *contra* Tondutum *defenditur.*
44 *Agens de bonis paternis recuperandis, de damno vitando contendit.*
45 *Filius ſuus hæres, mortuò patre, dominus ipſo iure ſit bonorum illius.*
46 *Filius, cum ſe abſtinet paterna hæreditate, iuri iam quæſito renunciat.*
47 *Minor reſtituitur contra tertium poſſeſſorem in ſubſidium.*
48 *Reſtituitur directo, & primario, quando poſſeſſor emit, ſciens rem minoris fuiſſe.*
49 *Item ſi reſtitutio conceditur, quia minori non expediebat alienare.*
50 *Item ſi ex titulo lucratiuo Tertius poſſideat.*
51 *Reſponſio ad* cap. fin. de iudic. in 6. *remiſſiuè.*
52 *Minor reſtituitur aduerſium dotis conſtitutionem.*
53 *Et contra lapſum quinquennij ad reclamandum aduersùs Profeſſionem.*
54 *Interpretatur textus in* cap. dudum, de præbend. in 6.
55 *Minor non reſtituitur, ſi renunciauit iuri, quod ad beneficium habebat, poſtquam alij quæſitum eſt. Quod inferius explicatur,* num. 56.
56 *Renunciatio iuris ad beneficium, propriè ceſſio dicitur.*
57 *Minor non reſtituitur ad lucrum omiſſum cum detrimento alterius.*
58 *Explicatur* d. §. Scæuola.
59 *Minor non reſtituitur ad beneficium, cui nondum obtento renunciauit, cum poſſeſſoris detrimento.*
60 *In permutatione beneficiorum non admittitur remedium* l. 2. C. de reſc. vendit. *ſupra dictum eſt*, numero 11.
61 *Minor agit præcisè ad rem ob læſionem, quando aliter damnum reſarciri non poteſt.*
62 *Ob beneficiorum diſparitatem non licet in permutatione pecuniam dare, aut penſionem conſtituere.*
63 *Fallit accedente Pontificis authoritate.*
64 *Pontifex poteſt fructus beneficij ab ipſius titulo ſeparare.*
65 *Explicatur* cap. ad quæſtiones 6. de rer. permutat.
66 *In locatione fructuum beneficij vtrum locus ſit remedio,* l. 2. C. de reſc. vend.
67 *Vtrum in locatione, aut venditione eius, quod à fortuna pendet,* d. l. 2. *locum habeat?*

DE reſtitutione minorum in ſpiritualibus, maximè in renunciatione beneficiorum, tractant Flamin. *de* 1

propter periculum, & ſuſpicionem ſimoniæ in ius diuinum, quæ ſob illis latêre ſolet: & hane duplicem ſpeciem ſimoniæ admittunt Gloſſ. *in cap. cum pridem 4. verb. Illicita, de pact.* Gloſſ. communiter recepta *in d. cap. ex parte.* Gottier. *canonicar. lib. 2. cap. 23. num. 11.* Nauarr. *d. cap. 23. n. 100. verſ. Secundò, quod duplex:* Sot. *de iuſt. & iur. lib. 9. q. 5. art. 2. verſ. Aliquantulo*, Barboſ. *in collect. ad dict. cap. cum pridem num. 7.* P. Suar. *dict. lib. 4. cap. 2.* Sanch. *d. cap 3. dub. 2. num. 4.* & veram eſſe ſimoniam, quando ſolum ius Eccleſiaſticum violatur, defendit cum aliis P. Suar.
19 *dict. cap. 31. num. 3.* Licet contra ſentiant Bonac. *dict. diſput. 1. quæſt. 2. num. 7.* Tondut. *vbi ſupr.* Becan. *de iuſt. & iur. ad quæſt. 100.* D. Thom. *q. 10. num. 4.* qui hanc ſimoniam appellant impropriam, putatiuam, vel interpreta-
20 tiuam. In quo aduertere oportet cum P. Suar. *dict. cap. 35. num. 8.* cùm renunciatio fit in fauorem, etiam adiecta clauſula: *Non aliter, neque alio modo*, apud inferiorem Pontifice, non incurri ſimoniam, niſi Prælatus huic conditioni conſentiat, quia pactio ex duorum conſenſu perficitur, *l. 1. ff. de pactis*, ſed eſt actus peccaminoſus irreligioſitatis. Permutationi autem beneficiorum nullus Prælatus inferior Epiſcopo authoritatem poteſt interponere, vt licite fiat: Nicol. Garc. *ſupr. tract. 11. cap. 4. num. 68.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 29. q. 4. verſ. Si quæras*, Rebuf. *ſupr. tit. de permutat. num. 20.* Zerol. *in prax. p. 1. verb. Renunciatio*, §. 4. Poteſt tamen Capitulum, Sede vacante, Garcia *num. 75.* Aug. Barboſ. cum aliis, *de poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 69. num. 8.*

21 Alij vero cum *D. Couarr.* ſentiunt, in his pactionibus, licet iuri Eccleſiaſtico contraueniatur, nullum ſimoniæ vitium adeſſe, ſi nihil temporale præſtetur, promittatur, vel ſperetur; Barboſ. *in collect. ad cap. quam pio 2. 1. q. 2. ex num. 8.* Duaren. *de ſacr. miniſt. lib. 2. cap. 2.* Aragon. 2. 2. *q. 100. art. 4. concluſ. 2.* Sot. *de iuſt. & iur. lib. . q. 7. art. 2. concluſ. 1.* Bonac. *dict. diſp. 1. q. 1. num. 6.* & alij.

22 Sed prior ſententia, vti communior, ita & verior videtur; nam ſimoniæ labes duo complectitur damnabilia, & res ſpirituales pretio æſtimari, & auaritiam, ſeu cupiditatem; D. Thom. 2. 2. *q. 100. art. 1. ad 4.* cui tertium vitium addi poteſt, ſcilicet circa ſpiritualia commerciari, quæ cum diuini iuris ſint, dominio, aut diſpoſitioni hominum non ſubjiciuntur, vt priuati ad libitum de illis audeant diſponere, §. *nullius, Inſt. de rer. diuiſ.* Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad tit. de ſimon. in rubric. num. 5.* vnde licet primum in his conuentionibus deficiat ſcelus, in aliis duobus Simoniæ prauitas incurritur, quapropter paciſcentes circa beneficia aliter, quàm permiſſum eſt, reos ſimoniæ fieri Eccleſia decreuit, *d. cap. quæſitum*, quæ ideo interpretatiua dicitur, quoniam ius Canonicum, interpretans Diuinum, ſimoniam his caſibus committi decernit.

Ad Num. 4.

23 Simoniacum non eſſe illum, qui intuitu cognationis beneficium confert, vltra adductos à *D. Couarr.* docent Victor. *in relect. de ſimon. num. 16.* Azor. *part. 3. lib. 12. cap. 11. q. 1.* P. Suar. *d. lib. 4. cap. 37. num. 6.* Molfeſ. *tract. 6. cap. 15. num. 57.* Guttierr. *d. cap. 23. num. 60. verſ. Nihilominus*, Nauarr. *dict. cap. 23. num. 107. in princip.* Flamin. *ſupr. lib. 14. quæſt. 20. num. 10.* Mich. de Palacio *in prax. Theolog. de contract. & reſtitut. lib. 2. cap. 7. pag. 131. col. 1. verſ. Quibus ego*, Valenç. *tom. 3. diſp. 6. q. 16. de ſimon. punct. 4. verſ. Quartò ſequitur*, & alij quos recenſet, & ſequitur Bonac. *d. quæſt. 1. num. 7.* Quicquid contra teneant Ioan. Maior *in 4. ſentent. diſt. 25. quæſt. 3.* Dorand. & D. Bonauent. *dict. diſt. 15.* Additio Hoſtienſ. *in ſumm. de ſimon. in gloſſ. non congrue*, ibi: *Simoniaci quoque ſunt Epiſcopi.* Nec *in dict. cap. cum vniuerſorum*, reprobatur renunciatio illa, quòd fuit in fauorem conſanguinei facta, ſed quia proceſſit ex permutatione iure prohibita, & illicita conuentione, *d. cap. quæſitum.*

Ibi: *Idem aſſerit textus in* cap. nemo.

24 De intellectu capitis, *nemo 14. de ſimon.* conſulendus eſt Barboſ. *in collect. ad illum textum, num. 2.* & P. Suar. *dict. lib. 4. cap. 22. num. 14. & 15.* & vltra eorum interpretationes mihi dicendum videtur, Pontificem nequaquam ſentire illis caſibus ſimoniam committi, ſed peccata illa presbyterorum, qui ob munera omittebant, vel gratia, aut fauore faciebant aliquid circa ſpiritualia, ſpeciem aliquam, & ſimilitudinem ſimoniæ præ ſe ferre: frequentiſſime enim, vt ſimilitudinem ſignificemus, ita ſolemus loqui; veluti cùm cor hominis inexorabilis, & inflexibilis, *adamantinum* dicimus, ſic falſam monetam, *adulterinos nummos*, Vlpianus *in l. lege Cornelia 9.* & Modeſtinus *in l. lege Cornelia 30.* falſum ſignum, *adulterinum*, dixerunt, *ff. ad l. Corn. de falſ.* ſimiliter Iuſtinianus in *auth. de interdict. heret. colleg.* §. 1. *collat. 9.* adulteras collectas, ac adultera baptiſmata appellauit ea, quæ non legitimè fiebant; in his ſiquidem adulterium aliquod non reperitur: at quia illegitima ſunt, & ſimilia filiis ex adultero progenitis, ideo ita nuncupantur. Hinc Caſſius Iuris conſultus *leoninam* ſocietatem appellauit, in qua conuenerat, vt alter ſocius lucrum tantùm, alter damnum ſentiret, teſte Ariſtone, apud Vlpianum *in l. ſi non fuerint 29. §. fin. ff. pro ſocio*, vt oſtenderet immanem rapacitatem eius, qui ſocium tam iniqua pactione conſtringebat: eadem ratione *in d. cap. nemo*, ſimoniaca illa delicta dicuntur, non quia per ipſa vere ſimonia incurratur, ſed quoniam huius criminis redolent prauitatem.

Ad Num. 5.

Controuertitur, num liceat Prælato inferiori Pontifice, 25
cum apud ipſum reſignatur beneficium in fauorem Tertij, reiecta conditione, illud alij, quem decreuerit, conferre? de qua quæſtione Barboſ. *in collect. ad d. cap. ex parte, num. 8. verſ. Quæſtio autem, de offic. deleg.* & id fieri poſſe negat; conſentiunt Suar. *d. lib. 4. cap. 35. num. 7.* Rebuf. *in praxi, tit. de reſign. cond. 1. num. 7.* Sanch. *dict. cap. 3. dub. 36. num. 3.* Flamin. *lib. 1. q. 3. num. 15.* & ita eſt tenendum; licèt contradicant Boër. *de poteſt. Legat. q. 2.*
Redoan. *de ſimon. 2. p. cap. 13. num. 9.* & alij. Imò ſi talis 26
renunciatio fieret apud Pontificem, adiecta clauſula: *Non aliter, neque alio modo*; non poſſe acceptare renunciationem, conditione neglecta, de poteſtate ordinaria, docent Caſſad. *deciſ. 1. de ſimon. num. 6.* Mandoſ. *de reſignat. gratia, tit. de reſignatione, verſ. Item clauſula*, Sanch. *dict.*
dub. 36. num. 4. Sed Suar. *vbi proximè, num. 15. cum ſequentibus*, opinatur quòd ſi quis renunciaſſet in fauorem 27
Titij per viam modi, v. g. Renuncio tali beneficio, vt Titio conferatur, poteſt Epiſcopus renunciationem admittere, & beneficium liberè, cui voluerit, dare.

Ibi: *Imo nihil agit contra iuris prohibitionem.*

Negat Suar. *d. cap. 35. num. 11.* licere Epiſcopo, reſigna- 28
tionem in fauorem acceptare, non approbando, nec rejiciendo expreſsè conditionem, & beneficium liberaliter conferre nominato. Contrarium verò cum *D. Couarr.* ſentiunt Filliuc. *in ſumm. tom. 3. tract. 45. cap. 8. q. 7. num. 2.* Bonacin. *tract. de ſimon. q. 4. §. 14. in fin.* Auguſtin. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat. 69. num. 50.* nam deſignatio perſonæ, cui reſignans proſpicere vult, non eſt vetita, ſi liberè renuncietur.

Ad Num. 6.

Defendit Barboſ. cum aliis, quos laudat in *collect. ad* 29
dict. cap. ex parte, num. 8. verſ. Quæ retenta, reſtitutionem, de qua in *d. cap. cum vniuerſorum*, fuiſſe ex iuſtitia; & ita in praxi obſeruari, aſſeuerat Rebuf. *tit. de permutat. num. 12.* Contrarium cum *D. Couarr.* tenent Abbas *in dict. cap. cum venerabilis, num. 23. de except.* vbi Decius communem teſtatur, *num. 8.* Socin. *conſ. 167. lib. 2.* Ludou. Gom. *in regul. de triennal. q. 24.* Ratio eſt, quia permutantes beneficia propria authoritate, illis carere debent in pœnam delicti, *cap. cum olim 7. eod. tit.* quod reſignans
ex parte ſua prorſus ad effectum perduxit, nec excuſatur, 30
quia permutatio non fuit perfecta, cum per eum non ſteterit, quo caſu affectus puniri debet, *l. 1. in fine, ff. ad l. Pomp. de parricid. l. 2. titul. 31. part. 7.* vbi Greg. Lop. *gloſſ. 9.* optimus textus in *cap. Saluator 8. §. 1.* paulò poſt principium, ibi: *Quantum in ipſo erat, contrahere voluit*, 1. *quæſt. 3. l. is, qui cum telo 7. C. ad leg. Cornel. de ſicar.*

Menoch.

Menoch. *de arbitrar. caſ.* 360. *à num.* 20. Anton. Gom. *variar. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 30. Ceuall. *tom.* 1. *q.* 540. *n.* 13. Farinac. *in prax. crimin. q.* 124. *n.* 78. & quod in crimine ſimoniæ puniatur affectus, docent Menoch. *ſupr. num.* 78. Marſil. *in d. l. is, qui cum telo, num.* 22. per textum *in cap.*
31 *nullus Epiſcopus, el primero,* 1. *q.* 1. vbi gloſſ. Nàm in delictis non exitus attenditur, ſed voluntas; de quo D. Couarr. *in Clement. ſi furioſus, part.* 2. *in princip. numer.* 6. *de homic.*

32 Quibus non refragatur opinio communis, quæ habet, neminem priuari beneficio propter huiuſmodi ſimoniam, quam interpretatiuam appellant; Clar. *in praxi,* §. *ſimonia, num.* 10. Garc. *de beneſic. part.* 8. *cap.* 9 *num.* 38. Farinac. *conſ.* 75. *num.* 11. & 14. Tond. *quæſt. beneſic. p.* 1. *cap.* 69. *num.* 34. Nam *in dict. cap. cum vniuerſorum,* non priuaretur beneficio reſignator, ſi ei non reſtitueretur, ſed denegaretur regreſſus ad illud, quo ſe iam per renunciationem abdicauerat, nec audiendus erat poſtulans ex iuſtitia reſtitutionem, cum ad hoc improbitatem ſuam deberet allegare, id eſt, permutationis ſimoniacæ cauſa reſignaſſe, ex
33 qua commodum non erat reportaturus, *cap. intelleximus* 7. *de iudic. leg. ſi ab hoſtibus* 11. § 1. *ff. ſolut. matrim. leg. ita demum* 36. *ff. de arbitr.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 68. Argel. *de legitim. contradict. q.* 4. *art.* 2. *num.* 64. Menoch. *conſ.* 533. *num.* 4. atque ita illa opinio procedit, quoad beneficia non reſignata, quibus ſimoniacus interpretatibus priuari non debet.

34 Ex his conſtat reſtitutum fuiſſe ex gratia eum, qui cauſa permutationis ſuum beneficium reſignauit, quod apertè apparet in textu, ibi: *Vt tamen ſimplicitati venia tribuatur.* Quæ verba non patiuntur, vt opinemur, de rigore iuris illam deciſionem procedere, ſed intuitu minoris ætatis, aut ignorantiæ iuris probibentis, ſiue aliàs iuſtæ cauſæ, Pontificem vſum fuiſſe benignitate; licet *Barboſ.* non ſine violentia contendat, præfata verba eſſe referenda, non ad reſtitutionem beneficij, ſed ad alias pœnas, quæ propter ſimplicitatem remittebantur: Quæ quidem interpretatio abſona eſt; nam cùm Pontifex de ſola reſtitutione *ibi* ageret, extra rem loqueretur, ſi rationem remittendi alias pœnas, quarum non meminerat, reddidiſſet.

35 Ad textum in *cap. ſi beneficia* 20. *de præbend. in* 6. quem ipſe Barboſ. adducit, aſſerens; nunquam ei ſatis reſponſum fuiſſe; dicendum eſt, in illo beneficium reſtitui ei, qui nullam culpam admiſit, ſed ignorantia inuincibili proprium dimiſit beneficium, vt alterum, quod ſibi ritè collatum credebat, poſſet retinere; & hoc exponitur verbis illis: *Ne talis ignorantia eis (cum ſint ſine culpa) præiudicialis exiſtat:* atque ideò reſtitutio ex iuſtitia competit; quod ſecus eſt, vbi in ipſa reſignatione delictum interuenit, vt in caſu textus in *dict. cap. cum vniuerſorum,* de quo agimus.

36 Non eſt vetitum volentibus ſua beneficia permutare, tractatum inter ſe habere, ac perficere ſine aſſenſu Epiſcopi, modò ad illum ſe referant, ſed ita exequi nulla ex parte poſſunt abſque labe ſimoniæ; Sanch. *dict. cap.* 3. *dub.* 39. *num.* 2. Gregor. Lop. *in leg.* 2. *titul.* 6. *part.* 5. *gloſſ.* 8. P. Suarez *dict. cap.* 22. *num.* 7. Vnde ſi antequam Prælatus certioraretur, reſignationes reciprocæ ex cauſa permutationis fierent, vitioſæ erunt, nec continentur deciſione *Clem.*
37 *vnic. de rer. permutat.* vt D. Couarr. docet. Sed ſi inter aliquos conuenerit de permutandis beneficiis abſque aſſenſu Prælati, & vterque liberè renunciauerit, rogaueritque collatorem, vt beneficium vnius alteri inuicem conferatur, nullum in hoc ſimoniæ vitium reperiri affirmant Tondut. *quæſt. beneficial.* 1. *part. cap.* 75. *per totum,* Petr. de Vbaldis *de permutat. beneficior. part. vltim. num.* 56. Zerola *in prax. part.* 2. *verb. Renunciatio,* §. 3. Garcia *part.* 11. *c.* 4. *num.* 2. Nam per hoc manus Prælati non ligantur, ſiquidem liberè renunciatum eſt, nec preces neceſſitatem imponunt.

Illud tamen eſt dubium quod docet *num.* 8. cum Zabarella, *in Clement. vnic. à num.* 4. *de rer. permut.* Ancharran. *ibi, num.* 6. Imol. n. 7. 8. videlicet, quod ſi ex parte vnius ex permutantibus reſignatio irrita declaretur, regreſſus ei, qui reſignauit, validè ad proprium beneficium concedatur. Cum enim vetitum ſit, permutationes fieri abſque Epiſcopi aſſenſu, *dict. cap. cum olim, dict. cap. cum vniuerſorum,* non debebit audiri, qui quaſi in fraudem legis reſignationis cauſam ſimulauit; ad quod faciunt, quæ diximus *ſupra, ſub hoc numero.* Et in permutatione Epiſcopi authoritas neceſſaria eſt, licet non conferat; ſed & is, cuius eſt conferre, eligere, vel præſentare, debet conſentire; Barboſa *de offic. & poteſtat. Epiſcop. allegat.* 69. *num.* 7. 10. Garcia *dict. cap.* 4. *num.* 60. 72. Leſſi. *lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 296. 168. Azor. *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *q.* 4. *verſ. Si quæras,* & *q.* 6. *num.* 23. Zerol. *ſupr.* §. 4.

Ibi: *Nam renunciatio beneficij Eccleſiaſtici.*

Beneficij renunciatio niſi in manibus Prælati fieri non 39
poteſt, Nicol. Garc. *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 223. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 201. *num.* 47. Nauarr. *in cap. accepta, in fine, oppoſ.* 7. *num.* 23. 26. 27. 32. & 35. *de reſt. ſpol.* Flamin. *libr.* 7. *q.* 14. *num.* 1. & plurimi alij. Deſideratur enim neceſſariò ipſius Prælati conſenſus, Rebuf. *in prax. tit. de reſignat. expreſ. num.* 11. 13. Cardoſ. *in prax. iudic. verb. Renunciatio, num.* 13. Tuſch. *lit. R. concluſ.* 257. Gonçal.
ad reg. 8. *Cancell. gloſſ.* 14. *à num.* 21. Quapropter ita defi- 40
nitur, quod ſit legitima beneficij dimiſſio à Superiore admiſſa, Barboſ. *in collect. ad titul. de renunciatione, in princip. num.* 5. Hinc eſt, vt niſi per Prælatum acceptetur, ni- 41
hil operetur, nec in præiudicium eius qui reſignauit, ſed prorſus proprietatem & poſſeſſionem retinet beneficij; Menoch. *de recuperand. remed.* 1. *num.* 274. Rebuf. *in praxi ſuper regul. Cancellar. de infirm. reſignat. tib. gloſſ.* 12. *num.* 1. & 2. Nicol. Garc. multos referens, *dict. num.* 223. *cum ſequentibus.* Qui aſſenſus vnico contextu præſtari debet, Flamin. *lib.* 3. *q.* 9. *num.* 127. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. dict. alleg.* 69. *num.* 3. Quæ vtique in permutationibus ſunt obſeruanda; tradunt Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 22. Garcia *part.* 11. *cap.* 4. *à num.* 6. Azor. *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *q.* 19.

Ibi: *Quin & aliud.*

De hoc videndus eſt Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 71. *per totum,* vbi latè probat, etiam ante expeditionem literarum ius plenè transferri in eum, in cuius fauorem renunciatum eſt, quamuis Cancellaria aliud obſeruet.

Ad Num. 7.

Ad textum in *dict. leg. quod ſi minor,* §. *Scæuola,* facilis 42
eſt ſolutio; tum quia ibi agebat minor de lucro captando per acquiſitionem hæreditatis, quam omiſerat *l.* 1. §. *lucratiuæ, C. de impon. lucrat. deſcript. libr.* 10. *leg. qui autem,* 6. §. 1. *ff. quæ in fraud. credit.* At cùm petit reſtitui ad beneficium, cui iam obtento renunciauit, de damno vitando certat; Tondut. *cap.* 50. *à num.* 5. tum quod in *dict. textu* non extabant iam res hæreditariæ, ad quas minor deſiderabat reſtitui; quod de beneficio dici non poteſt.

Sed Tondutus *vbi proximè* immeritò Flaminium repre- 43
hendit, dum ad reſtitutionem concedendam argumentatur ab abſtinentia ab hæreditate paterna ad renunciationem beneficij proprij, ex *leg. fin. C. de repudiand. hæredit.* inquit enim ille, filium petentem reſtitui ad hæreditatem patris, ad lucrum agere; qui verò ad beneficium reſignatum regredi deſiderat, de damno vitando tractare; vnde non rectè de vno ad alterum infertur. Cui obiectioni pro Flaminio reſpondetur, eum, qui ad bona paterna redire
contendit, de damno reſarciendo tractare; quandoquidem, 45
mortuo patre, filius ſuus hæres illicò, ignorans etiam, & inuitus, bonorum eius fit ipſo iure dominus, §. *neceſſarij, Inſt. de hæred. qualit.* §. *ſui, Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. l. Iulianus* 85. *in fine, ff. de condit. & demonſt.* Anton. Gom. *variar. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 15. *cum ſequentibus,* Parlad. *different.* 96. *num.* 2. Gutierr. *in* §. *ſui, num.* 65. *Inſt. de hæred. qualitat.* Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 1. *num.* 2.
Et cum illis ſe abſtinet, iuri iam quæſito renunciat, at- 46
que ita Imperator in *l. fin.* §. *penult. in fine, C. de iur. delib.* aſſerit, filium circa ſucceſſionem paternam de lucro non agere acquirendo, ſed de debito recuperando. Ex quibus colligitur rectè ſumi argumentum à renunciatione paternæ hæreditatis, ad beneficij renunciationem.

Ibi:

Ibi : *His accedit, quod reſtitutio.*

47 Minor reſtituitur aduerſus tertium poſſeſſorem in ſubſi-
dium, quando, qui cum illo contraxit, ſoluendo non eſt;
Menoch. *conſil.* 714. *num.* 2. Coſta *in dict.* §. *& quid ſi*
tantum, part. 2. *num.* 64. Rebuf. *ad leg. Gallia, titul. de*
reſtitution. in integrum, in pr. ſcrip. à num. 31. Crauet. *con-*
ſil. 7. *num.* 15. Fabian. de Monte *in tractatu de emption.*
q. 4. *num.* 32.
Duobus tamen caſibus directè illum poteſt per benefi-
48 cium reſtitutionis conuenire. *Primus* eſt, cum in ſcientem
49 res minoris transfertur. *Secundus*, ſi minor non fuit læſus,
nec reſtitutionem poſtulat propter pretium; ſed quia in-
conſultò alienauerat quod ſibi non expediebat: *l. in cauſa*
14. §. *interdum, ff. de minor. leg.* 1. *Cod. ſi aduerſus vendit.*
pignor. vbi Barboſ. *in collect. an. num.* 3. Hermoſill. *in leg.* 4.
tit. 5. *part.* 5. *gloſ.* 12. *num.* 8. *&* 9. Anton. Gomez *variar.*
lib. 2. *cap.* 2. *num.* 41. *& cap.* 14. *num.* 7. Mord. *in compor.*
dict. titul. de in integr. reſtitut. q. 2. *num.* 4. Oddus *part.* 1.
q. 31. *articul.* 17. *num.* 87. & ſufficit, læſionem contingere
ratione affectionis, veluti ſi domus, vel alia res Maiorum
diſtracta ſit; Olea *de ceſſion. iur. tit.* 3. *q.* 2. *num.* 5. Anton.
Faber. *in Cod. tit. de in integr. reſtit. minor. defin.* 10. Ca-
pyc. Latr. *deciſ.* 47. *à num.* 52. Fontanel. *deciſ.* 47. *num* 16.
Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 83. Caldas *in tract.*
de empt. & vendit. cap. 8. *num.* 52. Cyriac. *tom.* 1. *contro-*
50 *verſ.* 78. *num.* 26. Ceuall. *dict. q.* 15. *num.* 4. *cum ſeqq.* Alium
caſum addit Hermoſ. *d. num.* 9. *in fin.* quando tertius poſ-
ſeſſor rem minoris habuit titulo lucratiuo; quoniam tunc
aduerſus ipſum directè poterit in integrum reſtitutio in-
tentari.

Ad Num. 8.

51 Ita inductioni textus *in cap. fin. de iudic. in* 6. reſpondent
Tondut. *d. cap.* 50. *num.* 12. *&* 13. & omnes, qui tenent,
minorem læſum in beneficiis reſtituendum, quorum memi-
nimus ſupra, *hoc capite, ad num* 1. & ad *num.* 3. *verſ. Con-*
trariam ſententiam; non enim ex eo quod minor pro ma-
iore habeatur, deneganda eſt reſtitutio, Sforc. *part.* 2.
q. 60. *num.* 21. Caldas *in d. l. ſi curatorem, verb. Vel aduer-*
ſary dolo, num. 42. Gratian. *diſcept. cap.* 74. *num* 11. Ce-
uall. *tom.* 2. *q.* 831. *num.* 1. Boer. *deciſ.* 330. *num.* 4.

Verſ. *Rurſus nec tertia.*

52 De cauſis ſpiritualibus, in quibus minori reſtitutio non
indulgetur, diximus *hoc cap. ad num.* 1. In conſtitutione
dotis reſtitutio conceditur, *d. l. ſi ex cauſa*, §. *in dotis, ff.*
de minorib. latè Barboſ. *in collectan. ad l. vnic. C. ſi aduerſ.*
dot. Anton. Gom. *d. cap.* 14. *num.* 2. Cyriac. *tom.* 3. *con-*
trouerſ. 508. *à num.* 43. Odd. *q.* 59. *art.* 3. *num.* 17. vbi
communem dicit Neguſant. *de pignorib. p.* 8 *memb.* 1. *nu-*
mer. 26. Donel. *commentar. lib.* 22. *cap* 10. *col.* 2. Sard. *de*
alimentis tit. 9. *q.* 44. *num.* 58. Mord. *d. tit.* 5. *q.* 4. *per totam,*
Cuiac. *lib.* 7. *obſeru.* 2. At Franc. Molin. *de rit. nupt. lib.* 2.
different. 6. *num.* 4. cum aliis docet, non eſſe reſtitutioni
locum, ſed contrarium receptum magis eſt. Item in ſpon-
ſalibus. Ceuall. *dict. q.* 831. *num.* 12. nam cùm iure reſti-
tutio non denegatur, minori ſemper eſt concedenda, ſi
læſus probetur, ſicut dixi *ſuprà, num.* 13. niſi actus retra-
53 ctari non poſſit; vt Matrimonium. Necnon aduerſus la-
pſum quinquennij præſcripti Concilii Trident. *ſeſſ.* 25. *de*
Regular. cap. 19. ad reclamandum contra nullitatem Pro-
feſſionis, Barboſ. *ibi, n.* 12. Sanch. *d. lib.* 7. *de matrim.*
cap. 37. *num.* 21. *&* 22.

Verſ. *Quarta ratio.*

54 Ad textum *in cap. ductum* 14. *de præb. in* 6. notandum
eſt ibi, verbum; *lucrum*, non eſſe poſitum, prout oppo-
nitur damno; veluti cum dicimus, agi de damno vitando,
aut lucro captando; ſed intereſſe, vel vtilitatem ſignificare,
quam ideo Pontifex *lucrum* appellauit; quoniam beneficia
non ex cauſa oneroſa, ſed gratis habentur; ex quo non
negat damnum, & deminutionem bonorum pati, qui be-
neficio iam obtento priuatur, quoniam ſolùm oſtendere
intendebat, Epiſcopum nihil commodi, vel incommodi
ex illa lite reportaturum, ſed omne præiudicium Guilliel-
mo litiganti imminere, ad quod nihil intereſt, *lucrum*
pro *intereſſe* vſurpari.
Inuitat *D. Couarr.* quod ſiquis minor beneficio renun- 55
ciaret, ad quod ius habebat, (quæ ceſſio propriè nuncu-
patur, Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, verb. Ceſſiones*, Pe- 56
trus Gregorius *ſyntagmatum iuris lib.* 17. *cap.* 17. *num.* 21.)
non debet reſtitui, ſi iam alteri collatum fuerit; idem do-
cent Guilielm. Bened. *in cap. Raynutius, verb. Adiectio im-*
puberi, de teſtam. Pot. *deciſ.* 427. *lib.* 1. *in correct.* Pereg.
ſupr. lib. 5. *tit.* 2. *num.* 47. *verſ. Vel etiam reſponderi poteſt.*
Tondut. *d. cap.* 50. *num.* 11. Cuius ſententiæ ratio eſt, quia
hoc caſu minor ad lucrum reſtituitur, quæ reſtitutio cum 57
alterius detrimento non conceditur; Bald. *in l. pupillorum,*
num. 5. *ff. de repud. heredit.* Tondut. *vbi proximè*, Ma-
reſcot. *variar, lib.* 2. *cap.* 98. *num.* 10. Cyriac. *tom.* 1. *contro-*
verſ. 32. *num.* 10. *& tom.* 2. *controu.* 240. *num.* 32. *&* 33.
vbi alios laudat, & eſt communis reſolutio. Nec dubitari
poteſt, quin damnum patiatur ille, qui beneficio potitur,
ad quod minor reſtitui deſiderat: in cuius probationem
adducitur textus in *d.* §. *Scæuola.* Sed mente Conſulti ibi
attentè perpenſa, non fauet; imò apertè impugnat deciſio
illa præfatam ſententiam, ſi quidem compertum eſt, mi-
norem in ea ſpecie reſtituendum fore, licet hæreditas iam
per ſubſtitutum fuiſſet adita, ſi bona nondum diſtracta in-
uenirentur, de quo Sforcia Oddus *p.* 1. *q.* 63. *art.* 1. *&* 2.
ſimiliter ergo minor, qui beneficio non acquiſito renun-
tiauit, debebit ad illud acquirendum reſtitui, non obſtante,
quod alteri plenè quæſitum fuerit; nam in beneficio nil
diſtractum, nil immutatum eſt; ſicut fuit in hæreditate
repudiata, vt reſtitutio denegetur.
Quibus animaduerſis colligitur, minorem eſſe reſtituen- 58
dum, vt acquirat beneficium alteri collatum, quando poſ-
ſeſſor nullum aliud detrimentum ſentit, niſi amiſſionem
ipſius beneficij: quod ſi vltra hanc, in damno verſetur,
erit omnino auxilium reſtitutionis denegandum: vtrumque
non obſcurè probatur in *d.* §. *Scæuola*, & manifeſtum fiet,
ſi duo iuris principia rectè intelligantur, quorum vnum
docet, minorem etiam ad lucrum reſtituendum, *l. ait præ-*
tor 7. §. *fin. de minor.* & ex multis probauimus *ſupr. n.* 10.
Alterum, reſtitutionis beneficium cum alterius damno non
eſſe indulgendum, cum de lucro tractatur, quod ex *dict.*
§. *Scæuola*, deducit communis opinio, de qua proximè.
Primum enim iuxta ſecundum limitatur, ſed illud damnum
huiuſmodi reſtitutionem impedit, quod præter priuatio-
nem rei, quam minor eſt lucraturus, contingit. v.g. repu-
diat minor hæreditatem, vel legatum, ex quo peruenit ad
ſubſtitutum, qui agnouit, vel adiuit, poſtea reſtitutio po-
ſtulatur, ac conceditur, dum res extant; hic legatarius, aut
heres nullum ſuſtinet incommodum, niſi priuationem hæ-
reditatis, ſeu legati, quod occaſione repudiationis adoleſ-
centis quæſiuerat, quo caſu minor iure reſtituitur ad lu-
crum. *l. & ſi ſine* 8. *per totam, ff. de minor. l.* 1. *C. ſi vt*
omiſ. hæred. at ſi ſubſtitutus iſte in rebus hæreditariis di-
ſtrahendis proprium laborem, & induſtriam impenderit,
vel aliquid fecerit, vel dederit, quod repetere non poſſet,
ad hæreditatem, vel legatum conſequendum, quod ſub
conditione dandi, aut faciendi ei relictum eſt, tunc ini-
quum erit, minorem ad lucrum reſtitui, *dict.* §. *Scæuola*,
quoniam ita nedum priuaretur legato, ſed etiam pecuniam,
ſiue laborem perderet: atque ita eſt intelligenda doctrina
communis, quam ex Mareſcoto, & Cyriaco *ſuprà* retuli-
mus, ſcilicet minorem cum aliena iactura non reſtitui.
Hinc ad rem, de qua agimus, dicendum videtur, mi- 59
norem, qui ceſſit ius, quod ad beneficium habebat, re-
ſtitui debere, etſi alteri ſit collatum, quando ex tali reſti-
tutione beneficiarius ſolum amitteret commodum benefi-
cij; ſecùs autem ſi aliud damnum pateretur etiam, veluti
ſi ex longinqua prouincia Romam peteret ad beneficium
conſequendum, & eo obtento, quod minor ceſſit, redi-
ret in patriam; vel quando eo quod habebat tale benefi-
cium à minore renunciatum, omiſit alterum; vel ſi im-
pendiſſet in literarum expeditionem; aut in litem ſuper
beneficio: his & ſimilibus caſibus repellendus eſt minor, ſi
reſtitutionem petat, quæ cum aliena iactura non eſt ad lu-
crum concedenda; quæ reſolutio mirè congruit deciſioni

Conſulti

Conſulit *in dict. §. Scæuola*, vbi non negatur minori reſti-
tutio, eo quod hæreditas eſſet ſubſtituto acquiſita; ſed quia
alieno labore, & induſtria pecuniam partam lucrari vole-
bat; iuxta quæ, intelligendum eſt quod D. Couarr. *hoc
verſ.* inſinuat.

Verſ. *Vltima ratio.*

60 Huic argumento breuiter poteſt reſponderi, quod licet
in permutatione beneficiorum non admittatur remedium
l. 2. C. de reſcind. vendit. vt ex multis probauimus *ſupr. ad
num. 3.* quoniam ea conſtitutio ſolùm ad ea pertinet, quæ
poſſunt pretio æſtimari, & ad æqualitatem pecuniâ reduci,
ſicut ex ipſa patet; quod in beneficiis locum non habet:
non tamen inde ſequitur, minori in ſui beneficij permuta-
tione læſo reſtitutionem fore denegandam, in qua non
agitur de pretij ſupplemento, ſed de recuperanda re ipſa,
61 quam in alium inconſultò tranſtulit. Nam quoties minoris
intereſt, vt in præſenti, vbi non poteſt aliter damnum
ſuum reſarcire, rem ipſam præcisè, quam alienauit, auo-
care permittitur, *d. l. ſi ex cauſa, ff. de minor.*

Ad Num. 9.

62 Vltra Caietanum, & Angelum, Sylueſter *in ſumm.
verb. Permutatio, q. 6.* Tabiena, *verb. Beneficium, n. 15.*
tenent, licitum eſſe in permutatione beneficiorum pecu-
niam addere, vbi alterum eſt pinguius, ad ſeruandam æ-
qualitatem contractus. Sed contrarium commune eſt, &
omnino tenendum: Imò nec penſionem conſtitui poſſe
ſuper pinguiori, ratione exceſſus fructuum, abſque ſimo-
niæ labe, Greg. Lop. *in l. 2. gloſſ. 3. tit. 6. p. 5.* Cardinalis,
Imola, Ancharranus, & Nauarrus apud P. Suarez *d. lib. 4.
cap. 34. num. 6. & 15.* Bonacin. *tom. 1. tract. de ſimon. diſ-
put. 1. q. 4. §. 12. num. 8. verſ. Dixi in reſponſione eiuſdem;*
Leſſius *de iuſtitia, & iur. lib. 2. cap. 35. num. 86.* Sanch.
63 *d. cap. 3. dub. 38. num. 22.* Poſſet tamen vtrumque fieri, in-
teruenienite Pontificis authoritate, cui duntaxat liberum
64 eſt, fructus beneficij à titulo ipſius ſeparare. Nam cum ita
ſeparati, omnino temporales ſint, vendi poſſunt, ac pe-
cunia æſtimari; Gloſſ. *in cap. cum pridem, de pactis*, Sanch.
& alij proximè adducti, præſertim Suarez videndus *dict.
cap. 34. per tot.* vbi ſub *num. 6.* D. Couarr. increpat, eo
quod Abbatem allegat *in præſenti*, pro opinione Caietani;
cum contrarium rectè intellectus ſentiat, vt ex verbis ip-
ſius apertè demonſtrat. Sed in permutatione beneficiorum,
licet Epiſcopo ex officio, pacto ceſſante, penſionem con-
ſtituere ſuper magis pingue, vt æqualitas inter permutan-
tes ſeruetur, quod onus non tranſibit vltra perſonam ipſius
permutantis, Ancharranus, *conſ. 279.* Nauarr. *conſ. 43.
num. 4. tit. de ſimon.* Gonq. *ad reg. 8. Cancellar. gloſſ. 14.
num. 38.* Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg. 69. n. 14.*
65 Nec pro Caietano facit *cap. ad quæſt. 6. de rer. perm.* cui
rectè D. Couarr. ſatisfacit, & ante ipſum Panormitanus
ibi: Pecunia enim fuit data, quoniam Eccleſiæ permuta-
runt bona propria, quæ ſpiritualia non ſunt, quarum al-
tera plures, aut meliores poſſeſſiones habebat; qui exceſ-
ſus ſine vitio ſimoniæ potuit pretio compenſari. In permu-
tatione autem beneficiorum, etſi temporale intuitu fru-
ctuum præſtetur, ipſe titulus, cuius ratione illi debentur,
eſt, qui comparatur, & cùm ſpiritualis ſit, ſimoniæ labem
incurri non dubitatur, nec fructus à titulo poſſunt ſeparari.

Ibi: *Nec vidi vnquam.*

66 An in locatione fructuum beneficiorum locus ſit reme-
dio *d. l. 2.* ? docent Padilla *ibi à num. 15.* & Guttier. *quæſt.
canonic. lib. 1. cap. 39. num. 66.* Sed quæſtio hæc pendet ab
67 illa, qua controuertitur, vtrum in locatione, aut venditione,
in qua ſola ſpes emitur, vel conducitur, vt ſunt fructus
beneficij, admittatur præfata conſtitutio? Circa quod DD.
non conueniunt; Affirmant Padilla *dict. num. 15.* Matienç.
in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopil. gloſſ. 6. num. 3. & gloſſ. 9. n. 8.
Scacc. *de commerc. §. 1. q. 1. part. 2. ampliat. 10. num. 5. in
princip.* Hermoſ. *in l. 56. tit. 5. part. 5. gloſſ. 4. num. 58.*
Barboſ. *in collect. ad d. l. 2. num. 43.* Morla *in empor. iur.
tit. 9. q. 19. num. 8. verſ. Tertio.* Negant Bald. *in l. ſi ea lege,
num. 9. verſ. Cum vero venditor. C. de vſur.* Cremenſ. *in d.
l. 2. num. 134.* Menoch. *conſ. 843. num. 54.* Mangil. *de eui-
ction. q. 79. num. 30. & 31.* Gratian. *diſcept. cap. 756. à
num. 8.* Cyriac. cum plurimis *tom. 1. controuerſ. 1. num. 35.*
Decian. *in l. in fideicommiſſo, 3. notabil. C. de tranſact.*
Olea *de ceſſion. iur. titul. 6. q. 10. num. 16.* qui alios refert.

Vera autem reſolutio eſt, quam ex *Cremenſi* tradit *Pa-
dilla*, & refert Guttier. & Morla *vbi ſupr.* nam læſio in huiuſmodi contractibus non eſt conſideranda reſpectu fructuum, vel vtilitatis, quam ex re empta, vel locata emptor, aut locator perceperit; nam etſi plurimum vltra ſpem commodi, vel incommodi ſentiant contrahentes, *d. l. 2.* auxilio non eſt locus, ſed ſolum inſpicitur, quanti res vendi, aut locari communiter poſſit, & iuxta hanc inſpectionem poteſt locus eſſe prædicto remedio, licèt tota vtilitas rei locatæ, vel venditæ à futuro euentu, & viribus fortunæ pendeat; de quo latè diſputat Didac. à Brito *in rubric. de locat. part. 2. §. 2. ex num. 12.* quia in computatione, quæ ad *d. l. 2.* fit, non attenditur futurum incrementum, ſed iuſtus valor rei ſecundum tempus contractus, Menoch. *vbi ſupra numer. 57.* Mangil. *de ſubhaſtation. q. 40. num. 1.* Pinel. *in dict. l. 2. part. 3. cap. fin. num. 15.* Cyriac. *dict. 1. controuerſ. 1. num. 37.* Leſſ. *de iuſt. lib. 2. cap. 21. dubit. 6. num. 41.* Medina *de reſtitut. tom. 2. tit. de cenſ. in talit. q. 14. verſ. Ac proinde videtur, fol. 499.* Vnde ſi beneficij fructus locentur iuſta mercede iuxta communem hominum æſtimationem, aut ſaltem læſio vltra dimidiam non detur, ceſſabit d. conſtitutionis remedium, ſiue vberrimi, ſiue nulli per conductorem percipiantur; aliud iuris erit, ſi tales fructus poſſent, ſoleréntque locari centum aureis, & minus quinquaginta locentur; nam hoc caſu proculdubio. vel contractus reſcindetur, vel quod deeſt vſque ad iuſtam penſionem conductor pendere compelletur; iuxta quæ intelligendum eſt D. Couarr. *hic*, tam quoad *dict. l. 2.* quam quoad reſtitutionem in integrum. Nec enim quoad hoc differentia aliqua inter fructus beneficij, & alias res poteſt conſiderari, cùm ipſi temporales omnino ſint, ſi à titulo ſeparati conſiderentur, prout fit cùm locantur, *cap. veſtra 2. de locat.* Eſcobar *de ratiocin. lib. 1. cap. 29. num. 13.*

AD CAPVT VI.

Quale mandatum ſit neceſſarium ad petendam in integrum reſtitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Authores ad hunc tractatum videndi oſtenduntur.*
2 *In quibus caſibus mandatum ſpeciale interuenire debet, remiſſiuè.*
3 *Ad petendam in integrum reſtitutionem principaliter, mandatum ſpeciale deſideratur.*
4 *Cautela ad petendam reſtitutionem ſine ſpeciali mandato.*
5 *Reſtringitur præfata cautela.*
6 *Nemo in iudicio ſine actione admittitur.*
7 *Iudex, etſi Pars non opponat, agentem ſine actione repellere poteſt.*
8 *Ratio traditur, cur reſtitutio principaliter peti nequit ſine ſpeciali mandato, cùm incidenter poſſit.*
9 *Commiſſo principali negotio, omnia mandata cenſentur, quæ ad eius expeditionem ſunt opus.*
10 *Reſtitutio incidenter poſtulatur, etiam in ipſa ſententia exequutione.*
11 *Exequutio eſt appendix litis principalis.*
12 *Mandatum ad litem certam non expirat ante ſententiæ exequutionem.*
13 *In mandato ad petendam reſtitutionem in integrum cauſa expreſſio neceſſaria non eſt.*
14 *Speciale mandatum dicitur, in quo certum cauſarum genus committitur.*
15 *Ad matrimonium contrahendum ſingulare mandatum requiritur.*
16 *In mandato ad iurandum de calumnia, cauſa expreſſio neceſſaria non eſt.*

17 *Limitatur, ſi iurandum eſt ad accuſationem.*
18 *Non eſt animæ perículoſa præfata doctrina.*
19 *Præſumendum non eſt, quemquam in officio delinquere.*
20 *Habens mandatum generale ad agendum, excipiendum, & ſupplicandum, reſtitutionem iure petit.*
21 *Procurator, cui mandata eſt nominatim aliqua cauſa, poſtulans ſpeciale mandatum cum clauſula:* Et ad alia omnia; *poteſt ſimiles tractare, non autem maioris præiudicij.*
22 *An ex generali mandato, in quo excepta eſt aliqua cauſa exigens ſpeciale mandatum, poſſit procurator expedire alias cauſas minoris præiudicij, ad quas ſpeciale mandatum requiritur?*
23 *Exceptio debet eſſe de regula, & eam firmat in contrarium.*
24 *Reſoluitur negatiuè quæſtio propoſita* ſupr. num. 22.
25 *Quæ inducta ſunt ad diminutionem, non debent augmentum operari.*
26 *Exponitur textus in* cap. qui ad agendum, de procurat. in 6.
27 *Non eſt tribuendum plus voluntati tacitæ, quam expreſſæ.*
28 *Sub exemplo omnia videntur expreſſa, quæ ſunt eiuſdem rationis cum expreſſo.*
29 *Mandatum cum libera æquiparatur mandato ſpeciali in eis, quæ non ſunt magni præiudicij.*
30 *Habens mandatum cum libera reſtitutionem principaliter petere poteſt.*
31 *Procurator Principis, aut Reipublicæ, in integrum reſtitutionem poſtulat.*
32 *Quando, cauſâ aliquâ expreſſâ, adijcitur clauſula,* Cum libera, *in mandato, reſtringitur illud ad ſimiles, nec maioris præiudicij negotia complectitur.*
33 *Clauſula:* Quod poſſit facere omnia, quæ dominus, *æquiualet clauſulæ:* Cum libera.
34 *Procurator non poteſt agere, quæ ſpeciale mandatum poſtulant, licet in mandato dominus ratihabitionem promittat.*
35 *Procurator, de cuius mandati ſufficientia dubitatur, præſtita cautione de rato, admittitur.*
36 *Conſanguineus non admittitur pro conſanguineo ſine mandato ad ea, quæ illud ſpeciale poſtulant.*
37 *Limitatur, vbi eius intereſt principaliter, reſtitutionem in integrum petere.*
38 *Conſanguineus non admittitur ſine ſatiſdatione de rato.*
39 *Affinis etiam ſine mandato pro affine admittitur, vt conſanguineus.*
40 *Admittitur eodem modo amicus, ſi maxima ſit amicitia.*
41 *Amicitia vera ſimilis eſt ſtrictiſſimæ cognationi.*
42 *Explicatur textus in* cap. nonnulli, §. cum autem, de reſcript.
43 *Nullus, exceptis coniunctis, impetrare poteſt literas iuſtitiæ ſine ſpeciali mandato.*
44 *Hodie ex ſtylo ſufficit generale.*
45 *Intelligitur* l. patri pro filio, ff. de minorib.
46 *Coniunctus, cum admittitur ſine mandato in iudicio, non venit ex voluntate domini.*
47 *Procurator eſt, qui aliena negotia domini voluntate gerit.*
48 *Coniuncti non audiuntur, vt procuratores.*
49 *Coniunctus cum mandato generali, tractare non poteſt, quæ illud exigunt ſpeciale.*
50 *Enodatur* cap. conſtitutus, de in integrum reſtitut. *Vide infrà.* num. 54.
51 *Conſors litis ſine mandato, nomine conſortis agere non valet ante conteſtationem.*
52 *Non admittitur ad ea, quæ ſpeciale mandatum requirunt, ſine illo.*
53 *Conſanguineus ſimul & conſors litis, poteſt ſine mandato petere reſtitutionem, niſi à Parte opponatur.*
54 *Traditur alter intellectus ad* d. cap. conſtitutus. *Vide* ſupr. num. 50.
55 *Conſanguineus, vbi admittitur ſine mandato, ſubſtitutum ante litis conteſtationem non conſtituit.*
56 *Ad ſubſtituendum ante litis conteſtationem ſpeciale mandatum deſideratur.*
57 *Procurator, qui litem conteſtatur, eius dominus fit.*
58 *Adminiſtratores alieni patrimonij reſtitutionem in integrum ſine ſpeciali mandato poſtulant.*
59 *Qui adminiſtrationem à lege habent, eam liberam obtinent.*
60 *Ad defendendum eum, contra quem reſtitutio in integrum petitur, non eſt neceſſarium ſpeciale mandatum.*

AD ea, quæ *hoc cap.* continentur, ſunt conſulendi Sforcia Oddus *de in integ. reſtitut. p. 1. quæſt. 31. art. 12. cum ſeqq.* Mauric. *eod. tract. cap. 3.* Cald. *in l. ſi curatorem habens, verb. Implorandum, à num. 14.* Morla *in empor. iur. tit. 5. in princ. num. 22.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 380. num. 26.* Menoch. *conſ. 100. num. 298.* Ceuall. *com. 1. quæſt. 134.* Rebuf. *ad leg. Gallicas, tom. 2. tract. de reſtit. art. 1. gloſſ. vlt. num. 3.* Tiraquel. *in tract. res inter alios act.* Pichar. *in §. procurator, n. 34. Inſt. de iis, per quos ager. poſſ.* Farinac. *in prax. quæſt. 99. num. 62.* Barboſ. *in collect. ad l. vnic. num. 2. & 3. C. etiam per procurat.* Gregor. Lop. *in l. 15. tit. 5. p. 3.* 1

Plures caſus, quibus ſpeciale mandatum eſt opus, congerunt idem Barboſ. *in tract. de clauſul. vſufrequent. clauſ. 35. num. 16.* Cardoſ. *in prax. Iudic. verb. Procurator,* Gloſſ. *verb. Pasiſci, in cap. qui ad agendum 4. de procurat. in 6.* Firmian. *in ſuo repert. verb. Mandatum;* Golin. *de procuratorib. p. 2. cap. 3.* 2

Ad Num. 1.

Licèt ad petendam in integrum reſtitutionem principaliter ſpeciale mandatum deſideretur, ſufficit generale, ſi poſtuletur incidenter, vt omnes fatentur nuper laudati. Docent autem Tondut. *de præuent. iudic. p. 2. cap. 20. num. 9. cum ſeqq.* Nata *conſ. 162. numer. 34. verſ. Circa modum agendi,* Cyriac. *dict. controu. 380. num. 21.* cautelam, qua nunquam erit neceſſe ſpeciale mandatum, proponendo ſcilicet in eodem libello actionem, ad quam minor reſtitui intendit, ac deinde per viam replicationis petendo in integrum reſtitutionem; v. g. ſi procurator conueniat poſſeſſorem rei minoris, & addat, quod ſi aduerſarius opponat de præſcriptione, nihil obſtat, quia aduerſus illam competit minori reſtitutio, quam implorat; quo caſu præfati DD. ex aliis tradunt, reſtitutionem incidenter poſtulari, atque ideo mandatum generale ſatis erit; quo maximè reſtringitur deciſio *l. illud 26. §. fin. ff. de minor.* 3 4

Sed præmiſſam cautelam reſtringit meritò Cyriac. cum aliis, *num. 74.* ad caſum, vbi extat actio minori competens, etſi per exceptionem eliſibilis; quod ſi penitus fuerit extincta, neceſſario prius petendum eſt reſtitutionis auxilium, per quod via ad agendum aperiatur, cum nemini ſine actione in iudicio experiri permittatur; *l. ſi pupilli 6. §. videamus, ff. de neg. geſt. l. ſi quid poſſeſſor 54. §. illud. ff. de petit. hered.* Carleual *de iudic. tom. 2. tit. 2. diſp. 5. num. 27.* Paz *in prax. tom. 3. in princip. num. 5.* Ant. Gom. *var. lib. 2. cap. 11. num. 14.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 321. num. 3.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. q. 16. n. 2.* adeò vt Iudex, etiam parte non opponente, ſic agentem repellat, Tuſch. *tom. 1. lit. A. concluſ. 60. num. 29.* Marant. *de ordine iudicior. part. 4. diſt. 20. num. 15.* Boër. *deciſ. 344. num. 8.* Bobadill. *in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 83.* Petr. Barboſ. *in l. ſi alienam. num. 18. ff. ſoluto matrimon.* Imò tenetur; aliàs Parti damnificatæ manet aſtrictus ad intereſſe, & ob hoc in ſyndicatu poterit conueniri; Menoch. *ſupr. num. 4.* Gamma *deciſ. 26. num. 7. 8.* Huiuſmodi igitur reſtitutio, quæ non niſi principaliter peti poteſt, ſine ſpeciali mandato minimè impetrabitur. 5 6 7

Ratio, propter quam in reſtitutionis petitione adeſſe debet ſpeciale mandatum, ea reddi poteſt; quia cum hoc beneficium extraordinarium ſit, *l. in cauſa 17. de minorib.* non cenſetur ſub generali mandato comprehenſum. Alias rationes tradit Cald. *d. verb. Implorandum, n. 5.* Quod fallit, vbi incidenter imploratur, nam cùm principale negotium alteri committitur, omnia mandata intelliguntur, ſine quibus illud nequit expediri; *l. fin. ff. de officio eius cui: l. quicunque 5. §. non tamen, verſ. Sed etſi pecuniam, ff. de inſtit. act.* Merlin. *de pignor. lib. 2. q. 101. n. 15.* & quæ ipſi connexa ſunt. Menoc. *conſ. 203. n. 32.* vbi alij, Alexand. *conſ. 118. n. 23. lib. 5.* Rot. *deciſ. 374. n. 18. part. 5. in recent.* 8 9

Verſ. *Ex quibus fundamentum.*

Non ſolùm ante ſententiam diffinitiuam licet reſtitutionem petere aduerſus interloquutoriam, à qua non poteſt appellari, vt *D. Couarru.* docet; verumetiam poſt rem iudicatam, in ipſa ſententiæ exequutione, non prohibebitur procurator ſine ſpeciali mandato illud auxilium implorare per viam exceptionis, ſiquidem ita incidenter quoque poſtulari dicitur; Flores de Mena *variar. lib. 1. cap. 3. num. 71.* Carleual *dict. tom. 2.* 10

11 *tit. 3. diſp. 16. num. 17. cum ſeqq.* qui plures allegat, quoniam
exequutio appendix eſt litis principalis, quæ non videtur extin-
cta antequam exequatur; Salgad. *de retent. bullar. 2. part. c. 18.*
num. 17. Golin. *de procurat. part. 2. cap. 5. num. 185.* Mantic.
de tac. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 27. num. 28. & pro vna ea-
démque cauſa habetur, maximè ſi idem Iudex, qui pronun-
12 ciauit ſententiam, exequatur; quare mandatum ad certam li-
tem non expirat, antequam illa per exequutionem extingua-
tur: facit *l. eum qui 48 ff. de minorib.* Noguerol *allegat. 36.*
num. 22. Putc. *deciſ. 366. num. 4. cum ſeqq. lib. 1.* Mantic. *de*
tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 12. num. 27. & alij ſtatim re-
ferendi; quamuis contrarium reſponderit Menoch. *conſ. 790.*
num. 1. & teneant Phæb. *deciſ. 4.* Ceuall. *tom. 1. q. 632. num. 8.*
& alij.

Ex quibus infertur, vt ſi procurator cum generali mandato
cauſam minoris agens ſuccubuerit, ac ſententia in rem iudicatam
tranſeat, poterit nihilominus incidenter in ipſa exequutione
reſtitutionem per exceptionis viam poſtulare, cùm adhuc cau-
ſa principalis pendere dicatur; Bart. *in l. 2. C. de litigioſ.* Put.
ſupr. num. 4. Rota per Farinac. *deciſ. 692. num. 3. ad finem p. 2.*
in recent. Mantic. *dict. tit. 21. num. 28.* Salgad. *de retent. bullar.*
part. 2. cap. 18. num. 17. Golin. *vbi proximè.*

Ad Num. 2.

13 In mandato ſpeciali ad petendam reſtitutionem, non requi-
ritur, vt in indiuiduo cauſa exprimatur, ſed ſufficiet, procu-
ratorem conſtitui, vt quoties occurrerit neceſſitas, tale auxi-
lium imploret, Golin. *ſupr. num. 22.* Mauric. *cap. 24.* Ceuall.
d. quæſt. 134. num. 2. cum ſeqq. Oddus *q. 31. art. 4. ex num. 71.*
Gregor. Lop. *in d. l. 15. gloſſ. 1.* Gratian. *diſcept. forenſ. c. 105.*
14 *num. 25.* Et comprobatur ex Menoch. *conſ. 287. num. 22.* vbi
ex aliis ait, ſpeciale mandatum dici, cùm genus cauſarum ex-
primitur, veluti ad tranſigendum, vendendum, pignorandum;
nec opus eſſe, res, aut perſonas ſigillatim declarari: Quod te-
nent etiam Bart. *in leg. filiusfam. num. 8. ff. de donat.* Vantius
de nullitat. tit. de nullitat. ex defectu mandati competent. Sali-
cet. *in l. vnic. C. etiam per procurat. in integr. reſtit. pet. poſſ.*
Nam vbi hæc inſeruntur, potius mandatum ſingulare debet
15 appellari, (quod in quibuſdam cauſis fieri oportet, veluti ad
matrimonium contrahendum:) de quo latiſſimè Merlin. *dict.*
quæſt. 101. num. 5. cum ſeqq. Cauſas autem, quæ hoc ſingulare
mandatum poſtulant, refert Auguſt. Barboſ. *de clauſul. poſt*
clauſ. 55.

Ibi: *Eadem ferè vel ſimili ratione.*

16 Similiter in mandato ſpeciali ad iurandum de calumnia, ex-
preſſio cauſæ non exigitur; ſat enim eſt, conſtitui procurato-
rem cum facultate generali ſic iurandi; vt docent, ac commu-
niter obſeruari, teſtantur Anton. Del-Re *de iuram. calumn.*
cap. 16. num. 17. Gratian. *vbi ſupra num. 23.* Guttierr. *practi-*
car. libr. 1. cap. 62. Ceuall. *tom. 1. quæſt. 498.* Barboſ. *in col-*
lect. ad l. 2. num. 13. C. de iurament. propt. calumn. Golin. *dict.*
17 *part. 2. cap. 5. num. 30.* Id tamen limitat Mareſcot. *variar. libr. 2.*
cap. 137. in fine, in accuſatione, quando permittitur per pro-
curatorem accuſare, nam cauſa, & perſona exprimenda eſt, vt
poſſit de calumnia iurari; Golin. *d. cap. 5. n. 27.* Luc. de Penna
in l. tam collatores, col. 6. C. de re militar. lib. 12.

18 Neque praxis hæc inducit aliquod peierandi periculum, vt
rectè Guttierr. aduertit; nam etſi generaliter detur mandatum
ad iurandum de calumnia, quoties fuerit neceſſe, non inde
ſequitur, procuratorem non inſtructum in animam domini iu-
19 raturum; nec credendum eſt, illicitè ſuo munere functurum;
argument. *leg. merito 51. ff. pro ſocio*, Golin. *part. 1. cap. 5. nu-*
mer. 84. Seraphin. *deciſ. 1134. num. 15.* Nihilominus contra-
rium cum *D. Couarr.* defendunt multi, quos ipſe refert *in cap.*
quamuis pactum, part. 1. §. 5. in fine, de pact. in 6. ſequitur
Menchac. *quæſtion. vſufrequent. cap. 25. num. 17.*

Ad Num. 3.

20 Mandatum ad agendum, defendendum, ac ſupplicandum
habens, poteſt reſtitutionem principaliter pro minore poſtu-
lare; Oddus *dict. art. 12. num. 52.* Barboſ. *in dict. collect. ad l.*
vnic. num. 3. Roland. à Valle, *conſ. 26. num. 18. volum. 1.* Cald.
dict. verb. Implorandum, n. 47. in fine, Caſſador. *deciſ. 1. de*
procurator. Golin. *dict. p. 2. cap. 5. num. 22.*

Verſ. *Quartò manifeſtè.*

Compertum eſt, vt quoties procurator datus eſt nomina- 21
tim ad cauſam, quæ ſine ſpeciali mandato expediri non poteſt,
ſi adjiciatur deinde: *Et ad alia ſpeciale mandatum exigentia,*
omnia, quæ illud requirunt: poſſit agere, *cap. qui ad agendum*
4. §. 1. vbi notat Barboſ. *in collect. num. 3. de procurat. in 6.*
Golin. *d. p. 2. cap. 4. num. 41.* Bertach. *in repert. verb. Procura-*
tor conſtituitur, num. 26. Alexand. *conſ. 22. num. 8. 9. lib. 1.*
Oliban. *de actionib. lib. 1. part. 2. cap. 16. num. 19.* niſi cauſæ,
quæ expreſſæ non ſunt, graue, ac maius præiudicium afferant
domino, quàm cauſa expreſſa; Pax *in praxi tom. 1. annotat. 4.*
num. 19. & 20. atque ita in ſpecie reſtitutionis in integrum
docuit Gregor. Lop. *in d. l. 15. gloſſ. 1.* nam verba generalia
mandati ſecundum quod exprimitur, reſtringuntur; Golin.
part. 2. cap. 4. num. 47. Franc. Marc. *deciſ. 484. par. 2.* Cyriac.
tom. 2. controu. 278. n. 60. Mantic. *ſupr. tit. 16. n. 34. 37.*

Illud dubitatur inter DD. ſi procurator conſtituatur ad om- 22
nia, & excipiatur cauſa aliqua ſpeciale mandatum requirens, vt
iuramentum de calumnia, vel tranſactio, an talis procurator
poſſit expedire cætera, ad quæ ſpeciale mandatum deſideratur,
in quibus minus, aut non magis detrimenti dominus patere-
tur? & affirmatiuè reſponderunt Deci. *in l. 1. num. 25. ff. de*
reg. iur. Iaſon *in l. properandum, num. 7. C. de iudic.* Menoch.
conſ. 87. num. 37. & conſ. 312. numer. 7. Merlin. *vbi ſupra,*
numer. 16. & 17. Golin. *dict. cap. 4. à num. 45* Fontanell. *de*
pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 21. part. 2. num. 35. Milis *in re-*
pert. verb. Procurator expreſsè, & communem dicit Mantica,
vbi proximè, num. 31. Ratio horum eſt, quia exceptio debet 23
eſſe de regula, quam in contrarium firmat, *l. quæſitum 12. §.*
idem Pomponius reſpondit domo, el 2. ff. de fund. inſtruct. l.
nam quod liquida 4. §. fin. ff. de pen. leg. vbi communiter notatur;
Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt. 3. art. 9. numer. 12.* Pareja *de*
inſtrum. edit. tom. 1. tit. 2. reſolut. 6. num. 362. Euerard. *in*
loc. legal. loc. 19. ab except. ad regul. & loc. 99. ab ſpeciali.
Hinc eſt, vt qui caſum excipit exigentem ſpeciale mandatum,
videatur omnia ſimilia, aut ſaltem quæ tanti præiudicij non
ſunt, procuratori demandare.

Contrarium placuit Tiraquel. *de retract. lignag. ad finem ti-* 24
tuli, num. 94. Rebuf. *in tract. exceptionum, num. 24.* Barboſ.
in collect. ad dict. cap. qui ad agendum, num. 4. Quæ enim in- 25
ducta ſunt ad deminutionem, non debent augmentum opera-
ri, Bart. *in l. Denique Pegaſus 8. §. interdum, ff. de pecul.*
leg. per argumentum ab ſpeciali: cùm ergo dominus intende-
rit auferre, ac limitare procuratoris facultatem, ex eo non de-
bet ampliari. Quibus adſtipulatur textus in *d. cap. qui ad agen-* 26
dum, in principio, vbi ſtatuitur, non ſufficere ad exercenda,
quæ ſpeciale mandatum deſiderant, generale mandatum ad
omnia, quæ ſine ſpeciali expediri non poſſunt, niſi aliquis
caſus exprimatur; quod *in §. 1.* deciditur: Igitur cum ex exce-
ptione vnius cauſæ poſcentis mandatum ſpeciale ſolùm induca-
tur voluntas tacita, vt aduerſarij volunt; ad alia ſimilia procu-
ratori committenda, hæc non ſufficit; nec magis tribuendum 27
eſt tacitæ voluntati, quàm expreſſæ, cùm vtriuſque idem de-
beat eſſe iudicium, *l. cum quid 3. ff. ſi cert. petat.*

Nec rectè argumentatur de exprimente vnum caſum in man- 28
dato ad excipientem: qui enim exprimit omnes ſimiles caſus,
ſub vno exemplo explicat, ac expreſsè quodammodo commit-
tere cenſetur; quæ conſideratio in excipiente non procedit,
qui exemplum inſerit non eorum, quæ procuratori mandat,
ſed quæ ſuo nomine fieri vetat; atque ita cùm voluntas, quæ
ex exceptione cauſæ mandatum ſpeciale requirentis, vt ſimiles
mandatæ cenſeantur, prorſus ſit tacita; & præſumpta, ſuffice-
re non debet, vbi ſpeciale mandatum deſideratur, cùm & ge-
neralis expreſſa non proſit, *d. cap. qui ad agendum, in princip.*
Ex his deducitur ſolutio ad fundamentum, quod pro ſententia
oppoſita retulimus; quoniam illud ceſſat, vbi expreſſa, & ſpe-
cialis voluntas deſideratur, vt in præſenti.

Verſ. *Quintò ab eadem.*

Mandatum cum libera, æquiparatur ſpeciali in iis, quæ do- 29
mino maximum non afferunt detrimentum: quare procurator 30
ita conſtitutus, rectè in integrum reſtitutionem poſtulabit; Pa-
reja cum plurimis *de inſtrum. edit. tit. 5. reſol. 10. num. 6.* Magon.
deciſ. Lucenſ. 52. num. 7. Maſcard. *de probat. concluſ. 1308.*
num.

num. 9. cum ſeqq. Caſtill. Sicil. deciſ. 74. numer. 31. Gratian. diſceptat. cap. 95. num. 9. Græu. ad pract. Cam. Imper. libr. 2. concluſ. 71. conſider. 4. Greg. Lop. in dict. l. 15. gloſſ. 2. Paz d. annot. 4. num. 7. Hermoſ. in l. 48. gloſſ. 5. num. 2. tit. 5. part. 5. Caldas ſuprà, dict. numer. 7. in fine. Tiraquel. de iur. marit. gloſſ. 8. n. 81. & de iudic. in reb. exiguis, verſ. 41. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 25. num. 606. verſ. Quantum eſt, Merlin. dict. quæſt. 101. vbi à num. 13. de poteſtate procuratoris cum libera optimè diſſerit, Guttierr. de iurament. confirmat. part. 1. cap. 50. num. 13. Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 15. articul. 5. numer. 11 & 12. Non autem veniunt ſub tali mandato, quæ illud ſingulare depoſcunt, Merlin. numer. 31. Cyriac. controuerſ. 178. numer. 60. Putc. deciſ. 53. num. 2. Ruin. Iun. conſ. 54. num. 29. 30. Golin. dict. cap. 4. num. 58. Philip. Franc. in dict. cap. qui ad agendum, in princip. verſ. Vltimò nota.

31 Hinc ſequitur, Procuratorem Principis, vel Reipublicæ poſſe in integrum reſtitutionem poſtulare; quoniam à lege habet adminiſtrationem cum libera, Barboſ. in dict. l. vnic. n. 3. Merlin. num. 18. Surd. conſ. 335. num. 18. Odd. dict. part. 1. q. 31. art. 12. num. 54.

32 Quando clauſula, cum libera, apponitur in mandato, cauſis aliquibus expreſſis, reſtringitur ad expreſſa, & ſimilia, nec grauiora complectitur; Merlin. num. 28. Franciſc. Marc. deciſ. 484. num. 3. part. 2. Cyriac. dict. controuerſ. 278. num. 60. Golin. dict. cap. 4. num. 47. 48. Mantic. dict. titul. 16. num. 36. Angel. in princip. num. 3. Inſtitut. de iis per quos ager. poſſum. Narbon. de appellat. à Vicar. ad Epiſcop. lib. 1. quæſt. 65. n. 18. Mart. in ff. nou. tom. 1. cap. 75. verſ. Procurator, Pareja ſupr. num. 75.

Verſ. *Sextò ex his infero.*

33 Conſentiunt Barboſ. in collectanea ad caput, coram, in fine, de in integrum reſtitutione, Caſſador. deciſ. 1. num. 3 de procur. Mantic. deciſ. 11. numer. 2. Sforc. Oddus dict. articul. 12. numer. 52. quoniam per illam clauſulam: Vt poſſit facere omnia, quæ dominus poſſet; libera adminiſtratio conceditur, Cyriac. dict. controuerſ. 278. numer. 59. Merlin. numer. 23. Bolaños in Curia Philippica, part. 1. §. 10. num. 24. Gregorius Lopez in l. 19. gloſſ. 8. tit. 5. partit. 3. Guttierrez, vbi proximè, Golinus dict. part. 2. cap. 4. numer. 12. Marta de clauſ. clauſula 115. Rota apud Cenſium de cenſibus deciſ. 168. num. 2. Griuel. Dolan. deciſ. 112. num. 6. Muta in pragmat. Regn. Sicil. de offic. Proreg. tit. 1. à num. 50. Caſtill. ſuprà, num. 32.

Ad Num. 4.

34 Etſi dominus in mandato promittat, ſe ratum habiturum quod eius nomine geſſerit procurator, non poterunt ex hoc ea expediri, quæ mandatum exigunt ſpeciale; Alberic. in l. 1. column. 4. verſ. Nunc venio ad quæſtiones, ff. de offic. procur. Cæſar. Decian. conſ. 340. num. 8. & conſ. 500. num. 12. Surd. conſ. 160. num. 35. Mantic. d. lib. 7. tit. 16. num. 13. Vanti. de nullit. ex defectu mandat. num. 114. Cyriac. d. controuerſ. 278. num. 57. Greg. Lop. vbi ſuper: Golin. d. cap. 4. num. 22. Seraphin. deciſ. 238. num. 4. Barboſ. d. clauſ. 35. num. 17.

35 Procurator, de cuius mandati ſufficientia dubitatur ad petendam in integrum reſtitutionem, admittitur præſtita cautione de rato; Odd. d. q. 51. art. 12. num. 54. Barboſ. in d. l. vnic. num. 3. & ita generaliter ſtatutum eſt, quoties de viribus mandati ambigitur; l. 21. tit. 5. p. 3. vbi Gregor. Lop. gloſſ. 1. Golin. part. 4. cap. 2. num. 1. Pyrrh. Maur. de fideiuſſor. p. 1. in princ. ſolt. 2. cap. 9. num. 2. 3.

Ad Num. 5.

36 Eſt communis reſolutio, non poſſe conſanguineum abſque ſpeciali mandato petere in integrum reſtitutionem, ſicut nec quidquam aliud facere, quo ſine illo peragi nequit; Menchac. quæſt. vſufructu. cap. 22. num. 12. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 10. num. 98. & gloſſ. 13. num. 34. Caldas in d. l. ſi curatorem, verb. Implorandum, num. 8. Petr. Barboſ. in l. 3. n. 23. ff. ſol. matrim. Bolañ. vbi ſupr. num. 30. Argel. dict. q. 15. art. 4. n. 3. Gomez Baio in praxi 3. part. lib. 1. cap. 12. num. 14. Golin. p. 3. cap. 2. num. 18. Chartar. deciſ. 54. num. 6. Maur. ſupr. num. 15. Mag. deciſ. 6. n. 13. Surd. deciſ. 215. Gratian. diſcept. cap. 401. Quod limitat in patre, Golin. num. 19. Chartar. num. 18. Cotta in memorabilib. verb. Coniuncta perſona, Iaſ. in
l. exigendi, n. 9. C. de procurat. Limitat etiam Odd. dict. q. 31. 37
art. 9. n. 38. vbi coniuncti intereſt reſtitutionem impetrari quia
communes habet cum minore facultates, vel aliàs.

Sed cum admittitur abſque mandato coniunctus in qualibet 38
cauſa, debet de rato ſatiſdare, Camil. Borrell. in ſumm. omn. deciſ. tit 66. num. 94. Bolaños, vbi ſupra. Golin. part. 3. cap. 11.
num. 3. cum ſeqq. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 41. num. 1. 21
Hippolyt. ſing. 128. num. 2. Quod etiam verum eſt in patre,
Golin. num. 3. Roman. ſing. 619. l. filiusfam. 14. ff. qui ſatiſd.
cogunt. & ratihabitione non ſequuta corruit quod actum eſt,
Donell. comment. iur. ciuil. lib. 18. cap. 11. col. 5. Mench. vbi
ſupr. lib. 2. cap. 13. num. 6. Surd. de aliment. tit. 3. q. 8. n. 10.

Idem quod de conſanguineo, de affine dicendum eſt, Chri- 39
ſtofor. de Paz in ſcholiis ad l. ſtyli, l. 10. num. 7. Magon. Lucenſ. deciſ. 6. Golin. vbi proximè, num. 10. vbi, quod coniun-
ctæ perſonæ intelliguntur, vſque ad quartum gradum, vt agere
ſine mandato poſſunt. Atque etiam de amico, ſi maxima ſit 40
amicitia; Bartol. in leg. non ſolum, §. qui aliono, num. 1. ff. de
procurat. Abbas in cap. accedens: el 2. num 8. lit. A. vt lit. non
conteſt. Menchac. dict. cap. 23. num. 7. Golin. num. 14. Hippo-
lyt. in l. 1. C. de rapt. virgin. Alciat. in l. liber, §. amicus. ff. de
verbor. ſignific. Nam vera amicitia ſimilis eſt ſtrictiſſimæ co- 41
gnationi, Tiraquel. de pœn. temp. cauſ. 22. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 89. num. 70. cum ſeqq. Golin. ibidem, Hip-
pol. ſing. 351. Maur. ſupr. dict. ſect 7. cap. 2. num. 25. fol. 384.
Proſper Carauit. Ritu 160. num. 9. Alexand. in l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad l. Falcid. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 29. num. 23.
facit illud Prouerbior. cap. 18. Vir amicabilis ad ſocietatem ma-
gis amicus erit, quàm frater. Extat egregia Senecæ ſententia
Epiſt. 105. qui patrem filij mortem lugentem reprehendit, in-
quiens: Quid magis faceres, ſi amicum perdidiſſes?

Ibi: *Qua ratione perpenſa cum Romanus.*

Verus, ac genuinus eſt intellectus, quem D. Couarr. tradit 42
hîc, ad textum in cap. nonnulli 28. §. cum autem, de reſcript.
vbi, re adamuſſim conſiderata, non obſcurè probatur, con-
iunctum non admitti ad ea, quæ deſiderant ſpeciale mandatum
ſine illo; etenim exceptum debet eſſe de contentis ſub regula;
leg. ſed an vltro, 10. §. 1. ff. de negot. geſt. Cyriac. controuerſ.
210. numer. 6. Bartol. in leg. 1. in fine, ff. de regul. iur. Me-
noch. conſil. 140. numer. 17. Sed Pontifex ab illa regula: Vt 43
nullus ſine ſpeciali mandato ad impetrandas literas iuſtitiæ ac-
cedat, excipit coniunctos. Igitur ſi non exciperentur, nequi-
rent tales literas poſtulare, ex eo quod ad id, mandatum exi-
gitur ſpeciale; alioquin ſi iure communi conſanguineus poſſet
tractare pro coniuncto, quæ ſpeciale mandatum requirunt,
fruſtra exciperentur in ea conſtitutione, ſub qua minimè com-
prehendebantur.

Illius autem rigorem ita praxis temperauit, vt hodie quili- 44
bet cum generali mandato non prohibeatur eas literas impetra-
re, ſicut cum D. Couarr. teſtantur Nauarr. in cap. ſi quando,
præludio 1. num. 2. de reſcript. Mandoſ. in prax. commiſſ. in
prima forma prælud. vltim. Vant. de nullit. ex defect. iuriſdict.
delegat. numer. 87. Et licèt Croti interpretationem admitti,
litera textus patiatur, congrua tamen non videtur, quia ve-
roſimile non eſt, voluiſſe Legiſlatorem eximere coniunctos
à pœna legis, & non ab eius prohibitione, cùm quoad eos
illuſoria eſſet conſtitutio, ſi manerent exempti à ſupplicio
propter tranſgreſſionem; argumento leg. fin. ff. de offic. eius;
Verius itaque eſt, ac receptum communiter, in illo verſi-
culo: Niſi forte, coniunctos exceptos fuiſſe ab illa prohi-
bitione, atque ita poſſe ſine mandato literas iuſtitiæ impe-
trare, etiam iuxta illius conſtitutionis rigorem, Felin. ibi,
column 16. Golin. vbi ſupra, part. 5. cap. 2. num. 1.

Obiectio Decij contra interpretationem communem leg. 45
patri pro filio 28. ff. de minorib. non obſtat; quia verba Con-
ſulti rectè intellecta ipſam apertè probant: Duæ enim ibi clau-
ſulæ inſeruntur circa petendam reſtitutionem in integrum pro
coniunctis; Prima ibi: Ex quo apparet, cæteros cognatos, vel
affines alterius eſſe conditionis. Hic oſtenditur, huiuſmodi perſo-
nas non eſſe audiendas inuito eo, qui læſionem eſt paſſus, quia
ſua non intereſt, ſicut patris, qui de peculio tenetur. Secundò
ſubiungitur ita: Nec aliter audiri oportere, quam ſi ex voluntate
adoleſcentis poſtulent. Ac ſi dicat Conſultus, non ſolum admit-
tendi non ſunt cognati, adoleſcente inuito, vt patet; verum
etiam debent habere voluntatem, idest, mandatum ad con-

ſequendam in integrum reſtitutionem: per quæ verba prorſus
46 excluduntur coniuncti ſine mandato; nam quando vt tales, cauſas aliorum agunt, non veniunt ea tacita, aut expreſſa ipſorum voluntate, quamquam contra voluntatem domini agere nequeant, *l. Pomponius* 40 *§. in his autem*, *ff. de procurat.* Golin. *vbi prox mè*, *num.* 12. Caſtrenſ. *in l. non ſolum*, *§. qui*
47 *alieno*, *ff. eod. titul.* Hyppol. *dict. ſing.* 228. *num.* 1. nam ſi ita fuerit, admitterentur nomine procuratorio, ſi quidem procurator eſt, quia aliena negotia domino volente gerit, *l.* 1. *ff. de procurat.* Golin. *part.* 1. *cap.* 1. *n.* 9. Paz *in prax. dict. annot.* 4. *num.* 1. Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad rubric. C. de procurator.* & ſufficit tacita voluntas, ſeu præſumpta, *l. ſi remunerandi* 6. *§. ſi paſſus*, *ff. mand. l. vel vniuerſorum* 12. *ff. de pignor. act. l. ſem-*
48 *per* 61. *ff. de reg. iur.* Conſanguinei autem non audiuntur vt procuratores, Balb. *deciſ.* 415. Caualcan. *deciſ.* 24. Rebuf. *in tract. nominat. q* 14. *num.* 106. Golin. *part.* 3. *cap.* 1. *num.* 38. Gratian. *diſcept. cap.* 373. *n.* 43. Caualcan. *deciſ.* 24. *de iudic.* Tepat. *variar. tit.* 89. *cap.* 1. *verſ. Quintus.* Vnde cum in *dict. l. patri*, doceamur, non eſſe coniunctos audiendos, niſi habeant adoleſcentis voluntatem, maniſeſtè colligitur, eos ſine mandato repellendos; nam quoties ita accedunt, voluntatem non habent ea dictis; cùm ergo mandatum ſit opus, debet eſſe ſpeciale, prout poſtulatur ad petendum auxilium reſtitutionis; *d. l. illud*, 26. *§. fin. ff. de minor.* nam etſi conſanguineo permittatur agere ea, quæ cum generali mandato expediuntur, *l. ſed &*
49 *hæc* 33. *ff. de procur.* minime tamen conceſſum eſt, vt cum generali mandato poſſint exequi, quæ illud ſpeciale deſiderant, quod nullo iure cautum reperitur.

Verſ. *Supereſt tamen.*

50 Quod *in cap. conſtitutus*, *de in integr. reſtit.* præceſſit mandatum ſpeciale fratris ad impetrandam in integrum reſtitutionem, ſentiunt Mench. *dict. cap.* 23. *num* 11. *&* 12. Caldas *in dict. verb. Implorandam*, *num.* 8. *verſ. Non etiam obſtat*, quæ vera videtur interpretatio; vel dici poſſet, fratres res habere communes, atque ideo intererat fratris, qui comparuit, alterum quoque reſtitui; quo caſu mandatum non deſiderari docuit Odd. *d. quæſt.* 31. *art.* 9. *num.* 38. facit *d. l. patri*, perpenſa ratione, cui Conſultus innititur, dum de patre loquitur; & quod tradit Golin. *d. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 17. vbi ex aliis probat, poſſe coniunctum, etiam inuito domino, agere, cum ſua principaliter intereſt.

Ad Num. 6.

51 Intellectus iſte ad *d. cap. conſtitutus* 8. *de in integ. reſtitut.* meritò rejicitur; tum quia communis reſolutio eſt de iure communi, non poſſe litis conſortem ſine mandato alterius agere ante litis conteſtationem, de quo videndi ſunt Felin. *in cap. cum M. num* 8. *de conſtitut.* Ripa *ibi*, *à n.* 52. Socin. *reg.* 160. Bernard. Diaz, *reg.* 136. vbi Additio. Ducn. *reg.* 132. Padil. *in l. error. num.* 34. *col.* 3. *C. de iur. & fact. ignor.* Greg. Lop. *in l.* 10. *gloſſ.* 7. *tit.* 5. *p.* 3. Chriſtoph. de Paz *in l.* 10. *ſtyli*, *tit.* 12. qui duo vltimi aſſerunt per *d. l.* 10. *Partita*, introductum eſſe, vt conſors litis valeat ante litem conteſtatam in iudicio experiri
52 ſine mandato. Tum etiam, quod ad ea, quæ mandatum requirunt ſpeciale, conſors litis non auditur ſine illo: quod planè probatur in *d. l.* 10. *Partita*, vbi æquiparatur litis conſors conſanguineo, ſed conſanguinei non admittuntur ad expedienda, quæ ſpeciale mandatum poſtulant, vt probauimus. Igitur nec conſors litis.

53 Illud autem, quod D. Couarr. *in fine huius verſiculi* ait, poſſe ſcilicet defendi, conſanguineum ſimul & conſortem litis admittendum ſine mandato ad poſtulandum beneficium reſtitutionis; verum videtur, ſi à Parte non opponatur; Greg. Lop. *in l.* 15. *gloſſ.* 2. *tit.* 5. *p.* 3. vbi docet, quod ſine ſpeciali mandato peti poteſt reſtitutio in integrum, ſi defectus non objiciatur ab aduerſario. Ex qua doctrina rectè infertur, quod D.
54 Couarr. probabile dixit. Hine alius intellectus aptatur *d. cap. conſtitutus*, vbi ideo frater ſine mandato admiſſus eſt, vt coniunctus, ac conſors litis, quia Pars contraria defectum mandati non allegauit.

55 Quomodocumque autem coniunctus ſine mandato agere permittatur, non poteſt ad id alium ſubſtituere, Ioan. Garc. *reg.* 21. quod ante litis conteſtationem procedit; nam poſt eam, bene alium ſuo nomine ſubrogabit; Golin. *part.* 3. *c.* 2. *num.* 23. Bald. *in cap. Nuntius*, *num.* 34. *de procurator.* Roman. *ſing.* 227. *num.* 4. *& conſ.* 241. *num.* 10. Iaſ. *in l. quod quis*, *num.* 1. *verſ. Septimo fallit*, *C. de procurator.* Ioan. de Graſſis *de ſubſtitut. procurat. verb. Procuratores*, *in tract. magn.* Rota
deciſ. 34. *alias* 677. Ratio eſt, nam cùm ad ſubſtituendum 56
procurator, antequam litem conteſtetur, debeat habere ſpeciale mandatum, *capit.* 1. *§.* 1. *de procurat. in* 6. *leg.* 19. *titul.* 3. *part.* 3. Vanti. *de nullitat. tit. ex defectu mand. numer.* 109. Paz *in praxi*, *annot.* 4. *numer.* 5. Petr. Barboſ. *in comment. ad ordinam. Reg. Luſit. lib.* 3. *tit.* 48. *§.* 28. *num.* 2. Surd. *deciſ.* 195. *num.* 9. Graſſ. *ſupra verb. Cum poteſtate ſubſtituendi*, *num.* 1. Golin. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 65. Mozz. *de contractib. tit.* 4. *ord.* 4. *ver.* 77. Chaſſan. *in conſuetudin. Burgund. rubric.* 4. *§.* 1. *num.* 4. *verſ. Aduerte quod poteſtas ſubſtituendi*, id coniunctus facere nequibit, cui non licent, quæ ſpeciale mandatum poſtulant,
vt ſuprà probauimus. Poſtquam autem procurator litem fuerit 57
conteſtatus virtute generalis mandati, quia dominus litis effici dicitur, Seraphin. *deciſ.* 1118. *num.* 2. Golin. *part.* 3. *cap.* 4. *num.* 38. Guid. Pap. *deciſ.* 119. alium ſuo loco iure conſtituit, ex *præallegatis iuribus*, & *l. ſi procuratorem*, *§.* 1. *ff. mandat. l. neque* 11. *§. fin. de procurator.* Gloſſ. *in cap. ex parte Decani*, *verb. Mandatum*, *de reſcript.* Gal. *practicar. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 71. *num.* 11. Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 38. *num.* 1. Myſinger. *obſeruat.* 43. *cent.* 1. Petr. Barboſ. *in l. cum prætor*, *§.* 1. *n.* 104. *cum ſeqq. ff. de iudic.* quod & coniunctus facere non prohibetur. Alexand. tamen Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 2. *reſol.* 3. *tit. de procurator. num.* 16. ſenſit, poſſe coniunctum etiam ante litem conteſtatam ſubſtituere; idem videtur Speculatori, *tit. de procurator. § ratione quoque conſtitutionis*, *num.* 9. Iacub. *in l.* 1. *C. de procurator.*

Verſ. *Nonò erit.*

Quod Prælatus, Tutor, Curator, & aliæ perſonæ ſimiles 58
adminiſtrationem alieni patrimonij habentes, poſſunt petere ſine ſpeciali mandato in integrum reſtitutionem, docent Greg. Lop. *in d. l.* 15. *tit.* 5. *part.* 3. *gloſſ.* 2. Odd. *d. quæſt.* 31. *num.* 33. Mauric. *cap.* 27. *num.* 3. *cum ſequentib.* Menoch. *conſ.* 936. *à*
numer. 4. nam illis, quibus à lege adminiſtratio committitur, 59
eam liberam habere cenſentur, *l. Præſes* 12. *C. de tranſact.* Alex. Trentacinq. *dict. tit. de procurator. reſol.* 1. *per totam*, Guttier. *de tutel.* 1. *p. cap.* 1. *num.* 15. *& part.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 22. *num.* 14. Ioan. Garc. *de donat. remunerator. num.* 23. Caldas *in dict. l. ſi curatorem*, *verb. Sine curatore*, *num.* 120. atque ideo omnia poſſunt peragere, quæ permittuntur illis, quibus à domino *cum libera* mandatum conceſſum eſt: ſic propter calumniam iurare poſſunt, Petr. Gregor. *ſyntagm. lib.* 48. *cap.* 7. *n.* 4. Camil. Borrell. *in ſumm. deciſ. tom.* 1. *tit.* 51. *de iuram. calumn. num.* 24. P. Suar. *de Relig. tom.* 2. *tractat. de iuramento. lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 3. Scaccia *de iudic. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 21. *&* 253. & alij plures apud Barboſ. *in collect. ad l.* 2. *§.* 2. *num.* 6. *C. de iur. propter calum.*

Verſ. *Decimò adnotandam.*

Ad defendendum illum, contra quem in integrum reſtitutio 60
petitur, non eſt neceſſe ſpeciale mandatum; Gregor. Lop. *in dict. gloſſ.* 2. Barboſ. *in collect. ad dict. l. vnic. num.* 3. *C. etiam per procurat.* qui Sforciam Oddum refert: Golin. *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 22. *in fine*, Mozz. *ſupra*, *tit. de mandat*, *verſ. Venio ad quartum*, *à num.* 12. *ad* 23.

AD CAPVT VII.

De hypotheca cum prælatione, quæ vxori pro dote competit.

SVMMARIVM.

1 *Qui de dote, eiuſque priuilegiis diſſeruerunt.*
2 *Mulier habet tacitam hypothecam in bonis mariti pro dote.*
3 *Etiamſi matrimonium verum non ſit, modo mulieris bona fide fuerit contractum.*
4 *In matrimonio putatiuo mulier agit ad dotem condictione ſine cauſa cum hypotheca.*
5 *Sponſa de futuro gaudet hypotheca pro eo, quod in dotem futuram præſtitit.*

6 *Mulier*

6 Mulier habet hypothecam pro dote in bonis ſoceri.
7 Et in bonis fideiuſſorum mariti.
8 Quando permiſſum eſt, fideiuſſores pro dotibus à marito accipere.
9 Bona minoris immobilia ſine decreto hypotheca dotali ſubijciuntur.
10 Non prodeſt viro proteſtatio, quod non vult bona ſua pro dote obligare.
11 Pactum, quo mulier hypotheca dotali renunciat, eſt nullum.
12 Quid ſi firmetur iuramento.
13 Hæretica non habet hypothecam pro dote.
14 Quid de Hebræa muliere.
15 A quo tempore incipiat pro dote tacita hypotheca.
16 Hypotheca ista tranſit in quemcumque mulieris ſucceſſorem.
17 Viro competit hypotheca pro dote promiſſa tam in bonis vxoris, quàm alterius promiſſoris.
18 Non habet prælationis priuilegium.
19 Proteſtatio non liberat ab huiuſmodi hypotheca promiſſorem, niſi maritus conſentiat.
20 Pro bonis paraphernalibus competit tacita hypotheca ſine prælatione.
21 Huiuſmodi hypotheca tacita extinguitur per expreſſam.
22 Bona paraphernalia quæ ſint.
23 Pro donatione propter nuptias datur tacita hypotheca ſine prælatione.
24 Quando mulieri concedatur priuilegium prælationis pro donatione propter nuptias.
25 Pro augmento dotis mulier gaudet hypotheca cum prælatione.
26 Quando vir auget dotem, augmentum habet hypothecam ſine prælatione.
27 Hypotheca pro dotis augmento incipit, à quo illud promiſſum, vel traditum eſt.
28 Mulieri datur hypotheca pro alimentis ſibi debitis, conſtante matrimonio à die dotis conſtituta.
29 Item pro alimentis præſtandis intra annum à morte viri, dum dos non reſtituitur.
30 An propter expreſſam hypothecam non competat tacita dotalis?
31 Mulier præfertur anterioribus creditoribus viri tacita hypotheca munitis, niſi pariter fuerint priuilegiati.
32 Dos legata nullis defuncti creditoribus anteferitur, imò omnibus poſtponitur.
33 Legata, quantumcunque priuilegiata, niſi omni ære alieno perſoluto, non debentur.
34 Sponſa de futuro adinſtar vxoris præfertur anterioribus creditoribus.
35 Expreſſa hypotheca mulieri non tollit ius prælationis, licèt tacita ceſſet.
36 Priuilegium prælationis non tranſit, niſi ad deſcendentes ex eo matrimonio, ad quod dos datur.
37 Ceſſionarius mulieris prælatione pro dote gaudet, quando habet regreſſum contra mulierem.
38 Mulier non præfertur anterioribus viri creditoribus cum expreſſa hypotheca.
39 Procedit etiam quoad bona quæſita poſt dotem conſtitutam, & traditam.
40 Mulier præfertur omnibus creditoribus pro rebus dotalibus, ſi extent, etſi æſtimata data fuerint.
41 Idem de dote putatiua dicendum eſt.
42 Hypotheca tacita mulieris expreſſæ poſteriori præfertur.
43 Hypotheca tacita regulariter, ulteriore expreſſa potior habetur.
44 Mulier cum expreſſa hypotheca non præfertur prioribus creditoribus ſimilem habentibus.
45 Limitatur, quando res dotales, etiam æſtimatæ, extant in viri bonis.
46 Mutuans ad certam rem emendam cum expreſſa hypotheca, præfertur in ea anterioribus creditoribus ſimilis mutuatis.
47 Quid ſi dos anterior cum creditore ſic mutuante concurrat.
48 Mutuans in caſu præmiſſo præfertur doti poſteriori.
49 Mutuans ad rei emptionem, an eam habeat tacitè obligatam?
50 Affirmatiua ſententia defenditur.
51 Explicatur l. quamuis 17. ff. de pignorib.
52 Reſpondetur ad l. licet 7. C. qui potiores.
53 Vendens habita fide de pretio, hypotheca in re vendita non gaudet.
54 Mutuans ad emptionem rei cum vſuris nullam obiit et hypothecam.
55 Mutuans cum vſuris non habet priuilegium d. l. licet.
56 Deponens, qui ex depoſita pecunia recipit vſuras, amittit priuilegium actionis depoſiti.
57 Regula l. de acceſſionibus, ff. de diuerſ. & temp. præſcript. frequenter in hypothecis fallit.
58 Nec procedit, vbi datur diuerſa vincendi ratio.
59 Mulier pro dote, & mutuans ad refectionem rei in ipſa, qui prior eſt tempore, potior eſt iure.
60 Dos confeſſata an gaudeat dotalibus priuilegiis? quò tractant.
61 Confeſſio dotis receptæ, matrimonio conſtante, an donationis cauſa facta præſumatur?
62 Defenditur opinio affirmatiua.
63 Inter perſonas coniunctas præſumuntur donationes fraudulentæ.
64 Qui donat propria coniugi, non delinquit.
65 Donatio inter virum, & vxorem, iuramento firmatur.
66 Iuramentum vinculum iniquitatis non eſt.
67 Donatio ob coniugalem affectionem præſumitur.
68 Explicatur titulus, C. de dot. caut. non numer.
69 Reſpondetur iuribus contrà adductis.
70 In dubio præſumendum eſt, actum exerceri licitum; & non vetitum.
71 Vna præſumptio alia fortiori tollitur.
72 Fœminarum genus auariſſimum.
73 Donatio non præſumitur niſi inter perſonas coniunctas, vt coniuges.
74 Donatio inter virum, & vxorem, cur prohibeatur?
75 Dos confeſſata non gaudet priuilegiis dotis numeratæ.
76 Dos confeſſata non eſt propriè dos.
77 Confeſſio dotis receptæ, facta donationis cauſa, poteſt à marito tacitè, vel expreſsè reuocari.
78 Indiget inſinuatione, & regulis omnibus donationis ſubijcitur.
79 Ius opponendi, quod confeſſio viri fuit donationis cauſa, durat poſt tempora exceptionis dotis non ſolutæ.
80 Confeſſio donationis cauſa emiſſa virum firmetur iuramento? refertur Negatiua.
81 Actus ſimulatus non firmatur iuramento.
82 Traditur ſententia, quæ affirmat, confeſſionem iuramento firmari.
83 Vera ſententia diſtinguens explicatur.
84 Simulatio ſine fraude eſſe non poteſt.
85 Confeſſio emiſſa, matrimonio conſtante, facta præſumitur donandi animo, licet maritus exceptioni dotis non ſolutæ renunciet.
86 Præſumpta donatio inter coniuges ex confeſſione dotis receptæ firmatur iuramento.
87 Qui vult antecedens, vult & conſequens, quod ex illo ſequitur neceſſariò.
88 Duæ ſpecialitates quando circa eandem rem poſſunt concurrere.
89 Intra quæ tempora exceptio dotis non numeratæ poteſt opponi.
90 Poſt lapſum temporis ad opponendam dotis non traditæ exceptionem, confeſſata dos præſumitur numerata, & gaudet priuilegiis veræ dotis.
91 Maritus, qui in confeſſione renunciauit exceptioni dotis non traditæ, an eam poſſit obijcere?
92 Quid ſi cum iuramento renuncietur.
93 Quid iure Regio.
94 Quid iure Luſitano.
95 Maritus, vel eius ſucceſſor, etiam poſt præteritum tempus ad opponendam exceptionem dotis non traditæ, admittitur ad probandum, dotem non fuiſſe ſolutam.
96 Maritus iurans, dotem recepiſſe, non poteſt opponere de dote non tradita.
97 Iurans pecuniam recepiſſe, non iuuatur exceptione non numeratæ pecuniæ.

98 *Quid ſi in ſe aſſumat onus probationis.*
99 *Maritus, qui iurauit, ſe dotem reſtituturum, poteſt vti exceptione dotis non ſoluta.*
100 *Promittens cum iuramento non opponere exceptionem dotis non traditæ, eam nequit proponere.*
101 *Confeſſio dotis receptæ facta quocunque tempore probat numerationem, ſi præceſſit promiſſio.*
102 *Debet conſtare de promiſſione per inſtrumentum diſtinctum ab eo, in quo ſit confeſſio.*
103 *Geminata confeſſio non excludit exceptionem dotis non ſolutæ.*
104 *Conciliatio in* l. contractibus, §. ſed quoniam, C. de non num. pec. cum l. fin. C. de dot. caut. *remiſſiuè.*
105 *Si vltra confeſſionem concurrant coniectura, dos confeſſata pro numerata habetur.*
106 *Exhibitio dotis à alimentorum an ſit coniectura, quod dos fuit numerata?*
107 *Singula quæ non proſunt, multa collecta iuuant.*
108 *Accedente vno teſte de traditione deponente, confeſſio viri probat dotis ſolutionem.*
109 *Confeſſio emiſſa in fauorem Tertij probat numerationem dotis.*
110 *Vtrum eo caſu locus ſit exceptioni dotis non traditæ?*
111 *Confeſſio dotis receptæ facta virtute ceſſionis mulieris de eo, quod ſibi debebatur, pro numeratione eſt, & an vir retrocedendo actionem liberetur?*
112 *Creditores, qui contraxere cum viro poſt promiſſionem, & ante traditionem dotis, vtrum mulieri præferantur?*
113 *Confeſſio receptæ dotis ante matrimonium, donationis gratia facta non præſumitur.*
114 *Idem eſt, ſi tempore contractus, vel poſteà ante matrimonium conſummatum fiat.*
115 *Quando confeſſio dotis receptæ noceat viri creditoribus? remiſſiuè.*
116 *Exceptio dotis non numeratæ poteſt per creditores viri opponi, quandiu ipſi licet.*
117 *Non poteſt opponi per creditores poſt tempora præſcripta, niſi propter ignorantiam reſtituantur.*
118 *An renunciatio exceptionis dotis non traditæ noceat mariti creditoribus?*
119 *Ex ea renunciatione oritur præſumptio donationis.*
120 *Vtrum inter creditores, qui confeſſione mariti nituntur, dos confeſſata ſit priuilegiata? remiſſiuè.*
121 *Quando non vrget præſumptio donationis, aut fraudis aduerſus mariti confeſſionem, mulier pro dote confeſſata præfertur futuris creditoribus.*
122 *Mulier habet tacitam hypothecam pro dote confeſſata, ceſſante donatione, aut fraudis ſuſpicione.*
123 *Præfertur omnibus chirographariis creditoribus.*
124 *Creditores hypothecarij potiores ſunt chirographariis anterioribus.*
125 *Licet mariti creditoribus obijcere exceptionem dotis non traditæ, licèt confeſſio fuerit ante matrimonium emiſſa.*
126 *Mulier quoties nequit quantitatem dotis habere ex bonis viri, reuertitur ad res, quas dedit in dotem, etiam æſtimatas, in quibus omnibus creditoribus anteponitur.*
127 *Eas aufert tertio poſſeſſori, etſi alienationi ipſa conſenſerit.*

1 AD intelligentiam eorum, quæ præſens caput complectitur, maximè, vltra alios infra referendos, oportet videre Merl. *de pignor. libr. 3. tit. 1. q. 5. & q. 23. & tit. 2. per totum*, Guttierr. *de iuram. confirmat. part. 1. cap. 46.* Ant. Gom. *in l. 50. Taur. à num. 37.* Ceuall. *tom. 1. q. 744.* Marẽſcot. *variar. lib. 2. cap. 117. num. 10. cum ſequentibus*, Nouell. *in tract. de dot. part. 6. à num. 1.* Mynſing. *cent. 3. obſeru. 3. verſ. Primum*, Neguſant. *de pignor part. 2. memb. 4. per totum*, Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 19. a princip.* Caſtill. *contron. lib. 3. cap. 4.* Greg. Lop. *in l. 17. gloſſ. 2. 3. tit. 11. part. 4.* Petr. Barboſ. *in l. 1. part. 6. ff. ſolut. matr.* Cardenal. *de iudic. tom. 1. tit. 5. diſp. 28.* Cancer. *variar. part. 1. cap. 9. à princip.* Pat. Molin. *de iuſt. & iur. diſp. 438.* Alexandr. Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de pignor. reſol. 9. per totum.*

Ad Num. 1.

2 Mulieri competit tacita hypotheca in bonis mariti pro ſua dote recuperanda, *l. 23. tit. 13. p. 5.* docent Petr. Gregor. *ſyntagmat. iur. libr. 9. cap. 24. num. 2.* Camil. Borrell. *in ſumm. deciſ. part. 3. tit. 5. num. 422.* Bald. *in l. vnica, §. & vt plenius, num. 3. C. de rei vxor. action.* vbi Alexand. *in princip.* Alberic. *num. 11. verſ. Dic tamen*, Pet. Barboſ. *in l. 1. part. 3. num. 27. verſ. Tertio*, Flor. de Men. *variar. lib. 1. q. 6. art. 3. numer. 3.* Bolaños *in commerc. terreſt. lib. 2. cap. 3. num. 26.* Caſtill. *num. 1.* Molin. *diſp. 423. num. 6.* Fachin. *contron. lib. 12. cap. 33.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 50. num. 3.* Rota apud Burat. *deciſ. 844. num. 2. in recent.* latè Merlin. *dict. tit. 2. q. 43.* Cancer. *num. 1.* Trentac. *num. 1.* Idem in matrimonio putatiuo bona fide mu- 3
lieris celebrato, Gloſſ. *in l. fin. verb. Licet anterioris, ad finem, C. qui potior.* Gloſſ. *in l. ſi cum dotem 23. §. fin. verb. Actionem, ff. ſol. matrim.* Molin. *dict. diſp. 438. num. 2.* Trentacinq. *num. 24.* Neguſant. *num. 104.* Roland. à Valle *de lucr. dot. q. 97. num. 2.* Bart. *in l. ſi cum dotem, §. fin. ff. ſol. matrim.* Ant. Gom. *num. 56.* Barboſ. *in collect. ad l. ſi ignorans 3. n. 2. C. ſol. matrim.* Melin. cum pluribus *q. 69.* & eſt communis, etſi diſſentiant aliqui. Quo caſu mulier non agit actione de dote, 4
ſed condictione ſine cauſa, cum illius priuilegiis, *l. 1. C. de condict. ob cauſ.* Ant. Gom. *num. 55.* Bart. *in l. fin. ff. de cond. ſine cauſa*, D. Couarr. *de matrimon. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 39.* Similiter ſponſa de futuro, ſi aliquid in dotem dederit, pro 5
eius repetitione agit hypothecaria, facit *l. 2. §. fin ff. de priuil. credit.* latè Merlin. *dict. tit. 2. q. 70.* Mantic. *ſupr. dict. tit. 19. num. 22. 23.* Valle, *q. 106. n. 14.* Angel. & Alberic. *in d. l. 1. §. fin.* etſi contrarium teneant Trentacinq. *num. 21. verſ. Secunda eſt opinio*, cum aliis, Molin. *num. 3.* Cancer. *num. 5.* eſtque magis communis, quæ omninò placet, cum mulier impedimento fuerit, quo minus nuptiæ ſubſequantur.

Eandem hypothecam obtinet mulier in bonis ſoceri, cum 6
ille dotem accepit, vel filio accipienti conſenſit, Menoch. *conſ. 33. num. 20.* Merlin. *q. 48.* Guttierr. *num. 3. 4.* Trentac. *num. 30.* Nec non in bonis fideiuſſorum: nam quamuis veti- 7
tum ſit, eos à maritis pro dotium reſtitutione dari, *l. 1. C. ne fideiuſſor. vel mand. dot.* nonnunquam tamen id permittitur, vt 8
poſt ſolutum coniugium, aut ſi vir vergat ad inopiam, vel in aliis caſibus, *cap. per veſtras 7. de donat. inter.* Merlin. *q. 33.* Ant. Gom. *num. 26. & 37. verſ. Item etiam*, Fachin. *contron. lib. 3. cap. 18.* Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ. 12. gloſſ. vnic.* Amatus *tom. 2. reſol. 91.* D. Larrea. *lib. 8. ſelectar. cap. fin.* Guttierr. *dict. part. 1. cap. 21.* Ceuall. *1. tom. q. 258.* Molin. *de iuſt. & iur. tom. 2. diſp. 425. num. 1. 2. & d. diſp. 438. n. 2.* Contrahitur præfata hypotheca in bonis etiam immobilibus 9
mariti minoris 25. annis ſine decreto, aut alia ſolemnitate aliàs requiſita in alienatione, aut hypotheca rerum earum, Anton. Gom. *dict. num. 37.* Molin. *diſp. 438. num. 2.* Merlin. qui latè diſputat, *q. 83.* Ant. de Fano *de pignorib. part. 2. memb. 4. n. 73.* Nouell. *p. 6. priuileg. 58.* Palac. Rub. *in cap. per veſtras, in rubric. §. 26. à num. 1.* Ceuall. *commun. tom. 1. q. 132.* Gregor. Lop. *l. 23. gloſſ. 2.* Neque prodeſt viro, ſi proteſtetur, ſe nolle 10
ſua bona pro dote obligari, Mantic. *dict. tit. 19. num. 4.* Merlin. *q. 43. num. 17.* & pactum, per quod mulier huic hypothe- 11
cæ renunciauerit, etiam tempore dotis conſtituendæ, non ſubſiſtit, Greg. Lop. *in dict. l. 23. gloſſ. 2.* Neguſant. *d. memb. 4. num. 8.* Fontanel. *vbi proximè, clauſ. 7. gloſſ. 1. p. 1. num. 9.* Palac. Rubios *in dict. cap. per veſtras. §. 14. num. 3. in 3. notab.* Merl. *d. q. 43. num. 19.* Guttierr. *in d. cap. 46. num. 11. cum ſeqq. vbi num. 13.* docet talem renunciationem iuramento fir- 12
matam valere: quod & antea tenuerat Bald. *in l. etiam, num. 2. C. ad Velleian.* Contra ſenſiſſe Rotam apud Bura. *dec. 831. n. 1.* refert Merl. qui in eadem reſidet ſententia *dict. q. 43. num. 18.* quoniam mulier nequit facere deteriorem cauſam dotis ſuæ, quam publicè intereſt conſeruari, *l. 2. ff. de iur. dot.* Cyriac. pluribus laudatis *tom. 2. contron. 295. num. 40.* De quo tamen vide Mol. *d. diſp. 438. in fin.* per *l. iubemus C. ad Velleianum*, Pet. Barboſ. *in d. l. 1. p. 5. num 99. in principio*, quod procedere poterit, niſi maritus ſoluendo non ſit tempore renunciationis, quia nullo modo tenebit renunciatio.

Hoc priuilegium tacitæ hypothecæ mulieri hæreticæ non 13
indulgetur; *authent. item priuilegium, C. de hæretic.* Neguſant. *d. memb. 4. num. 68.* Butri. *in cap. gaudemus, de diuort.* Palat. Rub. *in cap. per veſtras, in rubric. §. 35. à num. 3.* Petr. Greg. *ſyntagmat. iur. lib. 33. cap. 8. num. 8.* Farinac. *de hæreſi, q. 189. num. 45.* Rojas, *ſing. 214.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 43. num. 8.* & alij apud Merlin. *q. 81.* Qui *ſequenti quæſtione* 14
idem

idem in muliere Iudæa ſentit, ſaltem cum aduerſus Catholicos agit; Mantic. *dict. tit.* 19. *num.* 33. Communis verò aliud habet, quia huic verba legis non conueniunt, *l.* 4. *§. totes,, ff. de damn. infect.* nec odioſa debent extendi, *cap. odia, de reg. iur. in* 6. cuius Authores refert Merlin. *num.* 1. *ibidem.* Sed prima opinio ſatis probatur *in d. authentica*, ex illius ratione ibi expreſſa, quia ſcilicet Catholicam non participant communionem, imò ex verbis Iuſtiniani *in authe. de priuileg. dot. haret. mul. non praſt. collat.* 8. apertè conſtat, voluiſſe Imperatorem excludere ab huiuſmodi beneficio omnes mulieres, quæ Catholicæ non ſunt, eáſque hæreticas nuncupatur; quod patet in §. *quæ igitur*, vbi ita inquit: *Quia & hoc priuilegium, & tacitas hypothecas, & omnia alia, quæ mulieribus omnibus in diuerſis priuilegijs à noſtris legibus data ſunt; illis damus ſolis, quatenus hos vtantur, & fruantur, quæ diligentiam habent rectam; & adorandam noſtram fidem tenere* (*Catholica dicimus, & Apoſtolica Eccleſia*) *& participare in eius ſalutari communione.* Quæ verba ita aperta ſunt, vt nullam dubitandi rationem admittant; & hanc opinionem tuentur Cardinal. Abbas, & Alexandrin. *in d. cap gaudemus.*

15 Non conueniunt DD circa tempus, à quo mulier hanc hypothecam incipiat obtinere. Alij volunt à die dotis traditæ, Gloſſ. *in l. aſſiduus, verb. hypothecam, C. qui potior*, Bald. *ibi, num.* 18. Speculat. *titul. de obligat. & ſolution. §. nunc omnia, num.* 49. *verſ. Sed pone contraxi matrimonium*, Ant. Gom. *in dict. l.* 50. *Taur. num.* 38. Gutierr. *dict. cap.* 46. *num.* 8 9. vbi licet opinionem contrariam fateatur communem, hanc amplectitur, vt approbatam *l. Regia* 17. *tit.* 11. *p.* 4. Bolaños *d. cap.* 3. *num.* 16. Molin. *d. diſp.* 418. *num.* 10. Cuius ſententiæ fundamenta adducit, ac refutat Merlin. *q.* 74. *à num.* 11. qui ex multis oppoſitum tuetur à *num.* 23. ſcilicet hypothecam oriri, ex quo dos eſt marito promiſſa, & ſic tenent Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 81. *num.* 22. *& cont.* 110. *num.* 8. Fulgoſ. *conſ.* 216. Pariſ. *conſ.* 102. *num.* 16. 17. *vol.* 3. Aſini. *de executtion. §.* 7. *cap.* 105. *num.* 4. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 49. *num.* 15. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 93. *num.* 3. Acoſta *in tract. de retrotract. cap.* 8. *cap.* 31. *num.* 1. Parlador. *different.* 124. *num.* 5. Cancer. *d. cap.* 9. *num.* 10. Boër. *deciſ.* 331. Trentac. *num.* 27. *& num.* 25. quid de expreſſa, de qua etiam Molin. *vbi proximè*, Neguſant. *num.* 79. & lex *Partita*, qua motus eſt Gutierr. non ita vrget; ſiquidem ibi ſermo eſt de dote tradita, quæ promiſſa non fuit, quod ſuadetur ex eo, quod fit comparatio de dote ad paraphernа, quæ non deducuntur in pactum, nec promittuntur, ſed traditione ſola penes virum conſtituuntur.

Quæ ſententia ita eſt intelligenda, vt ſi dos promiſſa fuerit ante matrimonium, hypotheca non competat, niſi à die initi coniugij, Trentacinq. *dict. reſol.* 9. *num.* 25. Neguſant. *dict. memb.* 4. *num.* 79. Nouell. *ſupr. part.* 10. *num.* 38. *verſ. Et ex iſta*, Barboſ. *part.* 3. *num.* 34. *verſ. Poſtremo*, Gait. *de credit. cap.* 4. *in appendic. num.* 213. *in fine*, Griuell. *deciſ.* 67. vnde qui cum expreſſa hypotheca contraxerunt cum viro, poſt promiſſionem, & ante matrimonium contractum, potiores erunt. Ratio eſt: quia dos eſſe non poteſt ſine matrimonio, *l.* 3. *ff. de iur. dot.* vnde prius exiſtere debet hoc, quàm illa, quæ antequam ſit, nullum habere poteſt hypothecæ priuilegium, cum non entis nullæ ſint qualitates, *l. eius qui in prouincia* 41. *ff. ſi cert. petat.* de quo Merlin. *dict. q.* 74. *à num.* 7. vbi plura Quod tamen ſine controuerſia non eſt.

16 Quod ius transfert mulier in quemcunque ſucceſſorem, ſiue vniuerſalem, ſiue particularem, quia non perſonæ, ſed actioni conceſſum eſt; Olea *de ceſſion. iur. tit.* 6. *q.* 2. *num.* 12. Roderic. *de concurſ.* 1. *part. art.* 1. *num.* 16. 17. Valençuel. *conſ.* 25. *num.* 33. Schifordeguer. *libr.* 3. *tract.* 23. *q.* 22. Merlin. *q.* 47. *num.* 18. Molin. *num.* 4. Mantic. *dict. titul.* 19. *n.* 7. 8. Barboſ. *part.* 3. *num.* 30. *verſ Præterea*, Nouell. *part.* 12. *n.* 6. 7. Carthar. *deciſ.* 124. *num.* 6.

17 E conuerſo, maritus vtique obtinet tacitam hypothecam pro dote ſibi promiſſa, tam in bonis ipſius mulieris, quam alterius cuiuſlibet, qui illam conſtituat. *dict. l. vnica, §. & vt plenius, l.* 23. *titul.* 13. *part.* 5. Caſtill. *dict. cap.* 4. *numero* 2. Flor. de Mena *dict. q.* 6. *art.* 3. *num* 7. Mantic. *dict. titul.* 19. *numero* 1. Neguſant. *num.* 25. Surd. *dict. titul.* 8. *priuileg.* 5. *num.* 3. Merlin. *dict. q.* 43. *num.* 8. Neguſant. *dict. memb.* 4. *num.* 25. Bolaños *vbi ſupra*, Guttierr. *dict. cap.* 46. *in princip.*
18 Ant. Gom. *dict. num.* 37. *verſ. Item etiam.* Non tamen gaudet beneficio prælationis, quo mulier, ex *dict. l. aſſiduus*, vtitur; Caſtill. *num.* 3. Mantic. *dict. titul.* 19. *num.* 1. Gregor. Lop. *in dict. l.* 23. *gloſſ.* 1. Boër. *deciſ.* 318. *num.* 3. Bolaños *dict. lib.* 2. *commerc. terreſt. cap.* 12. *num.* 31. Nec talis promiſſor hypo- 19
thecam cuiat, proteſtando, nolle ſua bona pro dote obligari, niſi maritus conſentiat; Petr. Barboſ. *in d. l.* 1. *p.* 3. *num.* 27. *ff. ſol. matrim.*

Nedum pro dote, ſed & pro bonis paraphernalibus tacita 20
hypotheca mulieri tribuitur, non tamen cum prælatione; Merl. *q.* 54. *num.* 3. 6. Gut. *d. cap.* 46. *num.* 2. Gait. *de credito, in appendic. cap.* 4. *n.* 115. Ant. Gom. *d. l.* 50. *num.* 40 Molin. *de inſt. & iur. tom.* 2. *diſp.* 441. *num.* 1. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 117. *num.* 11. Cancer. *variar. p.* 1. *cap* 9. *num.* 17. Bolaños *d. cap.* 3. *num.* 26. *& d. cap.* 12. *num.* 32. Neguſant. *d. memb.* 4. *num.* 63. Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 44. *num.* 6. Anton. Fab. *in Cod. titul. de pact. convent. definit.* 3. *libr.* 5. Trentacinq. *dict.*
reſolut. 9. *num.* 23. Quæ tacita hypotheca ceſſat, ſi expreſsè 21
maritus bona obligauerit omnia, vel aliqua, *l. fin. C. de pactis*
convent. vbi notatur communiter. Sunt autem paraphernalia 22
bona, quæ maritus extra dotem vxoris (cuius ſunt propria) conſenſu tacito, vel expreſſo adminiſtrat, Merlin. *dict. q.* 54. *num.* 1. Gregor. Lop. *in dict. l.* 17. *tit.* 11. *part.* 4. Menoch. *co ſ.* 56. *n.* . *cum ſequentibus*, Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 33. *n.* 16. Guttierr. & alij proximè laudati. Quid in donationibus propter nuptias? docent Caſtill. *num* 31. Gratian. *diſcept. cap.* 33. *n.* 15. Sanch. *de matrimon. lib.* 6. *diſp.* 7. *num.* 15.

Verſ. *Eodem pacto eſt accipiendum.*

Pro rebus donatis propter nuptias mulieri competit tacita 23
hypotheca, non verò prælationis priuilegium, Neguſant *d. memb.* 4. *num.* 64. Iaſon *in §. fuerat antea, num.* 40. *Inſt. de actionib.* Mynſing. *ibi, num.* 21. Alciat. *in cap. cum contingat, num.* 18. *de iureiur.* Merlin. *q.* 51. *num.* 13. Barboſ. *in d. l.* 1. *part.* 6. *num.* 16. Bolaños *d. cap.* 3. *num.* 27. *& d. cap.* 11. *num.* 32. Ant. Gom. *in dict. l.* 50. *num.* 41. Gregor. Lop. *in d. l.* 23. *gloſſ.* 2. *in fine*, Cancer. *num.* 16. Caſtill. *d. num.* 31. Quod limitat *num.* 39. ſi remuneratoria fuerit, cui etiam erit prælatio-
nis priuilegium. Sed ſi mulier agat, non vt donationem lu- 24
cretur, ſed vt ea ſeruetur, tum pro ſecuritate dotis, tum ad onera matrimonij ſupportanda, prælationis priuilegio frui poterit, ſicut D. Couarr. videtur; cui conſentiunt Merlin. *n.* 4. Barboſ. *in d. l.* 2. *part.* 4. *num.* 31. Amat. Roderic. *in tract. de concurſ. & priuil. credit. part.* 1. *art.* 1. *num.* 21. Idem eſt quoad arrhas, *l.* 19 *tit.* 13. *part.* 5. Caſtillo, *num.* 34. Guttierr. *pract. lib.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 5. Ant. Gom. *num.* 41. qui ampliat ad ſponſalitiam largitatem, & lucra matrimonialia, pro quibus mulier habet hypothecam ſine prælatione. Quod vltimum negat cum alijs Mena *ſupr. num.* 1. & meritò.

Habet etiam mulier tacitam hypothecam cum omni priui- 25
legio, pro dotis augmento; Merl. *quæſt.* 50. apud quem plurimi, Cancer. *num.* 4. Caſanat. *conſ.* 54. *à num.* 34. Trentacinq. *num.* 22. Roland. *quæſt.* 100. *num.* 6. Nouell. *in d. l.* 1. *num.* 46. *ff. ſol. matrim.* Menoch. *conſ.* 453. *num.* 6. & *de præſumption. lib.* 3. *præſ.* 29. *num.* 78. *& præſumpt.* 45. *num.* 16. Barboſ. *in rubrica, p.* 3. *num.* 65. *prope finem, ff. ſ. lut. matrim.* Flores de Mena, *variar. lib.* 2. *cap.* 6. *art.* 3. *num.* 10.

Quod debet intelligi, quando mulier ipſa ſuam dotem au- 26
get; ſed cum vir aliquid in dotis incrementum vxori confert, bene datur pro eo hypotheca: at ius prælationis denegatur; Cancer. *ſupr.* Neguſant. *dict. memb.* 4. *num.* 46. *in fine*, Fulgoſ. *conſ.* 92. Natta *conſ.* 253. *num.* 7. Rota *deciſ.* 246. *num.* 3. *part.* 2. *in recent.* Merlin. *num.* 10. Cyriac, *tom.* 1. *controu.* 95. *num.*
10. *&* 21. & talis hypotheca non trahitur retrò ad tempus, 27
quo dos principalis fuit conſtituta; ſed incipit à die promiſſi augmenti, vel traditi, ſi non præceſſerit promiſſio; ex quo apparet, aliam eſſe hypothecam dotis principalis, & aliam augmenti; Merlin. *num.* 15. 16. Neguſ. *ſup.*

Controuertitur, num pro alimentis vxori debitis ex ſua 28
dote, matrimonio conſtante, habeat in bonis viri tacitam hypothecam? & affirmatiuè magis communiter reſponſum eſt; quin etiam prælationis iure iuuatur mulier, non ex quo ceſſatum fuit ab alimentorum præſtatione, ſed à die dotis conſtitutæ, modò non ante incipiat, quàm matrimonium fuerit initum, vt diximus *ſupr.* de dotali hypotheca; Bart. *in l. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo, num.* 7. *ff. ſol. matrim.* Gutierr. *dict. cap.* 46. *num.* 5. Bolaños, *dict. num.* 26. Flor. de

Men. *d.* §. 3. *num.* 7. Mynſinger. *obſeruat.* 64. *cent.* 1. Afflict.
deciſ. 10. *num.* 3. Negusant. *num.* 47. Lara *in l. ſiquis à liberis,*
§. *ſiquis ex his, num.* 38 *ff. de agnoſcend. liber.* Surd. *de aliment.*
dict. tit. 8. *quaſt.* 45. *num.* 16. Latè Merlin. omnino videndus,
quaſt. 51. *à principio, vſque ad num.* 30. qui plurimos refert.
29 Idem iuris obtinet in alimentis, quæ debentur mulieri intra
annum luctus, dum dos apud hæredes defuncti viri retinetur,
Merlin. *num.* 36.
30 Verùm, quoties tacita competit hypotheca pro dote mu-
lieri, ceſſet, ſi expreſſa interuenerit, iuxta *dict. l. fin. C. de
pact. convent.* fusè, ac optimè diſputat Merlin. *qu.* 59. *per to-
tam*, & vera reſolutio eſt, non ceſſare, Caſtill. *num.* 4. Sur.
conſ. 495. *numer.* 6. & *de aliment. titul.* 1. *quaſt.* 42. *num.* 45.
Negusant. *ſuprà, n.* 78. Barboſ. *part.* 5. *num.* 69. Trentacinq.
num. 3.

Verſ. *Secunda concluſio.*

31 Mulieri eſt priuilegium, vt ex ſua tacita hypotheca ante-
rioribus creditoribus ſimilem habentibus præponatur; quod
ſecus eſt, ſi & hi pariter fuerint priuilegiati; Cancer. *dict.
cap.* 9. *num.* 1. *verſ. Et licet*, Matienç *in l.* 7. *gloſſ.* 5. *nu-
mero* 34. *titul.* 16. *libr.* 5. *Recopilat.* Trentacinq. *num.* 5. Fon-
tanell. *dict. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 1. *num.* 10. Anton. Fab. *in
Cod. libr.* 8. *titul.* 8. *defin.* 16. Idem eſt de expreſſa, Tren-
tacinq. *num.* 3. Nouell. *dict. tract. de dot. part.* 10. *in princip.*
Negusant. *ſupr. num.* 99. Barboſ. *in dict. l. ſi cum dotem*, §.
transgrediamur, num. 28. Fachin. *controuerſ. lib.* 12. *cap.* 33.
Mantic. *dict. lib.* 11. *cap.* 19. *à principio*, Caſtillo *controuerſ.
lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 6. 10. 26. Molin. *de iuſt. & iur. diſp.* 438.
num. 4. 5. Merlin. *quaſt.* 31. 63. 71. *num.* 2. 4. *& quaſt.* 77.
Guttierr. *dict. cap.* 46. *num.* 7. Bolaños *dict. c. p.* 12. *num.* 33.
32 & ſi dos ex cauſa legati debeatur, prius ſoluendum eſt omni-
nibus teſtatoris creditoribus, Merlin. *dict. quaſt.* 71. *num.* 3.
33 quoniam legata quantumcunque priuilegiata locum non ha-
bent, niſi omni ære alieno deducto, *l. fin.* §. *licentia, C. de iur.
delib.*
34 Hoc ipſum priuilegium prælationis extenditur ad ſponſam
de futuro, ſi anticipare aliquid in dotem tradiderit, Merl.
dict. quaſt. 70. vbi alij, Bald. *in l. eos, num.* 2. *C. qui potior.*
vbi Angel. *num.* 1. etſi multi contradicant, quorum ſententia
poterit eſſe vera, cum per ſponſam ſtetit, ne matrimonium
contraheretur, nam ex eo quod quis impugnat, commodum
35 ſentire non debet, *cap. ex eo, de reg. iur. in* 6. Neque amitti-
tur, ſi interueniat expreſſa hypotheca, per quam non ceſſat
tacita, imò idem eſſet, ſi ceſſare diceretur, nam mulier ha-
bens expreſſam hypothecam potior erit creditoribus anterio-
ribus tacitam obtinentibus, ita vt quoad hoc nulla ſit inter
expreſſam, & tacitam differentia, Merlin. cum alij. *q.* 62.
36 Quod ius, cum perſonale ſit, minimè in ſucceſſores trans-
fertur, niſi ſint filij, aut deſcendentes progeniti ex matrimo-
nio, ad quod dos, quæ petitur, fuit conſtituta, Cancer. *num.*
13. Trentacinq. *num.* 29. Negusant. *d. memb.* 4. *num.* 95.
Nouell. *d. p.* 10. *limit.* 5. Molin. *d. diſp.* 438. *num.* 4. Merl.
quaſt. 47. *num.* 23. *cum. ſeqq.* Flores de Mena *dict. quaſt.* 6. *art.*
3. *num.* 10. Greg. Lop. *in l.* 33. *gloſſ.* 6. *tit.* 13. *p.* 5. Ant. Gom.
in d. l. 50. *num.* 45. Bolaños *vbi proximè, num.* 34. Olea pluri-
37 bus congeſtis, *dict. tit.* 6. *quaſt.* 2 *num.* 24. *& num.* 22. in ceſ-
ſionarium tunc tranſire dicit, cum mulieris intereſt, ne aduer-
ſus illam ceſſionarius regrediatur, Cancer. *ſupr.* Fachin. *dict.
lib.* 10. *cap.* 34. *in fine*, Amat. Rodrig. *de concurſ. credit. p.* 1.
art. 1. *num.* 17.

Verſ. *Tertia concluſio.*

38 Non præfertur mulier ex tacita hypotheca anterioribus
mariti creditoribus expreſſam habentibus. Hæc eſt communis,
atque tenenda ſententia, quam ſuſtinent Ceuall. *quaſt.* 371.
Negusant. *ſupr. num.* 98. *verſ. Tamen mulier*, Mantic. *dict. lib.*
11. *tit.* 26. *num.* 23. Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 25. *num.* 10. *verſ. An
autem*, Pacific. de Saluian. *inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 492. Gait.
de credit. cap. 4. *num.* 1197. Capell. Toloſ. *deciſ.* 217. Nouell.
de dot. p. 9. *priuil.* 1. *num.* 2. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 81. *n.* 23.
Guttierr. *practicar. lib.* 3. *cap.* 99. *num.* 8. *verſ. Nihilominus*,
Ant. Gom. *dict. l.* 50. *num.* 39. Bolaños *num.* 33. & multi relati
per Merlin. *quaſt.* 66. quos ſequitur, *num.* 10. *verſ Hac opi-
nione*; quicquid alij non pauci ſentiant, quos ipſe refert, *n.* 1.
Quibus accedit Caſtill. *num.* 15. qui aliud vult, *num.* 18. poſt
leg. 33. *tit.* 13. *part.* 5. & Barboſ. *dict. part.* 6. *à num.* 4.
Solet limitari præfata reſolutio in bonis quæſitis viro poſt 39
dotis hypothecam ad exemplum fiſci, qui ex ſua tacita po-
tior habetur anterioribus, etiam expreſſa hypotheca munitis
creditoribus, quoad quæſita poſt ſuum contractum, *l. ſi is qui*
28. *ff. de iur. fiſc.* quæ limitatio communis eſt, & defenditur à
Greg. Lop. in *dict. l.* 33. *gloſſ.* 4. Mantic. *dict. lib.* 11. *tit.* 26.
num. 23. Barboſ. *in dict. l.* 1. *part.* 2. *num.* 17. Guttierr. *d. q.* 99.
num. 18. Bolaños *dict. cap.* 12. *num.* 30. Cancer. *d. cap.* 9. *n.* 2.
Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 17. Ponte *conſ.* 80. *num.* 2.
ac multi alij per Merl. cumulati, *quaſt.* 68. *num.* 10. Ipſe verò
ab eis diſcedit, oppoſitum magis receptum dicens, *n.* 11. cui
adſtipulantur Gloſſ. *in d. l. aſſiduis, verb. Licet anterioris*, Ca-
ſtill. *num.* 22. Bolognet. *in l.* 1. *num.* 68. *ff. ſolut. matrim.* Crot.
num. 24. *verſ. Praterea*, Bulgarin. *num.* 41. Negusant. *d. memb.*
4. *num.* 102. Marta *in d. l.* 1. *quaſt.* 3. *num.* 11. *verſ. Quartò*,
Gizarel. *deciſ.* 1. Gait. *de credit. cap.* 4. *num.* 1602. & *in ap-
pendice euſdem capitis, num.* 12. Ant. Gom. *num.* 39. *in fine*,
multis omiſſis, quos Merlinus cumulat, *num.* 18. Quæ opinio
magis congruere videtur veritati, quandoquidem non omnia
priuilegia fiſci ſunt doti communia, neque è contra: vt Merli-
nus aduertit. *num.* 20. *&* 21. & Caſtill. *d. num.* 22. *verſ.
Prateteà.*
Principalis concluſio etiam limitatur ab omnibus, ſi res 40
mulieris in mariti bonis reperiantur; nam in illis, anteriori-
bus quibuſcunque creditoribus præfertur. Quod procedit, li-
cèt æſtimatæ in dotem fuerint deditæ, *l. in rebus* 30. vbi Gloſſ.
verb. Anteriores, C. de iur. dot. Caſtill. *num.* 23. Mantic. *d. lib.*
11. *tit.* 26. *num.* 29. Greg. Lop. *in d. l.* 33. *gloſſ.* 4. Pinel. *in l.* 1.
part. 3. *num.* 15. *verſ. Non obſtat: C. de bon. matern.* Rebell.
de obligat. iuſtitia. part. 2 *lib.* 5. *quaſt.* 2. *num.* 11. Mieres *de
priuileg. creditor. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 31. *cum ſequentibus*, Amat.
Roder. *d. tract. de concurſ. cred. part.* 1. *art.* 1. *à num.* 19. & 41
hoc in dote putatiua etiam procedere firmat Caſtill. *controuerſ.
lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 39.

Verſ. *Quarta concluſio.*

Hypotheca tacita dotis præponitur poſteriori expreſſæ: eſt 42
communis omnium: quod regulare eſt in omnibus cauſis, 43
Merlin. *quaſt.* 65. Guttierr. *dict. quaſt.* 99. *num.* 6. Chaſſan.
in catalog. glor. mund. part. 12. *conſid.* 99. *poſt principium:*
Roman. *ſing.* 147. Rebuf. *ad leg. Gallia, tom.* 2. *tit. de con-
ſtit. redit. art.* 1. *gloſſ.* 8. *num.* 14. Matienço *in l.* 7. *gloſſ* 7 *num.*
3. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilat.* Ant. Fab. *decad.* 6. *error.* 1. Caſtill.
controuerſ. lib. 3. *cap.* 4. *num.* 7. Tuſchus *pract. concluſ. lit. H.
concluſ.* 129. *num.* 39. Felician. *de cenſib. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5.
num. 8. Barboſ. *d. part.* 6. *num.* 17. *verſ. Illud certum*, Tren-
tacinq. *num.* 8. Mynſinger. *obſeru.* 13. *num.* 2. *cent.* 4. Negusant.
num. 98. Rodrig. *de ann. redditib. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 7. Burat.
deciſ. 844. *num.* 1. Rota *deciſ.* 328. *num.* 26. *part.* 5. *in recent.*

Ad Num. 2.

Mulier habens expreſſam hypothecam pro dote, potior 44
non eſt priore creditore ſimili hypotheca munito, Negusant.
num. 194. Gait. *cap.* 4. *num.* 1621. Mantic. *tit.* 26. *num.* 24. Gi-
zarella, *deciſ.* 1. *num.* 12. Fontanel. *ſuprà, dict. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2.
part. 1. *num.* 12. Marta *in dict. l.* 1. *quaſt.* 3. *num.* 32. Capell.
Toloſ. *deciſ.* 118. Rota *deciſ.* 150. *num.* 3. *part.* 7. *in recent.*
Molin. *num.* 9. Ant. Gom. *dict. l.* 50. *num.* 40. Ceuall. *dict. quaſt.*
371. *num.* 3. Guttierr. *dict. quaſt.* 99. *num.* 8. Alciat. *in dict.
l.* 1. *num.* 17. *ff. ſol. matrim.* & ita eſt cum his tenendum; etſi
contradicant Caſtill. *num.* 16. Barboſ. *num.* 16. 17. & alij, quos
recenſet, ac refellit Merlin. *quaſt.* 67. vbi *num.* 10. hoc limitat
rectè, quando res extant dotales, etſi æſtimatæ fuiſſent datæ, 45
nam quoad illas mulier anteponitur anterioribus creditoribus
cum expreſſa hypotheca, per *d. l. in rebus*, quod etiam do-
cent alij apud ipſum, omnino videndum.

Verſ. *Præter hac eſt etiam.*

Is, cuius pecunia res comparatur alteri, ſi conueniat vt ſpe- 46
cialiter ſibi ſit obligata, præfertur in ea anterioribus creditori-
bus, etiam expreſſam obtinentibus hypothecam, quando ſci-
licet nominatim mutuatum eſt ad effectum emendi eam rem,
quæ obligatur; Molin. *num.* 7. Barboſ. *dict. p.* 6. *n.* 22. *in fine*,
Gait.

Gait. *ſupr. cap.* 4. *num.* 2017. Giurb. *ad conſuetudin. Meſſan.*
cap. 9. *gloſſ.* 2. *num.* 47. Nouell. *in l.* 1. *num.* 223. *ff. ſolut. ma-*
trim. Cæpol. *caut.* 124. Caſtill. *d. lib.* 3. *controuerſ. cap.* 8.
num. 14. Afflict. *deciſ.* 306. *num.* 5. & *ibi* Vrſil. Ponte *dec.* 34.
à num. 3. Molin. *diſp.* 536. *num.* 13. Tuſch. *lit. H. concl.* 132.
num. 16. Ioſeph. Ludouic. *deciſ.* 45. *à num.* 19. Merlin. *q.* 23.
num. 3. Carleual. *de iudic. part.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 28. *num.* 1. & 3.
vbi plurimos congeſſit, Guttierr. *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 99. *in*
principio. Ceuall. *tom.* 1. *q.* 740. *in princip.* In quo omnes con-
cordant propter expreſſas iuris deciſiones.

47 Illud autem in controuerſiam vertitur; an huiuſmodi præ-
latio competat aduerſus perſonas, & cauſas priuileg atas prio-
rem habentes hypothecam? & quoad dotem affirmant Cæpo-
la, *caut.* 124. *num.* 12. Neguſant. *part.* 5. *memb.* 2. *num.* 12.
verſ. Sed eſt dubium. Gait. *de credito*, *cap.* 4. *num.* 1961.
Rota apud Burat. *deciſ.* 62. *num.* 4. Greg. Lop. *in l.* 30. *gloſſ.* 4.
tit. 13. *part.* 5. Matienço, *in d. l.* 7. *gloſſ.* 5. *num.* 8. Roderic. *de*
ann. redditib. lib. 2. *quæſt.* 20. *num.* 6. 7. teſtatúrque in Pintiana
Cancellaria ſæpè fuiſſe aduerſus dotem deciſum.

Negant Mol. *dict. diſput.* 438. *num.* 8. Barboſ. *dict. part.* 6.
num. 2. *verſ. Sed falſa*, Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 81. *num.* 23.
Afflict. *d. deciſ.* 306. *num.* 4. *verſ. Hoc not. no*, Mantica *dict.*
lib. 11. *tit.* 26. *num.* 17. Pacific. *de Saluian. inſpectio.* 3. *cap.* 2.
num. 507. Merl. *quæſt.* 31. *num.* 16. *verſ. Mihi certe*, *cum ſeqq.*
Guttierr. *dict. quæſt* 99. *num.* 20. vbi hanc ſententiam magis
communem, ac in praxi receptam, ait; cui adhærendum vi-
detur, cum in dubiis pro dotibus reſpondere melius ſit; *l. in*
ambiguis 86. *ff. de reg. iur.* prout D. Couarr. adhæret *in fine*
48 *numeri ſequentis*. Vbi autem hypotheca mutuantis eſt, prior
doti proculdubio præfertur, nam cùm ſit expreſſa, etiam ſe-
cluſo priuilegio ſuo, potior dotis cauſa haberetur, vt D. Co-
uarr. docuit *ſuprà*, *num.* 1. *verſ. Tertia concluſio*, & *num.* 2. *in*
principio. Vnde in his regula ſeruatur, vt prior tempore potior
ſit iure.

Ad Num. 3.

49 Anceps eſt hæc quæſtio: ſunt enim plures, qui cum *D. Co-*
uarr. inficiantur, mutuantem ad emptionem rei tacitam in ea
hypothecam obtinere, ſed tantum actionem perſonalem pri-
uilegiatam cum prælatione: per textum in *l. quamuis* 17. *C. de*
pignor. & *in l. licet* 7. *C. qui potior.* ita ſentiunt Gloſſ. *in l. quod*
quis 17. *verb. Ob nauem*, *ff. de priuileg. cred.* Surd. *de aliment.*
tit. 8. *priuil.* 48. *num.* 4. 7. Merl. *dict. q.* 23. *num.* 2. 6. Mantic.
d. lib. 11. *tit.* 12. *num.* 6. Gait. *ſupr. num.* 1198. Guttierr. *dict.*
lib. 3. *q.* 98. Matienc. *in d. l.* 7. *num.* 6. Neguſant. *ſup. n.* 163. &
eſt opinio receptiſſima.

50 Nihilominus contrarium pro viribus defendit Ceuall. *tom.* 1.
quæſt. 734. *num.* 4. *cum ſequentibus*, expendens textum expreſ-
ſum *in l.* 26. *tit.* 13. *part.* 5. vbi Gregor. Lop. *gloſſ.* 9. adnotauit
per eam conſtitutionem hanc controuerſiam iuris communis
eſſe deciſam; atque id ſuſtinent etiam Gloſſ. *in l. eidemque* 7.
verb. Res, *ff. qui potior.* Iaſ. *in l. creditor. num.* 5. *in fine*, *ff. ſi*
cert. petat. Pacific. *de Saluian. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 505. Flo-
res de Mena *dict. cap.* 6. *art.* 3. *num.* 5. Nauarr. *in manual. c.* 17.
num. 49. Bolaños *d. cap.* 3. *num.* 33. Idemque docent in mer-
catoribus obſeruandum, Stracca *de mercat. tract. de decoct. tit.*
qui potior. in bon. decoct. num. 10. Gail. *lib.* 2. *obſer.* 25. *num.* 12.
& 13. Quæ opinio maximè innititur æquitati, vt colligitur ex
51 traditis per Carleual. *d. diſput.* 28. *num.* 12. Pro qua, ad addu-
cta ab aduerſariis, poſſet dici, *dict. l. quamuis*, non obſtare;
quoniam *ibi* non conſtat, pecuniam fuiſſe ſpecialiter mutuatam
in emptionem prædij; ſed fratrem fratri abſolutè mutuum de-
diſſe, quod mutuatarius proprio arbitrio impendit, prædium
comparans; quo caſu, nullam hypothecam contrahi in re
52 empta, compertum eſt. Nec magis vrget *dict. l. licet*, cui D.
Couarr. reſpondet, non eſſe admittendum argumentum à con-
trario ſenſu, contra expreſſam iuris deciſionem *in authentico*,
de æqualitat. dot. §. *his conſequens*: nec ita licet argumentari,
vbi abſonus reſultat intellectus ob alicuius legis correctionem,
Auguſt. Barboſ. *in tract. de loc. commun. argument. iur. loc.* 27.
num. 5. qui plures refert.

Ibi: *Cui & illud accedit, quod res vendita.*

53 Ad hoc argumentum, quod fit de vendente, habita fide
de pretio, cui hypotheca nulla conceditur: (quod ſanè verum
eſt, Merlin. *lib.* 4. *quæſt.* 41. *num.* 31. Carleual. *d. diſput.* 28.
num. 29. Bartol. *in l. quod quis*, *ff. de priuileg. credit.* Auguſt.
Barboſ. *in collectan. ad l.* 1. *num.* 1. *ff. de actionib. empti*, vbi alij:)
negatur paritas; Non enim eadem æquitatis ratio in vtroque
reperitur, ſiquidem venditor habet fidem de pretio, quia ſua
intereſt vendere, & forſan aliter non poſſet; quare ob pro-
prium intereſſe dilationem ſolutionis concedens, dignus non
eſt beneficio hypothecæ: At mutuans, liberalitatem prorſus
exercet, cui magis fauere æquum eſt: hanc differentiæ ratio-
nem agnoſcunt Bartol. *in d. l. quod quis*, Tuſch. *lit. H. con-*
cluſ. 132. *num.* 31. Aſini. *tract. de exequution.* §. 7. *cap.* 51. Car-
leual. *vbi proximè*. Ex quo infertur, quòd ſi mutuans ad em- 54
ptionem accipiat vſuras, non gaudebit tacitæ hypothecæ pri-
uilegio, eius indulgendæ ratione ceſſante; atque ita prælatio
ex *dict. l. licet*, denegatur mutuanti vſurario, Carleual. *ſupr.*
Idem eſt de priuilegio legis, *interdum* 5. *ff. qui potior.* Anton. 55
de Amat. *variar. lib.* 1. *reſol.* 3. *num.* 73. Gaſp. Roder. *de ann.*
redditib. lib. 2. *q.* 20. *à num.* 13. ſimiliter in actione perſonali 56
depoſiti priuilegium amittitur, ſi is qui depoſuit, vſuras reci-
piat, Carleual. pluribus laudatis, *dict. tit.* 3. *diſp.* 31. *in fine*.

Tamen à prima ſententia recedendum non eſt, nam vltima,
etſi æqua ſit, nullo iuris communis loco probatur; quod autem
in *dict.* §. *his conſequens*, dicitur, referendum eſt ad dictam
legem *licet*, *C. qui potior.* quicquid lex *Partita* decidat, quæ
reſtringi debet ad mutuantem ad ædificandum in area debitoris,
per quod patrimonium melioris conditionis fit eius, qui ædifi-
cat, & hoc in aliorum creditorum cedit vtilitatem; ex quo,
iſte ſimilis eſt illi, qui ad refectionem mutuat; nec in *dict. l.*
agitur de eo, qui pecuniam dat ad aliquid de nouo emendum,
nec de mutuante ad fabricandam nauim, ſed ad reficiendam,
vel armandam.

Ibi: *Item aduerſus principalem.*

Regula *l. de acceſſionibus* 14. *ff. de diuerſ. & tempor. præſcr.* 57
vt ſcilicet, *Si vinco vincentem te*, *à fortiori vincam te*, ſæpiſſi-
me in hypothecis fallit; ſic mulier, licet vincat anteriores cre-
ditores tacitam hypothecam obtinentes, *dict. l. aſſiduis*, fiſcum
non vincit, qui ab illis ſuperatur, ſed pari pede currunt; *l.* 2.
C. de priuileg. fiſc. quod pluribus exemplis poſſet demonſtrari.
Ratio eſt, quia non procedit, vbi datur diuerſa vincendi cau- 58
ſa, Menoch. pluribus adductis, *conſ.* 127. *num.* 11. & in hypo-
thecis, vnaquæque ſuo diuerſo iure in prælatione vtitur. Ita
Guttier. *dict. quæſt.* 99. *num.* 25. 26. Trentac nq. *num.* 4. Caſtill.
latiſſime *dict. lib.* 3. *cap. vlt.* vbi quamplurimos cumulauit.

Ibi: *Hoc ipſum oſtenditur.*

Concurrente dote, ac credito eius, qui mutuauit ad refectio- 59
nem rei, cuius partes potiores habeantur in re ipſa refecta, du-
bitatur? & quoniam variæ ſunt Interpretum ſententiæ, de qui-
bus per Merlin. *quæſt.* 31. aliis omiſſis, illa verior ac receptior
eſt, quæ ait, inter mulierem, & talem creditorem temporis
ſeruari prioritatem, vt qui prior eſt tempore, potior ſit iure;
ſic tenent Gloſſ. *in d. l. interdum*, Mantic. *dict. lib.* 11. *tit.* 23.
num. 9. *verſ. Sed ſi mulier*, Cancer. *numer.* 7. Speculat. *titul. de*
obligat. & ſolut. §. 5. *num.* 45. Molin. *num.* 8. Rebuf. *ad conſti-*
tut. Galliæ, *tit. de redditib. art.* 1. *gloſſ.* 8. *num.* 26. 27. Cyriac.
tom. 1. *controuerſ.* 81. *num.* 19. 20. Flores de Mena, *dict. art.* 3.
num. 12. Merlin. *d. quæſt.* 31. *num.* 16. Bolaños, *dict. cap.* 82.
num. 25. etſi Guttierr. *dict. quæſt.* 99. *num.* 26. & alij, quos lau-
dat, ſentiant, mulierem etiam tempore poſteriorem eſſe præfe-
rendam. Illud ipſum ſeruatur in fiſco, & aliis, qui à iure præ-
lationis obtinent priuilegium, *l.* 2. *C. de priuileg. fiſc.* Barboſ.
dict. part. 6. *numer.* 15. Molin. *ſupr.* Caſtill. *d. cap.* 4. *num.* 10.
12. 27. Sed mulieri præfertur creditor poſterior, qui mutua-
uit ad militiæ emptionem, *authent. quod obtinet*, *C. de pignor.*
Molin. *vbi proximè*, de quo Merlin. *dict. lib.* 2. *quæſt.* 31. *poſt*
principium. Necnon qui funeris ſumptus fecit, Cancer. *num.* 9.
Flor. de Mena *dict. art.* 3. *num.* 11. Surd. *deciſ.* 255. D. Gar.
Maſtril. *deciſ.* 10. *num.* 8. 9. *part.* 1. Pacific. *dict. cap.* 4. *n.* 72.
88. latè Merlin. *lib.* 4. *quæſt.* 17.

Ad Num. 4.

Verùm dotis veræ priuilegia obtineat ea, de cuius traditione 60
per ſolam viri confeſſionem conſtat? docent Guttierr. *de iuram.*
confirmat.;

confirmat. part. 1. *cap.* 15. Ant.Gom. *in d. l.* 50. *Taur. num.* 52. Padill. *in authent. res quæ, num.* 120. *C. comm. de legat.* Surd. *deciſ.* 55. *num.* 5. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 13. Valaſc. *conſul.* 6. *tom.* 1. Merlin. *lib.* 3. *q.* 38. Mareſcot. *variar. lib.* 1. *cap.* 8. Trentacinq. *ſup. reſol.* 7. *de iur. dot.* Mantic. *dict. lib.* 11. *tit.* 20.

Verſ. *Primùm confeſſionem dotis receptæ.*

61 Confeſſionem dotis receptæ à viro emiſſam, matrimonio conſtante, animo donandi factam cenſeri, aſſeuerant Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ. vlt. part.* 1. *num.* 76. Mareſcot. *ſup. num.* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 9. *num.* 5. Menoch. *dict. lib.* 3. *præſ.* 12. *num.* 66. vbi hanc opinionem ſeruandam ait, quia magis recepta; etſi ipſe contrariam veriorem exiſtimet, Guttierr. *num.* 2. Rot. *deciſ.* 67. *num.* 7. Ioan. Baptiſt. *in ærario commun. opinion. lit. D. num.* 220. Menchac. *controuerſiar. vſufrequent. lib.* 3. *cap.* 46. *à num.* 1. Natta *conſ.* 148. *num.* 4. Paleot. *deciſ.* 331. Mohed. *deciſ.* 1. *num.* 1. *de confeſſ.* Creſcen. *deciſ.* 2. *de confeſſ.* Trentacinq. *ſupr. num.* 28. & alij plures, quos refert Merlin. *vbi proximè, num.* 1.

62 Oppoſitum, nempè talem confeſſionem factam, præſumi non animo donandi, ſed ſpe traditionis futuræ; præter *D. Couarruu.* placet Imol. *in l. ſi diuortio, ff. de verbor. obligat.* Arctin. *ibidem*, Crauet. *conſ.* 40. *col.* 1. Barboſ. *in d. l.* 1. *part.* 6. *num.* 30. *ff. ſol. matrim.* Menoch. *vbi proximè*, Valaſco, *conſult.* 5. *num.* 3.

Sed prima opinione, vt veriore, ac receptiore admiſſa,
63 (cui ſuffragatur præter adducta à Menoch. *d. præſ.* 12. *num* 58. 59. *l. data* 27. *C. de donat.* vbi inter domeſticas, coniunctáſque perſonas fraudulentæ præſumuntur donationes,) non obſunt, quæ pro contraria facere videntur.

64 Non primum de *l. meritò* 51. *ff. pro ſocio*, quoniam vir donando vxori delictum non perpetrat, etſi veniat contra prohibitionem legis, cum ea prohibitio inducta fuerit fauore ipſius donantis, qui iuri ſuo, ac vtilitati nocet, neque alij iniuriam infert, ; Guttierr. *de iuram. confirmat.* 1. *p. cap.* 3. *num.* 7. *verſ. Secundò reſpondeo.*

65 Atque ideò talis donatio iuramento firmatur, Ant. Gab. *commun. lib.* 3. *tit. de donat. num.* 1. Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 27. *verſ. Quintò infertur*, D. Couarr. cum multis, *in rubric. de teſtam.* 2. *part. num.* 30. Guttierr. *d. cap.* 3. *num.* 3. Sanch. *dict. lib.* 6. *diſput.* 11. *num.* 2. & eſt communis, quæ minimè firmaretur, ſi delictum contineret; ſi quidem iura-
66 mentum iniquitatis vinculum eſſe non poteſt, *cap. quanto* 18. *de iureiur. cap. inter cætera*, 22. *quæſt.* 4. Ant. Gom. *variar. dict. cap.* 14. *num.* 24. Ceuall. *quæſt.* 804. *num.* 3. Menoch. *conſ.* 401. *num.* 197. Thom. Del-bene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 2.
67 *cap.* 18. *dubit.* 6. *num.* 1. Vndè cum donare vxori, crimen non ſit, donatio propter coniugalem affectionem rectè præſumitur.

68 Non ſecundum, ex *titulo, C. de dote caut. non num.* tum quoniam in eo agitur tantum de confeſſione dotis ante matrimonium, vt multis videtur, Valaſc. *dict. conſult.* 5. *num.* 3. Barboſ. *in collectan. ad l.* 1. *num.* 4. *eod. tit.* tum quod etiam, conſtante coniugio fieri poteſt confeſſio dotis receptæ ſub ſpe futuræ numerationis: quod ex coniecturis dignoſcendum erit, quibus in hoc maximè ſtandum eſt; vt rectè admonet Merl. *dict. q.* 58. *num.* 7. 8. & omnes agnoſcunt, atque ita non eſt rarum, aut infrequens, maritum, manente coniugio, dotem recepiſſe fateri, animo eam recipiendi, vt locus ſit dicto titulo *de dot. caut.*

69 Ex quo infertur ſolutio ad tertium de textu *in authentico, de tempor. non ſolut. pecun. ſuper dot.* §. *ſin autem, verſ. Vbi enim*; nam Iuſtinianus loquitur de merito fatenti dotis receptionem ſpe futuræ numerationis: quod intelligendum eſt, vel quando ante matrimonium confeſſio emanauit, vel ſi ex coniecturis appareat, voluntatem donandi non habuiſſe maritum, licet iam inito coniugio fateatur. Eodem modo ſatisfit *l. ſi voluntate* 4. *C. de dot. promiſſ.* cui quartum innititur fundamentum.

70 Non obſtat tandem vltimum; nam & ſi in dubio præſumendum ſit, quem exercere actum permiſſum, & non ve-
71 titum, vt alibi diximus; hæc præſumptio altera vrgentiori tollitur, *l. Diuus* 8. *ff. de reſtit. in integ.* Marſil. cum plurib. *in l.* 1. §. *Diuus, num.* 28. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Guid. Pap. *de præſumpt. num* 32. Menoch. *eod. tract. lib.* 1. *quæſt.* 30. *per totam*, ſcilicet virum coniugis amore motum velle liberalitatem exe- 72
qui, quam fœminæ, cùm auariſſimæ ſint, blanditijs frequenter extorquent; *l. ſed ſi ego, quarta, in fine, ff. ad Velleian. l. ſi ſtipulata* 34. *ff. de donationib. inter. l. ſi à ſponſo* 16. *C. de donat. propt. nupt.* Tiraquel. *de legib. connubialib. l.* 9. *gloſſ.* 1. *part.* 9. *num.* 43. 176. Mantic. *de tacit. tom* 2. *lib.* 13. *tit.* 16. *num.* 3. & *tit.* 17. *num.* 1. Menoch. *dict. lib.* 3. *præſ.* 6. *n.* 57. Quaratione euaneſcit etiam præſumptio *l. cum de indebito* 5.
ff. de probat. Nam etſi nemo donare in dubio credatur, Carle- 73
ual. *de iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 23. *num.* 43. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 88. *à principio*. Cyriac. *tom.* 3. *controuerſ.* 495. *num.* 15. *cum ſequentibus*, Afflict. *deciſ.* 44. *num.* 24. hoc fallit
inter coniuges, inter quos ius donationes nimias præſumit, 74
atque ideo donationem inter virum, & vxorem prohibuit, ne mutuo amore ſe ſpolient, *l.* 1. *ff. de donat. inter.* Ex quibus colligitur, factam confeſſionem à viro, matrimonio conſtante, donationem dotis continere, quæ ob affectionem præſumitur, Menoch. *vbi proximè, num.* 30.

Verſ. *Secundò hinc apparet.*

Dotem, de cuius numeratione non conſtat, etſi maritus 75
eam recepiſſe aſſeueret, non gaudere dotalibus priuilegijs. docens Cancer. *num.* 14. Ducñas, *regul.* 260. *ampliat.* 9. Menchac. *dict. cap.* 46. *num.* 7. Caldas, *poſt quæſtion. Forenſ. conſ.* 16. *num.* 2. Cabed. *Luſitan. deciſ.* 177. *num.* 2. *part.* 1. Menoch. *d. præſ.* 12. *num.* 68. Merlin. *dict. quæſt.* 58. *num.* 11. Barboſ. *dict. part.* 6. *num.* 24. *verſ. Succedit*, Roderic. *de priuileg. & concur. creditor. part.* 1. *art.* 1. *num.* 18. Gait. *de credit. cap.* 4. *num.* 1713. *cum ſeqq.* Bolaños, *d. cap.* 12. *num.* 38. &
alij ſuprà adducti, in quo nemo diſcrepat, quoniam dos con- 76
feſſata, non eſt propriè dos; Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 190. *num.* 51. Padill. *in d. authent. res quæ, num.* 120. *C. commun. de leg.* Bald. *in dict. l. aſſiduis, num.* 9. Socin. Sen. *in dict. l.* 1. *num.* 88. *ff. ſol. matrim.*

Verſ. *Tertiò inde apparet.*

Confeſſionem dotis receptæ emiſſam animo donandi poteſt 77
vir tacitè, vel expreſsè reuocare; Sanch. *dict. diſp.* 9. *num.* 6. Menoch. *dict. præſumpt.* 12. *num.* 69. Valaſc. *dict. conſult.* 5. *num.* 16. Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 2. *diſp.* 439. *numer.* 22. Trentacinq. *d. reſol.* 7. *num.* 3. quæ confeſſio indiget inſinua-
tione, ſi quantitatem quingentorum aureorum excedat. Fon- 78
tan. *de pact. nupt. clauſ. vlt p.* 1. *num.* 73. 74. Burat. *deciſ.* 108. *num.* 14. *cum ſeqq.* Merl. *d. q.* 58. *num.* 10. & regulis donationum inter coniuges ſubijcitur, vt ex Sanch. *vbi ſupra*, & alijs, quorum meminimus, conſtat. Quod autem de inſinuatione dictum eſt, ſolum in marito locum habet; nam donatio dotis cauſa facta, inſinuatione non indiget; *l. vltim. C. de iur. dot.* Canar. *de inſinuat. q.* 57. Peregrin. *conſ.* 76. *num.* 25. Ant. Fab. *in Codic. lib.* 3. *tit.* 20. *definit.* 6. *num.* 14. Palac. Rub. *in cap. per veſtras, in rub* §. 82. *numer.* 2. Qui hanc differentiam rectè notat.

Verſ. *Quartò, idem conſtat.*

Licet elapſa ſint tempora opponendi exceptionem dotis non 79
numeratæ, via non clauditur ad obijciendum, confeſſionem fuiſſe emiſſam donandi animo; Sanch. *num.* 9. Menoch. *n.* 74. Molin. *d. diſp.* 439. *in fine*, Mareſ. *d. c.* 8. *num.* 3. 19. quæ exceptio perpetuò durat propter ſimulationem, Menoch. *numero* 57.

Verſ. *Quintò, eadem ratione.*

Communiter affirmant DD. donationem inter virum & 80
vxorem, accedente iuramento valere; Mol. *ſup. num.* 23. Ducñ. *reg.* 219. *ampliat.* 2. *verſ. Contrariam opinionem*, & alij, quos paulò ante adduximus ad hoc ipſum probandum, ſub *hoc num. verſ. Primum confeſſionem*, Quamvis contrarium multis etiam placeat, quos cumulat Ducñ. *ibidem*, & Sanch. *d. diſp.* 11. *n.* 1. Sed an idem ſit in donatione inter coniuges præſumpta ex confeſſione receptæ dotis? diſputatur. Sunt qui abſolutè negant, huiuſmodi donationem iuramento confirmari, Ant. Gom. *d. l.* 50. *Tau. num.* 52. *verſ. Quod extende*. Ludou. Lop. *de contractibus cap.* 47. §. *nunc verò agendum*, Iul. Clar. *lib.* 4. *receptar. verb. Donatio*, *q.* 9. *verſ. Hæc tamen concluſio*. Rot. *deciſ.* 55. *num.* 14. & *deciſ.* 239. *num.* 9. *p.* 6. *in recent.* Burat. *deciſ.* 611. *num.* 5. 6. & *deciſ.* 33. Ioan. Baptiſt. *ſup. lit. D. num.* 220. Coſt.

in l. ſi ex cautione, Fallent. 9. in fine, C. de non numer. pec. Menoch. *d. praſ.* 12. *num.* 43. vbi multos laudat, quibus addendi ſunt omnes, qui negant, donationem inter virum & vxorem iuramento validam eſſe; nam à fortiori idem in præſenti tenebunt; hi recenſentur à Sanch. & Dueñas, vt proximè dictum eſt.

81 Huius ſententiæ potiſſimum fundamentum eſt, quia hæc donatio ſimulationem continet, & actus ſimulatus non confirmatur iuramento; Anton. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 20. Menoch. *dict. lib.* 3. *præſumpt.* 122. *num.* 62. Farinac. *in prax. crim. part.* 5. *tit. de falſit. & ſimulat. quæſt.* 162. *num.* 67. *cum ſequentibus*, Maſcard. *concluſ.* 265. *num.* 10. 11. Petr. Barboſ. *in d. l.* 1. *part.* 6. *num.* 47. 48. Gutierr. *ſupr. p.* 1. *cap.* 15. *n.* 3. *in fin.* Olea *de ceſſion. iur. tit.* 8 *q.* 1. *num.* 3.

82 Per contrarium alij volunt talem confeſſionem donationis cauſa factam, matrimonio conſtante, firmam, irreuocabilémque manere, ſi iuramentum acceſſerit; Valaſc. *conſult.* 5. *n.* 19. Mantic. *ſupr. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 8. *verſ. Quod magis*, Rot. *deciſ.* 24. *num.* 8. *part.* 7. *in recent.* Mareſc. *d. cap.* 8. *num.* 3. *cum ſequentibus*, & alij, quos commemorat Menoch. *d. præſ.* 12. *num.* 46. 47. Ratio horum eſt, ex obſeruatione talis iuramenti nullum ſequi ſalutis æternæ detrimentum, atque ideo ſeruari debere, *cap. cum contingat* 28. *de iureiur.*

83 Tertia opinio rectius diſtinguit inter iuramentum aſſertorium, & promiſſorium; vt hoc interueniente maneat confeſſio, ſeu donatio irreuocabilis; ſecus ſi illud accedat. Pro cuius diſtinctionis intelligentia notandum eſt, dupliciter poſſe maritum iurare talem confeſſionem, vel affirmando cum iuramento ſe dotem recepiſſe, & hoc iuramentum dicitur aſſertorium; vel promittendo ſub iureiurando ſe reſtiturum dotem, quam aſſerit recepiſſe, quod iuramentum promiſſorium nuncupatur; Menoch. *d. præſ.* 12. *num.* 41. Sanch. *diſp.* 12. *num.* 4. Merlin. *d. quæſt.* 58. *num.* 108. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 6. *num.* 48. Gutierr. *de iuram. confirm. d. cap.* 3. *num.* 11. *& cap.* 15. *num.* 4. Ideo autem aſſertorio firmari donationem inficiantur, quia maritus dum iurat, ſe dotem recepiſſe, quæ verè ei tradita non fuit, illud ſolum affirmat, ſibi ſatisfactum eſſe de dote confeſſata, quoniam vxorem beneficio liberaliter vult afficere, contra quod non facit reuocans talem donationem, ſi quidem quod verè coniugi donatur, licet reuocare. Nec turpitudinem allegat, dum venit aduerſus donationem; (videbatur enim periurium ſuum detegere, qui ſe donaſſe dotem dicit, quam recepiſſe iurauerat,) ſed non eſt ita, nec mendacij, aut periurij reus erit iſte; vt benè aduertit Sanch. *d. diſput.* 12. *num.* 3. nam quod donare voluit vxori dotis nomine, ab eadem acceptum iure dici poteſt, quo propoſitio verificatur, argument. *l. ſingularia, ff. de reb. cred. l. licet, §. quoties, ff. de iur. dot.*

84 At cum iureiurando promittitur reſtitutio dotis confeſſatæ, illud violat maritus, ſi confeſſionem reuocet, quod ſeruare tenetur, cum non tendat in ſalutis æternæ diſpendium: atque ita eſt intelligenda ſecunda ſententia nuper adducta.

Quibus non refragatur fundamentum primæ, quoniam huiuſmodi confeſſio ſimulationis vitium non continet, ſiquidem fraus nulla adeſt, ſine qua ſimulatio eſſe non poteſt, Menoch. ex aliis *conſ.* 38. *num.* 47. Nec fit fraus legi prohibenti donationem inter coniuges, nam cum talis confeſſio iure pro donatione habeatur, idem eſt, ſic fateri, ac expreſsè donare. Neque actus cenſetur ſimulatus, niſi cauſa adſit ſimulandi: Noguerol *alleg.* 20. *num.* 163. Farinac. *de ſimulat. q.* 162. *num.* 136. Mareſc. *lib.* 1. *cap.* 133. *num.* 5. Cyriac. *tom.* 1. *controu.* 131. *num.* 33. & ſimulatio non eſt, vnum contractum pro alio ſupponere, dolo ceſſante; Noguerol *allegat.* 32. *num.* 109. Farinac. *ſupr. num.* 43. 51. 52. Caſtrenſ. *in d. l. ſingularia, num.* 7. Tunc autem confeſſio dotis receptæ ſimulata diceretur, vt iuramento non poſſet confirmari ob conſenſus defectum, quando non animo donandi fieret, veluti ſi maritus dicat, ſe dotem recepiſſe, vt proprio honori conſulat, vt parentibus, ac propinquis ſatisfaciat, ne reprehendatur, aut notetur, quod vxorem duxerit indotatam, Sanch. *d. diſp.* 9. *num.* 2. Et ita diſtinctionem traditam vltra laudatos *ſuprà*, probant Bald. Nouel. *in d. l.* 1. *num.* 204. Palac. Rub. *in rubr. de donat.* §. 51. *num.* 4. 5. 6. Anton. Gabr. *tom.* 3. *commun. lib.* 3. *tit. de donat. concluſ.* 3. *n.* 4. 5. Dueñ. *d. ampliat.* 2. *verſ. Eſt tamen*, Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg.* 71. *num.* 55. 56. Trentac. *ſup. num.* 23. 24. Mol. *num.* 24.

Ad Num. 5.

Suſtinendo, quod confeſſio receptæ dotis, conſtante ma- 85
trimonio emiſſa, inducit donationem, vt probauimus; idem à fortiori dicendum erit, ſi accedat renuntiatio exceptionis dotis non numeratæ, ex qua maior præſumptio oritur donationis; Gutierr. *d. cap.* 15. *num.* 2. Menoch. *lib.* 3. *controuerſ. vſufrequent. cap.* 46. *num.* 1. *& ſeqq.* & hanc ſententiam, vt communem docent, Menoch. *d. præſ.* 12. *num.* 51. Merl. *d. q.* 58. *num.* 66. Trentacinq. *num.* 28. *verſ. Tu non diſcedas.*

Ibi: *Imò eadem ratione.*

Ex dictis numeris præcedentibus verius videtur, hoc caſu 86
irreuocabilem reddi confeſſionem, aut donationem virtute iuramenti. Nec hoc impugnat argumentum, *D. Couarr.* cui innititur ad contra ſentiendum; quandoquidem ex eo quod ius præſumit donationem ex tali confeſſione, eius confirmatio iuramento interueniente confirmatorio debet admitti; nam qui 87
vult antecedens, vult & conſequens, quod neceſſariò ſequitur ex illo; *l.* 1. §. 1. *ff. ſi vſusfruct. petat.* Menoch. *conſ.* 366. *n.* 47. Dyn. *in cap. cum quid, de regul. iur. in* 6. Carroc. *ibi, in* 4. *limitat.* Argel. *de acquir. poſſeſſ. q.* 7. *art.* 5. *num.* 8. & abſurdum 88
non eſt, duo hic fauorabilia, & ſpecialia concurrere, cum à diuerſis cauſis proueniant, ſcilicet præſumptio donationis ab amore coniugali, & confirmatio à iuramenti religione, maximè cùm vnum ſpeciale veniat in conſequentiam alterius; Alexand. *in l. ſi aliquam rem, num.* 21. *verſ. Non obſtat, quod vna filio, ff. de acq. poſſeſſ.* Argel. *ſupr. art.* 3. *num.* 10. 11. & duas ſpecialitates circa eandem cauſam concurrere poſſe ex pluribus, probat Barboſ. *in collectan. ad l.* 1. *num.* 3. *verſ. In ſummarium, C. de dot. promiſſion.* Sed licet aliquando poſſit contingere, donationem hanc contra voluntatem mariti admitti, non omnino illi clauditur via, quin probare poſſit, ſpe futuræ traditionis dotis receptæ confeſſionem emiſiſſe, obtenta relaxatione iuramenti.

Verſ. *Quod ſi velimus.*

Quoties confeſſio viri iudicatur facta ſpe futuræ traditionis, 89
competit marito & eius ſucceſſoribus exceptio dotis non numeratæ, intra annum à die ſoluti matrimonij, ſi intra biennium fuerit ſolutum, quod ſi vſque ad decennium durет trium menſium ſpatio talis exceptio præſcribitur, decennio autem elapſo, dum coniugium extat, etſi poſtea diſſoluatur, ius opponendæ eius exceptionis penitus denegatur, *l. fin. & authentica, quod locum, C. de dot. caut. non num.* Ant. Gom. *in d. l.* 50. *num.* 32. Rebell. *de obligat. iuſtit. p.* 2. *lib.* 6. *q.* 10. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, p.* 1. *cap.* 11. *à num.* 38. *ff. de iuſt. & iur.* Mol. *num.* 2. qui *num.* 5. docet, hanc exceptionem competere etiam contra extraneum, ad cuius fauorem maritus faſſus eſt dotis receptionem: Quæ ceſſant, ſi tabellio in inſtrumento teſtetur de traditione, Mol. *num.* 3. Anton. Gom. *ſupr. num.* 32. Valaſc. *conſ.* 5. *num.* 11. Hermoſ. cum multis *in l.* 9. *gloſſ.* 7. *num.* 27. *tit.* 1. *p.* 5. At poſt tempora hæc elapſa talis confeſſio præiudi- 90
cat, ac ſi de dotis numeratione conſtaret aliter, nam numerata præſumitur, Menoch. *dict. præſumpt.* 12. *num.* 19. 75. *verſ. Cæterum*, Merlinus *num.* 94. *&* 96. Mareſcot. *num.* 17. vbi alios laudat vide *infrà*, *num.* 95. Sed ſi confeſſio fiat in fraudem creditorum, & mulier agat, repelletur ſimulationis, ac fraudis exceptione quocunque tempore, ſi doli fuerit particeps; quod ſi poſſideat, obtinebit in lite, nam cùm ſit turpitudo ab vtraque parte, melior eſt conditio poſſidentis; *l. ſi ob turpem* 8. *ff. de condict. ob turp. cauſ.* At cum mulier in dolo non fuit, etiam agens ſuperabit; Trentacinq. *d. reſol.* 7. *num.* 5. 7. 8.

Cum verò renunciatum fuerit præfatæ exceptioni, diſtin- 91
guunt communiter DD. nam ſi ſimul fiant confeſſio, & renuntiatio, hæc non obſtabit, quo minus excipi de non numerata dote poſſit; ſed ſi ex interuallo renuncietur, non audietur excipiens; Menoch. *dict. præſ.* 12. *num.* 17. 18. Anton. Gom. *dict. num.* 32. *verſ. Quod extende*, paulò *poſt principium*, Barboſ. *in d. l.* 1. *p.* 6. *num.* 27. *in fine*, *&* 28. Angel. *in §. fuerat antea, colum.* 11. *num.* 15. *Inſt. de action.* Iaſon *ibidem col.* 15. *num.* 80. Bald. Nouel. *in tract. de dot. p.* 10. *q.* 4. *col.* 2. *verſ. Sed tu pro veritate diſtingue*, Merlin. *num.* 97. Alexand. Trentacinq. *ſupr. num.* 12. Valaſc. *conſ.* 5. *num.* 12. Molin. *diſp.* 439. *num.*

92 *num.* 14 Guttierr. *d.p.1.cap.37.num.*10. At ſi cum iuramento
maritus etiam in continenti renunciet exceptioni, ea vti non
poterit, prout tenet communis ſententia; Hermoſill. apud
quem plurimi, *in l. 9. gloſſ.* 8. *num.* 10. *cum ſeqq. tit. 1. p. 5.*
Trentacinq. *vbi proximè.*

93 Hæc de iure communi omninò ſunt vera; ſed per *dict. l. 9.*
Partita, in fine, aliud apud nos tenendum eſt; cùm ibi expreſ-
sè cauatur, valere renunciationem exceptionis non numera-
tæ pecuniæ in continenti factam in eodem inſtrumento con-
feſſionis; Gregor. Lopez *ibi*, Guttierr. *vbi proximè, num.*9.
Hermoſill. *dict. gloſſ.*8. 9. *num.*4. vbi alios refert, atque ideo ſi
maritus renunciet huic exceptioni in eodem inſtrumento, in
quo dotem recepiſſe fatetur, eam allegans non audietur; Mol.
94 *vbi proximè*, Mench. *de ſucceſſion. creat.* §. 9. *num.* 22. Iure au-
tem Luſitano huiuſmodi renunciatio nullius eſt momenti, &
pœna amiſſionis Officij imponitur Tabellioni, qui inſtrumen-
tum cum illa confecerit; ita ſtabilitur *lib. 4 ordinam. Luſitan.*
tit.47. in princip. Barboſ. *in remiſſion. ad illud tit.* 51. *in princip.*
num 11. 12. Molin. *diſp.* 302. *verſ. Vtrum*, Hermoſ. *num.*3.
Valaſc. *conſult* 5. *num.* 12. 13.

95 Dubitatur, vtrum poſt decurſa tempora opponendi exce-
ptionem dotis non numeratæ, valeat maritus, vel eius ſucceſ-
ſor obijcere dotem non fuiſſe traditam, aſſumendo in ſe onus
probationis? De quo Coſta *in l. ſi ex cautione. vlt. fallent. à*
num. 4. *C. de non numer. pecun.* Barboſ. *in d. l. 1. p.6. num.*36.
vbi reſoluit, verius, ac receptius eſſe, maritum, & alios, quo-
rum intereſt, admitti poſt tempus elapſum ad probandum, do-
tem non fuiſſe receptam.

96 Si maritus iurauerit ſe accepiſſe dotem, non poterit excipe-
re de non numerata dote; Bald. & Salycet. *in l. vlt. C. de non*
num. pecun. Coſta *vbi proximè, fallent.9. num.* 2. *verſ. Sed &*
Bartholomæus, Molin. *num.*8. Valaſc. *vbi ſupra*, Aymon Cra-
uet. *conſ.*40. *num.* 1. *in fine*, Menoch. *num.* 27. Merlin. *n.*100.
Hermoſill. *ſupr. num.*3. Rebuf. *ad leg. Gall. tom.* 1. *tract. de Chi-*
rograph. & cedul. recognit. art. 2. *num.* 23. Benechend. *in addit.*
97 *ad Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg.*60. *num.*9. Idemque
in alijs cauſis obſeruatur, quoties debitor cum iuramento fate-
tur pecuniæ receptionem, quia exceptione pecuniæ non nume-
ratæ non gaudet; Ant. Gom. *variar. lib.2. cap.6. num.* 2. *verſ.*
Attende, Rebuf. *ad leges Galliæ, tom.* 1. *tractat. de Chirograph.*
& cedul. recogn. art. 2. *num.* 23. Coſta *ſupra, num.* 6. *in fine*,
Menchac. *de ſucceſſion. creat.* §. 9. *num.*9. Hermoſ. *in dict. l.9.*
*gloſſ.7. n.*3. Guttierr. *d. cap.* 37. *num.*8.

98 Sed quamuis hoc caſu marito denegetur exceptio iſta, vt
mulier debeat probare traditionem, audietur tamen ipſe volens
probare negatiuam, videlicet dotem verè non recepiſſe. Ita
docent Coſta *dict. fallent.9. num.* 6. Bauer. *de virtut. iurament.*
*num.*46. *verſ.*31. Hieronym. Zerzer. *de iurament. lib.* 1. *c.*26.
num. 14. Cardin. Tuſc. *practicar. concluſ. lit. E. concluſ.*421.
*num.*5. Barboſ. *dict. part.6. num.*46. *prope finem*, Trentacinq.
*dict. lib.3. reſolut.*20 *de ſolut. verſ. Secunda concluſio*, Mantica
de tacit. & ambig. conuent. lib. 18. *tit.4. num* 4. Hermoſill. *dict.*
*gloſſ.7. n.*63. Felin. *in cap. ſi cautio, de fide inſtrument.*

99 Si autem maritus non iurauerit, ſe dotem recepiſſe, ſed cum
iuramento ſe obligauerit ad reſtitutionem illius, exceptionem
dotis non traditæ intra tempus conſtitutum opponere non pro-
hibetur; Guttierr. *dict. cap.*37. *num.*1. Merlin. *num.*99. Ant.
Gom. *dict. num.*51. *verſ. Quod extende, in principio*, nam iu-
ramentum iſtud recipit conditionem, *ſi dos tradatur*, quando
fit promiſſio ſpe futuræ numerationis, *l. fin. C. de non numer.*
pecun. Molin. & Valaſc. *vbi proximè*, licèt contra ſentiant plu-
res, tenentes etiam hoc caſu exceptionem opponi non poſſe;
quos cumulant Menoch. *ſupra, dict.* §.9. *num.* 19. & Hermoſ.
num. 4.

100 Quando iurauit vir, non opponere huiuſmodi exceptionem,
ipſa vti minimè licebit; Menoch. *ſupr. num.*29.30. apud quem
Bart. Salicet. & Gozadin. Guttierr. *d. cap.*37. *num.*10.

Ad Num. 6.

101 Confeſſio dotis receptæ, vbi præceſſit promiſſio eius, pro-
bat numerationem, ſiue ante matrimonium, ſiue eo conſtante
emittatur; Ant. Gom. *d. verſ. Quod extende, in lim.*4. Ceuall.
*q.*432. *verſ. Sed contrarium, ad medium*; Baptiſta *de priuileg.*
*dotal. cent.*1. *n.*8. Ant. Gabr. *commun. lib.3. tit. de iur. dot. conc.*4.
Menoch. *num.*20.53. Mareſc. *d. c.*8. *n.*13. Sanch. *d. diſp.*8. *n.*10.
Barboſ. *d. p.6. num.*51.52. Barboſ. Iunior *in collect. ad l.* 1. *n.*6.
cum ſeqq. C. de dot. caut. non numer. Fontanel. *d. clauſul. vltim.*
*p.*1. *num.*31. Mol. *num.*6. Valaſc. *num.*5. Trentacinq. *d. num.* 12.
verſ. Tertio non procedit, Crauet. *conſ* 40.

Quod debet intelligi, cum promiſſio anteceſſit matrimo-
nium, quo caſu exceptioni dotis non traditæ locus non eſt, vt
notat Trentac. *loc. cit.* & Merlin. *n.*83. vbi plures laudat. In quo 102
aduertere oportet, quod debet conſtare de dotis promiſſione per
ſcripturam diſtinctam ab ea, in qua maritus fatetur receptio-
nem; nec ſufficit, ſi Notarius in inſtrumento confeſſionis te-
ſtetur, dotis promiſſionem præceſſiſſe, Font. *vbi nuper, num.* 37.
Merl. *num.*89.

At contra principalem concluſionem ſentiunt aliqui, etiam
præcedente promiſſione, dotem confeſſatam carere priuilegiis,
quæ doti, de cuius numeratione conſtat, tribuuntur; quos refert,
ac impugnat Menoch. *num.* 55. *& ſequentibus.*

Ibi : *Tametſi ſecundum gloſſam.*

Verior, ac communis reſolutio eſt, geminatam confeſſionem 103
non excludere exceptionem dotis non numeratæ, neque effi-
cere, vt dos confeſſata pro numerata habeatur, Menoch.
num. 76. Cyn. *in l. in contractibus*, §. *ſed quoniam*, *C. de non*
numerata pecun. vbi Caſtr. & Socin. Senior *in l.* 1. *n.*95. *verſ.*
Sed tenendo, ff. ſolut. matrim. vbi Barboſ. *d. part.* 1. *à num.* 56.
Merlin. *num.* 113. *cum ſeqq.* licet oppoſitum tueantur Anton.
Gom. *vbi proximè, limitat.* 5. Abbas *in cap. ſi cautio, colum.*
fin. q. fin. de fide inſtrumentor. & *ibi* Felin. *colum.* 10. *num.*82.
Coſta *in dict. l. ſi ex cautione, Fallent.*14. Molin. *num.*7. Va-
laſc. *num.*10.

Ibi : *Niſi intellexerimus verba* dict. legis finalis.

Hanc conciliationem *l. in contractibus* 14. §. *ſed quoniam, C.* 104.
de non numer. pecun. cum *l. fin. C. de dot. caut.* refert ex aliis
Barboſ. *in collectan. ad d. l. fin. num.*4.

Verſ. *Sic ex confeſſione receptæ dotis.*

Si cum confeſſione dotis receptæ concurrant coniecturæ, 105
quibus illa foueatur, dos confeſſata pro numerata habebitur;
nam ita numeratio ſatis probatur, quod omnes concedunt;
Menoch. *conſ.7. n.*10. & *dict. præſumpt.*12. *num.* 21. Mareſc.
*ſupr. num.*9. Merlin. *num.* 52. *verſ. Confeſſio tamen*, Trentac.
*dict. num.*12. *verſ. Quinto non procedit*, Mohed. *deciſ.2. num.* 2.
de confeſſ. Purpurat. *conſ.*461. *num.*11. Cyriac. *tom.* 2. *contro-*
*uerſ.*251. *num.*8. 11. Campeg. *in tract. de dot. q.*76. Gramma-
tic. *deciſ.*103. *n.* 6. Roland. *conſ.*85. *num.*43. *lib.* 1. Neuizan.
*conſ.*57. *num.*8. *in fine.*

Ibi : *Addit tamen Baldus.*

Hanc coniecturam non admittunt cum *D. Couarr.* Menoch. 106
dict. præſ. 12. *num.* 23. *& præſumpt.*13. *num.*19. 20. Merlin.
num. 113. *verſ. Sed huiuſmodi*, qui *num. ſequenti* alios refert.
Eam tamen recipiunt Barboſ. *in d. p.* 1. *num.*40. *verſ. Illud de-*
mque, Mareſcot. *num.* 12. In qua diſcordia bene diſtinxit Mer-
lin. *num.*125. nonnullas Rotæ deciſiones adducens, vt ſcilicet
exhibitio diuturna alimentorum per virum vxori facta, aliqua-
lem inducat coniecturam dotis receptæ, quæ cum aliis (etſi ſin-
gulæ per ſe non prodeſſent) & confeſſione mariti probabit
dotis traditionem; nam ſingula, quæ non proſunt, multa col- 107
lecta iuuant, *cap. cum cauſam* 13. vbi Gloſſ. fin. *de probat. l.*
ſpadonem 17. § *qui iura, ff. de excuſat. tutor.* Menoch. *conſ.*
284. *n.*43. Noguerol. *alleg.*29. *n.*71. Ipſa autem alimentorum
præſtatio ſola cum confeſſione ſatis non ſit ad probandam dotis
numerationem. De quo videndus eſt Trentacinq. *d. reſol.* 7.
*n.*12. *verſ. Hæc quinta declaratio*, vbi pro vtraque parte laudat
Authores; & in *verſ. Secundo concordando*, reſoluit, decennalem
alimentorum præſtationem inducere coniecturam ſufficientem
ſolutæ dotis, quod etiam tenet Ioſeph. Ludouic. *deciſ.*66. *n.*21.

Ibi : *Item & illud ſi vltra mariti confeſſionem.*

Accedente vnico teſte, qui de numeratione deponat, con- 108
feſſio omnino probat dotis receptionem; ſequitur Menoch. *d.*
*præſumpt.*12. *num.*26. *& præſumpt.*13. *num.*20. *in fin.*

Verſ. *Eſt & alia.*

Ex confeſſione mariti facta in fauorem extranei, numeratio 109
dotis

dotis probatur, nec mulieri exceptio dotis non traditæ obijci poterit, Molin. *num.* 5. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 122. *num.* 18. Trentacinq. *dict. reſol.* 9. *de pignorib. num.* 20. Ant. Gom. *dict. l.* 50. *num.* 52. *ſub verſ. Quod extende, in* 3. *limit.* Merl. *n.* 82.

110 110. Mareſcot. *dict. cap.* 8. *num.* 8. Niſi ex coniecturis appareat, maritum per extraneam perſonam mulieri conſulere voluiſſe, aut ſi à ſocero, alióve vxoris coniuncto dotem accepiſſe fateatur, de quo Menoch. *à num.* 81. Merlin. *num.* 111. Sed Menoch. *num.* 78. D. Couarr. ſequutus contrarium probat, ſentiens, poſſe virum de dote non tradita excipere, cum Nouell. *d. dote, part.* 10. *num.* 14.

Ibi: *Verùm ſi poſt mariti confeſſionem.*

111 De hoc Menoch. *dict. præſumpt.* 12. *à num.* 85. *vſque ad finem*, & maritus videtur loco ſolutionis promiſſionem recipere; Trentacinq. *vbi proximè*, nec liberabitur ipſe, vel hæredes eius retrocedendo actionem mulieri: quod tripliciter limitat idem Menoch. *à num.* 91. qui docet, locum eſſe hoc caſu exceptioni dotis non numeratæ, niſi promiſſio fiat poſt elapſa tempora ad eam opponendam.

Verſ. *Cæterùm egregia eſt dubitatio.*

112 Quando præcedente dotis promiſſione maritus alijs bona ſua obligat, ac deinde fatetur dotem promiſſam recepiſſe, dubitatur, an hi creditores mulieri præferantur? Et quidem creditores huiuſmodi, qui contraxerunt ante initum matrimonium, proculdubio potiores erunt muliere, cuius hypothecam pro dote non competere à die promiſſionis ante matrimonium, diximus *ſuprà, hoc cap. num.* 15. Quod ſi poſtea, iam nuptijs celebratis, cum marito contraxerint, eos præferendos eſſe mulieri indiſtinctè affirmant, Caſtrenſ. *in l.* 1. *n.* 8. *verſ. Primus, ff. ſolut. matrimon.* Merlin. *d. quæſt.* 58. *num.* 85. 86. Negant Barboſ. *in dict. l.* 1. *part.* 6. *num.* 39. 40. 50. 51. Fontanel. *dict. clauſ. vltim. part.* 1. *num.* 31. & varijs Rotæ deciſionibus hanc opinionem fuiſſe comprobatam, teſtatur ipſe Merlinus, *num.* 88. Quæ verior videtur, admiſſo, quòd hypotheca mulieri incipiat competere à die promiſſionis, vel ſaltem à quo matrimonium fuit initum, quando illa præceſſit, vt *d. num.* 15 comprobauimus.

Verſ. *Eſt item hoc in tractatu.*

113 Eſt receptiſſimum, ac tenendum omnino, confeſſionem dotis receptæ ante matrimonium in dubio ſpe futuræ numerationis emiſſam præſumi; Trentacinq. *num.* 10. Crauet. *conſ.* 40. Sanch. *diſput.* 9. *num.* 4. Alciat. *in l. ſi diuortio, num.* 3. *ff. ſolut. matrimon.* Menoch. *ſupr. præſumpt.* 13. *num.* 4. Menoch. *controu. vſufrequent. lib.* 3. *cap.* 46. *num.* 1. 2. Cabed. *Luſitan. deciſ.* 177. *part.* 1. Mantic. *ſupr. tom.* 1. *libr.* 12. *tit.* 10. *num.* 19.
114 Molin. *dict. diſput.* 439. *num.* 13. Valaſc. *conſ.* 5. *num* 5. vbi idem eſſe ait, ſi tempore contracti matrimonij confeſſio facta ſit, conſentiunt Sanch. & Alciat. *vbi proximè*, ex quibus conſtat, hoc etiam admittendum poſt matrimonium, antequam conſummetur, quoniam tunc illa præſumptio ceſſat, quod maritus precibus, ac blandimentis vxoris ad donandum alliciatur, vt D. Couarr. rectè conſiderat *infra, hoc numero, verſ. Quod ſi confeſſio*, Trentacinq. *num.* 15. *verſ. Hac concluſio.* Sed ſi de animo donandi conſtiterit, confeſſio nulla erit, nec nocebit marito, niſi fuerit remuneratoria, vt ſi ipſe eſſet ignobilis, aut aliàs vxori inæqualis, nam tunc ſibi præiudicat, ac hæredibus; Molin. *numer.* 14. Valaſc. *ſupr.* Dueñas *reg.* 221. *num.* 11. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 18. *num.* 19. Trentacinq. *num.* 3.

Verſ. *De creditoribus autem.*

115 Quando confeſſio dotis receptæ noceat mariti creditoribus? latè explicant Menoch. *dict. præſumpt.* 13. *per totam*, Trentacinq. *dict. libr.* 3. *reſol.* 9. *de pignorib. a num.* 9. *& reſol.* 7.
116 *de iur. dot. per totam*. Valaſc. *d. conſult.* 5. Quoad exceptionem dotis non numeratæ, omnes conueniunt licere eam opponere creditoribus, quandiu maritus poſſet, Merlin. *num.* 81. Menoch. *num.* 4. Hermoſ. *in d. l.* 9. *gloſ.* 5. *&* 6. *num.* 44. *cum ſequentibus, tit.* 1. *p.* 5. Ant. Gom. *dict. num.* 52. *limit.* 6. Trentacinq. *dict. reſol.* 9. *num.* 12. *& reſol.* 7. *num.* 18.

117 Illud tamen ſolet controuerti, an poſt præterita tempora marito opponendæ huius exceptionis, valeant ipſius creditores eam obijcere? In quo magis obtinuit, vt ſi creditores ſciuerint confeſſionem, lapſu temporis penitus excludantur, vt idem maritus. Quod ſi ignorauerint, ex clauſula generali reſtituentur aduerſus lapſum temporis, atque ita præfata exceptione iuuabuntur; Ant. Gom. *dict. num.* 52. *circa finem*, Alexand. *in l.* 1. *ff. ſolut. matrimon.* vbi Socin. *colum.* 17. *verſ. Illud autem*, Iaſ. *in d.* §. *fuerat antea, colum.* 16. *num.* 84. *Inſt. de action.* Merlin. *num.* 62. *cum ſequentibus*, Bulgarin. *in l.* 1. *n.* 50. *ff. ſol. matrim.* Hermoſ. *vbi ſuper, num.* 45. *verſ. Declara procedere, & num.* 46. Mareſc. *num.* 10. Crauet. *conſ.* 40. *num.* 6. *ad finem*, Trentacinq. *vbi proximè, num.* 18. *verſ. Secunda eſt opinio, & dict. reſol.* 7. *num.* 15. *verſ. Ex hac ſecunda, & num.* 16. vbi alij, & ita intelligendus eſt D. Couarr. *in præſenti, & numeris ſeqq.*

Verſ. *Quod ſi confeſſio.* Ibi: *Eſt tamen conſiderandum.*

Quod renunciatio exceptionis dotis non numeratæ facta à 118
marito, ſicut ipſi, ita & ſuis creditoribus noceat, ſuſtinent Ant. Gom. *dict. num.* 52. *limit.* 6. Campeg. *in tract. de dot. part.* 1. *quæſt.* 53. *num.* 4. Guttierr. *allegat.* 11. *num.* 14. Hermoſ. *in dict. l.* 9. *gloſ.* 5. *n.* 45.

Contrarium verius videtur Alexand. *in l.* 1. *ff. ſolut. matrimon.* Valaſc. *conſ.* 6. *per totam*, Molin. *d. diſp.* 439. *num.* 26. Barboſ. *ſupra. p.* 6. *num.* 42. *in fine, cum ſeq.* Merl. *à num.* 62. Menoch. *præſ.* 13. *num.* 5. 32. Trentacinq. *d. reſol.* 9. *num.* 17. *cum ſeqq. & reſol.* 7. *num.* 17. *verſ. Secunda eſt opinio.* Mareſc. *num.* 10. Quorum ratio eſt, quia non debet eſſe in poteſtate debitoris ſuorum creditorum conditionem facere deteriorem, quod proculdubio verum eſt quoad creditores anteriores, quibus ius iam quæſitum auferri per renunciationem non poteſt, argumento *l. id quod noſtrum* 11. *ff. de reg. iur.* Merl. *num.* 65. Hermoſ. *num.* 46. Poterunt ergo creditores iſti, non obſtante renunciatione mariti, intra tempus conſtitutum eam exceptionem obijcere; Imò etiam poſtea, ſi ignorauerint renunciationem, impetrata ſcilicet in integrum reſtitutione, iuxta ea, quæ tradidimus *proximè, n.* 117. Et vt noceat renunciatio, facienda eſt ante matrimonium, Trentacinq. *d. verſ. Secunda eſt opinio.*

Ex hac renunciatione oritur non leuis coniectura donatio- 119
nis, ac fraudis, Menoch. *d. præſ.* 12. *num.* 51. 52. Merlin. *num.* 66. ex quo competet creditoribus exceptio, quæ perpetua eſt, niſi hæc alijs coniecturis contrarijs elidatur, vt diximus *ſupra*.

Verſ. *Ex præmiſſis colligi poterit.*

Quando inter creditores, qui etiam ſola confeſſione mu- 120
niuntur, dos confeſſata ſua habeat priuilegia? tractant Merlin. *num.* 54. Menoch. *præſ.* 13. *num.* 12. 13. Barboſ. *ſupr. p.* 6. *n.* 31. Mantic. *d. lib.* 11. *tit.* 20. *& tit.* 26. *num.* 1. Trentacinq. *reſol.* 9. *à num.* 13. *& reſol.* 7. *num.* 19. alijque, quos hi allegant. Et communis reſolutio eſt, creditoribus ex cauſa mutui dumtaxat mulierem præferri ex dotali priuilegio, quia alijs exceptio rei, aut pecuniæ non traditæ obijci non poteſt; atque ita melioris conditionis ſunt, quàm mulier.

Ad Num. 7.

Quoties aduerſus confeſſionem mariti non viget præſum- 121
ptio donationis, vel fraudis, nocebit futuris creditoribus, quibus exceptio dotis non numeratæ intra ſua tempora competit: Sed fraude, aut donatione interueniente, ſaltem ſecundum coniecturas, nequaquam obſtabit; Merlin *num.* 81. Menoch. *præſ.* 13. *num.* 29. Mantic. *d. tit.* 20. *num.* 18. *& tit.* 27. *num.* 4. 5. Burat. *deciſ.* 108. *& deciſ.* 612. Quare rectè *D. Couarr.* docet, quod alijs deficientibus circumſtantijs, cum à tempore ſit coniectura capienda, confeſſio ante matrimonium, quia ſuſpicione caret, ac facta intuitu futuræ numerationis cenſetur, præiudicat futuris creditoribus: Non ſic, quæ conſtante matrimonio emittitur, quoniam donationis inter coniuges cauſa facta iudicatur, nec caret fraudis præſumptione; de quo *ſuprà ad numer.* 4. *verſ. Primùm confeſſionem.*

Verſ. *Tertiò, illud huic diſceptationi.*

Sub eadem diſtinctione huic quæſtioni erit reſponden- 122
dum; nam ceſſante fraudis, ac vetitæ donationis ſuſpicione, mulier ex viri confeſſione tacitam hypothecam conſequitur, iuxta *l. vnic.* §. *& vt plenius, C. de rei vxor. act.* Bulgarin. *in l.* 1. *num.* 5. *ff. ſolut. matrim.* Bald. de Bartol. *ibi, n.* 205. *verſ.*

123 *Sed poteſt*, Merlin. *num.* 74. 75. Ac proinde etiam anteriori-
bus chirographarijs creditoribus erit præferenda, quoniam
124 hypothecarij poſteriores, potiores eſſe debent; *l. eos* 19. *C.
qui potior. l. creditor* 12. §. *ſi primus, ff. eod.* Merlin. *lib.* 4. *tit.* 1.
qu. 14. *num.* 1. Obijci tamen exceptio dotis non numeratæ, ſi
per tempus licuerit, poterit: Menoch. *dict. præſ.* 13. *num.* 18.
Merlin. *vbi proximè*, & *num.* 122. Sed prælationem vtique
obtinebit aduerſus anteriores viri creditores, ſi tempora op-
ponendi exceptionem dotis non traditæ labantur, quia nume-
rata dos iure præſumitur, vnde omnibus ſuis gaudet priuilegijs:
Merlin. *num.* 76. Mantic. *ſupr. lib.* 12. *tit.* 27. *num.* 4. Afflict.
deciſ. 402. Crauet. *conſ.* 40. *num.* 5. Marſil. *in rubric. de fide-
iuſſor. q.* 35. Trentacinq. *d. reſol.* 7. *n.* 15. *verſ. Ego non diſcede-
rem*, vbi in *verſ. Contrarium*, aliter ſentientes recenſet.

Verſ. *Quartò adnotandum eſt.*

125 Compertum eſt apud omnes, licere mariti creditoribus
obijcere aduerſus dotis receptæ confeſſionem, non numeratæ
dotis exceptionem, etiam ſi illa ante matrimonium emittatur,
niſi temporis tranſcurſu excludantur; Menoch. *d. præſumpt.*
13. *num.* 4. Socin. *in l.* 1. *num.* 87. *ff. ſolut. matrim.* Ant. Gom.
dict. num. 52. *circa finem*, *verſ. Item & tertiò intellige*. Mer-
lin. *num.* 77. Mantic. *d. tit.* 20. *num.* 18. *verſ. Sed aduertendum*,
& *d. tit.* 27. *num* 4. 5.

Verſ. *Vltimò.*

126 Conſentiunt Bald. *in authentica, ſed iam neceſſe, num.* 2. *q.* 5.
C. de donat. ante nupt. Merlin. *num.* 55. Menoch. *num.* 25.
licèt enim res in dotem dentur æſtimatæ, quoties mulier con-
ſequi æſtimationem ex bonis viri non poteſt, vt in hoc
caſu, regredi permittitur ad res ipſas cum priuilegio hypo-
127 thecæ, & prælationis, contra anteriores viri creditores, ac
tertios poſſeſſores, etſi ipſa alienationi conſentiat, *l. in rebus*
30. *C. de iur. dot.* Anton. Gom. *in d. l.* 50. *num.* 44. Pinel. *in
l.* 1. *part.* 3. *num.* 55. *C. de bon. matern.* Molin. *de inſt. & iur.
tom.* 2. *diſp.* 426. *num.* 10. Gregor. Lop. *in l.* 7. *gloſſ.* 4. *tit.* 15.
part. 4. D. Couarr. *practic. cap.* 18. *num.* 8. Ceuall. *quæſt.* 3.
num. 24. Guttierr. *de iuram. confirmat. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. &
pract. lib. 3. *quæſt.* 77. *num.* 12. 13. Barboſ. *in l. ſi æſtimatis* §1.
num. 25. *in fine*, *ff. ſolut. matrim.* Hippolyt. *ſing.* 691. Nouell.
de dot. p. 8. *priuileg.* 6. Quare ſi mulier repellatur propoſita
exceptione dotis non numeratæ, quia maritus confeſſus eſt ac-
cepiſſe quantitatem, qua æſtimatæ ſunt res in dotem traditæ,
poterit ipſa ea, quæ dedit, vindicare; vt rectè aduertit Mer-
lin. *vbi proximè*, atque ita omnibus creditoribus præferetur,
ſi talia bona in bonis mariti inueniantur; aut eadem à poſſeſ-
ſoribus auocabit. Sed hoc fallit, ſi poſſeſſores offerrent mulieri
rerum æſtimationem, Ceuall. *num.* 36. Nouell. *p.* 7. *priuileg.*
47. Afflict. *deciſ.* 100. Guttierr. *dict. num.* 13.

AD CAPVT VIII.

De meliorationibus quæ in re hypothecæ ſubiecta à Tertia fiunt.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur Doctores materiam explicantes.*
2 *Creditor agens hypothecaria quomodo in libello concludere debeat.*
3 *Alia forma concludendi reijcitur.*
4 *Actio perſonalis non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem.*
5 *Ius offerendi non eſt in obligatione, ſed in electione poſſeſſoris.*
6 *Explicatur* cap. ex literis, de pignoribus.
7 *Poſſeſſor, qui melioramenta fecit in re alij hypothecata, liberatur ſoluendo æſtimationem ipſius rei ſine melioramentis.*
8 *Satisfit rationibus in contrarium adductis.*
9 *Melioramenta quoad effectum manent eius, qui bona fide meliorauit.*
10 *Explicatur* l. cum poſtulaſſem, §. fin. ff. de damn. infect. *ac conciliatur cum* l. Paulus, §. domus, ff. de pign.
11 *Melioramenta non cedunt hypothecæ, qua res meliorata eſt aſtricta.*
12 *Reſpondetur ad argumentum contrarium.*
13 *Reijcitur Bartoli ſententia tradita ſuprà*, num. 7. *quæ infrà* num. 35. *explicatur.*
14 *Impugnantur rationes, quibus Bartolus defenditur.*
15 *Iudicis arbitrio relinquitur, vt iuxta caſus circumſtantias Bartoli ſententiam, aut oppoſitam ſequatur.*
16 *Vbi admittitur poſſeſſor ad offerendam rei æſtimationem, etſi non ſufficiat toti debito, æſtimatio rei facienda eſt ſecundum tempus ſolutionis.*
17 *Succeſſori etiam particulari eius, qui meliorauit, competit ius præfatum offerendi.*
18 *Poſſeſſor, qui non meliorauit, non auditur offerens hypothecæ æſtimationem, ſi debito perſoluendo non ſufficiat.*
19 *Hypotheca, niſi omni quod debetur ſoluto, liberari non poteſt.*
20 *Fructus percepti poſt litem conteſtatam ex re hypothecata, ſunt cum expenſis meliorationum compenſandi.*
21 *Quoties creditor renuit expenſas meliorationum ſoluere, cogitur rei æſtimationem recipere, licèt non ſufficiat ad integram debiti ſatisfactionem.*
22 *Malæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere fructus, quos ex melioramentis a ſe factis perceperit.*
23 *Qui in alieno ſciens meliorationes facit, donare videtur.*
24 *Referuntur, qui docent, poſſeſſorem malæ fidei non teneri ad reſtitutionem fructuum, ex meliorationibus à ſe factis perceptorum.*
25 *Eligitur prima ſententia tradita*, num. 22. *& limitatur.*
26 *Poſſeſſor bonæ fidei debet fructus perceptos ex melioramentis à ſe factis reſtituere.*
27 *Contrarium verius eſt.*
28 *De compenſatione fructuum cum ſumptibus meliorationum, remiſſiuè.*
29 *Iuxta quod tempus æſtimanda ſunt melioramenta, remiſſiuè.*
30 *Pater in bonis aduentitijs filij habet liberam adminiſtrationem, alienatione interdicta.*
31 *Filius reuocat alienata ex bonis aduentitijs per patrem, non diſcuſſis bonis paternis.*
32 *Opponitur de* lege 24. tit. 13. p. 5.
33 *Conciliatur* d. l. Partitæ *cum* l. 1. C. de bon. matern.
34 *Pater adminiſtrans bona aduentitia filij minoris ſub ſua poteſtate conſtituti, poteſt ex cauſa neceſſaria etiam immobilia ſine decreto alienare.*
35 *Secus eſt, ſi adminiſtrator fuerit legitimus bonorum filij emancipati, aut vſumfructum non habeat in bonis filij aduentitijs, quem habet ſub poteſtate.*
36 *Filiusfam. habet tacitam hypothecam in bonis patris pro adminiſtratione aduentitiorum, ſi quid dolo geſſerit, aut ſine iuſta cauſa alienauerit.*
37 *Prædicta hypotheca incipit à die ſuſcepta adminiſtrationis.*
38 *Filius an poſſit viuo patre reuocare alienata ex bonis aduentitijs per ipſum? Refertur affirmatiua, ac limitatur.*
39 *Filijs non permittitur, patris exiſtere caſtigatores.*
40 *Contraria ſententia proponitur.*
41 *Adhibetur diſtinctio.*
42 *Filius exiens patria poteſtate aufert patri dimidiam vſusfructus partem de bonis aduentitijs, & exeundo per matrimonium totum ſibi vendicat de iure Regio.*
43 *Per alienationem à patre factam de bonis aduentitijs filij, non extinguitur vſusfructus, quem in re alienata ille habebat.*
44 *Vſufructuarius poteſt vſumfructum vendere, neque ex hoc illum amittit.*
45 *Filio fam. vbi in iudicio ſtare permittitur, pater conſentire cogitur, aut iudex licentiam, etiam inuito eo, præbet.*
46 *Vtrum filiusfam. ſtare in iudicio poſſit ſine permiſſu patris pro bonis aduentitijs, quorum vſusfructus ad illum non ſpectat?*
47 *Præſcriptio non currit contra impeditum agere.*
48 *Bona dotalia non præſcribuntur contra mulierem nuptam.*

49 *Non*

49 *Nec bona donata propter nuptias.*
50 *Præſcriptio cœpta continuatur, licet res detur in dotem, aut donetur propter nuptias.*
51 *Cum mulier agere poteſt ſine licentia viri, matrimonio conſtante, pro dote, & donatione propter nuptias, præſcribitur aduerſus ipſam.*
52 *Præſcriptio an currat in mulierem nuptam pro bonis paraphernalibus?*
53 *Contra impeditum agere currit præſcriptio, cùm ipſe valet obſtaculum remouere.*
54 *Vxor non facilè poteſt impedimentum ad agendum remouere.*
55 *Fœminæ maximam debent viris ſuis reuerentiam exhibere.*
56 *Nil difficilius, quam quod ab aliena pendet voluntate.*
57 *Difficile eſt mulieri cogere maritum, vt ſibi conſenſum præſtet ad agendum.*
58 *Limitatur, quando ſolita eſt in cauſis ſimilibus in iudicio experiri.*
59 *Filiofam. præſcriptio non currit.*
60 *Procedit, etſi poſſit agere de licentia patris.*
61 *Filiofam. qui ſine patris licentia poteſt agere, præſcriptio currit.*
62 *An filiofam. præſcriptio currat in bonis aduentitijs, in quibus vſusfructus patri non eſt.*
63 *Præſcriptio non labitur contra filiumfam. in caſu* l. 24. tit. 13. p. 5.
64 *Sed ſoluta patria poteſtate currit.*
65 *Filius ſiue in poteſtate, ſiue emancipatus, agere contra patrem, venia non petita, nequit.*

1 QVoad primam huius capitis partem, & de poſſeſſore offerente æſtimationem rei hypothecatæ, conducunt tradita per Merlin. *de pignorib. lib. 2. quæſt. 69. à num. 4. & lib. 4. quæſt. 81. per totam*, Neguſantium, *eod. tract. part. 5. memb. 4. num. 21.* Cyriacum, *tom. 1. controuerſ. 194. à num. 1.* Hermoſillam, *in l. 36. gloſſ. 7. in fine, tit. 5. p. 5.* Mareſcotum, *variar. lib. 2. cap. 109. n. 14. cum ſequentib.* Gregorium Lopez *in l. 15. gloſſ. 3. titul. 13. part. 5.* Morotum, *de iur. offerendi, à num. 7.* & alios ſtatim referendos.

Ad Num. 1.

2 Creditore hypothecario agente contra tertium poſſeſſorem, concluſio libelli ita concipienda eſt, vt res ei tradatur, donec de credito ſatisfiat, quæ praxis ab omnibus eſt admiſſa, Mantic. *de tacitis comment. lib. 11. tit. 28. num. 32.* Merlin. *lib. 5. quæſt. 78. num. 10.* Ceuall. *tom. 1. quæſt. 76. n. 17.* Villadiego *in polit. tract. de form. libell. num. 76.* Paz *in prax. tom. 3. cap. 2. §. 4. num. 42.*

3 Altera verò formula concludendi, vt ſcilicet creditor petat rem ſibi tradi, aut debitum ſolui, inepta videtur, ſiquidem nulla eſt actio, qua à poſſeſſore pecunia peti poſſit: nam per-
4 ſonalis, qua debitor aſtringitur, in ſucceſſorem ſingularem non tranſit, *l. cum qui 13. C. de obligat. & action. l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebell. l. vlt. §. fin. ff. de contr. empt.* Cyriac. *controuerſ. 18. num. 1. tom. 1.* Merl. *lib. 1. quæſt. 10. num. 4. 5.* Ant. Gom.
5 *variar. lib. 2. cap. 15. num. 23.* & ius offerendi non eſt in obligatione, ſed in electione poſſidentis, *l. mulier 20. ff. qui potior.* Merlin. *lib. 4. q. 65. per totam*, atque ideo creditor, quia ſine actione agit, quoad debiti ſolutionem audiendus non eſt, *l. quoties 10. §. item ſi temporalis, ff. de admin. tutor.* dixi *ſupr. cap. 6. num. 6.* Hanc tamen formulam approbatam communiter teſtatur Cancer. *variar. p. 3. cap. 1. num. 105.* & de hoc videndi ſunt Prax. Papienſ. *in form. libell. in act. hypothecaria*, Socin. Sen. *conſ. 112. vol. 4.* Autonin. *lib. 3. reſol. 5. num. 1. 2. 3. 23.* Honded. *conſ. 25. n. 15. 16. 20. 21. vol. 2.* Peregrin. *deciſ. 48. à n. 1.*

6 Non vrget textus *in cap. ex literis 5. de pignor.* quoniam ibi mulier non egit à principio aduerſus fratrem viri poſſidentem, ſed cum bona ob delictum diſtraherentur, ſe oppoſuit intendens, ſuam recuperare dotem, quoniam maritus ad inopiam deuenerat; ex *l. vbi adhuc 29. C. de iur. dot.* Quapropter iure poſtulabat, ſibi æſtimationem dotis reſtitui, aut mitti in poſſeſſionem bonorum ſtantium, quæ ſibi addici deſiderabat, non ea in pignus retinere; quod colligitur ex verbis Pontificis, ibi: *Pars verò mulieris æſtimationem dotis inſtantiùs petebat ſibi reſtitui.* Verbum enim illud, *inſtantius*, denotat, mulierem egiſſe, antequam bona delinquentis poſſeſſori traderentur; quam deciſionem ſic intellexit Neguſant. relatus à Merl. *dict. q. 81. n. 6.*

7. Poſſeſſor tamen cuius intererat, cùm pecuniam pro poſſeſſionibus pependiſſet, cauſæ defenſionem aſſumpſit, & ſententiam condemnatoriam reportauit. Aliud autem eſt, cum creditor agit ad hypothecam auocandam à tertio poſſeſſore, vt cautum ſibi ſit de pecunia credita.

Ad Num. 2.

Quod poſſeſſor, qui bona fide melioramenta adiecit, liberetur offerendo agenti creditori ex hypotheca æſtimationẽ rei, illis demptis, etſi non ſufficiat ad totum debitum; eſt communis reſolutio, quam firmant Merlin. *d. quæſt. 69. num. 4. in principio*, Theſaur. *quæſtion. forenſ. lib. 1. quæſt. 71. n. 3.* Mareſcot. *ſupr. num. 16.* Franch. *deciſ. 38.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ. 88. num. 6.* Riccius *deciſion. Curiæ Archiep. Neapolit. 263. numero 3.* Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 3. reſolut. 1. de pignor. col. 5. verſ. Secundò infertur*, Crauet. *conſ. 298. num. 6. verſ. Secundo reſpondeo*, Platea *in l. hac, num. 2. verſ. Et hic eſt caſus, C. de præd. & om. rer. nauic. lib. 11.* Mantic. *de tacit. conuent. lib. 11. tit. 26. num. 15.* Neguſant. *ſupra*, Caballin. *de euiction. §. 3. num. 151.* Guzm. *eod. tract. quæſt. 20. num. 8.* Hermoſ. *ſupra.* De quo videas *infra, numero 13. cum ſeqq.* 8

Ad Num. 3.

Verſ. *Primò etenim.*

Hoc argumentum de *l. ſi fundus 16. ff. de pignor.* & de *l. ſi conuenerit 18. §. ſi nuda, ff. de pignor. action.* nihil obſtat: aliud namque eſt incrementum accedens rei hypothecatæ ipſius occaſione, vt quod latitanter per alluuionem fundo accreſcit, vel vſusfructus, qui per conſolidationem obuenit proprietati, de quibus in illis iuribus, (idemque eſt ſi melioramenta ab eodem debitore fierent, Merlin. *lib. 2. quæſt. 69. num. 1.* Neguſant. *part. 5. membr. 4. num. 18.* Gail. *libr. 2. obſeruat. 25. in fine*, Pacific. *de Saluian. inſpect. 3. c. 4. num. 664.*) Et aliud melioramenta, quæ à tertio poſſeſſore adijciuntur; illa enim rem, cui accedunt, omnino ſequuntur ad vtilitatem creditoris, & in cauſam pignoris incidunt; Merlin. *lib. 2. quæſt. 45. à num. 4. & lib. 4. quæſt. 197.* hæc non ita; Neguſant. *ſupr.* Pacific. *n. 665.* Merlin. *dict. q. 69. num. 4.* ſed propria manent meliorantia, ſaltem quoad effectum, quia retentio competit, dum expenſas 9
creditor non ſoluerit, de quo Barboſ. *in l. diuortio, §. fin. part. 1. num. 49. ff. ſolut. matrim.* Burgos de Paz *quæſtion. ciuil. 6. num. 7.* Hieron. Gabr. *commun. lib. 2. concluſ. 80. n. 26.* Mieres *de maiorat. part. 1. quæſt. 10. à num. 12.* Ioan. Garc. *de expenſ. cap. 6. num. 21.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 83. num. 5.* Valaſc. *de iur. emphyteut. q. 25. num. 32.* Menoch. *conſ. 689. per totum.*

Verſ. *Secundò aduerſus Bartolum.*

Ad textum *in l. cum poſtulaſſem 44. §. fin. ff. de damn. infect.* 10
poteſt reſponderi, ibi egiſſe Conſultum non de melioramentis, ſed de refectione rei, inter quæ multum intereſt; nam illa æquitatis ratio, quæ conſideratur ad tribuendum ius offerendi ei, qui meliorauit, ſcilicet ne priuetur melioramentis, quæ propria induſtria, & expenſis rei addidit, non inuenitur in illo qui refecit, cùm per refectionem nihil adijciatur, aut de nouo fiat, quo priuetur reficiens, dum rem reſtituit creditori: imò nedum iure offerendi caret, verum neque expenſas conſequitur ab actore, vt *d. §. vlt.* habetur: cuius ratio eſt; nam onus reficiendi ſpectat ad debitorem, qui ſi non vendidiſſet, reficeret vtique neceſſariò. Ex quo intelligitur, ac conciliatur textus *in l. Paulus 29. §. domus, ff. de pignor.* vbi Lucius Titius non refecit, ſed meliorauit aream, quam emit, ædificio extructo, ad quod debitor non tenebatur, atque ideo expenſas à creditore recuperat, propter quas ius retentionis datur poſſeſſori aduerſus quemcunque; ſed reficienti contra eum, qui reficere tenebatur, non in alios, Neguſant. *part. 5. memb. 4. num. 8.* Barboſ. *vbi proximè, part. 2. num. 1.* Speculat. *de executione ſent. §. fin. num. 9. verſ. Quod ſibi bona fide*, Merlin. *d. lib. 4. quæſt. 191.* Mareſcot. *d. cap. 112. num. 14.* Nec obſtat, cauſam refectionis maximè fauorabilem cenſeri, etiam aduerſus creditores, *l. interdum 5. ff. qui potior.* Nam id procedit, eo quod res periret propter inopiam domini, niſi creditor ad refectionem ex liberalitate mutuaret: at in noſtro caſu poſſeſſor liberalis non eſt: qui rem ſibi reficit, nec res periret, quam dominus proprijs expenſis conſeruaret, ſi eam in bonis haberet:

Verſ. *Tertiò ad idem.*

11 Non obſtante *d. §. domus*, multi docent, melioramenta à tertio poſſeſſore facta non cedere hypothecæ, cui res meliorata ſubijcitur; ex quibus aliquos retulimus *ſupr. num. 8. in fin.* pro quibus facit *l. 2. ff. de præd. nauicular. lib. 11. in illis verbis: Sed illa portio, quæ ab initio nauicularij fuit, ad penſionem huiuſmodi functionis ſola tenenda eſt.* Vbi apertè Imperatores volunt, melioramenta poſſeſſionis emptæ à nauiculario, non eſſe obligata pro penſione ex ea debita. Neque clauſula iſta referri poteſt ad id, quod D. Couarr. exiſtimat, infra, *hoc num. verſ. Non obſtat.* Quoniam iam prædixerat lex de hoc, ibi: *Sed eam partem, quæ empta eſt, pro ſuo modo, ac ratione eſſe munificam.* Quo in loco oſtenditur, penſionem eſſe menſurandam pro modo poſſeſſionis venditæ à nauiculario; in altera verò parte non eſſe aſtricta melioramenta obligationi ſoluendæ penſionis, quæ ex re principali debebatur.

Quam ſententiam Neguſantij, & ſequacium ſuſtinendo, cui aſſentiunt DD. ſupra laudati, quibus placet, melioramenta ſolo non cedere, ſed propria effici eius, qui meliorauit, poteſt reſponderi ad *d. §. domus*, ibi ſpecialitatis rationem reperiri; quoniam licet Lucius Titius meliorauerit aream, res tamen obligata reſpectu creditoris melior facta non eſt, quandoquidem domus fuerat obligata, non area; & quanquam non idem ſit ædificium, quia ſubrogatur in locum alterius, quod incendio perijt, ipſius naturam ſortitur ex vulgatis iuribus, *l. ſi eum 10. §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caution. cap. Eccleſia 3. vt lit. non conteſt.* Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt. 7. art. 2. num. 24.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 397. num. 40.* atque ita hypothecæ vinculum contrahit. Aliud ſanè iuris eſt, vbi melioramenta augent rem ipſam, ita vt res ſit pretioſior, quam fuerat tempore obligationis; nam iſta ab hypothecæ onere ſunt exempta.

Verſ. *Quartò eandem partem.*

12 Perpenſis nuper traditis, dicendum erit, in caſu *d. § domus*, poſſeſſori ius offerendi non competere: & ſic limitanda erit ſententia Bartoli, æquiſſima quidem ratione; nam creditor domo ſibi tradita, nihil aliud, niſi quod obligatum fuit, conſequitur, in quo præferri debet poſſeſſori, cùm, vt diximus, ædificium hypothecæ ſubijciatur, quod bene conuincit præſens argumentum, non tamen vt in alijs melioramentis, quæ ab hypotheca ſunt immunia, ius offerendi poſſeſſori denegetur, nam quoad hæc falſum ſupponit, ſcilicet ea hypotheca teneri, quod tamen eſt intelligendum ſecundum tradita *infra, num. 15.*

13 Sequuntur *D. Couarr.* Cyriac. *d. controuerſ. 194. numer. 8.* Garc. *de expenſ. cap. 18. num. 84.* Morot. *d. tract. de iur. offer. num. 8.* Magon. *Florent. deciſ. 51. num. 4.* qui aſſerunt, poſſeſſorem, qui meliorauit, non liberari à rei reſtitutione, niſi totum debitum offerat creditori, ſaltem cum meliorationum expenſas actor ſoluere non recuſat; & quidem inficiari non poteſt, quin opinio Bartoli nullo iure probetur, ac exorbitet à regula illa, ſecundum quam, vt ab hypotheca res liberetur, oportet totum, pro quo eſt obligata, offerre creditori; *l. 1. C. ſi antiq. creditor: l. ſi rem 9. §. omnis, ff. de pignor. act.* Neguſ. *ſupr. p. 1. membr. 4. num. 50* Marcheſan. *de Saluian. interdict. p. 2. q. 16. num. 2.* Gaſp Roderic. *de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 16. num. 34.* Carleual. *de iudic. tom. 2. tit. 3. diſput. 22. numer. 4.* Morot. *ſupr. num. 68.* Caroc. *de oblat. part. 2 quæſt. 11. numero 14. 15.* Franch. *dict. deciſ. 38. num. 1.* Pac fic. *inſpect. 5. cap. 1. num. 27.* Cyriac. *vb. proximè, num. 5.* Merl. *dict. qu. 81. num. 9. 10.* Mantic. *dict. lib. 11. tit. 31. num. 16.*

Neque ſatisfacit, quod Merl. *ibidem* reſpondet, *num. 2. verſ. Sed reſpondetur*, vbi ait, hoc ius offerendi partem debiti ſatis iure probari, dum cuilibet poſſeſſori oblatio totius debiti permittitur, *l. mulier 20. cum alijs, ff. qui potior.* Merlin. *dict. lib. 4. quæſt. 63.* & creditorem non plus iuris habere in re obligata, quam quod eius æſtimationem conſequatur.

14 Non inquam hæc ſatisfaciunt. Quoad primum, non eſt eadem ratio in oblatione totius debiti, ac in oblatione partis, primo caſu nullum incommodum ſentire poteſt creditor ex hypothecæ liberatione, quæ ſibi prorſus eſt inutilis, non ſic in ſecundo, cùm propter reſidui cautionem oporteat pignus retinere.

Quoad ſecundum, verum non eſt, nullum aliud ius eſſe creditori in hypotheca, niſi vt valorem eius conſequatur; ſi enim hoc ita eſſet, ſequeretur, vt quilibet ſoluens eum rei valorem pignus lueret, quod prorſus eſt falſum, vt proximè probauimus: habet itaque ius retinendi creditor, donec integrum ſibi debitum perſoluatur, quod vtilius eſt, quam pignoris accipere æſtimationem, tum quia ſi res frugifera, poterit ex fructibus totum debitum paulatim percipere, tum quòd propter particularem affectionem aliquando ſolent res pluris æſtimari, quam verè valent, *l. & ſi æquo 69. ff. de legat. 1.* vbi notatur, *l. ſi cui fundus 56. ff. de leg. 2.* Cyriac. *tom. 3. controu. 453. num. 14.* Crauet. *conſ. 1000. num. 49. vol. 6.* vnde hypotheca retenta, etſi minus valeat, quam debetur, ſupereſt ſpes creditori, illius occaſione totum debitum conſequendi, vel à debitore ipſo, vel ab alio; quæ penitus aufertur, ſi in tertium poſſeſſorem minus offerentem, quam eſt creditum, transferatur res pignori annexa.

15 Quibus animaduerſis, cum hoc ab æquitate pendere conſtet, videtur Bartoli ſententia, neque ſemper reijcienda, neque admittenda ſemper, ſed pro facti circumſtantijs res eſſe diſcernenda. Aliquando enim æquitas ſuadebit, vt hypotheca cum melioramentis creditori, ſolutis expenſis, tradatur; aliquando vt res penes tertium poſſeſſorem permaneat, ſoluta illius æſtimatione, deductis melioramentis. Etenim ſi creditor facilè poſſit reſiduum debiti aliundè obtinere, & poſſeſſor multum impenderit in melioramenta, propter quod, & alia ſua bona diſtraxerat, & vſuras maximas pendit, (vt ſæpè ædificantibus euenit,) nonne iniquum erit à Bartoli opinione communiter recepta reſilire? Econtra verò ſi creditori agenti ad rem maximi pretij offerat poſſeſſor æſtimationem, qui exigua addiderat melioramenta, rationi congruit, vt contrariam *D. Couarr.* opinionem amplectamur. ne tanta res cedat melioramentis viliſſimæ æſtimationis; argumento textus *in §. ſi quis in aliena, Inſt. de rer. diuiſ.* Secundum quæ plurimum in hac controuerſia iudicis arbitrio erit tribuendum.

Verſ. *Non obſtat* d. lex 2.

De huius textus intellectu, quatenus Bartoli ſententiæ adſtipuletur, diximus *ſupra, hoc num. verſ. Tertiò ad idem.*

Verſ. *Cæterùm etſi Bartoli opinio.*

16 Quoties opinio Bartoli ſit practicanda; æſtimabitur res, deductis melioramentis iuxta tempus præſens, quo pretium creditori ſoluendum eſt, vt fert communis opinio, teſte Cyriac. *d. controu. 194. num. 10.* quam tuentur Neguſant. *d. memb. 4. numer. 21. verſ. Et intellige æſtimationem*, Franch. *deciſ. 38. num. 5. verſ. Nec deciſiones*, Morot. *num. 70. cum ſeqq.* Merl *dict. quæſt. 69. num. 7.* Mareſc. *d. cap. 112. n. 17.* Mag. *deciſ. 51. in 1. dub.* nam vt benè D. Couarru. ait, incrementum intrinſecum rei cedit in vtilitatem creditoris; Mareſc. *ibidem*, Guzman *de euiction. quæſt. 20. num. 8.* Peregrin. *de fideicommiſ. art. 10. num. 17. cum ſeqq.* Idem eſt ſi fuerit extrinſecum, Merlin. *lib. 2. q. 43. num. 11.* Morot. *vbi proximè*, & indiſtinctè, quidquid augmenti hypotheca habuerit, cedit in vtilitatem creditoris, Medic. *de adquir. rer. dom. n. 168. 172.* Bart. *in l. grege, §. 2. ff. de pign.* Merl. *lib. 4. q. 196. per totam*, Neguſ. *p. 8. memb. 1. num. 52.* Sed æſtimationem faciendam ſecundum tempus, quo poſſeſſor rem habere cœpit, ſentiunt Caſtrenſis *in l. ſi conuenerit 18. § ſi fundus. ff. de pignor. action.* Greg. Lop. *in d. l. 15. gloſſ. 3. tit. 13. p. 5.* Si verò opinio *D. Couarr.* admittatur, æſtimatio meliorationum erit facienda, ſecundum tradita per Mareſcot. *cap. 114.* Cancer. *var. p. 3. cap. 6. num. 123.*

Ibi: *Imò vtcumque Bartoli ſententia.*

17 Prædictum ius offerendi datur etiam ſucceſſori ſingulari eius, qui meliorauit, cui & ius retentionis eſt, ſi oblationi locus non ſit; Mareſcot. ex pluribus, *d. cap. 112. num. 7. 16.* Trentacinq. *d. lib. 3. reſol. 1. de pignorib. col. 5. verſ. Ius iſtud retentionis*, Boër. *deciſ. 44. num. 14. 19.* Tiraq. *de retract. conuent. §. 7. gloſſ. 1. num. 15.*

Ibi: *Quibus accedit pulchra quæſtio.*

18 Socini ſententia ab omnibus reijcitur, certum enim eſt, poſſeſſorem, qui meliorationes non fecit, audiendum non eſſe,

eſſe, etſi offerat rei, de qua lis eſt, æſtimationem, ſi hæc non ſufficiat ad plenam debiti, & intereſſe ſatisfactionem; Cyriac. *dict. controuerſ.* 194. *num.* 6. Moroc. *num.* 68. 69. Curti. *de oblation. p.* 2. *q.* 11. *num.* 14. 15. Franch. *d. deciſ.* 58. *num.* 1. Pacific. *inſpect.* 5. *cap.* 1. *num.* 27. Marcheſ. *de Saluian. interd. part.* 2. *q.* 16. *num.* 2. Garcia *d. cap.* 18. *num.* 83. Merl. *dict. quæſt.* 81. *à*
19 *num.* 4. Nam ea eſt hypothecæ natura, vt niſi toto, quod debetur, ſoluto, nequeat liberari; *l. ſi rem alienam* 9. §. *omnis, ff. de pignor. action.* Carleual. *de iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 22. *numero* 4.

Ibi: *Quam ob rem iuſtius erit.*

Vide quæ diximus *ſuprà, à num.* 13.

Ibi: *Compenſatione harum.*

20 Fructus poſt litem conteſtatam à poſſeſſore percepti cum ſumptibus debitis ratione melioramentorum debent compenſari; Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 195. *num.* 6. Barz. *deciſ.* 124. *in fine*, Magon. *deciſion. Florentin.* 51. *num.* 4. *verſ. Actore autem*, Scapucin. *de Saluian. int. lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 8. Quod proculdubiu verum eſt quoad fructus ex re ipſa meliorata perceptos, nam prouenientes à melioramentis, ad eum qui fecit, adhuc pendente iudicio, ſpectant. Mareſc. *dict. cap.* 112. *num.* 54. Eſcobar *de ratiocin. comput.* 13. *num.* 7. quod ex dicendis ſtatim apertiùs conſtabit.

Ibi: *Quod ſi creditor.*

21 Aſſentit in præſenti *D. Couarr.* illis, quæ dicta fuere ſuprà, *num.* 15. pro conciliandis ipſios, ac Bartoli contrarijs opinionibus, videlicet vnamquamque admittendam, provt æquitas poſtulauerit; ſiquidem fatetur, Bartoli ſententia vtendum eſſe, quoties creditor expenſas meliorationum reddere recuſat; quoniam æquum eſt.

Ad Num. 4.

22 Quod malæ fidei poſſeſſor teneatur reſtituere fructus etiam ex meliorationibus, quas fecit, perceptos, cum *D. Couarr.* ſentiunt Menoch. *de adipiſc. remed.* 15. *numero* 609. Molineus *in conſuetudin. Pariſienſib. tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 5. *num.* 84. 85. Neguſant. *dict. part.* 5. *memb.* 4. *num.* 20. Capyc. *deciſ.* 92. *num.* 10. Valaſc. *de iur. emphyteut. quæſt.* 25. *numer.* 26. Barboſ. *in dict. l. diuortio*, §. *fin. num.* 52. 53. Hieron. Gab. *conſ.* 151. Thom. Sanch. *oper. moral. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 105. Gregor. Lop. *in l.* 41. *gloſſ.* 5. *in fine titul.* 28 *p.* 3. Lugo *de iuſt. & iur. tom.* 1. *diſp.* 17. *ſect.* 3. *num.* 60. qui ferè omnes docent, talem poſſeſſorem non teneri ad fructus, quos ex meliorationibus potuit percipere; neque ad perceptos ex rebus, quæ ſolo non cohærent, ſed tantum ſunt affixæ, vt feneſtræ, lapides pretioſi, & alia huiuſmodi; nam ſi domus, quæ locabatur centum aureis, propter hæc centum & viginti reddit, viginti malæ fidei poſſeſſor ſibi percipiet, Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 3. *diſput.* 725. *num.* 22. ſequitur Sanch. *dict.*
23 *num.* 105. & 123. Ratio præfatæ concluſionis eſt, quod qui in alieno meliorationes ſciens facit, videtur donare, illæque prorſus cedunt domino rei melioratæ, *l. adeo* 7. §. *ex diuerſo, ff. de acquir. rer. domin. l. ſi is* 5. *C. de ædific. priuat.* Menoch. *de præſump. lib.* 3. *præſ.* 32. *in princip.* Ioan. Andr. *in addit. ad Speculator. tit. de præſ.* §. *ſpecies, num.* 5. *verb. In prædictis*, qui rectè docet, hanc eſſe iuris, & de iure præſumptionem, Mareſc. *d. cap.* 112. *num.* 10. quare naturali ratione poſſeſſor eos fructus tanquam ex re aliena perceptos mala fide, debet reſtituere, *l. & ex diuerſo* 36. *ff. de rei vindic. l. ſi & me* 32. *ff. de reb. credit.*

24 Contrarium placet Gutierr. *practicar. lib.* 3. *q.* 68. *num.* 17. Garc. *d. cap.* 23. *num.* 50. Gamm. *deciſ.* 364. *num.* 2. *& fin.* Ioſeph. Ludouic. *Lucenſ. deciſ.* 7. *num.* 12. *part.* 1. Mieres *de maiorat.* 4. *p. q.* 32. *num.* 5. Boër. *familiar. quæſtion.* 29. *num.* 3. Loriot. *in l. fructus, in fine, ff. de reg. iur.* Ioan. Cop. *de fruct. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 4. Tiraq. *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 15. *num.* 29. Eſcobar. *dict. comput.* 13. *per totam*, Anton. Gom. *Luſitan. deciſ.* 92. & 364. Franch. *deciſ.* 191. *num.* 11. Afflict. *deciſ.* 86. *num.* 6. Caualcan. *deciſ.* 28. *num.* 8. *in addit. p.* 1. Addit. ad Olibam. *de action. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 18. Mich. Salon. 2. 2. *quæſt.* 62. *articul.* 6. *controuerſ.* 3. *in fine*, Sayr. *in clau. Reg. lib.* 10. *tract.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. *in fin.* quorum plures affirmant, vſu ita receptum, maximè apud Hiſpaniæ Tribunalia: Fundatur hæc ſententia, quia fructus hi proueniunt ſumptibus, ac cura poſſidentis, cui potius, quam domino rei principalis deberi illos, æquitas ſuadet: ſed prima magis conuenit iuris 25
principijs, vbi poſſeſſor ab initio malam fidem habuit, tempore, quo melioramenta faciebat; nam ſi poſtea ſuperueniat ſcientia rei alienæ, ſecunda opinio erit admittenda; cùm meliorationum, è quibus fructus naſcuntur, dominium non amittat, quanquam auellere eas, ſi impenſæ ſoluantur, non valeat; Mareſc. *ſupr. num.* 54. Cyriac. *d. controuerſ.* 83. *num.* 7. & alij plures allegati *ſupr. num.* 9. & licet mala fides obſtet ad acquirendos fructus rei principalis, *l. bona fidei* 48. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.* non impedit, vt ex ſuis meliorationibus vtilitatem poſſeſſor capiat, Eſcob. *num.* 5. *qui num.* 7. idem tenet poſt litis conteſtationem, vt dixi.

Verſ. *Quid igitur.*

Circa idem eſt dubium, quoad bonæ fidei poſſeſſorem, nam 26
eum debere fructus ex ſuis meliorationibus perceptos reſtituere, exiſtimant Greg. Lop. *in dict. l.* 40. *gloſſ.* 5. per textum *ibi*, Lug. *ſupr. num.* 51. Sanch. *d. cap.* 23. *num.* 147. Petr. Barboſ. *in d. l. diuortio, num.* 42. 51. *in fine*, & 52. Hieronym. Gab. *dict. conſ.* 151. *num.* 9. *lib.* 1. & alij, qui diſtinctionem non admittunt inter fructus ex re principali, ac ex melioramentis perceptos.

Aduerſum quos tenent omnes, quos pro vltima opinione 27
nuper laudauimus; nam cùm illis placuerit, poſſe malæ fidei poſſeſſorem ſuarum meliorationum fructus lucrari, à fortiori idem, vbi bona fides patrocinatur, dicere neceſſe eſt; vltra quos idem defendunt Cyriac *d. controuerſ.* 83. *num.* 7. Mareſcot. *d. cap.* 112. *num.* 52. 53. Bald. & Angel. *in l. cæterum, ff. de rei vindic.* Neguſant. *dict. part.* 5. *memb.* 4. *num.* 20. Franch. *deciſion. Neapolit.* 191. *num.* 11. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 15. *gloſſ.* 1. *num.* 20. Beroius *in cap.* 1. *num.* 24. *de vſur.* Surd. *deciſ.* 282. *num.* 30. Put. *deciſ.* 276. Rota *deciſ.* 294. *p.* 1. Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.* 411. Quod procedit etiam poſt litem conteſtatam, vt bene probat Mareſcot. *num.* 54. *cum ſequentibus*, Eſcobar *num.* 7. & hanc æquiorem, ac communiorem ſententiam dixit Mieres *de maiorat. part.* 4. *quæſt.* 32. *num.* 5. Quod adeo verum eſt, vt ſi res ſterilis poſſeſſoris ſumptibus fiat fructifera, omnes fructus ad ipſum pertineant; Mareſcot. *num.* 57. Afflict. *deciſ.* 87. *num.* 7. Valaſc. *de iur. emphyteut. quæſt.* 25. *num.* 26. Cyriac. *vbi proximè*. Caualcan. *deciſ.* 28. *in addition. num.* 8. Eſcobar. *num.* 2. Boër. *familiar. quæſt.* 29. *num.* 3. Iul. Clar. §. *emphyteoſis*, *quæſt.* 45. *num.* 2.
Philip. Porti. *conſ.* 92. *num.* 105. De compenſatione fructuum 28
cum expenſis meliorationum, Mareſcot. *dict. capit.* 12. *num.* 52. Eſcobar, *dict. comp.* 13. *numer.* 7. Cyriac. *dict. numer.* 7.
Quomodo autem, & iuxta quod tempus fieri debeat melio- 29
ramentorum taxatio, latè Mareſcot. *cap.* 114. *per totum*, Rota *deciſ.* 116. *part.* 6. *in recent.*

Ad Num. 5.

Patri in bonis aduentitijs filijfam. in quibus vſumfructum 30
habet, pleniſſima eſt conceſſa adminiſtrandi facultas, tantum
alienatione interdicta, adeò vt filio proprietario vindicatio 31
permittatur aduerſum rerum ſuarum poſſeſſores, non diſcuſſis bonis parentis, qui alienauit; ita communiter receptum eſt per *l.* 1. *C. de bon. matern. & l. cum oportet.* 6. *C. de bon. quæ liber.* Merlin. *de legitim. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 19. Coſta *de port. rat. quæſt.* 148. Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 13. & *in l.* 47. *Taur. num.* 15. Gregor. Lop. *in l.* 24. *gloſſ.* 9. *tit.* 13. *part.* 5. Gomez Vaio *in praxi*, *lib.* 2. *quæſt.* 75. Pinel. *in dict. l.* 1. *part.* 3. *num.* 74. & in *auth. niſi tricenale*, *n.* 44. 45. *eod. tit.* Bartol. *in l. ſi conſtante, num.* 63. *ff. ſol. matrim.* Franch. *deciſion.* 10. *num.* 11. *verſ. Aut non cadit*, Caſtill. *de vſufruct. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 68. *cum ſeqq.* Menoch *conſ.* 279. *n.* 33. 34. vbi alios refert.

Ex qua libera adminiſtrandi facultate prouenit, vt rationem reddere adminiſtrationis pater non teneatur, Gutierr. *de tutel. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 24. Eſcobar *de ratiocin. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 13. Speculat. *tit. de inſtrum. edit.* §. *fin. verſ. Quid in patre.* Nec facit inuentarium, ſed ſimplicem bonorum deſcriptionem abſque ſolemnitate, Gutierr. *ſupr. cap.* 4. *numer.* 2. Ant. Gom. *dict. numer.* 13. niſi doloſè verſetur; nam tunc rationes reddit, Gutierr. ex alijs, *d. cap.* 1. *num.* 25. ſimiliter ſatiſdare non

compellitur, Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 44. Lug. *ſup.*
diſput. 5. *ſect.* 2. *num.* 25. Sanch. *conſil. moral. lib.* 1. *c.* 2. *dub.* 6.
num. 1. vbi alij.

32 Sed ex *dict. l.* 24. *Partita*, quæ deſumpta videtur à *d. l.* 1. *C.*
de bon. matern. inſurgit non leuis difficultas, quatenus expreſsè
probat, filium non poſſe agere in tertium poſſeſſorem pro re-
bus per patrem alienatis, niſi in ſubſidium, quando ex pater-
na ſubſtantia non poteſt conſequi earum æſtimationem; quod
aduerſatur *d. l.* 1. ſecundùm ab omnibus receptam interpretatio-
nem; quare *Greg. Lop.* quatuor tradidit intellectus ad eam
conſtitutionem Regiam *in dict. gloſſ.* 9. quos ipſe diuinatorios,
aut improbabiles ingenuè fatetur; Ant Gom. difficultatem pro-
poſuit, & ſolutionem cogitandam reliquit in *d. l.* 47. *n.* 16.

33 At ſi in re tam obſcura hallucinari liceat, dicendum vide-
tur, textum in *d. l.* 1. agere de patre, qui alienauit bona filij
tanquam propria, quod palam oſtendunt illa verba conſtitutio-
nis: *Docere enim pater debet proprij iuris eam rem eſſe, quam*
donat aut diſtrahit. Si enim rem vt alienam, ideſt, filij diſtra-
heret, neceſſe non erit proprij iuris eſſe manifeſtare, ſed ad
filium pertinere. Regia verò lex intelligenda eſt, cùm pater
veluti legitimus bonorum filij adminiſtrator aliquid ex eis alie-
nat. Primo caſu filius directè poteſt poſſeſſorem conueni-
re ſine diſcuſſione facultatum patris, quoniam talis alienatio
eſt interdicta, in *d. l.* 1. & ſic nulla; vt omnis actus contra leges
factus, *l. non dubium, C. de legib.* Secundo autem caſu, priùs
ſunt patris bona diſcutienda, quia ipſi vt legitimo adminiſtra-
tori permiſſum eſt, bona filij eius nomine alienare, etiam im-
mobilia propria, authoritate, vt proximè dicetur; tamen iuſta
cauſa neceſſitatis deſideratur, & qualis ſufficiat eiuſdem patris
arbitrio relinquitur; quo caſu prius ex mala adminiſtratione ad
facultates paternas, quàm ad tertios poſſeſſores, quibus nihil
imputari poteſt, deueniendum eſt; argumento legis, *properan-*
dum. §. *fin. C. de iudic.* & hoc modo intellecta *d. l.* 24. *Partita*
non refragatur Cæſareæ conſtitutioni, ac iuris communis cor-
rectio euitatur. Pro qua diſtinctione facit *l. cum emancipatus* 3.
C. de prædijs minor.

Ad Num. 6.

34 Hæc reſolutio, quod pater legitimus adminiſtrator bono-
rum filij minoris ſub ſua poteſtate conſtituti, in quibus vſum-
fructum habet, poteſt ſine decreto alienare immobilia ex cau-
ſa neceſſaria, eſt receptiſſima, quam probant Gregor. Lop.
in dict. l. 24. *gloſſ.* 1. Anton. Gom. *dict. cap.* 14. *num.* 13. *verſ.*
Primò extende, Pinel. *vbi ſupr. part.* 3. *à num.* 21. Maſcard. *de*
probat. concluſ. 1149. *num.* 18. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2.
caſ. 171. *num.* 54. *&* *conſ.* 279. *num.* 45. Trentacinq. *variar.*
lib. 2. *reſol.* 9. *de minoribus*, *num.* 10. Guttierr. *de tutelis*, *part.*
2. *cap.* 5. *num.* 22. *verſ. Non tamen procedit*, Caldas *in l. ſi cura-*
torem. *verb. Contractum feciſti*, *num.* 5. *verſ. Sin autem*, *C. de*
in integ. reſtitut. Octau. Simoncel. *tractat. de decret. in alienat.*
bonor. minor. libr. 3. *tit.* 8. *num.* 9. Parlad. *different.* 123. *num.* 9.
Caſtill. *de vſufruct. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 70. Merlin. *de pign.*
lib. 3. *q.* 17. *num.* 16. Lug. *dict. diſp.* 5. *ſect.* 2. *num.* 25. Afflict.
deciſ. 393. *num.* 2. Crauet. *conſ.* 74. *num.* 1. Ceuall. *tom.* 1. *q.* 780.
num. 184. vbi ait; poſſe patrem ſine decreto vendere filij bona
ad ſe ipſum alendum, ſi egeat; per textum in *l. vlt.* §. *ipſum au-*
tem, C. de bon. quæ liber. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 37. *à n.* 4.

35 Quod ſecus eſt, ſi pater legitimus ſit tutor, vel curator filij
emancipati, aut ſi bona adminiſtret eius, quem in poteſtate
habet, quorum vſusfructus ad ſe non pertinet; nam ad alie-
nationem immobilium indiget iudiciali decreto, *l. ſi pupillo-*
rum 7. §. 1. *verſ. Si pater, ff. de reb. eor. d. l. cum emancipatis*, Me-
noch. *d. num.* 54. Caldas, Guttierr. Ant. Gom. Pinell. & alij
proximè allegati: Montan. *de tutel. cap.* 33. *num.* 486. Cardoſ.
in prax. iudic. verb. Fundus, *num.* 8. Et cauſam iuſtam alienandi
emptor probare tenetur in caſu præcedenti, Pinel. *num.* 23.
Guttierr. *d. verſ. Non tamen, in fine*, Galganet. *de tutel. lib.* 4.
quæſt. 42. *num.* 3.

36 Illud hic adnotare oportet, filiumfam. cui pater eſt legiti-
mus adminiſtrator bonorum, in quibus vſumfructum habet,
tacita vti hypotheca aduerſus paternam ſubſtantiam, ſi dolosè
aliquid geſtum fuerit, aut alienatum ſine iuſta cauſa; ſed quan-
do ſola negligentia filio nocitum eſt, actio hypothecaria de-
negatur. Quo pacto conciliantur iura *in l. cum oportet* 6. §. *non*
autem, & §. *fin. C. de bon. q. liber.* quæ inter ſe videntur oppo-
ſita; atque ita docent Ant. Gom. *in d. l.* 47. *num.* 25. Cyriac.
controverſ. 282. *num.* 22. *tom.* 2. Neguſant. *part.* 2. *membr.* 4.
num. 13. Argel. *de acq. poſſeſſ. quæſt.* 8. *art.* 18. *num.* 19. Gamma
deciſ. 331. *num.* 2. Valaſc. *de partition. cap.* 18. *num.* 35. 36.
Mantic. *dict. lib.* 11. *titul.* 16. *num.* 19. Tuſch. *lit. A. concluſ.*
207. *num.* 3. 4. Caſtill. *deciſ. Sicul.* 221. *num.* 4. 5. Guttierr. *d.*
part. 2. *cap.* 16. *num.* 25. Pinel. *in d. l.* 1. *part.* 2. *num.* 33. Merlin. 37
dict. quæſt. 17. *per totam.* Quæ hypotheca oritur ex quo ſuſcepta
eſt adminiſtratio, non à die qua cœpit pater perperam admini-
ſtrare, *d.* §. *fin. legis, cum oportet*, Neguſant. *n.* 17. 18. Guttierr.
num. 27. *in fine*, Rebuf. *ad conſtitution. Galliæ de redditibus, art.*
1. *gloſſ.* 14. *num.* 17. *in fine*, Surd. *dict. tit.* 8. *priuil.* 49. *num.* 18.
Molin. *de iuſt. & iur. diſp.* 536. *num.* 12. Merl. *num.* 13.

Sed tamen pro concordia prædictorum textuum, magis con-
grua videtur ſolutio Gloſſæ *in d.* §. *non autem*, dum docet, eum
textum eſſe intelligendum de hypotheca expreſſa, id eſt, de
cautione hypothecaria; quam ideo Imperator *hypothecam* ap-
pellat, quia quoties à lege cautio deſideratur, intelligitur cum
hypotheca bonorum; Felin. *in cap. ad noſtram*, *n.* 9. *de iureiur.*
Socin. *in l.* 1. *num.* 12. *ff. qui ſatisd. cogant.* Merlin. *ſupr. lib.* 1.
tit. 1. *q.* 4. *num.* 8. At in *d.* §. *fin.* eſt ſermo de tacita hypotheca,
quam habent filij in bonis patris, quoties hic ex mala admini-
ſtratione obligatur; vt docent ſine diſtinctione, Flor. de Men.
variar. lib. 1. *quæſt.* 6. *art.* 3. *num.* 5. Rot. apud Seraphin. *deciſ.*
1290. *num.* 1. & alij, & conſtat ex traditis per Merlin. *d. q.* 17.
num. 4. *&* 16. ſed pater ex ſola negligentia nec actione aliqua
perſonali tenetur, vt notant DD. ſupra laudati, Merl. *num.* 3.
Guttierr. *num.* 25. Imò ſi dilapidet bona in modica quantitate,
de ea non curatur, Guttierr. *de iurament. confirmator. part.* 1.
cap. 4. *num.* 20. Lug. *d. diſp.* 5. *n.* 25. Salicet. *in l. filia cum*, *n.* 14.
C. fam. erciſcund. Sanch. *dict. cap.* 2. *dub.* 11. *num.* 2.

Verſ. *Eſt & alia.*

De intellectu, ac conciliatione *d. l.* 24. *Partita*, ac *d. l.* 1.
actum eſt ſuprà, *n.* 33. quæ ſi placuerint, non eſt opus corre-
ctionem iuris communis cum *D. Couarr.* admittere.

Verſ. *Sæpiſſimè tamen controuertitur*, & num. 7.

Valde controuerſum eſt, an vindicatio *d. l.* 1. conceſſa filijs 38
ad recuperanda bona aduentitia per patres alienata, locum ha-
beat, adhuc viuis alienatoribus, vel ſit eorum mors expectanda?
& ante mortem parentum filios agere non poſſe, docuère Bart.
in d. l. ſi conſtante, *num.* 63. *ff. ſol. matrim.* Cronis *ibi lectur.* 26.
num. 118. Bellon. *conſ.* 24. *num.* 5. Egea *de pact. n.* 214. Valaſc.
conſ. 69. *num.* 16. Neguſant. *p.* 5. *memb.* 4. *num.* 15. Gratian. *diſcep-*
tat. forenſ. cap. 401. *num.* 2. Rota apud Merlin. *de pignor. deciſ.*
36. *num.* 9. *cum ſequentib.* quibus apertè fauet *d. l.* 24. *Part.*
quam ita tenent Greg. Lop. *ibi gloſſ.* 7. Gomez Vaio *d. q.* 75.
num. 4. Ratio eorum eſt, nam filius, dum factum patris re- 39
tractat, illius caſtigator, ſiue reprehenſor fit, quod iura de-
teſtantur; *auth. de nupt.* §. *ſed quod ſancitum*, *collat.* 4. Argel.
d. q. 8. *art.* 20. *num.* 16. Merlin. *dict. quæſt.* 17. *num.* 3. Quam
ſententiam limitant, qui ipſam defendunt. *Primò*, ſi filius, viuo
patre, poteſtatis vinculo liberetur; nam agere ſtatim poterit,
Gregor. Lop. *d. gloſſ.* 7. Rota *ibidem num.* 11. & alij ex præ-
allegatis. *Secundò*, ſi ex dilatione agendo immineret pericu-
lum amittendæ rei alienatæ, veluti ſi eſſent mobilia, maximè
quando non eſſet ſpes conſequendi æſtimationem ex patris fa-
cultatibus, argumento *l. Imperator* 50. *ff. ad Trebellian.* Aretin.
conſ. 72. *in quarto quæſito*, Socin. *conſ.* 34. *n.* 12. *lib.* 2. Franch.
deciſ. 10. *num.* 11. *verſ. Aut. non cadit.* Rota *vbi proximè*, *n.* 9.
10. ad idem facit Greg. Lop. *gloſſ.* 12. *in l.* 2. *tit.* 2. *p.* 5.

Tamen quod filius etiam ſub poteſtate conſtitutus, poſſit 40
ſtatim alienata per patrem reuocare ante mortem ipſius, pro-
bant Bald. *in l. fin.* §. *in computatione*, *num.* 7. *C. de iur. deliber.*
Corn. *ibi*, *num.* 6. Iaſon *conſil.* 56. *col.* 3. *verſ. Confirmatur*,
lib. 3. Pinel. *in d. l.* 1. *p.* 3. *num.* 74. & in *authentica*, *niſi tricen-*
nale, *num.* 45. *eod. tit.* & ita in Hiſpania vſu receptum eſſe, non
obſtante *d. l.* 24. *Partita*, atteſtantur Matienc. *in l.* 7. *gloſſ.* 7. *n.* 6.
tit. 11. *lib.* 5. *recopilat.* Argel. *d. art.* 18. *num.* 34. *cum ſeqq.*

Sed ſi admitteretur diſtinctio, de qua *ſuprà*, *num.* 33. hæc 41
opinionum contrarietas ſine difficultate conciliabitur; prima
enim obtinet, vbi pater vt legitimus adminiſtrator, alienauit
nomine filij, cum ante finitam adminiſtrationem non oporteat
inquirere de facto patris, an ſine neceſſitate diſtraxerit? argu-
mento *l.* 2. *l. rationes* 24. *C. de adminiſtr. tutor.* Galganet. *de*
tutel.

tucl. lib. 2. quæſt. 56. num. 1. verſ. Quod procedit. Merlin, *ſupr. lib. 3. quæſt. 2. num. 74.* Rot. *deciſ. 158. p. 1. in recent.* quare expectandum eſt, vt finiatur adminiſtratio, quod morte patris, vel aliàs ſoluta paterna poteſtate contingit, de qua ſpecie tractari *in d. l. 24. Partita* diximus. Secunda verò, ſi pater rem filij, vt propriam diſtrahat; nam cum fraudulenter ſe gerat, potius vſurpator, ac dilapidator cenſebitur, quam adminiſtrator; de quo *in dict. l. 1. C. de bon. mater.* atque ideò permanente ipſa adminiſtratione, ac patria poteſtate, non prohibebitur filius tale factum reuocare; argumento *d. l. Imperator.* Quam diſtinct. onem comprobauit Rot. *dict. deciſ. 158 num. 2.* dum ait, poſſe adminiſtratorem, durante adminiſtratione, pro alienatis ex bonis, quæ adminiſtrat, conueniri, cum alienatio dolo facta eſt, non aliàs. Adhuc tamen vbi periculum eſt in mora, erit opinio *Baldi* practicanda, vt ſcilicet ſtatim poſſit filius alienata per patrem retractare indiſtinctè; quod etiam admittunt, qui contrarium tenent, vt dictum eſt *ſupr. num. 39.*

Verſ. *Quod ſi patre viuente.*

42 Filius, dum patriæ poteſtatis nexu abſoluitur, dimidiam partem vſusfructus aduentitiorum bonorum patri aufert, *d. l. cum oportet, § cum autem, C. de bon. quæ liber § hoc quoque, Inſt. per quas perſ. nob. acq.* Ant. Gom. *in l. 48. Taur. num. 6.* Lug. *ſup. num. 24.* Montalo. *in l. 15. tit. 18. p. 4.* Sanch. *dub. 20. num. 1.* niſi exeat per matrimonium; nam Eccleſiæ nuptialibus ſubſequutis benedictionibus, totum ſibi vendicat, *d. l. 47. & 48. Tauri.* Idem eſt, ſi per dignitatem liberetur, Lug. Anton. Gom. *ſupr.* Sanch. *num. 4. & dub. 19. num. 2.* Guttierr. *dict. cap. 4. num. 10.* Gregor. Lop. *in d. l. 15. Partita, gloſſ. rotener,* Pinel. *in d. l. 1. part. 1. num. 42.*

43 Nullatenus per alienationem rei, in qua pater habet vſumfructum, ipſum amittit, neque conſol datur proprietati; quia
44 verum non eſt, vſufructuarium per ſui iuris alienationem illo priuari, & conſolidationi locum eſſe; imò alienatio valet omninò, iuſque vtendi, & fruendi in alium transfertur, ita tamen vt vſusfructus reguletur iuxta vitam, & perſonam eius qui alienauit: *l. arboribus 13. § vſufructuarius, l. non vtitur 45. l. cum vſusfructus 74. ff. de vſufruct.* Emman. Mend. *in d. l. cum oportet. 2. p. num. 119. verſ. Mihi autem videtur,* Felician. *de cenſib. lib. 2. cap. 4. num. 4.* Mol. *in empor. tur. p. 1. tit. 6. de ſeruitutib. q. 1. num. 4. 5.* Argel. *dict. q 8. art. 22 n. 5.* Cedi autem vſusfructus in iure non poteſt, niſi domino proprietatis, nam cedendo extraneo nihil agitur, *§. finitur, Inſt. de vſufruct.* quoniam per talem ceſſionem in iure, quæ quibuſdam ſolemnibus peragebatur obſeruantiis, res ceſſa penitus abdicabatur à cedente, & in alium transferebatur, & ſic opus erat, vt nouus vſusfructus conſtitueretur in perſona eius, cui cedebatur; quod ſine conſenſu domini proprietatis fieri non poſſe, compertum eſt; Caſtill. *de vſufruct. dict. lib. 1. cap. 69. num. 19.* & quoniam quæſtio tum opinionum varietate, tum textuum oppoſitione eſt perdifficilis, conſulendi erunt, Caſtillo *ibi, à num. 15.* Pinel. *in d. p. 3. à num. 37. ad 40* vbi in ſpecie agit de patre alienante bona aduentitia, in quibus vſumfructum habet; & nullo modo illum amittere, reſoluit: accedit Valaſc. *d. conſult. 69, num. 16.* Quamuis communiter teneant DD. ius ipſum vſusfructus alienari nequire, ſed commoditatem dumtaxat.

Ex his colligitur, filio non competere actionem aliquam ad reuocandam alienationem ratione conſolidationis, & amiſſionis vſusfructus paterni.

45 Illud tamen certum eſt, quod ſi filiusfam. poſſet agere, cogeretur pater, vt docet *D. Couarr.* conſentire, vt in iudicio ſtare valeret, aut iudex, inuito patre, ipſi authoritatem præſtaret, quod ſufficit, *l. 4. tit. 3. lib. 5. Recopilat.* in qua id in vxore diſponitur, & ita ſentiunt Azeued. *in l. 10. num. 23. tit. 17. lib. 4. Recopil.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 13. num. 20. & deciſ. 16. num. 3.* Bald. *in l. fin. §. in computatione, num. 7. C. de iur. delib.* Gregor. Lop. *in l. 8. gloſſ. 4. tit. 29. part. 3.* Regulariter enim filiusfam. abſque patris conſenſu in iudicio ſtare non valet, Caſt. *ſupr. cap. 3. num. 13.* Argel. *ſupr. q. 8. art. 20. num. 14.* Vant. *de nullitat. tit. ex inhabil. ſeu defect. mand. num. 39.* Menoch. *de recuper. remed. 15. num. 305.* Mol. *diſputat. 228. num. 10.* Ceuall. *q. 327.* Caballin. *milleloq. 146.* Azeued. *ſup. num. 5.*

46 Sed diſputatur an filiofam. ſtare in iudicio, permittatur ſine patris conſenſu pro bonis aduentitiis, in quibus vſusfructus ad eum non pertinet? affirmant Caſtill. *dict. cap. 69. num. 14.* Tondut. *reſolut. ciuil. cap. 63. num. 6.* Vant. *ſupr. num. 41.* Ioſeph. Ludouic. *dict. deciſ. 13. num. 6.* Gom. *in §. actiones, num. 17. Inſt. de actionib.* Palac. Rub. *in rubric cap. per veſtras, §. 42. num. 9. de donat. inter.* Afflict. *deciſ. 180. num. 3.* Mendez, *in l. cum oportet, part. 1. num. 134. C. de bon. quæ liber.* Becc. *conſ. 97. num. 22. lib. 1.* Barboſ. *in l. 2. §. quod ſi in patris, num. 19. ff. ſolut. matrim.* Meneſ. *in l. fratris, num. 12. C. de tran. ſact.*

Sed contrarium verius eſt, prout defendunt Azeued. *ſupr. num. 15.* Mol. *num. 11.* Menoch. *à num. 309.* Speculat. *tit. de actor. §. 1. num. 25.* Tiraquell. *poſt leg. connubial. gloſſ. 7. n. 10.* Ruin. *in l. 1. §. fiue quæſitum. ff ad Trebellian. num. 19.* Marant. *in praxi, diſt. 16. num. 18.* Paz *in prax. tom. 1. temp. 2. n. 16. 17.* Conſenſus enim patris non requiritur ob eius intereſſe, ſed propter inhabilitatem perſonæ filijfam. Et an ſufficiat tacitus? vide Barboſ. *in dict. l. 2. §. fin. num. 17. 18.* Caldas *de reſolut. emphyteuſ. cap. 11. num. 5.* Tiraquel. *vbi proximè, n. 10. 16.* In qua parte iudicij ſit præſtandus, vel ſi neceſſe eſt, vt præcedat? Barboſ. *in l. 3. num 8. ff. ſolut. matrim.* contrarias refert opiniones.

Sunt tamen multi caſus, in quibus abſque patris authoritate filius in iudicio ſtare poteſt, veluti ad accuſandum, Azeued. *num. 10.* Iul. Clar. *receptar. lib. 5 §. fin. q. 14 num. 5.* Farinac. *in prax part. 1. q. 12. num. 10.* Aut ſi pater abſit, Molin. *n. 15.* Valaſ *allegat. 10. num. 7.* Paz, *num. 18.* Idem in cauſis ſuper bonis caſtrenſibus, aut quaſi, Paz, *num. 20.* Mol. *num. 11.* Menoch. *num. 316.* Vant. *num. 41.* Similiter in beneficialibus, ac ſpiritualibus, Palac. *§. 42. num. 10.* Mol. *num. 13.* Vant. *num. 41.* Alios caſus refert Speculat. *d. tit. de actor.*

Ad Num. 8.

Præſcriptio contra impeditum agere, non currit; *l. 1. C. de* 47
annal. except. Neguſant. *p. 6. memb. 2. num. 2. num. 3.* Guttierr. *allegat. 18. num. 5.* Gregor. Lop. *in l. 10. gloſſ. 3. tit. 20. p. 4.* Peruſ. *deciſ. 31. num. 19.* Surd. *deciſ. 151. num. 4.* Valaſc. *conſul. 120. num. 31.* D. Larrea *deciſ. Granatenſ. 49. num. 5.* Pinel. *in d. authentica, niſi tricennale, à num. 42.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 321. num. 71.* Menoch. *ſupr. num. 312.* Valençuel. *conſ. 33. num. 132.* Garc. *de nobilit. 12. num. 30.*

Hinc eſt, vt contra mulierem coniugatam bona dotalia non 48
præſcribantur, *l. in rebus 30. C. de iur. dot. l. 8. tit. 29. p. 3.* vbi Gregor. Lop. *gloſſ. 5.* Bald. Nouel. *in tract. de dote, part. 8. column. 1. & 5.* Balb. *part. 6 in princip. num. 10. verſ. Decimo quinto, & num. 14. verſ. Vigeſimo,* Palac. Rub. *dict. rubric. §. 27. num. 16.* Azeued. *in l. 4. num. 13. tit. 3. lib. 5. Recopil.* Tuſch. *lit. P. concluſ. 525. à num. 55.* Boër. *q. 228. num. 12.* Menoch. *conſ. 88. num. 43.* Paz *in prax. tom. 1. tempor. 2. n. 32.* Mench. *illuſtr. controuerſ. cap. 60. à num. 4.* D. Larr. *vbi ſupr.* Barboſ. *in d. l. 1. part. 5. num. 83. verſ. Denique ex prædictis, ff. ſol. mat.* Gomez Vaſo *d. lib. 2. prax. quæſt. 96. num. 7.* Quia, matrimonio conſtante, nullam habet actionem, *d. l. in reb.* Pereg. *deciſ. 44. per totam,* Azeued. *in d. l. 4. num. 15.* D. Larr *ſupr.*

Idem iuris eſt in arris, ſiue donatis propter nuptias, Palac. 49
Rub. *in d. rubric. §. 17. num. 16.* Azeued. *in dict. l. 4. num. 17.* Paz *vbi proximè,* Suar. *in l. 1. limit. 1. tit. de las arras, lib. 3. fori.* (Sed præſcriptio incepta non interrumpitur, etſi res, quæ 50
præſcribebatur, detur in dotem, aut donationem propter nuptias. *l. ſi fundum 16. ff. de fund. dotal.* imò nec ſuſpenditur, Gregor Lopez, *vbi proximè,* Balb. *dict. part. 1. ſexta principalis, caſ. 16. num. 10. in principio,* Azeued. *num. 20. verſ. Secundo limitatur.*) Cum enim mulier, matrimonio durante pro his rebus omninò agere prohibeatur, ſicut pro dotalibus, *l. vbi adhuc 29. C. de iur. dot.* & notant ſupr. laudati DD. & (quod ibi dicitur de donatione propter nuptias, de arris intelligi debet, quæ apud nos in locum illius ſucceſſerunt, *l. 1. in fine, titul. 11. part. 4.* Guttierr. *pract. lib. 3. quæſt. 43. num. 2.* Palac. *dict. rubric. § 23.* Sanch. *de matrimon. libr. 6. diſp. 1. num. 1.*) ei præſcriptio nocere non debet.

Ex quo deducitur, quod ſi maritus inops incipiat eſſe, ita 51
vt mulier dotem ſuam repetere, nondum ſoluto coniugio, valeat, iuxta *dict. l. vbi adhuc, l. ſi conſtante 25. ff. ſolut. matrim.* quia impedimentum ceſſat; præſcriptio procedet: *dict. l. in*

rebus, & *dict. l.* 3. Balb. *num.* 10. 14. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1153. *num.* 11. Azeued. *ſup. num.* 17. Ceuall. *commun. quæſt.* 3. *num* 6. Gratian. *in addition. ad deciſ.* 15. Merlin. *de pignorib. lib.* 3. *quæſt.* 21. *num.* 13. Neguſant. *eod. tract. dict. memb.* 2. *num.* 4. Quo caſu de iure Regio viri licentia opus non eſt, Paz *dict. temp.* 2. *num.* 41. Ant. Gom. *d. l.* 55. *n.* 3.

52 Quid de bonis aliis extra dotem, ſeu paraphernalibus dicendum ſit? ſub iudice eſt. Sunt qui affirmant (& magis communiter) mulieri quoad hæc præſcriptionem officere, quoniam pro eis agere conſtante matrimonio non impeditur, impetrata à viro licentia, extortáve iudiciali præcepto, vel ab eodem Iudice conceſſa, *dict. l.* 47. *Taur.* quæ eſt *l.* 4. *tit.* 3. *lib.* 5. *Recop.* Ita ſentiunt Guttierr. *dict. allegat.* 28. *num.* 7. Ciſuent. *in l.* 55. *Taur. in fine*, Roderic. Suar. ſtatim referendus, Ioan. Faber *in dict. leg.* 1. *C. de bonis matern.* Paz *dict. num.* 32. Azeued. *in dict. l.* 4. *num.* 18. 19. 20. Sed è contra præſcriptionem non currere in paraphernalibus bonis, docent Palae Rub. *in l.* 55. *Taur. num.* 11. vbi Caſtill. *gloſſ. fin. verſ. Adde mulier*, Pinel. *in d. auth. niſi tricennale, num.* 40. *cum ſeqq.* conſentiunt Roder. Xuar. *in l.* 3. *tit. de las deudas, lib.* 3. *fori*, & Paz *dict. num.* 32. quando maritus ſæuus eſt, ſolituſque in vxorem animaduertere, quæ ſententia magis æquitati videtur conuenire.

53 Cui non obſtat, quod illa regula: *Vt impedito agere non currat præſcriptio*; limitatur ab omnibus, quando impeditus poteſt obſtaculum remouere; argumento *cap. fin. de electton.* & *l. quibus diebus* 40. *ff. de condit. & demonſtrat.* Barboſ. *in l. cum notiſſimi*, §. *illud. num.* 56. 57. *C. de præſcript.* 30. *annor.* Merlin. *d. quæſt.* 22. *n.* 9. Balb. *p.* 4. *p.* 4. *princip. q.* 3. *num.* 8. Socin. Iun. *conſ.* 76. *num.* 9. *lib.* 1. Impedimentum enim non excuſat, nec tale dici propriè poteſt, cum eſt per impeditum amouibile, Bart. *in l. ſed & per prætorem*, §. 2. *ff. ex quib. cauſ. maior.* Menoch. *conſ.* 100. *num.* 116. 117. Pariſ. *conſ.* 67. *num.* 64. *lib.* 3. Cyriac. *controuerſ.* 167. *num.* 10. *tom.* 1. Quod cum mulier poſſit facere, petitâ licentiâ ad agendum, à viro, vel à Iudice, non eſt cur præſcriptio contra ipſam denegetur, *l.* 3. 4. 5. *tit.* 3. *lib.* 3. *Recopil.* Guttierr. *alleg.* 28. *num.* 6. *cum ſeqq.* Azeued. *d. l.* 4. *num.* 30. Nam reſpondetur, limitationem prædictam veram eſſe, cum facilè impedimentum tolli poteſt, Pinel. *in eadem auth. num.* 45. Barboſ. *num.* 34. Merl. *num.* 19. alioqui illud excuſat regulariter, Cyriac. *tom.* 2. *controu.* 214. *num.* 20. latè Decian. cum multis, *conſ.* 18. *num.* 158. 191. Flamin. *de reſignat. lib.* 11. *q.* 13. *num.* 27. 28. Surd. *deciſ.* 189.
54 *num.* 50. Vxor autem non cenſetur, ſine difficultate poſſe impedimentum amouere, extorquendo à viro ſuo licentiam ad li-
55 tigandum ob reuerentiam maximam, quam ipſi tenetur exhibere, Merl. *ibidem*, Barboſ. *num.* 34. 39. 43. 52. optimè D. Auguſt. *homil.* 43. nuptis hoc ſuadet, ibi: *Nulla ſit in vobis proteruitas, nulla ſuperbia, non contumelioſa ceruix, non*
56 *aliqua inobedientia tanquam ancilla ſeruire.* Quod ſi ab ſpontaneo viri conſenſu pendet facultas agendi, nil difficilius, quam quod ab aliena voluntate obtinendum eſt; argumento *l. ſtipulatio iſta* 38. *ff. de verb. oblig.* §. *ſiquis alium*, *Inſt. de inutil. ſtipulat.* ex quibus, *iunct. l. impoſſibilium*, *ff. de reg. iur.* notant Interpretes, impoſſibile reputari, quod in alterius eſt arbitrio; de quo Anton. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 23. D. Couarr. *in cap. quamuis pactum*, *p.* 1. §. 5. *de pact. in* 6. Guttierr. *de iuram. confirm. p.* 1. *cap.* 44. Donel. *lib.* 12. *commentar. cap.* 19. & 21. vbi Oſuald. Cuiac. *lib.* 12. *obſeruation. cap.* 36.

57 Ex quibus patet, non eſſe facile mulieri nuptæ impedimentum, quod ad agendum habet, collere, atque ideò etiam quoad bona paraphernalia ſub illa regula continetur: *Vt impedito*
58 *agere præſcriptio non currat.* Quod tamen limitarem, niſi ſolita eſſet in iudicio in ſimilibus cauſis experiri, nam tunc facilè amouere poſſe impedimentum, verius eſt.

59 Idem iuris eſt in filiofam. cui præſcriptio non currit, vt ex plurimis probat Valençuel. *conſil.* 178. *num.* 61. Pinel. *in dict. authentica, num.* 43. Rota apud Merlinum *vbi ſupra, deciſ.* 6. *num.* 10. Cyriac. *controuerſ.* 321. *n.* 57. *tom.* 2. Valaſc. *conſ.* 130. *num.* 19. Matienz. *in l.* 8. *gloſſ* 9. *num.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopil.*
60 Quod obtinet, etſi poſſit præſtita per patrem, aut Iudicem, eo renuente, licentia, ſtare in iudicio; nam ob reuerentiam, ac metum paternum, cenſetur difficile, impedimentum remouere, ſicut de vxore diximus; Pinel. Merlin. & Barboſ. *vbi proxime.* Hæc ita ſe habent, cum filiusfam. ſine patris aſſenſu comparere in iudicio non valet, quod regulare eſt; Menoch. *de recup. remed.* 15. *num.* 315. Paz *dict. tempor.* 2. *num.* 15. *cum ſequentibus.* Sed ſi illo non egeat, præſcriptionem ei currere 61
manifeſtum eſt, vt in peculio caſtrenſi, quaſi caſtrenſi, beneficialibus, & ſimilibus; quæ notantur per Gloſſam *in cap. fin. de iudic. in* 6. & *in l. lis nulla* 4. *ff eod. tit.* Menoch. *num.* 316. Paz, *num.* 10. & diximus *ſup. num.* 46.

Sed quoad bona aduentitia, quorum vſusfructus ad patrem 62
non ſpectat, contra filium præſcriptionem currere, communiter receptum eſt, Greg. Lop. *in l.* 8. *tit.* 29. *p.* 3. *gloſſ.* 4. Bald. *in l.* 1. §. *ne autem*, *C. de ann. except.* Azeued. *in dict. l.* 4. *n.* 23. Suar. *ſupra tit. de las deudas* 3. *quæſt. fol.* 58. *pag.* 1.

At circa *d. l.* 14. *Partita*, filiofam. præſcriptionem non offi- 63
cere, vt temporis lapſu excludatur à reuocando alienata per patrem, vrgenti ratione defendi poteſt: etenim cum prius debeat patrem conuenire, & bona eius excutere, quam ad extraneos rerum ſuarum poſſeſſores deueniat; hoc maximum impedimentum eſt filio propter metum, ac reuerentiam patris, ſub cuius poteſtate eſt conſtitutus, atque ideò ſuccedit regula *d. l.* 1. *C. de annal. except.* Vt impedito agere non currat præſcriptio. Quod duntaxat locum obtinet, ſecundum opinionem, quæ habet, poſſe filium alienata ex aduentitiis ſtatim reuocare, aliàs nullo modo ipſi præſcriptio curret, cui omnino via ad agendum clauſa eſt.

Cum verò filius deſierit eſſe in poteſtate, legitimam perſo- 64
nam habet ſtandi in iudicio, tam aduerſus extraneos, quàm patrem, cui, vt antea, ſubditus non eſt; quare præſcriptio ei officere ex tunc incipiet abſque dubio: *d. authentica, niſi tricennale.* Erit tamen neceſſe agenti contra patrem, extra cuius 65
eſt poteſtatem, veniam à Iudice poſtulare, ſine qua non audietur, imò pœnam pecuniariam luet; *l.* 4. §. *prætor*, *ff. de in ius vocando*, *l. fin. C. eod. l.* 3. *tit.* 2. *l.* 4. *tit.* 3. *p.* 3. Socin. *regul.* 244. Roder. Xuar. *in l.* 9. *titul.* 11. *lib.* 1. *fori*, quam etiam filiusfam. debet petere quoties aduerſus patrem agere permittitur, Paz *d. temp.* 2. *num.* 4. *cum ſeqq.* Pichard. *in* §. *pœnales*, *à num.* 26. *Inſt. de action.* Gilchen. *in l. fin. num.* 5. *C. de in ius vocand.* Cuiac. *obſer. lib.* 10. *cap.* 10. Oſuald. ad Don. *lib.* 23. *comment. cap.* 2. *lit. T.* Idem eſt de adoptiuo patre, durante adoptione, Pichar. *num.* 31. Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 5. *num.* 11. Item in naturali, *l. parentes*, *ff. de in ius vocand.* Pichard. *num.* 27. Similiter, qui de ſacro fonte leuauit, vocari in iudicium ſine venia non poſſe, docent Oroſ. *in l. generaliter* 23. *num.* 8. *ff. de in ius voc.* vbi Soc. *col. fin.* Zaſi. *ibidem col.* 1. & *in* §. *pœnales*, *col.* 6. *Inſt. de act.* Iaſ. *num.* 94. Quia eſt vt pater ſpiritualis. Sed filius inceſtuoſus genitorem ſine venia trahit ad iudicium impunè, Oroſc. *in d. l. parentes*, *num.* 2. Socin. *col.* 1. Zaſi. *in d.* §. *pœnales*, *col.* 5.

AD CAPVT IX.

De præſcriptione Retractus conuentionalis.

SVMMARIVM.

1 *Recenſentur Authores conſulendi ad præſentem tractatum.*
2 *Actio, quæ competit, cum res empta diſplicet, Redhibitoria vocatur.*
3 *Differentia inter venditionem celebratam*, Si placuerit: *aut*, Niſi diſplicuerit.
4 *Pactio ſimilis pacto retrouendendi.*
5 *Pactum retrouendendi, ſi ſine præfinitione temporis adjiciatur, triginta annis perit.*
6 *Idem eſt, ſi addatur clauſula perpetuitatem denotans.*
7 *Pactum retrouendendi ſimpliciter appoſitum, tempore non perire, qui doceant?*
8 *Refertur ſententia docens, clauſulam perpetuitatis excludere præſcriptionem.*
9 *Pacto retrouendendi quomodolibet interueniente, triginta annis ius redimendi præſcribi, tenendum eſt.*
10 *Mera facultas non aboletur tempore, ſed actio, vel ius ei adhærens præſcribi poteſt.*
11 *Ius offerendi, quod inter ſe creditores habent, triginta annis extinguitur.*
12 *Ius offerendi ex pacto retrouendendi oritur à doe contractus.*
13 *Verba*, quandocumque, perpetuò, & *ſimilia, non excludunt tricennalem præſcriptionem.*

14 *Præſcriptiò actionis perſonalis an procedat cum mala fide debitoris?*

15 *Iure Canonico nulla præſcriptio cum mala fide admittitur.*

16 *Via exequutiua cum mala fide debitoris præſcribitur.*

17 *In eo quis puniri debet, in quo deliquit.*

18 *Ius redimendi ex pacto retrouendendi an cum mala fide emptoris præſcribi queat?*

19 *Vbi abeſt peccatum, præſcriptio iure Ciuili permiſſa, Canonico non improbatur.*

20 *Iure Ciuili ad præſcriptionem triginta annorum bona fides non deſideratur.*

21 *Explicatur* cap. fin. de præſcrip. *in illis verbis:* Omne quod non eſt ex fide, &c.

22 *Hæres poteſt præſcribere rem legatam triginta annis ante agnitionem legati.*

23 *Debitor an poſſit nulla obſtante præſcriptione rem, quam dedit in pignus, redimere?*

24 *Debitori poſſidenti nulla præſcriptio opponi poteſt, ne pignus luat.*

25 *Temporalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum.*

26 *Debitoris inopi præſcriptio non nocet, quominus rem pignori datam poſſit luere.*

27 *Quæ actiones pro legato competant, remiſſiuè.*

28 *Res ipſa legata non eſt hypothecæ ſubiecta, ſicut alia teſtatoris bona.*

29 *Dominium rei legatæ quæritur legatario à tempore mortis, vel aditæ hæreditatis.*

30 *Bona hæredis non ſunt obligata pro legatis, niſi inuentarium facere omiſerit.*

31 *Hæres, quamuis fructus ex re legata debeat reſtituere, poteſt tamen præſcribere.*

32 *Legatario competit actio à die aditæ hæreditatis.*

33 *Actio nondum nata præſcriptione perire non poteſt.*

34 *Magis imputandum eſt negligentiæ legatarij non petentis, quàm creditoris non redimentis.*

35 *Vendens cum pacto retrouendendi non repellitur à iure redimendi triceunali præſcriptione, ſi toto tempore inopiâ impediatur, ne pretium valeat offerre.*

36 *Defenditur ſententia* Angeli *quoad præſcriptionem iuris redimendi.*

37 *Iuris proprij renunciatio præſumenda non eſt.*

38 *Præſcriptioni, quæ odio dominorum negligentium introducta eſt, non poteſt renunciari.*

39 *Senatuſconſulto Macedoniano renunciare non licet.*

40 *Nec iuramento talis renunciatio firmatur.*

41 *Expreſſa renunciatio præſcriptionis in pacto retrouendendi non tenet.*

42 *In præſcriptionibus vtilitas publica verſatur.*

43 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.*

44 *Priuatorum pactis iuri publico non derogatur.*

45 *Ius redimendi ex pacto retrouendendi de iure Regio viginti annis præſcribitur.*

46 *Ad præſcriptionem actionis perſonalis de iure Regio bona fides non deſideratur.*

47 *Actus non debet vltra, aut contra intentionem agentis operari.*

48 *Venditori poſſidenti non obſtat præſcriptio ad redimendum ex pacto retrouendendi.*

49 *Pacto retrouendendi interueniente cum iuramento, adhuc ius redimendi eſt præſcriptibile.*

50 *Quando expreſſim præſcriptioni cum iuramento renunciatur, ius redimendi triceunali præſcriptione non perit.*

51 *Traduntur limitationes aliæ ad doctrinam* Angeli.

52 *Ius redimendi cenſum redimibilem nullo tempore etiam immemoriali præſcribitur.*

53 *Motus proprius Pij Quinti circa cenſum conſtituendum multis in locis admiſſa non eſt.*

54 *Pacta emptori oneroſa pretium minuunt.*

55 *Pactum retrouendendi minuit pretium in quarta, vel tertia parte.*

56 *Valor cenſuum redimibilium in Hiſpania.*

57 *Cenſus iam conſtitutus poteſt minoris vendi, quàm lege Regia taxatum eſt.*

58 *Vbi Bulla Pij Quinti admiſſa eſt, pactum, vt, niſi intra certum tempus cenſus redimatur, maneat irredimibilis, vitiat contractum.*

59 *Vbi ea Bulla recepta non eſt, tale pactum rejicitur, & contractus ſuſtinetur.*

60 *Pactum, vt non liceat niſi poſt certum tempus redimere, vitiat cenſus contractum.*

61 *Vtrumque pactum licitum eſt, ſi iuſtitia in contractu ſeruetur; ſaltem in foro interiori.*

DE præſcriptione iuris redimendi ex pacto retrouenditionis, egerunt Hermoſ. *in l.42. gloſſ.1. num.6. cum ſequentibus, titul. 5. part. 5.* Cenall. *commun. cont. commun. tom. 1. quæſt.107.* Ant. Gom. *variar. lib.2. cap.3. num.27. verſ. Quare tamen, & num.28.* Barboſ. *in collect. ad l.2. à num.15. C. de pact. int. emptor.* Guttierr. *de iuram. confirmat. part. 3. cap.1. num.9. in fine,* Tiraquel. *de retract. comment. §.1. gloſſ.1. n.15. cum ſeqq.* Ant. Gab. *comm. lib.5. concluſ. 6. num.6. tit. de præſcript.* Cancer. *variar. 1. part. cap. 13. num. 51.* Scaccia *de commerc. §.7. gloſſ.7. num.3.* Oſuald. ad Donell. *lib.5. commentar. cap. fin. lit. K.* Azeued. *in l. 6. num. 33. cum ſequentibus, tit.15. lib.4. Recopil.* Ant. Fab. *in ſuo Cod. lib.7. tit.13. de præſcript. 30. vel 40. annor. definit. 3.* 1

Ad Num. 1.

Actio, quæ competit, ſi res empta diſpliceat, dicitur Redhibitoria, de qua Guzman *de euiction. q.61. num.31.* Hermoſ. *in l.66. gloſſ.1. num 31. tit.5. p. 5.* Ant. Gom. *variar. d. lib.2. cap.2. num. 19. verſ. Item intellige, in fine,* Pichard. *in §. emptio, num. 7. Inſt. de emption.* Multùm autem intereſt, an ita vendatur: *Si placuerit*; vel: *Niſi diſplicuerit.* Primo caſu contractus aut ſtatim irreuocabiliter valet, ſi emptor ſine interuallo conſentiat, aut nihil agitur, etſi poſtea conſenſum præſtet; ſecundo verò, venditio ſubſiſtit, ſed tamen eſt expoſita reſciſſioni ſub illa conditione: *Si diſplicuerit*, intra tempora iure, vel conuentione præſcripta, Hermoſi. *in l.8. gloſſ.1. à 6. tit.5. part.5.* Gregor. Lop. *in l.8. gloſſ. fin. tit.11. p.5.* Guttierr. *de gabel. quæſt.18. num.8. cum ſequentibus,* Azeued. *in l. 1. à num. 137. tit. 17. lib. 9. Recopil.* Alia quæ circa pactum retrouendendi ſe offerunt adnotanda conſultò in proprium locum relinquimus; nam D. Couarr. de eo tractauit *infra lib.3. cap.8.* quò, Deo dante, peruenire confidimus, quare de facultate redimendi præſcriptione duntaxat in præſenti agendum nobis erit. 2 3

Eſt aliud pactum ſimile huic retrouenditionis, ex quo facultas oritur redimendi, quando ſcilicet emptor obligatur ad rem reſtituendam eodem pretio venditori; quod quidem quoad effectum, nihil differt à pacto retrouendendi, ſi hoc verbis obliquis fiat, Hermoſ. *in d. l.42. gloſſ.1. num.1. 2. 3.* Pichard. *in §. actionum, quæſt. 8. num. 17. Inſt. de action.* Pinel. *in l. 2. part.1. cap.3. num.10. 17. 28.* Caldas, *in l. ſi curatorem, verb. Sua facilitate, num.58. C. de in integ. reſtit. & de empt. & vendit. cap.8. num.25.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.4. tit.13. num. 3.* 4

Verſ. *Egregia tamen eſt dubitatio.*

Vbi ſine temporis præfinitione, ſed abſolutè emptor ad reuenditionem obligatur, facultas redimendi tollitur triginta annorum præſcriptione; ita magis frequenter ſentiunt DD. Trentacinq. *variar. lib. 5. tit. de emption. reſol. 10. num. 15. verſ. 1. 2.* Tepat. *variar. ſentent. tom. 2. tit. 407. cap. 1. verſ. Iuris redimendi,* Mareſc. *variar. lib.1. cap.57. num.1.* Merlin. *de pignor. lib.4. quæſt 80. num. 21.* Barboſ. Senior *in l. cum notiſſimi, num.81. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* & alij plures ex laudatis *ſuprà, in principio.* 5

Sed ſi in pacto adjiciatur, quod liceat redimere *perpetuò*; *quandocunque*, vel alia clauſula denotans perpetuitatem, adhuc *Angelum* ſequuti triginta annis ius redimendi præſcribi, docent Guttierr. *d. cap 1. num.9.* Mareſc. *cap.57. num.55. 56.* Merlin. *num.40.* Cardin. Mantic. *dict. lib.4. tit.17. num.5. 6.* Gregor. Lop. *in dict. l.42. gloſſ.4. tit.5. part.5.* Hermoſ. *num.11* apud quem alij, de quo *infrà, num.9. & n.36. cum ſeqq.* 6

Verſ. *Quibus expreſſim.*

Aduerſus *Angelum* etiam eo caſu, quo ſimpliciter; nulla adiecta clauſula perpetuitatis, pactum retrouendendi interuenit, negant præſcriptioni locum eſſe, Myńſinger. *cent. 1.* 7

obſeruat. 10. Gail. *lib.* 1. *obſeru.* 18. Pariſ. *conſ.* 92. *lib.* 3. Gerard. *ſingul.* 18. vbi Addition. Hieron. Laurent. *deciſ.* 191. *in fine.* Seſſe *deciſ.* 103. 107. Fontan. *deciſ.* 76. 77. Ant. Gom. *dict. cap.* 2. *num.* 28.

8 Verùm ſi clauſula perpetuitatis interueniat, communis eſt reſolutio, præſcriptionem non eſſe admittendam, ſed quocunque tempore licere venditori redimere; Ant. Gom. *dict. num.* 28. Ceuall. *d. quæſt.* 207. *ex num.* 14. Tiraquel. *d. gloſſ.* 2. *à num.* 15. Alciat. *in l. petens, C. de pact.* Cacher. *deciſ.* 105. Valaſc. *de iur. emphyteut. quæſt.* 11. *num.* 17. Perez *in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 8. *Ordinam.* Fach. *controuerſ. lib.* 2. *cap.* 13. Caualcan. *de vſufruct. mulier. relicto, cap.* 9. *num.* 175. Mynſing. & omnes, qui præcedentem concluſionem probarunt; nam & iſtam, vt amplectantur, neceſſe eſt; quibus accedunt alij, quos Hermoſ. refert *num.* 7.

9 Ex qua opinionum varietate colligitur, quod vbi non additur clauſula in pacto retrouendendi, qua oſtendatur, voluiſſe contrahentes ius redimendi in perpetuum durare, præſcribitur triginta annorum ſpatio; quod proculdubio receptius eſt; ſed ſi talis clauſula adjiciatur, ſatis dubia quæſtio eſt; tamen verius videtur, præſcriptionem tricennalem excludere volentem redimere, vt probatur *infra, num.* 36. cum aliis.

Ad Num. 2.

10 Pro ſolutione huius argumenti conſulendi ſunt, Ant. Gom. *variar. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 17. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 28. *num.* 10. 21. Merlin. *dict. quæſt.* 80 *num.* 2. *verſ. Secundo, &* *num.* 3. Barboſ. *ſupr. num.* 78. Ex quibus dicendum eſt, quod licèt mera facultas non præſcribatur, ius tamen ſiue actio facultati coniuncta, præſcriptione perit, Menoch. *conſ.* 748. *num.* 24. atque ita ſunt intelligendi DD. qui docent ea, quæ facultatis ſunt, præſcribi non poſſe; quorum meminere Ceuall. *quæſt.* 3. *num.* 1. & Cyriac. *num.* 10.

Ad Num. 3.

11 Aliud eſt ius offerendi, quod competit debitori ad recuperandam rem, quam pignori dedit, de quo *infrà, ad num.* 5. Aliud, quod datur creditoribus inter ſe, vt vnus alteri debitum offerendo pignus auocet à poſſeſſore, & hoc præſcribi poſſe triginta annis, compertum eſt per *d. l. cum non ſolùm, §. eodem iure*, vbi expreſſim habetur, & ita docent *ibi* Bartol. Bald. *num.* 4. Negulant. *de pignor. part.* 5. *memb.* 3. *num.* 52. Gail. *d. obſeruat.* 18. *num.* 12. Franch. *deciſ.* 69. *num.* 12. Caroc. *de oblat. quæſt.* 28. *num.* 15. *verſ. Solent.* Mantic. *lib.* 11. *tit.* 18. *n.* 37. Molin. *n.* 1.

12 Aduertas cum *D. Couarr.* ius ad redimendum ex pacto retrouendendi ſtatim à die pactionis oriri, non à quo pretium oblatum eſt; exerceri autem ante oblationem non poteſt, atque ideo rectè præſcribitur quod iam informatum, ac productum eſt; Merlin. *num.* 22.

Ad Num. 4.

13 Per verba: *Quandocunque, Perpetuò*, vel ſimilia non excluditur præſcriptio triginta annorum, imò ad breuius tempus reſtringitur diſpoſitio iuxta ſubiectam materiam; Guttierr. *auth. cap.* 1. *num.* 9. vbi latè Boër. *deciſ.* 183. *num.* 3. 5. & eſt communis ſecundum Ant. Gab. *lib.* 5. *concluſ.* 6. *de præſcript. à num.* 1. Tiber. Decian. *conſ.* 13. *num.* 59. *vol.* 2. Hugo Celſ. *conſ.* 61. *num. fin.* Merl. *num.* 16.

Ad Num. 5.

14 Latiſſimè patet quæſtio, à qua fundamentum huius argumenti dimanat, an ſcilicet præſcriptio actionis perſonalis, de qua *in l. ſicut* 3. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. l.* 63. *Taur.*
15 & aliis procedit cum mala fide debitoris? Cum iure Canonico cautum ſit, vt mala fides omnem præſcriptionem impediat, *cap. fin. de præſcript. cap. poſſeſſor. de reg. iur. in* 6. Balb. *de præſcript.* 1. *part.* 3. *part. princip. quæſt.* 6. Menoch. *conſ.* 143. *num.* 11. Carleual. *de iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 4. *num.* 2. Vnde videtur, non poſſe eas conſtitutiones obſeruari, niſi adſit bona fides ex parte eius, in cuius vtilitatem præſcriptio cedit.

Sed eam neceſſariam non eſſe in præſcribendis actionibus ex *dictis legibus* multis placet; de qua controuerſia, D. Couarr. *in dict. regul. poſſeſſor, part.* 2. §. 11. Guttierr. *in l. nemo poteſt, num.* 47. *cum ſequentibus. ff. de leg.* 1. Menchac. *de ſucceſſion. creat. part.* 1. §. 10. *num.* 26. & *illuſtrium cap.* 76. Bellacomb. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 13. Perez *in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 1. *Ordinam.* Surd. *deciſ.* 158. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 52. *num.* 2. Ferrer. *in l.* 3. *num.* 86. *ff. de vſucapion.*

Ex quibus colliges cum Parlador. *rer. quotidian. cap.* 1. §. 11. *num.* 15. *cum ſequentibus*, magis receptum eſſe apud DD. eas conſtitutiones cum mala fide obſeruari non debere, in praxi tamen contrarium obtinuiſſe, & vtriuſque ſententiæ Authores cumulat Ceuallos *tom.* 1. *quæſt.* 173.

Illud verò ab omnibus admittitur, non obſtante canonica 16
prohibitione, licitè præſcribi decennio, vel alio tempore, ſecundum ſtatuta, exequendi ius, etſi debitor malam fidem habeat, prout ſtatuitur *d. l.* 63. *Tauri*: nam debitori nihil quæritur, & creditor iuſtè priuatur beneficio conſequendi celeriter, quod ſibi debetur, cùm tamdiu negligenter ſe geſſerit in illo
exercendo; atque ita in eo ipſo, in quo culpam admiſit, me- 17
ritò punitur; *cap. quanto* 3. §. *cæterum, de tranſlation. Epiſcop. cap. literas* 13. §. *præfatum, de temporib. ordinat. l. ſiquis in tantam* 7. *C. vnde vi*, nihil tamen aliud ſentit incommodi, cum via ordinaria ſuum valeat exigere, ita tenent Ant. Gom. *in l.* 63. *num.* 1. Gregor. Lop. *in l.* 22. *gloſſ.* 1. *titul.* 29. *part.* 3. Parlador. *ſupr. num.* 19. Carleual. *de iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 4. *num.* 2. *& ſequentibus*, vbi plurimos laudat, D. Couarr. *ſupr. num.* 6. *verſ. Sexto leges ſæculares*, Guttierr. *in dict. l. nemo, num.* 205. Ceuall. *quæſt.* 173. *num.* 9. Balb. *de præſcriptionib. part.* 2. *part.* 3. *principal. quæſt.* 14. *num.* 8. Petr. Barboſ. *in l. ſicut num.* 165. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Padill. *in l.* 1. *num.* 44. *C. de ſeruitut. & aqua*, Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 1. *cap.* 51. *num.* 22. Scaccia *de commerc.* §. 7. *gloſſ.* 7. *num.* 3. Bolaños *in Curia Philip. p.* 2. §. 1. *num.* 8.

Sed in ſpecie noſtra non poſſe præſcribi redimendi faculta- 18
tem, ſciente emptore, ſe teneri ad reuendendum, maximè quoties adiecta eſt clauſula denotans perpetuitatem, quia adeſt mala fides; ſentiunt Tuſch. *lit. P. concluſ.* 32. *num.* 15. Aretin. *conſ.* 116. *num.* 19. Cald. *dict. verb. Sua facultate, num.* 71. *verſ. Neque video*, Math. Coler. *in dict. cap. fin. num.* 34. *in fin. de præſcript.* Gerard. *ſing.* 18. Pariſ. *conſ.* 91. *num.* 36. *vol.* 1. Caſſan. *conſ.* 11. *num.* 19. & alij. At contrarium cum D. Couarr. *hic*, defendunt Ant. Gabr. *ſupr. concluſ.* 6. Surd. *deciſ.* 3. *num.* 10. Menchac. *illuſtr. cap.* 55. *num.* 16. Tiraquell. *de retract. comment.* §. 1. *gloſſ.* 2. *num.* 27. Bald. *conſ.* 303. *num.* 3. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 143. *num.* 29. Deci. *conſ.* 10. *num.* 69. *lib.* 1. Baptiſt. *de vſur. comment.* 1. *à num.* 98. Roland. *conſ.* 21. *n.* 55. *& in fine. libr.* 2. & alij plurimi, qui ita docent, de quibus *infrà, num.* 36. Quod ea ratione ſuſtinetur; nam licèt iſte ſciat ius alienum, & ſic bonam fidem non habeat ad præſcribendum, antequam ſibi pretium offeratur, nullum peccatum ad-
mittit, dum retinet emptum; & vbi peccatum non eſt, ceſſat 19
illa iuris Canonici conſtitutio, de qua *in d. regul. poſſeſſor*; nam propter illud, iuri ciuili in hoc opponitur *dict. cap. fin. de præſcript.* ibi: *Quoniam omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt*, vt docuerunt P. Molin. *de iuſt. diſput.* 64. *num.* 8. Lug. *eodem tractatu, tom.* 1. *diſp.* 7. *ſect.* 3. *num.* 38. Adrian. & Panormit. quos D. Couarr. impugnat, *d.* §. 11. *num.* 4. *verſ. Cæterum, & ſequent.* ex eo ſolum, quod ſcientia rei alienæ impedit præſcriptionem; quod verum eſt, quoties de iure Ciuili bona fides
deſideratur ad illam; ſed cum in hac, de qua agimus, quæ eſt 20
triginta annorum, bona fides opus non ſit ſecundum illud ius, *l. ſiquis emptionis* 8. §. 1. *C. de præſcript.* 30. *annor. l.* 21. *tit.* 29. *p.* 3. vbi Gregor. Lop. *gloſſ.* 2. D. Couarr. *dict.* §. 11. *in princip.* Angel. *de acquiren. poſſeſſ. quæſt.* 3. *art.* 4. *num.* 9. rectè poſſeſſor liberabitur præſcriptione per exceptionem ab onere retrouendendi; qui non impeditur iure Canonico, quia non peccat; non Ciuili, quoniam bona fides non exigitur.

Neque refragantur præfata verba, ſcilicet: *Omne, quod* 21
non eſt ex fide, peccatum eſt. Quæ inſinuare videntur, malam fidem cum peccato ſemper eſſe coniunctam. Quoniam ibi non eſt ſermo de fide, prout nos eam *hìc* accipimus, cum de præſcriptione tractamus; ſed de propria hominis conſcientia, ſecundum quam ſe aliquid mali agere cognoſcit, vel exiſtimat: ſic exponit Gloſſ. *in d. cap. fin.* & ab omnibus ita intelligitur locus ille.

Ex quo deducitur, quod cùm conſcientia etiam erronea in-

ducat

ducat peccatum, ſi cum ea operetur aliquis, licet actus ipſe peccaminoſus ex ſe non ſit; quia omne quod fit non ex fide, id eſt, ex conſcientia bona, peccatum eſt, *cap. literas* 15. §. *porrò, de reſtit. ſpoliator.* non poterit præſcribere. qui ex errore putat, rem iuſtè retinere non poſſe; Lug. *num.* 26. 27. Quod iure Ciuili definitum eſt *in l. ſi fur.* 31. §. 1. *ff. de vſucap.* vnde Molin. *ſupr.* rectè diſtinguit inter malam fidem, quæ iure Ciuili ad præſcriptionem nocet; & eam, de qua Pontifex agit *in dict. cap. vlt.* nam hæc abſque peccato eſſe non poteſt, quamuis illa ſic. Illud tamen probat Lug. *à num.* 36. fidem malam ex ſolo peccato veniali non impedire de iure Canonico præſcriptionem; quod & ſentit Molin. *vbi proximè*, vt teſtatur idem Lug. *num.* 38. atque ita cum peccatum lethale non interuenit, à regulis iuris Ciuilis recedendum non eſt. Verùm & illud eſſe debet contra iuſtitiam ne præſcribatur.

Ibi : *Et ideò pro ſententia.*

22 Quod hæres poteſt præſcribere per 30. annos rem legatam aduerſus legatarium non petentem, eſt communis reſolutio, Mench. *illuſtr. cap.* 55. *num.*26. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 2. *num.* 29. *& deciſ.* 4. *num.* 15. Caldas, *dict. verb. Sua facultate, num.*75. Hippolyt. *in princip. Inſtit. per quas perſ. nob. acquir. à num.*26. Surd. *deciſ.* 25. *num.*4. Bocc. *conſ.* 48. *per totum*, de quo D. Couarr. *d.* §. 11. *num.*9. Balb. *de præſcript. part.* 4. *p.* 5. *princip. quæſt.* 3. *num.* 5.

Ibi : *Ad hæc facit communis.*

23 Sunt contrariæ opiniones circa præſcriptionem iuris offerendi, quod habet debitor, vt recuperet propriam rem, quam pignori dedit, & præſcriptioni locum eſſe, latè probat Merlinus *à num.* 1. *in dict. quæſt.*80. ferè *per totam*. cum Neguſant. *de pignor. part.*6. *memb.* 2. *num.* 19. Anton. Gom. *dict. cap.* 9. *num.*27. Barboſ. *in d. l. cum notiſſimi*, *num.* 69. Bald. *ibidem, num.* 14. Bulgarin. *in* §. *eod. iure*, Caſtrenſ. *conſ.* 120. Caroc. *de oblat. q.* 18. *n.* 5.

Negant verò Ceuall. *dict. quæſt.* 5. *paulò poſt principium*, Alciat. *in rubric. de præſcript. num.*65. Azeued. *in l.* 4. *tit.* 15. *l.* 4. *Recopil.* Gail *d. obſeruat.* 18. *num.* 4. Oſaſch. *deciſ.* 115. *per totam*, vbi alios laudat, Ant. Gabr. *dict. tit. de præſcript. concluſ.* 7. Bart. *in dict. l. cum acutiſſimi*, *in princip. num.* 1. *verſ. Idem in iure offerendi*, Cyn. *ibidem in* §. *eodem iure*, Ioan. Andr. & Butr. *in cap. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt.* & hæc æquior, ac tutior videtur ſententia; nam cùm debitor maneat dominus rei pignoratæ, etiam poſt præſcriptionem iuris offerendi, non erit licitum creditori eam negare, cum ſibi offertur, quod debetur, compellens debitorem ad probandum dominium, vt rem ſuam recuperet.

24 Quod ſine dubitatione admittendum erit, ſi debitor poſſideat, nam quoties aſſeritur, ius offerendi præſcribi, eſt intel-
25 ligendum, niſi is qui oblaturus eſt, poſſideat, (cum temporalia ad agendum ſint perpetua ad excipiendum, *l. pure* 5. §. *fin. ff. de dol. except.* Lancellot. *de attent. p.* 3. *cap.* 23. *num.* 88. Hermoſill. *in l.* 4. *gloſſ.* 11. *num.* 12. *tit.* 5. *part.* 5. Guttierr. *practicar. lib.* 2. *quæſt.* 143. *num.* 1.) Neguſant. *part.* 5. *memb.* 3. *num.* 52. *in fine*, Salicet. *in d. l. cum notiſſimi*, §. *eodem*, *num.* 4.
26 Merlin. *num.* 43. 44. Idem iuris eſt, ſi debitor inopia impeditus pignus luere non poſſet, quoniam contra impeditos agere præſcriptio non procedit; *l.* 1. *C. de annal. except.* Fulgoſ. *in d.* §. *eodem. in fine*, Merlin. qui vult, reſtitutionem eſſe impetrandam aduerſus præſcriptionem, *num.* 37. etſi Barboſ. *in d. l. cum notiſſimi*, *num.* 82. non eſſe debitorem iuuandum propter inopiam hoc caſu, aduerſus Fulgoſium, defendat.

Ibi : *Illud profectò hæc in re.*

27 Quæ actiones competant pro re legata legatario, explicant Anton. Gom. *variar. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 7. Villalob. *in ærar. commun. opinion. verb. Legatarius*, *num.* 6. Donell. *lib.* 8. *commentar. cap.* 36. Ant. Fab. *lib.* 6. *coniectur. cap.* 1. *per totum*, Bernard. Diaz *reg.* 15. Tuſch. *lit. L. concluſ.* 147. Molin. *de iuſt. tom.* 1. *diſp.* 194. *num.* 13. Pichard. *in* §. *noſtra autem, Inſt. de legat.* Et in eo ſpeciale eſt, vt actio realis, & perſonalis, ad legatum conſequendum concedatur, §. *noſtra*, *Inſt. de legat. l.* 1. *C. commun. de legat.* Contra regulam textus *in* §. *ſic itaque diſcretis*, *Inſt. de actionib.* Argel. *de acquir. poſſeſſ. q.* 13. *art.* 8. *n.* 37. 38. Ant. Gom. *ſupr.*

In quo illud oportet obſeruari, quod licet legatarius hypo- 28
thecariam habeat actionem, *d. l.* 1. *C. commun. de legat.* Argel.
q. 8. *art.* 11. *num.* 12. Flor. de Men. *variar. lib.* 1. *q.* 6. *art.* 3.
num. 7. ipſa res legata hypothecæ ſubiecta non eſt, ſed alia bona
defuncti; nam cùm dominium ad eum ſpectet à die mortis te- 29
ſtatoris, vel ab adita hæreditate, *l. à Titio* 66. *ff. de furt.* in-
compatibile eſt, in re propria ius hypothecæ habere regulari-
ter; *l. neque pignus* 46. *ff. de reg. iur.* & ita tenent Gratian. *diſ-
cept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 62. *num.* 28. Pichard. *ſupr. num.* 11.
Mantic. *ſupr. libr.* 11. *tit.* 17. *num.* 11. Bart. *in d. l.* 1. *num.* 1. *in
fine*: Vltra relatos à Ceuall. *quæſt.* 103. *num.* 3. vbi duas com-
munes opiniones adducit. Præterea neque hypotheca competit 30
in bonis hæredis, niſi omiſerit facere inuentarium, Noguerol
ex multis, *allegat.* 1. *num.* 73. Mantic. *num.* 8. Amat. *variar.
part.* 2. *reſolut.* 81. *num.* 23. Marta *de ſucceſſ. legal. part.* 4. *q.* 18.
art. 12. *num.* 115. 116. Viuij. *deciſ.* 606. *num.* 11. 31.

Ex dictis *ſuprà* conſtat, Ancharrani opinionem omninò 31
veram eſſe, & ea ea non leue ſumi fundamentum ad id, de quo agimus, comprobandum; nam hæres adhuc ſciens rem legatam eſſe, triginta annorum præſcriptione, aut quadraginta, repellit legatarium; nam ad huiuſmodi præſcriptiones bona fide non indiget, iure Ciuili, nec Canonico (cum abſque peccato rem legatam detineat, dum à ſe non petitur; iuxta ea, quæ diximus *ſupra*, *à num.* 19.) *d. l. ſi quis emptionis*; quæ cum deſideretur ad fructuum acquiſitionem, *l. bona fidei* 48. *ff. de acquir. rer. dom.* ideò etiam ſi fructus reſtituat, præſcribere poteſt: quod verum eſt, ſiue purè, ſiue ſub conditione, *Si voluerit*, legatum ſit; vtroque enim modo præſcriptioni erit locus: primo caſu, ipſa legati actio tempore peribit; ſecundo, ius conſequendi legatum annexum facultati declarandi voluntatem, ſimiliter abolebit. Vnde aptiſſimè adducitur hoc argumentum ad probandum, poſſe præſcribi facultatem redimendi ex pacto retrouendendi, quanquam emptor non ignoret ius primi venditoris, quandoquidem hæc inter ſe tantam habent ſimilitudinem.

Ibi : *Tandem vtcumque ſit.*

Neque obſtat hæc ratio differentiæ, quam D. Couarruu. 32
aſſignat; quoniam notum eſt, legatariis, vbi purè legatum
eſt, actionem competere etiam ante acceptationem; Anton.
Gom. *dict. num.* 7. *in princip.* maximè poſt aditam hæreditatem; quo tempore non ſolum cedit, verum & venit dies, qua res relicta peti poteſt; *l. cedere diem* 213. *ff. de verb. ſignific.* & quemadmodum ante acceptationem dominium legatario quæritur, *l. legatum* 82. *ff. de legat.* 1. iuncta *l. cum pater* 79. §. *Surdo*, *eodem tit. dict. l. à Titio*, *ff. de furt.* Anton. Gomez *ſupra*, Sanch. *conſil. moral. libr.* 4. *cap.* 1. *dub.* 16. *num.* 1. D. Couarr. *in cap. Raynaldus*, §. 1. *num.* 1. eodem modo actionem oriri, dicendum eſt: & hoc præmittunt DD. omnes *ſuprà* alle-
gati, qui aſſerunt, poſſe præſcribi aduerſus legatarium: qui
loquuntur, etiamſi non acceptauerit, ſiquidem actio ante- 33
quam oriatur, vt præſcribatur, ratio non ſinit; argumento
textus *in l. Titio vſusfructus* 95. *ff. de condit. & demonſt.* Bald. *conſ.* 143. *num.* 1. 2. Merlin. *dict. quæſt.* 80. *num.* 21. 22. Ex quo conſtat, legatario oriri actionem ante acceptationem, licet hæc ad plenam acquiſitionem legati interuenire debeat, & illa ex ipſa petitione inducitur; cùm ſic ſatis voluntas declaretur acceptantis, vt patet.

Ibi : *Et præterea quià legatario.*

Non hæc ſecunda, quoniam etſi legatario magis imputan- 34
dum ſit, quod non poſtulauerit legatum, qui nihil præſtare te-
nebatur, quàm venditori, qui reddere pretium debet, vt rem
redimat; tamen ſufficit ad præſcriptionem, quod venditor per
tot annos redimere non curauit, nec præſumitur ſemper ino-
pia laboraſſe: ſed ſi probaret toto tempore fuiſſe impeditum; 35
aut præſcriptio non procederet, aut concederetur contra illam
reſtitutio, vt diximus *ſuprà*, de debitore, *num* 26.

Ad Num. 6.

Opinio *Angeli* etiam apud neotericos iuris Profeſſores 36
magis

magis obtinuit, Hermoſill. *in dict. l. 42. gloſſ. 1. num. 6. cum ſequentibus*, Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad dict. l. 2. num.* 18. 19. *Cod. de pact. int. emptor.* qui vtriuſque partis defenſores collegêre; Trentac. *lib. 3. reſol.* 10. *de empt. num.* 23. Guttierr. *de iuram. confirm. p. 3. cap. 1. num. 9. in fine*, Gratian. *diſceptat. cap. 2. à num. 1.* Menoch. plurimos alios referens, *d. conſ.* 145. *num.* 23. Bolognet. *in l. petens, num. 42. verſ. Sed magis placet*, *C. de pact.* Gregor. Lop. *in l. 42. gloſſ. 1. tit. 5. part. 5.* Azeued. *in l. 4. num. 42. tit. 6. lib. 8. Recopilat.* Olaſch. *deciſ. 69. n.* 12. Theſaur. *quaeſtion. forenſ. lib. 2. quaeſt. 72. num. 2.* Balb. *part. 4. part. 5. princip. num. 4. in fine*, Tuſch *lit. P. concluſ. 31. n.* 10. Vueſembech. *conſ. 2. num.* 84. Quamuis contrarium, ſcilicet præſcriptioni locum non eſſe, multi ſentiant; Cancer. *variar. part. 3. cap. 7. num.* 206. Pat. Molin. *diſput.* 374. *num.* 7. Gail. *lib. 2. obſeruat.* 18. Myniing 1. *cent. 1. obſeruat. 16. num.* 4. Fachin. *controuerſiar. lib. 2. cap. 13. verſ. Sed contraria*, Ceuall. *dict. quaeſt. 207. num.* 14. Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. n.* 28. Pro qua ſententia *Angeli* conſiderandum eſt, quod etiam adiectis illis verbis, *Semper, quandocumque*, vel aliis ſimilibus, adhuc poſſet dubitari de voluntate emptoris, vtrùm vellet præſcriptioni renunciare; nam vt Guttierr. *dict. cap. 1. num* 9. 10. ex multis textibus probat, per illa non excluditur legalis præ-

37 ſcriptio. Et cum ſimus in dubio, non eſt admittenda iuris proprij renunciatio, Carleual. *d. tit. 3. diſp. 19. n. 14. & diſp. 23. num.* 41. de quo *ſupr. num.* 13.

38 Deinde conceſſo, quod de voluntate pateret, poteſtas deficeret ad talem præſcriptionis renunciationem, cum fuerit inducta non fauore eorum, contra quos agendum erat; ſed odio actorum, in pœnam tantæ deſidiæ circa res, & ſubſtantiam propriam; Argel. *de acquir. poſſeſſ. quaeſt. 1. art. 6. num. 12. cum ſeqq.* Bart. *in d. l. nemo poteſt, num. 19. ff. de leg.* 1. D. Couarr. *in d. reg. poſſeſſor, §. 12. num. 4. verſ. Quarta concluſio*, atque

39 ideo renunciatio emptoris nullius debet eſſe momenti. Sicut Senatuſconſulto Macedoniano filiusfam. renunciare non valet, quia odio creditorum emanauit; Anton. Gom. *variar. tom. 2. cap. 6. num. 2. verſ. Quod primo extende*, D. Couarr. *in cap. quamuis pactum, part. 2. § 3. num. 4. verſ. Ego vero*, Petr. Greg. *Syntagmat. lib. 22. cap. 2. num. 9.* Guttierr. *de iuramen. confirm. p. 1. cap. 43. n.* 5. & alij, quos refert Hermoſ. *in l. 4. gloſſ. 11.*

40 *num.* 17. 18. *tit. 1. p.* 5. Imò neque iuramento firmari talem

41 renunciationem ſentit, *num.* 19. licet ſit controuerſum. Atque ita in pacto retrouendendi præſcriptionis expreſſam renunciationem, inutilem putant Boër. *deciſ.* 82. *num.* 8. 9. Trentacinq. *tit. de emption. reſol. 10. num.* 26. Menchac. *de ſucceſſ. creat. l. 1. §. 10. num.* 6. Hermoſ. qui alios laudat, *d. l. 42. gloſſ. 2. n.* 14. Balb. *5. p. 5. principal. num.* 6. Rip. *in l. nemo poteſt, num.* 104. *ff. de leg.* 1. Gregor. Lop. *ſupr.* Caldas *in d. l. ſi curatorem, verb. Sua facultate, à num* 71. Seraphin. *de priuileg. iuramen. priuileg. 51. num.* 7. Auguſt. Barboſ. *num.* 21.

42 Tandem in his præſcriptionibus vtilitas publica verſatur, nam cum publicè interſit, lites exterminari, ac finiri, *cap. fin. litibus 5. de dol. & contum. leg. properandum 12. C. de iudic. prooem. Inſt. de pœn. temer. litigant.* ita & earum cauſas, actiones ſcilicet, citius extingui conuenit, cùm ceſſante cauſa, ceſſet effectus; *cap. cum ceſſante 60. de appellat.* atque ita docent Flamin. *de reſignat. benef. lib 3. quaeſt. 5. num.* 12. 13. Carleual. *tit. 2. diſp. 6. num.* 23. Cyriac. *controuerſ.* 10. *num.* 60. Surd. *de-*

43 *ciſ.* 140. *n.* 8. Sed priuatorum pactis derogari iuri publico non poteſt, *l. ius publicum 39. & ibi* Gloſſ. *ff. de pact.* Ergo nedum tacitè, ſed neque expreſſim renunciari poterit præſcriptioni actionis, quæ ex pacto retrouendendi competit. Etiamſi dicatur non obſtante quacumque præſcriptione, Boër. *deciſ.* 182. *n. 8. & 9.* Viui. *comm. lib. 1. opin.* 379. Trentacinq. *d. num.* 26. Tuſch. *ſupr. num.* 72.

44 Ex his infertur, *Angeli* opinionem rationibus contrariâ eſſe potiorem; atque ita eam amplectuntur frequentius DD. quorum aliquos retulimus *ſuprà*.

Quod ſi pactum fiat de retrouendendo ad tempus, nullo termino aſſignato, communiter placet, ius redimendi decennij tranſcurſu præſcribi; Trentacinq. *d. reſol. 10. num.* 15. Tepat. *variar. ſentent. tom. 2. tit. 407. cap. 1. verſ. Iuris redimendi*, Tiraquel. *ſupr. §. 1. gloſſ. 2. num.* 8. Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad dict. l. 2. num.* 15. Hermoſ. *dict. gloſſ. 1. n. 6. verſ. Primus eſt:* Nec admittitur purgatio moræ, etiam intra modicum tempus, Hermoſ. *n.* 34. Mantic. *lib. 4. tit. 31. n.* 48.

45 Hodie autem, cùm per *l. 63. Tauri*, quæ eſt *6. tit. 15. lib. 4. Recopil.* actio perſonalis lapſu viginti annorum præſcribatur, facultas redimendi eodem tempore peribit; Ant. Gom. *d. c. 2. n.* 28. Parlador. *rer. quotidian. lib. 1. c. 1. §. 14. n.* 11. Azeued. *in d. l. 4. n. 42. 48. tit. 6. lib. 8. Recop.* & *in d. l. 6. ex n.* 33. Cancer. *variar. part. 1. c. 13. n.* 51. Hermoſill. *ubi proxime:* Quicquid dicat Ceuall. *d. q. 207. à num.* 30.

At quoniam inter hos DD. oppoſita inueniuntur reſponſa, aliis decem, aliis, viginti annis ius redimendi præſcribi, aſſerentibus; ſciendum eſt, antiquitus diuerſimode dict. legem Regiam *Tauri* ab Hiſpanis Interpretibus fuiſſe intellectam; atque ita quibuſdam placuit, actionem perſonalem decennio præſcribi, quibuſdam viginti annis durare: quod diſſidium poſtea ſublatum eſt, addita clauſula quadam dictæ conſtitutioni, per quam Regia authoritate declaratum fuit, ad præſcriptionem actionis perſonalis, viginti annos præteriiſſe, neceſſarium eſſe; Paz *in praxi, tom. 1. part. 4. c. 3. n.* 14. Parlador. *d. cap. 1. §. 12.* Gutierr. *in d. l. nemo poteſt, n.* 490. 491.

Verſ. *Secundùm, conſtat.*

Diximus, ad tricennalem præſcriptionem ſufficere peccatum abeſſe, etſi ſcientia iuris alieni habeatur. Imò idem hodie dicendum videtur in præſcriptione viginti annorum, de qua *in dict. l. 63. Tauri*, non obſtante quod de iure communi ſine bona fide viginti annis non præſcribebatur, D. Couarruu. *dict. §. 12. numer. 4. verſ. Tertia concluſio*, Argel. *dict. quaeſt. 3. articul. 4. numer.* 22. nam cùm mens eius, qui Regiam condidit conſtitutionem, fuerit, naturam actionum reſtringere; veroſimile valdè eſt, voluiſſe præſcribi eas poſſe ſine bona fide, ſicut antea triginta annis præſcribebantur, dum tamen peccatum non admiſceatur; alioquin per legem illam potius ampliaretur, quam coarctaretur actionum natura, ſiquidem rarò contingit, vt præſcriptio huiuſmodi cum bona fide debitoris procedat; atque ideò ſi diceremus, hodie bonam fidem deſiderari ad præſcriptionem actionum intra viginti annos, lex illa potius faueret, quam officeret actionibus; quod admittendum minimè eſt aduerſus intentionem Legiſlatoris, quæ, vt omnes agnoſcunt, fuit, actiones breuiori tempore extinguere eodem modo, quo anteà longiori extinguebantur. 46

Neque actus vltra, vel contra agentis mentem debet interpre- 47
tari, & ad finem vnum inducta, non debent contrarium operari, *l. non omnis 19. ff. ſi cert. petat. cap. quod ob gratiam 61.* vbi Gloſſ. *de reg. iur. in 6. l. legata inutiliter 19. ff. de leg. 1.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 28. num.* 15. Ceuall. *tom. 2. quaeſt.* 900. *num.* 57. Menoch. *conſ.* 116. *num.* 35. Argel. *de legitim. contradict. quaeſt. 10. art. 6. num.* 86. Pareja *de inſtrumentor. edit. p. 2. tit. 7. reſolut. 3. num* 72. Vnde ſi peccatum non interuenerit, ſcientia iuris alieni neque hodie obſtabit actionum perſonalium præſcriptioni; licèt hoc valde ſit controuerſum: tamen qui docent, cum mala fide actionem præſcribi non poſſe, debent intelligi de ea, quæ cum peccato iuncta eſt, contra quam duntaxat iuris Canonici prohibitio procedit, vt *ſupr.* oſtendimus.

Verſ. *Tertiùm, etiamſi.*

Hæc limitatio ad opinionem *Angeli*, vt poſſeſſori ius redi- 48
mendi competat, non obſtante præſcriptione tricennali, ab omnibus admittitur; Tiraquel. *dict. §. 1. gloſſ. 2. num.* 29. 30. Mantic. *lib. 4. tit. 31. num.* 26. Trentacinq. *d. reſol. 10. num.* 29. Guttierr. *in d. l. nemo, à num.* 38. Medin. in ſimili quæſtione, *d. q. 80. n.* 43. 44. Hermoſ. *n.* 22. Auguſt. Barboſ. *n.* 29.

Verſ. *Quartò adeò quibuſdam, & num. 7.*

De hac limitatione eſt quæſtio inter DD. pro qua con- 49
ſulendi ſunt Trentacinq. *num.* 28. Theſaur. *dict. lib. 2. quaeſt.* 72. Seraphin. *de priuil. iuram. priuil. 51. num.* 8. Roder. Suar. *in l. poſt rem iudicatam, notab. 2. numer.* 6. Guttierr. *dict. cap. 1. num.* 14. Azeued. *in dict. l. 6. num.* 17. 18. Tiraquel. *numer.* 7. Mantic. *numer.* 28. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 12. numer.* 33. 34. & receptum communiter eſt, quod ſi pacto retrouendendi adjiciatur iuramentum ad eius firmitatem, nihilominùs præſcriptio non impedietur; non tamen tricennalis ſufficiet, vt plerique ex laudatis volunt, ſed quadragenaria deſideratur; quia iuramentum ad illud tempus protelat actionem: Hermoſ. *num.* 17. Sed quando

expreſſè

expreſſè renunciatum eſt præſcriptioni, iuramento adhibito, temporis lapſus ius redimendi non tollet, latè Guttierr. d. c. 1. num. 14.

51 Vltra has limitationes, ſex refert Hermoſ. dict. l. 42. gloſſ. 1. Prima eſt, cum contrahentes longius tempus, quàm triginta annos, vt redimi poſſit, præſcripſerunt: num. 18. Gregor. Lop. in dict. l. 42. gloſſ. 1. Fabian. de Mont. de empror. in 3. quaſt. 7. quaſtionis princip. Tiraquell. ſupr. numer. 40. Secunda; ſi promittatur toties retrouendere, quoties ius redimendi fuerit præſcriptum, num. 20. Trentacinq. dict. reſol. 10. num. 51. Cald. ſupr. verb. Sua facultate, n. 85. 87. Azeued. in l. 6. num. 19. titul. 15. libr. 9. Recopilat. Tertia, quando emptor obligatur cum hypotheca ad retrouendendum, nam ad quadraginta annos actio protelabitur. num. 21. Ant. Gabr. ſupr. dict. tit. de praſcript. concl. 6. num. 15. Marcſc. var. lib. 2. cap. 57. num. 1. Gozad. in l. 1. num. 80. Cod. de pact. int. empt. & vend. Quarta, cùm aſſignato tempore certo ad retrouendendum paciſcitur, quod lapſus temporis non noceat, vſquedum de maiori termino contrahentes conueniant; Gregor. Lop. ſupr. per Clement. quandin, de appellat. quæ tuta Herm. non videtur limitatio, n. 13. Quinta, in contractibus vſurariis, aut reprobatis, num. 24. Trentac. num. 29. Mantic. lib. 4. tit. 51. num. 40. 42. Tiraquell. à n. 32. Cagnol. in d. l. 2. n. 88. Balb. 4. p. 5. princip. q. 3. in fine. Vltima, ſi interueniat enormiſſima læſio, num. 25. Gregor. Lop ſupr. Quibus addenda eſt alia ex Fulgoſio in dict. §. eodem iure, in fine, cuius alibi meminimus, quando venditor egeſtate tentus, nequiuit vllo tempore pretium reſtituere; nam impedito agere præſcriptio non nocet: d. l. 1. C. de annal. except. quam non admittit Barboſ. in d. l. cum notiſſimi, num. 82. per textum in l. cotumus 137. §. illud, ff. de verb. obligat. quo probatur, paupertate non excuſari à mora debitorem; Sed reſpondꝫri poteſt, ibi tractari de creditore agente ad id, quod ſibi debetur, cui fauere æquum eſt; nos autem de excludenda præſcriptione, quæ odioſa eſt, atque ita Merl. num. 36. concedit; ſaltem ex hac cauſa eſſe eum, contra quem eſt præſcriptum, reſtitutione iuuandum.

Eſt notandum, ius redimendi ex pacto retrouenditionis, cedi aliis poſſe, Olea de ceſ. iur. tit. 3. quaſt. 2. num. 37. Noalis de tranſmiſ. caſ. 57. num. 6. Hermoſill. ex multis, ſupr. gloſſ. 2. num. 1. Amat. var. tom. 1. reſol. 13. Vtrum autem minori competat reſtitutio contra lapſum temporis ad redimendum? docent Ant. Gom. d. cap. 2. num 27. verſ. Quaro tamen, & alij, quos refert Barboſ. in d. l. 2. num. 35. 36.

Ad Num. 8.

52 Hæc ſententia, quod ius redimendi cenſum redimibilem nunquam præſcribitur, approbauit poſtea Pius Quintus ſuo Motuproprio, edito decimoquarto Kalendas Februarij anno 1569. quarto ſui Pontificatus, formámque tradidit horum cenſuum impoſitioni, de quo Virgini. Bocac. in ſingular. de interdictis cap. 18. Redoa. de reb. Eccleſ. non alien. rub. 16. 17. Nauarr. in ſumm. cap. 17. à n. 234. Salazar de vſu & conſuet. cap. 8. num. 45. Ludouic. Lop. de contract. & negotiation. cap. 57. Baptiſta in tract. de vſur. & l. 2. C. de pact. inter emptor. § 2. numer. 60. nam iuxta illum nec centenaria, aut immemorialis præſcriptio objici poteſt; Cyriac. tom. 1. controuerſ. 24. numer. 1. cum ſequentibus, Molin. de iuſtit. diſput. 374.

53 Sed illa conſtitutio non vbique recepta eſt, ſic in Germania non eſt in vſu, Bernard. Grauæ. ad prax. Camera Imperial. lib. 2. concluſ. 7. in coronide; Neque apud Belgas, Leſſi. de iuſt. lib. 2. cap. 15. dubit. 3. num. 33. Neque in Auenionenſi ciuitate, Tondut. quaſtion. ciuil. cap. 59. num. 5. Neque in Hiſpania, Bobad. in polit. lib. 2. cap. 17. num. 42. Henriquez in ſumm. lib. 7. cap. 20. §. 1. lit. l. Valaſc. conſult. 133. num. 10. & plurimi alij, quos congeſſit D. Ioſeph. Vela diſſert. ac. iur. tom. 2. diſſert. 33. num. 20. de quo dubitari non poteſt, extante l. 10. tit. 15. lib. 5. Recopil. vbi ita declaratur.

Nihilominus D. Couarr. præſens aſſertio ab omnibus proculdubio eſt admiſſa; nam cenſus redimibilis ſemper redemptioni ſubjicitur, nulla obſtante præſcriptione, vt quotidie videmus obſeruari; nam hoc eſt de natura huiuſmodi cenſualis contractus; Cenc. de cenſib. p. 2. cap. 1. q. 3. art. 7. à principio, Gratian. diſcep. cap. 258. n. 18. 19. Guttierr. practicar. lib. 2. q. 168. n. 4. verſ. Et primò fallitur, Rota apud eundem Cencium deciſ. 151. num. 2. & 5. Olea de ceſ. iur. tit. 3. q. 2. num. 42. Petr. Gregor. de cenſib. q. 5. n. 42. adeo vt pacto coarctari, aut tolli facultas redimendi non poſſit, Olea, ibi, Duard. ad Bullam. §. 6. q. 39. Leonard. de vſur. q. 67. per totam.

Verſ. *Poſtremo frequentiſſimè.*

54 Pacta emptori oneroſa pretium minuunt, l. fundi partem 79. ff. de contrah. empt. Cyriac. controuerſ. 63. num. 43. 48. Ripa in l. 1. §. ſi heres, num. 25. ff. ad Trebellian. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 18. num. 38. & de retract. conuention. in proam. num. 20. Menoch. conſ. 1169. num. 7. Cagnol. in l. 2. num. 243. C. de reſcindend. vend. Oſaſch. deciſ. 91. num. 10.

55 Sic pactum retrouendendi, quo grauamen emptori infertur, ſuccedit in locum partis pretij, ipſúmque extenuat in tertia, vel quarta parte, ſecundum regionis conſuetudinem, vel iudicis arbitrium: Leſſi. d. lib. 2. cap. 22. dub. 14. Bonacin. oper. moral. tom. 2. tract. de contract. diſp. 2. quaſt. 4. de cenſib. num. 7. Cagnol. in d. l. 2. C. de pact. int. emptor. Cyriac. contron. 255. num. 41. cum ſeqq. tom. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 447. num 7. Menoch. de praſumpt. lib. 3. praſ. 122. num. 9. Caſtill. lib. 2. quotidian. cap. 25. à num. 63. Caroc. de locat. tit. de vſur. quaſt. 61. num. 15. Scacc. ſup. §. 1. quaſt. 3. num. 37. Ioſeph. Ludouic. Peruſ. deciſ. 97. numer. 6. Rodrig. de ann. redditib. lib. 2. quaſt. 2. num. 8. 24. Gamma, deciſ. 178. num. 9. Gratian. d. cap. 258. ex n. 17.

56 Iuſtus autem valor cenſuum redimibilium taxatus eſt, l. 12. tit. 15. lib. 5. Recopil. nam ſi perpetui ſunt, viginti vnum, ſi ad vitam vnius, decem vnum; ſi ad vitam duorum, duodecim vnum in ſingulos annos reddunt, pœna priuationis ſtatuta in Tabellionem conficientem inſtrumentum cenſuale, in quo ea taxa non obſeruetur.

57 Sed eam legem reſtringunt frequenter Hiſpani Interpretes ad cenſus, qui de nouo conſtituuntur; nam iam conſtituti, non obſtante ea conſtitutione, minoris vendi poſſunt, Sarmient. lib. 7. ſelectar. cap. 1. num. 4. Cancer. variar. part. 2. capit. 1. numer. 281. & part. 3. capit. 1. numer. 162. Noguer. allegat. 37. numer. 69. Dom. Larr. allegat. 25. numer. 2. Thom. Sanch. conſilior. moral. lib. 1. cap. 17. dub. 19. numer. 4. & ſic practicari teſtis eſt Gaſp. Rodrig. ſupr. lib. 1. quaſt. 8. numer. 7. Salazar de vſu, & conſuetud. cap. 11. numer. 93. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 2. num. 3. Giurb. deciſ. 117. num. 13. verſ. Primo caſu, Cenc. ſupra cap. 2. quaſt. 8. artic. 6. numer. 21. 22. etſi contrarium teneant D. Couarru. infra, lib. 3. cap. 10. num. 3. verſ. Caterum, & alij, quos refert Hermoſ. in l. 13. gloſſ. 4. num. 26. tit. 5. part. 5. Quas ſententias ex Feliciano, & aliis conciliat Olea ſupra, titul. 6. quaſt. 10. num. 8. vbi aſſerit primam procedere, quando venditor non ſe obligat ad ſecuritatem cenſus ac redituum: Secundam, cum ad vtrumque ſe adſtringit.

Ad Num. 9.

58 De his latius D. Couarru. infra lib. 3. cap. 8. num. 6. 7. & quidem quoad primum pactum, quo conuentum eſt: vt niſi intra certum tempus redimatur cenſus, maneat irredimibilis. Vbi Bulla Pij Quinti admiſſa eſt, (nam alibi non obligat Becan. de iuſt. & iur. ad quaſt. 78. D. Thoma quaſt. 7.) vſurarius iudicabitur contractus, ac nullius momenti; etenim inter alias conditiones, quæ in ea deſiderantur, vna eſt, quod ſemper redimere liceat, nulla obſtante temporis præſcriptione; & in fine ſubditur: Contractuſque ſub alia forma poſt hac celebrandos feneratitios iudicamus. Atque ſic docent, Bonacin. d. q. 4. n. 40. verſ. Ex quo patet, & n. 43. vbi alios Theologos refert: Tondut. q. ciuil. c. 61. n. 6. Cenc. q. 38. n. 7.

59 Sed vbi talis conſtitutio recepta non eſt, vt in Hiſpania, pactum duntaxat vitiabitur, ac rejicietur, ſubſiſtetque contractus, cum libera redimendi quandocumque facultate, vt cum D. Couarr. ſentiunt Rebuffus ad leg. Gallia tom. 3. tit. de conſtitut. redituum, art. 1. gloſſ. 17. num. penult. Ioan. Garc. de expenſ. cap. 9. num. 75. Cardoſ. in prax. verb. Cenſus, num. 10. Guttierr. de delict. q. 82. num. 32. 40. in fine, & 41. Molin. de iuſt. diſp. 391.

60 Quod ad pactum alterum: vt non liceat intra certum tempus redimere, vſurarium eſſe, multi ſentiunt, totúmque contractum inficere, & irritare; de quo Rodriguez ſupr. lib. 2. quaſt. 1.

num. 15. Felic. *de cenſib. lib.* 1. *cap.* 7. *à num.* 6, Guttierr. *ſupr. quæſt.* 82. *num.* 33. *cum ſeqq.* D. Couarr. *infra d. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 8. qui ait, in emptione annui reditus, quia odioſa eſt, & magis proxima vitio vſuræ, hanc ſolam conuentionem pacto retrouendendi additam irritare contractum: licèt in cæterarum rerum venditione alia ſint neceſſaria adminicula, vt præſumptio vſurarum inducatur. Sequuntur Menoch. *conſ.* 445. *num.* 14. vbi plures, Hieronym. Gabr. *conſ.* 34. *num.* 7. Ioan. Baptiſta Lupus *in l.* 2. §. 1. *num.* 42. *in* 2. *lect. C. de pact. int. empt. & vendit.* Guil. Pap. *de contract. num.* 26. Maſcar. *de probat. concluſ.* 441. *num.* 6. Azeued. *in l.* 4. *num.* 38. *tit.* 6. *lib.* 8. *Recopil.* Contrarium tamen, & ſic quod valeat contractus, modò in pretio ſeruetur æqualitas, ſuſtinent Guttierr. *num.* 38. Felician. *d. cap.* 7. *à n.* 9. Molin. *ſupr.* & alij, quos iſti referunt.

61 Et vtrumque pactum licitum, ac iuſtum eſſe, ſi cum deminutione pretij reſtrictio facultatis redimendi cenſum menſuretur, ſecluſa conſtitutione Pij Quinti, docet Lugo *de iuſt. & iur. tom.* 2. *diſp.* 27. *num.* 111. *cum ſequentibus*, pretium enim minuitur ob pactum retrouendendi; ſed non ita minuendum eſt, reſtricta facultate redimendi, ac ſi libera foret; quæ ſententia quoad forum animæ rectè procedit, in quo ſecundum veritatem iudicatur; non ſic quoad forum contentioſum, in quo locus eſt præſumptioni, propter quam illæ pactiones rejiciuntur, & improbantur, quæ vſurarum ſpeciem videntur continere; atque ita ſunt intelligendi DD. proximè laudati.

AD CAPVT X.

De Sacramento Confirmationis: ad interpretationem textus in cap. Quanto 4. extr. de conſuetud.

SVMMARIVM.

1 *Qui de Sacramento Confirmationis egerint, oſtenduntur.*
2 *Intellectus* cap. quanto, de conſuetud. *remiſſiuè.*
3 *Definitur Confirmationis Sacramentum.*
4 *Confirmatio eſt vnum ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis.*
5 *Penes Eccleſiam eſt poteſtas decidendi infallibiliter fidei controuerſias.*
6 *Omnia Sacramenta Legis gratiæ fuerunt à Chriſto inſtituta.*
7 *Explicatur* l. 11. tit. 4. p. 1.
8 *Quando fuit Sacramentum Confirmationis inſtitutum.*
9 *Quæ ſit eius forma.*
10 *Quæ materia proxima.*
11 *Quæ remota.*
12 *In Sacramentorum adminiſtratione alia ſunt de neceſſitate Sacramenti, & alia de neceſſitate præcepti.*
13 *Non poſſunt per Eccleſiam ſubſtantialiter immutari, quæ in Sacramentorum adminiſtratione Chriſtus adhiberi conſtituit.*
14 *An ſit materia neceſſaria Sacramenti Confirmationis Chriſma, vel Oleum ad ipſius valorem ſufficiat? Proponitur opinio tenens, Chriſma eſſe de neceſſitate Sacramenti.*
15 *Refertur ſententia docens, oleum ſufficere ad validitatem Sacramenti.*
16 *Eligitur prima, & explicatur* cap. 1. de Sacrament. non iterand.
17 *Arrianorum hæreſis verſabatur circa Sacramentorum reiterationem.*
18 *Ratio dubitandi ad* d. cap. 1. *proponitur.*
19 *Chriſma apud Græcos quid ſignificat.*
20 *Sacramentum Confirmationis omitti abſque culpa lethali poteſt.*
21 *Idem eſt, licèt immineat periculum negandæ fidei.*
22 *An ſit aliquando mortale crimen? remiſſiuè.*
23 *Eſt culpa lethalis, ſi omittatur ex contemptu.*
24 *Vtrùm venialiter peccet, qui hoc Sacramentum non recipit?*
25 *Ordinarius miniſter Sacramenti Confirmationis eſt ſolùm Epiſcopus conſecratus.*
26 *Simplex Sacerdos ex commiſſione Pontificis eſt extraordinarius miniſter eius Sacramenti.*
27 *Sacerdos hæreticus, aut quomodolibet ab Eccleſia præciſus, valide conficere corpus Chriſti.*
28 *Epiſcopus ab Eccleſia ſeparatus non priuatur poteſtate conferendi validè Confirmationem.*
29 *Poteſtas, quam habet ſimplex Sacerdos ad conferendum hoc Sacramentum, pendet à commiſſione Pontificis.*
30 *Simplex Sacerdos non poteſt ex delegatione Epiſcopi adminiſtrare Confirmationem.*
31 *Simplicem Sacerdotem non poſſe ex delegatione Pontificis miniſtrare Confirmationis Sacramentum, qui doceant?*
32 *An minores Ordines ſint Sacramentum? Refertur negatiua.*
33 *Affirmatiua probatur.*
34 *Prima Tonſura an ſit Ordo, & Sacramentum?*
35 *Pontifex poteſt committere ſimplici Sacerdoti collationem minorum Ordinum.*
36 *Abbates benedicti Sacerdotes, quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentes, iure communi conferebant minores Ordines ſubditis ſuis, tam Religioſis, quam ſæcularibus.*
37 *Ea poteſtas coarctata eſt Concilio Tridentino ad Religioſos.*
38 *An hodiè poſſint Ordines minores Nouitiis ſuis conferre?*
39 *Cardinales presbyteri ſuis familiaribus minores Ordines conferunt.*
40 *Collatio Sacrorum Ordinum non poteſt per Pontificem ſimplici Sacerdoti committi.*
41 *Quod poſſit Ordo Diaconatus, & Subdiaconatus ſimplici Sacerdoti per Pontificem committi conferendus, probant aliqui.*
42 *De poteſtate neceſſaria ad abſolutionem Sacramentalem, qui tractant.*
43 *Poteſtas iuriſdictionis ad abſoluendum Sacramentaliter requiritur de iure diuino.*
44 *Sacerdos aliàs non habens iuriſdictionem abſoluere poteſt in articulo mortis conſtitutum.*
45 *Poteſt etiam quemlibet à peccatis venialibus abſoluere.*
46 *Pontifex, etſi potuerit, non eſt veroſimile, erraſſe in deciſione textus in* cap. peruenit, 95. diſt.
47 *Pontifex errare non poteſt quoad ſubſtantiam in rebus moralibus, quando aliquid pro Eccleſia vniuerſa decernit.*
48 *Pontifex non tenetur Cardinales conſulere in definitione controuerſiarum fidei, aliarúmve grauium cauſarum; licet rectiùs faciat, ſi conſulat.*
49 *Pontifex errare non poteſt in canonizatione Sanctorum.*
50 *Exponitur locus, qui Diui Auguſtini eſſe dicitur.*
51 *An liceat defunctorum Reliquias venerari, quos ſanctitate floruiſſe credimus, antequam per Eccleſiam declaretur?*
52 *De veneratione Reliquiarum, ac imaginum Sanctorum, qui tractant.*
53 *Cur non liceat vermes ex corporibus Sanctorum factos venerari, remiſſiuè.*
54 *Ad Epiſcopum ſpectat decernere, an Reliquiæ ſint illius Sancti, cuius eſſe dicuntur?*
55 *Reliquiæ Sancti ſi miſceantur reliquiis hominis non ſancti, non ſunt proponendæ vt venerentur, quando ſeparari & dignoſci non poſſunt.*
56 *Pontifex poteſt committere ſimplici Sacerdoti facultatem conferendi Confirmationem.*
57 *Et ſufficit ad facultatem eam concedendam, quod eligatur, licet Epiſcopus non ſit.*
58 *Mortuo Pontifice, qui commiſit, non ceſſat poteſtas adminiſtrandi.*
59 *Non requiritur cauſa ad delegandum hoc miniſterium, ſaltem ad valorem Sacramenti.*
60 *Ceſſante neceſſitate, propter quam talis fuit delegata facultas, ipſa perſiſtit.*
61 *Simplex Sacerdos ex inſtitutione Diuina eſt extraordinarius miniſter Confirmationis Sacramenti.*
62 *Poteſtas adminiſtrandi Sacramentum Confirmationis à non Epiſcopo præſcribi nullo tempore poteſt.*
63 *Idem dicendum eſt de omnibus, quæ Ordini Epiſcopali ſunt annexa.*
64 *Vtrum conſecratio Epiſcopalis Ordo ſit à Sacerdotali diſtinctus?*
65 *Qui Sacerdos non eſt, an poſſit Epiſcopus conſecrari? Refertur negatiua.*

66 *Proponitur,*

66 *Preponitur Contraria.*

67 *Ex inſtitutione Diuina Ordo Sacerdotalis precedere debet conſecrationem Epiſcopalem.*

68 *Nullam eſſe conſecrationem in Epiſcopum, niſi Sacerdos conſecratus ſit, receptum eſt.*

1 DE Sacramento Confirmationis videndi ſunt textus *in cap. vnico, §. per frontis, de Sacrament. vnction. cap. 1. de Sacrament. non iterand. cap. peruenit 95. diſtinct. cap. 1. cum octo ſequentib. de conſecrat. diſt. 1.* Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. de Confirmatione, l. 11. tit. 4. p. 1.* Cardin. Bellarmin. *lib. vnic. de Sacram. Confirmat.* Vnald. *in candelab. aureo de Sacrament. tit. de Confirmat.* Angles *in florib. Theolog. part. 1. de Confirmat.* Alphonſ. Aluar. *in ſpecul. iur. Pontific. tit. de Confirmat.* Vgolin. *de poteſtat. Epiſcop. cap. 25.* Iacob. de Graſſis *in aur. deciſ. libr. 1. titul. de Sacra vnction.* Chamerot. *de Sacrament. tract. de Confirmat.* Petrus Gregor. *ſyntagmat. lib. 2. cap. 15.* Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 28.* Cardoſ. *in prax. Iudic. verb. Sacramentum Confirmationis*, Auguſt. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. part. 2. alleg. 30.* Zerol. *in prax. Epiſcop. part. 1. verb. Chriſma*, Bonacin. *oper. moral. tract. de Sacrament. diſput. 3. de Confirmat.* Dian. *reſol. moral. p. 3. tract. 4. de Sacrament. Confirmat.* Nauarr. *in manual. cap. 22. num. 8.* Galganet. *de iur. public. lib. 3. tit. 86.* Petr. de Ledeſma *in ſumma, p. 1. tract. de Sacrament. Confirmat.* Caſtr. *aduerſ. hereſ. lib. 4. verb. Confirmatio*, Filliuc. *in quæſt. moralib. tom. 1. tract. 4.* Laym. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 3.* Fernandez de Heredia *in diſput. mixtis, diſt. 5. part. 3.* Coninc. *de Sacram. q. 72. art. 3. dub. 1.*

2 De interpretatione textus *in d. cap. quanto 4. de conſuetud.* agunt, quos refert Barboſ. *in collectan. ad illud cap. in princip.*

Ad Num. 1.

3 Sacramentum Confirmationis diuerſimodè à DD. definitur, Bonac. *ſup. punct. 1. num. 1.* illud ita deſcribit: Eſt Sacramentum, quo homo viator Baptizatus inungitur in fronte ab Epiſcopo cum Chriſmate, & præſcripta verborum forma ad fidei robur conſequendum; Pat Suar. *in 3. p. D. Thom. tom. 3. diſp. 33. in princip.* aliter definit, docens: Eſſe Sacramentum nouæ legis, quo Baptizati in gratia roborantur, & ſpeciali modo Spiritum ſanctum accipiunt. Quæ definitiones deſumptæ ſunt ex locis *in principio* allegatis.

4 Inter Catholicos nulla poteſt eſſe controuerſia circa hoc, cùm nulli liceat inficiari, Confirmationem vnum eſſe ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis; quod nouiſſimè extat definitum, Trident. *ſeſſ. 7. canon. 1. de Confirmat.* & probatur ex Concilio Florent. *in decret. Eugenij*, Elibertin. *cap. 37. & cap. 78.* Laudiſenſi *cap. 48.* Hiſpalenſ. 2. *cap. 7.* Pariſienſ. ſub Ludouic. & Lothario, *lib. 1. cap. 33.* Colonienſ *part. 7. cap. 8.* Mogunt. *cap. 17.* & aliis. Idem Sancti Patres vno ore fatentur, & Summi Pontifices confirmant, Clemens Papa, *lib. 3. conſtitut. cap. 16. 17. & epiſt. 4.* Fabian. *epiſt. 2. cap. 1.* Euſeb. *epiſt. 3. circa finem*, Melchiad. *epiſt. ad Epiſcop.* Hiſpan. *cap. 2.* Damaſ. *epiſt. 4.* Innocentius, *epiſt. 1. cap. 3.* D. Baſil. *de Spir. ſanct. cap. 7.* Nazianz. *orat. 40. de ſanct. Baptiſm.* Damaſcen. *lib. 4. de fide, cap. 10.* Ambroſ. *lib. 2. de Sacram. cap. 2. & lib. 6. cap. 10.* Auguſt. *lib. 2. contra litter. Petilian. cap. 104. & lib. 5. del Baptiſmo, cap. 10.* Sed quoniam hæretici (quorum primus Nouatus fuiſſe fertur) refragantur, volentes non eſſe Sacramentum, ſed Eccleſiaſticam ceremoniam duntaxat; Theologi hanc veritatem latè probant, de quo vltra iam adductos, Becan. *de Sacrament. in ſpecie, cap. 14. de Confirmat. quæſt. vnic. per totam*, Suar. *vbi ſupra*, Valent. *in 3. part. D. Thom. tom. 4. diſp. 5. quæſt. 1. punct. 1.* Molfeſ. *tract. 4. cap. 2. num. 10.* Hurtad. *de Sacrament. Confirm. diſſ. 2.* Torreblanc. *in practicabil. iur. ſpirit. lib. 2. cap. 6. n. 9.*

Ad Num. 2.

5 Eſt penes Eccleſiam authoritas decidendi fidei controuerſias, quarum Pontifex, tanquam illius caput, index eſt infallibilis, & regula, cuius definitionibus idem præſtari debet aſſenſus, ac articulis, qui apertis Sacræ Scripturæ locis nituntur; & hoc eſt de fide: *cap. commiſſor 21. §. vtinam eſſem, 23. q. 8. cap. quoties 22. 24. q. 1. l. 5. in fine, tit. 5. p. 1,* Becan. *in analog. veter. ac nou. teſtam. cap. 11. q. 3.* fusè Barboſ. *in collectan. ad cap. ſi Papa 6. 40. diſtinct.* Turrecrem. *de poteſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 19.* P. Suar. *de defenſion. fid. lib. 1. cap. 11. num. 2. cum ſequentibus, & de fide, diſp. 5. ſect. 6. num. 6.* Valent. *ſupr. diſp. 7. q. 1. punct. 1. verſ. Tertiò accedit.*

Ad Num. 3.

Dogma etiam de fide eſt, omnia ſeptem Sacramenta nouæ legis fuiſſe à Chriſto Domino inſtituta; nam cum per illa gratia conferatur, ſolus Deus, qui eſt author eius, potuit talem vim præſtare Sacramentis; Valent. *diſp. 3. quæſt. 5. de cauſ. Sacram. punct. 1. à princip.* Becan. *de Sacram. cap. 5. q. 1.* Parlador. *different. 127. num. 7.* Suar. *dict. tom. 3. diſp. 12. ſect. 1.* Nauarr. *in manual. dict. cap. 22. n. 2. 5. & in cap. nouit, notab. 3. n. 92. de iudic.* Victor. *de Sacrament. cap 4.* Sot. *in 4. ſentent. diſt. 1. p. 3. artic. 5.* Cardin. Bellarmin. *tom. 2. contrauerſ. lib. 1. de Sacrament. cap. 24.* Vaſq. *in 3. part. tom. 2. diſputat. 135. ex num. 1. & diſp. 139.* Didac. Per. *in l. 1. tit. 1. lib. 1. Ordinam.* Bonacin. *de Sacrament. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 1. n. 5.* Coninch. *ſupr. quæſt. 64. art. 1. dub. 1.* Quod adeò verum eſt, vt Becan. *num. 2.* & Valent. vbi proximè doceant, Chriſtum, quatenus homo, in Sacramentorum inſtitutione vſum fuiſſe poteſtate delegata Diuina, quoniam propria inſtituere illa non poſſet. 6

Et quoad hoc cauendum eſt à *dict. l. 11. titul. 4. p. 1.* vbi hæc verba: (loquendo de Sacramento Confirmationis:) *E eſte Sacramento fue eſtablecido en Santa Igleſia, à ſemejança de lo que facian los Apoſtoles, quando ponian las manos ſobre los hombres, è reſcebian el Eſpiritu Santo.* Nam videtur probari, in Eccleſia fuiſſe inſtitutum aliud Sacramentum diſtinctum ab eo, quod Chriſtus inſtituit, & quo vtebantur Apoſtoli per impoſitionem manus, ſimile enim nòn eſt idem; Gloſſ. *verb. Dolum, in l. quod Nerua 32. ff. depoſit.* Bertazol. *de clauſ. inſtrument. clauſ. 27. gloſſ. 11. numer. 1.* Menoch. *conſ. 406. numer. 50.* Euerard. *in loc. legalib. loc. à ſimili*, Ferrer. *in conſtitut. Cathalon. gloſſ. 7. numer. 10.* Sed illa verba debent interpretari, vt ſimilia Concilij Florentini, *cap. de Sacrament.* ibi: *Loco autem illius manus impoſitionis datur in Eccleſia Confirmatio.* intelligit P. Suar. *dict. diſputat. 33. ſect. 4. verſ. Tertiò, principaliter, ad finem*, ait enim non ſignificari per ea verba, diuerſa eſſe Sacramenta, aut eorum ritus, quod verum non eſt; ſed hoc ipſum facere Epiſcopos nunc confirmando, quod Apoſtoli faciebant manus imponendo; idémque hodie ſignificari *Confirmationis* nomine, quod olim *manus impoſitionis* verbis; & ſicut dici poſſunt Epiſcopi ſimiles Apoſtolis; quamuis Apoſtoli fuerint verè Epiſcopi quoad ſubſtantiam, & poteſtatem Ordinis, eiuſdemque rationis cum ſuis ſucceſſoribus, Epiſcopis ſcilicet, ſuperiores tamen iuriſdictione, & aliis gratiis: Ita Confirmatio ſimilis dicitur manus impoſitioni; non quia ritu aut ſubſtantia differant, imo potius quòd eandem rationem Sacramenti retinent, licèt in quibuſdam effectibus, & gratiis maiorem quandam excellentiam habuerit Apoſtolorum manus impoſitio; & propter huiuſmodi circumſtantias, ſimiles dici poſſunt, cum iam per omnia idem non ſint, nec non ob maiorem excellentiam Apoſtolorum miniſtrantium: & verbum *Eſtablecido*, referendum non eſt ad inſtitutionem primæuam, ſed ad vſum; nam Eccleſia Confirmationem loco manus impoſitionis ſubrogauit (vt Concilio Florentino oſtenditur) conſtituens, quod Epiſcopi confirmando Sacramentum miniſtrarent, quod olim Apoſtoli per manus impoſitionem conferebant. 7

Quo tempore Sacramentum Confirmationis fuerit inſtitutum, tractat Suar. *dict. tom. 3. diſp. 32. ſect. 2.* qui ſentit, nocte Cœnæ Chriſtum hoc inſtituiſſe Sacramentum, Chriſma conſecraſſe, ac formam miniſtrandi Apoſtolis tradidiſſe, ſed neque ab ipſo, neque ab alio ante Dominicam Aſcenſionem fuiſſe adminiſtratum; Bonac. *dict. quæſt. vnic. punct. 1, n. 2.* Reginald. *lib. 28. n. 4.* Bellarmin. Filliuc. Bartol. ab Angel. apud Bonacin. & conſtat ex *epiſt. 2. Fabiani Papæ.* 8

Forma Sacramenti huius eſt: *Conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis in nomine Patris*, &c. Materia proxima, vnctio Chriſmatis benedicti in fronte confirmandi, ſigno Crucis ibidem facto, cum impoſitione manus Epiſcopi. Materia remota, de qua impræſenti, eſt Chriſma ab Epiſcopo conſecratum ex oleo oliuarum, & balſamo 9 10 11

confectum, Concil. Florent. *vbi ſupr. d. cap. vnico, §. per frontis, l. 7. tit. 5. p. 1.* Becan. *de Sacram. dict. cap. 14. in princip.* Bonacin. *dict. quaeſt. vnic. punct. 3.* Suar. *d. diſp. 33. ſect. 1. vſque ad 5.* Valent. *dict. diſp. 5. quaeſt. 1. punct. 2. & 3.* Barboſ. *d. allegat. 30. num. 22. & allegat. 31. num. 2.* Chamerot. *de Sacrament. tract. de Confirmat. cap. 2. & 7. dub. 1.* Emman. Sà *in ſumm. verb. Confirmatio, num. 10.* Henriq. *in ſum. lib. 3. cap. 2. §. 4.* Filliuc. *tract. 3. cap. 1. num. 20.* Dian. *ſupr. reſol. 27.* Coninc. *quaeſt. 72. art. 4. num. 65.* Tolet. *in ſumm. lib. 2. cap. 24. num. 2.* Nauarr. *d. cap. 22. num. 8.* Graſſis *ſupr. part. 2. lib. 1. c. 5. num. 16.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 2. cap. 9. & part. 2. lib. 5. cap. 1. quaeſt. 4.*

12 Circa quae notandum eſt, in hoc, ſicut in caeteris Sacramentis, alia requiri de neceſſitate Sacramenti, & alia de neceſſitate praecepti. Prima ſunt, quae ex diuina inſtitutione debent interuenire in Sacramentorum adminiſtratione, quorum ſi aliquid deſit, aut ſubſtantialiter immutetur, deficit Sacramentum. Secunda, quae Eccleſia, vt adhibeantur, praeſcripſit; horum defectus non impedit perfici Sacramentum, peccat tamen miniſter grauiùs, aut leuiùs, ſecundùm grauitatem, vel leuitatem eius quod omittitur. Ratio eſt: nam Chriſtus Dominus ita demum voluit conferri gratiam per Sacramenta, ſi omnia à ſe conſtituta adhibeantur, vnde ſi ea non obſeruentur, quaſi deficiente conditione, Sacramentum non erit; ſed illis poſitis, etſi praetermittantur quae ab Eccleſia ſunt addita, iſta omiſſio impedire nequit, ne Sacramentum conficiatur ſecundum diuinam Authoris voluntatem; Suar. *d. tom. 3. in 3. part. diſp. 2. ſect. 6. in princip.* Bonacin. *tom. 1. diſp. 2. de Sacrament.*
13 *in genere, q. vlt. punct. vnic. num. 1. 2.* Quare materia, aut forma, aliudvè in Sacramentis neceſſarium ex inſtitutione diuina, non poteſt Eccleſiaſtica lege ſubſtantialiter immutari. Lugo *de Sacrament. diſput. 2. ſect. 6.* Suar. *d. diſp. 2. ſect. 3. 4.* Becan. *cap. 1. quaeſt. 5.* & communiter Theologi; de quo Trident. *ſeſſ. 21. cap. 2.*

14 Quibus praemiſſis ſuccedit quaeſtio, de qua *hic* D. Couarr. nùm ſcilicet, vt valeat Sacramentum Confirmationis, ſufficiat vnctio olei conſecrati, quaſi hoc ſolùm ſit de neceſſitate Sacramenti, vel ſit omninò neceſſarium Chriſma ex eo, & balſamo factum? Et hoc ex inſtitutione Chriſti eſſe materiam huius Sacramenti, probatur in Concil. Colonienſ. & Florentino, *in doctrina de Sacrament. Confirmat.* tenéntque Dian. *ſupr. reſolut. 23. verſ. Sed alij,* Ledeſm. *dict. part. 1. cap. 2. concluſ. 7.* Villalob. *in ſumm. tom. 1. tract. 6. diffic. 2. numer. 2.* Layman *in Theolog. mor. lib. 5. tractat. 3. cap. 2. numer. 1.* Zambran. *de caſib. temp. mort. occurrent. cap. 2. numer. 2.* Cerda, *in quaeſtion. pro Laur. Salmant. quaeſt. 9. ſcholaſtica,* Nugn. *in 3. part. tom. 1. quaeſt. 72. art. 3.* Pitigian. *in 4. ſentent. diſt. 7. quaeſt. 1. art. 3.* Coninc. *d. quaeſt. 72. art. 3. dub. 1. num. 30.* Gabriel *in 4. diſtinct. 7. art. 1.* Innocent. *in d. cap. 1. de Sacrament. non iter.* Hoſtienſ. *ibidem,* Syluest. *in ſumm. verb. Confirmatio Diuina,* Bonacin. *dict. quaeſt. vnic. punct. 2. num. 1. & 2.* quod latè probat Suar. *d. diſp. 33. ſect. 1. verſ. Dico ergo quarto.*

15 Oppoſitam ſententiam cum *D. Couarruu.* ſequuntur non pauci, aſſerentes, admixtionem balſami eſſe tantùm de neceſſitate praecepti, atque ita vnctione olei conſecrati effici Sacramentum, etſi illicitè fiat; Nauarr. *d. cap. 22. num. 8.* Rube. *de Sacrament. in 4. ſentent. diſt. 7. §. balſamum 7.* Barboſ. *d. allegat. 31. num. 3.* Caietan. *in 3. part. q. 72. art. 2.* Carrill. *in itinerar. Ord. ſect. 3. cap. 3. num. 6.* Petr. Reina *in ſumm. Sacram. de Confirm. num. 3.* Eſti. *in 4. ſent. diſt. 7. §. 8.* Zanard. *in director. Theolog. moral. part. 2. de Sacram. cap. 2.* Philiarc. *part. 2. lib. 1. cap. 11.* Angles *de Confirmat. art. 22. concluſ. 2.* Victor. *de Confirmat. concluſ. 40.* Viuald. *eod. tract. cap. 2. num. 3.* Valent. *dict. diſp. 5. quaeſt. 1. punct. 2. verſ. Quaeſtio eſt autem.* Emmanuel Sà, *verb. Confirmatio, num. 7.* Quae opinio probabilis eſt, vt fatetur Suar. *vbi proximè, verſ. Vltimò conſtabit, in fine,* & Filliuc. *tract. 3. cap. 1. quaeſt. 5. num. 11.* Imò Valent. *verſ. Eſt autem,* ait, eam tot Virorum illuſtrium authoritate approbatam eſſe, vt vix contraria communis dici poſſit. Nihilominus illa videtur probabilior.

Ad Num. 4.

16 Quaretenta, & ſic quod ſolo oleo non conficitur Sacramentum, optimè Suar. *d. verſ. Vltimò conſtabit:* reſpondet ad textum *in d. cap. 1. de Sacram. non iterand.* ſupponendo, quod in illa ſpecie Confirmationis Sacramentum erat conferendum ei, qui ſolo oleo fuerat delinitus; quoniam propter opinionum varietatem oleum eſt materia dubia, & Sacramentum in materia non certa, eſt iterandum ſub conditione; D. Thom. *3. p. q. 66. art. 9. ad 4.* Valent. *tom. 4. diſp. 4. q. 1. punct. 4. verſus finem,* Suar. *ſup. diſp. 22. ſect. 2. verſ. Sed quares, cum ſeqq.* Sà, *verb. Baptiſmus, n. 3.* Viuald. *ſup. tit. de Baptiſm. cap. 5. n. 25.* quod Valentia non eſt auſus inficiari: quare non expediebat, vt homo ille in dubio abſque Sacramento Confirmationis relinqueretur; ex quo infert, mentem Pontificis eſſe non potuiſſe, ne Sacramentum conferretur, cùm omninò foret neceſſarium, vel propter nullitatem primi actus, vel ſaltem ob dubium validitatis: ſed volens Pontifex oſtendere nihil iterandum, ſed occultè ſupplendum defectum, quiſquis ille fuiſſet, inquit: *Quod incautè praetermiſſum eſt, cautè ſupplendum.* Per quod tacitè docuit, Confirmationis Sacramentum eidem denuò adminiſtrandum, quod omninò praetermiſſum fuerat; neque illa repetitio actus eiuſdem iterationem Sacramenti inducebat, cùm nullum praeceſſiſſet. Ex quibus colligitur, quod in ſpecie *d. c.* re debebat confirmari, qui ſolo oleo ſacro fuerat vnctus, ſaltem ſub conditione, vt tenent Cruz *in director. conſcient. p. 12. de Sacrament. Confirmat. q. 72. dub. 1. concluſ. 1.* Dian. *d. reſol. 23. verſ. Sed quia prima.*

Quibus addendum eſt, dubium *ibi* Innocentio propoſitum, 17
non fuiſſe circa valorem Sacramenti; nam planum erat, nullum eſſe, & ideo non reſpondit ad illud aſſerendo, vel negando, valuiſſe; ſed praeſuppoſito, quod non valuerat, an illa actio Confirmationis eſſet iteranda propter ſcandalum, quoniam videretur ignaris, Sacramentum reiterari, quod erat haereſis Arrianorum, *cap. de Arrianis 109. de Conſecrat. diſt. 4.* Quam quaeſtionem rectè reſoluit praedictis verbis Pontifex, nam cautè conferendo Sacramentum ſcandalum euitabatur.

Nec inepta fuit dubitatio; nam cum hoc Sacramentum non 18
ſit neceſſarium ad ſalutem (vt infrà apparebit) videbatur minus malum, quod vnus homo, vel plures ſine illo manerent, quam quod grauiſſimum ſcandalum generaretur ob reiterationem actus Confirmationis, quo putaretur, Catholicos Arrianis conuenire; & vtrique malo deciſione Pontificia ſubuentum eſt, nam ceſſat ſcandalum, & homo non caret Sacramento, ſi cautè conferatur, vt praecipitur.

Ibi: *Nam quod antiqui.*

Idem P. Suar. *vbi proximè, verſ. Secundò principaliter,* 19
probat eruditè, quod *D. Couarruu.* aſſerit *in praeſenti:* nempe Chriſma apud Graecos ex vi propriae ſignificationis, vnctionem cuiuſcumque materiae ſignificare, ex D. Auguſt. *tract. 33. in Ioan.* Iſidor. *lib. 4. origin. cap. 2.* Idemque docet Calepinus *in ſuo diction. verb. Chriſma.*

Ibi: *Ex quibus & illud eſt.*

Quae dicantur de neceſſitate Sacramenti, & quae de neceſſitate praecepti, explicuimus nuper, *num. 12.*

Ad Num. 5.

Confirmationis Sacramentum non eſſe neceſſarium ad ani- 20
mae ſalutem, ſed omitti pro libito poſſe, ceſſante ſcandalo, abſque culpa lethali, eſt communis reſolutio, Dian. *ſupr. reſol. 20. & 25.* Fernand. de Haered. *in diſput. mixtis de Sacrament. Confirmat. diſtinct. 5. part. 2. dub. 1. num. 6.* Eſti. *ſupr. §. 18.* Zambran. *dict. cap. 2. dub. 4. num. 5.* Filliuc. *tract. 3. cap. 2. quaeſt. 9. num. 41.* Barboſ. *dict. allegat. 31. num. 8.* Molfeſ. *in ſum. tom. 1. tract. 4. cap. 2. num. 21.* Viuald. *dict. cap. 5. n. 6. 7.* Suar. *diſp. 38. ſect. 1.* Camerot. *dict. cap. de confirmat. dub. 4.* Valent. *ſupra, quaeſt. 2. punct. 3.* Sayr. *de Sacram. in genere lib. 6. cap. 4. q. 1.* Victor. *concluſ. 47.* Pitigian. *diſt. 7. q. 2. art. 2.* Nauarr. *in ſumm. cap. 22. num. 9. verſ. 3.* Bonacin. *dict. diſp. 3. punct. 2. n. 2.* Quod ita verum eſt, vt qui coram tyranno Fidem 21
proteſtaturus eſt, non peccet grauiter omittens hoc Sacramentum, etſi in periculo Fidei amittendae conſtituatur; nam etiamſi per Confirmationem roboremur in Fide, non tamen medium eſt vnicum, ſiquidem per Orationem, Confeſſionem, & Euchariſtiam idem auxilium, ac robur conſequi poſſumus.

An

22 An autem ex aliis circumſtantiis peccetur mortaliter, non ſuſcipiendo hoc Sacramentum? Docet Suar. *vbi proximè, verſ.*
23 *vltimo.* Illud compertum eſt, ſi omittatur ex contemptu, culpam lethalem incurri.

24 Sed dubium eſt, an hæc omiſſio ad culpam venialem ſaltem imputetur; affirmant Caietan. *in ſumm. verb. Confirmatio,* Nauarr. *dict. num.* 9. Valent. *ſupr.* Negat Suar. *vbi ſupr.* niſi aliqua accedat circumſtantia, veluti ſi quis non vtatur hoc medio ad robur obtinendum, quando in periculo eſt fidei deſerendæ.

Ad Num. 6.

25 Ordinarium miniſtrum Sacramenti Confirmationis ſolùm eſſe Epiſcopum conſecratum, eſt de fide; Trident. *dict. ſeſſ.* 7. *canon.* 3. *cap. Presbyteros* 119. *de Conſecrat. diſt.* 4. & notatur à Suar. *diſput.* 36. *ſect.* 1. Durand. *in rational. Diuin. lib.* 5. *cap.* 48. *num.* 1. Henriq. *dict. lib.* 3. *cap.* 6. §. 1. Chamerot. *ſup. cap.* 5. *de miniſtr. Confirmat.* Coninc. *dict. quæſt.* 72. *num.* 97. 105. Monet. *de commun. vltim. volunt. cap.* 4. *num.* 110. Filliuc. *ſupr. tom.* 1. *tract.* 3. *num.* 13. Vgolin. *de poteſt. Epiſc. cap.* 25. *num.* 2. Sanch. *conſil. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 11. *num.* 4. Bonacin. *dict. punct.* 2. *num.* 3. Valent. *dict. quæſt.* 2. *punct.* 1. Alphonſ. Aluar. *d. tit. de Confirmat.* Nauar. *d. num.* 8. *verſ. Dix,* Barboſ. *in collect. ad dict. cap. quanto,* & licet Epiſcopus hoc Sacramento non ſit roboratus, illud aliis poteſt conferre, Bonacin. *num.* 9. Barboſ. *d. allegat.* 30. *num.* 3.

Ad Num. 7.

Huius quæſtionis reſolutio *infrà* tradetur. Non obſtat iſtud primum argumentum; nam licèt concedatur, Eccleſiam non poſſe mutare quoad ſubſtantialia materiam, formam, vel miniſtrum à Chriſto Domino determinatum in inſtitutione Sacramentorum, Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. Reginald. *lib.* 26. *n.* 15. Bonacin. *ſupr. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 1. *num.* 11. & *num.* 13. di-
26 ximus: ſimplex Sacerdos ex diuina ordinatione eſt extraordinarius miniſter huius Sacramenti per commiſſionem Summi Pontificis, *cap. peruenit.* 95. *diſtinct.* Suar. *dict. diſp.* 39. *q.* 2. & alij *infrà* referendi ad *num.* 56. Quod maximè expediuit, quæ non vbique fideles haberent Epiſcopum, à quo confirmarentur, & facilius ſimplex Sacerdos inueniretur; ſic Coninch. *quæſt.* 7. *articul.* 3. *num.* 46. Filliuc. *dict. tract.* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 2. Bonacin. *num.* 5.

Ad Num. 8.

27 Sacerdos hæreticus, depoſitus, aut quomodocumque ab Eccleſia præciſus, debita materia, forma, & intentione adhibita Euchariſtiæ, conficit Sacramentum, *cap. non moues* 89. *cap. dictum* 96. 1. *quæſt.* 1. *cap. non in vobis* 43. *de conſecrat. diſt.* 4. vbi Gloſſ. *verb. Foris,* Gloſſ. *in cap. Dominus declarauit* 87. *verb. Sacrificio, ead. q.* 1. Victor. *de Euchariſt. num.* 92. Tolet. *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 1. Suar. *diſp.* 65. *ſect.* 3. *verſ. fin.* & *diſp.* 72. *ſect.* 4. *art.* 7. Marant. *de ordin. iudicior. p.* 4. *diſt.* 11. *num.* 73. Rojas, *ſing.* 83. *verſ. Sed ſupradictus,* Steph. Gaet. *in cap. ad limina,* §. 6. *num.* 62. 30. *quæſt.* 1. Perez *in l.* 1. *verſ. Ego tamen, tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinam.* Valent. *diſput.* 6. *quæſt.* 10. *punct.* 1. Nauarr. *in cap.* 1. §. *laboret, num.* 4. & *in fine, n.* 13. *de pœnit. diſt.* 6. Bonacin. *diſp.* 4. *quæſt.* 5. *punct.* 1. *num.* 2. Sanch. *vbi proximè.* Etiamſi fuerit ſolemniter degradatus, Sayr. *de Sacrament. in gener. lib.* 2. *cap.* 6. *art.* 5. *verſ. Ad quantum,* Cened. *ad Decretal. collect.* 65. *num.* 4. & *pract. ac Canonic. quæſt. lib.* 1. *q.* 30. *n.* 85. Perez *in l.* 2. *gloſſ.* 5. *t.* 1. 1. *lib.* 5. *Ordinam.*

Ibi: *Ex quo manifeſtè conuincitur.*

28 Epiſcopus ſimiliter ab Eccleſia ſeparatus non amittit poteſtatem conferendi Confirmationis Sacramentum, Suar. *dict. diſput.* 36. *ſect.* 3. *verſ. Dicendum eſt ergo:* (qui contrarium erroneum dixit *ibidem, verſ. Propter hanc:*) Bonacin. *d. diſput.* 3. *punct.* 2. *num.* 6. Sà *in ſumm. verb. Confirmatio, circa finem,* Henriq. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. Reginald. *in praxi fori pœnitentialis, lib.* 21. *num.* 19. Barboſ. *d. allegat.* 30. *num.* 2. Marius Alter. *de cenſur. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *diſp.* 6. Filliuc. *tract.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 29. & generaliter Miniſtri improbitas non impedit valorem Sacramenti, Vaſq. *tom.* 2. *in* 3. *part. diſputat.* 137. *cap.* 2. & 3. Lug. *de Sacrament. in gener. diſputat.* 8. *ſect.* 1. *num.* 12. & omnes communiter. Ratio eſt, quoniam etſi ab Eccleſia Epiſcopus, vel Sacerdos præciſus, priuetur ſui Ordinis vſu, ipſo ordine priuari non poteſt, quandoquidem characterem retinet indelebilem, atque ita nequit impediri per Eccleſiam, ne faciat validè, quod ratione talis Ordinis ex Chriſti inſtitutione poteſt; Suar. *dict. ſect.* 3. *verſ. Tertiò, quia Eccleſia,* & *diſputat.* 72. *artic.* 7. Sanch. *dict. dub.* 12. *num.* 4.

Ibi: *Secundò, vt alias rationes omittam.*

Ad has rationes, quæ in argumentum adducuntur, ſatisfit 29
ex dictis in reſponſione ad præcedens; nam ſimplici Sacerdoti data eſt poteſtas confirmandi à Chriſto Domino non abſoluta, ſed ſubordinata Pontificis voluntati, cui liberum eſt committere, vel non, munus adminiſtrandi id Sacramentum, prout neceſſitas poſtulauerit, Suar. *dict. diſp.* 36. *ſect.* 2. *verſ. Ad argumenta.*

Ad fundamentum ex *cap. fin. de conſecrat. Eccleſ. vel altar.* 30
dicendum eſt, ideò non poſſe ſimplicem Sacerdotem etiam ex delegatione Epiſcopi adminiſtrare hoc Sacramentum, quia ex inſtitutione Chriſti Domini deſideratur commiſſio Romani Pontificis, cui tantum ſpecialiter indulſit poteſtatem, vt poſſet miniſterium hoc ſimplici Sacerdoti demandare; quod Epiſcopis non conceſſit: ita communiter DD. de quo Angles *ſup. tit. de Confirmat.* Barboſ. *ſupr. numer.* 4. Nauarr. *conſ.* 14. *num.* 2. *de priuileg. in nouiſ.* Coninc. & Monet. *vbi proximè,* Graff. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 29. 30. Fr. Emman. *quæſtion. regular. tom.* 1. *quæſt.* 18. *articul.* 3. Azor. *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *quæſt.* 4. *verſ. Imprimus,* Bonac. *dict. diſp.* 3. *num.* 8. Suar. *dict. ſect.* 2. *verſ. Secunda pars.*

Ibi: *His quidem, & aliis fundamentis.*

Quod ſimplex Sacerdos neque ex delegatione Papæ poteſt 31
Sacramentum hoc adminiſtrare, præter laudatos *hic* à D. Couarr. ſenſerunt, Albert. *in* 4. *diſt.* 7. *art.* 4. Bonauent. *ead. diſt. art.* 1. *quæſt.* 3. Gabriel, *quæſt. vnic. articul.* 2. *concluſ.* 3. Sed contrarium eſt tenendum, de quo *infra num.* 56.

Ad Num. 9.

Minores Ordines Sacramenta non eſſe, cum Durando tuen- 32
tur Magiſt. ſentent. 4. *diſt.* 24. vbi eos ab Eccleſia introductos eſſe aſſerit, Nauarr. *dict. cap.* 22. *num.* 18. Sot. *in* 4. *diſt.* 24. *quæſt.* 1. *articul.* 4. Vazquez *diſp.* 237. *cap.* 2. *in princip.* Medin. *de Sacror. homin. continent. l.* 1. *cap.* 46. Martin. de Ayala *de tradit. Apoſtolor. part.* 2. *cap. de Ordine,* §. *Synodus,* Layman *in Theolog. moral. lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 54. *num.* 4. *verſ. Aſſertio quarta, in fine,* & Sanch. hoc probabiliſſimum dixit, *de Matrimon. lib.* 7. *diſp.* 51. *num.* 17.

Contrarium tamen receptius eſt, Suar. *d. verſ. Ad argumen-* 33
ta, Bonac. *de Sacrament. Ordin. diſput.* 8. *quæſt. vnic. punct.* 2. *num.* 1. *verſ. Tertia ſententia,* Coninch. *diſp.* 28. *dub.* 6. Valent. *d. tom.* 4. *diſp.* 9. *quæſt.* 1. *punct.* 4. *verſ. Tertia opinio:* Victor. *de Sacram. num.* 226. Bellarmin. *tom.* 3. *lib. vnic. de Sacram. Ordin. cap.* 6. 7. 8. Molfeſ. *tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 29. Franc. Ferrarienſ. *lib.* 4. *contra gentes, cap.* 65. Aug. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 2. *num.* 21. Sanch. *conſilior. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 3. Thom. Velaſc. *tom.* 1. *alleg.* 2. *num.* 9. Hurtad. *de Sacram. tom.* 2. *tract. de Ordin. diffic.* 9. Cardoſ. *in prax. Iudic. verb. Sacramentum, tract. de Sacram. Ordin. quæſt.* 3. *numer.* 3. Campan. *in diuerſ. iur. Canon. rub.* 1. *num.* 13. Turrecremat. *in cap. Cleros, num.* 12. 13. *diſt.* 21. Tabiena *in ſumm. verb. Ordo* 1. *quæſt.* 5. Abul. *ſuper cap.* 26. *Matth. quæſt.* 74. D. Bonau. *in* 4. *ſent. diſt.* 24. *p.* 2. *art.* 1. *quæſt.* 1. Viguer. *lib. Inſtit. cap.* 16. §. 6. *verſ. Tertio,* & à Chriſto Domino quatuor minores Ordines fuiſſe inſtitutos, expreſſim aſſerunt Sanch. *num.* 4. Barthol. à Ledeſm. *de Sacrament. Ordin. dub.* 1. Viguer. *verſ. Quarto,* Vualdenſ. *de Sacrament. cap.* 116. Palacios *in* 4. *ſentent. diſtinct.* 24. *quæſt.* 1. Capreol. *ibi, quæſt.* 1. *artic.* 3. *ad* 2.

Ibi : *De prima quidem tonſura.*

34 De prima Tonſura dubitatur ; nam Theologi negant communiter Sacramentum, aut Ordinem eſſe, ſed diſpoſitionem quandam ad Ordines, ſicut nouitiatus ad Religionem ; quod inſinuare videtur Trident. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 2. & ſuſtinent Dian. *part.* 6 *tract.* 8 *reſol.* 29. Dicaſtill. *de Sacram. tom.* 1 *tract.* 6. *diſp.* 1. *dub.* 2. *n.* 18. Leand. cum plurimis, *eod. tract. tom.* 2 *tract.* 6. *diſp.* 1. *q.* 4. Sanch. *ſup. dub.* 6. *n.* 6. Bonacin. *d. q. vnic punct.* 1. *n.* 6.

Sed Sacramentum, & Ordinem eſſe, defendunt Iuriſperiti, ſequuti Gloſſam magnam, *verbo, Epiſcopatus, in proœm. lib.* 6. *Decretal.* Ita tenent Gregor. Lop. *in proœm. tit.* 6. *part.* 1. Viuian. *in prax. iur. patron. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 7. Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 1. *num.* 1. Guid. Pap. *deciſ.* 449. *n.* 1. Mart. *vot.* 14. *num.* 2. quam opinionem apud Rotam obtinuiſſe, teſtis eſt Barboſ. *in remiſſion. ad d. cap.* 2. *Concil. num.* 1. *ad finem,* qui plurimos vtriuſque partis Authores laudat : ipſe tamen dubitat, *dict. allegat.* 2. *num.* 18. Adde textum *in cap. cum contingat* 11. *de ætat. ordin.* vbi Gloſſ. *verb. Abbati.*

Ad Num. 10.

35 Poſſe Papam committere ſimplici Sacerdoti collationem minorum Ordinum, eſt ferè omnium ; Suar. *vbi proximè*, Victor. *num.* 234. Bellarmin. *de Cleric. lib.* 1. *cap.* 27. Nugn. *in* 3. *p. D. Thom. quæſt.* 38. *art.* 1. Azor. *p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *quæſt.* 12. Henriq. *lib.* 10. *cap.* 23. Valent. *dict. diſp.* 9. *q.* 2. *punct.* 1. *in princip.* Filliuci. *tract.* 9. *cap.* 3. *quæſt.* 2. Bonacin. *ſupr. punct.* 4. *num.* 3. Sic Nicolaus III. per bullam, quam adducit Rodrig. *in bullar.* & eſt 2. *inter bullas huius Pontificis*, conceſſit Fratribus Dominicanis, vt poſſint de nouo conuerſis ad fidem Ordines minores conferre, Pellizzar. *in manual. Regular. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 2. *num.* 180. Sanch. *dub.* 18. *num.* 6. hoc aduerſus alios ampliat, etiamſi Pontifex non ſit Epiſcopus conſecratus. Sed *num.* 7. cum D. Thom. Paludan. Capreolo, Victoria, & aliis docet, non poſſe huiuſmodi delegationem facere, ei qui Preſbyter non ſit ; & *num.* 8. contra Petr. Sot. *lect.* 5. *de Ordin.* probat, Epiſcopis non licere, horum Ordinum collationem ſimplici Sacerdoti committere, vbi refert Victor. *d. num.* 234. & alios.

36 Abbates Regulares benedicti, quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentes ex commiſſione, ac priuilegio Sedis Apoſtolicæ, poterant de iure communi ſubditis ſuis, tam Sæcularibus, quam Religioſis Ordines minores conferre ; *cap. Abbates* 3. *de priuileg. in* 6. Flores de Mena *variar. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 14. Mirand. *in manual. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 38. *artic.* 9. *concluſ.* 1. Rebuf. *in prax. lib.* 1 *tit. de Cleric. & à quib. num.* 14. Valent. *d. diſp.* 9. *quæſt.* 3. *punct.* 2. Tamburin. *tom.* 3. *de iur. Abbat. diſp.* 5. *quæſt.* 11. *num.* 70. Bonac. *dict. num.* 3. Graffia *aureo. deciſion. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *de regular. num.* 142. 156. Azor. *p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 10. *quæſt.* 7. *&* *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 48. *quæſt.* 15. Sanch. *d. cap.* 1. *dub.* 19. *num* 5. 11. 12. facit textus *in dict. cap. cum contingat*, & *in cap.* 1. 69. *diſt.* ſed ad hoc eos Sacerdotes eſſe oportet.

37 Hodie verò talis facultas coarctata eſt ad ſubditos Religioſos per Trident. *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 10. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 3. *num.* 11. 13. Nald. *in ſumm. verb. Abbas, num.* 3. Pellizzar. *num.* 176. Rota apud Seraphin. *part.* 1. *deciſ.* 985. Suar. *de Religion. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 21. Machad. *tom.* 2. *lib.* 5. *part.* 3. *tract.* 1. *documẽt.* 2. *num.* 2. Caſtr. Palao *tom.* 4. *tract.* 17. *punct.* 14. *num.* 4. quamuis refragetur Sanch. *ſupr. num.* 19. 20. quia non fit *in dict. cap. Concilii*, expreſſim mentio de priuilegio Abbatibus conceſſo per generalem Synodum, de quo Dian. *part.* 11. *tract.* 2. *reſol.* 17. & 30. vbi latè.

38 At admiſſo, quod derogatum eſt priuilegio Abbatum per Tridentinum, vt fert Communis ; controuertitur, vtrum nouitij poſſint per Abbates Ordinibus minoribus initiari ? Affirmant Gloſſ. *in dict. cap. Abbates, de priuilegiis in* 6. Suar. *ſupr. num.* 12. Pellizzar. *num.* 177. Layman, *lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 9. *num.* 2. Tamen communis ſententia eſt in contrarium ; Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 741. *num.* 6. Hieronym. Roderic. *in compend. reſolut. reſol.* 106. *n.* 1. Henriq. *d. lib.* 10. *cap.* 23. §. 3. *in comment. lit. G.* Emman. Rodrig. *quæſt. regul. tom.* 3. *q.* 23. *art.* 1. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 1, *lit. A. concluſ.* 9. *n.* 9. Barboſ. *dict. alleg.* 3. *num.* 8. Dian. *dict. reſol.* 30. *in fine*, Nauarr. *ſupr. cap.* 27. *num.* 258. Mirand. *in manual. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 38. *art.* 9. *concl.* 2. *in fine*, Lap. *in cap. cum nullus, n.* 3. *de tempor. ordinat. in* 6. Ancharran. *ibi, num.* 3.

Cardinales itidem Preſbyteri minores Ordines ex tacita 39 conceſſione Pontificum ſuis familiaribus conferunt ; Valent. *d. punct.* 2. Bonacin. *d. num.* 3. ſed Sanch. *dict. dub.* 19. *num.* 21. tale priuilegium, & conſuetudinem ſublatam eſſe putat, per *d. c.* 10. *Concilij* ; quem pluribus laudatis impugnat Dian. *p.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 4.

Ibi : *Atque ita verius eſſe cenſeo.*

Maiorum, ſeu Sacrorum Ordinum collationem non poſſe 40 Pontificem ſimplici Sacerdoti committere, communiter tenetur, Sanch. *d. dub.* 18 *num.* 10. Bellarmin. *de Sacram. Ordin. cap.* 7. *prope finem*, Henriq. *dict. lib.* 10. *cap.* 23. Suar. *de Relig. tom.* 1. *diſput.* 11. *ſect.* 2. *num.* 6. Emman. Rodrig. *ſupr. tom.* 1. *quæſt.* 18. *art.* 3. Barboſ. *dict. alleg.* 3. *num.* 4. Bonacin. *d. num.* 3. *verſ. Ordo verò*, Victor. *in ſumm. num.* 237. Vuald. *in candelab. aur. tit. de Ordin.* 5. *de Miniſtr. verſ. Octauo ſi Papa*, Nauarr. *conſ.* 14. *de priuileg.* Petr. Sot. *lect.* 5. *de Ordin.* Tabien. *verb. Abbas, quæſt.* 5. Bartholom. à Ledeſm. *de Sacrament. Ordin. dub.* 11. Scot. *in* 4. *diſt.* 24. *quæſt.* 1. *art.* 3. Deza *ibi, quæſt.* 2. *art.* 4. Martin. Fornar. *de Sacrament. Ordin. cap.* 5. *n.* 2.

Sunt tamen qui ſentiunt, poſſe Ordinem Diaconatus, ac 41 Subdiaconatus adminiſtrari à ſimplice Sacerdote ex commiſſione Summi Pontificis ; de quo Filliuci. *d. tract.* 9. *cap.* 5. *quæſt.* 2. *num.* 94. qui in Subdiaconatu loquitur, Turrian. *in addit. ad Concilium Nicen. cap.* 4. Victor. *num.* 235. Vazq. *de Sacram. Ordin. diſput.* 143. *cap.* 4. Pellizzar. *num.* 176. pro quibus eſt Bulla Innocentij VIII. quam refert Rodrig. *in bullar.* & eſt *quinta in ordine*, qua indulſit Abbati Ciſtercij, qui eſt Generalis illius Religionis, vt poſſet Diaconatum, & Subdiaconatum omnibus ſuis Religioſis conferre ; Abbatibus verò particularibus eiuſdem Ordinis, vt hoc ipſum facerent vnuſquiſque in proprio Monaſterio quoad Religioſos ſibi ſubditos : & Victor. *dict. num.* 235. teſtatur, ſe vidiſſe Bullam, in qua Pontifex ſimplici Sacerdoti conceſſerat, vt poſſet Subdiaconatus Ordinem conferre.

Ad Num. 11.

De poteſtate neceſſaria ad abſolutionem Sacramentalem, 42 Valent. *d. tom.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 10. *punct.* 1. Becan. *de Sacrament. cap.* 38. *quæſt.* 2. Bonacin. *de Sacrament. pœnit. diſput.* 5. *quæſt.* 7. *punct.* 2. *num.* 7. *cum ſequentibus*, Coninc. *diſp.* 8. *dub.* 2. Filliuc. *tract.* 7. *cap.* 7. *quæſt.* 4. Lug. *de Sacrament. Pœnitent. diſp.* 19. per totam, & plurimi congeſti à Barboſ. *in remiſſionibus ad Concilium Trident. Seſſ.* 14. *num.* 1.

Ex quibus ſunt nonnulla obſeruanda. Primùm, poteſtatem 43 iuriſdictionis ad abſoluendum eſſe neceſſariam de iure Diuino, Becan. *num.* 2. Suar. *tom.* 4. *de Pœnit. diſp.* 14. *ſect.* 1. *num.* 7. Bonacin. *ſupr. dict. num.* 7. Secundùm, in articulo, aut peri- 44 culo mortis, quemlibet Sacerdotem habere abſoluendi poteſtatem, quam Eccleſia illo caſu delegat ; & ſic non eſt de iure Diuino, ſed Eccleſiaſtico ; ita Sot. Turrecremata, Medina, D. Bonauent. & Antonin. apud Becanum *ſup. quæſt.* 4. *num.* 2. Bonacin. *numer.* 9. Vazq. *tom.* 4. *in* 3. *part. quæſt.* 93. *articul.* 1. *dub.* 3. & 4. Lug. *diſputat.* 20. *ſection.* 10. *num.* 201. Tertiùm, à peccatis venialibus licere cuilibet Sacerdoti ab- 45 ſoluere, quia hæc non ſubjiciuntur clauibus Eccleſiæ, cum non debeant de neceſſitate confiteri, atque ita pœnitens poteſt ſe ſubjicere cuilibet habenti Ordinis poteſtatem, applicando materiam ab omni iuriſdictione liberam, Becan. ex aliis, *quæſt.* 6. Dian. *part.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 29. *verſ. Dices*, Bonacin. *numer.* 8. Suar. *ſupr. num.* 8. Vazq. *dict. articul.* 1. *dub.* 6. *num.* 5. & alij plures. Idemque eſt de mortalibus iam ritè confeſſis ; & hæc locum obtinent etiam in Sacerdote hæretico, vel degradato, vt ipſi aduertunt.

Verſ. *Tertiò probatur.*

Textus *in dict. cap. peruenit*, 95. *diſtinct.* meminit Suar. 46 *dict. diſp.* 36. *ſect.* 1. *verſ. Dicendum verò eſt*, vbi ab obiectione Durandi, & Paludani aliter Pontificem defendit, ſentiens, potuiſſe eo caſu errare, quia non definiebat, aut docebat, ſed diſpenſabat ;

diſpenſabat; ait tamen, non eſſe veroſimile, Virum tam ſanctum, ac doctum Eccleſiæ Præſulem, in re adeò graui, & quæ eſſet maximi detrimenti toti prouinciæ illi, ſe periculo errandi expoſuiſſe, ſed quod omninò certum erat ſibi licere, feciſſe. Alias ſolutiones ad idem caput refert, & impugnat idem Suar. *verſ. Eſt autem, cum ſeqq.* Sed an Pontifex errare poſſit in eis, quæ circa mores ſtatuit non prò vniuerſa Eccleſia, vt in præſenti, diſputatur? de quo Barboſ. *in cap. ſi Papa, num.* 25. *cum ſequentibus*, 40. *diſt.* Albert. *de aſſert. Catholic. quæſt.* 30. *num.* 22. Cardin. Bellarmin. *lib.* 4. *de Roman. Pontific. cap.* 2. *verſ. His notatis*, Dian. *p.* 11. *tract.* 2. *de infallibilit. Decret. Rom. Pontific. extr. Concil. reſol.* 13. qui latè probat, Papam ex Cathedra quicquam determinantem, nunquam errare poſſe; *per totum tractatum.*

Ad Num. 12.

47 Diximus *ſupr. num.* 5. Pontificem aliquid circa fidem definientem errare non poſſe, quod eſt de fide, ac probant vltra laudatos *ibi*, Cano *in loc. Theolog. lib.* 6. *cap.* 3. *propoſ.* 3. Albertin. *vbi ſupr. dict. quæſtion.* 30. *a num.* 19. Dried. *lib.* 4. *de dogmatib. cap.* 5. *num.* 5. Vualdenſ. *lib.* 2. *fidei, cap.* 47. 48. Victor. *in relect. de poteſt. Eccleſ.* Caramuel *in Theolog. fundament. fund.* 8. *num.* 169. Dian. *vbi proximè, reſol.* 2. qui tenet, Papam nec vt perſonam priuatam circa fidem errare poſſe, *reſol.* 12. *verſ. His tamen.* Imò neque in rebus moralibus, quas tradit pro vniuerſa Eccleſia: quod verum eſt quoad ſubſtantiam; nam quoad circumſtantias errorem poteſt pati, veluti multiplicando præcepta, vel excedendo in pœnarum impoſitione; Suar. *de fid. diſp.* 5. *ſect.* 8. *num.* 4. 7. D. Anton. 3. *part. tit.* 12. *cap.* 8. §. 2. Cano, *ſupr. lib.* 5. *cap.* 5. *quæſt. fin.* Molin. *de iuſt. & iur. diſp.* 325. Bellarm. *d. lib.* 4. *de Rom. Pont. cap.* 5. Innocent. *in cap. per venerabilem, qui fil. ſint leg.* Aug. Barb. *in collect. ad dict. cap. ſi Papa, num.* 23. vbi latiſſimè, Valent. *de obiect. fid. diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 7. §. 40. Bañez, 2. 2. *quæſt.* 1. *articul.* 10. *dub.* 6. Dian. *reſol.* 13. *verſ. Veriùm hic*, qui teſtatur, ita definitum eſſe per Martin. V. *in Conc. gener. Conſtantienſ.* in Bulla, quæ incipit: *Inter cunctas paſtoralis*, quæ eſt poſt vltimam ſeſſionem Concilij.

48 Quæſtionis eſt, num Pontifex teneatur Cardinales conſulere in cauſis Fidei, & alijs grauibus ad earum deciſionem? Et pro vtraque parte eſt communis opinio, teſte Ceuall. *tom.* 2. *quæſt.* 645. de quo diſputat Barboſ. *vbi proximè à num.* 15. *ad* 21. & tandem reſoluit, non eſſe neceſſe à Cardinalibus conſilium poſtulare. Eſt tamen conueniens eos congregare, vt vſu receptum eſt; nam licet aſſiſtentia Spiritus Sancti infallibilem definitionem reddat quoad cauſas Fidei, vel pertinentes ad ſtatum vniuerſalem Eccleſiæ; non ideò contemnenda ſunt humana media, quæ ad rectam deciſionem poſſunt conducere: & hanc ſententiam tenent Cardinal. Iacobat. *de Concil. lib.* 7. *art.* 5. Valençuel. *in monit. Paul. V. p.* 6. *num.* 97. 98. Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 4. *verſ. Sed his*, Manfred. *de Cardinal. diſt.* 137. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 16. Mench. *illuſtr. cap.* 23. Chaſſane. *in catalog. glor. mund. part.* 3. *conſid.* 47. Ceuall. *q. d.* 645. *num.* 3. *cum ſeqq.* Marc. Ant. Cucch. *de inſtitut. maioribus, lib.* 2. *tit.* 2. *de Summo Pontif. num.* 39. Gab. Paleoth. *de Sac. Conſiſtory conſultat. part.* 1. *q.* 3. Dionyſ. Paul. *de vera quat. Patriarchal. Sedium erection. cap.* 10. *numer.* 18. Maſcard. *de probat. concluſ.* 262. *num.* 56. Ad textum autem *in cap. per venerabilem* 13. §. *qui autem, verſ. Sunt autem, qui fil. ſint legit.* iuncto *cap. fundamenta* 17. §. *decet, de elect. in* 6. ex quibus multi apud Barboſ. Ceuall. & Menchac. contrarium tenent, Reſpondetur, non probari, eſſe de neceſſitate conſilium petere a Cardinalibus, ſed de honeſtate, ac decentia.

Ad Num. 13.

49 Quod Pontifex errare non poteſt in Sanctorum canonizatione, cum *D. Conarr.* DD. communiter aſſeuerant: D. Bernard. *epiſt.* 147. *ad Lugdunenſ.* Bellarmin. *de Sanctor. beatitud. cap.* 5. D. Anton. *vbi ſupr.* Suar. *dict. ſect.* 8. *n.* 8. Azor. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *q.* 5. Valent. *tom.* 1. *diſp.* 2. *q.* 1. *punct.* 7. §. 40. *verſ. Itaque quod ad:* Anconit. *de poteſt. Eccleſia, q.* 14. *art.* 3. Dried. *de dogmatib. c.* 1. Iacob. Caſtellan. *de canonizat. Sanct. q.* 9. *art.* 3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 261. *num.* 56. Barboſ. *vbi proximè, num.* 28. *cum ſeqq.* Dian. *dict. part.* 11. *tract.* 1. *reſol.* 15. *verſ. Veriùm omnino;* & *reſol.* 18. vbi ait, hoc eſſe de Fide, ex Turrian. 2. 2. *tom.* 1. *diſp.* 17. *Dub.* 6. Caſtr. Palao *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 1. *punct.* 5. §. 4. *num.* 2. Arriag. *in curſu Theolog. tom.* 5. *diſp.* 9. *ſect.* 5. *num.* 28. Et quid de Beatificatione, docet idem Dian. *reſol.* 17. licet teneant contra præcipuam concluſionem aliqui laudati à Maſcard. *ſup. in principio*, quorum opinio impia, & temeraria eſt cenſenda; Vualdenſ. *tom.* 3. *doct. tit.* 14. *cap.* 11. *& ſequent.* Caſtro *lib.* 1. *de iuſt. hæret. punit.* Anconit. *dict. quæſt.* 14. *& ſeqq.* Suar. *vbi proximè*, Dian. *dict. reſol.* 18.

Verſ. *Quid autem.*

Ita hunc locum, qui D. Auguſtino tribuitur, ſolent DD. 50
interpretari, vide Barboſam *vbi ſuper*, qui aliter eum intelligit. Vltra quæ dici poterit, de eo cultu, quem Sanctorum Canonizatorum Reliquijs exhibemus, ea verba non eſſe intelligenda, ſed de quadam reuerentia, qua ſæpiſſimè proſequimur cadauera hominum, quos ſanctitate, ac eximijs virtutibus floruiſſe credimus, in quo falli poſſumus, quia forſan eorum
animæ cruciantur in inferno, & tamen licitum, ac pium pu- 51
tatur, ex ſola morali certitudine per famam, aut ab homine fide digno habita huiuſmodi hominum reliquias venerari; Azor. *tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 8. *quæſt.* 8. Pellizzar. *dict. tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 77. *verſ. Aduerto ſextò*, Sanch. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 43. *num.* 4. Fagund. *in prim. præcept. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. Sed nouiſſimè emanauit decretum Sacræ Congregationis generalis, ac vniuerſalis Inquiſitionis *die.* 2. *Octobris annò* 1625. quo Vrban. VIII. ſtatuit, ne alicuius hominis, etſi de eius martyrio, aut Sanctitate egregia eſſet fama, Reliquias, vel imagines venerari, aliumvè cultum ipſi exhibere in locis publicis, vel priuatis, liceret, antequam ab Eccleſia Beatus declaretur, aut canonizetur, Barboſ. *in remiſſion. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap. de inuocat. venerat. & reliq. Sanctor.*

Verſ. *Et tamen conſtanter.*

De veneratione Reliquiarum, ac Imaginum Sanctorum, 52
Trident. *dict. cap. de inuocat. vener. & reliq. Sanct.* Bellarmin. *de Sanct. lib.* 2. *cap.* 1. *cum ſeqq.* Azor. *tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 8. *quæſt.* 1. *vſque ad* 4. *& cap.* 10. *à q.* 6. *vſque ad* 9. Valent. 2. 2. *diſp.* 6. *q.* 11. *punct.* 6. *per totum* Suar. *tom.* 1. *in* 3. *part. q.* 25. *diſp.* 6. Vazq. *de adorat. imagin. lib.* 3. *diſp.* 3. *à num.* 78. Sanch. *d. cap.*
43. *per totum*; vbi *num.* 2. rationem reddit, cur non licet ve- 53
nerari vermes ex cadaueribus Sanctorum, vt eorum Reliquias, Pellizar. *d. num.* 77. & alij apud Barboſ. *in d. cap. Concily, n.* 1.
Ex quo decreto conſtat, Epiſcopi proprium munus eſſe appro- 54
bare Reliquias Sanctorum, qui ſunt Canonizati, an eius ſint, cuius eſſe fertur; Philiarc. *de offic. Sacerd. tom.* 1 *p.* 2. *lib* 3. *c.* 9. *ad finem*, Sanch. *d. cap.* 43. *num.* 14. Pellizzar. *vbi proximè.*
Sed ſi Reliquiæ Sancti canonizati miſceantur cineribus non 55
ſancti, ita vt ſeparari nequeant, non ſunt, vt adorentur, proponendæ, ſed in loco decenti collocantur. Pellizar. *dict. num.* 77. *verſ. Aduerto ſecundò*, Sanch. *num.* 12.

Pontificem poſſe facultatem conferendi Sacramentum Con- 56
firmationis ſimplici Sacerdoti committere, receptiſſimum eſt; Suar. *dict. tom.* 3. *diſp.* 36. *ſect.* 2. *verſ. Dicendum verò eſt*; D. Antonin. *p.* 3. *tit.* 14. *cap.* 14. §. 6. Valent. *d. diſp.* 5. *quæſt.* 2. *punct.* 1. Victor. *de Sacram. quæſt.* 50. Bellarmin. *cap.* 12. *de Confirmat.* Bonacin. *d. diſp.* 3. *quæſt. vnic. punct.* 2. *numer.* 3. Pitigian. *diſt.* 7. *quæſt.* 1. *art.* 5. 10. 13. Vazq. *in* 3. *p. qu.* 72. *art.* 3. *diſp.* 219. *cap.* 1. *num.* 3. Graffis *ſupr. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 19. 30. Armendar. *in addition. ad Recopil. legum Nauarr. lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcop. num.* 77. Nauarr. *conſ.* 14. *de priuileg. num.* 2. Angles *ſupr. tit. de Confirmat. art.* 8. *concluſ.* 3. Vgolin. *de offic. Epiſcopi, cap.* 25. *num.* 3. Vinald. *dict. tit. de Confirmation. cap.* 4. *num.* 5. Piaſec. *in praxi Epiſcopali, p.* 1. *cap.* 3. *de Confirmat. num.* 1. Emman. Rodriguez, *quæſt. Regularium, tom.* 1. *q.* 18. *art.* 3. Azor. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *quæſt.* 4. *verſ. Imprimis*, Monet. *de comm. v trivolunt. cap.* 4. *num.* 116. Filliuc. *tract.* 3. *num.* 13. 26. Auguſt. Barboſ. *dict. alleg.* 30. *numero* 4. qui *num.* 5. ex alijs refert, Ieſuitas apud Indos eam facultatem habuiſſe. Negant verò nonnulli, quos laudat Suar. *ſupr. verſ. Propter hoc*, & nos proximè *num.* 31.

Illud certum eſt, nullum, qui Sacerdos non ſit, poſſe etiam ex delegatione Papæ, Confirmationis Sacramentum miniſtrare; Filliuc. *ſup. tract.* 3. *num.* 27. Barboſ. *dict. alleg.* 30. *numero* 4. Nec Chriſmatis conſecrationem ſimplici Sacerdoti per

Pontificem committi; Bonac. *ſupr. punct.* 4. *num.* 9. Barboſ. *num.* 6. Suar. *dict. diſp.* 35. *ſect.* 3. *num.* 3. *verſ. Nihilominus*, Chamerot. *ſupr. dict. tract.* 3. *cap.* 5. *in fine*, Henriq. *lib.* 5. *cap.* 2. §. 2. Quamuis contrarium etiam ſit probabile, vt Suar. & alij fatentur.

57 Quatuor hic ſcitu digna oportet adnotare. Primùm, Pon-
tificem, ſi eligatur, qui nón ſit Epiſcopus, ante conſecratio-
nem Epiſcopalem iure poſſe delegare ſimplici Sacerdoti præ-
dictam facultatem, nam hæc poteſtas delegandi non eſt an-
58 nexa ordini Epiſcopali: Etſi inficietur Paludan. *diſt.* 7. *quaſt.*
4. *num.* 51. Secundùm, mortuo Pontifice, qui commiſit,
non extingui poteſtatem delegatam, ſed adhuc ea vti poſſe
59 delegatum. Tertium, non eſſe neceſſariam iuſtam cauſam ad
huiuſmodi commiſſionem, ſaltem ad valorem Sacramenti. etſi
perperam faceret Papa, ſi pro libito nulla vrgente neceſſitate,
60 delegaret. Vltimùm, quando à principio fuit neceſſitas ad com-
mittendum, licet ea ceſſet, non expirare conceſſam faculta-
tem. Hæc Suar. *dict. ſect.* 2. *verſ. Tertia pars, cum duobus ſeqq.*

Verſ. *Extat & de hac re.*

Ad hunc canonem Concilij Tridentini, qui eſt ſub *ſeſſ.* 7. vbi de Confirmatione, vide allegatos à Barboſ. *ibidem*, *numero* 3.

Verſ. *Quod ſi miniſter.*

61 Conſtat, ſimplicem Sacerdotem eſſe extraordinarium Miniſtrum huius Sacramenti ex inſtitutione Chriſti, Bonac. Suar. & reliqui nuper laudati, *num.* 56. alioquin Pontifex efficere non poſſet, vt illud validè adminiſtraret; Epiſcopum verò ordinarium, de quo *ſuprà*, *num.* 25.

Ad Num. 14.

62 Cum ex inſtitutione Chriſti, Ordo Epiſcopalis neceſſariò deſideretur, vt quis tanquam ordinarius Miniſter conferat Sacramentum Confirmationis, nullo iure humano effici poteſt. vt qui Epiſcopus non eſt, illud ordinaria poteſtate validè adminiſtret, hoc enim eſſet mutatio in ſubſtantialibus Sacramenti, quod cùm Pontifex efficere nequeat, vt dictum eſt *ſupra*, *num.* 13. nec præſcriptione acquiri poterit, quia non plus valet præſcriptio, etiam immemorialis, quàm Principis conceſſio, ſed pari paſſu ambulant; vt probant adducti textus per D. Couarr. & Menoch. *conſ.* 90. *num.* 79. Rodulphin. *de abſolut. Princip. poteſt. cap.* 2. *num.* 13. Peregrin. *de iur. Fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 61. & quæ concedi nequeunt per Principem, nulla præſcriptione acquiri poſſunt, Menoch. *ſupr.* Afflict. *in conſtitut. Neapolit. tit. de præſcript. num.* 19. Bellam. *conſ.* 27. *col.* 1.

Neque obſtat, ſimplicem Sacerdotem eſſe idoneum Miniſtrum ex commiſſione Pontificis; Nam Chriſtus Dominus conſtituit illum extraordinarium Miniſtrum, ſi acceſſerit Papæ delegatio, quæ conditio omninò debet adimpleri, nullóque alio modo effici poteſt, vt qui Epiſcopali dignitate, ac Ordine non eſt inſignitus, poſſit hoc Sacramentum validè conferre contra diuinam inſtitutionem, cùm conditiones ſint ſpecifice, & non æquiualenter implendæ; *l. qui heredi* 44. *ff. de condit. & demonſt.*

63 Et generaliter non poſſe præſcribi, quæ Ordini Epiſcopali annexa ſunt, illúmque neceſſariò requirunt ab eo, qui Epiſcopus non eſt, docent Gabriel *commun. opinion. tit. de præſcript. concluſ.* 1. *num.* 16. Barboſ. *in collectan. ad dict. cap. perniens*, *num.* 4. 45. *diſtinct.* Viuian. *in ration. iur. Pontific. lib.* 1. *pag.* 82. Azor. *part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 19. *verſ. Conſuetudo*, *lit. E.* Tondut. *q. benefic. p.* 2. *cap.* 3. §. 9. *num.* 9. Lambertin. *de iur. patron. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 9. *art.* 3. *ex num.* 18. Et incapacitatem tempus non tollit; Menoch. *ſup.* cum alij. Nec contrarium probant *cap. audiuis* 15. *de præſcript.* & alia à D. Couarr. relata. Quoniam de his non agunt, ſed de alijs, quæ competunt Epiſcopo ratione dignitatis, vel iuriſdictionis, quæ à non Epiſcopis poſſunt acquiri præſcriptione, vt probat Tondut. *ſup.* à *num.* 5.

Ad Num. 15.

64 Controuerſum eſt, vtrùm Epiſcopatus ſit Ordo à Sacerdotio diſtinctus: in quo frequenter Theologi à iuris Interpretibus diſſentiunt; illi volunt non eſſe Ordinem diſtinctum, ſed quod per conſecrationem extenditur character Sacerdotalis, data ſpeciali poteſtate indelebili ad ea, quæ Epiſcopis ſolùm conueniunt Ita docent Henriq. *lib.* 10. *cap.* 2. *in princip.* Molfeſ. *tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 31 Homolin. de Bonis *de human. vit. ſtatib. par.* 1. *cap.* 20. Fillinc. *tom.* 1. *tract.* 9. *num.* 12. Reginald. *lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 5. Bonacin. *d. diſp.* 8. *quæſt. vnic. punct.* 1. *num.* 3. Viguer. *ſupr. cap.* 16. §. 6. *verſ. Tertiò*, Abulenſ. *cap.* 29. *Exod. quæſt.* 18. D. Bonauent. 4. *diſt.* 24. *part.* 2. *art.* 2. *q.* 3. & alij multi apud Sanch. *d. cap.* 1. *dub.* 9. *num.* 2. Hi, ideſt, Iuriſperiti defendunt, eſſe Ordinem, per quem ſpecialis character imprimitur indelebilis, & poteſtas tribuitur ſpecialis; & licet Gloſſ. *verb. Epiſcopatus*, *in proœmio*. *lib.* 6. *Decretal.* dixerit hoc eſſe contra Theologos, ex his non pauci, maximeque authoritatis in eadem iſta reſident opinione, Bellarmin. *ſupr. libr.* 1. *de Sacrament. Ordin. capit.* 5. Sà. *verb. Ordo*, *num.* 7. Sanch. cum alijs, *num.* 1. & 3. Philiarc. *lib.* 1. *cap.* 10. Vualdenſ. *tom.* 2. *cap.* 116. Nauarr. *in manual. dict. cap.* 22. *num.* 18. Petr. Sot. *ſupr. lect.* 1. 4. Coninc. *tom.* 2. *diſp.* 2. *dub.* 2. Valent. *d. tom.* 4. *diſp.* 9. *q.* 1. *punct.* 4. *à verſ. Secundò controuerſium in ſpecie eſt*, Barboſ. *dict. part.* 2. *alleg.* 1. *tit.* 28. vbi plures Becan. *de Sacrament. in ſpecie*, *cap.* 25. *q.* 3. Zabarel. *in Clemen.* 2. *de ætat. & qualit. ord.* Viuald. *ſup. tit. de Sac. Ord. num.* 10. Cardinalatum verò nullatenus Ordinem eſſe, probat Sanch. *dict. cap.* 1. *dub.* 10. *num.* 2. vbi alios laudat. contra Turrecremat. *lib.* 1. *de Eccleſia*, *cap.* 80. *num.* 1.

Ad Num. 16.

Conſecratio Epiſcopi nullius eſt momenti, ſi conſecrandus, 65
Sacerdos non fuerit; Gloſſ. *fin. in cap. vnic. de Cleric. per ſalt. prom.* Syluester *in Sum. verb. Ordo*, *numer.* 1. Sà *in aphoriſm. verb. Ordo*, *num.* 25. Maiol. *de irregular. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 3. Henriq. *dict. lib.* 10. *cap.* 14. Salzed. ad Bernard Diaz *in pract. cap.* 24. *lit. A. verſ. Inter promotos*, Azor. *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *quæſt.* 9. Sanch. *dict. cap.* 1. *dub.* 14. *num.* 8. D. Bonauent. 4. *diſt.* 24. *part.* 2. *art.* 1. *q.* 3. Bellarmin. *ſupr. lib. vnic. de Sacram. Ordin. cap.* 5. Viguer. *d. cap.* 16. §. 6. *verſ.* 8. D. Antonin. 3. *part. tit.* 24. *cap.* 16. §. 17. Vazq. ſtatim referendus, Bonacin. *diſp.* 8. *de Sacrament. Ordin. quæſt. vnic. punct.* 1. *num.* 4. & omnes, qui ſentiunt, Epiſcopatum Ordinem non eſſe, qui & hoc neceſſariò fatentur, & ita verum eſt.

Sed Epiſcopum validè conſecrari, etſi careat Sacerdotali 66
Ordine, tuentur Barboſ. *ſuprà*, *allegat.* 1. *num.* 38. Rendin. *in promptuar. receptar. ſententiar. tom.* 1. *tit.* 38. *num.* 6. Fornat. *de Sacram. ordin. cap.* 6. *num.* 5. Campanil. *in diuerſor. iur. canon. rubric.* 10. *cap. vnic. num.* 3. Alzed. *de præexcellent. Epiſcopal. dignit. p.* 1. *cap.* 4.

Verſ. *Cæterum final.*

Non eſt omninò certum, quod D. Couarr. *in fine huius* 67
verſiculi, affirmat; ſiquidem ſunt, qui concedunt, Epiſcopatum, Ordinem eſſe à Sacerdotio diſtinctum; & tamen negant, validè in Epiſcopum conſecrari, qui presbyteratu prius non fuerit inſignitus; quia dicunt, ex ordinatione Diuina præcedere debere; ita Vazq. *d. tom.* 3. *diſp.* 240. *cap.* 5. *num.* 54.
Valent. *vbi proximè*, *verſ. Iam ad primum*, *cum ſeqq.* Becan. 68
d. quæſt. 3. *num.* 4. Et quidem receptiſſimum eſt, quod Epiſcopus non presbyter conſecrari validè minimè poſſit, & ita eſt tenendum.

AD CAPVT XI.

De Iniuria quæ verbis fit, maximè per veri criminis obiectionem.

SVMMARIVM.

1 *Materiam explicantes referuntur.*
2 *Iniuria verbalis ſcriptura infertur.*
3 *Atrox iniuria verbis etiam irrogatur.*
4 *Per verbum*, mentiris, *fit iniuria.*
5 *Proteſtatio facto contraria non prodeſt.*
6 *Dicens*, mentiris, *obycienti falſum, vel occultum delictum, non tenetur actione iniuriarum.*

7 *Licet in foro conſcientia, obycenti falſum, vel occultum delictum, dicere in defenſionem,* mentiris.
8 *Inuaſorem perimere pro vita tuenda, licitum eſt, ſi aliter periculum effugi non poſſit.*
9 *Honor apud honeſtos, nobiléſque viros, pluris, quàm vita, habetur.*
10 *Pro tuendo honore permiſſum eſt in vtroque foro, aggreſſorem perimere.*
11 *Vtrum iniuria fiat, aſſerendo,* verum non eſt quod ais, *aut* mendacium dicis?
12 *Aliud eſt mentiri, & aliud dicere mendacium.*
13 *A conuitys eſt abſtinendum.*
14 *Innocentum famam verbis offendere non decet.*
15 *Ad pœna palinodiam ſufficit, verba iniurioſa proferre in aliquem, ſimilia expreſſis in lege Regia.*
16 *Palinodiam canere cogitur, qui ſponſam de præſenti alterius dixerit meretricem.*
17 *Num qui alium Iudæum, aut Maurum appellauerit, debeat canere palinodiam?*
18 *Vnde originem habuit adagium:* Palinodiam canere.
19 *Solidus vnde dicatur.*
20 *Solidorum valor.*
21 *Solidus, & aureus, non diſtinguuntur.*
22 *Quæ quantitas hodie poſſit ſine inſinuatione donari, remiſſiuè.*
23 *De marabatinorum valore, remiſſiuè.*
24 *Pœna palinodiæ extenditur ad verba æquè iniurioſa, ac lege contenta.*
25 *Palinodiam canens, fateri debet palam, ſe fuiſſe mentitum.*
26 *Lex nedum intendit famam iniuriam paſſo reſtituere, ſed & iniuriantem infamia afficere.*
27 *Valde ignominioſum fuit Hiſpanis, quem ſe reum mendacij publicè agnoſcere.*
28 *Nobiles vulgo,* Hidalgos, *à palinodia canenda, lege excipiuntur.*
29 *Non ita exactè ad hoc nobilitatem probari neceſſe eſt, vt cùm de ipſa agitur principaliter.*
30 *Clerici non canunt palinodiam.*
31 *Mens legis imponentis pœnam palinodiæ eſt, vt reus famæ iacturam patiatur.*
32 *Intelligitur* l. 25. tit. 18. p. 2.
33 *Non decet Principem, quomodolibet ſe retractare.*
34 *Quando teneatur palinodiam canere, qui iniuriam verbalem in abſentem protulit.*
35 *Bona fama omni commodo pecuniario æſtimabilior.*
36 *Eſt theſaurus inæſtimabilis.*
37 *Famæ iactura niſi per reſtitutionem nequit reſarciri.*
38 *Princeps verbis infamiam tollit, ſed factis non poteſt.*
39 *Iniurians verbaliter Cardinales non incurrit pœnas* cap. fælicis, de pœn. in 6.
40 *Verba iniurioſa in Principem proferens, læſæ maieſtatis reus non cenſetur.*
41 *Supremi Principes ſolent præ Maieſtate iniurias verbales ſubditorum contemnere.*
42 *Obycions verum crimen animo iniuriandi, an pœna dignus ſit?*
43 *Defenditur Bartoli diſtinctio.*
44 *Proferens verba iniurioſa abſque animo iniuriandi, actione iniuriarum non tenetur.*
45 *Publicè intereſt, crimina ad punitionem reuelari.*
46 *Obycientem crimina vera animo iniuriandi, puniri temperatè, æquum eſt.*
47 *Qui prouocatus iniuriat, mitiùs eſt plectendus.*
48 *Sed ſi verba iniurioſa referas ad defenſionem proprij honoris, pœnam non meretur.*
49 *Poteſt quis in foro conſcientiæ opponere crimen occultum iniurianti pro honore tuendo.*
50 *Si non poteſt inueſtigari, quis fuerit prouocator, actio vtrinque compenſatione tollitur.*
51 *Sed fiſcus ab vtroque pœnam fiſcalem legibus ſtatutam exigit.*
52 *Pœna edentis, aut manifeſtantis famoſum libellum, remiſſiuè.*
53 *Non diſtinguitur quoad pœnam, an vera ſint, vel falſa, quæ libello continentur.*
54 *Opponens in iudicio aduerſario verum crimen impertinens ad cauſæ defenſionem, puniri debet.*
55 *Idem eſt, etſi ad cauſæ defenſionem pertineat, ſi appareat, animo iniuriandi obiectum fuiſſe.*
56 *Verba iniurioſa in iudicio prolata, quæ ad cauſæ defenſionem conducunt, non animo iniuriandi dicta præſumuntur.*
57 *Crimen occultum alienum reuelari poteſt extra iudicium ob bonum finem.*
58 *Non eſt peccatum, reuelare crimen occultum alterius vni, vel duobus, quos reuelans ſcit, illud non detecturos.*
59 *Qui bona fide reuelat delictum alienum, licet non peccet, tenetur ad reſtitutionem famæ, ſi abſque proprio detrimento poteſt.*
60 *Poteſt quis abſque culpa aliqua, ſe mentitum fuiſſe aſſerere, vt famam proximo reſtituat, quamuis verum ſit, quod in ipſum dixerit.*
61 *Obligatio ad reſtituendum non prouenit ex praua intentione damnificantis, ſed ex actu iniuſto exteriori.*
62 *Qui verum dicit, non aſtringitur, canere palinodiam ex lege Regia.*
63 *Vtrum qui appellauit mulierem nuptam meretricem, aut coniugatum cornutum, vt probet adulterium admittatur, ne in legis pœnam incidat?*
64 *Donatio reuocatur ob grauem iniuriam verbalem illatam per donatarium donatori.*
65 *Quæ ſit grauis iniuria, relinquitur Iudicis arbitrio.*
66 *Quando, donatario exercente aliquam actionem in iudicio contrà donatorem, reuocetur donatio.*
67 *Donatio remuneratoria ob ingratitudinem non reuocatur.*
68 *Nec donatio ob cauſam, poſt eam ſequutam.*
69 *Donatio, in detrimentum Tertij, ob ingratitudinem donatarij non reuocatur.*

DE iniuria, quæ verbis fit, diſſerunt Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 6. n. 2.* Parlad. *d. rer. quotidian. lib. 1. cap. 17.* 1
Pichard. *in §. iniuria, Inſt. de iniur.* Ceuall. *q. 323.* Clar. *in prax. criminal. verb. Iniuria,* Gutierr. *de delict. quæſt. 116. cum plurimis ſeqq.* Surd. *decif. 89.* Farinac. *in prax. criminal. tom. 1. quæſt. 105.* Azeued. *in l. 2. tit. 10. lib. 8. Recopil.* Dian. *reſolution. moral. p. 5. tract. 4. reſol. 13.* Tuſch. *lit. I. concluſ. 152.* Gregor. Lop. *in l. 1. gloſſ 7. tit. 9. p. 7.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 59. num. 45. cum ſequentib.* Menoch. *conſ. 1197. per totum.*

Ad Num. 1.

Iniuria etiam verbis fieri dicitur, cum ſcriptura alicuius fa- 2
mam maculamus, quoniam ipſa ſcriptura loquitur; argument. *l. non figura 37. ff. de action. & oblig.* Gloſ. *verb. Conuicium, in l. 1. ff. de iniur.* Farinac. *ſup. num. 4.* Capel. Tholoſan. *decif. 127. num. 1.* Bernar. Græuæ *ad praxim Camer. Imperial. lib. 1.*
concluſ. 104. conſid. 1. & atrox iniuria non minus verbis, quam 3
factis poteſt irrogari, *l. 20. tit. 9. p. 7.* Menoch. *conſ. 788. n. 5.* Cyriac. *tom. 1. controuer. 126. num. 38.* Foller. *in pract. crim. verb. Recipiantur defenſiones, n. 11.* Farin. *d. q. 105. n. 100.* Scot. *conſ. 25. per tot. tom. 2. lib. 3.* Ant. Gom. *ſupr. n. 4.*
Per verbum *Mentiris* iniuriam inferri, docent communi- 4
ter DD. Clar. *num. 13. 14.* Bellacomb. *commun. opinion. tom. 2. lib. 9. tit. 25. numer. 49.* Suar. *receptar ſentent. lit. I. num. 56.* Fachinæ *controuerſ. lib. 9. cap. 12. in princip.* Græuæ. *lib. 2. concluſ. 100. num. 9. cum ſeqq.* Farinac. *dict. quæſt. 105. numere 310.* Ceuall. *num. 1.* Cyriac. *num. 27. cum ſequentibus,* Corraſ. *in l. ſi tam anguſti, numer. 5. ff. de ſeruitutib.* Vela *de pœn. delict. cap. 19. verſ. Alter modus,* qui ita tenent; etſi dicatur: *Saluo tuo honore mentiris.* Circa quod rectè ex alijs diſtinxit Menoch *conſ. 41. à num. 8.* Aut enim dicitur, *Mentiris,* loquenti citra præiudicium famæ alterius; & tunc, etſi adijciatur, *Saluo honore tuo,* iniuriarum actione tenebitur qui, *Mentiris,* dixit; Farinac. *num. 311.* Ceuall. *vbi proximè,* Cyriac.
d. controuerſ. 126. num. 31. Caball. *reſolut. crimin. caſ. 154. n. 6.*
nam cum per hoc verbum iuxta communem ſenſum iniuria 5
fiat, proteſtatio ipſi facto contraria nunquam ſuffragatur; Barboſ. *axiom. 194.* Surd. *decif. 246. num. 4.* Mantic. *decif. 100. num. 2.* Marc. Ant. *variar. reſolut. lib. 1. reſol. 55. n. 9.* Menoch. *num. 32.*
Aut ei, qui crimen, aut defectum famoſum obiecit, ab of- 6
fenſo, *Mentiris,* reſpondetur; & hic nullo modo iniuriarum actioni ſubijcitur, ſiuè addat, *Saluo honore tuo,* ſiuè non, Gutierr. *quæſt. 128. n. 11.* Felin. *in cap. dilecti filij, num. 20. de exception.* Azeued. *in dict. l. 1. num. 96. & num. 97.* D. Ioan. Vela *ſupr. cap. 16. pag. 86.* Pacian. *n. 48. 51.* & multi apud Menoch. *n. 10.* Quod ſi verum ſit, quod obijcitur, ſic reſpondentē actione iniuriarum

iniuriarum teneri, aſſerunt Cyriac. *num.* 33. Farinac. *num.* 321.
325. licet Menoch. *à numer.* 29. contra ſentiat; ſed Cyriaci
opinio admitti poterit, cùm delictum foret publicum, & non
7 aliàs. Et in foro animæ licitum eſt, ita iniuriam repellere,
Mendoza, 2.2. *diſp.* 70. *ſect.* 14. §. 117. Dian. *dict. p.* 5. *tract.*
13. *reſol.* 26. Henriq. *tom.* 2. *cap.* 10. *de irregular. lit. T.* Valent.
tom. 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 16. *punct.* 3. *verſ. Poteſt autem*, Sot. *de iuſt.
& iur. lib.* 5. *quæſt.* 9. *art.* 3.

8 Ratio eſt notiſſima, quia ſicut omni iure licet vitam alteri
adimere in defenſionem propriæ, vbi alter periculum nequit
euitari, *Clement. ſi furioſus, de homicid. l. vt vim* 3. *ff. de iuſt.
& iur. l. in lege* 45. §. *qui cùm aliter, ff. ad leg. Aquil.* Par.
Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 4. *tract.* 3. *diſput.* 11. *numer.* 2. D.
Couarru. *in dict. Clement. ſi furioſ. part.* 1. §. *vnic. n.* 1. 2. Bonacin.
de reſtitut. diſp. 2. *q. vltim. punct.* 8. *num.* 3. Menoch. *conſ.* 249.
n. 50. Ant. Gom. *d. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 50. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 8.
9 *punct.* 4. Ita etiam permiſſum eſt, alienum honorem iniurian-
tis lædere, quando alio modo ſuum quis tueri, non valet, cùm
honor inter honeſtos, nobileſque viros, non minoris, imò
pluris, quàm vita, habeatur; *l. iſti quidem*, §. *ſed ſi dederit*,
ff. quod met. cauſ. l. iuſta 9. & ibi Gloſſ. *ff. de manum. vindict.*
Cyriac. *controuerſ. tom.* 1. *controuerſ.* 121. *num.* 44. *cum ſequen-
tibus*, Pacian. *num.* 47. 48. Menoch. *conſil.* 302. *à numer.* 1.
Bobadill. *in politicar. libr* 2. *capit.* 14. *numer.* 44. Curtell *de*
10 *immunitat. Eccleſiaſtica libr.* 1. *quæſtion.* 31. Quare pro ho-
nore tuendo licitum eſt in vtroque foro, inuaſorem occidere,
Leſſi. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 9. *à num.* 79. Menchac. *illuſt.
cap.* 11. *num.* 10. *& cap.* 18. *num.* 13. Tiraquel. *de nobilitat.
cap.* 20. *num.* 63. *cum ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 125. *à num.* 41.
Azor. *inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 14. Bonacin. *dict.
quæſt. vlt. punct.* 10. *num.* 6. 7. Petr. Nauarr. *de reſtitut. libr.* 2.
capit. 13. *numer.* 3. Thom. Del-bene *de immunitat. Eccleſ. tom.*
2. *cap.* 16. *dubit.* 20. *ſect.* 10. *num.* 3.

11 Sed ſi quis dixerit, *mendacium dicis, non verum, aut falſum
dicis*, quæritur an iniuriæ reus ſit? Dubium oritur ex eo, quod
12 aliud ſit mentiri, & aliud mendacium dicere: mentitur, qui
contra id quod ſentit affirmat; mendacium aſſerit, qui falſum
profert putans eſſe verum, quæ differentia deſumitur ex D.
Thom. 2. 2. *q.* 110. *art.* 1. facit *cap. hominis*, cum *ſeqq.* 22. *q.* 2.
Aul. Gelli. *lib.* 2. *noct. Attic. cap.* 11. Primum indecorum eſt
ac infame, ſecundum non vtique; atque ita ſentiunt, per
prædicta verba iniuriam non inferri; Ceuall. *quæſt.* 128. *n.* 5.
Corraſi. *in l. ſi tam anguſti*, *num.* 5. *ff. de ſeruitut.* Viui. *lib.* 9.
commun. tit. de iniur. num. 137. Plaza *de delict. lib.* 2 *cap.* 1. *num.*
21. Padill. *in l. quæſtionem*, *num.* 14. *C. de fideicommiſſ.* Farinac.
d. q. 105. *num.* 317. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 81. *num.* 3.
Cened. *collect.* 146.

Sed contrarium ſentiunt alij, quia id conuitio non caret,
Boſſi. *in prax. crimin. tit. de iniur. num.* 7. Baiard. ad Clar. §.
iniuria, *num.* 30. In quo tamen ſtandum erit loci conſue-
tudini, iuxta quam diſcernendum eſt, an illa verba impor-
tent iniuriam, nec ne; Cyriac. *d. controuerſ.* 126. *num.* 28.
vbi teſtatur in Mantuana Ciuitate per ea verba iniuriam irro-
gari, ac ſi diceretur: *Mentiris.*

Ibi: *Igitur à conuitijs abſtinendum.*

13 A conuitijs maximè oportet abſtinere, cum Chriſtus Do-
minus grauiſſimo ſupplicio dignos iudicet, qui proximum
verbali proſequuntur iniuria; Matthæi cap. 5. ibi: *Qui autem
dixerit fratri ſuo, Raca, reus erit concilio; qui autem dixerit,
fatue, reus erit gehennæ ignis.* Vbi primo caſu capitis pœnæ ſubij-
cit vocantem proximum, leuem aut inconſtantem, ſecundum
Maldonat. ibi, licèt D. Auguſtin. *lib.* 1. *de Sermon. Dominic.*
ſenſerit, *Raca*, interiectionem eſſe iraſcentia apud Hebræos,
14 vt apud Latinos, *Heu.* Neque inimicorum famam verbis offen-
dere tolerandum eſt, vt de Memnone Plutarch. *in apophte-
gmatis refert*, qui cum pro Dario Alexandrum Magnum bel-
lum gereret, ſciens, militem, quem pecunia conduxerat, multa
turpia, ac nefaria contra hoſtem iactare, ipſum lancea per-
cuſſit, cui inquit: *Ego te paſco, vt pugnes contra Alexandrum,
non vt illi maledicas.*

Ad Num. 2.

15 Hæc Ordinamenti lex eſt in *noua Recopilatione* 2. *tit.* 10.
lib. 8. cuius pœna incurritur, quamuis iniurians non vtatur
eius verbis formalibus, ſed æquiualentibus ſecundum com-
munem acceptionem, hominumque malitiam, Parlador. *dict.
cap.* 17. *num.* 3. 4. veluti ſi maritum *bonum virum* animo iniu-
riandi aliquis appellet, vel vxorem *bonam fœminam*, *perinde*
enim eſt, ac ſi ille *cornutus*, & illa *meretrix* diceretur, Guttierr.
quæſt. 117. Did. Perez *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 8. *Ordinam.* Parlador.
num. 9. D. Ioan. Vela *dict. cap.* 16. *numer.* 84. Socin. *conſil.* 6.
num. 1. Clar. *in d.* §. *iniuria, in princip.* Cardinal. *in cap. ex litte-
ris, notab.* 3. *n.* 1. *de conſuetud.* Plaza, *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 13. Petr.
de Rauenna *de conſuetud. col.* 34. *fol.* 171. Neuiz. *in ſylu. nupt.
lib.* 4. *num.* 76. Boër. *conſ.* 4. *num.* 17. Azeued. *in d. l.* 2. *à num.*
77. Idem erit cum malo animo dicitur alicui; *Ego non ſum pro-
ditor*, aut, *in mea cognatione hæreticus nullus eſt*; quoniam ſic in-
telligitur, obijci crimen proditionis, vel hæreſis; Perez *ſupr.
verſ. Igitur maiori*, Capyc. *deciſ.* 48. *num.* 3. Farinac. *numero*
124. *cum ſeqq.* Barboſ. *in collectan. ad rubric. tit. de iniur. nu-
mero* 6. Parlad. *num.* 10. qui varia exempla huiuſmodi verborum
adducit, Guttierr. *qu.* 120. *num.* 11. Azeued. *num.* 85. Speculat.
tit. ad Aduocat. §. *iam nunc*, *num.* 3. Boër. *ſupr.*

Ibi: *His etiam ab eadem Regia.*

Licèt autem Regia ſolùm loquatur de muliere maritata, 16
etiam ſponſam de præſenti complectitur, quæ ſi appelletur
meretrix, iniurians pœnam palinodiæ ſuſtinebit; Parlad. *nu-
mero* 49. Guttierr. *quæſt.* 119. Auiles *in cap.* 1. *Prætor. verb.
Mugeres*, Perez *ſupr. gloſſ. Marido*, *& gloſſ. Puta*, *verſ.
Quæri etiam poteſt*, *pag.* 230. Azeued. *in dict. l.* 2. *Recopil. n.*
44. & probatur ex *l.* 82. *Styli*, vbi æquiparatur ſponſa de præ-
ſenti, vxori iam cognitæ, quoad pœnas ſtatutas contra of-
fendentes mulieres maritatas. Et regulariter appellatione
vxoris venit, quæ nupſit, licèt nondum ſit cognita; Abbas,
& Felinus *in cap. tertio loco*, *de probationibus*, D. Couarr. *de
matrimonio*, *part.* 2. *in princip. num.* 4. Sanch. *eodem tract. lib.* 1.
diſp. 1. *n.* 1. Guttierr. *ſupr. num.* 12.

Ibi: *Praxis etiam idem recepit.*

Receptum eſſe in praxi, vt, qui alium *Iudæum* appellaue- 17
rit, quaſi ab Hæbræis illum ortum eſſe oſtendens, eiuſdem
legis Regiæ ſanctioni ſubijciatur; teſtes ſunt Guttierr. *quæſt.*
121. *num.* 9. Humada *in l.* 23. *gloſ.* 1. *num.* 5. *cum ſeqq. tit.* 18.
p. 2. Auendañ. *in tract. de iniur. num.* 11. Perez, *in l. fin. tit.* 5.
lib. 1. *Ordinam. colum.* 54. *in princip.* Plaza, *lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 14.
16. Azeued. *in noſtra l.* 2. *num.* 87. *ad finem*, & ita fuiſſe iudi-
catum per Senatum Cathaloniæ, teſtatur Peguer. *deciſ. crimi-
nali* 13. *num.* 20. nam offenſor coactus eſt, publicè canere
palinodiam. Quanquam dicta conſtitutione non comprehendi
ita iniuriantem, cenſeant Salazar *de vſu*, *& conſuetud. cap.* 1.
num. 85. *cum ſeqq.* D. Ioan. Vela *pag.* 89. Parlad. *num.* 24. qui
num. ſequenti, aliud eſſe vult de eo, qui *Maurum* alterum di-
xerit, vbi rationem reddit; cui conſentit Guttierr. *num.* 10.
quando iniuria affectus aliàs eſſet nobilis, etſi originem à Mau-
ris duxerit. Idem de vocante alium *Moriſcum* ſentit Parlad.
ibidem, nam pœna legis Regiæ non coërcebitur.

Hoc adagium, *Palinodiam canere*, quo D. Couarru. & alij 18
in interpretatione *huius legis ſecundæ* vtuntur frequentiſſimè,
adducit Eraſm. *Chiliad.* 1. *cent.* 9. *adag.* 59. cui ſi credimus,
habuit originem à *Steſichore* poëta lyrico, qui cùm multa
turpia de Helena ſuis carminibus edidiſſet, luminibus eſt or-
batus, ſed cauſâ cæcitatis notâ, ipſam, quam vituperauerat,
laudibus extulit, de quo dictum fuit, *palinodiam cecinſſe*;
quod in prouerbium abijt ad ſignificandam retractationem
eius, quod aſſertum fuit, & ita vſurpatur à D. Hieronym. *in
epiſt. ad D. Aug.* quæ incipit: *In ipſo profectionis articulo filij
mei.*

Ad Num. 3.

Solidus ex eo appellatus fuit, quod integrum pondus, ac 19
maius habebat, erant enim ſemiſſes, & tremiſſes minores ſo-
lido, Calepin. *in ſuo diction. verb. Solidus*, D. Couarr. *in tract.
de veter. numiſm. collat. cap.* 3. *numer.* 4. reiecta Gloſſ. *in l.* 1.
C. de veter. numiſm. poteſt. quæ docet, ſolidos dictos fuiſſe,
quia ex obryzo ſiue puriſſimo auro cudebantur, neque enim
omnes ſolidi ex obrizo fieri conſueuerant, *l.* 3. *eod. tit.* vbi
apertè probatur: & obrizatorum ſolidorum fit mentio, & eos
qualitate inter ſe differre, probat *l. vltim. C. de ponderatorib.*

lib.

lib. 10. ex quibus apparet, ſolidos à pondere, non à materia nomen accepiſſe.

20 Valorem ſolidorum quoad noſtram legem declaratum eſſe conſtat; ſi quidem pro quatuor marabatinis vnus ſolidus computatur, de quorum valore, ac collatione cum moneta, qua hodie vtimur, videndi ſunt D. Couarr. *in eod. tract.* vbi latiſſimè, Felin. *in cap. conquerente, de offic. Ordinar.* Abbas *ibidem*, Otalor. *de nobilit. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 13. Clar. *lib.* 4. *receptar. ſentent.* §. *donatio; quaſt.* 15. Dueñas, regul. 224. Matienz. *in l.* 8. *gloſſ.* 6. *num.* 12. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopil.* Scaccia *de commerc.* §. 2. *gloſſ.* 3. *num.* 13. Sed apud Romanos ex auri libra ſeptuaginta duo ſolidi fiebant, quæ duodecim conſtabat vncijs, *l. quotieſcumque* 5. *C. de ſuſceptorib. prapoſ. & arcar. lib.* 10. & quinque ſolidi in ſingulas argenti libras inferri iubentur, *l. vnic. C. de aur. pret. quod theſaur. infert. eod. lib.* atque viginti æris libræ vno ſolido æſtimabantur, *l. vnic. de collat. aris, dict. lib.* 10.

Ibi : *Nummus autem.*

21 Vtrum ſolidus & aureus eiuſdem fuerint ponderis, & valoris, examinat D. Couarr. *dict. cap.* 3. *num.* 2. inter quos nullam fuiſſe differentiam, magis creditur. Gloſſ. *in l. fin. verb. Aureos, ff. de in ius voc.* Gloſſ. *in d. l. vnic. C. de argent. pret.* Gail, *lib.* 2. *obſeruat.* 39. *num.* 1. Caluin. *lexic. iur. verb. Aureus*, Iaſ. *in l. fin. numer.* 2. *ff. de in ius vocand.* Hermoſill. *in l.* 9. *gloſſ.* 24. *num.* 3. *tit.* 4. *part.* 5. Gregor. Lop. *in l.* 7. *gloſſ.* 2. *tit.* 28. *p.* 1. Ceuall. *tom.* 3. *quaſt.* 59. *num.* 16. Parlad. *differ.* 144. *num.* 1. apud quem Otalora, & alij. Sed ſolidum Romanor. noſtro caſtellano ſimilem eſſe, eiuſdemque valoris. cum D. Couarr. tenent communiter noſtrates, Eſcob. *de ratiocin. lib.* 2. *comp.* 25. *num.* 5. Plaz. *ſupr. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 11. Hermoſ. *num* 2. Oroſc. *in l. Imperium, num.* 2. *ff. de iuriſdict. omnium iudic.* Gregor. Lop. *in l.* 9. *gloſſ.* 24. *tit.* 4. *p.* 5. Otalor. *vbi ſupr.* Villalob. *in erar. commun. verb. Donatio, n.* 215.

Ibi : *Vbi ad hanc rationem expenditur.*

22 Maxima fuit inter DD. diuerſitas ad conſtituendam quantitatem, intra quam poſſet ſine inſinuatione donari; nam cùm aurei, ſiue ſolidi, de quibus in *l. penult. C. de donat. & in l.* 9. *tit.* 4. *p.* 5. pro temporum varietate longè maiorem, vel minorem habeant æſtimationem, quantitas certa ſtatui non poterat; quamobrem praxis cuiuſque Tribunalis erit obſeruanda: de quo Parlad. *d. different.* 144. Eſcobar *dict. lib.* 2. *comput.* 25. *à num.* 8. Guttierr. *de iuram. confirmat. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 5. *cum ſeqq.* Hermoſ. *ſupr. à num.* 5.

Ad Num. 4.

23 De valore marabatinorum vltra D. Couarr. *in dict. tractatu*, ſcripſère, Parlador. *different.* 140. Montaluo *in l.* 1. *gloſſ. cient. marauedis, tit.* 5. *lib.* 2. *for.* & *in l.* 9. *gloſſ.* 14. *tit.* 4. *p.* 5. Gomez *in regul. de valore, qu.* 9. *verſ. Rurſus, fol.* 464. Paz *in ſcholijs ad leges ſtyli, l.* 114. cuius monetæ mentio fit *in cap. cum olim* 14. *de priuileg.* vbi Innocentius III. eam *marabutinos* appellat, quod nomen à Sarracenis originem trahere videtur, ex Ludouic. Marmol. *in* 1. *part. Africa lib.* 2. *cap.* 31. *fol.* 149.

Verſ. *Verùm vt ad propoſitam.*

24 Poena *d. legis* Regiæ extenditur ad iniurias ſimiles expreſſis in ipſa, Parlador. *dict. cap.* 17. *num.* 12. Guttierr. *d. quaſt.* 120. *num.* 13. vbi ait, locum iam eſſe non poſſe praxi, de qua *in praſenti* D. Couarr. poſtquam in noua legum Regiarum compilatione, verba illa: *O otros denueſtos ſeme, antes*, ita ſunt inſerta, vt dubium nullum ſit (ſicut fuerat tempore legis Ordinamenti) quin palinodiæ canendæ ignominia ſit afficiendus, qui ſimilia conuitia dixerit, ac ſi expreſſa obiecisſet; ibique idem Parlador. exempla tradit afferens, ſimilia intelligi verba, quæ iuxta communem æſtimationem, eamdem, aut maiorem, quàm expreſſa, inferunt iniuriam; nam ſimilia cenſentur, quibus conuenit eadem ratio, etſi diuerſi ſint termini; Bald. *in l. neque, ff. de legib.* Parlador. *num.* 14. conſentit Menoch. cum alijs *de arbitrar, lib.* 2. *conſ.* 84. *num.* 8. vbi probat, ſimile eſſe, in quo eadem, vel maior ratio reperitur; ſed in hoc iudicis arbitrium verſabitur, vt æſtimet in dubio, an conuitium dictũ, expreſſo in *lege* ſit æquiualens, Guttierr. *n.* 14. Menoch. *n.* 7.

Conuitiator, dum palinodiam canit, neceſſariò debet exprimere, ſe fuiſſe mentitum, neque honeſtioribus verbis ſeſe poteſt retractare, veluti aſſerendo, offenſum eſſe optimæ famæ, illoque vitio carere, quod ei imputauerat, quoniam ſic formæ legis non ſit ſatis, quæ voluit, ad infamiam delinquentem ſe mendacem fateri, Guttierr. *quaſt.* 136. *num.* 4. Bobadill. *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 213. Plaza *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 20. *verſ. Rurſus*, Auendañ. *de exequ. num.* 13. 14. Ceuall. *d. quaſt.* 128. *num.* 8. qui aſſerit non ſatis eſſe, ſi offenſor affirmet, ſe falſum, aut mendacium dixiſſe. Oppoſitum placet Perezio *dict. l.* 2. *Ordinam. col.* 1489. *ad finem, cum ſequentibus*, Humad. *in d. l.* 25. *gloſſ.* 1. *tit.* 18. *p.* 2. vbi Gregor. Lop. Azeued. *in dict. l.* 2. *Recop. l. num.* 88. Iul. Clar. *d.* §. *iniuria, num.* 44. Amaya *in l. certa* 4. *num.* 43. *C. de iur. Fiſc. lib.* 10. Parlad. *dict. cap.* 17. *num.* 48. 25

Prima autem opinio magis conſtitutionis Regiæ menti con- 26
uenit, quæ nedum intendit famam offenſi reſarcire, ſed etiam
offenſori ignominiæ notam inurere, quod quidem maximè
apud Hiſpanos tunc contingebat, quando ſe reum mendacij 27
aliquis publicè agnoſcebat, per quod ingentem honoris iacturam patiebatur, vt conſtat ex *l.* 8. *tit.* 3. *l.* 2. *tit.* 5. *p.* 7. *l.* 2. *l.* 6. *tit.* 8. *lib.* 8. *Recopil.* Parlad. *num.* 46. Guttierr. *quaſt.* 139. *num.* 3. 4. Salgad. *de protect. Reg. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 169. 172.

Quapropter Nobiles, quos vulgò, *Hidalgos*, dicimus, à 28
poena huius legis ſunt exempti, etiam ſi alium nobilem infamauerit; Parlad. *num.* 26. *cum ſequentibus*, Guttierr. *quaſt.* 133.
num. 11. Azeued. *n.* 240. 249. Quod procedit, etſi officium vile 29
exerceat. Idem *num.* 259. In quo obiter notandum eſt, ad hoc non requiri exactam probationem nobilitatis, ſicut quando de ea principaliter agitur; imò ſufficit, per publicam famam, ac communem opinionem probari; Otalor. *de nobilit. part.* 3 *cap.* 8. *num.* 8. Parlad. *num.* 26. *cum ſeqq.* Guttierr. *quaſt.* 133. Azeued. *num.* 251.

Idem exemptionis priuilegium obtinent Clerici in Sacris conſtituti, vel etiam in minoribus, modò Altari inſeruiant, argument. textus *in cap. contingit* 30. *de ſent. excommunic.* ita tenent Padill. *in l.* 1. *num.* 9. *C. de iur. & fact. ignorant.* Plaza, *ſupr. tom.* 1. *cap.* 1. *n.* 34. Azeued. *in dict. l.* 2. *num.* 252. 253. D. Ioan. Vel. *ſupr. cap.* 16. Farinac. *dict. q.* 105. *n.* 75. Parlad. *n.* 31. 32. Perez *in d. l.* 2. *Ordinam.* Guttierr. *q.* 125. vbi latè, Salced. ad Bernard. Diaz *in prax. crimin. cap.* 66. *lit. C.* Idem de Doctore, vel Aduocato docent Azeued. *n.* 105. 115. Plaz. *cap.* 1. *n.* 23. *verſ. Hinc etiam*, Guttierr. *q.* 133. *ad finem.* 30

Ex his apparet, animum Legiſlatoris fuiſſe, vt iniuriens caneret palinodiam per verba indecora ſibi, & ignominioſa. Neque turpe, vel ignominioſum eſt, ſi hodiè laudem Titium, & hæreticum non eſſe affirmem, quem heri vituperaui, & talem eſſe dixi; cum contingere poſſit, vt tunc deceptus in ea fuiſſem opinione, quando conuitium protuli, & nunc errore detecto aliud ſentiam; quare nullo caſu mentitus ſum, atque ideò ſine honoris periculo contraria dicere licet. Vnde ſi ita ſe delinquens retractaret; legi fraus fieret. Quod comprobat optimè *d. l.* 6. *tit.* 8. *lib.* 8. *Recopil. ibi: Debeſe deſdecir por Corte ante el Rey diziendo, que mintiè.* Vbi verbum, *deſmentirſe*, apertè explicatur. 31

Quibus non refragatur, *d. l.* 25. *Partita*, ibi [*Es tanto como deſmentirſe*] *titul.* 18. *p.* 2. nam loquitur in Principe ſuperiore, cui pro ſuæ dignitatis ſplendore indecens eſt, ſe quomodolibet retractare; nam aliqualem ſimilitudinem cum palinodiæ cantatione habet, aut ſaltem animi denotat leuitatem, quod in Principibus indecorum eſt, cum debeant eſſe conſtantes; Menoch. *conſ.* 103. *num.* 62. Deci. *conſ.* 58. *num.* 5. & immobiles, tanquam Polus, & lapis angularis, Bald. *conſ.* 127. *col.* 2. *lib.* 1. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 24. Menoch. *conſ.* 208. *num.* 41. Vnumque calamum, & linguam habere, Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 19. Bald. *conſ.* 279. *lib.* 3. Mar. Cutel. *de donat. int. parr. & fil. tract. primo, diſc.* 2. *partic.* 6. *n.* 199. Auguſt. Barboſ. qui plurimos ad hoc cumulat *in cap.* 1. *à p.* 8. *de probat.* Atque ita in Principe illa retractatio turpis videretur, ac ſimilis palinodiæ cantationi. In priuatis hominibus illud turpe non cenſetur, nec veroſimile eſt, eum, per quem fortalitij cuſtos proditor reputabatur, ſi poſtea contrarium diceret, infamem manere; quod eueniret, ſi ſe mentitum fuiſſe aſſereret, & verba illa legis: *Es tanto como deſdezirſe*; ſimilitudinem aliqualem demonſtrant, non omnimodam paritatem. Tenendum, his perpenſis, eſt, poenâ *d. leg.* 2. affectum proferre debere, ſe fuiſſe mentitum; 32

Verſ.

Verſ. *Erit verò.*

34 Non conueniunt interpretes *dict. l.* 2. an habeat locum, ſi in
abſentem proferantur verba iniurioſa ibi expreſſa; & hæc *D.*
Couarr. diſtinctio vera videtur, de quo per Guttierr. *q.* 122.
Parlador. *num.* 45. D. Ioan. Vela *d. cap.* 16. *pag.* 9. *verſ. Tertiò*
obſerua, Perez *in l. fin. tit.* 2. *lib.* 8. *Ordinam. column.* 57. *verſ.*
Quod intellige, Auendañ. *de iniur. num.* 8. Plaza *cap.* 1. *num.* 2.
Clar. *d. §. iniuria, num.* 36.

Verſ. *Iuſtiſſimum tamen.*

35 Bona fama, propter honorem ex ea prouenientem, tanti;
maximè ab ingenuis hominibus, æſtimatur, vt longe pretio-
ſior ſit omni commodo temporali: Chaſſan. *in catalog. glor.*
mundi, conſider. 1. 2. Menoch. *dict. conſil.* 302. *à princip.*
Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 104. *num.* 9. 10. Auend. *numer.* 20.
Surd. *deciſ.* 89. *num.* 1. Iaſ. *in l. reprehendenda*, *notab.* 3. *C. de*
inſt. & ſubſtit. Odd. *de reſtitut. in integ. quæſt.* 89. *n.* 21. Quare
Ariſtot. *in œconomic.* ſcripſit, ægriùs ferre homines honoris
iacturam, quam ſi ſibi omnia auferrentur bona; vt refert
36 Menoch. *dict. conſ.* 302. *num.* 3. Ipſa namque fama, ſiue honor
inæſtimabilis eſt theſaurus; Bald. *in l.* 1. *column.* 4. *C. de confeſ.*
Flamin. *de reſignat. benefic. lib.* 5. *quæſt.* 3. ciuſque amiſſio
aſſimilatur morti, Gloſſ. *in l. iuſta* 9. *verb. Infamia*, *ff. de ma-*
numiſ. vindict. Cyriac. *controuerſ.* 101. *num.* 46. & *controuerſ.*
270. *num.* 15. Bobadill. *ſup. lib.* 2. *cap* 14. *num* 44. Curtel. *de*
immunit. Eccleſ. lib. 1. *quæſt.* 11. Qui duo ex hoc tenent, non
gaudere immunitate Eccleſiæ, qui alij Nobili iniuriam prodi-
toriè infert, ac ſi ipſum occidiſſet. Ex quibus conſtat, maxi-
37 mè oportere, quod fama reſtituatur. Cuius reſtitutio adeò eſt
neceſſaria, vt nullo alio modo poſſit damnum illatum reſarciri;
38 nam etſi Princeps reſtituat infamatum, volens eum à nota
illa omninò liberare, & infamiam tollere, quod poteſt;
Cacheran. *deciſ.* 101. *num.* 2. Sforcia Odd. *part.* 2. *quæſt.* 92.
infamiam facti non valet extinguere; quoniam opinio ho-
minum de probitate, vel improbitate alicuius, nulla humana
authoritate mutari poteſt, neque efficere, vt qui infamis
ex moribus cognoſcitur, honeſtus, ac bonus iudicetur;
Roman. *ſingular.* 469. incipit: *Dubitatio eſt magna*, Barboſ.
in collectan. ad cap. ex tuarum 8. *numero* 4. *de purgat. canonic.*

Verſ. *Ex quibus auſus eſt.*

39 Hanc *Ananiæ* doctrinam, vt ſcilicet verbis iniurians Car-
dinalem, afficiatur pœnis ſtatutis in *cap. fœlicis* 5. *de pœn. in*
6. in eorum percuſſores, improbant communiter DD. Bar-
boſ. *in collectan. ad illud num.* 15. Bernard. Diaz *in praxi cap.* 69.
num. 3. *impreſſ. nouiſs.* vbi Salced. Plaza *d. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 28.
Guttierr. *quæſt.* 138. qui D. Couarr. veſtigia repetens rem
examinat.

Ibi: *Sed & quintò.*

40 Verba iniurioſa in Principem proferens, etiam prauo ani-
mo læſæ Maieſtatis reus non cenſetur; Oldrad. *conſ.* 210. *col.* 1.
Abbas *conſ.* 57. *col.* 3. *lib.* 1. Hieronym. Gigas *in tract. de*
crimin. laſ. Maieſt. quæſt. 4. *num.* 9. 10. *verſ. Ex prædictis con-*
cluditur, Perez *in l.* 3. *gloſ.* Tales coſas, *tit.* 8. *lib.* 8. *Ordina-*
ment. Guttierr. *ſupr. num.* 10 Plaza *ſupr. cap.* 1. *num.* 29. Afflict.
deciſ. 265. *num.* 6. . 62. Maſcard. *concluſ.* 462. *num.* 35. Baiard.
ad Iul. Clar. §. *læſæ Maieſtatis*, *num.* 11. *verſ. Item adde*, Fa-
rinac. *dict. quæſt.* 105. *num.* 417. Caball. *reſol. crimin. cent.* 3.
caſ. 235. *à num.* 13. qui limitat, cum per ea verba honor Prin-
cipis læderetur, *num.* 22. ideo tenent Baiard. *n.* 11. Decian.
tract. crimin. tom. 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 10. *verſ. Item proditor.*

41 Sed ſupremi Principes præ Maieſtate, & animi magnitu-
dine, ſæpè petulantiam ſibi maledicentium ſubditorum beni-
gnè contemnunt, vt colligitur ex *leg. vnic. C. ſiq. Imper. ma-*
ledixer. Menoch. *conſ.* 1197. *num.* 27. multa adducens exempla,
præſertim egregium illud Cæſaris Auguſti reſponſum ad Tibe-
rium, qui querebatur, ac ægrè ferebat, quod in Cæſarem
multa turpia iactarentur inique, cui ille reſcripſit: *Ætati tuæ,*
mi Tiberi, noli in hoc indulgere, & nimium indignari quem-
quam, qui de me malè loquatur, ſatis eſt enim, ſi hoc habemus,
nequis nobis maleſacere poſſit. Eſt enim magnanimi, ac Regij
animi iniurias remittere, Ariſtotel. *l.* 4. *Ethicor. cap.* 3. & in *lib.*
de virtut. Magnanimus, inquit, *& fortis quidem eſt, qui ferre*
iniuriam abſque vindictæ ſtudio poteſt. Cicer. *epiſt. ad Senat.* poſt
reddit. ſuum: *Non eſt mei iniurias meminiſſe, quas ego etiam ſi*
vlciſci poſſem, tamen obliuiſci mallem. Senec. *de formul. vitæ,*
Conrad. *in temp. iudic. lib.* 1. *tract. de duello*, *part.* 6. *de pace,*
concl. 103. Natta, *conſ.* 597. *in fine, lib.* 3. Bobadill. *dict. lib.* 2.
cap. 7. 8.

Ad Num. 6.

Mirum eſt, quanta ſit DD. diſcordia, dum tractant de obij- 42
ciente verum crimen per iniuriam; quoniam dubitatur, qua
pœna teneatur, vel an indemnis ſit relinquendus? Farinac. *d.*
quæſt. 105. terdecim retulit opiniones, inter quas illa *Bartoli*
diſtinctio, vt ſi expediat Reipublicæ delictum detegi, non
puniatur, aliàs ſecus; deſumpta ex *l. cum qui nocentem* 18. *ff. de*
iniur. magis frequenter eſt admiſſa, vt teſtantur Ceuall. *dict.*
quæſt. 323. *num.* 4. Ant. Gom. *dict. cap.* 6. *num.* 2. *verſ. Du-*
bium tamen, Guttierr. *quæſt.* 113. *num.* 6. Plaza *dict. lib.* 1.
cap. 2. qui quamplurimos laudant. At in praxi apud nos ob-
ſeruari præſentem *D. Couarr.* ſententiam, ac veriorem eſſe,
vt alteri delictum opponens etiam verum prauo animo in
iudicio, vel extra, actione iniuriarum ſit aſtrictus; etiamſi
publicè interſit, illud pateſieri, docent Guttierr. *ſupr. num.* 7.
cum ſeqq. Iul. Clar. *ſupr. n.* 70. Grammatic. *deciſ.* 37. Peguer.
deciſ. crim. 13. *num.* 15. 16. Hinnad. *in d. l.* 25. *gloſſ.* 1. *num.* 10.
tit. 18 *p.* 2. Azeued. *num.* 217. Farinac. *dict. q.* 105. *num.* 247.
Pichard. *in §. iniuria, num.* 18. *Inſt. de iniur.* Salced. ad Bern.
Diaz *in reg.* 784. *column.* 1. 2. & alij.

Sed Bartoli ſententia in puncto iuris verior apparet, quam 43
tuentur vltra *Ceuall.* Ant. Gom. & Plaz. *vbi ſupra*, Facbin.
controu. lib. 9. *cap.* 10. Auiles *in procem. capit. Prætor. num.* 15.
Gregor. Lop. *in l.* 1. *gloſſ.* 7. *in princip. tit.* 9. *p.* 7. Boët. *conſ.* 4.
num. 36. Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 99. *num.* 1. 2. Nec qui cum *D.*
Couarr. ſentiunt, ſatisfaciunt *d. l. cum qui nocentem*, neque
l. fin. in fine, tit. 9. *part.* 7. vt conſtat ex traditis per Guttierr.
num. 14. nam dicere, intelligendum eſſe Conſulti reſponſum,
vbi ſine animo iniuriandi crimina obijciuntur, quæ ſciri publi-
cè refert; non poteſt ſuſtineri; quandoquidem ibi de actione
iniuriarum danda tractatur, atque ideò ſupponendum eſt, ani-
mum fuiſſe iniuriandi, abſque quo illa actione nemo tenetur, 44
l. ſi non conuitij 5. vbi notant omnes, *C. eod.* Menoch. *dict. conſ.*
1197. *in princip.* Ant. Gom. *dict. cap.* 6. *num.* 2. Pacian. *d. cap.*
59. *num.* 51. Guttierr. *ſupr. num.* 7. Azeued. *num.* 19. Sic reſ-
pondet Fachin. *ſupr. verſ. Verum iſtis.* Et non eſt attendendum,
quod ex tali impunitate anſa peccandi præberetur, reuelando 45
crimina occulta proximi, quoniam ob bonum publicum,
quod in detectione, ac coërcitionem criminum verſatur, *l.*
congruit 13. *ff. de offic. Præſ. l. ſi ita vulneratus* 52. *ff. ad l.*
Aquil. peccatum illud tolerabatur, ſicuti alia nec pauca ex ea-
dem cauſa diſſimulabantur, vt continuatio vſucapionis, non
obſtante mala fide ſuperueniente poſſeſſori; *l. vnic.* §. *cum au-*
tem, *C. de vſucap. transform. l. bonæ fidei* 48. §. 1. *ff. de acq. rer.*
dom. vbi notatur: & læſio intra dimidiam iuſti pretij, *l.* 2. *C.*
de reſcind. vend. & licèt primùm iure Canonico ſit correctum,
ſecundum obſeruatur, vt ex *cap. cum delicti* 3. *& cap. cum cau-*
ſa 6. *de empt.* colligunt DD.

Opinio tamen *D. Couarru.* & praxis benè defenditur à 46
Guttierr. *num.* 15. 16. tanquam magis conueniens moribus, ac
pietati Chriſtianæ, ne intuitu impunitatis homines facilè laban-
tur ad aliena delicta manifeſtanda; quod valdè grauis culpa re-
putatur, vt aduertunt Theologi; ex quo etiam maxima fre-
quenter oriuntur ſcandala, & inimicitiæ; quapropter expedit,
ne huiuſmodi iniuria impunita relinquatur, ſed ſupplicium erit
temperatè adhibendum, vt monet D. Couarr. *infra, verſ. Octa-*
uò mihi, & ſentit Azeued. *num.* 217.

Ad Num. 7.

Verſ. *Primùm iniuriarum.*

Conſentiunt Guttierr. *num.* 18. & alij laudati *ſupr. num.* 42. 47
in fine. Quid ſi iniuria laceſſitus crimen in continenti, vel de-
fectum obiecerit, communior reſolutio eſt, quod ille mitiùs
plectatur, de quo latè idem Guttierr. *q.* 128. Pacian. *ſup. à n.* 45.
Farinac. *d. q.* 105. *n.* 306. *cum ſequentibus.* Sed ſi verba iniurioſa
referat ad propriæ famæ defenſionem duntaxat, non ad iniuriam
alterius, nulla pœna eſt dignus, Pacian. *d. lib.* 1. *cap.* 59. *num.* 51.

Cyriac.

Cyriac. *controu.* 126. *n.* 35. Menoch. *conſ.* 107. *n.* 42. Nam & in foro animæ, licet vera, etſi occulta ſint, crimina iniurianti objicere, vt propter infamiam, ei audientes nullam fidem adhibeant, quando aliter quis proprium honorem illibatum ſeruare nequit: Dian. *dict. part.* 5. *tit.* 13. *reſol.* 26.
50 Mendoza, 2. 2. *diſp.* 70. *ſect.* 14. *à* §. 117. Vbi autem non conſtat, quis prouocauerit, & quis fuerit prouocatus, vtrinque actio compenſatione tollitur; *l. ſcientiam* 46. §. *ſi cum ſramenta, ff. ad leg. Aquil.* Roman. *in l. cum mulier, num.* 64. *col.* 17. *ff. ſolut. matrim.* Guttier. *d. q.* 123. *n.* 4. Pacian. *n.* 45.
51 Fiſcus tamen ab vtroque pœnam extorquebit, Pacian. *ibidem, verſ. At reſpectu.*

Verſ. *Secundò, eadem ratione.*

52 De pœna edentis, aut manifeſtantis famoſum libellum, conſule Ant. Gom. *d. c.* 6. *num.* 1. Bonacin. *oper. mor. tom.* 2. *tract. de reſtit. diſp.* 2. *q.* 4. *punct.* 9. *n.* 9. Ræuard. *ad leg. duodec. tabul. c.* 23. Plaza *d. c.* 1. *n.* 5. *& c.* 3. *per totum.* Pichard. *in d.* §. *iniuria, à n.* 20. *& in manuduct. ad prax. p.* 3. §. 4. *n.* 72. Farinac. *d. q.* 105. *à n.* 421. *& conſ.* 30. *per totum*, Pradill. *de leg. pœnali, p.* 1. *c.* 42. Eſcob. *de puritat. ſanguin. part.* 1. *q.* 2. Guttierr. *d. q.* 123. *n.* 28. *& q.* 141. *per totam.* Et pœnam ar-
53 bitrariam eſſe, docent Farinac. Pichard. & alij. Nec diſtinguitur, an verum, vel falſum ſcribatur, *l.* 3. *tit.* 9. *part.* 7. Guttierr. *dict. n.* 28. Ant. Gom. *ſupr.* Farinac. *n.* 44. Plaza, *ſupr.* & alij communiter. Quod ita verum eſt, vt procedi non poſſit ad inquiſitionem ſuper delictis in libello expreſſis, niſi aliundè fama ſuboriatur, *cap. inquiſitionis* 21. §. 3. *de accuſationibus*, Greg. Lop. *in d. l.* 3. *gloſſ.* 5. Ceuall. *tom.* 2. *q.* 821. *à n.* 26. Simanc. *de Catholic. inſtit. c.* 44. *n.* 1.

Verſ. *Tertium, ex his.*

54 Sequuntur Guttierr. *nu.* 29. Plaza *ſupr d. c.* 1. *n.* 4. *in* 3. *concluſ.* Ceuall. *d. qu.* 323. Salced. *in addit. ad Bern. Diaz, dict. reg.* 784. *verſ. Secundò, ex his*, Farinac. *q.* 105. *n.* 239. Imò acerbiùs eſt plectendus exprobrans crimen iniuriandi animo in iudicio, quam ſi extra illum objiceret, Tuſchus, *lit. I. concl.* 53. *n.* 3. Anchartan. *conſ.* 325. *n.* 3. nam atrox iniuria cenſetur, quæ coram Prætore fit: *l. prætor* 72. §. *fin. ff. de iniur.* Ræuard. *variar. lib.* 1. *c.* 9.

Verſ. *Quartum, optimè.*

55 Ita Guttierr. *vbi proximè, verſ. Idem erit.* Gratian. *diſceptat. tom.* 1. *c.* 18. *n.* 12. Tuſch. *lit. I. concl.* 160. *n.* 3. Oldrad. *conſ.* 53. *in princip.*

Verſ. *Quintum, palam eſt.*

56 Cum in dubio animus iniuriandi præſumendus non ſit, Menoch. cum multis, *d. conſ.* 1197. *n.* 13. Tuſch. *nu.* 5. Cuman. *conſ.* 74. dolus enim ad iniuriam deſideratur, Gratian. *d. c.* 81. *n.* 13. Tuſch. *lit. I. conc.* 139. *nu.* 21. Menoch. *conſ.* 1197. *n.* 19. qui nunquam præſumitur, vbi alia coniectura capi poteſt, Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 3. *num.* 14. *l. dolum C. de dol.* verba iniurioſa in iudicio prolata, ſi apta ſint, potius ad cauſæ defenſionem, quàm ad iniuriandum dicta cenſeri debent, niſi aliud appareat manifeſtè; Guttier. *num.* 20. 21. 29. Ceuall. *dict. q.* 323. atque ita non puniuntur Tuſch. *n.* 13. 16. Boſ. *tit. de iniur. n.* 21. Quod ſi non probetur crimen obiectum, objiciens tenetur; niſi proteſtatione, vel alia iuſta cauſa excuſetur; Tuſch. *n.* 4. *& conc.* 160. *n.* 6. Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 53. *n.* 4. Gratian. *nu.* 9. Paz *in praxi tom.* 1. *temp.* 9. *n.* 22.

Verſ. *Sextum iuris eſt.*

57 Guttierr. *nu.* 22. Perez *in rubric. tit.* 9. *lib.* 8. *Ordinam pag.*
58 216. *col.* 2. Probabile tamen eſt, detegere vni, vel duobus viris honeſtis ſine prauo animo crimen alienum occultum, ſi certò ſciat detector, eos reuelaturos non eſſe ſecretum, etiam abſque iuſta cauſa vtilitatis publicæ, vel priuatæ, non eſſe peccatum lethale, Caietan. 2. 2. *q.* 62. *art.* 2. Tanner. *ibi, diſp.* 4. *q.* 8. *dub.* 7. *num.* 138. Dian. *p.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 33. *& p.* 2. *tract.* 17. *reſol.* 22. Reginald. *in prax. for. pœni-* 59
tent. lib. 24. *n.* 75. & fatetur Bonac. quamuis aliud teneat. *ſupr. dict. q.* 4. *punct.* 3. *num.* 2.

Qui bona fide manifeſtat alterius delictum occultum, quia putauit publicum, vel non aduertit ad culpam, aut ex alia cauſa, quamuis non peccet, nihilominus ad reſtitutionem famæ, ſi ſine proprio detrimento poſſit, tenetur; Sanch. *in decalog lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 28. Betan. *de iuſt. & iur. in quæſt.* 72. D. Tom. *quæſt.* 24. *num.* 1. 2. Lug. *eodem tract. tom.* 1. *diſput.* 15. *num.* 1. *cum ſequentibus*, Molin. *tom.* 5. *diſput.* 40. *num.* 3. Leſ. *lib.* 2. *cap.* 11. *diſput.* 22. Bonacin. *dict. q.* 4. *punct.* 6. *num.* 0. 11.

Eſt ſententia plurium Theologorum, poſſe eum, qui in 60
famauit proximum per detectionem veri criminis occulti, ſe mentitum fuiſſe aſſeuerare abſque aliqua culpa, ſine mendacio per abſtractionem, intelligendo ſcilicet de mendacio practico, quod eſt omne opus rationi diſſonum, Salon. 1. 2. *quæſt.* 62. *articul.* 1. *controuerſ.* 21. *concluſ.* 4. *ad finem*, Bañez, *ibi, dub.* 8. Petr. de Ledeſ. *in Summ. tom.* 2. *tract* 2. *cap.* 7. *concl.* 3. Henriq. *lib.* 5. *de pœnis. cap.* 12. *num.* 6. Leſ. *dict. c.* 11. *dub.* 2. *num.* 110. Nauarr. *lib.* 2. *de reſtitut. cap.* 4. *in noua edit. part.* 3. *dub.* 5. *nu.* 24 *à cum ſequentibus*, Saytus *in claui Regia, lib.* 11 *cap.* 4 *num* 27. & alij, quos affert, & ſequitur Sanch. *vbi proximè*, de quo Guttierr. *quæſt.* 124. cui contrarium placet, & hanc ſententiam pro viribus impugnat *à nu* 14. idem tenet Bonacin. cum alijs *punct.* 15. *n.* 2. Sed a prima opinione recedendum non eſt.

Verſ. *Septimùm apparet.*

Guttierr. *dict. q.* 123. *num.* 23. *cum ſeqq.* nam obligatio ad 61
reſtituendum non oritur ex praua intentione, ſed ex actu externo iniuſto, de quo D. Couarr. *in regula, peccatum, p.* 2. §. 7 *num.* 8. *concluſ.* 1. 4. Sanch. *conſil moral. lib* 2. *cap.* 1 *dub.* 49. *n.* 6 Lug. *de iuſt. & iur tom.* 1. *diſput.* 8. *ſect.* 6. *nu.* 79 & *per totam*, hoc latè examinat; & inde eſt, vt abſque peccato inſurgat reſtituendi obligatio; vt dixi *ſupr. num.* 59.

Verſ. *Octauò, mihi probabile.*

Qui verum defectum ex contentis in *dict. l.* 2. ad iniuriam 62
dixit, canere palinodiam non debet; Olan. *in antinom. iur. lit. I. à num* 4. Plaz *dict. cap.* 1. *n.* 6 Auiles *in d. proœm. n* 20. Parlador. *num.* 33 Salced *in dict reg.* 784. *illat* 3. Humad. *in d. l.* 25. *gloſſ.* 1. *tit* 18 *part.* 2. Azeued. *in d. l.* 2 *Recopil. num.* 205. *cum ſeqq.* Guttierr. *num* 17. Quamuis Greg Lop. *in dict. l.* 1. *gloſſ.* 7. *poſt medium, tit.* 9. *part.* 7. ſentiat, teneri ad palinodiam canendam eo modo, quo abſque mendacio poſſit; veluti aſſerendo, ſe malè dixiſſe, vel quod iniuſte diffamauerit.
Dubitatur autem, num ſit admittendus ad probandum 63
adulterium, qui virum *cornutum*, aut vxorem *meretricem* appellauit? quam quæſtionem monet Gregor. Lop. *in dict. l.* 23. *gloſſ. magna*, & cogitandum relinquit reſponſum; ſed Guttierr. *quæſt.* 123. affirmatiuè reſoluit, cautè tamen agendum, num. 3 admonet, pro perſonarum qualitate, ob periculum mulieris, & adulteri. Negat Azeued. *num.* 45. niſi vir conſentiat adulterio.

Ad Num. 8.

Quod iniuria verbalis, ſi grauis ſit, illata donatori, ſuf- 64
ficiat ad reuocationem donationis, probant *l.* 10. *tit.* 4. *part.* 5. Ant. Gom. *variar. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 14. Hermoſill. *in d. l.* 10. *gloſſ* 2. *num.* 1. Guttierr. *conſ.* 24. *num.* 2. Molin. *de iuſt. & iur. diſp.* 281 *numer.* 2. Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 11. *de donat. q.* 2. *verſ. Prima cauſa*, Donell. *lib.* 14. *commentar. c.* 27. vbi Illiger. *lit. A.* Bortell. *in ſumm. deciſion. tit.* 12. *lib.* 3. *num.* 6. Idem erit ſi talis iniuria nutu, vel ſignis irrogetur, quod fieri poteſt; Azeued. *in d. l.* 2. *nu.* 79. 81. Bellouiſ. *in prax. cap.* 3 *verb. Animo iniuriandi, num.* 34. *Guttierr. quæſt.* 141. *num.* 26. Fari-
nac. *d. quæſt.* 105. *num.* 469. Quæ verò grauis, ſiue atrox iniu- 65
ria ſit? Iudicis arbitrio relinquitur; perſonarum qualitate, & circunſtantijs conſideratis, iuxta *l.* 10. *tit.* 9. *p.* 7. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 263. *nu.* 1. Conrad. Laudenſ. *in tract.* 8. *duelli, concluſ.* 7. *nu.* 16. Clar. *lib.* 5. *receptar. ſentent.* §. *iniuria, à nu.* 1. vbi Baiard. Molin. *diſp.* 176. *num.* 3. *& d. diſp.* 281. *num.* 1. Ant. Gom. *dict. lib.* 3. *capit.* 6. Hermoſ. *vbi proximè.*

Verſ. *Decimò, multò difficiliùs.*

66 Donatio ex cauſa ingratitudinis poteſt reuocari, ſi donatarius accuſauerit donatorem de crimine etiam vero; quo probato, veniret imponenda pœna mortis, membri alicuius mutilationis, infamiæ, vel amiſſionis maioris bonorum partis. Idem iuris eſt, ſi ſponte teſtimonium dixerit, ſi delator, Aduocatus; aut procurator in huiuſmodi cauſa fuerit, & ſi, cùm iudex fuiſſet, per iniuſtitiam graue nocumentum donatario intulerit. Excuſatur autem ſi accuſationem inſtituerit, quam nefas eſſet omittere, vt in crimine hæreſis, & ſimilibus; & quando aliquod ex prædictis muneribus in donatorem coactus exerceret; aut ſi ſuam, ſuorúmve iniuriam proſequatur, quoniam donatio minimè reuocationi ſubiacebit; excepto Iudice perperam iudicante, in quo huic diſtinctioni non eſt locus: faciunt ad prædicta *l. Prætor edixit 7. §. præterea, ff. de iniur. l. ſi adulterium 38. §. liberto, ff. ad l. Iul. de adulter.* de quibus conſulendi ſunt, Molin. *dict. diſp. 181. n. 2.* Farin. *in fragment. lit. F. n. 57.* Oſuald. ad Donell. *vbi ſupr. lit. C.* Borrell. *in ſumm. decis. tit. 12. lib. 3. n. 6.* Palae. Rub. *in rubric. de donat. §. 78. n. 23.* latè Hermoſ. apud quem multi in *d. l. 10. gloſſ. 2. n. 3. cum ſequentibus.*

67 Illa verò reuocatio donationis ob ingratitudinem ex præfatas, vel alia cauſa, procedit, niſi donatio remuneratoria fuerit; *l. ſi pater 35 §. 1.* & *ibi* Gloſſ. *verb. Irreuocabilis, ff. de donat.* Iaſ. *in l. ſi non ſortem, §. libertus n. 8. ff. de condict. indeb.* Duennas, *in reg. 224. limit. 4.* Gutier. *dict. conſ. 24. n. 15.* Baëza, *de inop. debitore. cap. 20. n. 6.* Menoch. *conſ. 1007. n. 70. 71.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 11. n. 45.* Tuſch. *lit. D. concluſ. 711. n. 33.* Gregor. Lop. *in dict. l. 10. gloſſ. 1.* Gare. *de donat. remunerator. n. 9.* Mantic. *de tacit. conuent. lib. 13. tit. 15. n. 33.* Marta *deciſ. 215. n. 28.* Iul. Clar. *ſup. lib. 4. §. donatio, quæſt. 21. num. 4.* Hermoſ. *in dict. l. 10. gloſſ. 1. n. 1*

68 Similiter non reuocabitur ingratitudine donatio facta ob cauſam, veluti ad contrahendum matrimonium, vel ingrediendum Religionem, effectu ſecuto; Menoch. ex multis *conſ. 723. n. 9. cum ſeqq.* Intrigliol. *ſing. 87. n. 13. lib. 3.* Surd. *de aliment. quæſt. 48. n. 21.* Molin. *dict. diſp. 281. n. 12. 13.* Gam. *deciſ. 163. n. 5.* Clar. *num. 4.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 28. n. 4.* Hermoſ. *n. 14.* qui alias limitationes tradit per totam gloſſam ad *dict. l. 10.* Tuſch. *ſupr. num. 29.* Nec ſi ex reuocatione tertius patiatur detrimentum, Menoch, *d. conſ. 723. num. 21.*

AD CAPVT XII.

De Temporis computatione.

SVMMARIVM.

1 *De ratione temporis qui ſcripſerunt.*
2 *Quomodo Græci, Arabes, aliæque Nationes annos computabant, remiſſiuè.*
3 *De Olympiadum initio, & computatione.*
4 *Hebræi a quo tempore ſuos annos numerabant.*
5 *Diluuium quo tempore euenit.*
6 *Roma quando fuit condita.*
7 *Conſules quo anno primi creati ſunt.*
8 *Quot diebus annus conſtat, & de eius differentia.*
9 *Quo tempore Chriſtus natus eſt.*
10 *A quo olim annus apud Hiſpanos incipiebat.*
11 *Hodie omnes eodem modo annos Chriſti computant.*
12 *Anni Chriſti numerantur ab anno trigeſimo octauo Eræ Cæſaris.*
13 *De verbo, Era.*
14 *Era Chriſti quando in Hiſpania recepta eſt.*
15 *De computatione anni quoad fructuum diuiſionem, remiſſiuè.*
16 *Indictio, vnde dicta, & quot annis conſtet.*
17 *Quando cœpit vſus indictionum, ad temporis computationem.*
18 *Triplex Indictionum vſus.*
19 *Quæ deſiderantur in inſtrumenti confectione regulariter vt valeat, remiſſiuè.*

DE Chronologia, ſiue ratione temporum, tractarunt Genebrard. *in chronographia*, Iacob. Gualteri. *in tabula chronograph.* Parlador. *rer. quotidian. lib. 2. cap. 20. à num. 1.* Philipp. Bergumas, *in ſupplement, chronicar. lib. 8.* Ceuall. *in præfat. 2. tom. 4. n. 21.* Vener. *in enchiridio tempor.* Barboſ. *in collectan. ad cap. inter dilectos, n. 28. de fid. inſtrum.* Petr. Mexia *in Sylua, part. 3. c. 2.* Marian. *in chronico Hiſpan. lib. 3. c. 24.* Gregor. Lop. *in proœm. Partitar. gloſſ. 23. cum ſequentibus*, Dionyſi. Petauius, *in rationario tempor.* Onufrius *in faſtis.* Cælius Rhodiginius *lib. 10. c. 2. de Era,* Ant. Conti. *in chronic. canon. & faſtis.* 1

Docet, quomodo Græci, Arabes, Turcæ, Iudæi, & Ægyptij ſuos annos computabant, & à quo anni noſtri tempore incipiebant, Petauius, *lib. 1. cap. 5. 6.* 2

Ad Num. 1.

Græcorum Olympiades, ſecundum computationem 3
Petauij (quem ſumus ſequuturi, quoniam ſedulus temporum rationem obſeruat) initium habuerunt anno ab Orbe condito 3208. tempore æſtiuo ſub ipſum ſolſtitium ſingulæ quadriennium continebant, & vnuſquiſque annus conſtabat eiſdem ferè diebus, ac noſtri; dictæ ſunt ita ab Olympicis ludis, quos celeberrimè peragi, inſtituit Hercules in Iouis honorem, iuxta Olympiam vrbem in Peloponenſi regione, & a loco, vbi celebrabantur, nomen acceperunt; ac quoniam quinto quoque anno ineunte repetebantur, tempus illud, quod inter vtramque ludorum celebritatem labebatur, *Olympias* fuit vocatum; & à quo hi ludi inuenti, aut inſtaurati ſunt, cœperunt Græci temporum rationem computare, Petaui. *d. lib. 1. c. cap. 10. & lib. 3. cap. 7. & de doctrin. tempor. lib. 9. c. 37. cum ſequent.* Gualter. *Quarto ſæcul. pag. 177.* vbi docet, eam computandi conſuetudinem à Conſtantino Magno ſublatam fuiſſe *anno Chriſti 312.* quo *indictionum* ſupputationem introduxit.

Hæbræi tempora computabant à diluuio vniuerſali, 4
Gregor. Lop. *ſupr. gloſſ. 14.* Ioan. de Platea *in rubric. C. de indict. lib. 10.* Quod accidit poſt Mundi creationem anno 1656. 5
menſe ſecundo, die decimo ſeptimo, quo primùm pluere cœpit, nec ceſſatum eſt vſque ad totius Orbis inundationem, *Geneſ. c. 7.* Petaui. *in rationar. lib. 2. c. 2. verſ. Vltim.* Greg. Lop. *dict. gloſſ. 23.* Ant. Conti. *in chronic. canonic.* Qui quidem dies reſpondet vigeſimo-quinto noſtri Nouembris, inundatióque durauit vſque ad diem quintum Decembris anni ſequentis, quo Noë cum ſuis prodiit ex Arca, Petau. *vbi proximè.*

Vrbs Roma fuit condita *anno mundi 3231. & tertio ſexta* 6
Olympiadis, hoc eſt, vigeſimo tertio anno poſt Olympiadum initium, die vigeſima prima Aprilis, qua primus lapis ad ædificandam eam iactus eſt. Conſules verò creati 7
ſunt anno ducenteſimo quadrageſimo quinto ab Vrbe condita: Petaui. *in rationar. lib. 3. cap. 9. & lib. 4. cap. 5. in princip.* à quo Ant. Cont. *in faſtis* vno anno diſcrepat, vbi aſſerit, *anno 244.* fuiſſe creatos primos Conſules. Luc. Iun. Brut. & Luc. Tarquini. Collatin. Lucretiæ maritum.

Annum, quo vtimur, duodecim menſium, conſtantem 8
365. diebus & ſex horis Iulius Cæſar inuenit anno ab Vrbe condita 709 & ab eo Iulianus nuncupatur ad differentiam anni tropici, in quo curſus Solis exactè obſeruatur, & lunaris, quibus non omnino adæquatur, ſed aliquantulùm excedit, Petaui. *d. lib. 1. cap. 1. 2. & lib. 5. cap. 18. verſ. Anno itaque.*

Alijs opinionibus omiſſis, Chriſtus Dominus natus eſt 9
anno 3984. à creatione Orbis ab Olympiadum inuentione 777. ab Vrbe condita 754. à tempore Iulij Cæſaris 46. Petaui. *in ration. lib. 2. c. 11. in fine, & lib. 6. c. 1.* Conſulib. C. Cæſ. Octauian. Aug. & Marc. Plaut. Siluano; Ant. Cont. *ſup.*

Apud Hiſpanos poſt relictam Cæſaris Eram, annus in- 10
choabatur à die ipſo Dominicæ Natiuitatis, quæ vt relinqueretur, conſtitutum eſt à Rege Ioanne I. anno Chriſti 1383. Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 11. n. 18.* Venet. *ſup. in princip.* Greg. Lop. *in l. 54 gloſ. 3. tit. 18. p. 3.* Parlad. *rer. quotidianar. dict. cap. 20. n. 3. cum ſeqq.* Eſcob. *de ratiocin. lib. 2. comput. 21.* Sed iam annus incipit à Kalendis Ianuarijs, vt etiam quondam obſeruabatur ante dictam conſtitutionem Regis Ioannis, cùm tempora iuxta Eram Cæſaris

computabantur

computabantur ab Hiſpanis; nam anni Iuliani prima die Ianuarij inchoantur, Petau. *d. lib. 5. c. 18. in fine.*

Ad Num. 2.

11 Hoc dubium hodiè ceſſat, ſiquidem annos Chriſti omnes eodem modo computamus, atque ita à Kalendis Ianuarijs anni currentis vſque ad vltimum diem Decembris incluſiuè, nullus negat, eſſe annum Chriſti 1658. Petau. *d. lib. 1. cap. 4. verſ. In Era Chriſtiana.*

Ad Num. 3.

12 Inter omnes conuenit, annos Chriſti cœpiſſe numerari poſt trigeſimum octauum Eræ Cæſaris, vt teſtantur, quos laudauimus nuper *n.* 10. Ideo autem Hiſpani ab eo tempore *Eram* Cæſaris receperunt, & non antea, quoniam tunc à Senatu ſunt confirmata facta ab Auguſto, maximè Imperij diuiſio cum Antonio conuenta, Petau. *dict. c.* 18. *in fine.*

13 De verbo, *Era*, varia dixerunt Parlador. Eſcob. Per. Mexia, Greg. Lop. *vbi ſup.* Hieronym. Roman. *in commentar. de las Republicas, p. 2. lib. 9. c. 6.* Sed illud magis placet, quod D. Couarr. *in præſenti* tradit vltimò, & ſequitur, ac explicat apertius Marian. *d. c.* 24. nempè *Era* à Latinis vſurpari pro pecuniæ, temporis, aut alterius cuiuſque rei computatione, aut numero, à quibus Hiſpani verbum illud acceperunt ad rationem temporum demonſtrandam; atque ita idem eſt dicere, *anno milleſimo Eræ Cæſaris*. ac, *hic eſt annus milleſimus* ſecundum computationem, quæ habuit initium à tempore Cæſaris: ſic in *proœmio Partitarum, col. 4.* Rex Alphonſus loquitur, ibi: *Que començo, quando andaua la Era de Adan en 5021. annos Hebraicos.* Hoc eſt: *Quando conforme à la quenta del tiempo de Adan, era el anno de 5021. ſegun los Hebreos.* Vbi ipſe Mariana aduertit, verbum, *Era*, ſine diphtongo ſcribendum, quia non ab *ære* originem ducit.

14 Meminimus ſupra huius conſtitutionis Regis Ioannis Primi, de qua omnes Hiſpani DD. allegati, & Mariana *lib. 18. c. 6.* Sed antea Aragoniæ regnum *Eram Chriſti* admiſerat anno 1358. iuſſu Regis Petri quarti, qui *Ceremonioſus* cognominabatur, Marian. *lib. 17. c. 1.* Tandem Portugalliæ Rex Ioannes Primus idem ſequutus exemplum, ſimiliter ſtatuit anno 1415. Marian. *lib. 20. c. 7.*

15 Quomodo autem annos computemur, quoad diuiſionem fructuum inter hæredes defuncti, & ſucceſſorem, circa maioratum, beneficium, & ſimilia, tradunt Parlador. Eſcob. Molin. *vbi ſupr.* Gutierr. *canon. q. lib. 1. c. 33.*

Ad Num. 4.

16 Vnaquæque Indictio quindecim annos continet, quæ in triplex luſtrum diuidebatur, quod nomen Indictionibus conuenit; quia *indicere*, eſt publica authoritate tributum populo imponere; & à quo tempore talis impoſitio, ſiue indictio facta eſt, ratio annorum habetur; & quia ea tributi impoſitio 15. quoque anno repetebatur, inde eſt, quod Indictio quindecim conſtet annis, Gualter. *d. p.* 277. *&* 170. Otalor. *de nobilitat. p. 1. c. 2. nu.* 10. 22. Garcia Toletan. *in Lucerna rubricar. trium libr. Codic. ſub. rubric. de indict. à n.* 6. Calepin. *verb. Indict.* Barboſ. *in collect. ad c. inter dilect. n. 28. de fid. inſtrument.* Ciacon. *in Iſagoge vit. Pontif. c. de indiction. ration.* Marian. *lib. 4. c. 16.* Petau. *lib. 7. c. 1. verſ.* Fin. Caluin. *in lexicon iuris, verb. Indictio.*

Ad Num. 5.

17 Dubium eſt, à quo ſecundum Indictiones tempora computari cœperunt; Aliqui volunt, ab Auguſto inductum fuiſſe ante Domini natiuitatem, vt D. Couar. docet *in præſenti.* Alij Conſtantino Magno id tribuunt vt teſtatur Petauius *vbi proximè*; & certius videtur, impoſitionem tributi ſub ea forma Indictionum ab Auguſto introductam; at quod ſecundum eas anni numerarentur, Conſtantinum primò conſtituiſſe anno Domini 312. Gaulter. *ſupr. dict. pag.* 277.

Ad Num. 6.

Indictionum vſus triplex reperitur, nam Indictio vel 18 incipit à Kalendis Septembribus, quæ *Conſtantinopolitana* dicitur; vel à Kalendis Octobris, & hæc *Cæſarea* nuncupatur; aut à Kalendis Ianuarijs, quæ *Romana* appellatur: atque iſta vtuntur Romani Pontifices in diplomatum ſuorum expeditione, Petau *ibidem*; & licèt inſtituerit Indictionum vſum, dicto anno Chriſti 312. Conſtantinus, eum approbauit Eccleſia in Concilio Niceno anno. 315 Marian. *dict. lib. 4. c. 16.* Calepin. *vbi ſupr.* Gaulter. *d. pag.* 179.

Verſ. *Cæterum poſt huius operis.*

Hanc Onuphrij opinionem vulgò receptam dicit Petauius *vbi proximè.*

Ad Num. 7.

Quæ neceſſario deſiderentur ad valorem inſtrumenti de 19 iure communi, docet Bart. *in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium, ff. de edendo*, Panormitan. *in c. 1. n. 1. de fid. inſtrument.* De iure Regio ea ſeruanda ſunt, quæ habentur *in l. 13. tit. 25. lib. 4. Recopilat.* & tradunt Acevedo. *tit. de las exceptiones n.* 14. D. Couarr *pract. c.* 20. Pareia, *de inſtrument. edit. tom. 1. tit. 1. reſolut. 3. §. . à n.* 57. Parlador, *d. c.* 20. Azeued. *in dict. l. 13. n. 15. cum ſequentibus.*

AD CAPVT XIII.

De Oratione indefinita, & vtrum æquipolleat vniuerſali.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur qui de materia diſſerunt.*
2 *De diuiſione propoſitionum, remiſſiuè.*
3 *Traditur doctrina Bartoli in* l. ſi ita, ff. de aur. & argent. legat.
4 *Eadem doctrina exponitur.*
5 *Diſpoſitio teſtatoris inſpicitur ſecundum mortis tempus.*
6 *Differentia inter genus, & ſpeciem logicam, & legalem.*
7 *Aliud eſt vniuerſale ratione rei, & aliud quoad verba.*
8 *Vniuerſale aliud iuris, & aliud facti.*
9 *Ius patronatus, quod habetur in Eccleſia, triplex.*
10 *Vendi non poteſt abſque ſimonia labe.*
11 *Pœna ſtatuta in vendentes ius patronatus.*
12 *Ius patronatus cum vniuerſitate tranſit in emptorem.*
13 *Pretium vendita vniuerſitatis propter ius patronatus augere non licet.*
14 *Vendita hæreditate, vel alia vniuerſitate bonorum, ſingula ſub ea contenta vendita non cenſentur.*
15 *In venditione vniuerſitatis exprimi non poteſt, quod ius patronatus venditur ſub ipſa contentum.*
16 *Si ius patronatus cum vniuerſitate tranſlatum euincatur, emptor ad pretium ipſius non agit.*
17 *Ius patronatus non tranſit in creditorem cum re pignori data; cui annexum eſt.*
18 *Vendito fundo, in quo ſita eſt Eccleſia, cuius ius patronatus ad venditorem pertinet, an tranſeat in emptorem fundi?*
19 *Explicatur doctrina proximè tradita.*
20 *Vtrùm in venditione omnium bonorum veniat ius patronatus?*
21 *Patrimonio vendito, non tranſit Ius patronatus in emptorem aliquando.*
22 *Indefinita propoſitio non æquiualet vniuerſali ex vi propriæ ſignificationis.*
23 *Æquiualet, quando apparet de mente proferentis.*
24 *Verba iuxta intentionem loquentis ſunt exaudienda neceſſariò.*
25 *Enodatur* l. 2. ff. de liber. & poſthum.
26 *Ambiguitas vitiat diſpoſitionem.*
27 *Indefinita, vbi æquè conuenit omnibus ſub vniuerſali comprehenſis, cedit pro vniuerſali.*
28 *Exhæredatio non eſt interpretatione iuuanda.*
29 *Filius ſub poteſtate non poteſt à patre niſi nominatim exhæres fieri.*
30 *Quomodo nominatim aliquid fieri dicatur.*

31 *Interpretatur* l.ſi ſeruitus 22.ff.de ſeruitut.vrbanor.prædior.

32 *Conſenſus non extenditur ad incognita.*

33 *Vbi non eſt eadem ratio omnium, quæ ſub vniuerſali continentur, indefinita pro vniuerſali non accipitur.*

34 *Conciliatur* dict.l.ſi ſeruitus, *cum* dict.l.2.

35 *Indefinita quando pro vniuerſali, vel particulari, à Logicis accipiatur.*

36 *Indefinita negatiua in iure pro vniuerſali habetur.*

37 *Indefinita in lege poſita quando pro vniuerſali cedit.*

38 *Quid in Statutis.*

39 *Pax incunda eſt cum omnibus, quibus vindicta æquè incumbit, vt reus a pœna ordinaria liberetur.*

40 *Quod omnibus ſimiliter conuenit ab omnibus debet approbari.*

41 *Quoties eadem ratio reperitur in omnibus ſub vniuerſali comprehenſis, indefinita cedit pro vniuerſali.*

42 *Explicatur aliter* d.l. ſi ſeruitus.

43 *Conſenſus non pertinet ad futura.*

44 *In dubio contra ſtipulatorem reſpondendum eſt.*

45 *Iterum explicatur.* d. l.2. ff. de liber.& poſthum.

46 *Quid auro & argento legato contineatur.*

47 *Vſus loquendi communis præfertur verborum proprietati.*

48 *Indefinita Affirmatiua in depoſitione teſtium non æquiualet vniuerſali: ſecus Negatiua.*

49 *Fauor cauſæ, de qua agitur, facit vt Indefinita pro vniuerſali accipiatur.*

50 *Indefinita, ſiue Affirmatiua, ſiue Negatiua, non cedit pro vniuerſali, ſi reſultet abſurdum.*

51 *Intellectus* cap.quia circa 22. de priuileg *remiſſiuè.*

DE ijs, quæ *præſenti capite* continentur, Menoch.
1 *conſ.* 173. *num.* 10. cum alijs, Pacian. *de probat.lib.* 1. *cap.*35. *a num.*17. Parlador. *differen:*13.. *per totam*, Mantic. *de coniectur.vltim. voluntat.lib.*7. *tit.*5. *num.*1.10. Surd. *de alimentis tit.*9. *q.*15. *num.* 10. *cum ſeq.* Tuſch. *practicar. concluſ. lit.*1. *concluſ.* 86. 87. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1181. *n.* 38. cum alijs, Guttierr. *practicar. lib.*2. *quæſt.* 83. *in fine principij, & num.*2.

Ad Num. 1.

Hanc propoſitionum diuiſionem docent Arriaga *in*
2 *ſummulis diſp.*2.*num.*12. Conimbricenſ. *in Logica in cap.primum, lib.*1. *Prior. Ariſtotel.quæſt* 1.*art.*2. & communiter omnes Dialectici, Menoch. *ſupr.a num.*19.

Ad Num. 2.

Præmiſſa Bartoli doctrinâ *in l.ſi ita legatum* 8.*ff. de aur.*
3 *& argent. leg.* cognoſcetur apertiùs num rectè fuerit loquutus, nec ne? Ait namque, quod ſi quis leget res omnes, ſub hoc legato comprehenditur vniuerſum defuncti patrimonium, quod mortis tempore reliquerit: at ſi dicat; *lego omnes res meas*, legatum cenſetur quod erat teſtatoris duntaxat cum teſtamentum condebatur, neque poſtea quæſita ad legatarium pertinebunt; de quo infra *practicar. lib.vnic.cap.*2. *num.*2.

Quæ cum ita ſint, quicquid Dialectici ſentiant, iuris no-
4 ſtri principijs congruit, vt prima propoſitio vniuerſalis, ſecunda vero generalis nuncupetur; vt viſum eſt Bald. *conſ.* 1.*lib.*3. Menoch. *n.*24. *verſ. Eſt ergo.* Bona enim omnia cuiuſque vniuerſitatem quandam conſtituunt, (quę ſi ſit viuentis, dicitur *patrimonium*; ſi verò defuncti, *hæreditas* nuncupatur, *l.qui autem* 6. *ff. quæ in fraud. creditor. l.*1. *& per totum tit. ff. de hæreditat. vel act. vend* Viuian. *in prax. iuris patronat. lib.*4. *cap.*1. *n.* 9. Menoch. *conſ.* 95. *n.*70.) *l.hæreditas* 63. *ff. de regul. iur. l. etiam ſi* 15. §. *ſed ſi quis, ff. de petit. hæredit.* §. *fin. Inſt. per quas perſ. nob. acquirit.* Bald. *in l.ſed & poſſeſſori*, §. *cum de hæreditate, ff. de iureiur.* Parlador. *ſupr. num.*1. 1. de quo dicendum eſt *infra, n.*7.8.

Vnde propoſitio illa: *Relinquo res omnes*, per quam totum patrimonium, ſiue hæreditas datur, iure Vniuerſalis dicitur ab effectu; non tam quia ſua natura talis eſt, quam quod circa vniuerſitatem verſatur: ſic iudicium vniuerſale dicimus, vbi de hæreditate, vel patrimonio contenditur; ſic ſucceſſor vniuerſalis, *hæres*, vel *bonorum poſſeſſor* appellatur, & cui bona omnia per legatum relinquuntur, *vniuerſalis* vocatur *legatarius*, Menoch. *conſ.*213.*n.*1. *& conſ.*194.*n.*2. Parlador. *rer.quotidianar. lib.*2. §.*fin.part.*4. §.2.*num.*1. & paſſim D D.

Secunda autem propoſitio in hoc ſenſu vniuerſalis nuncupari non poteſt, quoniam per ipſam vniuerſitas non tribuitur, ſcilicet patrimonium, ſiue hæreditas; ſed pars quædam bonorum propriè verò nominatur generalis, cum ſub verborum generalitate plura comprehendat, non ſub ratione vniuerſitatis; Parlador. *num.*6. Menoch. ex alijs, *num.*22. *Gloſſ.in l.*1.*verb. Non aliter ff. de offic.eius:* quæ ait? Vniuerſale à Generali in hoc diſtingui, quod in illo omnes ſpecies vnum totum faciunt, nec ſeparatim conſiderantur; in hoc autem quælibet ſpecies de per ſe inſpicitur: atque ita accipiendum eſt dictum *Bartoli* non logicè, ſed iuridicè, à quo non omninò D.Couarr. diſſentire videtur. Vnde qui legat omnes res ſuas, licet ſigno vniuerſali vtatur, per quod apud Dialecticos propoſitio vniuerſalis dicatur, in ſenſu iuridico talis non eſt, quia non transfert, nec continet vniuerſitatem; quare eſt vniuerſalis reſpectu verborum duntaxat, non in re, iuxta tradenda *infra n.*7.

Sed opponet aliquis: Si patrimonium vniuerſitas eſt, 5
ſecunda etiam propoſitio vniuerſalis erit appellanda; quandoquidem, qui res omnes ſuas relinquit, totum patrimonium, quod habet, largitur. Cui reſpondendum eſt, illam diſpoſitionem teſtatoria in tempus mortis conferri, *l.*1. *ff. de teſtament.* & licet ſecundum præſens dici poſſet vniuerſalis, non attenditur niſi illud tempus, quo diſpoſitio effectum eſt ſortituta; & tunc vniuerſalis non eſt, cùm non complectatur totā teſtatoris ſubſtantiam, vt dictū eſt.

Genus, & ſpecies non eodem modò à Conſultis, ac à 6
Philoſophis vſurpantur; illi vocant *genus*, quod hi *ſpeciem*, vt homo, leo; illi *ſpeciem* quod hi *indiuiduum*, vt Stichus, Bucephalus, *l. non videtur* 33. vbi Gloſſ *ff.de iudic.* Pichard. *in princ.n.*20. *Inſt. quib.mod. re cont. ob.* Parlador. *different.*31.*n.*1. *cum ſeqq.* Petr. Andr. *in Logica legal.lib.*3. Bart. *in l. Maximi*, §.*duobus, ff. de leg.*2. Hermoſ. *in l.* 1. *gloſſ.*1. *n.*16. *tit.*1. *part.* 5. Genus Logicorum, generaliſſimum, ſeu ſubalternum genus appellamus, Ant. Gom. *variar.lib.*1. *c.* 12. *num.*52. Donell. *comment.lib.*8. *c.* 19. vbi Oſuald. *lit.*H. Mantic. *vbi ſupr. lib.*9.*tit.*2.*à n.*4. Minſinger & Pichard. *in* §.*ſi generaliter.Inſt.de legat.* Definitio tamen generis logici, vt ſit: Quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, Hermoſ. & Parlador, *vbi proximè*, quoad verborum corticem æquè noſtro generi conuenit; nam homo, quod genus eſt apud nos, prædicatur de Caio, & Sticho qui inter ſe ſpecie differunt ſecundum Conſultorum placitum; cum alia ſpecies ſit Caius, & alia Stichos.

Eſt cum Baldo, quem. *D. Couarr.* refert, notandum; 7
aliud dici vniuerſale reſpectu verborum, vt cum terminus vniuerſalis exprimitur; quod tamen quoad iuris effectum pro vniuerſali nõ habetur, quia vniuerſitas ea in ſuas ſingularitates reſoluitur; aliud reſpectu rei: Viuian. *ſupr. lib.*4. *c.* 1. *à n.*4. Ricci. *in prax. dec.* 179. *nu.*146. Garc. *de benefic.p.*5.*c.*9.*n.*12. Rot.*dec.*1151.*lib.*3.*p.*3. *diuerſ.* Mareſcot. *variar.lib.*2. *cap.*55. *a n.*10. hoc diuiditur in vniuerſitatem iuris, & vniuerſitatem facti: vniuerſitas iuris reperitur in hæreditate, bonorum poſſeſſione, peculio, & patrimonio; quibus aliqui dotem adiungunt: Cyriac, *tom.*2. *controuerſ.*344. *n.*8. Neguſant. *de pignor.p.*2.*membr.*4.*n.*59.*verſ. Ego autem in dote*, Bartol. *in rubric.ff.ſol. matrim.* Matienz. *in rubric.n.*1.*tit.*2. *lib.* 5.*Recopil.* & communem dixit Ripa *in d. rubric. n.*43.*ff. ſolut. matrim.* ad vniuerſitatem facti pertinent populus, feudum, maioratus, grex, & alia plurima: & licet in hæreditate vnica ſit res, vniuerſitas conſiſtit, quoniam aptitudine multa complectitur; quod in vniuerſitate facti non eſt ita: *l.ſi grege* 22.*ff. de leg.*1. *l.ſicut* 7. iuncta. Gloſſ.*ibi, ff.quod cui.vniuerſ.nom.l.hæreditas* 53. *ff. de petit.hæredit.* Bald. *in d.l. ſed & poſſeſſ.* §. *cum hæredit.* Molin. *de primog. lib.*1. *c.*16. *n.*20. Afflictis. *in prælud.feud. n.*77. Bart. *in rubric. ff. ſol. matr.* Parlador. *d. different.* 231. *n.*1. cum alija.

Ad Num. 3.

Ius patronatus, quod in Eccleſia conſtitui poteſt, triplex

plex eſt: aliud dicitur Eccleſiaſticum, aliud laicale, & tertium mixtum. Primum eſt quod competit Eccleſiæ alicui tanquam patronæ alterius, & Clerico eiuſdem nomine, vel alicui Collegio, aut Communitati Religioſorum, ſiue Clericorum. Secundum, quod laicus obtinet, vel Clericus ratione patrimonij. Vltimum, quod ſimul habent plures patroni tam laici, quàm Eccleſiaſtici, eo modo, quo dictum eſt in primo diuiſionis membro. Ita tradunt Sanch. conſ. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 51. Gonzal. ad regul. Cancellar. 8 gloſſ. 18. a num. 4. Munet. de commun. vltim. volunt. cap. 10. num 220. cum ſeqq. Rebuf. in prax. tit. de preſentat. num. 5. 7. Ceuall. commun. q. 281. a n. 7. Lambertin. de iur. patronat. libr. 1. q. 1. art. 1. Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. part. 3. alleg. 72. num. 128. Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. n. 553. cum ſeqq. Viuian. in prax. iur. patron. part. 1. lib. 1. cap. 2. n. 8. cum alijs. Hinc eſt, quod D. Couar. dum de iure patronatus generaliter agit, quod in Eccleſia habetur, minus propriè loquutus eſt, illud Eccleſiaſticum appellans, quod quædam tantum ſpecies eſt; ſed denominationem à re, in qua conſtituitur ius patronatus, aſſumpſit. Illud autem acquiritur, fundatione, conſtructione, dotatione, cap. 3. cap. nobis, de iur. patronat. cap. pia mentis, 16. q. 7. Viuian. lib. 2. cap. 9. num. 5. Lambertin. ſup. qu. 6 à num. 5. Quid de priuilegio, & præſcriptione? docet Viuian. libr. 2. cap. 5. à num. 15. & capit. 9. num. 10. cum ſequentib. & Sanch. vbi ſupr. dub. 50. & 51.

Ius patronatus Eccleſiæ abſque labe ſimoniæ vendi non poteſt, atque ita vetitum eſt, quoniam ſpiritualibus eſt annexum, cùm patronus præſentet ad beneficia, quæ
10 ſunt ſpiritualia, vt habetur in cap. quæſitum 5. de rer. permut. cap. quanto, de iudic. cap. de iure 16. de iur. patr. Sanch. conſil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 79. num. 1. D. Feliciau. de Vega Archiep. Mexicanus in d. cap. quanto, num. 112. Hermoſ. in l. 15. gloſſ. . num. 7. t. 5. part. 5. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reformat. c. 9. vbi vendenti pœna irrogatur amiſſionis iuris venditi, excommunicationis, & interdicti; quas pœnas non incurri ipſo iure, defendit Sanch. d. libr. 2. c. 3. dub. 81. &
11 videndi ſunt Thom. Delbene de immunit. Eccleſ. tom. 2. cap. 19. dubit. 24. num. 17. Tondut. quæſt. beneficial. part. 1. capit. 5. §. 1. num. 3. cum alijs; vbi ait, non propriè committi ſimoniam. Sed præmiſſa concluſio reſtringitur ad ius patronatus cum facultate præſentandi ad beneficia; nam patronus capellæ, ius ſepulchri abſque ſimonia vendere poteſt; Sanch. dub. 79. num. 4. ſed Viuian. lib. 3. cap. . num. 43. id limitat, ſi ſepulchrum ſit authoritate Epiſcopi fundatum, de quo Delbene ſupr. cap. 17. dubit. 17. à num. 9.

Sed ſi vniuerſitas bonorum vendatur, ſub qua ius patronatus continetur, ipſum tranaſertur in emptorem; cap. ex literis 7. de iur. patron. Viuian. libr. 4. cap. 1. nu. 3. Olea de ceſ-
12 ſion. iur. tit. 3. quæſt. 8. n. 26. Ceuall. quæſt. 717. à princip. Hermoſ. in d. l. 15. gloſſ. 4. num. 1. Mareſcot. dict. capit. 55. num. 6. Delbene vbi proximè num. 4. Sanch. dub. 80. num. 2. Lambertin. libr. 1. part. 1. quæſt. 5. art. 1. Imò ſi pars vniuerſitatis vendatur; veluti hæreditatis, aut Caſtri, cui ius patronatus annexum eſt. pro rata & illud in emptorem tranaſertur, Sanch. ibi num. 3. Lambertin. d. quæſt. 5. art. 16. D. Couar. infra lib. 2. cap. 18. num. 8. verſ. His verò in fine, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 24. num. 23. verſic. Hac autem, Viuian. cap. 5.
13 nu. 20. & 21. niſi pretium augeatur ratione iuris patronatus, Sanch. dict. dub. 79. n. 2. Ratio eſt, quoniam cum vniuerſi-
14 tas diſtrahitur, ſingulæ res ſub illa comprehenſæ non cenſentur venditæ; argum. l. in modicis 24. ff. de cont. empt. l. cum qui ædes 13. ff. de vſucap. l. grege autem 6. ff. de leg. 2. tranſeunt tamen per conſequentiam ad emptorem: ſic ius patronatus non venditur, nec ſimonia hoc modo admittitur, Mareſcot. nu. 10. Viuian. num. 6. qui aliter hoc explicant, aſſerentes vniuerſalitatem venditam non reſolui in ſuas ſingularitates, quod idem eſt in effectu. Quod intellige, vt infrà explicabitur, num. 10.

15 Ex quo infertur, tum quòd ſi in venditione vniuerſitatis diceretur, ius patronatus vendi, vitiaretur contractus, ſecundum communem opinionem; poſſet tamen in inſtrumento venditionis, abſque vitio illius mentio fieri acceſſoriè, vel declaratiuè, veluti aſſerendo: vende villam cum iure patronatus, vel in qua ius patronatus, mihi eſt, Viuian. n. 7. & c. 5. à n. 13. Hermoſ. d. gloſſ. 4. num. 9. Lambertin. de iur. patron. part. 2. lib. 1. art. 2. ſecunda q. principalis, Sanch. d. cap. 3. dub. 81. Tamen excepto iure patronatus, in primo 16
caſu venditio tenet, Sanch. num. 8. Viuian. dict. cap. 5. n. 22. Tum vt ſi ius patronatus euincatur ab emptore vniuerſitatis, poſſit hic agere de euictione pro tota vniuerſitate ad pretium, quod pro ea dedit conſequendum; non pro iure patronatus, quod non fuit venditum; Sanch. dict. dub. 82. in fine, Viuian. lib. 4. c. 5. n. 23.

Illud hic animaduerſatione dignum eſt, quod ius patro- 17
natus non tranſit in creditorem, etiam ſi vniuerſitas, vt caſtrum, aut villa, cui ipſum annexum eſt, detur in pignus, vt docet Sanch. dub. 84. num. 2. Barboſ. in collect. ad cap. cum Bertoldus, de re iudic. Viuian. lib. 1. capit. 2. num. 81. Lambertin. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. art. 1. & 2. Armilla. verb. ius patronatus, num. 7. Tabiena. ibi q. 13. Spin. in ſpecul. teſtament. gloſſ. 4. n. 118. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. q. 22. num. 7. Neguſant. eod. tract. part. 2. membr. 2. num. 60.

Quæ reſolutio limitatur, cum creditor rei pignoratæ fructus non tenetur in ſoriem computare, vt maritus, iuxta cap. ſalubriter de vſur. & dominus directus reſpectu rei feudalis, cap. 1. de feud. ita Sanch. num. 3. Lambertin. art. 2. Merlin. num. 10. quicquid ſentiat Barboſ. ſupr. n. 3. verſic. Ex his Sed præcipua concluſio de iure Regio difficultatem habet; cùm contrarium expreſsè ſtatuat. l. 9. tit. 15. part. 1. vbi Gregor. Lop. gloſſ. 2. notat, eſſe contra commune Canoniſtarum placitum, & in praxi eam deciſionem admitti poſſe dubitat; eam ſequitur Ceuall. quæſt. 740. num. 4.

His cognitis, ſuccedit præſens quæſtio de fundo ven- 18
dito, in quo ſita erat Eccleſia, cuius ius patronatus habebat venditor, in qua præter duas opiniones contrarias, de quibus hic, eſt tertia ſic diſtinguens; aut eſt aditus ad Eccleſiam per fundum venditum duntaxat, aut alia via etiam patet ingreſſus: primo caſu, ius patronatus in emptorem transfertur; ſecundo, non vtique huius ſententiæ fundamentum eſt in l. ſi mercedem, 55. §. 1. ff. de actione empt. vbi ita in ſepulchro decernitur, quod erat in fundo diſtracto; ſic tenent Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 15. num. 35. cum aliis, Moz. de contr. c. de nat. empt. & vend. n. 41. verſ. Quid dicendum & alij apud Hermoſ. dict. gloſ. 4. n. 11. verſ. Sed nullus. At Negatiua opinio verior, ac magis communis eſt, quam ſuſtinent vltra adductos per D. Couarr. in præſenti, Salced. in addition. ad Bern. Diaz. regul. 401. ampliat. 3. verſ. Ipſe tamen. Tuſch. ſupra lit. 1. concluſ. 612. n. 9. 18. 23. Hermoſ. vbi proximè, in fine.

Verſ. *Tertiò vtcumque.*

Hanc D. Couarr. doctrinam amplectuntur Hermoſilla, 19
& Salcedo vbi proximè, quæ proculdubio vera erit, quando ita conſtitutum fuit ius patronatus, vt non alij quam fundi domino poſſet competere; quoniam tunc, vt ſua natura fundo annexum, cum eo in emptorem neceſſariò tranſiret acceſſoriè cum vniuerſitate, ſiquidem fundus quoad ſibi annexa vniuerſitatem dicitur continere; l. fundus mihi eſt 3. ff. famil. erciſcunda. l. cum fundus, 10. ff. de l. 2. Hermoſ. n. 11. verſ. Sed nullus. Ideo autem deſideramus in conſtitutione iuris patronatus, illud annexum fuiſſe; nam magis placet, non poſſe priuatum, propria authoritate ipſum fundo annectere; Hermoſ. num. 12.

Ad Num. 4.

De hac ſecunda quæſtione conſulendi ſunt Mareſcot. 20
dict. cap. 55. à num. 11. Hermoſ. dict. gloſſ. 4. numer. 6 Lambertin. part. 2. lib. 1. quæſt. 5. art. 14. Viuian. dict. lib. 4. cap. 1. à n. 4. Menoch. conſ. 40 à num. 129. Sanch. dub. 80. num. 6. 7. Ex quibus hæc vera reſolutio eſſe colligitur, quod ſi per hæc verba: Vendo omnia bona mea. totum vendentis patrimonium vniuerſaliter verè diſtrahatur; & cum ipſa vniuerſitate, ius patronatus tranſibit, dict. cap. ex literis: at quando etiam ſi illa verba exprimantur, non totum patrimonium, ſed genus quoddam bonorum venditur, ad quod ſe referunt contrahentes; vel ſi totum patrimonium alienetur, non vniuerſaliter, ſed ſingulæ res per ſe; eo caſu, licet verbum, omnia, vniuerſitatem denotet; cùm ſit ſo-

lum verbalis, non veniet in venditione ius patronatus, niſi inter bona ſic diſtracta reperiatur caſtrum, aut villa, cui illud ſit annexum; quoniam tunc vniuerſitatem rei, cui adhæret, ſubſequetur; prout contingit, cum per ſe caſtrum, vel villa diſtrahitur, quod omnes fatentur; de quo videndus eſt Viuianus *ſuprà cap.4. à num.*16. vbi teſtatur contra D.Couarr. *hic*, Rotam decidiſſe, appellatione omnium bonorum ius patronatus comprehendi: & *n.*19. *&* 20. de venditione agens, idem docet, ac communem eſſe opinionem ait. Contrariam tamen cum *D.Couarr.* magis frequenter ſequuntur D D. vt ex præallegatis apparet, quam longiſſimè tenet Merlin. *ſup. n.*4. ſed debet iuxta præmiſſam diſtinctionem intelligi.

21 Quod autem dictum eſt, vendito vniuerſo patrimonio, & ius patronatus in emptorem tranſire; eſt limitandum, quando patronus nihil aliud, niſi id ius in bonis habebat; aut ſi aliquid vltra haberet, ſed ita exiguum, vt pretium potius pro iure patronatus, quam pro reliquo patrimonio conſtitutum cenſeatur; Viuian. *d.cap.*1. *num.* 11. Cardinal. *in d.cap. ex literis, quaſt.* 11. Roch. de Curt. *de iur. patron. verbo, ipſe, vel is à quo, quaſt.* 23. *n.* 42. Lambertin. *ſupra, art.*15. Sanch. *d.dub.* 80. *num.* 10.

Ad Num. 5

22 Indefinita oratio ex vi propriæ ſignificationis nō æquiualet vniuerſali, ſed ex interpretatione, ſecundum ſubiectam materiam, & proferentis mentem, aliquando pro vniuerſali vſurpari ſolet, aliquando non vtique; Molin. *de primogen. lib.*4. *cap.*2. *n.*17. Fulgoſ. *in l. iuris gentium, §. ſed ſi fraudandi, n.*2. *verſ. Nota ex hac parte gloſſa, col.*2. *ff. de pact. & in l. ſi ſeruitus, num.*3. *verſ. Nota ſecundum D D. ff. de ſeruitus. vrbanor. prædior.* Guttier. *vbi ſupra,* Tiraquel. *in l. boues, §. hoc ſermone, num.*5. *verſ. Hinc prodit, in* 7. *limitat. ff. de verb. ſignif.* Pacian. *d. lib.*1. *cap.*35. *n.*19. Menoch. *d. conſ.* 173. *num.* 25. Cyriac. *tom.*1. *controuerſ.* 81. *n.*4. Crauet. *conſ.* 290. *n.*4. Tuſch. *lit. S. concl.* 80. *n.*16. Corne. *conſ.* 160. *n.*6. *in fine,* Mantic. *de tacit. conuent. lib.*7. *tit.*5. *n.*12. *verſ. Neque huic.* Et licèt frequentiſſimè (vt D.Couar. *in præſenti,* D D. doceant, Vniuerſalis vicem ex benignitate indefinitam gerere, Pa-

23 cian. Tuſch. & alij *vbi proximè*; hoc non ſemper verum eſt: nam quoties apparet de mente proferentis, quod indefinitam pro vniuerſali expreſſerit, ad huiuſmodi equiualentiam nulla benignitas opus eſt; cùm teneamur ver-

24 ba iuxta intentionem dicentis intelligere, quoniam illa non ad impediendam, ſed ad ſignificandam voluntatem inuenta ſunt, quibus ſenſus ſemper eſt præferendus: Optimè Cicer. *orat.*12. *pro Aulo Cecinna, n.*53. ibi: *Voluntas, ſi tacitis verbis intelligi poſſet, verbis omninò non vteremur: ſed quia non poteſt, verba reperta ſunt, non quæ impedirent, ſed quæ indicarent voluntatem.* cap. *humana* 11. 22. *q.*5 *l.*3. *§. conditio, ff. de adimend. leg. l. ſi quis filium,* 3. *C. de liber. præter.* Carleual. *de iudic. tom.*1. *lib.*1 *tit.*3. *diſput. vlt. num.*45. Menoch. *conſ.* 803. *num.* 61. *cum alijs,* Cyriac. *tom.*2. *controuerſ.* 285. *num.* 12. Argel. *de acquir. poſſ. quaſt.* 8. *art.* 15. *n.*50. Aug. Barboſ. *de axiomatib. iur. axiom.* 222. *num.*1. *cum ſeqq.* Mantic. *de coniect. vltim. voluntat. lib.* 3. *tit.*3. *num.*9. Maximè cum indefinita apta ſit abſque improprietate ad vniuerſitatem ſignificandam, ſi ea ſit mens proferentis, licet eam præciſe per ſe non ſignificet.

Neque obſtat *l. ſi ſeruitus,* 22. *ff. de ſeruitus. vrbanor. prædior.* cui commune interpretum dictum innititur, in qua ſpeciali ratione humana interpretatio fuit neceſſaria; vt ex proximè dicendis conſtabit.

Ibi: *Verùm aduerſus hanc opinionem.*

Secundum quæ venit intelligendus Vlpianus *in l.* 2. *ff.*

25 *de liber. & poſthum.* & omiſſa Decij interpretatione, necnon quam D.Couarr. tradit, ſapit enim vitium diuinationis, dum præſupponit, quod ex textu non colligitur, videlicet, compertum fuiſſe, quem ex filijs vellet teſtator exhæredare; cùm alioquin, ſi voluntas lateret, nulli de rigore iuris poſſet exhæredatio nocere propter ambiguitatem,

26 quæ omnem vitiat diſpoſitionem; *l. duo ſunt Titij.* 30. *ff. de teſtam. tut. l. in tempus* 62. *§.*1. *ff. de hæred. inſtit. l. cum ex pluribus* 32. *ff. de manum.* teſte Guttierr. *de iuram. confirmat. p.*1. *cap.*64. *num.*1. Mantic. *ſupr. lib.*8. *tit.*4. *num.* 20. & *de tacit. conuent. lib.*12. *tit.*12. *num.*2. Salgad. *in labyrinth. part.*2. *cap.*9. *num.* 6. atque ita vel omnes cenſeri debebant exhæredati, vel nullus, niſi de quo teſtatorem ſenſiſſe appareret; & hoc, ſecundum rigorem iuris.

Relictis, inquam, prædictis interpretationibus: Dicendū eſt, illo caſu, ſecundum iuris regulas filios omnes fore ex-

hæredatione notandos; quia vbi æquè omnibus ſub vni- 27

uerſali comprehenſis conuenit indefinita, vniuerſaliter eſt accipienda neceſſariò, *l. ſi pluribus* 44. *ff. de leg.*2. vbi Bartol. Caſtrenſ. *in d. l. ſi ſeruitus,* Petr. Andr. Gammar. *in tract. de extenſionib. num.*45. Tuſch. *lit. I. concluſ.* 86. *num.*2. Menoch. ex multis, *d. conſ.* 173. *num.* 25. Guttierr. *dict. q.*83. *num.*2. D.Couarr. *infra h. cap. n.*9. quia non aliter poteſt interpretari voluntas proferentis, vt ſortiatur effectum, quem alioquin impediret ambiguitas; & cùm illa propoſitio indefinita: *Exhæredo filium meum:* Omnibus filijs pariter conueniat, cuncti debebant ab hæreditate remoueri. Sed contrarium obtinuit, ſuadente benignitate in filiorum fauo-

rem, & odium exhæredationis, quæ non eſt interpretatio- 28

ne adiuuanda, neq; ampliatione fouenda; *l. cum quidam* 19. *ff. de liber. & poſthum. cap. odia, de reg. iur. in* 6. Merlin. *de legitim. lib.*4. *tit.*1. *quaſt.*2. *n.*1. Roland. *conſ.* 59. *n.*52. *lib.*2. Ant. Gom. *variar. lib.*1. *cap.*11 *n.*12. Rota apud Farinac. *conſ.* 105. *n.*34. *lib.*2. Quæ videtur aptus ad *d. l.* 2. intellectus, in illis verbis: *Benigna interpretatione*; de quo Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ.* 20. *a n.*16. Gom. *in rubric. inſt. de actionib.*

Quibus addendum eſt, quod in illo textu non ſolum 29

benignitas, ſed etiam iuris ratio filios ab exhæredatione tuebatur; quia filij ſub poteſtate conſtituti non aliter poſſunt à paterna ſucceſſione excludi, niſi nominatim exhæredentur; *l.* 1. *& per totum tit. ff. de liber. & poſthum §.*2. *Inſt.*

de exhæredat. liber. Merlin. *lib.*5. *titul.*2. *quaſt.*1. *num.*1. No- 30

minatim autem aliquid fieri dicitur, cùm res euidenter demonſtratur, *l. nominatim.* 24. *ff. de manum. teſtam.* ſed cū pater inquit: *Exhæredo filium meum,* non oſtendit euidenter, ſe velle omnes filios exhæredes facere; ſicut quando exprimit: *Omnes filij mei exhæredes ſunto*; potuit namque de aliquo ſentire, cuius nomen obliuione, vel ignorantia prætermiſit, putans, non eſſe neceſſarium nominare illum, de quo cogitabat, quoniam omnibus notum erat, qui, ex filijs de patre teſtatore malemeritus erat, vt exhæredatione dignus eſſet: Tamen propter vim indefinitæ quæſtio fuit dubia, in qua plerique benignè pro filijs reſponderunt, inutilem eſſe exhæredationem.

Sic Vlpiano intellecto, facilis infertur ſolutio ad *d. l. ſi* 31

ſeruitus, nam illa indefinita: *Ne luminibus officiatur*: non æqualiter congruebat futuris luminibus, ac præſentibus: de his dubitari non poterat, quin ſtipulatione compre-

henderentur, non ſic de illis, ad quæ, vt incognita con- 32

ſenſus non extenditur; *Clement. vlt. de reſcrip. l. tres fratres* 36. vbi Gloſſ. *ff. de pact. l. non eſt ferendus.* 12. *ff. de tranſact.* Tuſch. *lit. C. concl.* 754. *per totam.* Aug. Barboſ. *in collect. ad cap. qui tacet, n.*12. *de reg. iur. in* 6. Alexand. *conſ.* 25. *num.*3. *lib.* 7. Barbol. *in l. de certa. C. de tranſact.* Oſaſch. *deciſ.* 90.

num. 16. Cum verò non eſt eadem ratio omnium, quæ ſub 33

Vniuerſali continentur, indefinita vniuerſaliter non accipitur; ſed vt particularis reſtringitur ad id, cui proprius conuenit; *l. quaſitum* 76. *§. illud fortaſſis, ff. de leg.*3. iuncta *l. hæres* 98. *§.* 1. *ff. eod. & l.*1. *ff. de aur. & arg. legat. l. ſi cui lana* 68. *ff. de leg.*3. vbi lana legata, tincta non debetur, ſufficitque differentia coloris, vt indefinita pro vniuerſali non cederet; nam ſi omnem lanam legaſſet teſtator, etiam tincta contineretur, cum vtraque verè lana ſit, *l. pediculis* 34. *§. Labeo, ff. de aur. & arg. leg. ſed ſi ex meis* 26. *§. fin. ff. de acquir. rer. dom.* atque eo caſu æquipollere Indefinitam Vniuerſali, negant Guttierr. & Menoch. *vbi proximè,* D.Couarr. *infrà verſ. Decimò, ab eodem,* Tuſch. *d. concluſ.* 86. *n.*29. 30. Fulgoſ. *conſ.*75. *in fine,* & omnes communiter, vnde conſtat, ſtipulationem luminum in *d. l. ſi ſeruitus,* non potuiſſe futura lumina comprehendere ex iuris rigore; atque ideò humanè fuit interpretanda mens contrahentium, vt contrarium deciderer Pomponius, indefinitâ pro Vniuerſali vſurpatâ, de quo *infrà, n.*42.

Ex his apparet, nullo modo Conſultos in illis textibus 34

integ

inter ſe diſſidere, inſpecta oratione indefinitæ differentia; nam Vlpianus agit de ea indefinita, quæ de iure debebat in Vniuerſalem tranſire, quia omnibus ſub ea contentis æquè conueniebat; & ne tranſiret, benigna interpretatione fuit opus: Pomponius verò de altera diuerſa, quæ iuxta iuris regulas non poterat pro Vniuerſali cedere, cùm non pariter omnibus comprehenſis aptaretur; & vt cederet, humanitate vti neceſſe fuit, perpenſis rationibus; quas refert D. Couarr. *infra num. 9. verſ. Septimò colligitur*, vbi de Pomponij mente iterum nobis erit agendum.

Ad Num. 6.

35 Logici, ad quos hæc præcipuè ſpectant, indefinitam, ſiuè affirmatiuam, ſiuè negatiuam in materia neceſſaria pro vniuerſali accipiunt, vt *Homo eſt riſibilis*, æquipollet illi vniuerſali: *Omnis homo eſt riſibilis: leo non eſt rationalis*, æquiualet: *Nullus leo eſt rationalis.* In materia verò contingenti pro particulari cedit, vt *Homo currit, Scholaſticus non ſtudet*, idem eſt ac, *Aliquis homo currit, aliquis ſcholaſticus non ſtudet*, vide Arriagam *vbi ſupra.*

Ad Num. 7.

36 Indefinita negatiua apud Conſultos æquiualet vniuerſali, *l. 2. §. penult. ff. de verb. ſignif.* Pacian. *d. cap. 35. n. 17.* Tuſch. *d. conclus. 86. n. 25.* Bart. *in l. ſi pluribus, num. 6. verſ. Reſtat ergo, ff. de leg.* . Geminian. *in cap. vt circa, col. 3. verſ. Tertio caſu, de elect. in 6.* & hoc ex vi propriæ ſignificationis, Pacian. pluribus laudatis, *num. 19.* nam plus operatur Negatiua ad negandum, quàm Affirmatiua ad affirmãdum, Menoch. *conſ. 1007. n. 22.* vbi alij, Tuſch. *tom. 5. lit. N. concluſ. 26.* Marc. Aur. *variar. lib. 1. reſol. 20. num. 7.* Surd. *deciſ. 343. n. 6.* Tondut. *reſolut. ciuil. cap. 18. num. 7.* quæ cum malignantis naturæ ſit, quidquid poſt ſe inuenit, deſtruit, & oppoſitum ponit; Delbene *vbi ſupra, cap. 19. dubit. 11. num. 2.*

Ad Num. 8.

37 Indefinita in lege poſita cedit pro vniuerſali; eſt communis reſolutio; Molin. *de primogen. d. cap. 2. num. 21.* Guttierr. *ſupr. num. 1. in fine*, Menoc. *conſ. 261. num. 2.* Sanch. *de matrimon. lib. 3. diſp. 44. num. 2. col. 2. ad finem*, quod limitat Molin. *ibidem, num. 27.* quoad perſonas lege comprehenſas; nam cùm debeat eſſe communis, *l. 1. l. iura 8. ff. de legibus.* quod in vna perſona, vel de vno homine indefinite ſtatuit, omnes vniuerſaliter comprehendit, Sanch. *vbi proximè*; nam quoad cætera indefinita, vt ab homine prolata, iuxta ſubiectam materiam, & Legiſlatoris mentem accipi debet, Bart. *in d. l. ſi pluribus, num. 5. ff. de leg. 2.* Dyn. *in rubric. de regul. iur. in 6.*

Verſ. *Quartò, hinc patet.*

38 In Statutis etiam indefinita pro vniuerſali vſurpatur, ſecundum magis communem ſententiam, Tuſch. *dict. concluſ. 86. nu. 17.* Roland. *conſ. 61. num. 28. lib. 3.* Pacian. *dict. cap. 35. num. 19. lit. L.* Menoch. *conſ. 4. n. 28. & dict. conſ. 261. num. 2.* Florian. *in d. l. ſi ſeruitus, nota. 2. n. 5. verſ. An autem*, Fulgoſ. *ibidem*, Geminian. *in cap. vt circa, col. 2. verſ. Secundo caſu de elect. in 6.* Quod debet limitari ſecundum quod de Lege proximè diximus. Sed cum indefinitè verbum collectiuum ponitur, vt *populus, plebs*, & ſimilia, indefinita pro vniuerſali in omni diſpoſitione accipitur; Tuſch. *lit. 1. concluſ. 87. per totam*, Decian. *conſ. 17. num. 21. lib. 1.*

Ibi: *Eritque iſthuc ſententia.*

39 Extat apud nos *l. 22. tit. 1. p. 7.* qua ſtabilitum eſt, vt ſi delinquens veniam ab aduerſarijs in cauſa, in qua pœna ſanguinis eſſet imponenda, obtineat ante ſententiam, ab ea liberetur; circa quam conſtitutionem dubitant Noſtrates, an ſufficiat cum vno eorum, ad quos vindicta ſpectat, pacem inire, vbi plures ſunt hæredes, vel conſanguinei offenſi in eodem gradu; vel oporteat omnes conſentire? & præter opiniones, quarum *in præſenti*, D. Couarr. meminit, eſt alia quæ vult ſufficere, vt maior pars aduerſariorum conſentiat; argumento *l. & ſuum hæredem, 8. §. fin. ff. de pact. & l. fin. C. qui bonis ceder. poſſ.* Sed receptius eſt, 40 omnium conſenſum deſiderari, nam quod omnes ſimiliter tangit, ab omnibus debet approbari; *l. fin. C. de author. præſtand.* de quo Greg. Lop. *in dict. l. 22. gloſſ. 6.* Aut. Gom. *variar. lib. 3. cap. 3. num. 62.* Mort. *in empor. iur. tit. 2. q. 14* Cancer. *variar. part. 2. cap. 11. num. 69.* Plaza *in epitom. delictor. cap. 46. n. 7.* Iul. Clar. *receptar. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt. 58. num. 14.* Ceuall. *quæſt. 77.* In quo eſt notandum, quod ſi extent liberi, & vxor occiſi, ſufficiet cum illa paciſci, vt reus ab ordinaria pœna liberetur, nam eadem filijs præfertur; Ceuall. *num. 6. 7.* Florez de Mena *variar. lib. 1. quæſt. 7. à num. 7.* & ſi concurrant extranei hæredes, & conſanguinei defuncti, illos eſſe præferendos in remiſſione delicti, tenent Ant. Gom. *num. 64.* Ceuall. *num. 2. cum ſeqq.* Padill. *in l. transfigere, n. 59. C. de transactionib.*

Ad Num. 9.

Sic docent Guttierr. *d. q. 83. n. 2.* Menoch. *d. conſ. 173. n. 35.* 41 Pacian. *d. c. 35. nu. 18.* Mantic. *d. n. 12.* Gratian. *diſcept. c. 341. n. 6. 7.* qui plurimos referunt, & diximus alibi; ſed hoc caſu quãdo æquè conuenit omnibus ſub vniuerſali cõprehenſis, Indefinita accipitur vniuerſaliter non ea humanitate, imò ex neceſſitate; quod planè probat. *l. ſi ita relictũ. 44. ff. de leg. 2.* vbi Pomponius quamuis in ſecundo caſu, in quo erat dubium, cum teſtator dixiſſet: *Quantum vnus heres meus habebit, tantum Sticho dari volo*; mentem diſponentis interpretatus ſit in hæredum fauorem; id facere nequiuit, quando teſtator indefinitè loquutus eſt; quoniam manifeſta, ac certa erat voluntas, atque ita neceſſariò contra hæredes reſpondit, quos valdè onerauit accipiens pro vniuerſali Indefinitam; quo caſu nulla humanitatis ratio poteſt conſiderari, imò iniquum eſſet, tantum tribuere vni legatario, quantum omnibus hæredibus, niſi verborum vis ad id compelleret; de quo ſupra *ad n. 5. in principio, num. 2.*

Verſ. *Septimò colligitur.*

Quamuis aſſeruerimus *ſuprà ad n. 5.* Pomponium in *d. l. ſi ſeruitus*, egiſſe de æquiualentia indefinitæ pro vniuerſali, 42 ſequuti D. Couarr. & alios, verius videtur, dubium illius tractus fuiſſe, an diſpoſitio, vel obligatio ad futura extendatur, ſi de eis ſpecialiter non ſit conuentum? quæ dubitatio non abſoluitur, accipiendo illam Indefinitam, *Ne luminibus officiatur*, pro vniuerſali ac ſi dictum fuiſſet, *Ne omnibus luminibus officiatur.* Adhuc enim ambigi poſſet, num lumina, quæ non erant tempore contractus, ſub ſtipulatione continerentur ex defectu conſenſus? quemadmodum ſub donatione *omnium bonorum*, futura non veniunt, Menoch. cum multis *conſ. 496. num. 115. verſ. Reſpondetur primo:* Sic procurator conſtitutus ad *omnia negotia*, vel *lites* non poteſt agere, aut tractare futuras omnino, de nouo ortas; Ceuall. plures referens, *quæſt. 498.* Similiter, qui *hæreditatem* ſuam donat, non cenſetur bona futura comprehendere; Bartol. in *l. quæſitum, §. penult. ff. de legat. 1.* Guttier. *de iuram. confirmat. part. 1. cap. 11. num. 4.* Crot. qui communem dixit *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat.* Et generaliter conſenſus non extenditur ad futura, etſi verba vniuerſalia adhibeantur, niſi iure ita cautum ſit, vt in *l. fin. C. quæ res pign. oblig. poſſ.* aut ex mente contrahentium colligatur, *l. qui cum, 9. & ibi* Gloſ. *in §. fin. verbo, tranſegit, ff. de tranſact. l. Aurelius, 29. §. 1. ff. de liber. legat. l. ſi ſtipulatus fuerim, 76. §. 1. l. ſi à colono, 89. l. cum ſtipulamur, 125. ff. de verb. obligat. cap. fin. de reſcript.* Mateſcot. *variar. lib. 2. cap. 199. à num. 8.* Melo *de induc. debitor. q. 20. per totam.* Huc reſpexit Pomponius in *d. l. ſi ſeruitus*, dum ait humanitate motus, ſtipulationẽ non officiendi luminibus, futura etiam comprehendere, adhærendo magis menti contrahentium, quam 44 verbis; vt in ſimili fecit Iuſtinianus in *d. l. fin. C. quæ res pign.* Quæ quidem humanitas valde fuit neceſſaria, quia de rigore iuris aliud erat dicendum; non ſolùm propter prædicta, ſed etiam quoniam in re dubia contra ſtipulatorem eſt reſpondendum; *l. veteribus, 40. ff. de pact. l. quidquid aſtringenda, 99. ff. de verb. oblig.* vbi Iaſon *nu. 3.* Menoch. *conſ. 179. num. 19.* Vnde infertur, *d. l. ſi ſeruitus.* nihil conducere ad

quæſtionem; an Indefinita æquipolleat vniuerſali? Neque vllo modo Vlpiano poſſe refragari *in d.l. 2. ff. de lib. & poſthum.* cum circa diuerſa verſentur: quæ interpretatio maximè comprobatur ex *l. in lege 77. ff. de contrahend. empt.* vbi in venditione fuerunt exceptæ lapidicinæ, vbicumque eſſent, & tamen Iabolenus decidit, futuras lapidicinas, ſi poſteà inueniantur, non comprehendi ſub exceptione lapidicinarum, etſi per verba vniuerſalia fuerint exceptæ.

Et ne objiciat quis nobis eiuſdem Pomponij verba, ibi: *Humanius eſt, verbo generali omne lumen ſignificari.* Ex quibus videtur ſentire Conſultus ſub verbo, *omne* vniuerſali ex ſua natura etiam futura lumina comprehendi. Aduertendum eſt, Conſultum ex ſuppoſitione per verbum, *omne lumen*, futura ſignificaſſe; nam cùm egiſſet de præſentibus, ac futuris luminibus, poſteà vſus eſt verbo vniuerſali, quo declarauit, ſtipulationem ad omnia præmiſſa extendi. Videas *ſuprà n. 31. cum ſeqq.* alium intellectum.

Verſ. *Octauò, eodem pactò.*

45 Ex dictis *ſupra, ad num. 5.* pro intellectu *huius l. 2. ff. de lib. & poſthum.* colligitur eius vera decidendi ratio: quia pater filios, vt oportet, non exhæredauit, ſcilicèt nominatim: Vodè etſi aliàs conſtaret velle omnes filios exhæredare, vel vnum certum ex illis, nihilominùs nulli exhæredatio noceret, quia neque omnes, neque vnum ſigno indubitabili euidenter demonſtrauit; cùm illa Indefinita, *Exhæredo filium meum*, dubia ſit, & indifferens, vt pro vniuerſali, vel particulari accipiatur; & interpretatiua voluntas ad exhæredationem non ſufficit; argument. *l. cum quidam, ff. de lib. & poſthum.* Spin. *d. gloſ. 20. n. 19.*

Verſ. *Decimò, ab eodem.*

46 Notandum eſt, quod auro, vel argento legato, non ſolùm rudis materia continetur, ſed etiam quicquid ex eo factum in bonis teſtatoris reperitur, *l. cum aurum, 20. ff. de aur. & argent. legat.* Menoch. *conſ. 49. num. 42. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 162. num. 28.* Tondut. *reſolut. ciuil. cap. 13. num. 13. verſ. Eadem ratione*; atque ita Indefinita, *lego aurum*, æquiualet vniuerſali, *lego omne aurum*; quamuis differentia ſit inter contenta ſub vniuerſali, vt inter maſſam auri, & anulos aureos, quibus Indefinita minus propriè videbatur conuenire, quàm rudi materiæ; quod eſt contra ea, quæ diximus de natura propoſitionis indefinitæ: hoc tamen prouenit ex communi vſu loquendi, ſecundum quem appellatione *argenti*, vel *auri*, veniunt
47 quæ ex eo facta ſunt, ſicut ipſa rudis materia; & vſus loquendi communis verborum proprietati præferendus eſt, *l. Labeo, 7. §. 1. ff. de ſupellect. legat. l. librorum, 50. §. quod tamen*, Caſſius *ff. de leg. 3.* Mulin. *de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 36.* Menoch. *conſ. 266. n. 63.* Ceuall. *com. 1. quæſt. 409.* Felician. *de cenſib. in proœm. num. 30. in fin.* Pareja *de inſtrument. edit. tom. 1. tit. 1. reſol. 3. §. 5. num. 90.* Aug. Barboſ. *in collect. ad cap. vbicunque, num. 4. in fine, de pæn. in 6.* Aduerte tamen pecuniam argenteam, vel auream, auro, vel argento legato, non deberi; Menoch. & Tondut. *vbi ſupra.* Illius loquendi ſtyli reddidit rationem Conſultus *in d. l. quæſitum, §. illud fortaſſis.*

Ad Num. 10.

48 Indefinita affirmatiua in teſtium depoſitione pro vniuerſali non habetur; quod ſecus eſt in Negatiua: Cyriac. *tom. 3. contr. 407. n. 65.* Surd. *dec. 263. n. 10.* Pacian. *d. c. 35. n. 20. cum ſeqq.* Menoch. *conſ. 73. n. 16.* Tuſch. *d. concl. 86. n. 31.* Maſcard. *de probat. concl. 1205. num. 19.* Ancharr. *in rubric. de reg. iur. in 6.* Marſil. *ſingul. 171.* Crot. *in tract. de teſtib. part. 7. num. 99. verſ. Duodecimò plenè*, Natta *conſ. 164. num. 25. volum. 1.* Quod fallit, ſi teſtis deponat indefinitè ſuper articulo continente vniuerſitatem, tunc enim Indefinita pro vniuerſali habetur; Tuſch. *vbi proximè, n. 35.* Maſcard. *num. 19.*

Verſ. *Decimò, ex his.*

Non eſt omninò ſuperflua diſtinctio *Bartoli*; nam quoties conſideratamente proferentis, & materia ſubiecta, adhuc dubium ſit, an Indefinita pro vniuerſali ſit accipienda, vel non? recurrendum erit ad odium, aut fauorem rei, de qua agitur; atque ita Bartolum ſequuntur Menoch. *d. conſ. 173. num. 27.* & alij, quos ipſe refert Tuſch. *d. concl. 86. num. 28.* Pacian. *d. cap. 35. num. 20. in addit. N.* Iaſ. *in l. 2. num. 18. ff. de lib. & poſthum.* 49

Verſ. *Decimotertiò, hinc colligitur.*

Hoc nedum eſt ita in Affirmatiua, ſed etiam in Negatiua, quæ ex vi propriæ ſignificationis æquiualet vniuerſali, vt diximus: nam ſi ex æquiualentia reſultet abſonus intellectus, Indefinita nunquam ſapit naturam vniuerſalis, Pacian. *d. cap. 35. num. 35.* 50

Verſ. *Decimoquintò, aperitur.*

De intellectu *cap. quia circa, 21. de priuileg.* latè Barboſ. *in collect. ad illud*, vbi plures refert, & nos *infrà, cap. 17. n. 143.* Quæſtio autem non eſt de æquiualentia Indefinitæ pro vniuerſali; ſed an remiſſio Decimarum extendatur ad futuras, quæ deberentur ex prædijs de nouo Monaſterio quæſitis? quæ quæſtiones intèr ſe differunt, vt conſtat ex dictis *ſuprà n. 42. cum ſeqq.* Neque enim ex eo quod indefinita pro vniuerſali accipiatur, neceſſariò ſequitur, futura, & incognita comprehendere; quandoquidem neque ipſa Vniuerſalis ex ſua natura talia complectitur, vt *ibidem* fusè probauimus. 51

AD CAPVT XIV.

De conditione, aut modo donationi adiecta in fauorem Tertij.

SVMMARIVM.

1 *Donatio perfecta dicitur, cum ad libitum donatoris nequit reuocari.*
2 *Ad perfectionem donationis inter viuos acceptatio deſideratur.*
3 *Poſt acceptatam donationem modus, aut conditio ei adijci non poteſt.*
4 *Fallit, ſi in continenti adijciatur.*
5 *In coniunctis ordo non attenditur.*
6 *Qui de interpretatione.* l. quoties 3. C. de donat. q. ſub mod. *ſcripſere.*
7 *An in obligationibus, quæ re contrahuntur, alteri per alterum actio iure ciuili quæratur?*
8 *Lex iuris antiqui correctoria non extenditur vltra caſum in ea expreſſum.*
9 *Hodie iure Regio alteri per alterum actio quæri non prohibetur.*
10 *Secundus donatarius in caſu* d. l. quoties, *dominium, aut poſſeſſionem ſine traditione non quærit.*
11 *Quid de iure Partitarum? refertur Affirmatiua.*
12 *Negatiuam qui ſuſtinent.*
13 *Explicatur.* l. 1. C. de donat. quæ ſub modo.
14 L. 7. tit. 4. p. 5. *non eſt correctoria iuris communis.*
15 *Donatio Eccleſiæ facta, modo adiecto, ſi non impleatur, agitur ad implementum, niſi expreſſum ſit, vt, modo non ſeruato, reuocetur.*
16 *Donatio prædicta non reuocatur ob omiſſionem Prælati ſolius, qui modum non implet.*
17 *Modo non impleto, qui fuit cauſa finalis donandi, donatio reuocatur; non ſi impulſiua, quia ſolum agitur ad implementum.*
18 *Modus appoſitus in donatione facta Eccleſiæ, ipſius fauore cauſa impulſiua cenſetur.*
19 *Ad reuocandam donationem ex* l. 1. C. de donat. q. ſub mod. *dominium probare oportet.*

20 *Mora,*

20 *Mora, quæ requiritur ad reuocationem donationis ob modum non impletum, purgari poteſt.*
21 *Ad reuocandam donationem ex* d.l.1. *mora non eſt opus.*
22 *Vtrum in ſpecie* d.l. quoties, *liceat reuocare pactum in fauorem Tertij poſt acceptationem principalis donatarij? traditur ſententia negatiua.*
23 *Refertur affirmatiua.*
24 *Hæc approbatur, & enucleatur.*
25 *In caſu* d.l. quoties, *nullum ius queritur ſecundo donatario ante ipſius acceptationem.*
26 *Explicatur* l.1.ff. qui ſine manum. ad libert. peruener.
27 *Hæres non poteſt pactum in fauorem libertatis per defunctum adiectum reuocare.*
28 *Exponitur* l. ſi cum fundum, ff. de pact.
29 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
30 *Donatio inter viuos ante acceptationem liberè poteſt pro libito reuocari.*
31 *Donator poteſt reuocare pactum adiectum in fauorem proprij hæredis donationi.*
32 *An valeat donatarius modum implere poſt illum reuocatum à donatore?*
33 *In re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter.*
34 *Pactum adiectum donationi in vtilitatem Tertij, poſtquam ipſe acceptauerit, reuocari nullo modo poteſt.*
35 *Donatio facta infanti, vel ei qui in ventre eſt, ſine acceptatione ſtatim irreuocabilis eſt.*
36 *Vbi iuramentum non reuocandi interuenit, an pactum in fauorem Tertij poſſit ante acceptationem reuocari?*
37 *Ex* d.l. quoties, *actio vtilis legatario non competit ſecundo, antequam acceptet.*
38 *Ex donatione non acceptata obligatio ciuilis, aut naturalis non acquiritur.*
39 *Obligatio parit actionem, & hæc ſine illa naſci non poteſt.*
40 *An per acceptationem Notarij nomine abſentis, maneat irreuocabilis donatio?*
41 *Ex conſenſu Paciſcentium claudicare contractus iurè poteſt.*
42 *Vtrum ex acceptatione Notarij acquiratur abſenti vtilis actio?*
43 *Et ſi caueatur Statuto, vt alteri per alterum actio quæratur, ad agendum ſine ceſſione ratihabitio debet præcedere abſentis.*
44 *An extante* l.2. tit. 16. lib. 5. Recopilat. *poſſit donatio antè acceptationem reuocari?*
45 *Defenditur* D. Couarruuias, *ne ſibi contrarius videatur.*
46 *Ex ſtipulatione pro abſente ante ratihabitionem nulla naſcitur obligatio.*
47 *Quæ perſonæ poſſint iure communi pro alijs ſtipulari? remiſſiuè.*
48 *Iurè Regio licèt ſtipulari alteri permiſſum ſit, donatio ante acceptationem poteſt reuocari.*
49 *Actio ſine ceſſione quando alteri per alterum quæritur? remiſſiuè.*
50 *Notario pro abſente ſtipulato actio ſine ceſſione quæritur.*
51 *An poſt aduentum diei, quo pactum in fauorem Tertij erat exequendum, poſſit reuocari, vbi nondum acceptatum eſt.*
52 *In caſu* d.l. quoties, *pactum in fauorem Eccleſiæ poteſt ante einſdem acceptationem reuocari.*
53 *Alteri per alterum iure communi licet ſtipulari fauore Cauſæ piæ.*
54 *Donatio ad pias Cauſas poteſt ante acceptationem reuocari.*
55 *Promiſſio facta Deo de erogando aliquid Cauſæ piæ eſt irreuocabilis ſine acceptatione.*
56 *D. Couarruuias ab Hermoſilla obiectione defenditur.*
57 *Nihil intereſt quoad iuris effectus inter donationem principaliter factam, & eam, quæ ſecundariò fit, vt in caſu* d.l. quoties.
58 *Donatio d[illegible] cauſa facta, re integra, ante acceptationem poteſt reuocari.*
59 *Explicatur* l. ſi ego 10. §. ſi res, ff. de iur. dot.
60 *Quod ipſis contrahentibus obſtat, & eorum ſucceſſoribus debet obſtare.*
61 *Dominium cum ſua cauſa tranſit in ſucceſſorem.*
62 *Hæres in vtilitatem, & incommodum defuncto ſuccedit.*
63 *Nemo plus iuris ad alium transfert, quam ipſe habet.*
64 *Hæres in omne ius defuncti ſuccedit.*
65 *Mandatum re integra morte eius, qui mandauit, expirat.*
66 *Reuocatio mandati ad pias Cauſas hæredi mandantis non eſt permiſſa.*
67 *Hæres donationem à defuncto factam ante acceptationem reuocare non valet.*
68 *Donatum dotis cauſa, matrimonio non ſequuto, condictione repetitur.*
69 *In contractibus innominatis etiam fauore piæ Cauſæ celebratis iure communi locus eſt pœnitentiæ.*
70 *Iure Regio in contractibus innominatis pœnitere non licet.*
71 *Quid iure Canonico, remiſſiuè.*
72 *Non permittitur hæredi donatoris reuocare pactum fauore Tertij adiectum, nondum acceptatum.*
73 *Pœna conuentionalis adiecta in fauorem Eccleſiæ, vel fiſci ſemel commiſſa, an poſſit per contrahentem remitti, antequam acceptetur conuentio? remiſſiuè.*

AD eà, de quibus in præſenti agendum eſt, ſunt videndi, Molin. *de primog. lib. 4. c. 2.* Hermoſil. *in l. 7. gloſſ. 4. tit. 4. part. 5.* Ant. Gom. *in. l. 40. Taur. à n.* 26. Pat. *Sanch. conſi moral. lib. 1. cap. 6. dub.* 1. Rodetic. Suar. *in l. quoniam in prioribus, q. 8. princip. C. de inoffic. teſtament.* Cancet. *variar. p. 1. cap. 8. de donat. à n.* 52. Iul. Clar. *recept. ſentent. libr. 4. §. donatio, q.* 3. Pat. Molin. *de iuſt. & iur. tom. 2. diſput.* 205. Gratian. *diſceptat. forens. tom. 2. c.* 332. Peregrin. *de fidei commiſ. art.* 50. 51. Menoch. *conſ.* 153.

Ad Num. 1.

Perfecta donatio, tunc intelligitur, cum reuocationi ad
libitum donatoris ſubiecta non eſt; *l. non videtur 32. ff. de* 1
donat. cauſ. mort. §. alia, vbi Pichard. *Inſt. de donation.* Her-
moſill. *in l. 4. gloſſ. 1. nu. 1. 2. tit. 4. p. 5.* Hinc eſt, vt ad perfe- 2
ctionem donationis inter viuos acceptatio donatarij regu-
lariter deſideretur, Hermoſ. cum multis *ſuprà n.* 18. Cyriac.
tom. 2. controuerſ. 315. n. 15. Iul. Clar. *d. §. donatio. q. 12. num.* 3.
Valaſc. *conſ. 55. nu* 2. quoniam ante illam liberè poteſt re-
uocari; Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 2 n. 73. cum ſeqq.* Her-
moſ. *à num.* 26. vbi plurimi, Olan. *in Concordant. antinom. lit.*
D. num. 43. cum ſeqq & lit. P. num. 56. De qua perfectione
intelligendus eſt Imperator. in *l. perfecta. 4. C. de donat.*
quæ ſub mod. vt ibi docet Gloſſa: nam poſt acceptatam 3
donationem, nulla conditio, aut modus ei adijci poterit,
inuito donatario; Fontanel. *de pact. nuptial. tom. 1. clauſ. 4.*
gloſ. 5. n. 4. Ant. Gom. *variar. lib. 2. c. 4. num.* 11. Intrigliol.
ſing. 87. num. 5. 6. Hermoſ. *in l. 8. gloſſ. 1. num. 1. d. titul. 4.*
Menoch. *conſ. 496. num.* 104. Olea *de ceſ. iur. tit. 1. q. 6. n.* 15.
Tondut. *Canonicar. quæſtion. c. 83. num.* 8. Mol. *de primog.*
lib. 1. c. 8. num 57 verſ. Si autem Franch. *deciſ. 113. num.* 5.
Decian. *conſ. 1. ex n.* 28. Lambertin. *de iur. patron. part.* 1.
lib. 1. q. 9. Caſtill. latiſſimè *quotidian. lib. 3. cap. 10. num.* 12.
& num. 3. ampliat in Principe donatore, maximè ſi ius
plenè fuerit quæſitum donatario. Sicut enim non licet do-
nationem in totum reuocare, ita nec grauamen impone-
re; per quod ius donatario quæſitum minuatur, argum.
l. qua de tota 75. ff. de rei vendic. In continenti tamen, ideſt, 4
antequam ab actu donandi diſcedatur, benè poterit con-
ditio, aut modus apponi, etſi præceſſerit acceptatio; Her-
moſ. *vbi proximè, num.* 1. Decian. *num.* 29. Peralt. *in l. 3. §.*
qui fideicommiſſa, num. 68. ff. de hered. inſtit. Fontanel. *nu.* 5.
Sed contrarium defendunt, Caſtill. *num. 50. cum ſeq.* Sar-
mient. *de redditib. Eccleſiaſt. part. 1. cap. 4. num.* 10. Ripa
reſponſ. 63. num. 6. 8. Quæ ſententiæ poſſunt, iuxta quæ di-
ximus, conciliari; nam ordo in coniunctis non attendi-
tur, *l. 2. §. ſed ſi quis, ff. de vulgar.* Quod etiam obtinet in 5
donatione, quæ à traditione incipit; ſiquidem in ipſo
actu tradendi rem donatam, grauari donatarius poterit;
deinde non ita, cum iam ſit perfectiſſima donatio; Her-
moſill. *d. l. 4. gloſſ. 1. n.* 2.

Ad Num. 2.

De interpretatione *l. quoties 3. C. de donat. quæ ſub mod.* 6
videndi ſunt Hermoſ. *in l. 7. d. tit. 4. gloſſ.* 4. Ant. Gom.
in

in l. 40. *Taur. n.*26. Mol. *ſup. lib.*4. *cap.*12. *n.*2. Iul. Clar. *d.§. donatio, q.*13. Pichard. *in §. alteri, n.*24. *Inſtit. de inutilib. ſtipulat.* Giphan. *in repet. eiuſdem leg.*

Hæc lex 3. *tit.*8. *lib.*3. Ordinam. eſt hodie *l.*2. *tit.*16. *lib.*5. *Recopilat.*

7 Sunt plures textus, qui probant Baldi concluſionem, vt quoties re contrahitur obligatio, poſſit alteri per alterum actio vtilis quæri, quas recenſet Gloſſ. fin. *in l. pen. C. ad exhibend.* Sed quoniam extant alij, ex quibus oppoſitum colligitur, Ant. Gom. *vbi proximè*, & *variar. d. lib.*2. *c.*1. *num.*18. *verſ. Item modo*, pluribus laudatis, ſic diſtinguit: Aut res poſt traditionem eius, qui dedit, perſeuerat, vt in depoſito, commodato, & ſimilibus; & tunc alteri obligatio ex conuentione contrahẽtis poteſt acquiri: *l. Publia* 26. *ff. depoſit.* Aut rei proprietas media traditione in alium tranſit, vt in mutuo; quo caſu Tertio actionem quæri iura non ſinunt, *l. certi condictio* 9. *§. quoniam, ff. de reb. cred.* Ex quo liquet, vt eum per donationem, ſubſequuta traditione, dominium in donatarium tranſeat, *l.* 1. *& per totum, ff. de donat.* ſecundo donatario ex conuentione primi, & donatoris, actio competere non poſſet, etiam a traditione inciperet donatio; quod fauorabiliter conſtitutio *d. l. quoties*, introduxit, vt tenet cum *D. Couar.* communis; Ant. Gab. *commun. lib.*3. *titul. de verb. oblig. concl.*1. *n.*76. Porti. *lib.*2. *regular. conc.*46. Cacher. *deciſ.*85. *num.*7. Coſt. *de patr. & nepot. p.*7. etſi contra teneat Pichard. *ſupr. num.*27.18. aſſerens *in d. l. quoties*, alteri per alterum actionem non quæri, ſed præter iuris regulas, vtilem concedi ſecundo donatario, quæ ipſi ante dict. conſtitutionem non competebat.

8 Quæ quidem deciſio cum correctoria ſit iuris antiqui, ſtrictè debet interpretari, vt vltra caſum ibi expreſſum minimè extendatur, etſi eadem, vel maior ratio reperiatur; D. Couar. *de matrim. p.*2. *c.*8. *§.*8. *num.*39. Menoch. *conſ.*552. *num.*15. Hermoſ. *in l.* 11. *gloſ.*1. *num.* 9. *tit.*5. *p.*5. Gutier. *practic. lib.*2. *c.*170. *num.*1. *verſ. Non obſtat fundamentum*, Dueñ. *reg.*286. Per. Barboſ. *in l. ſi conſtante, in princ. num.*106. *ff. ſol. mat.* Viui. *tom.*1. *commun. opin. lib.*1. *tit.*17. *de legib. num.* 112. Tiraq. *de iur. marit. gloſ.* 2. *num.*22. & communiter notatur in *auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Atque ita locum habere non poteſt in ſpecie textus in *l. cum res* 22. *C. de donat.* quæ diuerſa eſt, prout D. Couar. *hic* aduertit.

9 Hodie verò ſi caſus *huius legis* occurreret, aliud eſſet de iure reſpondendum, per *d. l* 2. *Recopilat.* per quam generaliter permiſſum eſt, vt alteri per alterum actio quæri poſſit, vndè creditores rectè, ſine ceſſione, filium donatarium conuenirent; Olea *de ceſſion. iur. tit.*4. *q.*9. *num.*37. Azeued. *in d. l.*2. *num.*30. Guttierr. *practicar. lib.*4. *qu.*59. *num.*25. Ant. Gom. *d. num.*18. *propè finem.* Quid autem in re Canonico, an ſcilicet alteri per alterum actio quæratur? vide Matiena. *in d. l.*2. *gloſſ.*4. *num.* 4. qui affirmatiuè reſolvit, D. Couar. *in c. quamuis pactum, part.*2. *§.*4. *n.*4. Fortun. *in l.*1. *n.*23. *ff. de pact.* Azeued. *in ead. l.*2. *n.*1.

Ad Num. 3.

10 In terminis *d. l. quoties*, magis communiter contra Decium receptum eſt, non tranſire dominium, aut poſſeſſionem, abſque traditione, in ſecundum donatarium, Fachin. *controuerſ. libr.*8. *cap.*88. *verſ. Sed in perſonam*, Alciat. *conſ.*99. *num.* 12. Guid. Pap. *deciſ.* 512. *ad finem*, Franeb. *deciſ.*74. Gratian. *diſceptat. cap.* 332. *num.* 8. Tiraquel. *de Conſtitut. amp.*30. *num.*3.4. Magon. *Florentin. deciſ.*71. *n.*8. Capye. *deciſ.* 203. Marta *vot.*49. Mantic. *de tacit. conuent. lib.*13. *titul.* 18. *num.*3. 5. 6. Cacheran. *deciſ.* 169. *num.*15. Forcatul. *dialog.*63. *n.*102. Atiſmin. Tepat. *variar. ſentent. lib.*2. *titul.*498. *in fine*, Tuſch. *practicar. concl. lit. D. concl.* 642. *num.*13. Mol. *d. diſput.*265. *num.*6. Ant. Gom. *in dict. l.*40. *num.*25. Molin. *d. lib.*3. *cap.*12. *n.*1. Menoch. *conſ.*85.

11 *num.*31. Hermoſil. *in d. l.* 7. *gloſſ.*3. *num.* 2. 3. Sed attenta *d. l.*7. *Partita*, quæ expreſsè approbat ſententiam Decij, ea pleriſque placet, atque ita traditionem, ad transferendum dominium, & poſſeſſionem, non requiri, docent. Molin. *num.* 3. Mieres *de maiorat. part.* 1. *q.*24. *à num.* 6. Saleed. ad Bernar. Diaz *reg.* 208. *verſ. Notè limita, in fine*, Par. Molin. *de inſt. & iur. diſp.*3. *num.* 18. *verſ. Quinimo voluerunt, & diſp.*265. *nu.*7. *verſ. Quoad confirmationem.* Caſtill. *quotidianar. lib.*4. *cap.*5. *num.*19. 41. *& lib.* 5. *cap.*68. *verſ. Quatenus verò*, Robles Salcedo *tract. de repræſentat. lib.*3. *cap.*12. *num.*18. Hermoſil. *vbi proximè, num.*9. Greg. Lop. *in dict. l.*7. *gloſſ.*3. Roder. Suar. *ſup. quæſt.* 8. *num.*6. Caſtill. *in l.*45. *Taur. gloſſ.* 1. *column.*2. *in fine*, & *ibi* Ioann. Lup. *num.*1.

Verſ. *Hunc verò Philippi.*

Contrarium nihilominus cum D. Couarrun. *in præſenti* 12 ſuſtinent aſſerentes, etiam ſecundum ius Partitarum traditionem eſſe neceſſariam, Anton. Gomez *ſupra*, Matienz. *in l.*8. *gloſſ.*2. *num.*21. *tit.*7. *lib.*5. *Recopilat.* Auend. *in l.*45. *Taur. gloſſ.*1. *num* 1. Febus *deciſ. Luſitan.* 83. *n.* 9. Gomez Arias *in d. l.*45. *Tauri*, *num.*5. Sed nullus ex his ſatisfacit dict. l. *Partita*, quæ apertiſſimè contra decidit, & ita communiter intelligitur.

Ad Num. 4.

Specialitatem eſſe *in l.* 1. *C. de donat. quæ ſub mod.* ipſius 13 verba manifeſtè denotant, cum ſub breuiſſimo contextu ter repetitur, *In hoc caſu:* Vt pateat, in alijs, vbi alimentorum fauor ceſſauerit, aliud fore dicendum: atque ita tenent Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.*48. *num.*65. 69. Bald. *conſ.* 250. *volum.*3. Ripa *in l. fin. num.*129. *C. de reuoc. donat.* Curti. iun. *in l. traditionibus, nu.*16. *C. de pact.* Fachinæ. *d. c.*88. *verſ. Nec obſtat*, Molin. *d. diſput.* 265. *num.* 6. Sed eo caſu competit etiam donatori condictio ob cauſam, quod ſpeciale eſt contra regulam textus *in §. ſit itaque, Inſtitut. de action.* vt notat Gloſſ. *in d. l.*1. Qui etiam agere poteſt ad implementum modi, Hermoſ. *in l.*6. *gloſſ. vnic. num.*19.22. *tit.*4. *p.*5. Surdus verò præfatam conſtitutionem reſtringit ad donationem omnium bonorum, aliàs donator iure communi vtetur, per illam conditionem ob cauſam reuocans quod donauit; accedunt Intrigliol. *dict. ſing.* 87. *n.*10. Noguerol. *allegat.*6. *num.*84.

Ad Num. 6.

Hunc intellectum *ad d. l.*7. *Partita*, diuinatorium ap- 14 pellat Molina *d. cap.*12. *num.* 4. & alios Gomezij, & Matienzi, refellit Mieres *vbi proximè.* Nec abſolutè dici poteſt per eam legem Regiam ius commune corrigi, ſi vt ſonat, admittatur, quandoquidem circa intellectum *d. l. quoties*, fuerunt diuerſæ opiniones quoad dominij, & poſſeſſionis tranſlationem, vt nuper oſtendimus; quarum alteram, etſi minus frequentem, tanquam veriorem ſuo videri earum legum conditores amplexi ſunt, quod non ſemel fecere, vt *Gregor. Lop.* pluribus in locis adnotauit; quam etiam tuentur cum Decio, Anton. Fab. *de error. pragmatic. decad.*47. *error.*8. Mol. *de rit. nuptiar. lib.*3. *q.*24. *num.*250. 251. Decian. *conſ.* 55. *n.* 3. *in princ. vol.*3. Peregr. *de fideicommiſ. art.*5. *numer.* 16. *cum ſeq.* Crauet. *conſ.* 19. *num.*9. Mieres *ſuprà num.*7.

Ad Num. 6.

Donatio facta Eccleſiæ cum grauamine, vt aliquid fa- 15 cere, vel dare teneatur; eo non impleto, minimè poteſt reuocari; ſed agitur, vt donatoris pareatur voluntati; Barboſ. *in collect. ad c. verum, n.*2. *de condit. appoſit.* Hermoſ. *in d. l.* 6. *gloſſ. vnic. num.* 26. Tondut. *reſolut. Canonicar. c.*83. *num.*4. Ioſeph. Ludouic. *Peruſin. dec.*29. *nu.*22. Bald. Nouell. *de dot. part.*6. *priuileg.* 57. Gratian. *ſupr. cap.* 517. *num.*16. Atiſmin. Tepat. *d. tit.* 498. *cap.* 11. *in fine*, Ant. Corſet. *in ſuis ſingularib. lit. C. Contrallm.* Sc aliud in conditione, docent Ioſeph. Ludouic. *num.*2[illegible] Tepat. *vbi proximè.* Quod limitatur *ex eodem cap. verum*, quando adiectum eſt in donatione, quod, modo non obſeruato, reuocetur; Surd. *d. q.*48. *num.* 70. Gratian. *dict. c.*517. *num.*7. Seſſe *deciſ. Aragon.* 31. *num.* 2. & alij, quos refert ac ſequitur Hermoſ. *num.* 27. Sed ingratitudo, vel contemptus 16 diſpoſitionis donatoris, hoc caſu non nocet Eccleſiæ, niſi ſimul Prælatus, & Capitulum omiſerint, Surd. *à num.*73.

vbi

vbi alios refert; ſequitur Hermoſil. *n.29.* Menoch. *de recuper. remed. 9. num.921.* Iul. Clar. *d. §. donatio, quaſt. 21. num.5.*

Ibi : *Sanè vbi modus.*

17 Cum modus fuit cauſa finalis, eo omiſſo, diſpoſitio reuocatur, ſed ſi ſolùm fuerit impulſiua, agitur duntaxat ad implementum; Gratian. *ſupr. tom... cap.136. num. 16. 17.* Tepat. *d. tit. 498. cap. 3. in fin.* Ant. Cotſet. *vbi proximè*, Bald. Nouell. *d.p.6. priuil.50.* Crau. *conſ. 246. n.2.* Becc. *conſ.45. num.39.* Menoch. *conſ.489. num.19. verſ. Reſpondetur ſecundò*, Parlador. *differens. 147. in fin.* vbi ad hanc diſtinctionem probandam commendat *l.48. tit. 5. p. 5. & l.41. tit. 14. ead. part.* & alios laudat Mareſcot. *variar.* 18 *lib.1. c.90. num.7.* Ex quo Eccleſia non priuatur donatis ob modum non impletum, quoniam fauore illius creditur ſemper modus eſſe cauſa impulſiua, & non finalis donandi; Hermoſ. *num.26.* Seſſe *vbi proximè*, Ioſeph. Ludou. *vbi proximè*. Cauſa autem finalis, tunc modus cenſetur, cum eo ſublato donatio non fieret; impulſiua, quando etiam ſi modus adiectus non fuiſſet, donaretur; Mareſcot. *vbi proximè*, & nos infrà *hoc lib. cap.20. num.43.*

Verſ. *Erit deindè.*

19 Sequitur Hermoſilla *num. 25.* ſed abſque dominij probatione, actionibus perſonalibus ſibi competentibus donator vti poterit, vel præſcriptis verbis ad alimenta extorquenda; *l. legem 9. C. de donat.* vel condictione ob cauſam ad repetendom donata, *d.l.1.* vbi Gloſſ. *verbo, Condictio*, quibus facilius ius ſuum perſequetur, cùm dominium difficilis probationis ſit; Cyriac. *controuerſ.537. n.8.* Maſcard. *de probat. concl.536.* & omnes communiter.

Verſ. *Quinimò, & moram.*

20 Accedunt Mieres *part.2. q. 4. illat. 8. num.190. cum ſequentibus*, Alciat. *reſponſ.181.* Cyriac. *controuerſ.247. n.42. tom.2.* Hermoſill. *n. 2.* Menoch. *conſ.131. n.6. & conſ.381. num.43.* Gregor. Lop. *in d.l.6. Partit.* Crauet. *conſ.59. n.7.* Becc. *conſ.172. num. 16. vol.2.* Galgauer. *de condit. part.2. c.3. q.7. num. 27.* Moram etſi purgare poſſit donatarius, niſi ius eius, in cuius commodum modus adiectus fuerit, 21 ſit factum deterius; tamen fallit in ſpecie *d. l. 1.* in qua moræ purgationi non eſt locus; Hermoſ. pluribus laudatis, *num. 23. 24.* Tuſch. *lit. D. concl.711. num.17.* Bald. *conſ.250. vol.3.* Cyriac. *tom.2. contron. 139. num 22.* Surd. *de aliment. titul.1. quaſt.48. num. 65.* Hæres autem donatarij omittens alimenta præſtare, donata non perdit, dum obligationem ignorat, quia nec moram committit; Cyriac. *controuerſ.374. num. 20.* Becc. *conſ.105. num.16.* Surd. *deciſ.260. num.16.*

Ad Num. 7.

22 De hac quæſtione latiſſimè Hermoſ. *in d.l.7. gloſſ.4. per totam, tit.4. part.5.* Sanch. *conſ. moral. lib. . cap.6. dub.1.* Molin. *de primogen. d. cap.2. num.74. cum ſeqq.* Anton. Gom. *in d. l.40. num. 29. verſ. Sed circa ſupradicta :* & aduerſus *Bartolum*, non poſſe donatorem reuocare pactum in fauorem Tertij, poſt acceptationem primi donatarij, affirmant Anton. Gom. *vbi proximè*, Fontanel. *de pact. nuptial. par.1. clauſ. 4. gloſſ. 9. num. 45.* Dueñas *regul. 216. in fino*, Auend. *in dict. l.40. Taur. gloſſ. 5. num. 7.* Villalob. *in antimon. iur. Ciuil. & Regij, fol.6. num 26.* Azeued. *in l.11. n.9. tit. 6. lib. 5. Recopilat.* Salced. *in addition. ad Bern. Diaz, reg.201.* Gratian. Falcon. *reg. 410.* Mieres *part.1. quaſt.13. num.13.10.* Perez, *in l. 3. tit.8. libr. 3. Ordinam.* Angul. *de meliorat. libr.1. gloſſ.8. num 21.* Coſta *de patr. & nepot. pag 9.* Menchac. *controuerſ. vſufrequent. cap.62.* Guttier. *in c. quamuis pactum, in princ. num.60. de pact. in 6.* Ceuall. *quaſt. 49. num.2 cum ſeqq.* Fachin. *lib.8. controuerſ. c. 39.* Mendoz. *diſputat. iur. lib.3. cap. 9. num.45.* Parlador. *rer. quotidian. lib.1. c. 3. n.37.* Caſtill. *quotidian. lib.4. c. 5. nu.21.* Menoch. *conſ. 723. n.22.* Quorum plerique idem ſentiunt licet primus donatarius conſentiat in pacti reuocationem.

23 Sed contrarium ſequuti Bartolum defendunt Hermoſ. *vbi ſupr. num.3.* Molin. *num.74. verſ. in primo caſu*, Sanch. *num.3* Iul. Clar. *d. lib.4. §. donatio, q.13 num.5.* Gregor. Lop. *in d.l.7. gloſſ.4.* Gomez Arias *in l. 25. Taur. num. 30.* Gabriel. *lib.3. commun. tit. de donat. concl.5. num. .* Pat. Molin. *diſp.265. num.14. cum ſeqq.* Boer. *deciſ.312.* Anton. Faber. *in Codic. tit. de donat. qua ſub mod.37. d ffinit.2.* Trentacinq. *variar. lib 3. reſol. . tit. de donat. num. 3.* Surd. *deciſ. 504. num 13.14. & conſ.150. num.102.* Mantic. *de tacit. conuent. lib.13. tit.48. num 8. 9.* Cancer. *variar. reſolut. part.1. c.8. de donat. num.51.* Gratian. *diſceptat. tom. c.4. num.4. & c.575.* Cyriac. *tom.1. controuerſ. 269. num.83.* Alciat. *in rubric. num.31. ff. de verb. oblig.* Guttier. *practicar. lib.2. q.52. num. 6.* & plurimos de hac quæſtione tractantes cumulat Caſtill. *vbi ſupr.* ac limitationes ad hanc vltimam opinionem tradit Molin. *d. diſput. 265. à num. 9.* & Hermoſ. *gloſ.4. à n.4. vſque ad finem.*

Illud compertum eſt, *Bartoli* ſententiam non admitti 24 in inſtitutione maioratus, vel alijs donationibus familiæ relictis, vt ordine ſucceſſiuo ad alios donata perueniant; nam acceptante primo donatario, quoad omnes irreuocabilis redditur diſpoſitio; Molin. *num. 75. verſ. In ſecundo caſu*, Hermoſ. *num.15.16.* Gut. *num.4.* Sanch. *num. 8.* Pat. Molin. *num.9.10.* Cyriac. *controu. 312. à n.85.*

Ex quibus apparet, quam dubium ſit diſcernere, quæ ex his magis communis opinio ſit? & quilibet, quam ſequitur, ipſam receptiorem affirmat; nihilominus *Bartoli* ſententia præſtantior & authoritate, & ratione cenſetur; ſecundum quam donator, dum à Tertio non acceptatur, quod in ipſius vtilitatem eſt pactum, non prohibetur illud etiam inuito principali donatario reuocare, niſi huius interſit pactionem in fauorem Tertij obſeruari, quoniam tunc & ipſius conſenſus erit opus; quod ita ſentiunt DD. pro Bartolo allegati; & aſſerit Sanch. *num.5.* etſi *Cancer.* donatarij primi conſenſum ſemper ad reuocationem pacti in fauorem Tertij requirat, *d. n.51. verſ. Verum autem.*

Verſ. *Contra Bartolum.*

Ad *l. quoties* reſpondetur, nullum ius in eius caſu quæri 25 ſecundo donatario ante eius acceptationem; quapropter argumentatio non procedit Hermoſ. *in d. gloſſ. 4. num.2.* Sanch. *vbi proximè*, & alij communiter.

Ad textum *in l. 1. ff. qui ſin. manum.* dicendum eſt, ſer- 26 vum illum ex vtriuſque contrahentis voluntate in hoc fuiſſe venditum, vt manumitteretur; cúmque contractus eſſet oneroſus, ſolo venditoris conſenſu libertas non potuit impediri; ſed & emptor debebat conſentire, qui cùm iam deceſſiſſet, mutare nequiuit voluntatem; alioquin ſi viueret, nec vellet ſeruum liberum fieri, libertas minimè competeret; *l. 1. ff de ſeru. ex port. l. fin. C. ſi mancip. ita fuer. alien.* quarum legum antinomia cum *d. l. 1.* ita facilè tollitur. Neque hæres emptoris conſentiendo officere valuit libertati, tum quod in eo caſu ſine hærede obijſ- 27 ſe emptorem proponitur, tum quod hæredes huiuſmodi pacta retractandi non habent poteſtatem, *d.l.3.*

Ad Num. 8.

Imò *l. ſi cum fundum 37. ff. de pact.* apertè Bartolo patro- 28 cinatur, vbi Proculus pro regula conſtituit, dominum illius fundi poſſe conuentionem ad commodum Titij factam reuocare, à qua duos excipit caſus, ſcilicet quando res non eſt integra, quia iam conuentum cœpit exequutioni mandari, vel ſi illius, qui pro vtilitate Tertij pactus fuit, adimpleri conuentionem, interſit; quæ exceptiones firmant regulam in contrarium, *l. nam quod liquida 4.* 29 *§. fin. ff. de pen. legat.* Pareja *de inſtrument. edit. tom.1. tit.2. reſolut.5. num.44.* Euerard. *in locis legal. lib. loc.9. ab exceptione ad regulam, & loc.99. ab ſpeciali*, Carleual. *de indic. tom.2. lib.1. tit.3. diſp.10. n. 40.* eáſque neque Bartolus, neque aliquis ex ſequacibus ſuis non admittent; quinimò eaſdem expreſsè tradunt, vt videre eſt apud *Hermoſillam*, & *Sanchez*; omnes enim fatentur, donationis pactum in fauorem Tertij reuocari non poſſe, vel cum primi donatarij, qui acceptauit, intereſt; Fontanell. *ſup. gloſſ. 4. in princ. num.18.* Mantic. *d. tit.48. n.9. verſic. Sed hec*, Surd. *deciſ.3.2. num.3.*

n.3.vel quando res integra non eſt, quia ſecundus donata-
rius donum accepit, Hermoſ. *n*. 11. Pat. Molin. *n*.12. Iul.
Clar.*num*.5.Sanch.*num*.10.per quod tacita inducitur acce-
ptatio, quæ ad donationis perfectionem ſufficit; Tiraquel.
*de Conſtit.p.*3.*lim*.30.*n*.11.Gonadin.*conſ*. 42. Mieres *part*.1.
q.36.*num*.22.Sanch.*num*.4.

Verſ. *Quintò, Bartoli ſententia.*

30 Hoc verum eſt, interueniente donatarij acceptatione,
aliàs donatio inter viuos liberè licet reuocare, Sanch. *de
matr.lib*.1.*diſp*. 6.*à nu* 2.vbi latiſſimè, Hermoſ.*in l*.4.*gloſſ*.1.
n.17.*tit*.4.*p*.5.apud quos plures, cum adhuc perfecta non
ſit, vt dictum eſt *ſupr n*.1.*cum ſeqq*. Hermoſ. cum plurimis
num.18.

Verſ. *Primum ſanè.*

31 Præſens aſſertio proculdubio procedit, atque ita docent
Hermoſ.*in d.l*.7.*gloſſ*.4.*num*.17.Mantic.*de tacit.conuent. lib*.
13.*tit*.48.*num*.9.*verſ.Si verò*, Gratian. *diſceptat forenſ. cap*.
405.*n*.26.27.*& d.cap*.575.*num*.12.Pat Molin.*num*.18.

Ad Num. 9.

32 Recedit ab hac ſententia Hermoſil. *d.gloſſ*. 4. *nu*.11. aſ-
ſerens, verius eſſe, non poſſe donatarium implere mo-
dum, poſtquam donatorem pænituerit. Quod verum erit,
quando donator ex implemēto modi aliquod incommodū
ſenſerit, vt in caſu *d.l.ſi cum fundum*; aliàs contrarium cum
D.Couarruuias *hic*, tenendum eſt; ſiquidem donatarius
etiam inuito donatore poterit re donata pro ſuo arbitrio
vti, & grauamen ſponte executioni mancipare, v. g. Si
Stichus ſit donatus, vt poſt quinquennium liber fiat, ſi
donator ante illud tempus mutauerit voluntatem, donata-
rius manumittere non aſtringitur; *l*.1.*C.ſi mancip.ita fuer.
alien*.poterit tamen vltrò, quinquennio tranſacto, Stichum
libertate donare; nec obſtabit prohibitio donatoris, qui
non potuit poſt perfectam donationem grauamen manu-
33 mittendi tollendo, nouum non manumittendi inducere,
cùm in re ſua quilibet ſit moderator, & arbiter; *l.in re man-
data* 21.*C.mandati*, *d.l.perfecta*; igitur donator reuocans
pactum in alterius fauorem donatarium principalem exo-
nerat, ſed non impedit vt de re ſua ad libitum diſponat. At-
que ita tenent Cancer.*d.cap*.8.*n*.52.*verſ.Vt autem*, Mantic.
dict.lib.13.*cap*.43.*num*.8.

34 Quod autem dicitur, pænitentiam donatori eſſe per-
miſſam quoad Tertium, in cuius vtilitatem pactus eſt; in-
telligitur, niſi huius acceptatio ſubſequatur; Gregor. lop.
in d.l.7.*gloſſ*.4. Cacheran. *deciſ*. 85. *n*.4.9. Molin. *d.cap*.1.
n.74.*verſ.In primo caſu*, Sanch.*num*.3.Iul.Clar.*n*.5.Hermoſ.
35 *d.gloſſ*.4.*num*.4.Gutiert.*vbi ſup.d.n* 6.vel aliud impedimen-
tum obſtet, veluti ſi ad commodum infantis, aut eius, qui
in vtero eſt, modus adijciatur; nam donatio bis facta, vt
irrèuocabilis ſit non indiget acceptatione, Molin.*d. lib*. 4.
cap.2.*num*.75.Fontanel.*d.clauſul* 4.Hermoſ.*n*.14.Sanch.*n*.4.
in fin. Mantic.*d.lib*.13.*tit*.20 *n*.5.Decian.*conſ*.1.*lib*.3.Mareſ-
cot.*variar.lib*.2.*cap*.20.*n*.1.2.Cancer.*d.c*.8.*n*. 58.

Idem quod de donatio de ipſius hærede dicendum eſt;
nam ſi ſecundus donatarius ante primum decedat, ad ſuos
hæredes commodum donationis, quam acceptauerat,
transfert; nec euaneſcit ſubſtitutio, etiam ſi nondum ve-
nerit caſus, in quo reſtitutio fieri debet; Cancer. *d.cap*.8.
num.51.*& part*.3.*cap*.21.*n*.95.Dec.*conſ*.427. Berengar. Fer-
dinand.*in cap.vnic.de fili.nat.ex.matrimon. ad Morgan. con-
tract.cap*.10.*prælud.n*.9.10.contra Peregrin.*de fideicomm.art*.
51.*n*.20.Aleiat.*conſ*.3.*lib*.8.*tom*.3.Auend.*in l*.40. *Taur. gloſſ*.
18.*n*.23.Imò ſi donatarius moriatur, antequam accepter,
ſucceſſor poterit acceptare iuxta tradita per Hermoſ. *in l*.
4.*gloſſ*.1.*num*.53.*tit*.4.*p*.5.maximè, ſi Notarius defuncti no-
mine fuerit ſtipulatus; Anton.Fab.*decad*.47.*error*.5. Sera-
phin. *deciſ*.801. *n*.4. Molin *d. c*.2. *n*.77. *verſ. Similiter*.

Ad Num. 10.

36 Sequuntur D.Couarr.*in præſenti* Pat. Molin. *diſp*. 265.
n.11.Mantic.*d.tit*.48.*num* 12. Sanch.*d.dub*.1.*n*.7.Gratian.
d.cap.575.*n*.13. Mieres *p*.1.*q*.22. *n*.37. Trentacinq. *d.reſol*.
1.*tit.de donat.n*.14.*in fine, cum ſeq*. Hermoſ.*d.gloſ*.4.*n*.9. Sed
tamen ea limitatio non videtur admittenda ad doctrinam
Bartoli ſecundum eos, qui docent, iuramento non reuocādi
donationem, non effici irreuocabilem ante acceptationem,
quos referunt Hermoſ *in d.gloſ*. 1. *n* 41.Sanch. *d.diſput*.7.
num. 24. nam ſi ſecluſo iuramento deſideratur acceptatio
ſecundi donatarij ad irreuocabilitatem pacti idem erit di-
cendum, licet accedat iuramentum, quod naturam actus ſe-
quitur, cui adhæret; *l. fin. C. de non num. pecun l fin. ff. qui
ſatiſd. cogant.l*. 27.*tit*.11.*p*.5. Sanch. *num*.14.Gutiert. *in d.
cap quamvis pactum, in princip. num*. 55. Quæ ratio æquè
viget, ſiue donator iurauerit non reuocare donationem,
in qua pactum fuit appoſitum, ſiue pactum ipſum.

Ad Num. 11.

Ex *d l. quoties*, neque vtilis actio, neque ius aliud ante 37
acceptationem ſecundi donatarij ei quæritur, Hermoſ. *d.
gloſ*.4. *nu*.5. *in fine*, Ant. Fab. *in Cod. tit. de donat.q. ſub
mod. defin*.2. & ſentiunt laudati *ſupra*, *num*. 23. licet con-
trarium probet Ant.Gom. *in l*. 40. *Taur. num*. 30. maximè 38
de iure Regio, cum nulla obligatio ciuilis, aut naturalis
oriatur ex donatione non acceptata; vt latè probat San-
chez *dict. diſp*.7. *à princip*. maximè *num*. 18. 21. vbi idem
eſſe de iure Regio defendit, non obſtante *d.l*.2.*tit*.16.*lib* 5.
Recopilat. Obligatio autem parit actionem, quæ ſine illa 39
ſubſiſtere non poteſt, *l.ſed & ſi lege* 28. §.*conſuluit*, *ff. de
petit. hæredit*. Menoch. *conſ*. 231. *num*. 29. Nec acceptatio
primi donatarij quoàd ſecundam donationem attenditur;
nam ſecundum Menoch.& alios, quos ipſe refert, *conſ*.1153.
num.2. prima donatio, ac ſecunda, ſunt diſtinctæ, & quæ-
libet principalis, quare conſenſum eius, cui donatur,
deſiderat: Sanchez *dub*.1. *num*.3.Cabed. *deciſ*.5.*p*.2.*num*.3.
Hermoſil.*vbi proximè*, nec inter illas in hoc aliqua repe-
ritur differentia, Molin. *d.c*.2.*nu*.74.*verſ.In primo caſu*. At-
que ita, ſicut nulla actio, aut obligatio quæritur primo
donatario ante acceptationem; ita nec ſecundò: quicquid
diſtinguat Anton. Gom. *ſupra*.

Eſt communis opinio, quæ habet, etiam ſtipulante 40
Notario pro abſente, ante ratihabitionem poſſe dona-
tionem reuocari, Sanch. *d. dub*.1.*n*.4.*& d. diſput*.7. *n*.1 2.
Alciat. *in c. cum contingat*, *el tercero*, *ad finem*, *de iureiur*.
Molin.*d. c*. 2.*num*. 59.74. *cum aliis*, Tiraquel.*de conſtit. p*.3.
lim.30.*num*.8. Theſaur. *deciſion.Pedemont*.70. *num*. 3.4. Sed
magis communiter *D. Couarruuias* ſententia contraria re-
cepta eſt, quam tenent Tondut. *Canonic.quæſt.c*.83.*num*.11.
Hermoſ.qui plures laudat.*d.gloſſ*.4. *num*.10. Flores de Me-
na *in Addition. ad Gammam*, *deciſ*. 8. *verſ. Vide ſi igitur*,
Ludouiſ *deciſ*.567. *numer*.3. Cacheran. *deciſ*.35. Pat.Mol.
diſp.265.*num*.10. Iul.Clar *d.q*.13. *num*. 5. Cancer. *d. cap*.8.
num. 52.*verſ. Quam tamen*, Menoch. *conſ*. 92. *num*.76.Ant.
Gom.*vbi proximè*, Coſt. *de re integr.c*.79. *num*.5. qui ferè
omnes in ſpecie *d.l.quoties*, loquuntur, quibus adde Cy-
riac. *tom*.2. *controuerſ*. 322. *per totam*, vbi à *num*. 24. pro-
bat idem eſſe in contractibus vltro, citròque obligato-
rijs, quod etiam tradit *D. Couarruu*. commone eſſe affir-
mans. *in rubric.de teſtament. p*.3. *n*. 18 Neque obſtat ratio
Sanch. *d. diſput*.7. *num*.12. vbi oppoſitum ſentit, cum alijs
ſiquidem non eſt inconueniens, vt contractus claudicet ex 41
contrahentium voluntate, cùm poſſit vnus ſe aſtringere
ex parte ſua abſque eo, quòd alter ſibi obligetur, *l.ſi cui* 23.
§.1.cum *l.ſeq. ff.locat*. Menoch. *conſ*.697.*n*.2. Quæ facilius
procedunt iure Regio, ex *l*. 2. *tit*. 16.*lib*.5. *Recopilat*.

Ad Num. 12.

An nondum ſequuta ratificatione ex ſola Notarij ſti- 42
pulatione acquiratur Tertio actio vtilis? eſt etiam quæ-
ſtio dubia, de qua Cyriac. *vbi proximè à num*. 3. Ceuallos
q.54. qui duas communes contrarias refert opiniones, &
verius ac communius eſt, non acquiri; Ludouiſ. *vbi ſupra*,
Mareſcot. *variar. lib*.2. *cap*. 20. *num*. 1. Roland. *conſ*.19.
num. 28. *lib*.1. Sed in caſu. *d.l. quoties*, acquiri ante accep-
tationem actionem, tenet Menoch. *à n*.76. vbi alios re-
fert; tamen verum non eſt ex dictis *ſuprà*, *n*.39.

Licèt

43 Licèt Statuto permittatur, quod alteri per alterum ſtipuletur: vt ex ea ſtipulatione ſine ceſſione agi poſſit, ratihabitio deſideratur; Sanch. ex alijs *d. diſp.* 7. *num.* 1 r. Molin. *d.c.* 2. *num.* 65. Caſtrenſ. *conſil.* 171. *num.* 5. *lib.* 2. Sed eo ipſo quod agit, qois ratificat; Mareſcot *ſupra, lib.* 1. *cap.* 81. *n.* 14. Deci. *conſ.* 567. *num.* 3.

Ad Num. 13.

44 Quod de iure Regio alteri per alterum poteſt ſtipulari, probauimus *ſupra, num.* 9. Non pauci ſentiunt, quod ea tante *d.l.* 5. *titul.* 8. *lib.* 3. *Ordinam.* quæ eſt *d.l.* 2. *titul.* 16. *lib.* 5. *Recopilat.* donatio abſenti facta nequit etiam ante acceptationem reuocari; Anton.Gom. *d.cap.* 4. *num.* 3. *in fine*, Pat. Moliu. *ſuprà, diſput.* 365. *in fine*, Parlador. *rer. quotidian. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 36. Roderic. Suar. *in l. quoniam in prioribus, quæſt.* 8. *num.* 7. *C. de inoffic. teſt.* Ceuall. *quæſt.* 54. *num.* 15. Ducñ *reg.* 119 *limit.* . Marienz. *in l.* 7. *gloſſ.* 1. *num.* 21. *titul.* 10. *lib.* 5. *Recop.* Dida. Per. *in l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordinam.* Angul. *in l.* 1. *gloſſ.* 5. *num.* 18. *& gloſſ.* 8. *num.* 17. *in fin. tit. de las mejoras*, Palac. *lib.* 5. *de contractib. cap* 11. *§. vt meam*, & alij apud Sanch. & Hermoſ. ſtatim laudandos.

Contrarium tamen, vt D. Couarruoias, ita & pleriſque placet, vſóque magis receptum eſt, vt teoent Hermoſ. *in l.* 4. *gloſſ.* 1. *num.* 27. *tit.* 4. *p.* 5. Guttier. *in cap. quamuis pactum, in princip. num.* 53. *de pact. in* 6. Molina *d.cap.* 2. *n.* 60. cum alijs, Sauch. *ſup. diſput.* 6. *num.* 8. Cancer. *d. cap.* 8. *num.* 14. Olan. *in concord. lit. D. numer.* 43. Auendañ. *in c. Prætor. part.* 2. *cap.* 19. *num.* 11. Noguet. *allegat.* 22. *num.* 6. Salgad. *in labyrinth. credit. part.* 2. *cap.* 26. *à nu.* 60. Caſtill. *controuerſ. lib.* 4. *cap.* 37. *num.* 39. *& libr.* 5. *cap.* 132. *num.* 19. Micies *de maiorat. part.* 1. *quæſt.* 56. *à num.* 2. *& qu.* 08. *nu.* 11. Menchac. *de ſucceſſion. creat. lib.* 3. *§.* 21. *num.* 43. Burg. de Paz iun *in ſuis q. ciuil. qu.* 10. *n.* 23. 45. Azeued. *in d l.* 2. *Recopilat. n.* 20. *in fine*, Villalob. *in antinom. iur. lit. D. n.* 175. 176.

Quas ſententias coocordat *Hermoſ.* aſſerens, primam veram eſſe, vbi donatorem voluiſſe ſe obligare ante acceptationem conſtat; ſecundam, quando id non apparet.

45 Hic obiter libet advertere in prædicta controuerſia D. Couarruuias pro vtraque parte, quaſi ſibi contrarium allegari; vt faciunt Hermoſilla, & Parlador. *rer. quotidian. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 33. 34. ſed locis, in quibus pro aduerſa parte citatur attentè perlectis, apparet; nunquam aſſeruiſſe contra id, quod in præſenti fatetur apertè, nam *in cap. quamuis pactum, part.* 2. *§.* 4. *num.* 15. *de pact. in* 6. aliorum refert exiſtimationem; quam non eſſe fundamento deſtitutam duntaxat oſtendit, ſic ille: Alijs videbitur, & id iure æquiſſimo, lege Regia probari priorem *Abbatis* opinionem, & ex ea dari actionem pollicitationi, naturalemque obligationem. Atque ideò ioqoit Parlador. *d. num.* 33. D. Couar. ibi ſubdubiè, ac nutanter fuiſſe loqootum, & io ſuam ſententiam ioclinare videri. Alter locus extat ſub *hoc capite, nu.* 2. *in fine*, in quo oullum verbom de reuocatiooe donationis, ſed agit de actiooe, qoæ Tertio abſenti datur ex conuentione inter alios inita, & adbuc dubius loquitur, vtens verbo, *videtur*. Hæc non abs re dicta ſunt, oe aliquis putaret, bac in re tantum virum palinodiam eeciniſſe.

Verſ. *Secundò deducitur.*

Adde Hermoſ. *d. gloſſ.* 4. *n.* 1. 2. 3. 10. pluresqoe laudatos *ſuprà, à n.* 37. ſecundum quos, per ſtipulationem Notarij fit donatio irreuocabilis; ſed ante acceptatiooem nihil quæritur abſenti.

Verſ. *Tertiò apparet.*

Vide Gutier. *practic. lib.* 2. *q.* 52. *n.* 6. Fontanel. *de pact. nuptialib. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 1. *n.* 4. 5. Menoch. *conſ.* 186. *n.* 14. Mantic. *d. lib.* 13. *tit.* 48. *à n.* 9. Cancer. *d.c.* 8. *n.* 52. & in maioratibus poſt quam primus acceptauerit, non eſt locus reuocationi in præiudicium vocatorum, quamuis donator, ac donatarios conſentiant, ſi irreuocabiles aliàs ſint: iuxta *l.* 43. *Taur.* Hermoſ. *in d.l.* 7. *gloſ.* 4. *num.* 15. Ceual. qui plures laudat, *q.* 249. *num.* 4.

Verſ. *Quartò ſubinfertur.*

Ea ſtipulatione pro abſente facta aote ipſius accepta- 46
tionem nullam oriri obligationem, maxime ſi perſona publica, vt Notarius, non fuerit ſtipulatus, docent Sanch. *d. diſp.* 7. *n.* 18. & alij apud eumdem. Quare poterit promiſſor à conuentis, inuito ſtipulatore, cuius nihil intereſt, reſilire; Molin. *d. diſp.* 265. *num.* 10. & diai *ſupr. n.* 24. Neque refert, qood verba promiſſionis dirigantur in præſentem, ex quo ei eius quæſitum videtur, ne abſqoe ipſius conſenſu liceat actum reuocare: Nam vbi nulla vtilitas ſtipulatori verſatur, verbo tenus eidem promittitur, & effectus, ca-quutióque tota obligationis in abſentem confertur, vt conſiderat Sanch. *ibidem*, pro quo faciunt *d.l.* 3. *ff. de ſeru. export. l.* 3. *ff. qui ſin. manum.* Sed ſtipulante Notario, reuocari oon poſſe verius eſt, vt diai *ſup. n.* 40. etiamſi eiuſdem acceſſerit conſenſus; quoniam abſentis conditionem meliorem, non deteriorem facere huiuſmodi publicæ perſonæ poſſunt; quod vtilitatis cauſa receptum eſt: ſtipulatio enim hæc proficit ad irreuocabilitatem, non ad acquiſitionem; Mareſcot. *lib.* 2. *c.* 20. *n.* 1. Ludouiſ. *deciſ.* 567. *num.* 3. Roland. *conſ.* 19. *n.* 28. *lib.* 1.

Verſ. *Secundo loco.*

Pichard. *in d §. alteri, à n.* 14. banc declarationem admittendam non eſſe ſentit, probans in *d.l. quoties*, per donatoris ſtipulationem actionem ſubſtituto donatario oon quæri; ſed ſpeciali fauore conceſſum eſſe illi, vt agere contra primum donatarium poſſit ea voluntate eius, qui donauit: vtcumque ſit, donatio ante acceptationem poterit reuocari.

Verſ. *Tertiò eſt conſiderandum.*

De hoc Sanch. latè *d. diſp.* 7. *à n.* 4. *& n.* 6. congerit per- 47
ſonas, quæ pro alijs poſſunt ſtipulari, adnotans, ad ſtipulandum requiri ſpeciale mandatum, ea Gloſ. *verbo, habuerit, in c. ſi tibi abſenti, de preb. in* 6. ex D. Couar. *infra lib.* 3. *c.* 16. *n.* 4. Burg. de Paz *vbi proximè, d. q.* 10. *n.* 12. De quo etiam videndi ſunt latè agentes, Mantic. *ſuprà, lib.* 14. *à tit.* 15. *ad* 28. Robles de Salced. *de repræſentat. lib.* 3. *c.* 18. *à nu.* 40. &
quidem iure Regio ſtipulari pro altero quilibet poterit; 48
ſed donatio reuocationi, donec ratum habeatur, ſubiacebit; Hermoſilla *in d.l.* 7. *gloſſ.* 4. *n.* 7. & dictum eſt *num præcedenti.*

Verſ. *Quartum verò ad contractum.*

Aſſentit Olea *de ceſſion. Iur. tit.* 4. *q.* 9 & in *miſcellan.* qui 49
latiſſimè de re iſta per totam quæſtionem diſſerit; cumulans caſus, in quibus ſine ceſſione alteri per alterum actio
quæritur; & *in d. q.* plurimis laudatis, *n.* 29. reſoluit ea ſti- 50
pulatione Notarij, actionem abſque ceſſiooe abſenti acquiri, notans, eſſe controuerſum, & ab vſu iam receſſiſſe, cùm rarò practicetur, vt Notarius ſtipuletur pro alio. Regulariter verò, actionem perſonalem, niſi per ceſſionem in ſingularem ſucceſſorem non transferri comptertum eſt; vt ea multis probat idem Olea in *miſcellan n.* 1. & quid de procuratore *in quæ n.* 4.

Verſ. *Quartò ex ſupradictis.*

Ita Sanchea *vbi proximè, n.* 28. Molin. *d.c.* 2. *à n.* 60. de qoo *ſuprà, n.* 44. 45.

Verſ. *Principaliter, & quintò.*

Hanc limitationem approbant, Hermoſ. *d. gloſſ.* 4. *n.* 13. vbi alios refert, Pat. Molio. *ſupra numer.* 12. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *reſol.* 1. *de donat. n.* 14. *verſ. Declara hanc.*

Verſ. *Quamobrem vt hac quinta.*

Recedit à D. Couarruuias. *Hermoſ.* cum nonnullis *vbi* 51
proximè, tradens præfatam limitationem abſolute; ait enim; poſt aduentum diei præſcripti, vt pactum in fauorem Tertij exequatur, locum non eſſe pœnitentiæ, etſi ſecundus donatarius non acceptauerit: cu-

ius fundamentum eſt, quod cum per *dict. l. Partita*, ve-
niente die reſtitutionis, dominium, & poſſeſſio, ipſo
iure tranſeant in ſubſtitutum donatarium, ius in re
iam illi quæſitum pœnitentia donatoris non eſt au-
ferendum; *l. id quod noſtrum*, 11. *ff. de reg. iur.* Sed hæc
conſideratio mouere non debet, vt à D. Couarruuias
deuiemus; nam præterquam quod non omninò com-
pertum eſt, ex *dict. l. 7. Partita*, abſque traditione domi-
nium, & poſſeſſionem in donatarium ſubſtitutum transfer-
ri, caſu reſtitutionis adueniente, vt conſtat ex notatis
ſuprà, ad n. 3. verſ. Hanc verò Philippi, etiamſi id conceda-
tur, debet intelligi præcedente ipſius ſubſtituti accepta-
tione, per quam donatio perficiatur; atque ita ſicut com-
muniter receptum eſt, etſi conſtitutio illa ſuppleat defe-
ctum traditionis, acceptationis neceſſitatem non ſuſtulit;
illud enim ad exequutionem contractus reſpicit, hoc ve-
rò ad perfectionem obligationis; nec clauſula reſpiciens
exequutionem actus, eius naturam poteſt immutare, Mo-
lin. *d. cap. 2. n. 59. 60.* D. Couar. *in rubric. de teſtament. p. 2.
n. 39.* Menoch. *conſ. 14. n. 45.* Aug. Barboſ. cum plurimis,
in tractat. de clauſul. vſufreq. clauſ. 60. Vnde cum D. Couar.
tenendum eſt, donationem non acceptatam per ſecundum
donatarium in caſu *d. l. quoties*, & *l. 7. Partita*, poſſe reuo-
cari, etiam ſi tempus adſit, quo effectum erat ſortitu-
ra; in quam ſententiam inclinat Sanch. *dict. dub. 1. n. 10.
in fine.*

Ad Num. 14.

52 Maximè dubitari poteſt de veritate huius illationis;
quoniam oppoſitum verius videtur, admiſſa vt certiore,
& receptiore ſententia, quæ docet, etiam in donatione
facta Eccleſiæ, acceptationem ad irreuocabilitatem deſi-
derari; de qua Hermoſ. *in d. l. 4. gloſ. 1. n. 28. cum ſeqq. tit. 4.
p. 5.* Sanch. *d. lib. 1. diſp. 6. n. 16.* Mol. *d. c. 2. n. 58.* Ant. Gabr.
commun. lib. 3. tit. de verbor. obligat. conc. 1. n. 72. qui plurimos
referunt, etſi contrarium tueantur alij, quos adducit Her-
moſ. *n. 29.* & Tundut. *q. benefic. c. 83. n. 10.* nam cùm in caſu
d. l. quoties, reſpectu donatarij ſubſtituti vera detur dona-
tio à prima, ac principali, diſtincta; Hermoſ. *d. gloſ. 4. n. 16.*
eadem in hac, ac in alia qualiter donatione abſolutè facta,
deſideratur, Molin. *d. c. 2. n. 74. verſ. Quod adeò*, Hermoſ.
vbi proximè, n. 3. Igitur ante acceptationem Eccleſiæ libe-
rum erit, donatori pactum in illius fauorem adiectum re-
uocare, atque ita in ſpecie tenent Hermoſ. *in d. gloſ. 4. in
princ.* Grego. Lop. *ibidem*, Sanch. *d. dub. 1. n. 4.* Molin. *vbi pro-
ximè*, Cyriac. *tom. 2. controu. 269. n. 83.* Idémque obtinebit
poſt aduentum diei ad reſtitutionem deſignati, vt nuper in
priuato probauimus.

Neque ad rem facit *l. fin. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Quoniam
ita accipienda eſt, vt tunc Eccleſia abſque traditione do-
minium rerum donatarum nanciſcatur, quando donatio
ſuam perfectionem fuerit conſequuta; quod non contingit,
niſi accedat Eccleſiæ donatariæ acceptatio; quibus adden-
da ſunt, quæ proximè ad *d. l. 7. Partita*, diximus; cum eodem
modo illi, ac legi finali, de qua agimus, ſatisfiat. Sed hæc
ſunt limitanda, quando immediate promiſſio fit Deo, vt
proximè probabitur *num. 55.* nam quod *ibi* de Cauſa pia,
etiam de Eccleſia intelligendum eſt.

53 Non magis vrget communis opinio docens, fauore Cau-
ſæ piæ poſſe alteri per alterum ſtipulari: Quod quidem
verum eſt, vt ſubſiſtat ſtipulatio, alias inutilis, *l. ſtipu-
54 latio iſta* 38. *§. alteri, ff. de verb. obligat.* non tamen vt ſine
ratihabitione fiat irreuocabilis donatio, quæ etiam facta
fauore piæ cauſæ acceptationem deſiderat, Guttier. *in d. c.
quamuis pactum, in princ. n. 55.* Molin. *d. c. 2. n. 65.* & cum
55 multis reſoluit Hermoſ. *d. l. 4. gloſ. 1. n. 28. cum ſeqq.* vbi con-
trarias refert opiniones; & hanc, quam ſequitur, limitat, ſi
in honorẽ Dei aliquid piæ cauſæ promittatur ita: *Promitto
Deo, me daturum tali hoſpitali centum*; nam hæc donatio
ſtatim efficitur irreuocabilis, & valet in vim voti; de quo
Sanch. *d. diſp. 6. n. 17.* Barboſ. *in l. 1. p. 3. n. 18. 19. ff. ſolut. matr.*
Barboſ. iunior *in collect. ad l. illud, num. 16. Cod. de ſacr. Eccl.*
Bart. *ibi, numer.* 6. Roſella, Angel. Syluest. *in ſum.* apud
Sanch. qui obſeruat in hoc ſtandum eſſe intentioni pro-
mittentis, & in dubio votum præſumi. Præterea hoc inte-
reſſe, cum quis obligatur ex voto, aut ex promiſſione, vt
homini, facta in fauorem piæ Cauſæ; nam primo caſu po-
terit obligatio tolli, aut commutari authoritate Epiſcopi
non conſentiente eo, cuius intereſt; non ſic ſecundo, cùm ſe-
mel fuerit acceptata donatio Eccleſiæ, aut piæ Cauſæ no-
mine. Ex quibus conſtat, quod etſi modus adiectus ſit in
fauorem Eccleſiæ, vel cauſæ piæ, poteſt ante acceptatio-
nem vocari quocumque tempore ab ipſo donatore.

Obijcit Hermoſ. *d. gloſ. 4. n. 13.* D. Couar. quod in eius 56
mentem non venit *d. l. 7. Partita*, quando hic conſtituit dif-
ferentiam inter Eccleſiam, & priuatum, quoad deciſio-
nem textus in *d. l. quoties*? ſed non rectè, nam cum D. Co-
uar. *ſuprà, hoc c. num. 5.* docuiſſet, ea conſtitutione non ob-
ſtante, nec dominium, nec poſſeſſionem in ſecundum do-
natarium ſine traditione tranſire, non ex obliuione, ſed
conſultò inter priuatum, & Eccleſiam diſtinxit, ob *d. l.
fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* in quo conſequenter loquutus eſt,
licet eius ſententia præcipua iure non probetur com-
muniter, vt *ibi* diximus.

Ad Num. 15.

Ex præmiſſis apparet, probabilius eſſe, modum adie-
ctum in fauorem piæ Cauſæ, vel Eccleſiæ, poſſe ante acce-
ptationem reuocari per ipſum donatorem; & ita tenent
Sanch. *d. dub. 1. n. 4.* Molin. *d. cap. 2. num. 74.* Nauarr. *in apo-
log. pro lib. monit. 60. num. 2.* & alij adducti *ſupra, num. 52. ad
medium*, quibus iungendi ſunt omnes, qui docent, dona-
tionem Eccleſiæ, vel piæ Cauſæ factam, reuocabilem eſſe
ante acceptationem, quos cumulant Barboſ. *in dict. colle-
ctan. num. 16.* Guttier. *de matrim. c. 6. num. 6.* & alij laudati *ſup.
d. num. 52. in princ.* nam inter donationem ſimplicem prin- 57
cipaliter factam, & eam, quæ per adiectionem grauaminis
in alterius fauorem fit, nulla eſt (vt ex Hermoſ. Molin. &
alijs *ſupra* obſeruauimus) differentia.

Vtrum donatio dotis cauſa facta poſſit ante acceptatio- 58
nem reuocari? controuertitur; de quo Menoch. *conſ. 91.
num. 79.* vbi pro vtraque parte aliquos refert, & verius eſt,
re integra, id eſt, antequam matrimonium contrahatur, ad
quod aliquid dotis cauſa donatum eſt, poſſe pœnitere do-
natorem; poſtea non vtique: Paul. de Caſtr. *in l. ſi ego, §. ſi
res, ff. de iur. dot.* Bald. *in l. ſicut, C. de actionib. & oblig.* Deci.
conſ. 35. num. 10. verſ. Et per illum textum.

Ad Num. 16.

Interpretatio ad *d. l. ſi ego* 10. *§. ſi res, ff. de iur. dot.* quam 59
D. Couar. contra Communem tradit, non videtur Vlpiani
menti conuenire; nam ſi, vt ipſe putat, defunctus non po-
tuit, dum vixit, mandatum illud reuocare, neque eius hæ-
res poſſet, omni dotis fauore ſecluſo; ſi quidem quod ipſis 60
contrahentibus obſtat, & eorum ſucceſſoribus obſtare de-
bet; *l. quod ipſis* 196. *ff. de regul. iur.* vbi Ræuard. qui ait, non
poſſe melioris conditionis hæredem, quàm defunctum eſ-
ſe; ſed eiuſdem cenſetur, *l. hæredem* 60. *ff. de regul. iur.* Meno-
ch. *conſil. 934. num. 44.* Cyriac. *controuerſ. 277. num. 3.* Neque
ſpecialitatem contineret, quod hæres compelleretur con-
ſentire alienationi rei ſuæ nuptijs ſequutis, ſi ad idem do-
nator præciſè teneretur: Nam dominium cum ſua cauſa 61
vadit ad ſucceſſores, *l. ſi conuenerit* 18. *§. ſi fundus, ff. de pi-
gnor. action. l. alienatio* 67. *ff. de contr. emption.* Cyriac. *ſup. n. 10.*
& hæres regulariter compelli poteſt, ad quod anteceſſor
tenebatur; *l. poſtulante* 44. *ff. ad Trebel.* Cyriac. *num. 7.* Nat-
ta *conſ. 430. num. 2.* qui in commodum, & in incommodum 62
æquè ſuccedit, *l. 3. in princ. ff. de bonor. poſſeſ.* aliàs plus iuris
haberet hæres, quam teſtator: contra regulam *l. nemo plus
55. ff. de reg. iur.*

Quibus perpenſis, dubium eſſe non poteſt, quin defun- 63
cto donatori licuerit, re integra, mandatum reuocare; quæ
facultas de rigore iuris, etiam hæredi competere debebat,
qui in omne ius teſtatoris ſucceſſit; *l. cum hæredes 23. ff. de* 64
acquir. poſſeſ. l. cum hæres 11. *ff. de diuerſ. & temp. præſcript.*
Argel. *de acquirend. poſſeſ. quæſt. 10. articul. 6. numer. 3.*
Cyriac. *controuerſ. 327. numer. 56.* Menoch. *conſ. 108. num. 46.*
Nec ex perſona ſucceſſuris natura obligationis immu-
tatur, *l. 2. §. ex his, ff. de verb. obligat.* Cyriac. *dict. con-
trouerſ.*

*trouerſ.*277.*nu.*1.Carleual.*de indic.tom.*2. *tit.*3.*diſputat.*9 *numer.* 2. cum defunctus, & hæres iuris intellectu vna eadémque perſona cenſeantur, *Auth.de iureiur.a morient.præſtit.in princ.*Carleual *ſup.*Merlin. *de pignoribus lib.*2.*quæſtion.*
65 60.*num.*7.Menoch.*de præſumpt lib.*3.*præſumpt.*47.*num.*1.Imò
potius mandatum illud, mortuo, qui mandauit, ante nuptias ſequutas debebat expirare, *l.inter cauſas* 26.*ff.mandat.* *l.mandatum* 15.*C.eod.tit.*Sed ſuadente dotis fauore, hæredis iuri derogatum eſt, atque ita non ſolum mandatum poſt mortem domini durat, verumetiam irreuocabile manet, vt fert commune D D. placitum; de quo Morla *in empor. titul.de iuriſdic.omn.iudic.n.*103. Sanch. *d. diſput.* 6. *num.*9.

Vndè colligitur in *d.§.ſi res*, minimè probari, non licere donatori pœnitere, quando in Cauſam piam liberalitatem exercet, etiamſi nulla interueniat acceptatio; Imò con-
66 trarium probat textus in *l.*1.*C.ſi mancip.ita fuer.alien.*Illud
autem ex illo textu ſolùm deduci poteſt; eam reuocationem mandati ad pias Cauſas, hæredi mandatoris non eſſe permiſſam. Nec rectè argui poteſt hoc modo: *Hæredi non licet reuocare, ergo nec teſtatori licebat*; non enim legitimè
67 infertur, quandoquidem donator ipſe poteſt ante acceptationem donationem reuocare, vt notum eſt, quod hæres eius non poteſt; Sanch.*d.dub.* . .*num.*11.& alij *infra* referendi *num.*72.vbi D.Couar.ſic docet, facitque *l.*3.*ff.de ſeru. export.*

Nec replicet aliquis, hoc eſſe contra proximè dicta; nam ſi hæres nequit reuocare donationem, quam defunctus poterat, quomodo in caſu *d.l.ſi ego*, neceſſe fuit ſpecialis fauor dotis, nè hæres reuocaret donatum, vt dicitur in *d.§.ſi res.* Nam reſpondetur; *ibi* nullam fuiſſe donationem, cùm iure ciuili ante *l.ſi quis argentum*, *C. de donation.* illa non valeret, niſi ſtipulatione, aut traditione interueniente, & vtrumque in *d.§.ſi res*, defecit; ſiquidem donum datum non eſt illi, cui donatio facienda erat, ex quo conciliatur *l.*2.*§.ſi pecuniam*, *ff.de donat.*vbi pecuniam donator tradidit donatario, atque ita valuit donatio ſub conditione, quæ ſtatim per acceptationem irreuocabilis facta eſt, tàm quoad donantem, quàm quoad hæredem, niſi ex defectu conditionis reſolueretur.

Quæ non impugnat principium *d.l.ſi ego*; quod D. Couar. allegat; in quo duplex eſt caſus. Primus quando res ita fuit tradita, vt ſtatim mulieris fieret, & reuocationi non eſt locus; cum fuerit donatio omnino perfecta;
68 *d.§.alia*, *Inſt. de donat.* Sed, matrimonio non contracto,
condictio datur ad repetendum; quaſi cauſa non ſequuta, ob quam fuit datum; *l. legem.* 9. vbi Gloſ. *C. de donat.* Secundus caſus fuit cùm res ſic eſt tradita, vt donatori maneret, dum nuptiæ non contrahebantur; quibus non celebratis, Conſultus vindicationem competere ait illi, qui tradidit; ſed non ideò negat, hoc caſu ſi donator vellet, potuiſſe pænitere, cum nullum ſit impedimentum; vt ex proximè dictis ſatis colligitur. Similiter Imperator in *d. l.legem*, donatorem præſcriptis verbis agere poſſe ad implementum modi, quem donando adiecit, dixit; nec meminit condictionis ob cauſam, quæ illi etiam ad repetendum, quod dedit, competebat. *l.* 1. *Codic. de donat. quæ ſub mod.*

Verſ. *His equidem omnibus.*

69 Sequitur Menoch. *conſ.* 296. *num.* 85. & Ruin. *conſ.* 7.
*num.*29.*lib.*1. & eſt receptius, licere, in contractibus innominatis etiam fauore piæ Cauſæ geſtis pœnitere, quod
70 de iure communi procedit; nam quoad ius Regium, prò-
pter *d.l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopil* generaliter, in huiuſmodi contractibus locus pœnitentiæ non eſt, ſed offerens vnus ex contrahentibus id, ad quod tenetur, poterit alterum præcisè compellere, vt conuentioni ſtet; quod magis obtinuit, etſi aliqui tentant; de quo Ant. Gom. *variar.lib.* 2.*capit.* 8.*numer.* 4. Parlador.*quotidianar. lib.* 2. *capit.* 3.*numer.*.32.& *different.* 135. *numer.* 10. Guttier. *de iuram. confirmat. parte prima.cap.*35.*numer.*1. Gregor.Lop. *in l.* 3. *gloſſ* 4. *titul.*6. *p.* 5. Perez. *in dict. l.* 3. *Ordinam.* Matienço *in dict. l.* 2. *Recop. gloſſ.* 1. *num.* 6. 7. Azeued. *in*
l. 1. *numer.* 6. *titul.* 21. *lib.* 4. *Recopil.* Salced. ad Bern. Diaz. *reg.* 549. Pat.Molin. *tom.* 2. *diſp.* 258 *numero octauo* Gozman *de euiction. quæſt.* 24. *a numer.* 58 Pichard. *in §.*
actionum, *quæſt.* 27. *à numer.* 57. *Inſt. de action.* Quid de iu- 71
re Canonico; controuerſum eſt; conſule vltra præallegatos, Fachin. *lib.* 11. *controuerſiar. cap* 8. Cancer. *variar part.*2. *cap.* 3. *num.* 53. Padillam *in l.naturalis*, *§.& ſiquidem*, *num.*18.*ff. de præſcript. verb.*

Ad Num. 17.

Quod hæres donatoris reuocare nequit donationem 72
non acceptatam, docent Bottel. *in ſum. deciſion. tom.* 3. *titulo decimo*, *numer.* 156. Trentacinq. *variar. libro tertio*, *titul. de donat. reſolut.* 1. *numero decimo quarto*, *verſicul. Declaro hanc*, *& verſicul. Licet donatio*, Molin. *de primogen. dict. capit.*2. *numer.*77. Iul. Clar. *dict. §.donatio*, *quæſtion,*13. *in fine*, Hermoſ. *dict. l.* 7. *gloſ.*4. *numero duodecimo.* Sanch. *dict. dub.* 1. *numero vndecimo.* Cancer. *part.* 1. *capit.* 8, *numero quadrageſimo primo.* Pat. Molin. *dict. diſputat.*.265. *numero decimo tertio.* Robles de Salced, *ſuprà*, *libro tertio*, *capit.*19. *numer.*61. Ex qua ſententia planè colligitur, mortuo donatore; validam manere donationem, acceptarique à donatario poſſe; vt docent Molin. *d. c.*2. *nu.*77. Fontanel. *part.* 1. *clauſ.*4.*gloſ.* 8. *n.* 6.7. & alij apud Hermoſillam *in dict. l.*1. *gloſſ.*4.*num.*50.

Ad Num. 18.

Aſſentit Sanch. *d. dub.*1. *in fine*, de quo Mareſcot. *variar. lib.*1. *capit.*3. *à num.*5.

AD CAPVT XV.

Fructus pendentes rei venditæ, vel aliter in alium tranſlatæ, cui debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus pendentes tempore venditionis fundi ad emptorem pertinent.*
2 *Fœtus pecorum nondum editi inter fructus pendentes numerantur.*
3 *Venditor fundi tenetur de euictione pro fructibus pendentibus, qui erant alieni.*
4 *Fundo locato vendito cum fructibus pendentibus cedunt emptori.*
5 *Re vendita, omnia cenſentur alienata, quæ illi cohærent, vel accedunt.*
6 *Fructus pendentes, & fundus, cui cohærent, eadem res cenſentur.*
7 *Vna, eadémque res diuerſo iure cenſeri non debet.*
8 *Fructus pendentes inter immobilia computantur.*
9 *Quo ſenſu fructus pendentes pars fundi eſſe dicantur.*
10 *De intellectu* l. fructus 45. ff. de rei vendicat. *remiſſiuè.*
11 *Poſt perfectam venditionem, commodum, & incommodum rei venditæ ſpectant ad emptorem.*
12 *Commodum cedit, à quo periculum incipit.*
13 *Ratio propter quam fructus pendentes emptoris fiunt.*
14 *Non diuiduntur, quia cum fundo empti ſunt.*
15 *Vtrum fructus ſati, ac collecti poſt perfectam venditionem, an ad emptorem pertineant.*
16 *Vſufructuarius nihil proprium habet in fructibus pendentibus.*
17 *Mortuo vſufructuario ante collectos fructus, omnes domino proprietatis cedunt.*
18 *Fructus pendentes tempore, quo dominium fideicommiſſi tranſit in fideicommiſſarium, ipſi debentur omnes.*
19 *Idem iuris eſt de pendentibus, cum dies fideicommiſſi cedit, nec fideicommiſſarius petere negligit.*
20 *De intellectu* l. Iulianus, §. ſi fructibus, ff. de actionib. empt. *remiſſiuè.*

21 *Penſio fundi locati, ſi pendentibus fructibus vendatur, eſt pro rata temporis diuidenda.*
22 *Penſio fundi, vel domuš locata cedit venditori, qui locauit, licet eam debeat reſtituere.*
23 *Reſpondetur pro Accurſio ad* l.defuncta, ff. de vſufruct.
24 *Quare emptor omnès fructus pendentes ſuos facit, & non totam penſionem fundi locati.*
25 *Traditur differentia inter venditorem fundi, & vſufructuarium, quoad acquiſitionem penſionis pro tempore ante venditionem, & finitum vſumfructum.*
26 *Interpretatur* l.1. in princip. ff.de iur. Fiſc.
27 *Ratio Accurſianæ opinionis traditur.*
28 *Quomodo diuiditur penſio domus, & fundi locati inter emptorem, & venditorem.*
29 *Explicatur* d.l.fin. §. fin. ff.de iur.Fiſc.
30 *Emptor ſtare locationi non tenetur.*
31 *Fallit, ſi fiſcus, qui locauit, vendiderit.*
32 *Emptor qua actione conſequi poterit penſionem ſibi debitam, quia colonus poſt venditionem vſus eſt fundo vendito.*
33 *An redimens rem ex pacto retrouendendi, fructus omnes pendentes ſibi quærat, ſolutis expenſis? refertur Affirmatiua.*
34 *Contraria approbatur.*
35 *Ratio redditur.*
36 *Limitatur vera ſententia primò.*
37 *Fundo vendito cum fructibus pendentibus proximis collectioni, & cum pacto retrouendendi, licet fundus eodem tempore ſequentibus annis redimatur, fructus pendentes redimentis non fiunt.*
38 *Limitatur ſecundò ſententia approbata ſuprà*, n.34.
39 *Reſpondetur ad obiectionem.*
40 *Quomodo facienda ſit diuiſio fructuum pro rata temporis.*
41 *Fructibus fundi legatis in ſingulos annos quoad viuat legatarius, eo mortuo poſt inceptum annum omnes hæredi legatarij debeatur.*
42 *De retractu ex iure ſanguinis qui tractant.*
43 *Fructus omnes, qui pendebant tempore emptionis, ad retrahentem iure ſanguinis pertinent.*
44 *Exponitur* D.Couarr. *ne contra Communem loquutus videatur.*
45 *Fructus ſati, ac percepti poſt emptionem ante moram, aut litis conteſtationem, ad conſanguineum retrahentem non ſpectant, ſed ad emptorem.*
46 *Conſueta apponi in contractibus, ſi omittantur, an pro expreſſis haberi debeant?*
47 *Redimens cenſum tenetur ad redditus decurſos vſque in diem, quo redimit, pro rata temporis.*
48 *Idem eſt, ſi redditus ſoluendi ſint in fructibus, etſi tempus collectionis non venerit.*
49 *Lege poſitiua ſecluſa, licet cenſum conſtituere, vt redditus in pecunia non ſoluatur.*
50 *Non eſt prohibitum in Hiſpania cenſum irredimibilem, aut reſeruatiuum conſtituere, vt redditus in vino, frumento, aut alia ſpecie præter pecuniam ſoluantur.*
51 *Clerici in bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis, ſucceſſorem ex teſtamento, vel ab inteſtato habere iure communi non poſſunt.*
52 *Contrarium in Hiſpania obſeruatur.*
53 *An liceat Clericis de prædictis bonis teſtari in vſus non pios in Hiſpania?*
54 *Epiſcopi in Hiſpania de illis bonis teſtari, aut ſucceſſorem ab inteſtato habere non valent.*
55 *Poſſunt teſtari de bonis aliundè quæſitis, dum Epiſcopatu fungebantur.*
56 *Quomodo diuidendi ſunt fructus, mortuo beneficiario, inter ipſius hæredem, & beneficiarium ſuccedentem.*
57 *In primis ſtandum eſt Epiſcopatus conſuetudini.*
58 *Bulla Pij Tertij circa diuiſionem fructuum beneficiorum in Hiſpania in vſu non eſt.*
59 *Quomodo diuidendi ſunt fructus inter reſignantem, & reſignatarium beneficij.*
60 *Penſio Eccleſiaſtica diuidenda eſt pro rata temporis inter hæredem penſionarij, & eum, cui illa vacat.*
61 *Fructibus omninò deficientibus, beneficiarius ſoluere penſionem non debet.*
62 *Idem eſt, ſi tantum percipiantur neceſſarij ad Congruam miniſtrantium ſpiritualia.*
63 *Deminutio fructuum non minuit penſionem extra caſus prædictos.*
64 *Fructus pro rata temporis diuiduntur inter commendatariorum Ordinum Militarium hæredes, & ſucceſſorem in commendam.*
65 *De diuiſione fructuum inter hæredes feudatarij, & eum, qui ad feudum admittitur.*
66 *Feudum eſt beneficium, quod datur propter officium.*
67 *A quo tempore dominium, & fructus rei legatæ pertinent ad legatarium.*
68 *Quid quando res certa teſtatoris in ſpecie legabatur.*
69 *Iure Regio verum dominium tranſit in legatarium à morte teſtatoris.*
70 *Omnia teſtamento relicta iure communi pendent ab adita hæreditate.*
71 *Iure Regio legata debentur, licet hæreditas non adeatur.*
72 *Quando tranſeat dominium rei legatæ in legatarium, ſi non legetur res propria teſtatoris in ſpecie.*
73 *Fructus debentur legatario, ex quo dominium tranſit in ipſum non fictè, ſed verè.*
74 *Idem eſt in fideicommiſſo particulari.*
75 *Quid in vniuerſali? remiſſiuè.*
76 *De diuiſione fructuum maioratus.*
77 *Pœnæ Fiſcales quomodo diuidendæ inter hæredes poſſeſſoris maioratus, & ſequentem.*
78 *Succedens immediatè maioratus fundatori, omnes fructus pendentes acquirit.*
79 *Refertur ſententia tenentium, fructus pendentes maioratus ad ſucceſſorem eius pertinere.*
80 *De alijs fructuum diuiſionibus; remiſſiuè.*

FRuctus pendentes tempore venditionis fundi ad emptorem pertinere, niſi aliud ſit expreſſum, nullus inficiatur; atque ita docent Ant.Gom. *variar. lib.2. c.2.n.11.* Molin. *de primogen. lib.3. c.11, num.*8. Donell. *commentar. lib.13. c. 4. in princip.* Auendaño *de cenſib. cap.*56. *num.*1. *cum alijs,* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. à nu.37.* Moz. *de contractib. tract. de emption. titul. de naturalib. emption. num.*43. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib. 4. tit.16. num.41. cum ſeqq.* Lugo *de iuſt. & iur. tom.2. diſp.26. n.*209. *verſ. Regula generalis,* Valenzuel. *conſ.59. nu.11.12.* Ant. Faber. *de errorib. decad. 11. error. 3. verſ. Nihil autem,* Cancer. *variar. p.1. c. 13. n. 94.* Caſtill. *de vſufruct. c.42. à n.7.* Paz *in prax.tom.3.c.6. §.2. n.6.* ſiue maturi, ſiuè immaturi extent; Hermoſ. *in l.28.gloſſ.2.num.6.tit.28.p.5.* & omnes communiter, quicquid Theſaur. *deciſ.66. n.5.* diſtinguat. Fœtus etiam pecorum nondum editi emptori gregis cedunt, nam & hi fructibus pendentibus annumerantur; Parlador. *different.124.§.1.n.8.* Palac.Rub. *in rubric. de donat. §.62.n.12.* Matienço *in l.4.gloſſ.1.n.4. tit.9. lib.5. Recopilat.* 1 2

Quod adeò verum eſt, vt ſiquis fundum, quem, fructibus pendentibus exceptis, emerat, eiſdem nondum perceptis, abſolutè vendiderit, illi fructus quoque venditi exiſtimentur; non vt eos emptor retineat, ſed vt venditor de euictione teneatur; Lugo *ſupr.* niſi ille ſciret tempore contractus fructus, qui pendebant, ad primum venditorem ſpectare; Hermoſ. *in l. 18. gloſſ.1. à n. 17. tit.5. p.5.* Ant.Gom. *ſupra n.12.* Cancer. *variar. part.1.c.8. de donat. à n* 71. Petr. Barboſ. *in l.diuortio, in princ. part.2. n.82. & in §.fin.n.125.cum alijs.* 3

At ſi fundus locatus, fructibus pendentibus, diſtrahatur, neque conuenerint contrahentes de ſtando locationi, eos emptor ſuos facit, venditórque ad intereſſe colono tenebitur; *l.fin.ff.de iur. Fiſc.* Hermoſ. *in d.l.28.gloſ.2.n.59.tit.5. p.5.* Mantic. *d. lib.4.tit. 24. n. 44.* quod pariter in colono partiario procedit; Hermoſ. *n.66.* vbi alij, Mantic. *d.tit.16. n. 45.* Idem quod de fructibus pendentibus dictum eſt, ad penſiones rerum, quæ naturaliter fructificant, vt fundus, extenditur; nam ſi illæ, fructibus pendentibus, vendantur, totam penſionem emptori cedere, tenent Mantic. *ſup. tit.24. n.44.* Hermoſ. *vbi proximè, à n.58.* de quo tamen videas inferius dicenda ex *n.21.* 4

Ad

Ad Num 1.

5 Vendita re, omnia alienari cenſentur quæ illi cohærent,
vel accedunt; *l. in modicis 24. l. ade ſacra 73. ff. de cont. empt.*
d. l. 28. tit. 5. p. 5. necnon quæ quaſi pars eiuſdem haben-
tur, *l. Iulianus 14. §. vlt. ff. de act. empt.* Mantic. *ſupra, tit. 5. per*
totum. Ant. Gom. *n. 13.* Hermoſ. *d. gloſ. 1. n. 1.* Tuſch. *practic.*
6 *concl. lit. F. concl. 72. n. 7.* Cum autem fundo fructus pen-
dentes naturaliter cohæreant, ideò venditi intelliguntur, ſi
nihil de ipſis dictum ſit, ſiquidem vna eademque res per
cohærentiam, fundus, & fructus ſunt, quæ diuerſo iure
7 cenſeri non debent, *l. in rem 24. §. item quæcumque, in fine, ff.*
de rei vendicat. l. cum, qui ædes, ff. de vſuc. Eſcobar *de ratiocin.*
libr. 1. comp. 26. num 3. Hermoſ. *num. 7.* Merlin. *de pignor.*
lib. 2. quæſt. 33. num. 37. Guttier. *Canonic. lib. 2. c. 8. num. 6.*
Cyriac. *controuer. to. 2. controuerſ. 297. num. 49.* Ant. Gom.
num. 14. Ex qua identitate idem Gomez. *in l. 40. Taur. num.*
74 verſ. Tertio facit, poſt Bald. *in cap. 1. col. fin. in fin. de*
8 *pac. tenend. & eius violator.* infert, quod ſi Statuto cauea-
tur, vt propter delictum aliquod bona mobilia rei publi-
centur, non comprehenduntur fructus pendentes, nam ra-
tione fundi, inter immobilia computantur; Merlin. *ſupr.*
quæſt. 49. num. 3. Parlador. *rer. quotidian lib. 2. cap. fin. §. 3.*
num. 13. Tiraquel. *ſupr. num. 37. 44.* Guttier. *d. cap. 36. num. 7.*
Caballin. *milleloq. 318.* Mantic. *de coniectur. vltim. voluntat.*
lib. 9. tit. 3. num. 7. Vnaque ſubſtantia tales fructus cum fun-
do cenſentur, vt inquit Guttier. *num. 5.*

9 Sunt fructus pendentes (vt D. Couarr. docet) pars In-
tegralis fundi ex ſuppoſitione. Pro cuius intelligentia ſcire
oportet, partes integrales cuiuſque rei abſolute dici, quæ
ita eam componunt, vt, vna dempta, ipſa res non ſit inte-
gra, nec completa; vt omnia membra, reſpectu corporis
humani, ſunt partes integrales; nam ſi abſit manus, vel
pes, illud non erit integrum, & perfectum, ſed mutilum;
cùm naturaliter ad ſui perfectionem, & Integritatem, ſuis
omnibus membris debeat conſtare. Diſſimiles ſunt fructus
reſpectu fundi, cùm ad huius integritatem, & complemen-
tum illi neceſſarij non ſint; quare non minus integer erit
fundus, licet fructus pendentes non habeat; ea accidenti
tamen cum fundo hoc, cui adhærent, vnum totum conſti-
tuunt; quo ſenſu pars illius integralis dici poſſunt, veluti
cùm lapidum aceruo alius lapis adijcitur, qui pars inte-
gralis illius incipit eſſe ex ſuppoſitione, quod alijs con-
iunctus eſt; non quia, illo dempto, aceruus haud integer
eſſet. Quæ comprobat communis doctrina, quæ habet,
promittentem ſimpliciter fundum, ipſum ſine fructibus
præſtando, liberari; *l. ſi filius fam. 78. §. 1. ff. de verb. obligat.*
Carol. Molin. *in l. vnic. num. 202. C. de ſentent. quæ pro eo*
quod intereſt. Barboſ. *in d. l. diuortio, in princ. num. 80.* Guttier.
vbi proximè, num. 17.

10 Sic intelligendus eſt Conſultus in *l. fructus 45. ff. de rei*
vendicat. qui ideò verbo, *videntur*, vſus eſt; vt inſinuaret,
fructus non abſolutè fundi partem dici, dum pendent, de
cuius textus interpretatione, Caſtill. *libr. 1. de vſufruct.*
capit. 2. num. 39. Guttier. *de tutel. part. 3. capit. 36. a num. 16.*
Auendaño *vbi ſupra*, licet D D. ſine diſtinctione paſſim
dicant, fructus pendentes fundi partem eſſe; Eſcobar. *de*
ratiocin. part. 2. comput. 9. num. 3. Hermoſ. *d. gloſ. 1. numer. 7.*
Menoch. *de arbitr. caſ. 156. numer. 3.* Ant. Gom. *d. l. 40. nu-*
mer. 74. verſ. Quia tales. & verſ. Tertio facit. Paz *in praxi*
dict. §. 2. numer. 7. Lugo *vbi ſupr.* Cancer. *d. cap. 13. numer. 94.*
Cyriac. *tom. 3. controuerſ. 490. numer. 56.* Mantic. *de tacit.*
lib. 11. tit. 13. num. 11. Trentacinq. *variar. lib. 3. reſolut. 6. de*
empt. num. 1.

Ad Num. 2.

11 Etſi periculum, & commodum rei venditæ, poſtquam
de re, & pretio inter contrahentes conuenit, quo ven-
ditio perficitur, ſpectent ad emptorem, *l. id, quod 7. ff. de*
peric. & com. rei vend. l. neceſſario 8. eod. Cyriac. *tom. 1. con-*
trouerſ. 139. numer. 23. Menoch. *conſ. 26. numer. 16.* Pichard.
in §. cum autem, num. 1. Inſtitut. de empt. Pat. Molin. *de iuſt.*
& iur. diſp. 366. numer. 11. Morl. *in empor. iur. part. 1. titul.*
de emption. in prælud. numer. 103. Afflict. *deciſ. 399. numer. 8.*
D. Larrea *Granatenſ. deciſ. 69. numer. 5.* Ant. Gom. *dict. ca-*
pit. 2. numer. 32. Hermoſ. *in l. 53. gloſſ. 3. à numer. 2.* Ant.
Fab. *lib. 2. coniecturar. capit. 4.* Ex hoc nullum fundamen-
tum ſumi poteſt, vt fructus pendentes ad emptorem per- 12
tinere dicamus, quandoquidem commodum debet cede-
re, à quo periculum incipit: quare habenda ratio non eſt
periculi imminentis poſt contractum ad acquirendos
fructus, qui antea fuerant producti. Ratio verò potiſſima, 13
propter quam fructus pendentes debentur emptori, eſt:
quia intuitu eorum plus pretij pro fundo ſoluit, cuius
valor propter cohærentes fructus augeſcit; Menoch. *conſ.*
13. numer. 7. Guttier. *dict. capit. 36. num. 18.* Barboſ. *in dict.*
l. diuortio, in princip. num. 81. Fabian. de Monte *de emption.*
quæſt. 6. numer. 1. Tiraquel. *vbi ſupr.* Hermoſ. *in d. l. 28. gloſ. 2.*
numer. 7. & 8. vbi ex alijs notat, matrem non pluris æſti-
mari, quia prægnans eſt, *l. in lege falcidia 9. ff. ad l. falcid.*
& hoc propter periculum partus.

Ex quo euenit, vt hi fructus non ſint diuidendi, ſed 14
omnes emptori relinquantur, quorum omnium pretium
numerauit, vt proximè laudati D D. affirmant.

Ibi : *Alioquin perceptis à venditore.*

Dubia quæſtio eſt, quæ tangitur in præſentiarum; & 15
magis receptum videtur, vt fructus ſati ac etiam col-
lecti poſt perfectam venditionem; & ante traditionem
fundi, ac pretij, regulariter emptoris fiant; de quo la-
tius *infra*, D. Couarruuias. *libr. 1. capit. 4. num. 7.* Hermoſ.
vbi proxime à numer. 12. Anton. Gom. *dict. cap. 2. num. 11.*
Moz. *dict. titul. de naturalib. emption. num. 43.* Valaſc. *de par-*
titionib. capit. 28. num. 8. Cancer. *ſup dict. c. 13. numer. 4.*
Sacaccia *de commerc. §. 1. quæſt. 7. part. 1. ampliat. 8. num. 77.*
Quid in venditione conditionali, docent Mantic. *ſupra,*
de tacit. conuent. libr. 4. titul. 26. à nu. 10. Carroc. *deciſ. 51.*
Barboſ. *in l. ſi mora, numer. 101. ff. ſolut. matrim.* vbi ait,
ſi conditio ſit caſualis, fructus emptori cedere; ſecus ſi
poteſtatiua. Sed in prædictis caſibus, emptor tenetur
vſuras pretij non ſoluti ſolvere, niſi venditor fuerit in mo-
ra, Cancer. & alij *ſupr.*

Verſ. *His accedit.*

Vſufructuarius in fructibus pendentibus; imò neque 16
in illis, qui per ſe ex arboribus decidunt, nullum ius
quærit, ſed eos per ſe, vel per alium colligendo, ſuos
facit; vnde ſi vſusfructus morte, vel aliâ ratione extin- 17
guatur, fructus minimè diuiduntur, ſed domino proprie-
tatis remanent, qui tamen expenſas ſoluere compelletur;
l. ſi vſufructuarius 13. ff. quib. mod. vſusfruct. amittat, l. 3.
titul. 8. part. 3. §. in verò, Inſtitut. de rer. diuiſ. l. qui ſcit.
6. 1. verſ. Præterea, ff. de vſur. l. ſi fur. 14. ff. de vſufruct.
Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 319. num. 14.* Carroc. *de locat.*
titul. de tert. grad. perſonar. quæſt. 23. numer. 4. Pat. Molin.
diſput. 635. num. Spin. *in ſpec. teſtament. gloſſ. 3. num. 30.*
Caualcan. *de vſufruct. mulier. relict. num. 245.* Pont. *conſ.*
100. num. 4. Matt. Monet. *Aragon. deciſ. 17. num. 11.* Surd.
conſ. 237. num. 21. lib. 2. Caſtill. *ſupra cap. 77. num. 1.* Molin.
dict. c. 11. numer. 3. Pichard. *in dict. §. in verò, num. 1.* Eſcobar
d. lib. 1. comp. 20. numer. 19. cum ſequentib. Anton. Gom.
dict. numer. 74. verſ. Secundò: & in ſpecie Guttier. *dict. cap.*
36. numer. 9. Quamuis hæres fructuarij fructus poſſit re-
tinere, donec ſibi ſolvantur expenſæ; Caſtil. *ſup. num. 5.*
vbi alij, Caualcan. *num. 246.*

Ibi : *Sic & fructus ex fundo.*

Fructus pendentes tempore, quo ex fideicommiſſo 18
dominium fundi quæritur fideicommiſſario, ei integrè
debentur, etſi maior pars anni præterierit; quod com-
muni aſſenſu DD. comprobatur; Molin *num. 1.* Guttier.
Canonic. quæſtion. lib. 1. cap. 33. num. 2. Menoch. *d. caſ. 256.*
num. 15. cum ſequentib. Ant. Gom. *variar. lib. 1. c. 5. numer 15.*
verſicul. Si verò hæres grauatus 5. Mateſcot. *variar. libr. 2.*
capit. 113. à numer. 45. Matienço *in l. 1. gloſſ. 19. num. 15.*
tit. 4. lib. 3. Recopil. Tuſch. *lit. F. concl. 177.* Pat. Molin *ſupr.*
n. 3. Valaſc. *conſultat. 36. n. 3.* Auendaño *in l. 43. Taur. gloſ. 3.*
num. 1. Fuſar. *de ſubſtitut. q. 626. à num. 67.* Carol. de Tapia

19 *Neapol. deciſ.45.n.4.* Et obſerua ex Marescot. Menoch. & alijs ex præ allegatis, omnes fructus perceptos, poſt verbalem fideicommiſſi reſtitutionem, aut poſt diem fideicommiſſi cedentem, fideicommiſſario etiam deberi, niſi ipſe propter negligentiam petere fideicommiſſum diſtulerit. Nec moram hæredis requiri, Tondut. *reſolut. ciuil. cap.* 77. *num.* 2. 3. vbi plures Cyriac. *controuerſ.* 535. *num.* 9. 10. Surd. *deciſ.* 25. *num.* 24.

Ad Num. 3.

20 Ad textum in *l. Iulianus* 14. *§. ſi fructibus, ff. de action. empt.* videndi ſunt Guttier. *d. c.* 33. *nu.* 18. cum alijs, Barbos. *in d. l. diuortio, in princip. part.* 1. *num.* 93. *cum ſeqq.* Hermoſ. *in d. l.* 28. *gloſ.* 2. *à num.* 57. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 14. *n.* 44. Lugo *d. diſp.* 26. *ſect.* 14. Ayora *d. p.* 1. c. 9. Ant. Gom. *d. c.* 2. *n.* 11. Cancer. *ſup. n.* 94. *cum ſeqq.* Trentacinq. *de reſolut.* 6. *à princ.* Pat. Molin. *diſp.* 368 *per totam.*

Ibi: *verò Accurſius ita intelligit.*

21 Hæc doctrina Accurſij (quæ verior videtur, & approbatur à Molin. *d. c.* 11. *n* 8. vbi communem dicit) vt ſcilicet penſio fundi locati ſit diuidenda pro rata temporis inter emptorem, & venditorem, quando fructibus pendentibus fundus diſtrahitur, neceſſariò intelligenda eſt, cùm emptor ſtare locationi tenetur ex pacto; alioquin nihil de penſionibus eſt diſputandum. ſiquidem emptor fructus ſibi acquirit omninò; *d. l. fin. ff. de iur. Fiſc.* & nuper diximus *n.* 4.

Ibi: *Et ſanè in hoc videntur*

22 Ideò autem penſiones fundi venditi, vel domus, cedunt locatori, qui vendidit, etſi aliqua ex parte pertineant ad emptorem, quoniam actio perſonalis locati, non poteſt ſequi fundi poſſeſſorem, quare ceſſio eſt neceſſaria; *l.* 1. *§. ſi hæres, ff. ad Trebellian.* Ant. Gom. *d. c.* 2. *n.* 11. *ſup. c.* 8. *n.* 3.

Verſ. *Sed hoc ſuppoſito.*

23 Non vrget contra Accurſium argumentatio hæc deducta *l. defuncta* 65. *ff. de vſufruct.* Nam reſpondetur, regulam illam, vt penſio cedat, cui fructus deberentur, verificari optime iuxta ſententiam Accurſij; quandoquidem ſicut nuperrimè ſuppoſuimus, vt illi locus ſit, neceſſariò deſideratur, quod fructus excipiantur, & emptor ſtare locationi debeat; ſed quando fructus in venditione excepti ſunt, emptoris non fiunt, vt compertum eſt: igitur neque penſio pro tempore ante contractum ad eundem pertinebit hoc caſu.

24 Præterea longè diuerſa ratio datur ad acquiſitionē fructuum pendentium, ac penſionis reſpectu emptoris fundi, quoad tempus lapſum ante venditionem; quoniam fructus, cùm pars fundi ſint, ipſique cohæreant, ſimul emuntur, & propter ipſos pretium creſcit, vt dictum fuit *ſupra*; quare iuſtiſſimè tribuuntur ementi, penſio autem, quæ debita eſt ex locatione fundi, ei non adhæret, neque cum ipſo comparatur, vt pars; atque ita nulla inuenitur ratio, vt cedat emptori; adde dicta *infrà, n.* 27.

25 Tandem ad rem non facit *d. l. defuncta*, quæ loquitur in vſufructuaria, inter quam, & venditorem, quoad præſens dubium, notiſſima eſt differentia; cùm fructuarius nihil proprium habeat in fundo, niſi ius tantum vtendi & fruendi; Guttier. *de tutel. part.* 3. *c.* 26 *à nu.* 13. quare nihil commodi poteſt conſequi, niſi mediante fructuum perceptione, à qua omne ius ſuum pendet, vt dictum eſt *ſup. num.* 16. 17. vbi plures: vnde penſio, antequam fructus colligantur per colonum, vſufructuario in præiudicium proprietarij nec pro parte cedere poteſt; aliàs liceret, contra naturam vſusfructus, præuenire tempus & anticipatè percipere vtilitatem; atque ita ſi moriatur, qui locauit fundum, in quo vſumfructum habebat, antequam fructus colonus percipiat, nihil ex penſione hæredi ſuo relinquet, ſed tota domino proprietatis erit ſolvenda, licet tempus ſolutionis prætetiſſet, ac fructuario fuiſſet ſoluta; vt planè colligitur ex *d. l. defuncta*, & probat Caſtill. cum alijs, *num.* 22. 23. Venditor autem cùm fuiſſet dominus, potuit ex fundo proprio, etiam ante fructuum collectionem commodum ſentire, & ita pro rata temporis currentis penſionis partem quærere; quod per ſuperuenientem venditionem illi auferendum non eſt, niſi ſic conuenerit inter contrahentes. Ita in ſimili caſu ad *d. l. defuncta*, reſpondet Molin. *d. cap.* 11. *n.* 15.

Ex quibus ſatisfit etiam *l. fin. in fine principij, ff. de iur. Fiſc.* vbi ideo emptor totius anni penſionem capit, quoniam ad ipſum in illa ſpecie omnes fructus, qui in prædijs pendebant, ſpectabant; ſiquidem, vt ex litera patet, nihil in venditione de locatione fuit dictum; quare ſecundum ſuprà tradita, & communes iuris regulas, emptoris fructus erant; colonóque fiſcus venditor ad intereſſe tenetur, cuius fauore aliter placuit, vt ſcilicet emptor integra penſione contentus loco fructuum omnium eos colono fiſci relinqueret; quod ſi conueniſſet, vt locationi ſtaretur, penſio eſſet inter venditorem, & emptorem pro rata temporis diuidenda. 26

Ad Num. 4.

Ex præmiſſis dubiæ redduntur hæ duæ primæ concluſiones, etſi communiter admittantur, vt conſtat ex DD. quorum *in principio huius capitis* fit mentio. In quo eſt conſiderandum itidem, fundum adhuc ante fructuum collectionem dignum eſſe mercede, dum culturæ deſeruit; quæ naturali ratione ei, qui pro tempore illo fuerit dominus, quæritur, argum. *l. item quæ* 6. *ff. de acquir. rer. domin.* nec aliquis eſt titulus; propter quem hoc emolumentum, quod venditor habet, quia colonus re eius vſus eſt, in emptorem transferatur, qui ob plus dedit pro fundo ratione fructuū pendentium, quos cognouit ad colonum attinere. Quibus rationibus poteſt Accurſij placitum ſuſtineri, pro quo extat aperte Conſultus in *d. §. ſi fructibus*, dum æquiparat ad acquiſitionem, penſionem fundi, penſioni domus, & merito: nam quoad dominum non minus ciuiliter fructificat fundus locatus, quàm domus. 27

Verùmtamen, admiſſa Accurſij opinione, diuiſio penſionis fundi non eodem modo fit, ac domus, inter venditorem, & emptorem; penſio enim domus ad annum conductæ, inter dies omnes, quibus ille conſtat, æqualiter diſtribuitur; quare ſi tempore venditionis, vel vnus dies deficeret ad implendum locationis tempus pro rata pars penſionis debebitur emptori: Non ſic in fundo, qui ſi locatus eſſet ad annum, & venderetur, fructibus iam ablatis, ita vt colonus non indigeret amplius illo, etſi tempus completum non ſit, nihil ex mercede percipit emptor, qui dominus eſſe incipit, cum iam fundus vacat, quare nil meretur, nam penſio prædij ruſtici conſtituitur pro tempore, quo fructuum culturæ, ac perceptioni opera datur; neque emptor queri poteſt, cui res empta omninò libera traditur; quam differentiam annotauit Lugo *d. n.* 213. Guttier. *d. c.* 23. *n.* 11. *cum ſeqq.* Sed ſi poſt fructus collectos vellet colonus ibi eos cuſtodire, vel alio modo fundo vti, quàm liceret iuxta naturam locationis, pars mercedis pro eo tempore debebitur emptori; qui non tenetur gratis permittere, vt quis re ſua vtatur, etſi conuenerit, vt locationi ipſe ſtet; nam intelligitur, iuſta mercede recepta, argument. *l. ſi mercedem* 55. *§. vltim. ff. locati* niſi aliud fuerit expreſſum. Idemque erit, ſi hoc ante traditionem contingat, ſecundum eos qui docent, fructus rei venditæ poſt contractum perfectum ad emptorem ſpectare; nam penſio pro eo tempore ipſi debebitur, quæ tamen cum vſuris pretij non ſoluti compenſabitur; ad tradita *ſupr. n.* 15. 28

Speciale in fiſco venditore eſſe, vt penſio quæratur emptori, quæ ceſſerat pro fructibus perceptis, ac tempore præterito, ſi nondum dies ſolutionis aduenerat, notant communiter DD. Guttier. *num.* 25. Lugo *ſupr. verſ. Ab hac regula*, Pat. Molin. *de iuſt. & iur. diſput.* 368. *num.* 5. Quod cauetur in *§. vltim. d. l. fin. ff. de iur. fiſc.* Ex quo textu optimè comprobatur, quod immediatè diximus, ſiquidem quoad penſionis acquiſitionem idem ſtatuitur, quando fructus pendent, ac cùm reconditi ſunt in prædio, dum tempus locationis durat, ideóque diſtinguitur; an venerit dies ſo- 29

lutionis,

latiooia,qui tunc aderat,quando locationis tempua terminabatur : & ratio eſt , quoniam penſio adhuc currebat, ac cedebat,& tanquam fructus pendens reputabatur. Vndè infertur adverſus eos,qui communiter docent, ad penſionis acquiſitionem ſolum eſſe inſpiciendum tempus collectionis fructuum ; cùm ex mente Conſulti colligatur, etiam habendam rationem totius temporis, quo colonus prædio intra terminos locationis vtitur,ſerendo,ac recondendo fructus ipſos , pro quibus penſionem ſolvit , quæ pro rate erit diuidenda. Neque hoc caſu Paulus advertit, fructus aridos in prædijs fuiſſe , nam ſi iam amoti forent, cum penſio omninò ceſſiſſet fiſco,emptori minimè tribueretur,licet dies ſolutionis non veniſſet.

Ad Num. 5.

30 Iuris principium eſt notiſſimum,emptorem non aſtringi ſtare locationi per venditorem factæ,*l.emptorem* 9.*C.de locat.l.*19.*tit.*8.*p.*5.Guttier.*in l.nemo poteſt,n.*41.*ff.de legat.*1. Menoch.*conſ.*1172.*n.*12.Ceuall.*q.*750.*num.*26.Cancer.*part.* 1.*cap.*14.*n.*34.*cum alijs*, Mantic.*de tacit.conuent.libr.*5.*titul.* 10.*numer.*33.Caldas *de empt.& vend.cap.*26.*per totum*, Cepyci.*decis.*182.*n.*3.Anton.Gom.*variar.d.lib.*2.*cap.*3.*n.*9.10. Anton.Fab.*de error.decad.*6.*error.*6.Pinell.*in l.* *part.*3.*numer.*68.*C.de bon.matern.*Moz.*dict.tit. de naturalib. emption. num.* 37. *& tract. de locat.tit.de naturalibus locat.a num.* 1. Pau.Molin.*diſp.*490.Quod & in colono partiario procedit, Surd.*decis.*51.*numer.*10.Menoch. *de arbitrar. caſu* 225. *numer.*1. Captiol.*de ſucceſ.ab inteſt.n.* 111. Valeſc.*de iur. emphyteut.q.*30 *à princ.*Pet Barboſ.*in l.ſi filio fam.* §. *fin. num.* 50.*ff.ſolut.matrim.*French.*decis.* 334 *part.* 2. & regulariter ſingularis ſucceſſor colonum expellere poteſt ; quod tamen plures patitur limitationes, de quibus per D. Couar. *infrà lib.*2.*cap.*15.Mateſcot.*variar.lib.*1.*cap.* 18. Carroc. *de locat.tit.de ſing.ſucceſſor.*Auguſt.Barboſ.*in collectan. ad d.l. emptorem*,Cencet *ſup.a n.*31.Ant. de Marin. *quotidianar.reſolut.c* 259.Mantic.*d.tit.* 10.

31 Sic à tradita regula excipitur,qui à fiſco emit,cuius fauore inductum eſt , ne ad intereſſe teneatur colono , vt emptor in locatione fiſcali perſeuerare compellatur ; *d. l. fin.ff.de iur.fiſc.*Gregor.Lop.*in l.*19 *gloſ.*5.*tit.*8.*p.*5 Pacbin. *controuerſiar.libr.*11.*cap.*21. Valaſc.*de partitionibus. cap.* 18. *nu.*13.Merlin.*de pignor.lib.*4.*q.*172.*n.*21.Surd.*conſ.*331.*n.* 1. Guttier.*Canonicar.queſtion. lib.*2. *cap* .8. *n.* 68. Duches *reg.* 240. *lim.* 8. Sed & illud ſpecialitatis habet emptor è fiſco, quod abſque ceſſione poteſt agere contra conductorem, Cancer.*ſuprà.c.*13.*num.*97.*verſ.Nec p adictis*,Giurb *in conſuetud. Meſſan.cap.*15.*gloſ.* 5.*n.* 15. Olea *de ceſſion.iur.tit.* 4. *Miſcellan.num.*26.24.Barboſ.*ſuprà.numer.*38. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 6. *titul.* 4. Ceuel. *quaſt.*756 *num.*7 . *cum alijs*; Pinel.*in l.*1.*part.*3.*nu.* 68 *C.de bon.matern.*Cald. *de emption. capit.* 26. *num.* 38. Prætrea ſpecialiter indultum eſt emptori,vt omnem penſionem,ſi dies ad ſoluendum non venerit tempore contractus , pro anno currenti lucretur, modò fructus , pro quibus penditur , in prædio venduto extent , ſiue collecti,ſiue pendentes ; vt *in dict.l.fin.per totam*,deciſum eſt:ſed cum fiſcus paciſcitur cum emptore de ſtando ſuæ locationi,hoc ei concedendum non eſt,iuſque commune , tanquam inter duos priuatos obſeruabitur; tum quia ceſſat illa ratio legis,ne fiſcus ad intereſſe teneatur , qua remote , ceſſare debet diſpoſitio , *l. adigere* §. *quamvis* , *ff.de iur.patronat.* tum cùm illud ſit exorbitans à iure communi,quod *dict.l.fin.*ſtatuit, vltra caſum, de quo ibi tractatur,admittendum non eſt,*l. quod verò contra* 14.*ff. de legib.*neque ambigi poteſt , quin Paulus loquatur , cum nihil de locatione fiſcali in venditione dictum fuit.An verò deciſio *d.l.fin.*obtineat in emente ab Eccleſia ? tractant Fechin. *vbi proximè*, Ceuall. *dict. queſt.* 756.*a num.*70. vbi etiam de colono Reipublicæ,Guttier.*ſuprà.a num.*66. Barboſ.Sco.*in d.*§.*fin.num.*13. & negatiua ſententia vera eſt,ac communior.

Verſ. *Nec mihi placet.*

32 Fulgoſij ſententię procedere poſſet, cum emptor proprio nomine , & non venditoris ſtetit locationi,quo caſu actio negotiorum geſtorum ceſſat,*l.Neſennius* 36.*l.mandati* 48.*ff.de negot.geſt.*& dubitari quidem poteſt , ſi emptor patiatur fructus per colonum percipi , qua actione penſionis partem pro rata temporis conſequetur ; non enim locati actionem habet , vt colonum conueniat , cum neque ipſe locauerit , neque à locatore ſibi actio ceſſa fuerit : non ex empto contra venditorem,qui non eſt pactus vt ſtaretur locationi : nam ſi ſic conueniſſet , intelligitur, penſione præſtita,quæ reſponderit tempori lapſuro,vſque ad fructuum perceptionem, argum.*d.l.ſi mercedem* 55.§.*fin. ff.locat.* cùm igitur nulla emptori ſit actio , in iudicio audiendus non erit,*l.ſi pupilli* 6.§. *videamus* , *ff de negot. geſt.* Pat. *in prax.tom.*3.*in princip.num.*5 .6.Cardin.Tuſch.*tom.*1. 7.*l.A.concluſ.*60 Merc.Ant.*variar.libr.*3.*reſol.*41.*num.* 2. Seſſè *decis. Aragon.*189.*num.*1. Dicendum verò eſt , poſſe emptorem fructus retinere, vſquedum penſio ſibi ſolvetur, nod vtilem locati actionem ex æquitate obtinebit contra colonum , argum.*l.ſi.in area* vbi Glo.fin.*ff.de condict. indeb.*Sed & vtilis negotiorum geſtorum dabitur in ſubſidium aduerſus venditorem , niſi hic colono iam intereſſe ſolviſſet;atque ita D.Couarruu. eſt intelligendus.

Ad Num. 6.

Quod is, qui rem ex pacto retrouendendi recuperat,omnes fructus ſuos faciat pendentes , ſumptibus ſolutis, docent Petr.Barboſ.*in d.l.diuortio,in princip. part.*1.*num.*71.*ff. ſolut.matrimon.*Beroi. *queſtion.familiar.queſt.*98. *num.*4. Anton.Fab.*decad.*10.*error.*2.Maynard.*decis.*31.*libr.*2. Eſcobar. *d.lib.*2.*comput.*26. *num.*8. hanc opinionem veriorem fatetur,etſi eam non ſequatur, Guttier.*d.cap.*33.*num.*29.Chaſſan.*in conſuetudin. Burgund. rub.* 5.§.5. *num.*25. Molin. *dict. cap.*12.*num.*9. 33

Ad Num. 7.

Sed fructus pendentes pro rata temporis fore diuidendos inter redimentem, & venditorem , longè communius eſt, & in praxi ſeruatur ; ſic tenent Theſaur. *decis.* 56. *à num.* 1. Mynſinger. *obſeruat.* 50. *&* 70. *cent* 6. Fach.*in controuerſ. lib.*2. *cap.*14. Hermoſ.*in l.* 42.*gloſ.*9 *num.* 6. *tit.*5. *part.* 5. Cencet. *variar part.*1. *cap.*13.*num.*21. Ricc. *in collectan. part.* 2. *collectan.*159. Mantic. *d. lib.*4. *tit.*32. *n.* 102. Eſcobar *vbi proximè*, *verſ. Et tenendo* , Tepat. *variar. ſentent. tom.*1. *titul.*407.*c.*11. *verſ. Quid de fructibus*,Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 5. *gloſ.*4. *num.* 9. Gratian. *Marcb. decis.*.72. *num.* 1. 5. Coſta *de ration. rat. quaſt.* 36. Ioſeph. Ludouic. *Peruſ. decis.* 79. *num.* 7. 8. Franc. Merc. *Delphinat. decis.*57. *p.*2. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.*37. *num.*17. Boer. *decis.* 23. Caualcan. *de vſufr. mulier. relict. num.* 144. & hoc caſu redimens ſtare locationi per retrouendentem factæ compellitur, Mantic. *dict. lib.*5. *tit.* 10. *num.*34. Carroc. *titul. de ſucceſ. quaſt.*12.Giurb.*dec.*58. *num* 8. Rotæ apud Pacific. *de Saluiat. decis.* 106. *num.*12. Mateſcot. *dict. cap.*18. *num.* 8. *& num.*11. ex alijs ampliat ad locationem in plures annos. 34

Ratio huius ſententiæ , omiſſis , quas D. Couarruuias refellit, & approbat, eſt, quia cum à principio conſtituatur pretium , quod ſoluendum eſt pro fundo tempore retrouenditionis , ratio non habetur fructuum futurorum , qui tunc pendentes fuerint , ſed ſolùm æſtimatur fundus ſine illis ; cùm accidentale ſit, fructus pendere necne, quando redimatur ; quare iniquum eſſet, ipſos emptori tribui ſine cauſa, & ita diuiſio admittitur, vt qui reuendit , fructuum pendentium retineat æſtimationem. 35

Hinc deducitur , præfatam communem opinionem limitandam eſſe , quoties pactum retrouendendi interuenit pro pretio , quod partes decreuerint tempore retractus, quoniam tunc fructus pendentes omnino redimenti cedent , cùm eo caſu pretium ſtatuatur habito reſpectu ad illos , propter quos valor augetur. Ita limitant Hermoſ. *ſupr.num* 7. Eſcobar. *d.verſ. Et tenendo* , Ioſeph. Ludouic. *d.decis.*79.*num.*17.18. Baptiſta Coſta *d.q.*36. *nu.*7. Mantica *ſupr. lib.*4. *tit.*31. *num.*21. Gratian. *num.*2. Sed ſi poſt moram eius,qui retrouendere tenetur, fundus, fructibus pendentibus, redimatur,omnes ad emptorem, ſolutis ſumptibus , indiſtinctè pertinebunt , vt ſentit Hermoſill. cum multis, *num.*14. 36

Ibi : *Secundò diligenter.*

37 Communiter reprobatur, quod D. Couar. *in præſenti* tradit, videlicet quod ſi fundus vendatur, fructibus iam maturis, proximiſque collectioni, & tempore retractus fundus in eodem ſtatu reperiatur, omnes fructus emptori debent cedere; hoc, inquam, D D. non admittunt, ſecundum Ioſeph. Ludouic. *d. n.* 18. Hermoſ. *nu.* 8. & alios, quos hic refert; quorum fundamentum ex prædictis colligitur, nam in prima venditione prætium correſpondet fundo cum fructibus, quos iam habet; at in conſtitutione pretij ad retractum fructus non conſiderantur, qui an in fundo futuri ſint, cum redimatur, neſcitur. Hermoſilla tamen 38 doctrinam D. Couarruuias iure probat *vbi proximè*, cùm tempus certum ad retrouendendum aſſignatur, nam ſi tale ſit, vt tunc fructus pendere ſoleant, omnes emptor lucrabitur, de quibus contrahentes cogitaſſe præſumuntur, cum pretium ſtatuerunt.

39 Nec obſtat ſi aliquis pro D. Couar dicat, quod cùm fundus venditur pro mille, fructibus pendentibus, cum pacto, vt pro eodem pretio retrouendatur, æquum videtur, retrahentem fundum cum fructibus pendentibus eos ſibi quærere, vt æqualitas ſeruetur; neque poteſt dici, contrahentes non conſideraſſe in conſtitutione pretij incrementum futurorum fructuum, ſiquidem tanti æſtimarunt fundum tempore retractus, quanti valuit tempore contractus cum fructibus. Nam reſpondetur, longe minorem eſſe valorem rei venditæ, quando diſtrahitur cum pacto retrouendendi, quam cum redimitur, pactum enim illud multum rei pretium minuit, & eius pars cenſetur; Menuch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 122. n.* 7. Caſtil. *lib. 2. quotidianar. cap. 25. n. 63. cum ſeqq.* Tiraquel *de retract. conuent. in præfat. à n. 20.* Roderic. *de ann. reditib. libr. 2. q. 2. nu.* 8. 24. Gratian. *diſceptat. forenſ. c.* 2, 8. *n. 37. cum ſeqq.* Hermoſ. *in l. 42. gloſ. 1. n. 31. tit. 5. p.* 5. Qua ratione fundus venditus cum fructibus pendentibus eodem pretio æſtimatur propter pactum retrouendendi, ac ipſe ſine fructibus, illo onere ſublato, vt quando redimitur, contingit.

40 Quomodo autem diuiſio fructuum pro rata temporis ſit facienda, tradunt Eſcobar *ſupr. num. 9.* Ioſeph. Ludouic. *vbi proximè, num. fin.* Cuiac. *libr. 14. obſeruat. cap.* 22. Hermoſ. *num.* 9. Auguſt. Barboſ. *in collect. ad l. 2. nu. 64. C. de pact. inter empt. & vendit.* Ant. Fab. *coniect. lib. 1. cap.* 13. Pacific. *ſup. Inſpect. 4. cap. 1. à n.* 160. Molin. *d. cap. 11. num.* 8. Petr. Barboſ. *in d. l. diuortio, §. quod in anno, num* 2. Peregrin. *de fideicomm. artic. 19. numer.* 105. Fontanel. *de pact. nuptialib. tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 3. num* 42. Ayor. *de partit. part. 1. cap. 9. num.* 7.

Verſ. *Sed ex Cumant.*

41 Adde Guttier. *d. cap. 33. num.* 27. Socin. *conſ. 42. num. 7. vol.* 3. Idemque erit, ſi fundus relinquatur ad vitam legatarij; quia fructus diuidentur: tamen aliud iuris erit, ſi alicui fructus fundi legentur in ſingulos annos quoad viuat; nam ſi incepto anno legatarius decedat, omnes fructus illius hæredi ſuo relinquet, argum. *l. a vobis. 5. ff. de ann.* legat. Guttier. *n.* 28. Iaſ. *in d. l. diuortio, n. 7. ff. ſol. matr.* Ancuda in *reſponſ. 5. num. 5. verſ. Quæ ſupra dicta ſunt;* Signorol. *conſ.* 53. nam in legatis annuis, quale eſt iſtud, in principio cuiuſque anni, totum, quod pro eo relictum eſt, debetur, & in hæredes transfertur, *l. in ſingulos 8. ff. de ann. legat.*

Ad Num. 8.

42 Hæ leges *fori*, *Ordinamenti*, *& Tauri*, diſponentes circa retractum iure ſanguinis, extant hodie *in noua Recopilatione*, ſuntque *l.* 7. 8. *& 9. tit. 11. lib.* 5. de quibus Ant. Gom. *in ead. l. 70. Taur* Matienço *in d. l. 7. Recopil.* Guttier. *practicar. lib. 2. c. 145. cum multis ſequentib.* Caſtill. *in l. 74. Taur.* Azeued. *in eiſd. legib. Recop.* Hermoſilla *in l. 55. gloſ. 2. cum ſequentib. titul. 5. part.* 5. & paſſim Regnicolæ.

43 Fructus, qui pendebant tempore emptionis, conſanguineo retrahenti fundum omnes debentur; Ant. Gom. *ſupr. num. 29. ſub verſ. Secundo quia licet;* Matienço *in d. l. 7. gloſ. 12. n.* 8. 9. Hermoſ. *in d. l. 53. gloſ. 8. n.* 47. Guttier. *d. lib. 2. q.* 158. *n.* 8. *vbi* diſputat, Tiraquel. *de vtroq. retract. tit. 1. §. 10. gl. 7. num.* 53. Albuin. *in ſua art. contract. lib. 3. tit. 3. fol. 122. col.* 1. Ratio eſt, vt colligitur ex dictis *ſupra*: nam cùm leges Regiæ iubeant, pretium emptori per conſanguineum retrahentem reddi, neceſſariò ſequitur, vt fructus pendentes tempore venditionis ad conſanguineum ſpectent, cùm pro eodem pretio fuerint comparati: Alioqui iniquum foret, quod eandem quantitatem acciperet emptor pro fundo demptis fructibus, ac præſtitit, cum iſti pendebant in illo.

Quod procedit, ſiue iam collecti ſint cum fundus retrahitur, ſiue adhuc pendeant, ſecundum eoſdem DD. qui 44 ferè omnes affirmant, hanc primam concluſionem eſſe contra D. Couar. *in præſenti*, quatenus ait, fructus pendentes tempore retractus eſſe diuidendos inter emptorem, & conſanguineum; ſed ſi rectè locus iſte intelligatur, minimè præfatæ opponitur ſententiæ; licet enim D. Couar. diuiſionem admittat, non tamen ſentit, fructus pendentes tempore venditionis ad conſanguineum non ſpectare; ſed habendam eſſe rationem temporis, quo ante moram dominium fuit penes emptorem, nam pro ea parte ipſius ſunt: etenim ſicut poſt emptionem ante moram fructus ſatos, ac perceptos, ſuos emptor facit, Guttier. *nu.* 9. Hermoſill. *d. n.* 47. & omnes fatentur; ita & incrementum fructuum, qui pendebant tempore emptionis, ad illum pertinet, qua ratione, diuiſio debet admitti.

Aliter præterea poteſt intelligi *D. Couarruuias* quin prædictæ communi concluſioni opponatur, vt loquatur de fructibus ſatis poſt emptionem, & pendentibus tempore retractus; quo caſu compertum eſt, fructus pro rata temporis diuidendos, vt ſtatim probauimus ex alijs.

Ex quibus venit declaranda noſtra præcipua concluſio, dum diximus, fructus pendentes, cum fundus veniebat, omninò conſanguineo, deberi; nam eſt intelligendum, prout extabant tunc temporis, nam incrementum, quod habuerint apud emptorem non moroſum, ipſi cedet; cum interim fuerit dominus, periculumque rei emptæ ſuſtinuerit; *l. id quod, ff. de peric. & commod. rei vendit.*

Fructus verò ſati, ac percepti poſt emptionem, omni- 45 nò ipſi emptori quæruntur vſque ad diem moræ, vel litis conteſtationis, iuxta diſtinctionem D. Couar. *hic*, Guttier. *dict. num* 9. Hermoſ. *dict. num.* 47. Montaluo *in l. 3. gloſ. magna, col. 9. circa finem. verſ. Item quæro an proximiori, tit. 10. lib. 3. for.* & in *l. 3. gloſ. ma n. col. 3. 4. tit. 13. eod. libr.* Matienço *d. gloſ. 12. nu.* 9. vbi ait, moram committi à die conſignationis pretij, ſequuta intimatione.

Ad Num. 9.

Conſueta apponi in contractibus, etiamſi omittan- 46 tur, pro appoſitis haberi, probat latè Menoch. *conſ.* 37. *à numer. 21. ferè per totum*, & *num.* 73. D. Couarruuias *hoc in loco*, nominatim impugnat; quam ſententiam communem eſſe, conſtat ex Hermoſ. *in l. 32. gloſ. 8. num. 8. tit. 5. p.* 5. vbi plurimos pro ea laudat; ipſe tamen etiam cum communi contrarium ſentit *ibidem, verſ. Sed his non obſtantibus*, de quo & Ceuallos, agens de clauſula guarentigia, *quæſt.* 690. in qua controuerſiæ ambiguitate poſſet forſan media via eligi, aſſerendo, in rebus magni præiudicij veram eſſe D. Couar. & Hermoſ. opinionem, in alijs autem Menochij ſequendam; argumento eorum, quæ idem D. Couaruu. docet *in rubric. de teſtament. p. 2. num.* 42. nam vbi maius periculum vertitur, ibi cautius eſt agendum, *cap. vbi 3. de elect. in 6. cap. vltim. 7. quæſt. 2. l. 1. §. ſed & ſi quis, ff. de Carbon. edict.*

Ad Num. 10.

Communis valde reſolutio eſt, & in praxi ſine con- 47 trouerſia recepta, redimentem cenſum teneri ad reditus decurſos vſque in diem redemptionis, Felician. *de cenſ. lib. 4. cap. vnic. num. 7. cum alijs*, Baëza *de decim. tutor. c. 28. num.* 14. Mich. Salon. *de contract. titul. de cenſib. art. 3. controuerſ. 18. n.* 18. Scaccia *de commerc. §. 2. gloſ. 5. num.* 178.

Cenci.

Cenci. de cenſib. part. 3. c. 1. q. 3. art. 9. num. 42. Auendañ. eod. tract. cap. 10. num. 12. Theſaur. deciſ. 56. num. 3. Roderic. de annu. redit. libr. 2. quaſt. 15. num 76. Giurba deciſ. 98. num. 16. cum alijs, Mareſcot. variar. reſolut. lib. 2. cap. 61. num. 9. Caputaqueo deciſ. 103. p. 1. Sunt enim fructus ciuiles, qui ſingulis diebus percipiuntur, Tondut. quaſtion. ciuil. cap. 69. n. 12. Vndè volens cenſum redimere, vt redituum curſum impediat, debet pretium ſortis, & debitam pro rata temporis quantitatem legitimè deponere, nec ſolius capitalis conſignatio proderit, argument. l. acceptam 19. C. de vſur. Carroc. de depoſit. part. 1. quaſt. 15. num. 9. Paríadot. differens. 73. §. 1. in fine. Quod adeò verum eſt, vt, ſi vel vnus nummus deficiat ſortis, vel redituum, etiam per errorem, iſti non ceſſent; Ceric. d. art. 9. à num. 58. Felic. d. cap. vnic. in appendic. ſub num. 3. Giurb. num. 8. de quo tamen conſulas Azeued. in l. 9. num. 17. tit. 21. libr. 9. Recopilat. Matienz. ibi gloſ. 4. num. 22. Didac. Per. ad Segur. in l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, num. 9. ff. de leg. 2.

48 Sicut pecunia pro rata temporis domino cenſus vſque ad diem redemptionis ſoluenda eſt, ita & vinum, oleum, vel frumentum debebitur, ſi in his ſpeciebus reditus ſint conſtituti, etiamſi nondum tempus collectionis fructuum advenerit; quoniam cenſus ea eſt natura, vt quod reddit, æquè diuidatur pro rata temporis, neque aliud attenditur ad redituum acquiſitionem, niſi lapſus temporis, Molin. de iuſt. & iur. diſp. 390. num. 4. Lugo d. tom. 2. diſp. 27. ſect. 6. num 93.

Ad Num. 11.

49 Secluſa lege poſitiua, licitum eſt cenſum conſtitui, vt reditus in alia ſpecie, quam pecunia pendantur; ſed hoc vetitum eſt non ſolum in Hiſpania, ſed & in Gallia, & Germania, propter periculum iniuſtitiæ, quæ ſic facilè palliatur; Salas de cenſib. dub. 55. num. 1. & Lugo dict. diſput. 27. ſect. 2. §. 3. à num. 41.

50 Communiter admittunt D D. has duas limitationes ad l. 4. tit. 15. libr. 5. Recopilat. qua non obſtante, poterit cenſus irredimibilis, vel reſeruatiuus imponi, vt reditus præſtentur in oleo, vino, vel frumento, dummodo in fraudem legis non fiat, de quo Gutier. practicar. lib. 1. quaſt. 170. per totam, Molin. diſp. 393. num. 1. Azeued. in d. l. 4. num. 3. Roderic. ſupr. lib. 1. quaſt. 12. n. 5. & quaſt. 15. per totam; & quaſt. 17. num. 7. Garcia de expenſ. cap. 9. num. 77. Auendaño de cenſib. cap. 46. num. 5. cum ſeqq. & cap. 47. num. 5. Feliciani eod. tract. libr. 2. c. 1. n. 42. Parladot. dict. § 2. per totum.

Ad Num. 12.

Ibi: *Cui quaſtioni oportet præmittere.*

51 Clericos teſtari non poſſe de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, ſed ad ipſam pertinere iure Canonico compertum eſt; cap. cum in officijs 7. cap. relatum 12. de teſtament. facit Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 1. D. Couar. in d. cap. cum in officijs, num. 16. vbi ampliat ad res emptas pecunia ex ipſis reditibus collecta, Nauarr. de reditib. Eccleſiaſtic. quaſt. 3. num. 5. Mareſcot. ſup. lib. 1. cap. 14. num. 9. Menoch. conſ. 233. num. 3. & n. 2. ait, bona in dubio præſumi acquiſita intuitu Eccleſiæ, Sanch. & alij proximè referendi. Quid de quotidianis diſtributionibus, vide Sanch. dub. 46. D.

52 Couar. num. 14. Mareſcot. num. 1. In Hiſpania tamen ex communi, ac generali conſuetudine receptum eſt, vt ea bona ad Clericorum ſucceſſores ſicut patrimonium, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato perueniant, l. fin. tit. 8. lib. 5. Recopilat. Molina de primogen. lib. 1. c. 10. num. 54. Auendaño reſponſ. 19. num. 8. Sarmiento de reditib. Eccleſiaſtic. part. 2. cap. 6. & part. 4. cap. 1. num 8. Eſcobar de ratiocin. lib. 2. comput. 20. num. 23. verſ. Verum prædicta, Sanch. conſilior. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 50. num. 7. verſ. Prima ſententia, Matienço in d. l. fin. Recopil. gloſ. 4. Mieres de maiorat. part. 1. quaſt. 1. n. 31. Spino in ſpecul. teſtament. gloſ. 14. à num. 13. latiſſimè Ceuall. tom. 1. q. 388. à num. 36. D. Ioan. de Solorçano de gubern. Indiar. lib. 3. cap. 10. num. 11. Pareja de inſtrument. edit. tit. 5. reſol. 5. num. 20. Caſtill. ſupr. cap. 79. n. 7. in fine, Pat. Molin. diſp. 147. à nu. 14. Aug. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 114. n. 6. Quæ conſuetudo pluribus in locis viget, vt affirmant Burſat. conſ. 178. n. 4. vol. 1. Ceuall. n. 38. Tondut. Canonic. quaſtion. part. 1. capit. 22. num. 1.

Et licet valdè dubium ſit, an talis conſuetudo valeat; eam validam eſſe, frequentiùs D D. defendunt, de quo D. Couar. in c. cum in officijs 7. n. 25. de teſtament. Molin. d. n. 54. Sanch. & alij proximè adducti, ſed hi, & alij, quos ipſi allegant, fatentur, quoad forum externum licere Clericis, etiam in vſus profanos de illis bonis in vltima voluntate diſponere ad libitum; ſentiunt tamen hoc animæ omninò tutum non eſſe, imò, quod tali facultate teſtandi vti debent in opera pia maximè in magna quantitate; ſunt autem qui ſine diſtinctione affirmant, poſſe Clericos, quomodo voluerint de reditibus Eccleſiaſticis morientes diſponere, quos refert Sanch. d. n. 7. verſ. Prima ſententia, in fine, & D. Couar. vbi proximè, Gutier. practicar. libr. 2. quaſt. 114. vbi diſputat. Sub qua conſuetudine Epiſcopi non continentur, quibus de Eccleſiaſticis reditibus, ſine Pontificis permiſſu teſtari, aut ſucceſſores abinteſtato habere non licet, Sanch. dub. 51. n. 5. Tondut. ſupr. Ceuall. n. 63. Aug. Barboſ. n. 7. 8. Pereja d. n. 20. & omnes communiter; Poterunt tamen teſtari de bonis propria induſtria quæſitis, dum Epiſcopatu funguntur, vt contra alios reſoluit Sanch. n. 4. & D. Couarr. in capit. 1. num. 11. de teſtament. vbi alij. 53 54 55

Ibi: *Et quidam parem eſſe cenſentes.*

Communis ſententia docet, fructus collectos tempore mortis beneficiarij ad ipſius hæredes pertinere, pendentes verò ad Eccleſiam, vel ſucceſſorem; vt in vſufructuario ſeruatur, cuius Authores congerunt Barboſ. in collecta. ad c. fin. n. 4. verſ. Verum communis, vbi hanc communem antiquorum & modernorum aſſerit. de confirmatione vtil. vel inutil. Eſcob. d. comput. 20. n. 23. verſ. Quibus ſic in puncto iuris, Gutier. d. c. 33. n. 1. Sed à pluribus Neotericis D. Couar. doctrina amplectitur; ſcilicet vt fructus pendentes pro rata temporis diuidantur, Gutier. ſupr. n. 9. Molin. d. cap. 1. n. 4. Sarmient. ſupra lib. 4. cap. 6. num. 3. & in defenſ. contra Nauar. quaſt. 2. monit. 13. Eſcobar d. n. 23. verſ. Contrariam tamen; Lara de Capellan. lib. 2. c. vltim. à n. 21. vbi teſtatur, ita obſeruari in tota Hiſpania, Flamin. de confident. q. 35. num. 49. Zerol. in prax Epiſcop. p. 1. verb. Beneficium §. 6. & p. 2. verb. Renunciatio, §. 2. Caſtill. quotidianar libr. 1. de vſufruct. c. 79. à princip. Pat. Molin. tom. 2. diſput. 635. num. 7. Ayor. de partition. part. 1. cap. 9. Marc. Anton. Genuenſ. in prax. Archiep. Neapolit. cap. 53. in annotatioṅ. num. 11. ſecund. nou. impreſ. Nicol. Garc. de beneſic. part. 2. cap. 1. num. 97. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 295. tom. 1. D. Franc. Hieron. de Leon deciſ. valent. 145. num. 18. Tondut. quaſt. ciuil. cap. 69. num. 10. Carol. de Tap. Neapolit. deciſ. 45. num. 5. Valençuel. conſ. 47. à principio, & alij, quos refert Boer. conſil. 13. numer. 7. Quorum fundamentum præcipuum eſt, quia fructus debentur beneficiario ob ſeruitium, quod exhibet Eccleſiæ, cum beneficium propter officium concedatur; cap. vltim. de reſcrip. in 6. atque ita dignus eſt mercede ſua pro tempore, quo ſeruit per ſe, vel per alios, eamque per diuiſionem fructuum vt percipiat, iuſtitiæ conuenit: Vndè conſtat, quod licet prima opinio olim magis communis fuerit, hodie ſecunda receptior eſt, vt eam ſequutus aduertit Parladot. different. 120. §. 1. à numer. 1. & in Hiſpania admiſſam eſſe, aiunt Sarmient. & Molin. vbi proximè. Nihilominus ſtandum eſt conſuetudini Epiſcopatus, vbi beneficium vacauerit, Parladot. ibid. Gutier. num. 11. Eſcobar num. 24. 56 57

Circa quod emanauit Bulla Iulij III. anno 1550. qua prior ſententia expreſſè approbatur, de qua Mareſc. d. cap. 1. num. 14. vbi ſecundum eam Rotam iudicaſſe teſtatur. Sed ipſam in Hiſpania admiſſam non eſſe, tradunt Nauar. conſ. 4. de ſucceſſion. ab inteſtato; Garcia d. cap. 1. num. 102. Sanch. d. dub. 50. num. 13. & ita pluribus Rotæ deciſionibus decretum fuiſſe, teſtis eſt Barboſ. vbi ſupr. verſ. Superuenit, cum ſequentibus. 58

Quæ cum procedant, ſiue morte, ſiue alio modo vacet beneficium, Parladot ſupr. à num. 4. Sarmient. part. 4. c. 6. Gutier. d. cap. 33. num 33. maximè dubitatur, quando aſſenſus requiritur ad valorem reſignationis, à quo tempore incipiant fructus ad reſignatarium pertinere; de quo late 59

Ceuall.

Ceuall. *quæſt.* 561. *à num.* 38. & inter varias ſententias, quas
refert, magis vſu recepta eſt tradita ab eodem, *num.* 50. vt
ſcilicet reſignans fructus percipiat vſque ad diem præſtiti
aſſenſus per Pontificem, ita Flamini. *de reſignat. beneficior.
lib.* 1. *quæſt.* 6 *num.* 38. Hieron. Gabriel. *conſ.* 192. *num* 34. Pu-
te. *deciſ.* 41. & eſt communis ſtylus Curiæ, ſecundum Bur-
ſatum *conſ.* 595. *volum.* 4.

Ad Num. 13.

60 D. Couarruuias etiam in diuiſione penſionis, vt pro rata
temporis fiat inter hæredem penſionarij, & eum, cui pen-
ſio vacat, ſequuntur Tondut. *ſupr. d. cap.* 25. *num.* 5. Coſta
de ratione rat. quæſt. 10. *num.* 4. Gabr. *conſ.* 191. *per totum, vol.* 2.
Honded *conſ.* 85 *num.* 13. 23. *cum ſeqq. vol.* 1. Guttier. *d. cap*
33. *num.* 9. Theſaur. *in addition. ad Ant. deciſ.* 143. Pat. Molin.
ſupr. num. 8. Criſtin. *vbi proxime*, Peregrin *de fideicommiſ. art.*
49. *num.* 101. Anneus Robert. *rer. iudicatar. libr.* 3. *capit.* 4. *per
totum*, & ſic in praxi obſeruari dixit Molin. *d. cap.* 11. *num* 4.
Sed Tondut. *num.* 5 alijs laudatis, tradit Rotam decidiſſe,
vt cùm penſio vacat per actum voluntarium; veluti per
ceſſionem, integrè ad ceſſionarium ſpectet, ſed ſi per actum
neceſſarium, vt per mortem, pro rata diuiſio penſionis
fiat.

61 Et obiter notandum eſt, fructibus omninò deficienti-
bus, penſionem non deberi; idemque eſt, ſi percepti ſint il-
62 li, qui ſunt neceſſarij ad victum beneficiarij; nam alimenta
63 ſeruientis altari, penſioni ſunt præferenda; alias autem
fructuum exiguitas penſionem nulla ex parte diminuit.
Ceuall. *quæſt.* 897. *num.* 513. *cum ſequent.* Flamin. *d. lib.* 1. *q.* 8.
num. 48. 49. Mantic *deciſ.* 339. *num.* 7. Tondut. *ſupr. part.* 2.
cap. 1. §. 4. *num.* 100. Quod ſi beneficiarius ob abſentiam,
vel aliam cauſam fructibus priuetur, penſio ex ipſis de-
64 bebitur, Tondut, *num.* 104. Idem quoad diuiſionem fru-
ctuum pendentium, quod in penſione, ac beneficio di-
ximus, ſeruatur inter hæredes Equitum Commendatario-
rum Ordinum Militarium Diui Iacobi, Calatrauæ, & Al-
cantaræ, & ſucceſſorem; nam pro rata temporis diuidun-
tur, Molin. *dict. cap.* 11. *num.* 5. Guttier. *num.* 13. Pat. Molin.
num. 7.

Ad Num 14.

Ibi: *In feudis receptum eſt.*

65 In feudis, circa fructuum pendentium diuiſionem, eſt
diſtinguendum; nam aut mortuo feudatario feudum tran-
ſit in ſequentem agnatum, aut redit ad dominum; primo
66 caſu, fructus pro rata temporis diuidentur, quia feudum eſt
beneficium, quod propter officium, & ſeruitium conce-
ditur; *capit. vnic. ſi vaſſal. mil. arm. bellic. de, vſufruct. in vſib. feu-
dor.* atque ideò pro obſequio præſtito fructuum partem
meretur vſque in diem mortis, Coſta *de ſucceſſion. Regni,
p.* 3. *n.* 15. *ad finem*, Eſcobar cum alijs, *d. diſp.* 20. *num.* 17. Se-
cundò autem caſu obſeruanda erit deciſio *cap.* 1. §. *his con-
ſequenter: Hic finitur lex & , conſuetudo incipit*; vbi fuerit
recepta; alioquin, conſuetudo, quæ in regione viguerit,
eſt attendenda, de quo conſule Mareſcot. *variar lib.* 1.
cap. 14. *per totum*, Molin. *dict. cap.* 11. *num.* 1. Eſcobar. *dict.
num.* 17. *verſ. Si tamen, cum ſeq.* Gam. *deciſ.* 150. *num.* 2.
Pat. Molin. *d. diſput.* 635. *à num.* 1. Gratian. *diſceptat. li-
br.* 2. *cap.* 250. Monter. *deciſ. Arag.* 37. *num.* 17.

Ibi: *Quod deducitur ab ea opinione.*

67 Licèt quoad acquiſitionem fructuum legati, vel fidei-
commiſſi, & à quo tempore dominium in legatarium
tranſeat, multa, ac varia dixerint Interpretes; compen-
68 dioſè, quod certius videtur, reſoluendum eſt. Iure itaque
communi ſi ſpecies certa, veluti domus, vel fundus pro-
prius teſtatoris relinquebatur, fictum dominium quæ-
rebatur legatario à morte teſtatoris; verum autem do-
minium, ab adita hæreditate, vel à quo hæres moram
69 in adeundo committebat, at de iure Regio, dominium ve-
rum hoc caſu à morte teſtatoris ad legatarium pertinet.
70 Ratio differentiæ huius eſt, quoniam olim legatorum va-
lor ab aditione hæreditatis pendebat, ſicuti omnium quæ
teſtamento diſponebantur, *l. ſi nemo* 9. *ff. de teſtament. tu-* 71
tel hodie verò legata, & reliqua ſuſtinentur, etſi non
adeatur hæreditas; *l.* 1. *titul.* 4. *lib.* 5. *Recopilat.* Quodſi res 72
aliena, vel aliquid in genere, veluti homo, aut vinum le-
getur, dominium nullo modo quæritur legatario, niſi à
die traditionis. Idémque iuris eſt, ſi in diem, aut ſub con-
ditione quicquam relinquatur. Fructus autem ex tunc lu- 73
cratur legatarius, à quo verum dominium nactus eſt, vel
moram hæres in tradendo committit; ita Sanch. *conſilior.
moral. lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 16. vbi rem latè tractat, iura, & DD.
adducens; quibus adde Meneſes *in l. cum quam, C. de fidei-
commiſ.* Tuſch. *lit. L. concluſ.* 154. Mantica *de coniectur. li-
br.* 7. *titul.* 19. *numer.* 24. Aluarad. *de coniect. ment. defunct.
libr.* 4. *cap.* 1. *num.* 43. Morquecho *de diuiſion. bonor. libr.* 3.
cap. 5. *numer* 24. Salgad *in labyrint. p.* 2. *cap.* 14. *num.* 51. *&
ſequentibus.* D. Lar. *deciſion. Granatenſ.* 61. *numer.* 34. Mareſ-
cot. *lib.* 2. *cap.* 96. *à numer.* 5. vbi notat, quod, vt acquira-
tur dominium legatario, eiuſdem acceptatio non deſi-
deratur; ſed eſt intelligendum de dominio reuocabili; *l.
ſi tibi homo* 88 §. *cum. ſeruus*, *ff. de legat.* 1. Idem quod de 74
legato, etiam de fideicommiſſo particulari dicendum eſt;
Ant. Gom *variar. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 15. *verſ. Si verò hæres.* De 75
vniuerſalis fideicommiſſi fructibus, Ant. Gom. *d. numer.* 15.
plures caſus diſtinguens; Faciln. *libr.* 12. *controuerſiar.
cap.* 67. Tuſch. *lit. F. concluſ.* 277. Mantic. *d. titul.* 10. Menoch.
de arbitrar. caſ. 256. Fuſar. *q.* 626. & alij, quos laudauimus
ſupra numer. 18. 19. vbi de acquiſitione fructuum penden-
tium, adueniente die reſtituendi fideicommiſſum.

Ibi: *Verùm ſi diligenter rem iſtam.*

Fructus pendentes, cum poſſeſſor maioratus decedit, 76
eſſe diuidendos pro rata temporis inter illius hæredem,
& ſucceſſorem in primogeniom, docent cum *D. Couar.*
Mol. *d. cap.* 15. *numer.* 14. (vbi *numer.* 19. cum alijs tractat, 77
quomodo pœnæ fiſcales ſint inter eos diuidendæ; & re-
ſoluit, inſpiciendum eſſe tempus condemnationis, vt illi
quærantur omninò, qui tunc poſſederit maioratum; quem
ſequitur Bobadill. *in politic. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21. *numer.* 189.
quamvis Roland. *conſ.* 77. *vol.* 4. tenuerit, eſſe diuidendas)
Burgos de Paz *in proœmio leg. Taur. numer.* 74. Guttier. *d.* 78
quæſt. 13. *numer.* 31. Ayora *de partition. p.* 1. *cap.* 9. *numer.* 6.
Eſcobar *d. comput.* 20. *numer.* 7. Auend. *reſponſ.* 5. *numer.* 6.
Palac. Rub. *in rubric. de donat.* §. 62. *numer.* 10. Parlador.
different. 120 *numer.* 7. Caſtill. *de vſufruct. cap.* 80. *per totum*,
Aluarad. *vbi ſupra, cap.* 2. §. 1. *num.* 5. Peregrin. *de fidei com-
miſ. art.* 49. *num.* 101. Paz *in tract. de tenut. c.* 11. *numer.* 35.
quam ſententiam, quæ verior, ac receptior eſt, limitat
Ayora *vbi ſupra*, in primo maioratus ſucceſſore, cui om-
nes fructus pendentes tempore mortis fundatoris maio-
ratus cedere debent; conſentiunt Guttier. *ſupr.* Pat. Mo-
lin. *dict. diſput.* 635. *numer.* 10. Criſtin. *dict. deciſ.* 295. & ita
in Pinciana Cancellaria obſeruari, depoſit, vt oculatus
teſtis, Eſcobat *ſuprà, numer.* 9.

Sunt tamen non pauci, quibus placuit, fructus penden- 79
tes omnes ad ſucceſſorem in maioratum pertinere, putao-
tibus poſſeſſorem maioratus eſſe ſimilem vſufructuario;
ſic docent Anton. Gom. *in l.* 40. *Tauri*, *numer.* 74. Coſta
de patr. & nepot. numer. 75. Monter. *deciſ. Aragon.* 17. *à nu-
mer.* 9. & alij, quos refert Eſcobar *ſuprà, numer.* 3.

De alijs fructuum pendentium diuiſionibus videndi 80
ſunt Molin. *dict. cap.* 11. Guttier. *dict. q.* 33. Eſcobar. *d. com-
put.* 20. P. Molin. *dict. diſp.* 635. Tondut. *quæſtion. ciuil. dict.
cap.* 69. vbi agit *à num.* 7. de fructibus pendentibus in bonis
mariti, vel vxoris, tempore diſſoluti matrimonij, probát-
que non eſſe diuidendos pro rata temporis, quaſi lucra,
durante matrimonio, quæſita; ſed integrè ad eum per-
tinere, in cuius bonis ſunt radicati; expenſæ tamen ad
communionem coniugalem ſpectabunt; quod eſt notan-
dum *ad l.* 4. *&* 5. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopil.*

AD CAPVT XVI.

In dubiis, an Fiſcus ſit priuatis in iudicio præferendus.

SVMMARIVM.

1 *De iure, ac priuilegijs fiſci, qui ſcripſerint.*
2 *Fiſcus vnde dictus.*
3 *Princeps ſolum, & Reſpublica, non recognoſcentes ſuperiorem, fiſcum habent.*
4 *Magnatibus non eſt fiſcus.*
5 *Fiſcus quid ſit.*
6 *Fiſco an ſit in dubio fauendum?*
7 *Fiſcus, & priuatus, in ambiguis æquo pede ambulant.*
8 *Fiſcus vbi ſpecialiter priuilegiatus non reperitur, iure communi debet vti.*
9 *Explicatur* l. non puto, ff. de iur. fiſc.
10 *Fiſcum multis priuilegijs iura proſequuntur.*
11 *Reſpondetur ad fundamentum contrariæ ſententiæ.*
12 *Doti in dubijs ſubueniendum eſt.*
13 *Fiſco non competunt omnia priuilegia dotis, nec è contra.*
14 *Priuilegiorum extenſio recipienda non eſt.*
15 *Quoties dubitatur, an aliquod fiſco competat priuilegium? negatiuè reſpondendum eſt.*
16 *Fiſcus non præfertur priuato, vbi de prioritate instrumentorum non conſtat.*
17 *De interpretatione* l. 1. Cod. de iur. fiſc. lib. 10. *qui tractant.*
18 *Fiſcus in caſu* d. l. 1. *habet priuilegium, vt onus probandi incumbat adverſario poſſidenti.*
19 *Tale priuilegium non datur in alio caſu præter expreſſum in lege.*
20 *Traditur ſpecialitatis ratio.*
21 *Donationes inter perſonas coniunctas ſuſpicionem fraudis præſeferunt.*
22 *Præſumptio iuris onus probandi in adverſarium transfert.*
23 *Probabilis eſt opinio, quæ docet, in* dict. l. 1. *nullum concedi fiſco priuilegium.*
24 *In priuilegijs argumentum de maiori ad minus non procedit.*
25 *Fiſcus an præferatur anterioribus creditoribus tacitam hypothecam habentibus.*
26 *Doti non tribuitur priuilegium fiſci, de quo in* l. ſi is qui, ff. de iur. fiſc.
27 *Vbi ſunt pares probationes, reus debet abſolui.*
28 *Fallit in libertate, dote, & alijs cauſis fauorabilibus.*
29 *Fiſci cauſa regulariter fauorabilis non eſt.*
30 *Quoties ſunt diuerſæ ſententiæ æqualibus ſuffragijs munitæ non eſt præferenda, quæ fauet fiſco.*
31 *Pro libertate in dubio iudicandum eſt.*
32 *Fiſcus agens contra poſſidentem, ex* l. ſi is qui, ff. de iur. fiſc. *probare debet, bona poſt ſuum contractum à debitore fuiſſe quæſita.*
33 *Idem eſt ſi nullus poſſideat, ſed fiſcus, & priuatus prior tempore, concurrant.*
34 *Cui eſt priuilegium ad tempus relatum, temporis probatio incumbit.*
35 *In priuilegijs non valet argumentum de dote ad fiſcum.*
36 *Dotale inſtrumentum in dubio prius confectum præſumitur.*
37 *Etiam contra poſſeſſorem.*
38 *Licet fiſcus ſit, qui poſſideat.*
39 *Dos vxoris Primipili eſt obligata in ſubſidium pro adminiſtratione militaris annonæ.*
40 *Bona paraphernalia non ſunt obligata, ſicut dos.*
41 *Quoad fuerit officium Primipili*
42 *Deciſio* l. ſatis, *an habeat locum in Regalibus Theſaurarijs?*
43 *Priuilegium, vt inſtrumentum prius confectum præſumatur, locum habet contra poſſidentem.*
44 *In dubio inſtrumentum poſſeſſoris prius factum præſumitur.*
45 *Priuilegium, vt prius factum inſtrumentum præſumatur, quando competit fiſco.*
46 *Mulier agens contra fiſcum poſſidentem, habet priuilegium, vt dotale inſtrumentum anterius præſumatur.*
47 *Fiſcus cum priuato concurrens ad pœnam præfertur, ſi bona rei non ſufficiant.*
48 *Fiſcus a die ſententiæ hypothecam obtinet in bonis damnati.*
49 *Hypothecarij creditores potiores ſunt chirographarijs etiam priuilegiatis.*
50 *Sequeſtrum triplex eſt.*
51 *Sequeſtrum neceſſarium regulariter eſt prohibitum.*
52 *Fieri nequit, niſi in caſibus iure expreſſis.*
53 *Poſtulans ſequeſtrum fieri, probare debet, eo caſu iure eſſe permiſſum.*
54 *Faciendum non eſt, aliquo legitimè poſſidente, etſi rixa timeantur.*
55 *Fiſco agente contra poſſeſſorem, ſequeſtro non eſt locus.*
56 *Agens rei vendicatione an adverſarium poſſidere fateatur?*
57 *Rei vendicatio intentari poteſt adverſus rei detentatorem.*
58 *Renunciatio iuris proprij præſumenda non eſt, ſi aliter actus poteſt ſubſiſtere.*
59 *Actio confeſſoria, & negatoria quibus dentur.*
60 *Quid eſt in poſſeſſione Nobilitatis, ſi ſuper ea litiget, durante lite, cogitur tributa plebejorum ſoluere.*
61 *Litigans ſuper Nobilitate ſua, poteſt poſſeſſorium propoſitum ab adverſario ſuſpendere, & de proprietate diſceptare.*
62 *Qui ſe Nobilem declarari deſiderat, nobilitatem probare debet, etſi poſſideat; alias ſuccumbet.*
63 *Nobilis nullus præſumitur.*
64 *Nemo ex infecta radice ortus creditur.*
65 *Nobilitas quomodo probetur per communem æſtimationem, ac famam.*
66 *Deſideratur probatio famæ immemorialis nobilitatis.*
67 *Nobilitas probatur ex actibus diſtinctiuis viginti annorum iuxta formam legis Regiæ.*
68 *Lite pendente ſuper nobilitate, litigans vt plebeius contribuit, de quo* ſup. n. 60.
69 *Vtrum admittatur litigaturus ſuper Nobilitate ſua ad probandum incontinenti poſſeſſionem, ne interim plebeiorum tributa pendere compellatur?*
70 *An qui eſt in poſſeſſione Nobilitatis, ſi litiget ſuper ipſa, interim ad officia Nobilium poſſit eligi?*
71 *Agens, vt Nobilis pronuncietur, poteſt ſuſpendere petitorium à ſe propoſitum, & ad poſſeſſorium redire.*
72 *De intellectu* Clement. vnicæ, §. fin. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. *remiſſiuè.*
73 *Reus poteſt ante concluſionem in cauſa, intentando poſſeſſorium, ſuſpendere petitorium ab adverſario propoſitum.*

DE iure ac priuilegijs fiſci latè tractant Marc. Ant. Peregr. Paul. Grilland. Boſſ. *in praxi. tit. de fiſco*, Farin. *fragment. crimin. lit. F. verb. Fiſcus, à n. 149.* Carleua. *de iudic. tom. 1. tit. 2. diſp. 1. n. 15.* cum alijs, & *tit. 3. diſp. 34. per totum*, Petr. Barbol. in *l. 1. p. 2. n. 11. ex verſ. Ad complementum autem*, cum *numer. ſeqq. ff. ſolut. matrimon.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 72. per totam*, Alfar. *de offic. Fiſcal. gloſ.* 16. Amaya *in l. 1. C. de iur. fiſc. lib.* 10. D. Larrea *allegation. Fiſcal.* per tot. Merlin. *de pignorib. lib. 3. tit. 3. per totum*, vbi de hypotheca Fiſcali: Franc. Lucan. *tom. 12. fol.* 6. Antoo. Olibau. *de iur. fiſc.* Ceuall. *commun. contr. commun. tom. 2. q.* 822. & 827. 1

Fiſcus ex eo dictus eſt, quod pecunia publica, quæ pluſimùm abundabat, maximis quibuſdam ſportis portari, recondiq; ſolebat, ad inſtar earum, quibus olea clauſa prælo premitur, vt ex ipſa oleum defluat, quæ fiſci appellantur; *l. ſed addes 21. §. illud nobis, verſ. Fiſcos, ff. locat.* Feſtus Pompei. *lib. 15. D. Iſidor. lib. vltim. etymologiar. c. 19.* Pedian. *ad Ciceron. 1. in Verrem*, Parlad. *differ. 131. num. 1. 2.* D. Larrea *ſuprà in proœm. num. 1.* vbi alias etymologias tradit; multos referens. Apud nos fiſcus, Camera Principis vulgò etiam dicitur, *l. 13. tit. 13. p. 5.* vbi notat Greg. Lop. *gloſ. 1.* ſic per totum *tit. 14. lib. 2. Recopil.* & alijs in locis paſſim nuncupatur; Parlador. *num.* 5. 2

Solus Princeps, aut Reſpublica libera ſuperiorem non recognoſcens fiſcum habet, qui Magnatibus non eſt, ſed ſi Ciuitati non liberæ, aut Proceri concederetur merum, 3

& mixtum imperium cum iuribus regalibus, fiſcum cum
ſuis priuilegijs habere diceretur, Parlador. *n.* 10. *cum ſeqq.*
Merlin. *de pignor. lib.* 3. *q.* 87. *n.* 11. 12. D. Larrea *n.* 7. Pere-
grin. *lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 72. Bobadill. *in politic. lib.* 2. *cap.* 16.
n. 114. Guttier. *de gabel. quæſt.* 8, *n.* . Simanc. *ſupr. titul.* 9.
num. 128. & alij communiter. Vtrum Epiſcopus fiſcum ha-
beat? docent D. Couarr. *inf. a. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 11. Bobadill.
cap. 17. *num.* 199. Azeued. *in l.* 12. *num.* 4. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopilat.*
Merlin. *ſupr. quæſt.* 33. *num.* 14. Et verum eſt, quod etſi Ca-
meram, vel fiſcum obtineat, fiſci Regij priuilegijs non
gaudet.

5 Fiſcus eſt repoſitorium peruniæ, quæ ad Principem
pertinet, ad publicum ſtatum ſuſtinendum, D. Larrea *n.* 2.
At nonnulli malè de fiſco ſentientes inquiunt, eſſe ſaccum
ſine conſcientia imburſantem malè quæſita; vt refert Cy-
riac. *tom.* 1 *controuerſ.* 13. *num.* 31. 32. quod ſub bono Princi-
pe nefas eſt dicere. Sed inter fiſcum, & reliquum Princi-
pis patrimonium, differentiam DD. conſtituunt, vt videre
eſt per Tondutum *de præuent. indic. part.* 2. *cap.* 23. *in princ.*
Surd. *deciſ.* 1. *num.* 11. & hoc priuatum appellant, Tondut.
num. 1. 2. Crauet. *de antiq. temp. part.* 4. §. *abſolutis*, *num.* 3. &
facit *l.* 1. §. *hoc interdictum.* el 2. ibi: *Res enim fiſcales quaſi
propriæ, & priuatæ Principis ſunt, ff. ne quid loc. public.*

Eſt ad hunc locum Philippi II. egregium reſponſum,
qui à Senatu conſultus circa deciſionem cuiuſdam cau-
ſæ dubiæ, ex qua maximum compendium fiſco venie-
bat acquirendum, ſic vni ex Senatoribus ad hoc miſſo di-
xit: *Semper in cura habe, & Senatui renuncia, in dubio ſemper
contra me iudicandum*, quod affert D. Larrea *n.* 9. ex Por-
reño *de dict. & fact. Philip. II. capit.* 10. *verſ. Eſtando.* Condu-
cit ad idem Iuſtiniani ſententia in *auth. vt iudic. ſin. quoq.
ſuff.* §. *conſiderauimus.*

Ad Num. 1.

6 Multis placet, in dubijs eſſe contra fiſcum pronuncian-
dum, ex *l. non puto*, 10. *ff. de iur. fiſc.* Simanc. *de Catholic. in-
ſtitut. tit.* 9. *n.* 53. Parlador. *rer. quotidian. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *n.* 36.
Farinac. *vbi ſupr.* Menoch. *conſ.* 105. *n.* 15. & *conſ.* 451. *num.* 39.
Pacian. *de probat. libr.* 2. *cap.* 15. *n.* 85. *verſ. Et hoc quidem*, &
plures alij adducti per Carleual. *d. diſp.* 1. *num.* 34. & per Fa-
chinæ. *controuerſ. lib.* 10. *cap.* 32. *verſ. Altera ſententia.* Quæ
ſententia recepta eſt, ac tenenda, cum fiſcus ex cauſa lucra-
tiua contra priuatum de damno vitando tractantem con-
tendit; vt docent *Olea*, & alij ſtatim referendi.

Alij è contrà fiſco impenſè fauentes aiunt, in dubijs pro
ipſo reſpondendum, maximè ſi de damno vitando certet,
Guttierr. *practicar. lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 6. Merlin. *d. lib.* 3. *quæſt.* 92.
n. 6. *verſ. Sequendum ergo*, Bald. Nouel. *de dot. part.* 9. *in prin-
cip.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 13. *à num.* 19.
Neguſant. *de pignor. part. memb.* 4. *n.* 117. *verſ. Sed quicquid
ſit*, Olea *de ceſſion. iur. tit.* 8. *q.* 3. *num.* 18. Pareja *de inſtrum.
edit. tom.* 2. *tit.* 7. *reſol.* 3. *num.* 48. & laudati à Menoch. *d. præ-
ſumpt.* 72. *num.* 12.

7 Tertia eſt opinio eorum, qui exiſtimant, quod, etiamſi
fiſcus tractet de damno vitando, non eſt præferendus in
dubijs priuato: ſed rem eſſe decidendam, acſi duo priuati
concurrerent; ita Duaren. *in l.* 1. *col.* 4. *ff. ſolut. matrim.* Bar-
boſ. *ibid. part.* 2. *à num.* 14. Coſta *de privileg. creditor. in præ-
fat. ad reg.* 3. *à num.* 29. Socin. Iun. *in dict. l.* 1 *num.* 29. 35. *ff. ſo-
lut. matrim.* Fachinæ. *d. cap.* 32. *in fine*, Carleual. *vbi proximè.
num.* 35. vbi alios refert, Garcia *de nobilit. gloſ.* 25. *num.* 6.
verſ. Eu autem, Menoch. *d. præſ.* 72. *num.* 17. Amaya *ſupra à*
8 *num.* 39. Quæ ſententia duabus præmiſſis præponenda vi-
detur: nam fiſcus, vbi ſpecialiter non reperitur priuile-
giatus, iure communi vtitur, vt priuatus: Sic tenent com-
muniter DD. per *l. placuit* 37. *ff. de iur. fiſc. l. idem iuris* 12. *ff. de
compenſat. l. cum vitiosè* 25. *ff. de pignorib. l.* 1. *C. de conductor.
& procurat. lib.* 11. Gloſ. *in l. item veniunt* 22. §. *in priuatorum,
verb. in publica, ff. de petit. heredit.* Cyriac. *controuerſ. forenſ.
tom.* 1. *controu.* 13. *num.* 21 Merlin. *ſup. q.* 87. *n.* 1. *verſ. In primo
caſu*, Ceuall. *d. q.* 821. *num.* 10. Barboſ. *in d. l.* 1. *part.* 7. *num.* 19.
in fin. Tondut. *de præuent. indic. part.* 1. *cap.* 30. *num.* 84. Martin.
Laudenſ. *tract. de fiſc. in princip. quæſt.* 14. Peregrin. *lib.* 6. *tit.* 1.
num. 1. Farin. *ſupra*, *num.* 150. 153. Menoch. *nu.* 2. 3. Caball. *tom.*
1. *crimin. caſ.* 39. *n.* 20. 21. & *tom.* 2. *caſ.* 103. *n.* 10. Ioſeph Mel-
le *in addition ad Gizarellam deciſ.* 1. *n.* 91. 92. Noguerol. *alle-
gat.* 33. *num.* 69. Quod etiam in Principe procedere, obſeruat
ex pluribus, Gail. *lib.* 1. *obſeruat.* 90. Cyriac. *ſup. n.* 5. Cum er-
go nullibi cautum ſit, vt in dubijs pro fiſco iudicetur, nulla
inter eum & priuatos in hoc debet conſtitui differentia.

Ad fundamentum primæ opinionis ex *d. l. non puto*, di- 9
cendum eſt cum Carleual. Menoch. Barboſ. & Ioan. Garc.
ibi Conſultum duntaxat probare, non eſſe priuilegium
fiſco, vt in dubijs pro eo pronuncietur, vt doti, & libertati,
atque ideò non delinquere, aut facere contra ius, qui ea-
dem facilitate, quà contra priuatos, contra fiſcum iudica-
uerit, quando ei licuerit, pro arbitrio quam maluerit par-
tem amplecti propter dubium: ex quo perperam infertur,
in quæſtionibus ambiguis aduerſus fiſcum pronunciari
debere; imò nulla ratione poteſt ſuaderi, vt deterioris 10
conditionis, quàm priuatus, ſit fiſcus, quem alias iura
plurimis priuilegijs proſequuntur; vt rectè D. Couarruuias
hic conſiderat: vtique ea fuerit Modeſtini mens, iuxta quam
eius verba ſunt intelligenda, ſecundum quod veroſimile
eſt; vt poſt Baldum, & Crauet. docet Menoch. *conſ.* 763.
num. 3.

Refellitur non difficilè, quod pro ſecunda ſententia fa- 11
cere videtur, paritas ſcilicet quoad priuilegia inter dotem,
& fiſcum, ex *l.* 2. *C. de priuil. fiſc.* nam licet in dubijs pro do- 12
te ſit reſpondendum, *l. in ambiguis* 71. *ff. de iur. dot. l. in ambi-
guis* 86. *ff. de regul. iur.* Cyriac. *controu.* 81. *nu.* 31 Merlin. *tit.* 2.
quæſt. 67. *nu.* 3. non tamen idem priuilegium fiſco communi-
candum eſt: neque enim omnia priuilegia dotis fiſco 13
competunt; ſicut per contrarium non omnia priuilegia
fiſci, doti dantur; quod in iure notiſſimum eſt, & pro-
bant Gizarell. *deciſ.* 1. *nu.* 13 Merlinus *d. lib.* 3. *q.* 68. *num.* 20.
21. & *q.* 77. *num.* 3. Guttier. *pract. lib.* 3. *q.* 99. *num.* 16. Menoch.
d. præſ. 72 *n.* 27. Nec priuilegiorum extenſio eſt admitten- 14
da, contra regulam textus in *l. quod verò* 14. *ff. de legib.* Cy-
riac. *d. controuerſ.* 13. *num.* 75. Carleual. *ſupr. tit.* 3. *diſp.* 28. *n.*
26. Barboſ. *ſup. p.* 1. *n.* 19. Et quoties dubitatur, an fiſco com- 15
petat priuilegium aliquod? aduerſum ipſum reſponden-
dum eſſe negatiuè reſoluit Farinac. *vbi proximè.* Neque ob-
ſtat *dict. l.* 2. in qua ſolùm æquiparantur fiſcus, & dos inter
ſe, quoad priuilegium hypothecæ, non quoad alia; atque
ita regula extra generalis induci nequit, vt aduertit Merlin.
d. lib. 3. *q.* 68. *n.* 20. & *q.* 77. *n.* 3. Gizarel. *dict. deciſ.* 1. *n.* 24. 25.
Bologn. *in l.* 1. *n.* 202. *ff. ſolut. matrimon.*

Ad Num. 2.

Ex præmiſſis deducitur reſolutio ad hanc quæſtionem 16
de duobus inſtrumentis eodem die confectis, de quorum
prioritate non obſtat, vno in fauorem fiſci, & altero pro
priuato, quod ſit præferendum? de qua Olea *d. q.* 3. *nu.* 18.
Pacian. *d. cap.* 23. *n.* 86. Pareja *dict. n.* 48 Amaya *ſupr. num.* 39.
Rodriguez *de concurſ. p.* 1. *art.* 2 *n.* 15. Ioan. Garcia *d. gloſ.* 16.
n. 9. Coſta *vbi ſupr.* nam neque fiſcus priuato, neque priua-
tus fiſco potior erit, ſed vterque pariter admittetur, iuxta
l. 1. §. *ſi quis in duobus, ff. de bon. poſſeſ. ſecund. tab.* prout Ama-
ya, Coſta, & alijs viſum eſt; niſi ex aliqua cauſa aliàs in-
ter eos locus ſit prælationi, veluti ſi alter in poſſeſſione
ſit, habeatve horam expreſſam, in qua fuit confectum in-
ſtrumentum: His caſibus, iſte, ſiue priuatus ſit, ſiue fiſcus
ſuperabit; quoniam illius inſtrumentum præceſſiſſe iure
præſumitur, Olea *num.* 5. 6. 19. Merlin. *lib.* 4. *q.* 4. *n.* 33. 37.
Pacific. *de Saluian. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 428. 433. 491. Gait.
de credit. cap. 4. *num.* 1834. 1863. Pareja *d. reſolut.* 5. *n.* 44. 60. qui
plures laudat.

Primus tamen caſus limitatur, cùm fiſcus agit ex cauſa
oneroſa contra priuatum ex cauſa lucratiua poſſidentem,
nam pro fiſcali inſtrumento præſumetur; *d. l.* 1 *C. de iur. fiſc.*
Olea *num.* 19. vbi alij. Et quid ſi habens horam in inſtru-
mento, agat contra poſſidentem? videas Olea *num.* 12.
Pacian. *n.* 97. *verſ. Sunt qui*, vbi, *n.* 86. cum nonnullis reſoluit,
in ſupra propoſita quæſtione principali, pro priuato eſſe
contra fiſcum pronunciandum.

Ibi: *Textus inſignis in* l. 1. C. de iur. fiſc. lib. 10.

De interpretations *d. l.* 1. Pacian. *n.* 84. 85. Menoch. *d.* 17
præſ. 71.

*præſ.72. num.*8.9. Carleual. *d.tom.2.tit.3.diſput.*30.*n.*29.30.
18 Lucas de Penna *in d.l.*1. Barboſ. *ſupra, part.*2.*num.*18. Et
ſecundum communem intellectum illud priuilegium in ea
conſtitutione fiſco indulgetur, vt onus probationis in ad-
uerſarium transferatur contra communes iuris regulas,
quæ pro poſſeſſore faciunt, ita Carleual. & Barboſ. *vbi
nuper*, Peguer. *deciſ.*49.*num.*1. Bald. Nouel. *ſupra, part.*1.
*priuileg.*1. Neguſant. *de pignor. part.*5.*memb.*2.*n.*43. Fului.
Conſtant. *in l.*1.*num.*12. *C. de iur. fiſc.* Guttier. *dict. lib.*3.
*quæſt.*99.*n.*14. Paſchal. *de patr. poteſt. part.*2.*c.*9.*n.*45.*verſ.
Vnde habita.*
19 Sed priuilegium iſtud ad alios caſus præter ibi expreſ-
ſum extendi non debet, neque ex eo textu colligi recte po-
teſt, quod, vbi de prioritate obligationis non apparet,
præſumatur fiſcus priùs contraxiſſe generaliter: Nam in
ſpecie deciſionis illius, ſpecialis ratio priuilegio dedit oc-
caſionem, ſcilicet fiſcum agere ex cauſa onerosa contra
poſſidentem titulo lucratiuo, quod licet in priuatis non
ſufficeret ad releuandum actorem ab onere probandi prio-
ritatem contractus, Pacian. *num.*84. & præmittunt pro-
ximè laudati, & alij omnes, qui communiter ſentiunt,
fiſco priuilegium indulgeri in *dict. l.*1. hoc tamen fiſco fa-
uorabiliter conceſſum eſt; ſi verò poſſeſſor, contra quem
fiſcus experitur, habeat cauſam onerosam, fiſcale inſtru-
mentum præceſſiſſe non præſumitur, ſed illud probare te-
netur fiſcus agens; ſic explicant Olea ex multis, *num.*19.
Amaya, Carleual. Pacian. *vbi proximè*, Coſta *in d. præſum.
ad reg.*3. *à nu.*17. Quare ex hoc ſpeciali caſu regula gene-
ralis conſtitui nequit ad quæſtionem de duobus inſtru-
mentis, quorum de prioritate dubitatur, cum fiſcus, & pri-
uatus ex ſimili cauſa contendunt.
20 Imò altera ſpecialis ratio in præfata conſtitutione iti-
dem concurrit, nempè fuiſſe prædia per patrem proprijs
21 filijs donata: huiuſmodi enim donationes inter coniun-
ctas perſonas ſuſpicionem fraudis præ ſe ferunt, atque ita
præſumptio erat pro fiſco, quod in fraudem ipſius dona-
tio fuiſſet facta; *l. data iampridem* 27. *C. de donat.* Menoch.
22 *de præſumpt. lib.*3. *præſum.*24. *numer.*13. Quæ quidem præ-
ſumptio fiſco fauebat, vt onus probationis poſſeſſoribus
incumberet; argum. *l. non eſt veriſimile* 1 *fin. ff. quod met.
cauſ.* Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.*8. *num* 4. *verſ. Generali-
ter.* notauitque Gloſ. *in ead. l. non eſt* & *verb. præſumptione.*
23 Quibus perpenſis, defendi poteſt ſententia Menoch. *dict.
præſ.*72. *num.*8. *verſ. Verùm interpretatio hæc*, qui poſt alios
docet, in *d.l.*1. nullum priuilegium fiſco fuiſſe conceſſum,
ſed eam deciſionem communibus iuris regulis omninò
conuenire.

Ibi: *Sed etſi fiſcus agat ex cauſa onerosa.*

Imò nullus præferretur, vt nuper probatum manet;
ad quod nihil facit *l. ſi is qui* 28. *ff. de iur. fiſc.* Nam longè
24 diuerſum eſt, quod ibi fiſco indulgetur ab hoc, de quo
agitur; & in materia priuilegiorum, non valet argumen-
tum de vno ad alterum; neque ex eo quod conceſſum ſit,
quod eſt plus, quod minus eſt cenſetur indultum; *d. l.
quod contra* 14. *ff. de legib.* Rebuf. *de decim. cap.* 14. *num.* 8.
Pat. Suar. *de relig. tom.* 2. *tract.* 2. *cap.*23. *numer.* 7. cum
priuilegia non ſint multiplicanda, *cap. porrò* 7. *de priuileg.
l.*1. *Cod. de dot. promiſ.* Cyriac. *controuerſ.* 13. *numer.* 41.
Surd. *deciſ.* 255. *num.* 3. Menoch. *conſ.* 916. *num.* 8. Et de
intellectu *d. l. ſi is qui*, videndi ſunt Carleual. *dict. titul.* 3.
*diſput.*34. *à num.*5. Merlinus *d. lib.* 3. *quæſt.* 87. *per totam*,
Caſtill. *controuerſ. lib.*3.*cap.* 4. *ex num.*19 Mantic. *ſup. libr.*
21. *tit.*25. *numer.*6. *cum ſeqq.* Gab. Mod. *de pignorib. tit.
quib. mod. pign. vel hypothec. ſolu. à numer.*131. Pacific. *dict.
cap.*2. *num.*475. Gait. *ſup. cap.* 4. *numer.* 1547. 1828. *cum
ſequentib.* & 1831. & plurimi alij apud Carleual. *num.* 4.
qui à *num.* 20 probat, fiſcum præferri anterioribus cre-
ditoribus in fructibus perceptis ex bonis, quæ ante con-
tractum fiſci debitor habebat, ſi poſt illum colligantur:
quod eſt ampliandum ad fructus pendentes tempore, quo
fiſcus contraxit, vt ſcilicet inter hunc, & anteriores credi-
tores, pro rata temporis diuidantur.
Ex quibus conſtat communiter probari, quod D. Couar.
25 in præſenti, quoad illam docet; Guttierr. tamen. *dict. lib.*3.
*q.*99. *n.*17. tenet, fiſcum præferri anterioribus creditoribus
tacitam hypothecam habentibus in bonis ante ſuum
contractum quæſitis ad inſtar dotis, per textum in *l.* 33.
*tit.*13. *part.*5. vbi notat Gregor. Lop. *gloſ.* 3. Bolaños *in
Curia, part.* 2. *lib.* 2. *cap.*29. quod etiam placuit de iure
communi aliquibus, quos reprobat Peregrin. *lib.* 6. *tit.*6.
*num.*16. Vtrum hoc priuilegium *d.l. ſi is qui*, competat do- 26
nis controuertitur, & verior eſt negatiua; de quo Guttier.
*ſupr n.*18. Ant. Com. *in l.*53. *Taur. n.*39. *in fine*, Barboſ. *in
d.l.*1. *part.*2. *ex n.*17. Aſini. *de exequtionib.* §.7.*c.* 21. *à nu.*4.
Caſtill. *d.lib.*3.*c.*4.*n.*10. *cum ſeqq.* Merlinus *ſuprà, q.*68. *per
totam*, Olea, qui vtriuſque partis cumulat Authores, *tit.*3.
*q.*7.*à n.*3. & diximus *ſup. c.*7.*n.*39.

Ad Num. 3.

Regulariter, vbi ſunt pares probationes vtriuſque par- 27
tis, reus debet abſolui; Menoch. *de arbitrar. caſu* 98 *num.* 2.
gloſ. verb. aliquis, in c. Clerici 32. 81. *diſtin.* Pacian. *ſupra, lib.*1.
*c.*50.*num.*56. Abbas *in c. cum P. Manconella, n.* 13. *de accu-
ſat.* Ant. Gab. *commun. opinion. tit.*4. *de teſtib nu.*44. Farinac,
*in prax. crimin. p.*2.*q.*65.*n.*152.
A qua regula excipiuntur cauſæ fauorabiles, & priuile- 28
giatæ, vt libertas, matrimonium, dos, & aliæ huiuſmodi,
in quibus, data æqualitate probationum, pro ipſis eſt iudi-
candum, vt vltra nuper laudatos probant gloſ. *in c. ex litte-
ris* 3. vbi communiter notatur, *de probat.* Rebuf *de re-
probat. teſtium, num.* 126. Perez *in rubric tit.* 11 *gloſ.*1. *lib.*5.
Ordinam. pag. 667. Aleiat. *de præſumpt regul.*3. *præſumpt.*44.
*n.*7. Sed cum fiſcus; regulariter cauſa fauorabilis non ſit, 29
nec priuilegiata vltra caſus in iure expreſſos, vt dictum eſt
*ſupr. n.*8. nulla ratione tale priuilegium eſt concedendum,
ſicut viſum eſt Menoch. *ſupr. n.*13. maximè extante *d. l. non
puto*, quæ iuxta magis communem, ac veram interpretatio-
nem decidit, fiſco in dubijs nullam eſſe prærogatiuam, vt
pro ipſo pronuncietur, atque ideò in caſu, de quo agimus,
idem, quod de priuata, ac non fauorabili cauſa, de fiſco di-
cendum eſt, ſcilicet reum eſſe abſoluendum; quamvis mul-
ti D. Couar. ſententiæ accedant, & in praxi ſic obſeruan-
dum doceat Villadieg. *in politic. c.*5.§.12.*num.*21.

Ad Num. 4.

Eadem ratione tenendum eſt, non fore potiorem ſenten- 30
tiam pro fiſco latam, ſed communes iuris regulas eſſe ſer-
uandas: neque valet argumentum de libertate ad fiſcum: 31
nam pro illa in dubijs reſpondendum paſſim cauetur, *l.
cum inter veteres* 14. *in fin. C. de fideicommiſ. libertat. l. quo-
ties dubia* 23. *l. in obſcura* 140. *ff. de reg. iur. l. peculium* 10. §.
fin. ff. de manum. teſtam. l. generaliter 14. §. *ſi petitum, ff. de fi-
deicommiſ. libertatib.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 115.
*num.*22. Iacob. Rauard. *in d. l. quoties*, vbi rationem reddit
ex Senec. *libr.*11. *epiſtolar.* quia ſcilicet humanitas ſemper
inclinat in melius, prout eſt libertas reſpectu ſeruitutis.
Præterea libertas omnibus rebus fauorabilior habetur; *l.
libertas* 170. *ff. de reg. iur.* cauſa verò fiſcalis, vt dictum eſt, fa-
uorabilis non cenſetur, atque ita contra D. Couarr. ſen-
tiunt, quos laudat, ac ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 72.
*num.*14. Etſi non pauci in fauorem fiſci hoc caſu reſpon-
deant, Ioan. Garcia *de nobilit. gloſ.*25.*num.*29. Peregrin. *lib.*
7.*tit.*3.*n.*45. Farinac. *fragm. crimin. part.*1. *lit. F. n.* 187. Buc-
caron. *de different. inter iudic. ciuil & crimin. n.* 1. *different.* 164.
*numer.*7.8. Quæ omnia procedunt, etiamſi fiſcus de damno
vitando, contendat cum aduerſario ex ſimili cauſa liti-
ganti.

Ad Num. 5.

Conſequenter inficiandum erit, in hoc aliquod eſſe fiſ- 32
co priuilegium: nam ſi agat contra priuatum poſſidentem,
probare debet ad victoriam bona, ſuper quibus diſcepta-
tur, debitori poſt fiſcalem contractum fuiſſe quæſita; & è
contra, ſi priuatus ſit actor, docere aſtringitur, bona fuiſſe
debitoris, ante quam cum fiſco contraheret, Carleual. *d.
diſp.*34.*n.*18. Mantic. *de tacit. conuent. lib.*11. *tit* 25. *à n.*14.
Pacian. *d. cap.*25, *num.*88, Bart. *in d.l. ſi is qui, in fin. n* 3. *verſ.*

Vltimò

Vltimò Quæro, Neguſant. *ſupra, part.5. memb.2. numer.*43.
33 Imò ſi nullus poſſideat, ſed concurrant adverſus com-
munem debitorem, fiſco incumbit onus probandi, bona
34 ad illum poſt fiſcalem obligationem perueniſſe: quoniam
priuatus ſuam habet fundatam intentionem de iure, cum
prior ſit tempore; & qui nimis priuilegio relato ad tem-
pus, hoc probaturus eſt; Merli. *d. lib.3. q.87. in fine*, Mantic.
*ſupra numer.*15. 16. Pacific. *de Salmian. interdict. inſpect.3.
cap 2. num.*474. *cum ſeqq.*

Quæ tamen limitari poſſunt ex *d.d.* iuxta communem
intellectum, ſi fiſcus egerit ex cauſa onerosa, priuatus
verò de lucro certauerit, nam huic onus probationis in-
combet, cùm ea identitate rationis priuilegia ad caſus
ſimiles adaptentur; quod non extenſio, ſed comprehen-
ſio nuncupatur; Carleual. *sect.1. titul. 1. disp. . numer.*535.
Cyriac. *controverſ.* 478. *dub.* 79. Molin. *de primogen. lib.3.
cap.5. numer.*6.7. Pacian. *d. num.*85. licet hoc caſu, niſi ad-
verſarius poſſideat, dominiùmque habeat, fiſcum in om-
nibus bonis debitoris abſque aliquo priuilegio potiorem
eſſe, probet Carleual. *dict. titul.3. disp.*30. *per totam*, vbi
defendit, creditores poſteriores ex cauſa onerosa præ-
ferri anterioribus ex lucratiua. Sed contrarium verius
eſt.

Ibi: *Sed vbi duæ apparent ſcripturæ eodem die.*

35 Non eſt legitima illatio: dos habet priuilegium, vt in-
ſtrumentum pro ſe in dubio prius factum præſumatur:
Igitur idem fiſco competit: ſi quidem in ambiguis pro do-
tibus reſpondendum eſſe, iure conſtitutum eſt; vt proba-
uimus *ſuprà, à num.*13. In fiſco autem contrarium. *d. l. non
puto*, nec talis communicatio priuilegiorum inter dotem,
& fiſcum, iure probatur, prout *ibidem* diximus.

Ad Num. 6.

36 De his *ſuprà*. Illud omninò compertum eſt, duobus in-
ſtrumentis eodem die confectis, vno in fauorem dotis,
altero in priuati; vel fiſci commodum; dotalem præceſ-
ſiſſe præſumi, latiſſimè Merlin. *d. lib.3. q.77. à num.3. verſ.
Hinc infertur*, qui contra ſentientes quoad fiſcum, laudat
*num.*7.9. Pacian. *à num.*89. Pareja *d. tit.7. reſol.5. numer.*48.
Pacific. *ſuprà, num.*482. Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.7.
gloſ.2. q.3. n.*5.6. Mantic. *d. lib.*15. *tit.*26. *num.*4. Maſcard. *con-
cluſ.*575. *num.*12. Bald. *in l. dotis, C. de iur. dot.* Staiban. *in
reſolut. forenſ. reſolut.3. num.*16. Menoch. *dict. præſ.72. num.*18.
cum alijs, Gait. *de credito. cap.4. à num.*1183. Coſt. *de priui-
leg. credit. reg.2 amplias.6. num.*333. Theſaur. *lib.3. q.* 106. *n.*2.
37 D. Larrea *tom.2. deciſ.*25. *num.*2. Olea *d. q.3. num.*17. Qui ad-
verſus poſſidentem, etiam tale priuilegium doti competere,
ait cum Pareja, Alfaro, Fænucio, & Merlino. In fiſco au-
tem aliud tenendum eſt ex dictis per *d. l. non puto*, ſcilicet
priuato hoc caſu non anteponi, vt probauimus *ſup. n.*16.
Iſtud autem priuilegium dotis, vt eius inſtrumentum ante-
rius præſumatur, ad hæredes, etiam extraneos tranſire, pro-
bant Merlin. *q.78.* Iaſ. *in l.1. col.3. verſ. Tertiò adde, ff. ſolut.
matrim.* & alij contra Socinum *d. l. 1. in 3. notab.* quibus ad-
de Pacian. *ſup. verſ. Quod quidem priuilegium*, vbi ſubdit,
hoc idem priuilegium competere Doctori legenti, pro ſa-
latio.
38 Non deſunt tamen exiſtimantes aliqui, fiſco, & muliere
concurrentibus, dotale ceſſare priuilegium; quos refert, ac
reijcit Menoch. *dict. præſ.72 numer.* 4. Sed prima ſententia
communi, ac veriori admiſſa, cui & *D. Couarr.* conſentit,
aperte colligitur, nullum in hac ſpecie priuilegium fiſco
conceſſum eſſe: nam, ſi illud haberet, non vteretur mulier
in ipſum ſuo priuilegio, ex regula vulgari quod priuile-
giatus contra pariter priuilegiatum, non gaudet priuile-
gio ſuo; *l. verum* 11. §. *item quæritur, ff. de minorib. cap. audi-
tis 3. de in integ. reſtit. l. ſed & milites* 10 *ff. de excuſat. tutor.*
Carleual. cum multis *tom.1. tit.1. disp.2. num.*633. Nec ſatis-
facit dicere, dotem præferri, quia eſt magis priuilegiata, ac
fauorabilis; Cancer. *variar. part.1. c.9. n.*4. Peregrin. *de iur.
fiſc. libr.6. c.6. n.*33. ſi quidem vbi fiſcus, & dos, in iure ali-
quod obtinent priuilegium, illa potior non habetur: ſed
præfata regula inter nos ſeruatur, *dict. l.2. C. de priuileg. fiſc.*

Ergo ideò inſtrumentum dotale præualet fiſcali, quia dos
habet priuilegium, quo fiſcus caret; vt Menoch. *d. præ-
ſumpt.72. numer.* 23. aſſeuerat. Quod comprobatur ex ve-
riori ſententia, quam *ſuprà* retulimus *numer.* 46. nam dos
præfato gaudet priuilegio, etiam contra fiſcum poſſiden-
tem, quod aliter foret, ſi huic ſimile priuilegium compe-
teret; cum, vt vulgo dici ſolet, duo vincula vincunt vnum;
Menoch. *conſ.*176. *numer.*26. Garc. *de nobilit. gloſ.6. numer.*
56. *l. pen. C. de adop.* atque ita duplex cauſa fauoris, vincæ
deberet præualere.

Ibi: *Minus obſtat* d. l. ſatis, *quæ ſpeciale ius conſti-
tuit.*

Militaris annonæ fauor tantùm potuit, vt dos vxoris 39
Primipili propter illius adminiſtrationem fiſco ſit obno-
xia; ſi ex bonis viri, quod ex ea cauſa debetur, conſequi
nequeat; atque ita in ſubſidium ad bona mulieris deueni-
tur, quod valdè ſpeciale eſt; Menoch. *d. præſ. n.*24. 25.
Carleual *d. tom.2. tit.3. disp.*19 *num.* 6. Peregrin. *d. libr.* 6.
*tit.6. num.*42. Merlin. *libr.3. q.94. n.* 6. Eſcobar *de ratiocin.
lib.1. cap.*39. Capici. *deciſ.* 129. *n.* 9. Gregor. Lop. *in l.* 25.
gloſ.7. tit.13. part.5. Gait. *cap.4. n.*1898. Mantic. *ſupr. lib.* 11
*tit.18. num.*8. Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de regal. impon. §.8. n.*5.
Gratian. *diſcept. cap.*733. Flores de Mena *variar. lib. 1. q.* 6.
*art.3. num.*17. Maſtrill. *de magiſtratib. lib.5. cap. 9. num.* 9.
Cardoſ. *in prax. iudic. verb. Maritus, n.*11. Sed hoc priuile- 40
gium cauſæ Primipilatis ad bona paraphernalia non ex-
tendi; quoniam hæc penes vxorem ſemper extant, neque
in dominium viri transferuntur, docent Merlin. *num.* 26.
Gratian. *dict. cap.*733. *numer.*8. Carleual. *numer.*7. Eſcobar
numer. 11. vbi alios laudat. Filij quoque Primipili, quam-
vis patri hæredes non extent, paterna obligatione tenen-
tur, *l. fin. C. de Primip. libr.*12. Merlin. *num.*6.

Ad Num. 7.

De officio Primipili ſcripſere Cuiac. *ad tit. de Primipilos* 41
lib.12. Codici, vbi Aleiat. Eſcobar *ſupra*. Neguſant. *part.5.
memb 1 numer* 37. Capici. *a numer.*12. Calvin. *in lexic. verb.
Primipilus*: Iuſt. Lipſ. *de milit. Roman. libro ſecundo, dialo-
go 8. prope finem* Mantic. *dict. libro vndecimo, titul* 18. *nu-
mer.*12. Barbos. *in dict. l. 1. part.7. à numer.*1. Vuolfang. Lazi.
*comment. Reipubl. Roman. lib.8. capit.17. numer.*737. *verb. Pi-
lum*, Merlin. *ſup. numer.* 1. *cum ſeqq.* Merend. *controuerſiar.
iur. lib.6. capit.* 49. & alij plures congeſti per D. Solorza-
num *de iur. Indiar. tom.2. lib.5 capit. vnic. numer.* 129. In-
ter quos non conuenit, quod fuerit Primipili munus; etſi
l.16 titul. 9. p.2. extet definitum, fuiſſe Primipilum, qui
Imperiale vexillum in acie ferebat, quem nos, *Alferez*, di-
cimus; illud tamen in confeſſo apud omnes ferè eſt, Pri-
mipilatum fuiſſe officium eminens, ac egregium militare,
cui erat annexa adminiſtratio, & diſtributio militaris
annonæ cum onere rationum reddendarum.

Sed dubitatur, num deciſio *dict. l. ſatis*, hodie locum 42
obtineat in Regijs Theſaurarijs? de quo diſputat Merlin.
dict. quæſtion.94. à numer. 11. & cum communi negatiuè re-
ſoluit: quod limitat in eis, qui adminiſtrant pecuniam,
vel annonam exercitus victui deſtinatam, vulgo, *Pagado-
res, y Tenedores de Baſtimentos*; nam in his, *dict. l. ſatis*, con-
ſtitutionem admittendam docet; à quo diſcedit Eſcobar
*num.*10. *verſ. Ex quibus patet*.

Verſ. *His omnibus animaduerſis.*

Habens priuilegium, vt in dubio inſtrumentum pro 43
ſe confectum præceſſiſſe credatur, illo gaudet, etiamſi
poſſideat adverſarius; Pareja, pluribus laudatis, *dict. re-
ſolut.5. numer.*49. Olea *dict. quæſt.3. numer.*17. Alfar. *gloſ.* 16.
*priuileg.*24. *numer.*106. Fænuci. *in tract. de moment. tempor.
capit.18. numer.*18. Merlin. *dict. lib .3. quæſt.77. numer.*18.19.
& lib. 4. quæſt. 4. numer. 42. Quod ſecluſo priuilegio ſecus
eſſet, nam pro poſſidente præſumitur; *capit. ſi à ſede* 31. 44
de præbend. in 6. Pacian. *numer.*93. *verſ. Quintò, & vltimò*,
Menoch. *de adipiſcend. remed.4. numer.*797. Franch. *deciſ.*
160. *numer.*4. Mantic *ſupr. lib.11 tit.22. numero decimo quinto*,
Theſaur.

Theſaor. *quæſt. forenſ.* 106. *lib.* 5. Tomat. *deciſion.* 74. *num.* 17.
Olea, cum alijs laudatis *ſupr. num.* 16. & omnes fatentur;
45 Sed fiſcus illud priuilegium duntaxat obtinet, quando agit
ex cauſa oneroſa contra poſſeſſorem titulo lucratiuo, ex
46 *d. l.* 1 *C. de iur. fiſc.* Imò ſi fiſcus poſſideat ex quocunque
titulo, & mulier pro dote agat, ſuo priuilegio nihilomi-
nus vtetur, & ſcriptura dotalis in dubio prius facta cenſe-
bitur, Camill. Viſiatin. *in d. l.* 1. *nu.* 47. *in* 4. *limit. C. de iur.*
fiſc. libr. 10. quem ſequitur Merlin. *d. quæſt.* 77. *à num.* 16. de
quo *ſuprà, à num.* 46. quamuis fiſcum poſſidentem præfe-
rendum doti, ſentiant Iaſ. *in dict. l.* 1 *num.* 7. *ff. ſolut. matrim.*
Crot. *ibi, num.* 17. Peregrin *libr.* 6. *tit.* 6. *num.* 34. Sed prior
ſententia tenenda eſt, cùm fiſcus a priuato non differat (vt
diximus *dict. num.* 46.) quoad rem, de qua agimus.

Ad Num. 8.

47 Fiſco cum priuato concurrente ad pœnæ perſequutio-
nem ex eodem delicto, ſi bona delinquentis non ſuffi-
ciant, cauſa fiſcalis potior habebitur. Ita fert communis
reſolutio; Neguſant. *part.* 2. *memb.* 4. *num.* 115. Clar. *lib.* 5.
ſentent. §. fin. quæſt. 78. *num.* 1. Euerard. *in loc. leg. loc.* 62. *a fiſco*
ad dotem, num. 6. Tuſch. *pract. concluſ. lit. F concl.* 399. *num* 15.
Farinac. *in prax. crimin. quæſt.* 25. *num.* 118. Sanch. *in ſumm.*
lib. 2. *cap.* 21. *num.* 94. Alfar. *ſupr. gloſ.* 16. *num.* 120 Rodrig.
de priuileg. credit. art. 2. *num.* 12. Villadieg. *in politic. cap.* 5.
§. 12. *num.* 13. Carleual. *d. tom.* 2. *tit* 2. *diſp.* 1. *à num.* 33. licèt
contrariam, ſcilicet bona pro rata eſſe diuidenda, Pere-
grini, & aliorum æquiorum agnoſcat; ſed ille non mo-
uetur ea ratione, qua D. Couarr. *in præſenti*, quod in dubijs
48 fiſcus priuatis anteponitur, licet eius meminerit: nam re-
ctè perpendit, fiſcum ſemper etiam ob delictum à die ſen-
tentiæ hypothecam conſequi in bonis condemnati; *l.*
aufertur 46. *§ fiſcus, ff. de iur. fiſc.* quam ſic communiter DD.
intelligunt, Hannibal. *in l. poſt contractum* 15. *n.* 505. 515.
ff. de donat. Peregrin. *d. tit.* 6. *num.* 15. Merlin. *d. lib.* 5. *quæſt.*
88. *per totam*, Parlador. *different.* 111. *num* 15. Tellus Fer-
nand. *in l.* 4. *Taur. num.* 60. Alfar. *gloſ.* 34. *num.* 135. *cum*
ſeqq. Flores de Mena *variar. lib.* 1. *cap.* 6. *art.* 3. *numer.* 5.
Carleual. *vbi proximè à numer.* 13. Priuatus verò ſolum
actionem obtinet perſonalem, qua ratione fiſcus ob hy-
49 pothecam illum excludit; certum quippè eſt, hypothe-
carios creditores omnibus perſonalibus, etiam priuile-
giatis anteponi; *l. pro debito* 6. *C. de bon. author. iudic. poſſi-*
dend. l. eos 9. *C. qui potior.* Carroc. *de depoſit. quæſt.* 47.
num 12. Flores de Mena *ſup. num.* 38. Pichard. *in §. quadam*
actiones, num. 90. *Inſt. de action.* Matienço *in l.* 7. *gloſ.* 5.
num. 5. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilat.* Hermoſ. *in l.* 9. *gloſ* 4. *tit.* 5.
part. 5. Merlin. *libr.* 4. *quæſt.* 14. Paſchal. *de patr. poteſt. part.* 1.
cap. 8. *num.* 78. *verſ. Verum*, Caſtill. *Sicil. deciſ.* 90. *num.* 39.
Quod obtinet, etſi hypothecarius creditor de lucro, chi-
rographarius verò de damno vitando contendat; Merlin.
cum alijs, *num.* 6. Mantic. *ſupr. libr.* 11. *tit.* 12. *num.* 24. Sed
contra communem, Peregrino nihilominus adhæret Her-
moſ. *in d. l* 9. *gloſ. vltim num.* 8.

Ad Num. 9.

50 Sequeſtrum eſt triplex, voluntarium, iudiciale ſiue ne-
ceſſarium, & mixtum, de quibus Tuſch. *lit. S. concluſ.* 201.
Menoch. *de retinend. poſſeſ. remed.* 3. *ex num.* 86. Carroci. *de*
ſequeſtrat. quæſt. 3. Azeued. *in rubric. num.* 6. 7. *tit.* 11 *lib.* 4. *Re-*
copilat. Pichard. *in §. præterea num.* 10. *Inſt. quib. mod. re cont.*
oblig. & alij apud Hermoſ. in l. 1. gloſ. 4. num. 5. 6. 21. titul.
5. part. 5.
51 Neceſſarium autem, de quo in præſenti, tam Canonico,
quàm Ciuili iure regulariter eſt vetitum; *l. vnic. C. de pro-*
hibit. ſequeſtr. pecun. cap. 1. *vt lite pendent. l.* 1. *tit.* 9. *part.* 5.
52 Tuſch cum pluribus, *ſup. concluſ.* 205. *num.* 1. Neque fit ni-
ſi in caſibus iure expreſſis, Ceuall. *tom. vltim. quæſt.* 158.
num 2. Hermoſ. *in l.* 1 *gloſ.* 4. *num* 4. *tit.* 3. *part.* 5. Mareſcot. *va-*
riar lib. 1. *cap.* 77. *num.* 1. Carroc. *ſupr. in princ. num.* 6. Caldas
quæſtion. forenſ. lib. 1. *quæſt.* 21. *num.* 51. Bernard. Græuæ.
53 *ad practic. Camer. Imperial lib.* 1. *concluſ.* 147. *num.* 1. Et qui
poſtulat ſequeſtrum fieri, probare debet, eo caſu ſeque-
ſtrationem iure permiſſam eſſe; Tuſch. *numer.* 2. Alexand.
conſ. 163. *in princip. lib.* 6. Pariſ. *conſ.* 41. *num.* 17. *lib.* 1. Rota
apud Cardin. Cauallerium *deciſ.* 524 *per totam.* Neque fieri 54
debet aliquo legitimè poſſidente extra caſus expreſſos, li-
cèt contentiones, ac rixæ alioquin timeantur; Hermoſill.
cum alijs, *ſup. num.* 11. 12. Caſus autem in quibus ſeque-
ſtrum eſt permiſſum, tradunt Viui. *commun. opinion. tom* 2.
lib. 8. *tit.* ... *num.* 4. *pag.* 336. Gonzal *ad regul.* 8. *Cancellariæ.*
§. 7. *proœmij, n.* 19. *cum ſeqq.* Tuſch. *à num.* 15. De obligatione
ſequeſtris, latiſſimè Cyriac. *tom.* ... *controuerſ.* 558. *per totam.*
Vnde cum nullibi ſtatutum inueniatur, huiuſmodi ſeque- 55
ſtrationem admitti fauore fiſci agentis, non eſt cur illi
tale priuilegium gratis concedatur, maximè in materia
odioſa, & vetita.

Illud autem addendum eſt, per ſequeſtrum iudiciale
ſiue neceſſarium, poſſeſſionem non tranſire in ſeque-
ſtrem: ſed penes poſſeſſorem permanere; licet aliud ſit in
voluntario; vt pluribus relatis communem opinionem
eſſe teſtantur Hermoſ. *in. l.* 1. *gloſ.* 4. *num.* 6. *tit.* 3. *part.* 5.
Auguſt. Barboſ. *in cap. examinata. n.* 10. *de iudic.* At contra
tenet Menoch. *dict. remed.* 3. *num.* 83. cum Coraſ. & Are-
tin. ſcilicet per ſequeſtrum, etiam voluntarium, poſſeſ-
ſionem ſaltem ciuilem non amitti.

Ad Num 10.

Vulgare eſt axioma, vt agens rei vendicatione, fa- 56
teatur adverſarium poſſidere, *l.* ... *C. de alienat. iudic. mutand.*
cauſ. fact. Mareſcot. *ſup lib.* 1. *cap.* 56. *num* 21. Nicol Belloni.
ſupputat. iur. lib. 1. *capit.* 19. Villadieg. *ſupr. capit.* 5. *§.* 12. *nu-*
mer. 20. *verſ. Y tractando*, vbi de fiſco agit. Myntinger. *in*
§. omnium, *num.* 14. *Inſt. de actionibus.* Ratio eſt, quia
nequit intentari in eum, qui non poſſidet; Cyriac. *tom.* 2.
controuerſ 330. *num.* 9. Abb. *conſ.* 17. *num.* 1. *verſ. Nam*
rei vendicatio, volum. 2. Noguerol. *allegat.* 1. *num.* 58. At non 57
eſt præciſè neceſſarium, reum habere veram poſſeſſio-
nem, cùm ſatis ſit, vt adverſus eumdem rei vindicatio de-
tur, quòd rei petitæ detentor ſit; *l. officium.* 9. *in fine. ff.*
de rei vendicat. Paz *in praxi tom.* 5. *cap.* 1. *§.* 3. *num.* 12.
vbi alij, Villadiego *cap.* 8. *num.* 3. Hinc eſt, vt qui
actione reali experitur, non cenſeatur ſuæ poſſeſſioni re-
nunciare, vt docet *D. Couarruuias* nam ſolùm affirmat
reum eſſe in poſſeſſione rei, ſuper qua litigat, & hoc non
vltrò, ſed neceſſario; Ludouic. Bolognin. *in l. naturali-*
ter 12. *§. nihil commune ff. de acquirend. poſſeſ.* Neque renun- 58
ciatio propterea iuris eſt, præſumenda, quoties aliter actus
poteſt ſuſtineri; argum. *l. cum de indebito* 25. *ff. de probat.*
Carleual. ex multis, *d. tom.* 2. *titul.* 3. *diſp.* 19. *num.* 14. *& diſp.*
23. *num.* 43.

Ibi: *Sed ſiquis agat confeſſoria, aut negatoria.*

Actio confeſſoria datur ei, qui intendit ſe habere 59
ſeruitutem iam conſtitutam in alieno fundo, vel domo,
aut alibi; Negatoria verò ei, qui inficiatur, alium in re
ſua habere ſeruitutem quæ, etſi in rem ſint, competunt
etiam poſſidentibus, *§. æquè ſi agant*, vbi Iaſ. *num.* 54. *Inſt.*
de actionib. Pichard. *ibi à princip.* Morl. *in empor. iur. tit. de*
ſeruitutib. num. 104. *cum ſeqq* Ariſm *variar. ſentent. tom.* 2.
titul. 569. Petr. Greg. *ſyntagmat. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 1.
cum alijs, Aug. Barboſ. *in collectan. ad c. examinata, n.* 8.
9. *de iudic.* Menoch. *de retinend. remed.* 5. *num.* 39. *cum*
ſeqq. Paz *ſupr. §.* 4. *num.* 20. 21. 30. *cum alijs*, Villadieg, *ſuprà,*
à num 4. Forcatul. *dialog.* 16. *num.* 3. Maino *libr* 1. *action.*
r. 15. Vtrum hæc actiones dentur pro alijs iuribus, ve-
lut præſentandi, eligendi, & ſimilibus? controuertitur: de
quo Pichard. *num.* 14. 22. Morl. *num.* 104. Vaud. *variar. quæ-*
ſtion. libr. 2. *quæſt.* 27.

Ibi: *Cæterum ſi Regius procurator, populuſvè.*

Hoc adeò procedit, vt interim, non obſtante poſſeſſio- 60
ne nobilitatis, nihilominus, qui conuenitur, cum plebeis
cogatur tributa ſolvere; *l.* 9. *tit.* 11. *libr.* 2. *Recopilat.* de quo
ſtatim latius *num.* 68.

Verſ. *Primò hinc tollitur.*

61 Licet ſuper nobilitate ſua litiganti, petitorium à fiſco, vel populo propoſitum ſuſpendere, & ad poſſeſſorium ennuolare; Parlador. *different.* 145. §. . *num.* 2. Otalor *de nobilit. part. 3. partis tertiæ princip. cap.* 73. Guttier. *practicar. lib. 3. cap. 4. num* 104. 109. Menchac. *lib. 2. illuſtr. cap.* 87. *n.* 10. qui duo vltimi loquuntur, quando in continenti offertur probatio ad effectum gaudendi, dum lis agitatur, Nobilium exemptionibus.

Ibi: *In quo eſt animaduertendum.*

Idem notat Guttier. *d. lib. 3. cap.* 14. *num.* 27. & *cap.* 19. *n.* 20. Parlador. *different.* 145. *in princip. n* 9. 10. vbi docet in iudicio poſſeſſorio nobilitatis ſufficere, vt probetur quaſi poſſeſſio vicennalis litigantis, eiuſdemque patris, & aui; in petitorio autem, etiam requiri immemorialis probationem: quam differentiam notarunt etiam Otalor. *ſupr. c.* 7. *n.* 4. Garc. *gloſſ.* 12 Menchac. *d. c.* 87 *num* 8.

Ibi: *Ex quibus etiam conſtat, probationem huius nobilitatis.*

62 In cauſis nobilitatis, qui ſe nobilem eſſe intendit declarare, ſiue actor, ſiue reus ſit, illud probare debet, aliàs ſuccumbet; Padill. *in l. in udibus, n. 5. C. de ſeruitut. & aqua,* Garcia *gloſ.* 8. *n.* 8. Guttier. *vbi proximè.* qui per *totum caput* diſputat, an idem iuris ſit, licèt qui litigat, habeat ſententiam pro ſe ſuper poſſeſſione? & *n.* 30. reſoluit, adhuc plebeium eſſe pronunciandum; de quo Otalora *p. 2. partis tert. princ. c. 5. num.* 15. Vbi hoc Iudicis relinquit arbitrio.

Ibi: *Et etiam probatur iure, quo conſtitutum eſſe, apparet.*

63 Nobilis nemo præſumitur, ſed quilibet in dubio plebeius iudicatur: quare hanc qualitatem nobilitatis alleganti onus probationis incumbit; Pacian. *de probat. lib. 1. c. 26. n. 6. verſ. Cum autem,* cum *n ſeqq.* Menoch. *de præſump. lib. 6. præſ. 60. per totam,* Guttier. *d. c.* 14. *n.* 3. Ioan. Garc. *gloſſ.* 12. *n.* 15. Baeça *de inop. debit c.* 14. *n.* 100. Otalor. *d. part. 3. c. 8. n.* 10. Caſſane. *conſ.* 64. *n.* 9 Bald. *in l. in actionibus, §. plane, col. 1 ff. de in*
64 *lit. iurand.* Padilla *ſupr. d. n. 5. cum ſeqq.* Tamen omnes præſumitur ex radice non infecta natus; *l. 3. C. de infant. ib. expoſit.* Guttier. *ſupr.* At hæc præſumptio non ſufficit, vt expoſiti, aut alij, quorum parentes ignorantur, poſſint admitti, vbi ſtatuta requirunt ſanguinis puritatem, Lat. *de anniuerſar. lib. 2. c. 4. n.* 37. Gramm. *de priuileg. explicat. n.* 1443. Barboſ. *in collect. ad rubric. de infant. expoſit. in fine.*

Ibi: *Quibus in locis vterque tractat.*

65 Nobilitatem per exiſtimationem communem probari, docent, *l. prouidendum 7. C. de poſtul.* Pacian. *ſupra, lib. 1. c. 49. n. 45. & lib. 1. c. 26. n. n.* 59 Roland. *conſ.* 6 *n. 28. vol.* 3. Menoch. *conſ.* 829. *n.* 14. 15. Maſcard. *de probat. concl.* 190. *nu.* 8. Bon. de Cuttili *in tract. de nobilit. p. 6. n.* 3. Guttier. pluribus adductis, *ſup. n.* 6. Dueñ. *reg.* 299. *limit.* 4. Ioan. Garcia *gloſ.* 7. *n.* 1. 12. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 1. tit. 10. n.* 561 Chaſſane. *in catalog. glor. mund. p. 8. conſider.* 40. *verſ. Et ideò,* Hyppolyt. *in l. de minore, §. plurimum, n.* 88. *ff. de quæſtionibus,* nam communis hominum exiſtimatio nobilitatem tribuit; Guttier. *d. n.* 6. Pacian. *n.* 64. *cum ſequentib.* Parlador. *d. different.* 145. §. 2. *n.* 3. qui cum alijs reſoluit, quod vbi non ſunt actus diſtinctiui, requiritur ad probationem nobilitatem per exiſtimationem communem fama, quod litigans à no-
66 bili domo originem ducit. Et talem opinionem nobilitatis probari neceſſe eſt à tempore immemoriali, Ripa *lib. 2 reſponſ. c. 26. n.* 10. Ioann Andr. *in c. Abbates, de priuileg. in 6.* Guttier. *ſupra, n.* 9. Roman. *ſing.* 289. Otalor. *d. part. 3. cap.* 7. Nobilitas etenim tanto tempore acquiritur præſcriptione, Pacian. *dict. c. 26. n.* 39. 42. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 14. At in locis, in quibus ſunt actus diſtinctiui inter nobiles, & plebeios, probatio per exiſtimationem communem, etiam immemorialem, non admittitur: ſed opus eſt, probare nobilitatem per vſum eorum actuum, Guttier. *n.* 14. 15. *verſ. Reſoluimus,* Pacian. *d. c.* 26. *n.* 63. *verſ. Ex quo infertur,* Garc. *gloſ.* 7. *n.* 22. & *gloſ.* 10. *à princ.* qui duo ſunt intelligendi iuxta diſtinctionem *Guttier.* etſi abſolutè loquantur. Atque 67
per præfatos actus diſtinctiuos nobilitas probatur per viginti annorum poſſeſſionem, modò pater, & avus litigantis, in eadem fuerint poſſeſſione, iuxta formam *l. 8. tit. 11. lib. 2. Recopil.* Guttier. *n.* 29. Garcia *gloſ.* 12. *n.* 1. *cum ſeqq.* quod eſt intelligendum ſecundum ea quæ dicta ſunt ſupra, *n.* 61. *verſ. Idem notat.*

Ad Num. 11.

Pendente lite ſuper nobilitate, etſi in eius poſſeſſione 68
ſit litigans, compellitur cum plebeiis tributa pendere, *d. l. 9. tit. 11. lib. 2. Recopilat.* Parlador. *ſupra,* §. 1. *n.* 3. Menoch. *conſ.* 1002. *n.* 23. Otalor. *part. 2. part. tertiæ c.* 5. Guttier. *d. c.* 14. *n.* 202. Bald. *conſ.* 198. *n.* 3. *lib.* 2. Boſſ. *in praxi crimin. titul. de Princip. & priuileg. eius, n.* 146. Menchac. *d. lib. 2. c.* 87. *n.* 18. 19. Rebuf. *ad leges Galliæ, tom. 3. tract. de materia poſſeſſoria art. 2. gloſ. 2. n.* 26. 27. Didac. Per. *in l. 6. gloſ. no embargante, titul. 1. lib. 4. Ordinam.* Auendan. *de exequend. mandat. lib. 1. c.* 14. *n.* 25. Garcia *ſup. gloſ.* 10 Flor. de Mena *variar. lib. 2. c.* 11. *n.* 146. Ceual. *tom. 1. q.* 830. *n.* 64. Sed cum d. lex Regia excipiat, qui ſunt in poſſeſſione nobilitatis notoriæ, in qua etiam fuerant eorum pater, & avus; dubitatur, vtrum poſſit obtineri, vt, petitorio ſuſpenſo, cognoſcatur de tali poſſeſſione, ne interim dum lis vertitur, tributa ſoluant litigantes? 69
de qua quæſtione Auendañ. *in cap. Corrector. part. 2. c.* 14. *n.* 24. Menchac. *d. c.* 87. *n.* 18. Guttier. *vbi proximè, à n.* 104. vbi latè diſputat; & tandem *n.* 109. diſtinguit, vt ſi valdè notoria ſit nobilitas litigantis, admittatur probatio in continenti ad prædictum effectum, aliàs ſecus. Sed Otalora *d. part. 2. c. 4. n. 5. in fine,* & in *part. 3. tertiæ part. princip. capit.* 2. *num.* 12. aſſeuerat, in praxi, litigantem omninò teneri ad ſolutionem tributorum abſque diſtinctione.

Ibi: *In quo ſolet dubitari an eadem pragmatica.*

Quæſtio iſta perambigua eſt, vt teſtatur Guttier. *practicar. lib. 1. cap.* 25. *per totum,* & Otalor. *dict. p. 3. cap. 3. numer.* 5. *cum ſeqq.* quorum primus cum Ceuall. *quæſt.* 830. *numer.* 64. 70
affirmat, litigantem interim eligi poſſe ad officia Nobilium, nec ante ſententiam poſſeſſione, in qua eſt, priuandum. Vltimus in contrariam opinionem inclinat cum D. Couarruuias *hic,* & Did. Per. *in dict. gloſ. no embargante, verſic. Vtrum autem, column.* 1380. ipſamque tuetur. Pro quatum opinionum conciliatione dici forſan poſſet, priorem procedere, vbi valdè notoria eſſet litigantis nobilitas; poſteriorem verò, ſi de aliquomodò poſſit dubitari. Pro qua diſtinctione facit doctrina Guttier. *ſup. lib. 4. quæſtion. 15. numer.* 10. docentis, debitorem dum de ſua nobilitate cognoſcitur in vinculis eſſe debere, aut ſub fideiuſſore laxandum, niſi notoria nobilitate fulgeat, tunc enim interim, ſine fideiuſſione eſt dimittendus. Item facit illud, quod ex alijs tradit Barboſ. *in capit. omnipotens 4. numer.* 3. *de accuſat.* ſcilicet deciſionem illius textus, dum in eo cauetur, ne quis de crimine accuſatus, vel denunciatus, iudicio pendente, ad dignitatem Eccleſiaſticam eligatur; non obtinere, ſi fama accuſati non ſit læſa apud graues, & honeſtos viros, atque ita ſi innocentia notoria fuerit accuſati, poterit ad dignitatem eligi, ex quo benè infertur, quod ſi litigans ſit notoriè nobilis, non obſtante lite, poterit ad officium publicum nobilium admitti. Sed aliud hodiè praxis obſeruat, nam in oppidis, in quibus Nobiles à plebeiis, tam per contributiones, quam per officia diſtinguuntur, qui ſuper ſua nobilitate litigat, habilis eſt, vt interim officium Nobilium exerceat; vbi verò ex diſtributiones diſtinctiuæ non ſunt, ſed ſolùm per officia Nobiles ab ignobilibus diſcernuntur, dum quis litigat de nobilitate, eligi ad ea non poteſt. Ita à me conſultus, quidam peritiſſimus, ſatiſque expertus nobilitatis cauſarum iudex in Pintiana Cancellaria reſpondit.

Ad

Ad Num. 12.

71 Agens, vt Nobilis pronuncietur, poteſt omiſſo petitorio à ſe deducto, ad poſſeſſorium tranſire; modò in cauſa non ſit concluſum; Parlador. *dict. different.* 145. §. 1. *nu.* 1. Otalora *d. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 11. Ioann. Garcia *gloſ.* 11. Idemque eſt, ſi à fiſco petitorium proponatur, vt dictum eſt ſupra, *num.* 61.

Ad Num 13.

72 De ijs, quæ *hoc numero* D. Couarruuias explicat, & de intellectu *Clement. vnic. §. fin. de cauſ. poſſeſ. & propriet.* multa, ac varia Interpretes ſcripſere, vt videre eſt apud Menoch. *de recuperand. remed.* 15. *num.* 381. *cum ſeq.* Ioan. Garcia *gloſ.* 1. §. 2. *num.* 21. Riccium *in collectan. deciſion. p.* 2. *collecta.* 254. *per totam*, Valaſc. *conſ.* 91. *à num.* 20. Petr. Barboſ. *in l. ſi de vi, num.* 453. *cum ſeq. ff. de iudic.* Bellacomb. *commun. opinion. tom.* 2. *lib.* 7. *titul.* 1. *num.* 197. *p.* 2. *&* 7. Marcſcot. *variar. lib.* 1. *c.* 56. *per totum*, vbi *num.* 6. quod poteſt pluries ſuſpendi petitorium, & ad illud reuerti; Abbas *in cap. paſtoralis num.* 34. *de cauſ. poſſeſ. & propriet.* Capyci. *deciſ.* 28. Anton. Gabriel. *commun. titul. de reſtitut. ſpoliat. conc.* 1. *num.* 103.

Verſ. *Ego verò ex hac diſputatione.*

73 Contra hanc ſententiam *D. Couarruuias* tenent Parlador. & alij, quos laudauimus nuper *num.* 61. ac Marcſcor. *ſuprà*, vbi ſine diſtinctione probat, reum poſſe intentando poſſeſſorium ſuſpendere petitorium ab aduerſario propoſitum ante concluſum in cauſa, etiamſi conſenſerit, vt in petitorio procedatur. Sed diſtinctionem *D. Couarru.* probat Menoch. *ſup. num.* 382.

Verſ. *Vtcumque tamen.*

Sequitur Marcſcot. *num* 6. Capyc. *deciſ.* 30. Caputaqu. *deciſ.* 323. *part.* 2. Rota *deciſ.* 8. *de cauſ. poſſeſ. & propriet. in nouis*, Verall. *deciſ.* 313 *lib.* 2.

AD CAPVT XVII.

De Decimis.

SVMMARIVM.

1 *De Decimis agentes recenſentur.*
2 *Veteris legis præceptorum diuiſio.*
3 *Qui de illis tractarunt.*
4 *Quot fuerint.*
5 *Quando ſunt data.*
6 *Non omnia ſimul fuerint tradita.*
7 *Quomodo fuerunt data.*
8 *Præcepta iudicialia, & cæremonialia cum Lege abolerunt, non ſic Moralia.*
9 *An præcepta moralia obligent hodiè ex vi Legis veteris?*
10 *Præcepta iudicialia an durauerint aliquandiu poſt Legem abrogatam?*
11 *Poteſt lege humana introduci obſeruatio præceptorum iudicialium.*
12 *Poteſt Eccleſia diuerſo fine, ac ſcandalo ceſſante, vti rebus, quas Iudæi in ſuis cæremonijs adhibebant.*
13 *Præcepta Legis veteris ceſſarunt poſt ſufficientem Euangelica promulgationem.*
14 *Lex Moſaica quando mortua, & mortifera fuit.*
15 *Quo tempore lex Euangelica fuit ſufficienter promulgata, quoad vniuerſum Orbem.*
16 *De primo Hebræorum menſe.*
17 *Vtrum Chriſtus legitimo tempore Paſcha celebrauerit eo anno, quo paſſus eſt.*
18 *Reſurrectio Domini quo die neceſſariò celebranda.*
19 *Et quo tempore debeat celebrari.*
20 *Intelligitur* cap. ſiquis Epiſcopus 8. in Canonib. Apoſtolor.
21 *Fontes Baptiſmales in Hiſpania diuinitùs aqua replebantur, cum Reſurrectio Domini erat celebranda.*
22 *Nullo modo, etiam ob finem bonum, licet vti Circunciſione.*
23 *præceptum ſoluendi Decimas num fuerit iudiciale, vel cæremoniale?*
24 *Decimæ Deo ſunt debitæ, illiuſque portio dicuntur, & traditur earum definitio.*
25 *In lege Moſaica fuit triplex Decimarum differentia.*
26 *Dum lex non fuit mortifera, Iudæi erant aſtricti ad Decimas ſoluendas.*
27 *Decimæ quo iure debentur.*
28 *Quotuplex ſit Decima.*
29 *Vbi ſoluendæ ſunt.*
30 *Vtrum ex turpiter quæſitis Decimæ debeantur?*
31 *Iudæi non ſoluebant Decimas perſonales.*
32 *Eccleſia an iuſtè impoſuerit fidelibus onus ſoluendi Decimam ex fructibus, & lucris?*
33 *In lege Euangelica nullum eſt præceptum, quod iuris naturalis non ſit, niſi de fide, de Sacramento, & de ſacrificio.*
34 *Clerici non debent Pontifici Decimam ex decimis.*
35 *Pontifex ſi aliunde non haberet ad ſui, ſuæque dignitatis ſuſtentationem, poſſet ex redditibus Eccleſiaſticis neceſſaria exigere.*
36 *Decimæ non ſunt eleemoſyna.*
37 *Agentes de oblationibus referuntur.*
38 *Parochiani tenentur ad oblationes, ſi aliunde Congrua Parocho non exhibeatur.*
39 *A quibus oblationes recipere non licèt.*
40 *Ex actis mere voluntarijs non inducitur obligatio.*
41 *Quod fallit in oblationibus fauore Eccleſiæ.*
42 *Decennio ſi offerantur oblationes, inducitur obligatio.*
43 *Miniſterium ſpirituale negari non poteſt, etſi Parochiani à ſolitis oblationibus ceſſent.*
44 *Vtrum oblationes ſint neceſſariò exhibendæ, quando beneficiarius Congruam non percipit ex beneficio, licet habeat aliunde, vnde ſe alere poſſit?*
45 *Vicario ex fructibus beneficij Congrua vt aſſignetur, oportet.*
46 *Decimas non ſoluentes excommunicari poſſunt, duoque peccata ſecundum aliquos admittunt.*
47 *Peccati reus fit, qui Decimas non ſoluit à tempore moræ, & quando hæc committuntur.*
48 *Decimæ quibus temporibus ſunt ſoluendæ.*
49 *An poſſint negari Sacramenta non ſoluentibus Decimas, quas debent?*
50 *Laici ſunt incapaces iuris percipiendi Decimas.*
51 *Epiſcopi quid olim potuerint, & hodiè poſſint circa Decimarum conceſſionem? remiſſiuè.*
52 *Laici poſſunt nomine Eccleſiaſticorum Decimas exigere.*
53 *Decimæ locari poſſunt vltra triennium.*
54 *Laici conductores Decimarum pro penſione coram Eccleſiaſtico conueniuntur.*
55 *Oblationes nequeunt ad laicos proprio nomine pertinere.*
56 *Res oblatæ non conſecratæ poſſunt in laicorum vſus alienari.*
57 *Decimæ laicis perpetuò conceſſæ per Prælatos inferiores Pontifice ante Concilium Lateranenſe iuſtè retinentur; ſecus ſi poſtea.*
58 *A quo tempore emanauit prohibitio infeudandi laicis Decimas in perpetuum.*
59 *Quando celebratum fuit præfatum Lateranenſe Concilium.*
60 *Intellectus ad* cap. prohibemus, de Decim.
61 *Laicus poteſt Decimas iuſtè retentas alij Eccleſiæ concedere de Epiſcopi conſenſu.*
62 *An in laicos alienare, iure ſit permiſſum.*
63 *Decimæ perpetuè in laicos tranſlatæ inter bona profana computantur.*
64 *Laicus ſola Pontificis authoritate fieri capax poteſt iuris percipiendi Decimas.*
65 *Vbi conceduntur laicis Decimæ, nihil ſpirituale eis tribuitur, ſed titulus temporalis ad vtilitatem percipiendam.*

66 *Vtrum Epiſcopus poſſit Decimas, quæ vacauerint hodiè, in feudum perpetuò concedere, cum ita eſſent data ante Concilium Lateranenſe.*
67 *Explicatur* cap. 1. de feud.
68 *Laicus an vltra immemorialem poſſeſſionem, ſaltem ex famam debeat probare conceſſionem decimarum ante Concilium Lateranenſe?*
69 *Vtrum ex ſola immemoriali poſſeſſione laicus Decimas tuta conſcientia retineat?*
70 *Laicus ſpoliatus iure Decimarum eſt ante omnia reſtituendus, niſi ſpolietur ab Eccleſia, ad quam Decima de iure pertinent.*
71 *Exponitur* cap. licet Epiſcopus, de præbend in 6.
72 *Multa fieri prohibentur, quæ facta tenent.*
73 *Laici nullo tempore, etiam immemoriali ius percipiendi Decimas poſſunt quærere.*
74 *Tantùm poteſt immemorialis poſſeſſio, quantùm Principis priuilegium.*
75 *Laicus contra laicum ius Decimarum tempore quærit.*
76 *Pontifex nequit aliquid ex Decimis concedere ita, vt Congrua Miniſtris ſpiritualium deficiat.*
77 *Vna Parochia contra alteram ius Decimarum poteſt præſcribere.*
78 *Eccleſiaſtici ſine Parochia ius Decimarum valent præſcribere.*
79 *Immemorialis poſſeſſio, priuilegij vim obtinet.*
80 *Explicatur* cap. accedentes, de præſcriptionib.
81 *In præſcriptione 30. vel 40. annorum titulus non requiritur, niſi iuris præſumptio obſtet poſſeſſori.*
82 *Quid Princeps poſſit circa ius Diuinum, vel naturale, remiſſiuè.*
83 *De Decimis per perſonas Eccleſiaſticas ſoluendis.*
84 *Pontifex ad quas Decimas de iure tenetur.*
85 *Ad quas Epiſcopus.*
86 *Ad quas Parochus.*
87 *Paſtorem non habens, à quo percipiat Sacramenta, à perſonalibus Decimis eſt immunis.*
88 *Ex reditibus Eccleſiaſticis Decima non debentur.*
89 *Decimæ ſunt onus reale, quod rem ſequitur quocunque vadat.*
90 *Eccleſiaſtici alij quas Decimas ſoluere debent.*
91 *Conſuetudo Eccleſiaſticos ab onere Decimarum liberat.*
92 *Ex prædijs vnius Eccleſiæ ſitis intra alterius terminos Decimæ debentur.*
93 *Vna Parochia contra aliam ius Decimarum quadraginta annorum ſpatio præſcribit.*
94 *In cauſis Decimarum in primis conſuetudo eſt attendenda.*
95 *Vbi dubium eſt, cui ex duabus Eccleſijs decimæ debeantur, quæ eas decennio perceperit contra alteram præſcribit.*
96 *Conſuetudo, quæ non eſt contra ius, decennio inducitur.*
97 *Exemptio à ſolutione decimarum conſuetudine acquiritur.*
98 *Decimæ prædiales poſſunt conſuetudine ad minorem quantitatem reduci.*
99 *Valet conſuetudo, vt ex aliquibus fructibus Decimæ omnino non debeantur.*
100 *Decima etiam non petita debetur.*
101 *Decimarum debitores non tenentur de iure, ipſas in horrea Clericorum deferre.*
102 *Debitor quando portare debitum ad domum creditoris compellatur.*
103 *Fructus recondere non licet, non præmonitis Clericis, quibus ex illis Decimæ debentur.*
104 *Ex Decimis perſonalibus expenſæ deducuntur.*
105 *Ex realibus, vel mixtis, non vtique.*
106 *Quæ expenſæ debent deduci ex Decimis perſonalibus.*
107 *Quando facienda eſt computatio lucrorum ad ſolutionem perſonalium Decimarum.*
108 *Ad inductionem conſuetudinis contra Eccleſiam quoad Decimas quadraginta anni requiruntur.*
109 *Conſuetudo, vt legitimè præſcribatur, nec titulum, nec bonam fidem exigit.*
110 *Differentia inter conſuetudinem, & præſcriptionem.*
111 *Conſuetudine poteſt introduci, vt nulla Decima ſoluatur, ſi aliter ſpiritualia miniſtrantibus ſuſtentatio congrua præſtetur.*
112 *Pontifex erraret tollendo præceptum Decimarum, Congrua miniſtrantibus ſpiritualia etiam relicta.*
113 *Conſuetudo permiſſa non ſoluendi Decimas non eſt irrationabilis iudicanda.*
114 *Pontifex, non refragante quacumque conſuetudine, poteſt onus fidelibus imponere ad Diuinum cultum, & miniſtrantium ſpiritualia ſuſtentationem.*
115 *Poſſet Pontifex tollere penitus præceptum decimandi prouidens alio modo ſufficienter omnibus, quibus hodiè Decimæ applicantur.*
116 *Vtrum exemptio à Decimis ſoluendis præſcriptione poſſit acquiri?*
117 *Intellectus* l. ſi ſic, ff. quemadmod. ſeruit. amit. *remiſſiuè.*
118 *Seruitutes diſcontinuæ quanto tempore præſcribantur.*
119 *Vſusfructus 10. vel 20. annis præſcribitur.*
120 *Ius paſcendi pecora in alieno agro quanto tempore acquiratur.*
121 *Quomodo diſcernendum eſt, ius paſcendi an ſit ſeruitus realis, vel perſonalis?*
122 *Allegato titulo, & probata poſſeſſione decennali, ſeruitus iuris paſcendi conſequitur.*
123 *Sed & patientiam domini fundi ſeruientis probari neceſſe eſt.*
124 *Ius paſcendi in paſcuis publicis non niſi quadraginta annorum lapſu acquiritur.*
125 *Ex detentatione rei titulo conductionis nullum ius conductori quæritur iure Regio.*
126 *Paſcua conducta auferri nequeunt à fratre* de la Meſta *in Hiſpania, etſi alius plus offerat.*
127 *Seruitus diſcontinua decem annis cum titulo præſcribitur.*
128 *An ad præſcriptionem ſeruitutum titulus neceſſarius ſit?*
129 *Intellectus ad locum difficilem* D. Thom. *qui num. ſequenti refertur.*
130 *Non peccant facientes contra legem, quod vſu receptum eſt, etiam ante conſuetudinem legitimè præſcriptam.*
131 *Præſcriptio iuris percipiendi Decimas in aliena Parochia non extenditur ad Nouàlia.*
132 *Fallit, ſi ex fructibus terræ, antequam præcideretur, Decimæ ſoluebantur.*
133 *Parum pro nihilo reputatur.*
134 *Intellectus ad* cap. ex parte 27. de decim. *remiſſiuè.*
135 *Quid ſit Noualè.*
136 *Priuilegium de Decimis percipiendis in aliena Parochia non complectitur Nouàlia.*
137 *Priuilegium inferens præiudicium Tertio debet ſtrictè interpretari.*
138 *Priuilegium, per quod res reducitur ad ius commune, etiam cum detrimento Tertij, eſt latè interpretandum.*
139 *Conciliatur* dict. capit. ex parte, *cum* c. tua 25. §. fin. de decim.
140 *Princeps nunquam præſumitur iuri alicuius derogare.*
141 *Idem eſt, & in minimo præiudicio.*
142 *Procedit etiam in gratia motu proprio, vel ex plenitudine poteſtatis conceſſa.*
143 *Vtrum priuilegium Summi Pontificis de Decimis non ſoluendis, comprehendat poſſeſſiones poſt illud priuilegiato acquiſitas?*
144 *Vt tale priuilegium futuras poſſeſſiones contineat, habere debet ſpecificam derogationem,* cap. nuper 34. de decim.
145 *Cauſæ decimales in foro Eccleſiaſtico ſunt tractandæ.*
146 *Laici de ſpiritualibus iudicare non valent.*
147 *Neque incidenter.*
148 *Iudex laicus in quæſtionibus facti cognoſcit ſuper Decimis.*
149 *Item ſi litigetur ſuper poſſeſſione.*
150 *Item ſi lis vertatur ſuper Decimis ad laicos pertinentes.*
151 *Super Decimis conceſſis Regibus Hiſpaniarum cognoſcitur etiam inter Eccleſiaſticos priuatiuè in Supremis Tribunalibus.*

De

1 DE materia huius capitis videndi ſunt, Pat. Suarez
tom. 1. de Religion. tractat. 2. lib. 1. fere per totum Bona-
cin. oper. moral. tom. 1. tract. de legib. diſp. vlt. Ioſeph. Scali-
ger. Ioan. Petr. Moneta, Henric. Canis. Petr. Rebuf. Andr.
Hiſpan. qui ſpeciales tractatus de Decimis ediderunt, Gut-
tier. Canonic. quæſtion libr. 2. cap. 21. & practicar. libr. 1. cap. 14.
cum ſeqq. Valentia 2. 2. tom. 3. diſp. 6. q. 5. Ceuall. commun. contr.
commun. tom. 2. quæſt. 822 à num. 67. & tom. 3. quæſt. 55. Caſtill.
tom. 7. de Tertijs, Mareſcot. variar. lib. 2. cap. 54. & cap. 95. à
num. 12. Auguſt Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniuerſ. libr. 3. capit. 16.
Petr. Franc. Fondur. Canonicar. quæſtion. part. 1. cap. 67. Card.
Zabarell. conſ. 26. Tuſch. practicar. concluſ. lit. D. concl. 63.
cum plurib. ſeqq. & alij quos plene cumulauit Barboſ. in col-
lectan. ad titul. de decim. in rubric. n. 2.

Ad Num. 1.

2 Huius diuiſionis præceptorum legis Moſaicæ in mora-
lia, iudicialia, ſiue legalia, & cæremonialia, quam omnes
communiter admittunt, meminere Pat Suar. de legib. lib. 9.
capit. 3. num. 11. Sayr. in clau. Regia. libr. 4. cap. . num. 6. Gut-
tier. ſupra cap. 21. num. 12. Parlador. differens. 5. num. 1. Barboſ.
in collectan. ad cap. vltim. num. 1. diſt. 6. Becan. tom. 1. tract. de
legib. cap. 4. quæſt. 4. numer. 1. Tiraquel. de retract. lignag. in
3 præfat. numer. 8. De quibus præceptis agit Becan. ſup. q. 3. 6.
4 7. & Valent. 1. 2. tom. 2. diſp. 7. q. 7. punct. 4. 5. 6 Omnia fuerunt
ſexcenta, & tredecim, Guilielm. Pariſ. lib. de fide, & lege,
Abulenſ. Deuteronom. cap. 17. quæſt. 1. Burgenſ. in Scrutin.
5 part. 1. diſp. . cap. 9. Suar. dict. libr. 1. cap. 4. num. 26. in fine. Da-
ta ſunt populo, anno 2513. ab Orbe condito, poſt quin-
quageſimum diem ab exitu de Ægypto, D. Aug. de Ciuit.
Dei libr. 18. cap. 11. & 4. contra Fauſtum, cap. 2. D. Thom. 1. 2.
quæſt. 98 art. 6. Pereir. in cap. 11. Exod. diſp. 19. Suar. capit. 5.
6 num. 13. Vbi addit, non omnia præcepta ſimul fuiſſe tradi-
ta, ſed aliqua poſtea acceſſiſſe, quod probat ex cap. 17. Nu-
7 mer. Deus dedit legem totam non per ſe immediatè lo-
quens, ſed miniſterio Angelorum, qui voces formarunt, &
illius nomine Moyſem alloquebantur ſecundum veriorem,
ac receptiorem ſententiam. D. Thom. ſupra. art. 3. Suar. c. 2.
à num. 4. Pat. Vazquez dict. quæſt. 98. artic. 3. ſol. 344. Arriaga
1. 2. tom. 2. tract. de legib. diſp. 9. num. 6. verſ. Secunda concluſio,
Becan. dict. capit. 4. quæſt. 1. num. 3.

Ibi: *Horum autem præceptorum iudicialium, & cæremonialia.*

8 Præcepta iudicialia, & cæremonialia cùm ſolùm obliga-
rent ex vi legis Moſaicæ, ea per Euangelicam abrogata ex-
pirarunt: Moralia autem, quia iuris naturalis ſunt, perman-
ſerunt, ſempérque obligant: ita docent Valent. ſup. punct.
7. verſ. Quo poſito, cum ſeqq. Tho. Delbene de Immun. Eccleſ.
tom. . c. 1. dubit. 2. ſect. 11. n. 41 Parlador. vbi ſupr. Becan. dict.
cap. 4. ſect. 8. a. . cum ſeqq. Guttier. d. cap. 2 . num. 13. Did Pe-
rez in l. 1 col. 195. verſ. Videtur tamen, tit. 5. lib. 1. Ordinam.
Suar. c. 11. per totum, Barbos. ſupra, n. 2. Arriag. diſp. 10. ſect. 3.
Caſtill. ſup. cap. 10. n. 9.
9 Sed non eſt leuis controuerſia, vtrum præcepta mora-
lia obligent hodiè ex vi Legis veteris, quaſi quoad illa
non expiraſſet? & receptiua eſt contra Bellarminum, Vaz-
quez, & alios nullam vim ex Lege antiquâ retinere; ed le-
ge naturali, & Euangelica ea eſſe ſeruanda, Suar. dict. cap.
11. à num. 7. Arriag. d. ſect. 3. à num. 20. Victorijs in relect. de
matrim part. 2. num. . in fine. Tolet. Roman. 3. annotat. 15. Sal-
meron. ad Roman. 7. diſput. Barrad. tom. 1. lib. 1. c. 21. Va-
lend. dict. punct. 7. verſ. Animaduerti autem, Sot. de iuſt. &
iur. lib. 2. quæſt. 5. Artic. 4 Medina 1. 2. quæſt. 103. art. 3.
10 Eſt notandum cum D Thoma, & Suar. cap. 19. in fine,
quod, etſi præcepta cæremonialia non ligarent Iudæos,
ex quo lex Euangelica fuit promulgata; iudicialia nihilo-
minus obligarunt poſtea, quatenus erant neceſſaria ad
iuſtitiam, & pacem in illa Republica conſeruandam, quam-
diu in eodem permanſit ſtatu. Quod poteſt intelligi non
in vim legis Moſaicæ, quæ perierat, ſed in quantùm ra-
tioni naturali nitebantur, & diuturno populi illius vſu
fuerant approbata, argum. l. de quibus 32. ff. de legib. §. ex
non ſcripto, Inſt. de iur. nat. gent. & ciu. tùm cum Lex de-
ficeret, ad id, quod in vſu erat, oportuit recurrere, dict.
l. de quibus, in princip.

Verſ. *Hinc non immeritò dubitari ſolet.*

Eſt commune omnium, tam Theologorum, quàm 11
Iuriſprudentium, poſſe per legem humanam, obſeruatio-
nem præceptorum iudicialium induci, quatenus ad bo-
num regimen expedire videantur; cap. 1. de adulter. vbi
præceptum coërcens virginis puellæ ſtupratorem, quod
extat Exod. cap. 22. ſuſcitatur. Sed nullam maiorem vim ob-
tinebunt, quam eis potuerit dare novus Legislator, Ar-
riaga num. 18. Carleual. de iudic. tom. 2. tit. 1. diſp. 6. num. 5.
Gutier. d. cap. 21. à num. 18. Barboſ num. 4. Imola in l. teſta-
menti 3. ff. de teſtament. Ojeda de incompatibil. beneficior.
part. 1. cap. 23. num. 52. Decian. conſ. 11. num. 3. vol. 4. Paz in
proœm. leg. Taur. à numer. 100.

Ibi: *His etenim verbis D. Thomas ſenſit.*

Poteſt Eccleſia, ſcandalo ceſſante, diuerſóque fine vti 12
illis, quæ Hebræi in ſuis cæremonijs ex præcepto adhi-
bebant, nec ideò rectè dicitur, præcepta cæremonialia
vſurpare, ſed rebus materialibus vti, in quantùm ratione
naturali ad cultum Diuinum conueniunt; Arriag. dict.
diſp. 10. num. 25. verſ. Quod verò, Suarez dict. cap. 11. numer. 1.
in fine, Becan. in analog. veter. & nou. teſtam. cap. 7. quæſt. 3.
numer. 17. Gutrier. numer. 20. Brun. de cæremon. lib. 4. cap.
8. Stephan. Duran. de ritib. Eccleſ. lib. 1. cap. 2. cum ſeqq. Bar-
boſ. num. 6.
Præcepta veteris Legis ceſſarunt poſt ſufficientem legis 13
Gratiæ promulgationem, quæ facta eſt die Pentecoſtes,
quo lex Moſaica expirauit; ſecundum Suarez cap. 13. per
totum, Arriag. diſput. 7 quæſt. 4. num. 57. cum ſeqq. Maldonat.
in cap. 5. Matthæi, verſ. 18. & alios, etſi opinio communis
extet, quæ cum D. Thom. ſentit, Legem illam ſimul cum
Chriſto expiraſſe, aduerſarij verò, tunc duntaxat vulnus
lethale accepiſſe, dicunt. At eius obligatio non eodem 14
tempore, vbiquè gentium extincta eſt, ſed ſucceſſiuè, prout
lex Euangelica promulgabatur; ſimiliterque mortifera fa-
cta eſt, quatenus innoteſcebat, abrogatam eſſe, ipſiuſque
vſum interdici, Suar. dict. cap. 19. num. 7. cum ſeqq. Lex Gra- 15
tiæ perfectè, ac ſufficienter quoad vniuerſum Orbem pro-
mulgata fuiſſe cenſetur anno quadrageſimo à morte Chri-
ſti, tempore excidij Ieruſalem per Veſpaſianum, vt cum
communi tradit Barboſ. num 9.

Verſ. *Non oberit his.*

Sic huic obiectioni ſatisfacit Suar. dict. tract. 2. lib. 2. de
ſacror. dier. obſeruat. cap. 6. numer. 14. & faciunt proximè
tradita ex Arriaga, Becano, & alijs.

Ibi: *Quinimò, & in hac re ne Iudaiſmum ſequamur.*

Hic primus Hebræorum menſis dicebatur *Niſan*, qui 16
Martio correſpondet, fuit autem illis, & alter primus men-
ſis, Septembris ſcilicèt antequam ſolemnitas Paſchæ inſti-
tueretur: imò etiam poſteà ſecundùm aliquos, quoad ne-
gotia, & actiones politicas prius habebatur; Maldo-
nat. in cap. 26. Matthæi, verſ. In ſecunda quæſtione, Suarez
vbi proximè.

Ibi: *Deinde ex hiſtoria Euangelica deducitur.*

Qua die, Chriſtus, & Iudæi celebrauerint Paſcha, anno 17
quo ipſe paſſus eſt, tractat latè Maldonat. dict. verſ. In
ſecunda quæſtione, cum ſeq. & in fin. cum Paulo Burgenſi te-
net, Chriſtum legitimo tempore iuxta Legem Paſcha ce-
lebraſſe, Iudæos ſecundum traditionem, quam poſt exilium
Babylonicum apud ipſos fuit obſeruatum, vt quoties Paſ-
cha in feriam ſextam incideret, transferretur in Sabba-
tum, quoniam graue erat, duos dies feſtos continuò ob-
ſeruare, quibus non licebat mortuos ſepelire, neque alia
opera, etiam pia facere, quod contigit eo anno, quo
Chriſtus paſſus eſt, qui mortuus eſt ipſo die, quo ex Le-

gis inſtituto Paſcha debebat celebrari, ipſéque cum Diſcipulis agnum comedit decimaquarta Luna ad veſperam, ideſt poſt occaſum Solis in principio Lunæ decimæquartæ, atque ita in confinio vtriuſque dici, nam Hebræis occaſus Solis, finis, & initium erat dierum, Maldonat. *dict. verſ. In ſecunda quæſtione, ad medium.*

Verſ. *Item il ud eſt notandum.*

18 Pius Pontificatum adeptus eſt anno 150. Victor anno 190. & Paſcha die Dominico celebrandum, probat Clem. Roman. *lib. 5. conſtitut. Apoſtol. cap.* 6. ibi: *Ne per errorem diem Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti alio die præterquam Dominico tantùm celebremus:* de quo fuſè Suar. *d. lib.* 2. *cap. 6. à n. 3. Azor. inſtitut. moral. part. 2. lib. 1. cap. 3. quæſt. 4.*

Ibi: *Modò dies is Dominicus non contingat.*

19 Adverſus D. Conart. docet Suar. *d. cap. 6. num.* 21. 22. Paſcha poſſe licitè, & debere celebrari decimaquinta Luna, ſi Dominicus dies in ipſam inciderit, quod varijs comprobat teſtimonijs.

Ibi: *Ex quibus, ni fallor, aperitur ſenſus.*

20 Ad intellectum *cap. ſiquis Epiſcopus* 8. *in Canon. Apoſtol.* eſt notandum, Iudæus ſi ritè Paſcha celebrarent, non poſſe id facere, niſi poſt æquinoctium: nam cùm celebratio fieri deberet decimaquarta Luna primi menſis, & primus menſis eſſet, cuius prima dies erat proximior æquinoctio, ſi æquinoctium occurreret poſt celebratum Paſcha, & ſic poſt decimamquartam Lunam, menſis ſequens primus foret, cuius prima Luna magis ad æquinoctium accedebat, quo Paſcha eſſet celebrandum. Sed quia Iudæi perperam ſolebant ante æquinoctium illud feſtum agere, ideò prohibetur in *d. cap.* 8. nequis in eumdem errorem cum Iudæis labatur, quod probat Suarez *num.* 18.

Ibi: *Scribit & ad hæc Robert. Gaguin* lib. 1. de geſt. Francor.

21 Huius miraculi meminit Pat. Mariana *hiſtor. Hiſpan. l. 5. cap.* 11. vbi ait, ſæpè ſimilem controuerſiam inter Gallos, & Hiſpanos eodem modo fuiſſe deciſam; Fontes autem Baptiſmales, qui diuinitùs aqua implebantur, fuerunt in Oſſet oppido Bæticæ, vulgò, *Seuilla la vieja.* de quo loco Plini. *lib. 3. natur hiſt.*

Verſ. *Ex eadem radice periculoſum eſt.*

22 Hanc Caietani opinionem (quæ ſecluſo ſcandalo eſt intelligenda, vt ipſe ſupponit) ſequuntur Medina 1. 2. *q.* 103. *art. 4. ad.* 5. & alij moderni, quos tacitis nominibus commemorat Suar. *dict. lib. 9. cap.* 14. *num.* 8. à quibus diſcedit; nam vel Circunciſione vtitur ad imitandum Chriſtum, quatenus Circunciſionem accepit, tanquam Sacramentum à Deo inſtitutum; & ſuperſtitioſum eſt, vel quatenus dolorem ſuſtinuit; & eſt irrationabile, ac illicitum; non enim licet homini partem corporis ſui abſcindere, aut perforare, vt in illo dolore, & paſſione Chriſto conformetur; quare etiam Caietanum impugnant Arriag. *d. diſ.* 10. *ſect.* 3. *n.* 27. Sot. *de iuſt. & iur. lib. 2. quæſt. 5. artic. 4. in fine,* Valen. *d. punct. 7. verſ. Ex quo opinio Caietani,* Salmer. *ad Galat. 5. quæſt.* 3. & alij.

Ad Num. 2.

23 An præceptum ſolvendi Decimas fuerit iudiciale, morale, vel cæremoniale? controvertitur, vt videre eſt apud Ceuall. *q.* 516. Suar. *d. tom. 1. de Religion. lib. 1. cap* 9. *num.* 7. 8. 9. qui cum Aragone, Valentia, & alijs docet, fuiſſe iudiciale; idemque tenet Beccan. *de iuſt. & iur. in quæſt.* 87. D. Thom. *q.* 1. *num.* 6. Sot. *dict. lib. 2. quæſt. 4. art.* 1 *verſ. Ex quo fit præceptum,* & *verſ. circa corollarium,* Gregor. Lop. *in princ. gloſ. 5. tit. 10. p.* 1. Arten ſ. *in ſumm. part. 2. lib.* 6. *num.* 35. *in rubric. de Decim.* Barboſ. *ſupr. num.* 6. Gutier. *dict. cap.* 21 *n.* 22. Ratio eſt, quoniam cum Tribus aliæ præter Leuiticam ſuam partem acciperent in diuiſione terræ promiſſionis, tenebantur, Leuitica hanc inæqualitatem compenſare. Deindè cum Sacerdotes, & Leuitæ cultui Diuino deſeruirent in totius populi beneficium, ab ipſo ali, iuſtitiæ conueniebat, quibus de cauſis Deus, decimam fructuum partem Leuitis, tribui præcepit, tanquam ex iuſtitia debitam. Poteſt nihilominus hoc præceptum cæremoniale dici, quatenus per ſolutionem Decimarum Deus colitur, ac omnium vniuerſalis Dominus recognoſcitur, *princ. & l.* 1. *tit.* 20. *part. 1. cap tua nobis* 16. *§. verum, de Decim.* Card. Tuſch. *ſupr. concl.* 62. *num* 4. Caſtill. *c.* 10. *nu. 7. ad finem,* & ita eſt actus Religionis, vt notant Becan. & Suarez, quo ſenſu
Decimæ Deo debitæ dicuntur, & illius portio ex Trident. 24
ſeſſ. 25. *de reformat c.* 12. *d. c. tua, c. cum non ſit* 33. *de decim.* Et ita definitur; Decimas eſſe partem bonorum mobilium licitè quæſitorum Deo debitam, constitutione Diuina; Cardin. Tuſcb. *dict. concl.* 62. *num.* 1. Cardin. Zabar. *d. conſ.* 26 *in princ.* Aliaa tamen decimarum definitiones tradunt Monet. *ſup. capit.* 2 *à princ.* Rebuf. *de Decim. quæſt.* 4. Aug. Barboſ. *dict. cap.* 26. *In princ. n.* 2. Turrecrem. *in c. reuertimini,* *n.* 7. 16. *q.* 1.

Quod corroboratur ex eo, quod in Lege veteri, ſub hoc 25
præcepto decimandi continebatur triplex Decimarum genus, quæ non omnea ad ſuſtentationem Leuitarum pertinebant; nam vltra eas, quas Leuitis ſolvebant, tenebantur partes ſam. aliaa apud ſe cuſtodire, vt certis anni temporibus illas cum Leuitis in loco, vbi erat Tabernaculum, vel Templum, manducarent, ſcilicet in Paſchate, Pentecoſte, & in feſto Tabernaculorum, de quo *Deuteronom. cap.* 14. *verſ.* 22. ibi: *Decimam partem ſeparabis de cunctis fructibus tuis, qui naſcuntur in terra per annos ſingulos, vt comedas in conſpectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit, vt in eo nomen illius inuocetur.* Alias ſinguli reſeruare debebāt tertio quoque anno, vt cum Leuitis, peregrinis, pupillis, & viduis communicarent ipſas in proprijs domibus, *Deutero. ſupra, verſ.* 28. ibi: *Anno tertio ſeparabis aliam decimam ex omnibus, quæ naſcuntur tibi eo tempore, & repones intra ianuas tuas. Venietque Leuites, qui aliam non habet partem, nec poſſeſſionem tecum & peregrinus, ac pupillus, & vidua, qui intra portas tuas ſunt, & ſaturabuntur, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus.* Et iterum *c.* 26. *verſ.* 12. *Quandò compleueris decimam cunctarum frugum tuarum anno decimarum tertio, dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & ſaturentur.* Quod notant D. Hieronym. *lib.* 13. *in Ezechiel. in princ. circa caput* 45. Abulenſ. *Deuteronom, c.* 12. *q.* 7. *&* 10. *& cap.* 14. *q.* 19 *in fine, & cap. 16. quæſt.* 4. Becan. *in analog. c.* 6. *quæſt.* 7 *numer.* 9. Rebuf. *de decim quæſt.* 3 *n* 9. 11. Vnde conſtat, præceptum de Decimis multum ad cæremonialia pertinere, etſi primariò iudiciale ſit.

Subtiliter autem quæritur, vtrum dum lex Moſaica 26
mortua, ſed non mortifera fuit, Iudæi ſolvere decimas tenerentur? nam ceſſante Lege, eiuſdem obligatio ſubſiſtere non potuit: nihilominus, tam ad fidem converſos, quam in iudaiſmo perſiſtentes, exemptos pro illo tempore non fuiſſe à ſolutione Decimarum in ſuſtentationem Sacerdotum, & Leuitarum, reſoluit, ac probat Suar. *d. l. 9. c.* 19. *n.* 16. *cum ſeqq.*

De hac quæſtione vtrum ſcilicet Decimæ debeantur 27
iure diuino, vel Eccleſiaſtico tantùm? videndi ſunt, rem diligenter examinantes, Suar. *dict. c.* 9. *num* 10. 11. *& cap. ſequent. per totum,* Becan. *d. quæſtio.* 1. *per totam,* Barboſ. *in collectan. ad cap. Parochianos, de decim.* Tyndar. *de decim. quæſtio.* 2. Andr. Hiſpan *eod. tract. §.* 1. Guttier. *d. cap.* 21. *à num.* 1 Rebuf. *de Decim. quæſt.* 1. Alphonſ. à Caſtro *lib. 5. aduerſ. hæreſ. verb. Decima,* Camill. Borrel. *de Regn. Aragon. §. 2. gloſ. 1. num.* 314. Sebaſt. de Medic. *in ſumm. omn. hæres, p. 1. verb. decima, num.* 41. Bellug. *in ſpecul. Princip. rubr. 13. § tractemus a num.* 3. latiſſimè *Caſtill.* ſtatim laudandus, qui alios non paucos recenſet. Et licet communis ſententia Canoniſtarum habeat, iure diuino deberi, Ceual q. 437. tamen D Couar. aſtipulantur Theologi, qui fatentur, congruam ſuſtentationem Miniſtri Altaris iure naturali, ac diuino, etiam poſitiuo deberi, vt probatur *Luc. c.* 10. ibi: *In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt, dignus eſt enim operarius mercede ſua.* Et D. Paul. 1. *ad Corinth. c.* 9. Ita & Dominus ordinauit

nauit ijs, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Et iterum 1. *ad Thimot. c.5.* Qui bene præſunt Presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina; dicit enim ſcriptura: Non alligabis os boui trituranti: & dignus eſt mercenarius mercede ſua. Atque ita debent intelligi DD. à *Ceuall.* laudati, qui Decimas iure Diuino debitas eſſe aſſeuerant, & alij plures, qui eos ſequuntur. Quota: utem, ideſt, quod decima pars fructuum, & non minus ſit ſolvenda, ſolo Eccleſiaſtico præcepto ſtatutum eſt: quam ſententiam vltra Guttier. Becan. & Suar. *ſup.* tenent Theologi, quos hic recenſet *d.c.*10. *n.*3. Nauar. *in manual.* c.21. *num.*28. & *in apolog. de redit. Eccleſ. qu.*1. *num.* 69. Greg. Lop. *in d. princip. gloſ.*5. *in fin. tit.*20. *part.*1. Bonac. *in ſumm. tom.* 2. *tract. de legib. diſp. vlt. quæſt.*5. *punct.* 1. *num.*3. Tundur. *queſtion. beneficial. c.*72. *num.*1. Fonranel. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 19. *part.*1. *num.*8. 31. 46. Pellizzar. *in manual. Regular. tom.* 2. *tract.*8. *c.* 7. *num.* 165. Barboſ. iun. *de iure Eccleſ. vniuerſ. libr.*1. *c.*4. *num* 9. & *lib.*3. *c.* 26. §.3 *num.*64. *verſic. Sed ego,* Caſtillo *de Tertijs, c.* 10. *n.*9. *cum ſeqq.* Gilchen. *ad auth. quas actiones, à num.* 11. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* D. Felician. de Vega *in c. Clerici, numer.*43. *de iudic.* Squillante *de priuileg. Cleric. c.*3. *num.*5. Ceual. *q.*516. *in princ.* Ramir. *de leg. Reg.* §.31. *num.*3.4. Carraſc. *ad leges nou. Recopil.* c.6. *de Decim. num.*10. vbi alij.

Verſ. *Et præter has.* Ibi. *Sunt tamen, qui hac in re.*

28 Decimæ (quæ ex omnibus fructibus, ac rebus alijs, quæ hominis miniſterio acquiruntur, regulariter debentur, vt latè probat Barboſ. *dict. c.*26. §.1. *ex num.*1.) ſunt in triplici differentia, perſonales, prædiales, & mixtæ. Perſonales debentur ex negotiatione, militia, artificio, famulatu, & ſimilibus; *c. ex tranſmiſſa* 23. *c. non eſt,* 2 *de decim.* Prædiales ex agris, piſcinis, & alijs huiuſmodi; *c. nuntios* 6. *c. ex parte* 21. *eod. tit.* Mixtæ ex animalibus, quia eorum fructus partim hominum induſtria, partim ex prædijs, vbi paſcuntur, proueniunt; *c. quicumque* 4. *c. omnes* 5. 16. *q.* 7. De qua diuiſione frequentius probata Pellizzar. *ſupr. numer.* 164. Becan. *quæſt.*3. *num.*2. Nauar. *in manual. d. cap.*21. *num.*29. Monet. *c.*4. Bonac. *d. quæſt.*5. *punct.*2. Paz *in prax. tom.*1. *c.*5. *num.*6. Tuſch. *concluſ.*63. vbi plures refert Decimarum ſpecies, Azor. *d. lib.*7. *c.*34. *q.*1. Fagund. *in precept. Eccleſ. precept.*5. *lib.*1. *c.*2. *num.* 1. etſi alijs placeat, omnes Decimas eſſe, aut prædiales, aut perſonales, Barboſ. *d c.*26. *in princ.*

29 *num.*9. Perſonales ſolvuntur Parocho, à quo homo percipit Sacramenta: Prædiales, vbi ſita ſunt prædia, *cap. ad Apoſtolicæ* 20. *de Decim.* Mixtæ, circa quas eſt aliquod dubium, pendendæ ſunt, vbi pecora paſcebantur, Suar. *cap.* 21. *num.*20.21. Bonacin. *punct.* 3. *num.* 14. Tondut. *ſupr. c.* 64. *num.*10. Barboſ. *d. c.*26. §.2. *à num.*25. Zabarel. *in Clement. ne Religioſi, num.* 15. *de Decim.* Paz *ſupr. à num.* 7. Ceuall. *tom. vlt. q.*55. *num.*13. *cum ſeqq.* Sed Decimæ perſonales ex generali conſuetudine in toto Orbe Chriſtiano non ſolvuntur, teſte Nauarr. *vbi proximè, num.* 31. quem ſequitur Paz *num* 35. Ceuall. *q.*364. Sà, *verb. Decimæ, num.* Barboſ, *ſup.* §.2. *nu.*28. ſicque in Hiſpania obſeruari, tradit Sotus *de iuſt. lib.*9. *q.*4. *art.*2.

30 Ex turpiter quæſitis, veluti ex meretricio, vel hiſtrionatu, mero iure Decimæ debentur; ſed Eccleſia nunquam illas accipere conſueuit, quoniam indecorum eſt viſum; poſſet tamen, ſcandalo ſecluſo, vti ſuo iure. Ex iniuſtè verò vſurpatis, vt ex vſura, rapina, vel furto, nullatenus Decimæ debentur. Ita Suar. *dict. lib.*1. *c.*32. *à num.* 6. Bonacin. *punct.*3. *num.*2. *verſ. Maior difficultas,* Valent. *d. q.*5. *punct.*5. *in fine,* Monet. *c.*14. *num.*39. & alij aduerſus Azorium, Riminaldum, & multos, qui ſentiunt, omnes huiuſmodi Decimas nullo modo recipi poſſe: quibus accedit Barboſ. *d.* §. 1. *nu.*32. dum in eodem vitio peccatores perſiſtunt; nam ſi reſipiſcant, ab eis Decimas ex turpiter non iniuſtè quæſitis recipere licebit; & de his latè agit *à num.* 29. Sed prima opinio, nulla indecentia, aut alia circunſtantia, quæ receptionem inhoneſtam faciat, interueniente, ſat probabilis eſt, & validis rationibus fulcitur. Ex fructibus tamen, etſi ſemen furtivum ſit, Decimæ debentur, Ceual. *tom. vlt. q.*55. *n.*16. Mart. *de iuriſd. part.*1. *c.*73. *n.*35.

Iudæi non ſoluebant Decimas perſonales, ſed tantùm ex frugibus, & pomis arborum, & ex animalibus, quæ tranſeunt ſub virga paſtoris, *Leuitic. c. vlt.* Barboſ. *d. c.*26. *in princ. num.*10. Becan. *ſupra, num.*1. Suar. *c.*9. *n.*6. & cur 31
Eccleſia addiderit Decimas perſonales? tradit idem Suar. 32
*c.*11. *num.*17. qui *eodem c. per totum,* probat, iuſtè Eccleſiam impoſuiſſe fidelibus, vt eandem partem fructuum ſolvant, quam olim Iudæi pendebant; de quo etiam Becan. *ſupra, quæſt.*1. Bonac. *punct.*1. *numer.*4. Hinc aliqui DD. ſentiunt, Decimas perſonales iure Eccleſiaſtico deberi, quamuis aliàs iure diuino debitas exiſtiment; quos refert Guttier. *d. c.*21 *num.*5. idemque tenet Ceuall. *quæſt.* 364. *num.*1. Hodie etiam Iudæi, aliique infideles ſunt à perſonalibus Decimis immunes; Barboſ. cum alijs *d. c.*26. §.3. *n.* 3. quamuis eas debeant ex prædijs, quæ apud Chriſtianos poſſident; Barboſa *num.*4.

Verſ. *Præterea Decimas.* Ibi: *Tertiò id ipſum conſtat; ſi verum eſt.*

In lege Euangelica nullum eſt præceptum, quod iuris 33
naturalis non ſit, niſi de Sacramentis, de Fide, & de Sacrificio, Suar. *c.*10. *num.*4.

Ibi: *His etiam ſuffragatur quinta ratio ex eo.*

Non tenentur Clerici iure Eccleſiaſtico ſoluere Sum- 34
mo Pontifici decimam ex decimis. Poſſet tamen ipſe De- 35
cimam, vel aliam partem neceſſariam exigere iure naturali, ac Diuino debitam, pro ſui, ac ſuæ dignitatis ſuſtentatione, ſi aliundè ſibi non exhiberetur; Suar. *c.*28. *nu.* 1. Becan. *quæſt.*6. *in fin.* Guttier. *dict. cap.*21. *num.* 10. Monet. *c.*9. Leſſi. *de iuſt. & iur. lib.*2. *c.*39. *dub.*5. *num.*28. Panurmitan. *in c. inter cætera, de offic. iudic. ordinar.*

Verſ. *Cæterùm his inctis.*

Eſt de fide, Decimas non eſſe eleemoſynam: ſed debi- 36
tum miniſtrantibus ſpiritualia ſubſidium; vt contra *Vuiclef.* declarauit Concilium Conſtantienſe *ſeſſ.*8. & habetur Trident. *dict. ſeſſ.* 25. *de reformat. c.* 12. *cap. Parochianos* 9. & *ibi* Gloſſ. *verb. quaſi, de Decim.* nam alimenta, quæ ipſis iure naturali, ac diuino debentur, per Decimas præſtantur; Becan. *d. quæſt.*1 *num.* 2. Suar. *d. c.*9. *num.*10. Barboſ. *d. c.*26. *num.*1. Caſtr. *verbo, Decima.* Quare ipſas actione conſiſtoria, aut condictione ex Canone, is, cui debentur, exigit; Paz *ſupr. num.* 5. Morl. *in empor. part.*1. *tit. de ſeruitut. num.* 104. Ceuall. *dict. tom.* 1. *quæſt.*488. Pro quibus competit etiam Eccleſiæ tacita hypotheca, Merlin. *de pignor lib.*2. *quæſt.*7. Barboſ. *de offic. Paroch. cap.*28. §.4. *num.*11. Capyc. *deciſ.*10. *num.*26. Pacific. *de Saluian. inſpect.*3. *c.*4. *num.*132. Flor. de Mena *variar. lib.*1. *q.*6. *art.*3. *num.*7. Quæ tranſit in ſingularem ſucceſſorem pro Decimis præteritis, non ſolutis, Merlin. cum alijs *nu* 3. Caſtil. *c.*1. *num.*17. Incipitque ex quo fructus percipiuntur, Merl. *num.* 4. Et decimarum cauſa potior eſt, ac fauorabilior regalibus tributis, Ceual *tom. vlt. q.*55. *num.*11. Mareſcot. *lib.*1. *q.*308. *num.*23.24. Franc. Viui. *lib.*1. *deciſ.*4. *num.*3.4. Sot. *de iuſt. & iur. lib* 9. *q.*4. *art.*2. *ad argument.*9. Denique petenti Decimas compenſatio obijci non poteſt, Rebuf. *quæſt. fin. num.*19. Abbas *in cap. tua nobis, num.* 10. *de decim.* Ceuall. cum alijs *q.*437. *in fine.*

Ad Num. 3.

De obligationibus agunt Suar. *d. lib.* 1. *c.*3. *cum ſeqq.* 37
Guttier. *d. c.*21. *à num.*139. Azor. *ſupr. part.* *lib.*7. *cap.*30. *quæſt* 11. 12. Barboſ. *in collect. ad c. ſtatuimus* 56. 16. *q.* 1. & *de iur. Eccleſ. lib.*3. *c.* 23. Rebuf. *ſup. quæſt.* 1. Aloyſ Ricc. *in prax. part.*4. *reſolut.* 295. *cum ſeqq.* Becan. *de iuſt. & iur. quæſt.*86.

Parochiani tenentur ad oblationes, quoties Parochus 38
ratione ſui miniſterij congruam ſuſtentationem non habet, etſi aliàs ex proprio patrimonio, vel artificio ſe tueri valeat; Suar. *cap.*9. *num.*6. Barboſ. Becan. Guttier. *ſupr.* Valent. *d. tom.*3. *diſp.* 6. *qu.*4. *punct.*4. *verſ. Prima aſſertio;*

Gregor.

Gregor. Lop. *in l.9. gloſ.1. tit.19. part.* 1. Barboſ. *cap.* 26.
*in princ. num.*12. Quod dupliciter limitatur; *primò*, ſi ita
egeni ſint Parochiani, vt tale onus nequeant ſupportare;
ſecundò, quando ſoluerint Decimas, vel primitias debitas
ſufficientes ad victum Parochi, & alijs vſibus fuerunt ap-
plicatæ, veluti ad penſionem, Suar. *dict. c.* 5. *num.*7. *cum
ſequentibus, & cap.* 15 *num.* 0. Hoſtienſ. *in ſumm. titul. de
Parochus*, Silueſt. *verbo, Decima. quæſt.* 2. Gregor. Lop. *vbi
proxime*, Guttier. *d. n.*139. Barbuſ. *d.c.*23.*n.*11.
39 Oblationes recipere non licet ab infidelibus, excommu-
nicatis, vel peccatoribus publicis, *c. oblationes* 2. vbi gloſ.
90. *diſtinct.* Abbas *in cap. ex tranſmiſſa, num.* 10. *de Decim.*
Beroi. *in c. quia in omnibus, num.* 18. *de vſur.* Fuſch. *de vi-
ſitat. lib.*1. *c.*24. *n* 10. *cum ſeqq.* Turrecremat. *in d. cap. obla-
tiones*, Suar. *c.*6. *a n.* 4. vbi docet, oblationes regulariter
accipi poſſe à publicis peccatoribus, niſi id, quod offer-
tur, ex lucro iniuſto proueniat, vt ex vſura, rapina; ſcan-
dalo ſecluſo: ſequitur Barboſ. *d.c.*13. *num.* 29. qui de his
agit *ex num.*13. & quid de oblationibus non voluntarijs?
num 21. Omneſq; verò res offerri poſſunt, ſed lac, & mel ex-
cipitur in *ſext. Synod Canon.* 57. cuius prohibitionis ra-
tionem diuerſam reddunt Pat. Suar. *d. lib.*1. *de Diuin. Cult.*
*c.*4. *n.*2. Barbuſ. *d. lib.* 3. *c.*23. *num.*4.

Ibi: *Niſi conſuetudine legitima oblationes factæ
fuerint.*

40 Licet ex actibus merè voluntarijs obligatio oriri non
ſoleat vt per Bart. *in l. cum de in rem verſo, ff. de vſur.* Iaſon.
in l. quo minus, num. 28. *ff. de fluminib.* Abbas *in cap. ex par-
te, num* 11. *de conceſ. præbend.* Crauet. *conſ.* 96. *num.*4. Gra-
tian. *diſceptat. c.*339. *num.*33. Capyc. *deciſ* 134. *à numer.*3.
Caſtill. *c.* 32. *num.*2. Pet. Barbuſ *in l. cum notiſſimi, nu.*77.
C. de præſcript. 30. *vel* 40. *annor.* Menuch. *de arbitrar. caſ.*
160. *num.*7. *cum ſeq.* Guttier. *practicar. lib.*4. *qu.*74. *nu.*11.
Ceuall. *comm. quæſt* 501. *ex num.* 16. & quæ dicantur me-
ræ facultatis videas apud Menoch. *conſ.* 201. *à numer.*61.
41 & Caſtill. *ſupra, ex num.* 15. Tamen fauore Eccleſiæ ad-
miſſum eſt, vt Parochiani oblationes exhibere compel-
lantur, quas legitimo tempore offerre conſueuerunt. *d. l.*
9. *tit.*19. *part.* 1. Felin. *in cap. veniens* 11. *num.* 3. *de teſtib.*
Oſaſch. *deciſ.*39. *num.*17. Gratian. *diſcept. forenſ cap.* 210.
*num.*13. 4.15.14. Bonacin. *in tract. de ſimon. quæſt.*6. *punct.*5.
*num.*2. Rom in. *ſingul.*433 Suar. *dict. c.*5. *num.*12. Guttier.
*à numer.*140. Iuan. Fab. *in §. panonum, Inſtit. de rer. diuiſ.*
Salazar *de vſu, & conſuet. cap.* 0. *num.* 18. Azeued. *in l.*1.
*n.*29. *tit* 5. *lib.*1. *Recopilat.* Barbol. *dict. c.*26. *in princ. n.*12.
Ad quod officio Iudicis per Eccleſiaſticum ſunt cogendi,
*d. l.*9. *partis. in fin.* Barbuſ. *in collectan. ad cap. ad Apoſtoli-*
42 *cam, num.* *. de ſimon.* Et quod per decennium tale ius Ec-
cleſiæ quæratur, tenent Felin. *in cap. ſuam num.* 3. *de ſimon.*
Beller. *diſquiſitor. Clerical. part.*1. *titul. de bon. Clericor.* §.3.
*n.*2. Suar. *d.c.*5. *n.*2. Guttier. *n.*145. vbi alij, Barboſ. *d.c.*13.
43 *n.*1. Leſſ. *de iuſt. lib.*2. *c.*39. *dub.*6. *n.*39. Non tamen po-
teſt miniſterium ſpirituale ſubtrahi, etſi conſuetæ obla-
tiones non exhibeantur, Barboſ. *ſupra, in d. collect. num.*12.
Guttier. *num.*153. Suar. *ſupra.*

Ibi: *Item oblationes ex præcepto debentur à laicis.*

44 Cum *D. Couarr.* ſentiunt Suar. Roman. & alij laudati *ſupr.
num.*38. ſed ab eo diſcedunt Theſaur. Chriſtian. Religioſ.
*c.*26. *n.*1. *verſ. Si verò*, Guttier *n.*154. pro quibus extat *d.
l.*9. *Partitæ*, quæ ſententia in praxi videtur admiſſa. Poſ-
ſent tamen hæ opiniones conciliari ex traditis per Suar.
*d.c.*5. *n.*7. & *c.*15. *n.*10. nam ſi populus ſolvat per Decimas,
vel alio modo, quod ſufficit ad Clerici congruam ſuſten-
tationem, etiamſi per Superiorem, vel aliter impediatur,
ne ad Parochum perueniat, tunc tenenda eſt Guttier. ſen-
tentia, vt Parochiani non cogantur oblationes exhibere
Parocho, ſi aliundè victum quærere valeat, quoniam illi
iam debito iuris naturalis ſatisfecerunt, iſteque ius habe-
bit adverſus eum, ad quem Decimæ ſunt applicatæ, vel
contra Superiorem, niſi ſciens grauamen, aut penſionem,
beneficium admiſerit; quoniam id ſibi debet imputare,
Suar. *d. cap.*15. *num* 7. *cum ſeqq.* Gregor. Lop. *in d. l.* 9. At ſi
Parochiani non præſtiterint Paracho ad victum neceſſa-
ria, iure ad oblationes compelli poterunt, nam hæc debe-
tur ex iuſtitia; nec attendendum eſt, vtrum egeat necne,
vt debitum propter ſpirituale miniſterium perſolvatur, vt
rectè D. Couar. *n ſeqq.* obſeruat; & ſicut omnes conue-
niunt, poſſe exigi oblationes conſuetudine introductas,
etſi Clerici diuites ſint, quæ ſolo iure Eccleſiaſtico de-
bentur; Felin. *in d. cap. ad Apoſtolicam, n.*1. *de ſimonia*, Abb.
*in d. c. ſuam, num.*12. *eod tit.* Anchar. *conſ.*66. Vgolin *de ſimon.
in genere. tab.* 1. §.10. *n.*3. *verſ. Item locum.* A fortiori idem
dicendum eſt de illis oblationibus neceſſarijs ad alimen-
ta miniſtrantium ſpiritualia, cùm iure diuino, ac naturali
debeantur, vt ſupra probatum eſt; Sed ſi populus ſolverit
quod debet, & Parochus illud non percipiat, neq; aliundè
ſe alere poſſit, æquũ erit per oblationes egenti ſubuenire,
compellendo Parochianos, vt offerant, qui contra Supe-
riorem perperam applicantem decimas, vel ipſas perci-
pientem ius habebunt, quod extra caſum neceſſitatis pro-
babile viſum eſt Suar. *d. c.* 15 *n.*9. *in fin.* licet contrarium
probet; & defendi poteſt ex ratione *l. quoties nihil.* 201. *ff.
de reg. iur.* Sed oblationes ſunt regulariter voluntariæ ceſ-
ſantibus his, vel alijs cauſis, quæ obligationem inducent;
Barboſ. *dict. cap.*26. *in princip. num.*12. *cum ſeqq.* Azor. *dict.
lib.*7. *cap.*7. *num.*11. Leſſ. *de iuſt. lib.*2. *cap.*39. *dub.*6. *num.*34.
Poſſunt enim oblationes deberi, ex conuentione, vel ex
præcepto teſtatoris, donatione, aut voto; vt obſeruant D.
Thom 2.2. *quæſt.*86. *art.*1. Ricci. *in prax. part.*4. *reſol.*295. *n.*3.
Barboſ. *dict. lib.*3. *de iure Eccleſ. vniuerſ. cap.*23. *num.*10.

Ibi: *Secundum æquitatem maximè innititur.*

Sequuntur Guttier. *num.*155. Suar. *d. cap.* 15. *num.*10. vbi 45
ſubdit, ex hac cauſa in Concilio Tridentino, vbi de Vi-
cario, conſtituendo agitur, maximè prouideri, vt ei ex fructi-
bus beneficij congrua ſuſtentatio aſſignetur, vt *varijs
capitulis* probat.

Ad Num. 4.

Qui Decimas non ſoluit debitas, ſecundum aliquos 46
duo peccata perpetrat, alterum iniuſtitiæ, & ſacrilegij
alterum; quia debitum Eccleſiæ ob miniſterium ſpirituale
vſurpat, de quo Bonac. *d. q.*5. *punct.* 1. *num.*16. Ideò rerum
alienarum inuaſor dicitur, Trident. *d. ſeſſ.*25 *cap.*12. vbi ex-
communicationis pœna imponitur: quod debet intelligi,
monitione præmiſſa ſicut anteà cauebatur. *cap. omnes* 5. 16.
*quæſt.*7. *cap. peruenit.* 5. *de Decim.* Perez *ad tit.*5. *lib.*1. *Ordi-
nam. pag.*130. Rebuf. *quæſt.*12. *num* 8. 15. Monet. *cap.*8. *num.*
69. Azor. *part.*1. *libr.*7. *capit.* 24. *quæſt.*17. Suarez *capit.*38.
*num.*3.
Peccatum autem incurritur, ex quo moram committit, 47
qui eas tenetur ſolvere, ad quod neceſſe non eſt, à Sacer-
dotibus peti; ſed quod prætereat tempus, quo præſtandæ
ſunt, nec debitor eas deferat, aut moneat Clericos, vt
portari faciant, ſecundum loci conſuetudinem. Perſona-
les decimæ ſolvi debent in fine anni. Prædiales tempore 48
collectionis fructuum. Mixtæ cum iam fœtus viuere ſine
matre poſſunt, niſi aliud conſuetudine fuerit introductum;
Suar. *cap.*37. *per totum*, Azor. *part.*1. *lib.*7. *cap.* 35. *quæſt.*16.
Rebuf. *q.*12. *num.*14. Monet. *cap.*6. *num* 8. 11. *cum ſeqq.* Bar-
boſ. iun. *de offic. Paroch. cap.* 16. §.2. *num.*21. Marcſcot. *lib.*2.
*cap.*95. *num.*20. Franch. *deciſ.*114. *num.* . Pax *d. cap.*5. *num.*30.
Caſtill *c.*39. *num.*2. Aloiſ. Ricc. *in prax reſol.*152. Leli Zan-
ch. *de priuileg. Eccleſ. priuileg.* 120. *num.*11. An poſſit Paro- 49
chus negare Sacramenta non ſolventibus decimas; tractat
Suarez *cap.*38. *num.*2. Nauar. *conſ.*2. *de Decim.* Bonac. *dict.
quæſt.*5. *punct.* 3. *num.*2. *verſ. Vtrum vero*, vbi multi: Qui affir-
mat aduerſus duos prællegatos; de quo etiam Ricci *in
deciſion. Curiæ Archiep. Neapol. part.*4. *deciſ.* 195. *à princip.*
Quibus perſonis decimæ ſint ſolvendæ, tradit fuſè Bar-
boſ. *de iur. Eccleſ. vniu. capit.* 26. §.2.

Ad Num. 5.

Ius percipiendi Decimas ſpirituale eſſe, ideòque laicos 50
eius cenſeri incapaces, fatentur omnes, per *cap. fin. de rer.
permutat.*

permutas.cap.decimas 1.16.*q*.7.*cap.cauſam,de præſcript.cap.*2. *de iudic.cap.quamuis,cap.ad hæc de decim*. Monet. *cap*.5. *q*.3 *num*.17.Suar.*cap*.25.*num*.1.3.Barboſ.*de iur. Eccleſ. vniuerſo,lib*.3.*cap*.26.§.2 *num*. 2. Caſtill. *dict. tom*.7. *c*.10. *num*.5. Mareſcot. *variar. lib*.1. *c*.95. *a num*. 19. Ceuall. *tom.vltim. quæſt*.25.*num*.16,17. Guttier. *practicar. lib*. 1. *quæſt*.15.*nu*.1. Rebuf. *q*.10. Peregrin. *de iur.fiſc.lib*.6.*tit*.8. *n*.18.21.

Ibi: *Quæ tamen addit,poſſe Epiſcopum ex iuſta cauſa.*

51 Epiſcopi, alijque ſimiles Prælati poſſunt iuſtis de cauſis Decimas ad tempus laicis in feudum dare. Sequitur Suar. *c*.26. *num*.1. vbi latè docet, quid potuerint Epiſcopi olim, & nunc poſſint circa Decimarum conceſſionem; Barboſ. *dict.c*.26. §.3. *a num*.49.Rebuf. *d.q*.10.*num*.34. & *quæſt*.13. *num*.110. Azor. *dict.lib*.7. *cap*. 36. *quæſt*.12. & 14. Caſtill. *cap*.11. *num*.3.

Verſ. *Sic & laici Sacerdotum nomine.*

52 Laicis permiſſum eſt, locationis titulo, vel alio non prohibito, exigere Decimas, Clericorum, ad quos pertinent, nomine; *c*.2. *de locat*. Suar. *d. c*.25.*num*.6.9. Rebuf. *dict.quæſt*.10. *à num*.33. Barboſ. *ſelectar.in addit. ad c. cauſam, quæ, de præſcript*. Guttier. *Canonicar. lib*.1. *c*.34.*n*.50. Locarique Decimæ vltra triennium poſſunt, non obſtan-
53 te extrauagante, *Ambitioſæ*, qua Paulus II. anno 1471. prohibuit, fieri locationem rerum Eccleſiaſticarum vltra triennium, quæ eſt ſub tit. *de reb. Eccleſ*. Quoniam non pertinet ad fructus beneficiorum iuxta communiorem ſententiam, quam tuentur D.Couarruuias *infra lib*.2. *c*.16. *num*.6. *in fine*, Auendaño *de exequend. mandat. p*. 1. *cap*.4. *num*. 32. *ad finem*, Redoan. *de reb. Eccleſ. pag*.350.*num*.4. *verſ. Et dicta*, Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. tom*.1. *lib*.5. *titul*. 3. *num*. 21. Cened. *in collectan.ad Decretal. collect*.76. *num*.3. & *ad lib*.6. *collect*.32. *num*.1. Quamuis contrarium verius putet in punctorioris Barboſ. cum alijs, *de poteſt. Epiſcop. part*.3. *alleg*.93. *num*.20. Et hi lai-
54 ci conductores poſſunt pro penſione conueniri, apud iudicem Eccleſiaſticum, Thom.Del-bene *de immunit.Eccleſiaſt. tom*.1. *c*.7. *dubit*. 2. *ſect*.2. *num*. 12. Matt. *de iuriſdict. part*.2. *c*. 30. Ripol. *variar. reſolut. c*. 1. *de iuriſdict. omn. iudic.num*.236. Molin. *de iuſt. & iur. tom*. . *diſp*.149.*nu*.15. Heuia Bolaños, qui de praxi teſtatur, in *Curia, p*.1. §.5. *num*.7. Azeued. *in l*.10. *num*.58. *tit*. *lib*.4. *Recopilat*. Bobadilla *in politic.tom*.1.*lib*.2. *c*.17. *num*.134. Quod eſt contra D.Couar. *practicar. cap*. 35. *numer*. 2. Caſtillo *in l*.23. *Taur.gloſ. veinte y quatro horas; verſ.Ex quo infertur*,Guttier. *dict. cap*.34. *num*. 49.

Ibi: *In oblationibus contrarium expreſſim tenuerit.*

55 Oblationes non poſſunt ad laicos pertinere, quoniam ius ad illas ſpiritnale eſt, & quodammodo diuinum; vt probat Suar. *dict. lib*. 1. *c*.7. *num*. 3. ac Parochis propter Sacramentorum adminiſtrationem debentur, Barboſ. *dict. c*.23. *num*.5. Nihilominus poſſunt per laicos percipi nomine Clericorum, modò illas ex Altari ipſo non aſſumant; quia indecens eſt, licet tolerabilis ſit conſuetudo, vt laici in confraternitatibus ſuis oblationes propria authoritate capiant; Mareſcot. cum alijs, *variar.lib*.2. *c*.42.
56 *num*.11. Ipſæ verò res oblatæ maximè mobiles, ſi conſecratæ non fuerint, poſſunt per donationem, vel alium contractum in laicorum vſus conuerti, Suarez *ſuprà*. Nauar. *in ſcholijs ad cap. non liceat*, 12. *quæſt*.2. §. 18. *num*.7.8. Et qui oblationes intra Eccleſiam factas indè auferunt ſibi vſurpantes, ipſo iure excommunicationem incurrunt, *cap.fin*. 10. *quæſt*.1. Bonacin. *de cenſur. extra Bullam diſput*.2. *qu*.2. *punct*.1. *à princip*.

Verſ. *Olim ſanè ante Concilium Lateranenſe.*

57 Eſt aſſertio communis, Decimas ante Concilium Lateranenſe laicis in feudum perpetuò conceſſas per Prælatos Pontifice inferiores iuſtè retineri poſſe, non ſic ſi poſtea fuerunt datæ; per textum *in cap*.2. §. *ſanè, de Decim. in* 6. Guttier. *dict. lib*.1. *practicar. c*. 15. *num*. 4. Suar. *c*.17. *num*. 3. Mareſcot. *ſuprà, lib*. 1. *c*.13. *num*. 1. Azor. *dict.lib*.7. *c*.36. *quæſt*. 2. Menoch. *de præſumpt.lib*.6.*præſ*.86. *num*.2. Monet. *cap*.5. *quæſt*.3. *num*.66. Caſtill. *c*. 11. *num*.5. *verſ. Secundo loco*, Petr. Barboſ. *in l. Titia*, *numer*.45. *verſ. Non obſtat ſecunda difficultas, ff. ſol. matrim*. Et ſi dubitetur an ante, vel poſt dict. Concilium fuerint Decimæ conceſſæ? poſt illud datas fuiſſe, eſt præſumendum; Caſtill. *dict.num*.5. *verſ. Inferunt autem*, vbi alij Barboſ. *dict*. §. 3. *num*. 60. Sunt qui exiſtimant, prohibitionem infeudandi 58
Decimas in perpetuum eo Concilio fuiſſe antiquiorem; nam Vrbanus II. in Concilio Turonico anno 1096. ſtatuit, ne Epiſcopi in feudum perpetuum decimas laicis darent, vt conſtat ex *cap. vnic.ſub tit.Epiſcop.vel Abbas feud. dare non poſſ. in vſib. feudor*. atque ita tenet, & latiſſime probat poſt Rebuffum *dict.quæſt* 10. & alios, Suarez *vbi proximè, num*.3.4. Caſtill. *cap*.11. *n*. 5. *verſ. Communis autem*, Barboſ. *dict*.§. 3. *num*.62.

Verſ. *Et dubio procul Alexander III.*

Ex DD. nuper allegatis apparet, Concilium Lateranenſe,de quo agimus,fuiſſe celebratum ſub Alexandro III. anno 1179. ſic tenet Ceuall. *quæſt*. 368. Caſtill. *cap*. 11. *num*.4. Gilchen. *part*.3. *cap*.8.*num*.19. 59

Ibi: *Huic tamen decreto ſatisfieri poteſt.*

Suarez *dict. cap*. 17. *num*. 4. Intelligi poſſe *cap. prohibemus* 19. *de decim.* ait, de illis laicis, qui acceperant Decimas in feudum perpetuum ab Epiſcopis, alijſve Prælatis poſt prohibitionem Vrbani II. nam eas cum animæ periculo detinebant, tanquam habitas à carentibus facultate taliter infeudandi, ob Pontificis præceptum. Quem textum etiam interpretatur aliter Guttier. *d.c*.15. *n*.8. 60

Verſ. *Præter hæc, & illud eſt animaduertendum.*

Laicus poteſt Decimas, ſibi ante Concilium Lateranenſe in feudum perpetuum datas, alteri Eccleſiæ, conſentiente Epiſcopo illius Parochiæ, ad quam de iure pertinebant, concedere. Eſt communis reſolutio, Suarez *ſupr. num*.10. Rebuf. *vbi proximè, num*.31. Menchac. *illuſt.c*.89. *num*.2. Lambertin. *de iure patronat. part*.2. *libr*. 1. *quæſt*. 1. *art*.9.10. Fachinæ. *controuerſ. lib*.7.*cap*.72. Azor. *dict c*.36. *quæſt*. 13. Barboſ. ſen. *in d. Titia*, *num*.46. *ff. ſolut. matrim*. Caſtill. *ſup.num*.5. *verſ. Inferunt quoque*, Monet. *c*.5. *qu*.3. *num*.71.72. Barboſ. *dict*.§.3. *num*.61. 61

Ibi: *Non ſic poterunt iſtæ Decimæ in alios laicos transmitti.*

Laici prohibentur, Decimas ante Concilium Lateranenſe ſibi conceſſas, ad laicos, etiam cum Epiſcopi conſenſu, transferre; Mareſcot. *d.cap*.95. *ex num*.19. Azor. *vbi ſup*.Barboſ.ſen. *in dict.l.Titia*,*n*.45.*verſ. Non obſtat ſecundò*, Rebuf.*d.q*.10.*num*.11.15.Caſtill. *vbi proximè*,Aug. Barboſ. *d.cap*.26.§.3.*num*.63.Contra tenent Gloſ. *in d.cap. prohibemus, verb. laicos*,Menchac.*d.num*.1.Guttier.*d. cap*. 15. *n*.7. *verſ.Sed reſpondendum*, Suar.*num*. 8. 12. Ceuall. *quæſt*. 167. Gilchen.*de præſcript.part*.1.*cap*.8.*à num* 6.Garcia *de expenſ. cap*.9.*num*.97.*cum ſeqq*.Cabed. *Luſitan. deciſion*.63. *num*. 8. *part*.2.Sed in Hiſpania hi, qui Decimas poſſident, vulgò, 62 63
Tertias,eas,ſicut cætera bona alienant,vt teſtantur Caſtil. *num*.3. Guttier & Menchac.*ſupr*.Ratio eſt, nam poſtquam in laicos fuerunt tranſlatæ, in eorumdem patrimonio fiunt,& vt profana habentur, argum. *l. pater, filium* 36. §. *quindecim.ff.de leg*.3.& *cap* 2.*de feud*.Caſtill.*d.cap*.11. *n*. 1. Valaſc.*de iur.emphyteut. quæſt*.15.*num*.5 *verſ. Quibus accedit*, Caſtill.*in l*.13. *Taur.verſ. Veinte y quatro horas*, Cabed. *num*.3. Cancer. *variar.part*.1.*cap*.23. *ex num*. 14. Garcia *de benefic*.1.*part.cap*.2.*num*. 29. Barboſ.*in collectan. ad d. cap. cauſam num*.5. *de præſcript*. Et quamuis de Tertijs ad Deci- 64
mas in feudum datas argumentum non valeat;tamen ſententiam *Menchac*. ſuſtinendo, de qua *ſuprà*, non obſtat, laicum non poſſe fieri capacem iuris ſpiritualis, niſi Pon-

tificis

65 tificis authoritate, vt ait Mareſcot. ſuprà, num. 21. Non enim ius ſpirituale ab Eccleſia in laicos transfertur per conceſſionem Decimarum, ſed titulum temporalem ad commodum,& vtilitatem fructuum percipiendam, Caſtill. cap. 10 ex num. 5. Balboa in cap. cauſam, n. 7. 8. de præſcrip. Redoan. de ſpolijs Clericor. quæſt. 14. n. 14. cum ſeqq. Garc. de expenſ. cap. 9. num. 91. Laſart. de Decim. vend. cap. 19. n. 32. D. Thom. 2. 2. quæſt. 00. art. 4. ad 3. Ceuall. dict. quæſt. 821. num. 78. Suar. cap. 30. n. 9. Barboſ. in dict. collectan. n. 3. nam Superioris, ad concedendas laicis Decimas habentis facultatem, authoritate, perceptio earum, quæ connexa eſt titulo ſpirituali, poteſt ſeparari; Thom. Delbene ſuprà tom. 1. cap. 8. dubitat. 19. ſect. 2. num. 32. Caput autem, prohibemus, de Decim. vt ex ſe patet, non comprehendit laicos, qui tuta conſcientia, titulóque legitimo Decimas retinent; de quo tamen conſulas Caſtill. dict. cap. 11. num. 4. 5. Auguſt. Barboſ. dict. §. 3. num. 63.

Ibi: *Licet Decimas ante Concilium Lateranenſe.*

66 Non minus controuertitur, an Epiſcopus poſſit in feudum perpetuò concedere de Eccleſia benemeritis eas Decimas, quæ ante Concilium Lateranenſe erant penes laicos titulo feudi perpetui, ſi iterùm ad Eccleſiam nunc reuertantur? Affirmant Gilchen dict. cap. 8. à num. 10. Butiat. conſ. 127. num. 122. volum. 2. Imol. in cap. 2. de feud. Cardinal. ibi, col. penult. Quibus,& alijs videtur prohibitio non dandi Decimas perpetuò in feudum, eſſe reſtringenda ad eas, quæ tunc temporis liberæ exiſtebant; pro quibus facit textus notabilis in cap. 2. de feudis, vbi proponitur, Epiſcopum iuraſſe, bona Eccleſiæ ſuæ non infeudaturum? & deciditur, non obſtante iuramento, poſſe in feudum concedere rem ad Eccleſiam reuerſam, quæ cùm iurauit, iam erat infeudata. Vndè dicendum videtur, poſſe Epiſcopum decimas infeudatas tempore Concilij, iterum, ſi vacauerint, eodem modo in feudum perpetuò concedere.

Sed contra tenent Ioan. Andr. & Abb. in dict. cap. prohibemus. Felin. in dict. cap. cauſam quæ, col. 1. verſ. Facit etiam ad hoc. Claud. Seyſel. in ſpecul. feudor. tit. quæ res in feud. dar. poſ. verſ. Nihilominus, Menoch. dict. lib. 6. præſ. 86. nu. 3. Facbinæ. dict. lib. 7. cap. 72. Beroi. conſ. 21. num. 12. vol. 1. Redoan. dict. tract. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 63. num. 17. cum ſeqq. & q. 64 num. 3. Mareſcot. lib. 1. cap. 95. num. 10. In qua controuerſia Suar. ſuprà, num. 9. diſtinctione vſus eſt: qua omiſſa,
67 hanc poſteriorem partem ſuſtinendo, Reſponderi poteſt ad caput 2. de feud. in eo iuramentum intelligi iuxta mentem iurantis, & eius cui iuratum eſt, quæ fuit, ne Epiſcopus deteriorem faceret Eccleſiæ conditionem, ſed iſtam indemnem ſeruaret in eo ſtatu, in quo tunc reperiebatur; cui minimè contrauenitur, ſi bona, quæ iam erant ſub feudo, denuò eiſdem conditionibus infeudentur, cum per hoc ius Eccleſiæ deterius non reddatur; At prohibitio, ne Epiſcopi decimas dent perpetuò in feudum laicis; ad eorum perſonas reſpicit, quibus abſtulit, quam antea habebant, facultatem; qua ſublata, nullis ex Decimis feudum perpetuum poterunt concedere; quod & magis receptum videtur.

Verſ. *Sed ſi dubitetur, an Decima titulo feudi.*

68 Eſt hac in re duplex communis opinio. Prima docet, laicum, poſſidentem decimarum ius, probare debere præter immemorialem poſſeſſionem, feudi conceſſionem ex fama; Mareſcot, lib. 1. c. 13. num. 4. & cap. 95. n. 23. Ceuall. qui communem teſtatur, quæſt. 368. Balboa in cap. cauſam, n. 51. de præſcript. Menoch. conſ. 291. num. 43. & d. præſumpt. 86. num. 5. Rebuf. quæſt. 13. num. 69. Suar. cap. 27. num. 4. Barboſ. in d. collect. ad c. cauſam, num. 4. ad finem, & dict. cap. 26. §. 2. num 52. Beroi. conſ. 21. num. 5. Rota deciſ. 474. num. 3. 4. part. 1. in recent. & apud Duran. deciſ. 205. num. 15. quam ita in praxi obſeruare, teſtis eſt Tondut. dict. q. 71. n. 24. At quod ſufficiat, allegare titulum feudi conceſſi ante illud Concilium, & ſolùm probare immemorialem, tenent magis communiter DD. & in Gallia obſeruari, tradit Tondut. num. 25. idemque probant. D. Larrea part. 2. allegat. 69. num. 17. Molin. de primogen. libr. 2. c. 6. numer. 47. Garcia de expenſ. c. 9. n. 96. Maſcard. de probation. tom. 3. concluſ. 1372. num. 32. Gutier. dict. lib. 1. practicar. cap. 16. per totum, Gilchen dict. cap. 8 num. 23. Noguerol. allegat. 39. num. 8. Camill. Borrel. in ſumm. deciſ. tit. 19. num. 41. Menoch. ſibi contrarius de præſumpt. lib. 3. præſ. 131. numer 47. Menchac. controuerſ. illuſtr. lib. 2. cap. 98. num. 6. 7. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 6. titul. 8. numer. 21. 22. Auendan. in. cap. Prætor. lib. 2. cap 4. Gregor. Lop. in l. 13. gloſ. 2. in fin. vbi hanc magis communem dicit, titul. 20. p 1. latiſſimè Caſtill. cap. 3. ex num. 6.

Quæritur, an tuta cōſcientia poſſint decimæ retineri ex 69
ſola immemoriali poſſeſſione ab eo, qui neſcit, vllum legitimum titulum interueniſſe? Affirmant multi apud Peregrinum ſupr. lib. 4. tit. 8. Anton. Gab. commun. tit. de præſumpt. lib. 5. concluſ. 1. num. 8. & Menoch. d. præſumpt. 86. num. 4. nam ex tam diuturna poſſeſſione oritur præſumptio, quod præceſſerit titulus, quod ſufficit ad iuſtificandam Decimarum retentionem, quicquid alij ſentiant cum Thom. Delbene ſup. dict. dubit. 19. ſect. 2. in fine, quibus adſtipulari videtur D. Couar. in præſenti, quem ſequitur Gutier. num. 2. verſ. Non obſtant, dum docet, laicum teneri ad probandum ſaltem ex fama, Decimas feudi titulo poſſediſſe; licèt dubius loquatur

Ad Num. 6.

Laicus, ſi ſpolietur iure percipiendi decimas, eſt ante 70
omnia reſtituendus, niſi ſpolium fiat ab ea Eccleſia, ad quam de iure Decimæ ſpectabant; quo caſu de titulo ſuæ poſſeſſionis docere debet, vt reſtituatur; cap vlt. de reſtitut. ſpoliator. in 6. Gutier. d. lib. 2. Canonic. cap. 11. à n. 74. Rebuf. d. q. 13. num. 83. Menchac. dict. lib. 2. cap. 89. num. 4. Monet. cap. 5. num. 82. Auguſtin. Barboſ. ſupra, dict. cap. 26. §. 2. num. 47. & plures relati per Pet. Barboſ. in l. ſi de vi, num. 150. ff. de iudic. qui omnes de communi teſtantur.

Ad cap. licet Epiſcopus 18. de præbend. in 6. reſpondetur, 71
ibi nihil de reſtitutione, ſed tantùm prohibetur, ne Epiſcopus inauditum ſpoliet eum, qui duplex incompatibile beneficium poſſidet: vnde non ſequitur neceſſariò, hunc
eſſe reſtituendum. Siquidem multa fieri vetantur, quæ fa- 72
cta tenent; cap. ad Apoſtolicam, de regularib. l. patre furioſo 8. de ijs, qui ſui, vel alien. iur. ſunt, Angel. de legis contradict. quæſt. 3. n. 98. & ita hæc iura conciliat latius explicans Barboſ. in collectan. ad d. cap. licet. num. 6. Alias difficultates ex varijs Pontificum reſponſis patitur præfata communis doctrina; de quibus idem Barboſ. in dict. cap. ad Decimas, & fuſius dict. c. 16. §. 2. ex n. 43.

Verſ. *Quartò, ab eadem radice.*

Laici nullo tempore, etiam immemoriali, poſſunt ius 73
percipiendi Decimas præſcriptione acquirere, Mareſcot. lib. 1. cap. 13. num. 2. Ceuall. quæſt. 812. num. 77. Barboſ. dict. §. 2. num. 49. 50. Ioſeph. Ludouic. Peruſ. deciſ. 106. num. 8. 9. Cancer. variar. part. 1. cap. 13. num. 6. Gutier. ſupr. num. 71. Suar. dict. cap. 27. num. 3. Peregrin. ſup. lib. 6. tit. 8. num. 18. Valaſc. de iur. emphyteut. quæſt. 17. num. 15. Monet. c. 15. à num. 114. Chaſſanæ. in conſuetudin. Burgund. rubr. 1. §. 2. num. 26. Rebuf. dict. q. 13. à num. 67. Gilchen. p. 3. c. 8. numer. 16. Delbene ſup. d. 31. cum alijs, Menoch. conſ. 291. numer. 41.
Tondut. dict. cap. 72. num. 7. In quo limitatur illa regula, 74
quod tantùm poſſit immemorialis poſſeſſio, quantùm priuilegium Principis; cap. ſuper quibuſdam 26. §. præterea, vbi Gloſ. verb. Non extat memoria, de verbor. ſignificat. l. 1. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. quod prouenit ex incapacitate poſſeſſoris, quæ tolli poteſt per Pontificem, quatenus temporales ſunt, vt diximus ſupr. numer. 65. ſi Decimas laico concedat, ſed non per tempus immemoriale; quam limitationem docent Cardin. Tuſch. lib. 1. concluſ. 453. num. 56. & lit. L. concluſ. 342. n. 117. Gueuara in propugnac. Eccleſiaſtic. libert. §. 7. primæ aſſertionis, n. 37. Nicol. Garc. de benefic. part. 1. cap. 2. num. 37. Delbene tom. 1. cap. 1. dubitat. 15. ſect. 3. n. 3. Suar. contra Reg. Angliæ lib. 4. cap. 32. numer. 23. Balboa in dict. cap. cauſam, numer. 48. cum ſeqq. de præſcript. Caſtill. cap. 3. num. 17. Quare laici quoties contendunt, ſibi ius eſſe Decimas percipiendi, pro fundamento ſuæ intentionis

tentionis debent allegare aliquam conceſſionem de iure validam; nam ſi ſola in poſſeſſione fundentur, obtinere non poterunt; Abbas in *cap. cum Apoſtolica, num. 12. de his quæ fiunt*, Tondut. *d. qu. 72. nu.* 16. Barboſ. *n.* 52. & omnes communiter.

75 Præcipua verò præcedens concluſio limitatur communiter, quando laicus præſcribit contra laicum iuris Decimarum poſſeſſorem, abſque aliquo Eccleſiæ præiudicio; tunc enim, ſicut aliæ res profanæ, præſcribi poterunt; Valaſc. *ſupra*, Rebuf. *d. q.* 13. *num.* 55. *verſ. Niſi contra laicos*, Menchac. *ſupra, quæſtio.* 89. *num.* 3. Guttierr. *dict. libr.* 1. *practicar. q.* 15. *num.* 7. Felin. *in d. cap. cauſam, quæ*: *num.* 4. *de præſcript.* Caſtill. *cap.* 50. *num.* 13. Barboſ. *in dict. cap.* 26. §. 2. *num.* 53. Qui intelligit hoc procedere in Decimis perpetuò laicis conceſſis, Pariſ. *conſ.* 25. *num.* 11. *lib.* 4. Crauet. *conſ.* 479. *numero quarto*, *lib.* 3. Balb. *de præſcript. part.* 5. *quæſtio.* 7. Caucet. *ſupr.* & plurimi alij.

Ibi: *Illud tamen hac in parte admonendum eſt.*

76 Sic docent omnes, imò nec Summus Pontifex in præiudicium congruæ ſuſtentationis, miniſtrantium ſpiritualia, quicquam poteſt ſtatuere, aut concedere, Guttier. *dict. cap.* 21. *num* 25. 29. Caſtill. *in l.* 25. *tit.* 19. *part.* 1. Sut. *lib.* 9. *q.* 4. *art.* 2. *verſ. Ex his ſubinfertur*, Suar. *cap.* 14. *num.* 9.

Ad Num. 7.

77 Sine dubio eſt, poſſe vnam Parochiam adverſum alteram ius percipiendi decimas præſcribere, modò miniſtrantibus ſufficiens portio ad alimenta relinquatur, *cap.* 1. *de præſcript. in* 6. vbi notatur, Mareſcot. *dict. lib.* 2. *cap.* 95. *n.* 22. Zabarel. *conſ.* 26. *num.* 5. Mil. *verbo, præſcribi an poſſit ius decim.* Balbus *de præſcript. part.* 2. *pag.* 3. *quæſtion.* 6. *num.* 10. *verſ. Limita iſtam*, Caſtill. *c.* 37. *num.* 1. & multi alij apud Barboſ. *in collect. ad cap. cum contingat, n.* 2. *& ad cap. cum ſint, num.* 2. *de decim.*

78 Illud autem controverſiam patitur, num Clerici, vel Religioſi, non habentes Parochiam, tale ius præſcriptione conſequi valeant? Negant Suar. *c.* 30. *num.* 8. 9. Florentin. *in ſumm. part.* 2. *tit* 4. *cap.* 3. §. 8. *verſ. Et nota quod Epiſcopus.* Affirmant Rebuf. *d. quæſt.* 13. *num.* 63. Turrecremat. *in cap. fin. quæſt.* 1. 16. *q.* 1. Guttier *d. cap.* 21. *n.* 60. Mareſcot. *vbi proximè*; qui quadragenariam poſſeſſionem cum titulo, aut immemorialem requirit; Caſtil. *capit.* 21. *numer.* 14. Auguſtin. Barboſ. *in cap. in aliquibus*, *n.* 7. *de Decim. & dict. cap.* 26. §. 2. *num.* 48. vbi alij, *& num.* 55. Quæ ſententia verior videtur, ſiquidem Eccleſiaſticis ceſſat ratio incapacitatis poſſidendi ius ſpirituale, ex qua ſola defenditur, laicos Decimas præſcribere non poſſe; qua ſublata, ſicut priuilegio, ita & præſcriptione ius Decimas percipiendi per Eccleſiaſticos acquiri poterit, cum eandem vim obtineant; Peregrin. *lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 61. Rodulphin. *de ab-*
79 *ſolut. Princ. poteſt. cap.* 2. *num.* 13. Nam immemorialis poſſeſſio vim obtinet priuilegij, Balb. *de præſcription. part.* 2. *quinta part. in princ. q.* 6. *nu.* 28. Decian. *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *n.* 14. Rebuf. *ad leg. Galliæ, tit. de conſuetud. in præfat. n.* 45. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſ.* 35. *num.* 29. Caſtill. *cap.* 3. *num.* 6. Auendañ. *de conſ. cap.* 8. *n.* 9. Garc. *de nobilit. gloſ.* 2. *num.* 54. *cum ſeqq.*

Quibus non obeſt, quod P. Suar. conſiderat in contrarium, ſcilicet rationem iniuſtitiæ, quæ hanc præſcriptionem comitatur, vt vnus miniſtret, & alter commodum pro tali miniſterio debitum reportet: Nam per præſcriptionem ſemper iuri alterius derogari ſolet; & ſicut priuilegio Pontificis illa inæqualitas introduci poteſt, ſic etiam &
80 præſcriptione. Ipſe tamen hanc paritatem negat, per textum in *cap. accedentes* 11. *de præſcription.* vbi probatur, priuilegio eximi poſſe aliquem ab onere, à quo præſcriptione non licet. Sed communiter reſpondent DD. illud procedere, propter ſpecialem prohibitionem præſcriptionis, de qua in *illo textu*, Barboſ. *ibidem. in collectan. n.* 3. at in caſu noſtro nullibi prohibetur, quod Eccleſiaſtici, etiam ſine Parochiis, Decimarum ius præſcribere queant. Sed vna Eccleſia non Parochialis contra alteram, quæ Parochia non ſit, ius percipiendi Decimas quadraginta annis abſque titulo præſcribit, Mareſcot. *numer.* 24. vbi ſic Rotam deciſiſſe teſtatur, Idem eſt ad præſcribendum contra eum, qui habet Decimas de iure ſpeciali, Barboſ *numer.* 56. vel de iure communi, quas nunquam poſſedit: Idem *numer.* 57. nam ſola quadragenaria poſſeſſio ſine titulo ſatis erit.

Ibi: *Cum alioqui in præſcriptione triginta, vel quadraginta.*

In præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum 81
nullo iure titulus deſideratur, niſi ius commune adverſus præſcribentem præſumat, D. Couar. *in regul. poſſeſſor. part.* 2. §. 4. *numer.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 131. *à numer.* 15. Maſcard. *de probat. concluſ.* 13. *à numer.* 91. *& concluſ.* 1177. *numer.* 108. Gilchen. *part.* 2. *memb.* 1. *capit.* 9. 11. Molin. *de iuſt. & iur. diſp.* 75. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 535. *à numer.* 22. Pariſi. *in cap. ſi diligenti, numer.* 46. *de præſcript.* Pinell. *in auth. Niſi tricennale, numer.* 10. *in fine, C. de bon. matern.* Ægidi. *in l. ex hoc iure, part.* 1. *cap.* 8. *num.* 74. *ff. de iuſt. & iur.* de quo latiſſimè per D. Ioann. del Caſtill. *cap.* 16. *n.* 55. *& 56. verſ. Secunda concluſio*, Petr. Barboſ. *in rubric. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. numer.* 71. 75. 96. 106. *cum ſequentib. & num.* 114. *cum alijs*, Balboa *in cap. de quarta, n.* 23. *& in c. Sanctorum, q.* 2. *n.* 24. *de præſcrip.*

Ad Num. 8.

Ibi: *Quibus me hercle opinionibus ea, quæ potuimus,*

Decimæ tolli, immutarique quoad quotam, conſuetudine non poſſunt, quatenus ſunt neceſſariæ ad miniſtrorum ſacrorum ſuſtentationem. Sequuntur. *D. Couarruuias* Guttierr. *dict. capit.* 21. *numer.* 35. Rebuf. *dict. quæſt.* 13. *numer.* 54. Didac. Perez *in l.* 1. *titul.* 5. *libr.* 1. *Ordinam.* Sotò *libr.* 9. *quæſt.* 4. *ad* 4. Aragon 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 1. Suar. *capit.* 12. *numer.* 5. 8. Tondut *dict. capit.* 72. *numero duodecimo*, Caſtill. *cap.* 10. *numero ſeptimo*, Anaſtaſ. Germon. *de Sacror. immunit. libro tertio, capit.* 19. *numer.* 97. *cum ſequentibus.*

Ibi: *Nam etſi poſſit Princeps, ipſáque conſuetudo.*

Quid poſſit Princeps circa ius naturale, & diuinum? 82
colliges ex Suarez *capit.* 14. *numer.* 6. 7. Sanch. *de matrim. libr.* 8. *diſp.* 6. *numer.* 5. Azor. *part.* 2. *libr.* 4. *capit.* 18. *quæſt.* 1. Marc. *de iuriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 62. *numer.* 15. Curtelli *de immunit. Eccleſiaſtic. libr.* 2. *quæſt.* 4. *numer.* 21. Delbene *eod. tract. tom.* 1. *capit.* 1. *dubitat.* 2. *ſect.* 3. *numer.* 6. Ceuall. *quæſt.* 760. *numer.* 13. Gregor. Lop. *in proœmio, part.* 1. *gloſ.* 6. *ad finem*, Grammatic. *vot.* 31. *numer.* 7. Did. Per. *in l.* 1. *quæſt.* 33. *verſ. Nec contra, titul.* 12. *lib.* 3. *Ordinament.* Menchac. *ſupra capit.* 1. *numer.* 5. Barboſ. Iun. *de iur. Eccleſ. vniuerſ. libr.* 1. *capit.* 1. *à numer.* 119. Bobadill. *in politic. lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 71. & quidem doctrina hæc *D. Couarr.* recepta eſt, ac omninò tenenda.

Verſ. *Eas verò decimas, quæ iure tantùm humano.*

Decimæ quæ iure humano debentur, nec ſunt neceſſariæ ad victum miniſtrorum, conſuetudine tolli, minuive poſſunt. Hæc ſententia communis eſt, vt conſtat ex DD. *in principio huius numeri* laudatis, licet eam impugnent Germon. *vbi proximè*, & alij non pauci Canoniſtæ, qui cenſent, Decimas etiam quoad quotam eſſe de iure diuino, vt notat Suar. *dict. cap* 12. *numer.* 1. Videas notata paulò inferius, *numer.* 97. *cum ſeqq.*

Verſ. *Primùm hinc conſtat.*

Quas decimas Clerici ſoluere teneantur, tractat latiſ- 83
ſimè Suar. *cap.* 17. *per totum*, Guttier. *dict. cap.* 21. *numer.* 52.

K Pellizari.

Pellizari. *in manual. regular. tom.2. tract.8. cap.7. nu.166.* Barboſ. *dict. cap.26. §. 3. ex num.* 6. Ant. Hiſpan. *de Decim. reg.10. numer.16.17.* Valent. 2.2. *tom.3. diſput.6. quæſt. 5. punct.* 5. Becan. *de iuſt. & iur. in quæſt.*87. D. Thom. *quæſt.*6. Rebuf. *quæſt.*5. Monet. *cap.*5. Bonaci. *tract. de legib. diſputat. vltim quæſt.5. punct.3. a num.*5. Ex quibus quid hac in re attento iure communi dicendum ſit, breuiter oſtendemus.

84 Primò, Summus Pontifex ad Decimas ſolvendas tenetur ex prædijs, quæ titulo temporali poſſedetit, niſi ſe ipſum eximat; non autem ad alias: Suarez *ſuprà, numer.*8. *cum ſeqq.* Rebuf. *numer.* 26. Bonaciu. *dict. num.* 5. *in fine.*
85 Secundò, Epiſcopi & alij ſimiles Prælati in hoc Pontifici æquiparantur, eo excepto, quod ſe immunes facere nequeunt à ſolutione earum Decimarum ex prædijs, Suar. *a num.* 11. Rebuf. *num.* 3. 4. Pellizari. *vbi ſup.* Tuſch. *tom.2. concluſ.*65. Bonacin. *dict. num.*5. Monet. *cap.*6.
86 Tertiò, Parochi eiuſdem conditionis ſunt ac Epiſcopi, nam ſolum ad Decimas ex prædijs titulo temporali acquiſitis ſunt obligati, etſi intra propriæ Parochiæ terminos illa ſint ſita, *l.* 1. *tit.*10. *part.* 1. Guttier. Bonac. Pellizar. *ſupr.* Sot. *dict. lib.9. quæſt.4. art.4.* Suar. *a nu.*16. Sed Epiſcopus, & Parochus ſunt Pontificis poteſtati ſubiecti, vt poſſit ſuper reditus Eccleſiaſticos imponere eis iuſta de cauſa onus aliquod; Epiſcopus autem a Parochis nihil propria authoritate valet exigere; notant Suarez
87 *num.*19 Becan. *num.* 3. Ratio præmiſſarum reſolutionum eſt, nam hæ perſonæ Paſtorem non habent, à quo Sacramenta percipiant, vt ei perſonales decimas ſolvant, quæ hoc titulo debentur, *cap. ad Apoſtolicæ* 20. §. 1. *de Decim.*
88 Neque ex reditibus Eccleſiaſticis Decimæ penduntur, *cap. quæſt.* 46. ſecundum communem intellectum, 16. *quæſt.*1. Solùm ergo ad Decimas prædiales, de quibus diximus, te-
89 nentur. Quia prædia illa tranſeunt cum ſuo onere in quemcunque poſſeſſorem, cùm Decimæ onus ſit reale, quod rem ſequitur, quocunque vadat; *cap. dilect.* 8. *cap. de terris* 16. *de Decim.* Ceuall. *tom. vltim. quæſt.* 55. *numer.* 10. 20. Suarez *num.*8. Leſſi. *de iuſt. & iur. libr.2. cap.39. num.* 25. Bonaciu. *vbi proximè*. Guttier. *Canonic. lib.*1. *cap.1. n.*111. Caſtill. *cap.2. num.*17. Auguſt. Barboſ. plures refertens *in collectan. ad cap. cum ſint, num.3. de Decim.* Quod ſimiliter in Tertijs docet Caſtill. *num.* 8. *& cap.36. n.54.* Cabed. *de patron. Reg. Coron. cap.*18.

90 De Clericis autem, alijſque Eccleſiaſticis Parochiam non habentibus dicendum eſt, Decimas non debere ex bonis, aut reditibus Eccleſiaſticis; de patrimonialibus ſic, vt ex prædictis colligitur; de perſonalibus Decimis eſt controuerſia; & communiter DD. docent, ad eas Clericos, aliòſque Eccleſiaſticos eſſe aſtrictos, vt ex pluribus tradunt Barboſ. *dict.* §. 3. *num.* 8. *cum ſeqq.* Monet. *cap.*5. *quæſt.*1. Ricc. *in praxi for. Eccleſ. deciſ.*105. alias *deciſ.*419. Guttier. *d. nu.*52. Bonacina, & Becano *ſupr.* Suar. *a num.*2?. qui *num.* 24. diſtinguit inter lucra titulo ſpirituali, & temporali comparata, à quo huius rei perfectam cognitionem diſcere poteris. Conſuetudo verò eos om-
91 nes a tali obligatione eximere valet, Guttier. *d. num.*52. Rebuf. *d. quæſt.*13. *num.* ?. Perez *ſupr.* Caſtill. *cap.* 2. *num.*9.10. Auguſt. Barboſ. *in collect. ad cap. in aliquibus, num.6. de Decim.*

Verſ. *Secundò licet magis.*

92 Ex prædijs vnius Eccleſiæ conſtitutis intra terminum alterius, Decimas deberi, tenent Guttier. *num.* 54. Rebuf. *dict. quæſt.*5. *num.* 10. Perez *ſupra, col.* 198. *verſ. Dubitatur, & col.*203. *verſ. Item etiam*, Azeued. *in l. 2. tit.5. libr.1. Recopilat.* & eſt magis communis opinio, & in puncto iuris vera, vt fatetur Suarez *num.* 31. licet in oppoſitam inclinet; ſed tale ius conſuetudine etiam extinguetur, Caſtill. *cap.2. num.*9.

Verſ. *Tertiò deducitur.*

93 Conſuetudine effici poteſt, vt Decimæ vni Eccleſiæ iure communi debitæ ſolvantur alij; Caſtill. *nu.* 5. Monet. *capit.5. quæſt.5. numer.*97. Auguſt. Barboſ. *vbi inferiùs, numer.*68. Fagund. *in præcept. Eccleſ. præc.5. libr.3. capit.1. numer.*4. Suarez *capit.12. numer.*7. Rebuf. *dict. quæſt* 13. *numer.*47.60. Guttiert. *numer.*58. ad quod quadraginta annorum tempus deſideratur. Et in cauſis Decimarum, tam 94
quoad obligationem, quam quoad modum ſolvendi, in primis attendenda eſt conſuetudo; *cap. cum ſint homines.* 28. *capit. ad Apoſtolicæ* 10. *capit. in aliquibus* 32. §. 1 *de Decim.* Suar. *dict. capit.12. numer.*15. Tondut. *ſupr. capit.39. numer.2.* Rot. *deciſ.333. numer.4. part.*3. Monet *d. cap.5. num.*87. 94. Valenzuel. *conſ* 49. *num* 1. Caſtill. *capit.* 13. *numer.*28. Azeued. *in l.* 1. *num.*12. *tit.*15. *lib.*1. *Recopil.* Viui. *commun. lib.1. tit.10. num.*15. Cabed. *deciſ.*205. *num.*2. Aug. Barboſ. *d. cap.26. §.3. num.*71. & omnes communiter.

Verſ. *Quartò fortiori ratione.*

Vbi dubium eſt, cui Eccleſiæ Decimæ ſint ſolvendæ, 95
ſtatur conſuetudini, quæ decennio introducitur: Caſtill. *c.* 2. *num.*11.12. Monet *ſupr. dict. quæſt.* 5. *num* 100. Barboſ. *numer.*63. Put. *deciſ.*154. *lib.* 1. Guttier. *dict. numer.* 58. Mareſcot. *variar. lib.2. cap.95. num.*19. vbi Rotæ deciſiones refert, Suar. *num.*8. Et quod conſuetudo, quæ non eſt con- 96
tra ius, inducitur decennio, probant Suarez *in Theſaur. receptar. ſentent. lit. C. numer.*75. Monet. *de option. Canonic. capit.2. quæſt.2. numer.*6. Ceual. *quæſt.*357. *numer.*10. Sayr. *in clau. Regia, lib.3. capit.*13. *numer.*11. Cutti. *in capit. fin. ſect.3. n.18. de conſuetud.* Barboſ. *ſupr.* §.1. *n.*35. Achil. *deciſ.3. n.5. de Decim.* Rebuf. *quæſt.*13. *n.*47.60. Guttier. *ſupr.* nam ſi ius reſiſteret, immemorialis, vel quadragenaria cum titulo deſideraretur, Barboſ. *vbi proximè*, Rebuf. *num.*83.

Verſ. *Quintò hinc verum eſſe.*

Conſuetudo valet eximere laicos à ſolutione omnium 97
decimarum perſonalium; ſic docet Gregor. Lop. in *l.* 2. *gloſ. mag. verſ. Prima, tit.* 20. *part.*1. Suarez *dict. cap.12. n.6.* & plures, quos refert Menchac. *dict. lib.2. illuſtr. cap.89. n.8. in princip.* Guttiert. *num.*57. Barboſ. *num.* 70. Viui. *Neap. deciſ.*4. *num.* 46. Monet. *dict. cap.5. num.*92.

Verſ. *Sextò pariter.*

Ex conſuetudine, Decimæ ad minorem quantitatem re- 98
duci poteſt, modò miniſtranti ſpiritualia, quod ſufficit ad victum relinquatur; Caſtill. *numer.*21. Rebuf. *quæſt.* 23. *numer.*46.54. Farinac. *deciſ.*479. *numer.*5. *tom.*2. Barboſ. *dict. cap.16 in princip. numer.*11. Cancer. *numer.* 12.27. Suarez *dict. cap.8. numer.*5. Guttier. *numer.*31. *verſ. Alij autem*, Balb. *de praſcription. part.1. partis 5. princip. quæſt.7.* & eſt communis. Idem de præſcriptione docet cum multis Caſtill. *num.* 23. qui *num.* 19. cum alijs obſeruat, Decimam appellari quamlibet partem, quæ Decimæ loco ſolvatur.

Verſ. *Septimò eodem iure.*

Similiter conſuetudine licet ex aliquibus fructibus De- 99
cimam nullam ſolvere; Peréz in *dict. l.* 1. *col.* 205. *in fin. verſ. Eſt & aliud, tit.5. lib.1. Ordinam.* Rebuf. *d. quæſt.*13. *n.*51. Guttier. *n.40. cum ſeqq.* Suarez *n.*15. Barboſ. *de iure Eccleſ. vniuerſ. lib.3. c.26. §.3. n.*65. Otter. *de paſcuis, c.*15. *n.*2.9. Monet, *de Decim. d. c.5. n* 92. Azor. *part.1. libr.7. c.37. quæſt.*2. Caſtill. *n.*8. qui per *totum caput ſecundum* docet, hæc etiam in Tertijs Regijs eſſe ſeruanda, Valenzuel. *conſ.* 146. *n.*10 Pater Vazq. *in opuſcul. de benefic. c.1. §. vnic. dub.7.* Cancer. *ſuprà, n.*11.27.

Verſ. *Octauò ex his*

Ad hæc videndi ſunt Guttiert. *à numer.* 43. Perez *ſuprà, fol.*200. *verſ. Decimæ præterea, & verſ Eſſe tamen*, Padilla *in l. poſt mortem, numer.* 18. 19. *C. de fideicommiſ.* Azeued. *in l. 4. numero ſecundo, titul.5. libr.1. Recopilat.* Monet. *ſupra capit.* 6. Tuſch. *concluſ.* 67. *numer. octauo*, Bonacin. *dict. quæſt.* 5. *punct.4. numer.* 3. Suarez *capit.* 37. *per totum*, Barboſ. *de offic. Paroch. capit.28. §.2. numero vigeſimo quarto,*

&

& de vniuerſ. iur. Eccleſ. dict. cap. 26. §. 1. *ex n.* 21. Guid. Pap. *deciſ.* 283.

100 Ex his deducitur Primùm, decimas, etiam antequam petantur, deberi; quia ad Eccleſiam pertinent, ſine aliqua conditione, cui propriæ ſunt, aut ſaltem debentur; nam
101 in hoc diuerſæ opiniones ſunt Secundùm, debitores non teneri ad deferendas eas in horrea Clericorum (etſi non pauci contrarium ſentiant, vt Mareſcot. *dict. cap.* 95. *in fi-*
102 *ne*, Cened. *ad Decret. collectan.* 60. *num.* 4. Franc. Viui. *deciſ.* 4. *num.* 53. Franch. *deciſ.* 124. *n principio.*) Quoniam regulariter debitor non cogitur portare debitum ad domum creditoris, niſi ſit in pecunia, & vterque eiuſdem fori, nullúſque labor, aut ſumptus neceſſarius ſit; vt per Hermoſ. *in l.* 56 *gloſ.* 6. *numer.* 129. 130. *tit.* 5. *part.* 5. vbi plures al-
103 legat. Tertium, Clericos eſſe monendos, vt faciant Decimas deferri, videántque aceruos metiri; nec licet, ipſis inconſultis, fructus recondere, ne fraudum detur occaſio, *l.* 2. *titul.* 5. *libr.* 2. *Recopilat.* imò poteſt Parochus facere, vt fructus pendentes deſcribantur, ſecundum Mareſcot. *vbi proximè, num.* 53. & quilibet exactor Decimarum poteſt prohibere domino fructuum, ne illos aſportet, niſi ipſe, vel alius ſuo nomine adſit; Cancer. *numer.* 7. vbi plures. Quæ omnia, ſecluſa conſuetudine contraria, procedunt.

104 Obſeruandum eſt, ex Decimis perſonalibus deducendas eſſe pro rata expenſas in artificio, vel negotiatione
105 factas, ita vt ſolum ex lucro præſtentur. Ex alijs non vtique, ſed omne quod prouenit ad Decimam computatur, *cap. non eſt* 22. *cap. paſtoralis* 28. *cap. cum non ſit* 33. *de Decim.* Leſſi. *libr.* 2. *cap.* 39. *dub.* 1. *numer.* 16. Tuſch. *ſupra concluſ.* 63. *numer.* 1. 2. Molfeſi. *tract.* 6. *capit.* 4. *numer.* 51. Valent. *tom.* 3. *diſputat. vltim. quæſt.* 1. *punct.* 5. Vazquez *in opuſcul. tractat. de beneſic.* §. *vnic. dub.* 6. *numer.* 52. Monet. *capit.* 6. *quæſt.* 4. *concluſ.* 1. 3. Rebuf. *quæſt.* 11. Suarez *capit.* 33. 35. Mareſcot. *lib.* 2. *capit.* 108. *numer.* 15. 16. Capyc. *deciſ.* 101. *numer.* 4. 5. 12. Barboſ. *dict. capit.* 26. §. 1. *numer.* 34. *cum ſeqq.* vbi rationem reddit differentiæ inter Decimas prædiales, & perſonales quoad deductionem expenſarum; Petr. Barboſ. *in l. fructus ex num.* 6. *ff. ſolut. matrim.* Sed conſuetudine poſſe introduci, vt ex prædialibus decimis impenſæ de-
106 ducantur, docet Aug. Barboſ. *numer.* 38. Quæ expenſæ ſint ex perſonalibus Decimis detrahendæ, explicat Suar. *dict. cap.* 33. *in fin.* vbi ait, id eſſe deducendum duntaxat, quod occaſione artificij, aut negotiationis impenſum fuerit, non tamen ipſius negotiatoris alimenta, illi, etiam nihil
107 agenti, neceſſaria. Cumque computatio lucri facienda ſit in fine cuiuſque anni, habenda eſt ratio compendij, & diſpendij, vt ſi in vno negotio amiſſum eſt, quod in alio quæſitum, nihil Decimarum nomine debeatur, Suar. *cap.* 37. *numer.* 4.

Verſ. *Decimò his omnibus animaduerſis.*

108 Communis concluſio eſt, quadraginta annorum vſum ſufficere ad inducendam conſuetudinem, quoad Decimarum exemptionem, Mareſcot. *dict. capit.* 95. *numer.* 29. Monet. *capit.* 5. *numer.* 103. Bonacin. qui multos laudat, *punct.* 5. *numero ſexto*, Suar. *capit.* 13. *numero tertio*, Gutierr. *numer.* 65. Leſſi *dict. lib.* 2. *capit.* 6. *dub.* 14. *numer.* 47. licèt Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 1. *diſput.* 75. & Tondut. *dict. quæſt.* 72. *num.* 18. immemorialem vſum requirant, qui in Galliæ Tribunalibus, ita obſeruari teſtatur.

Ibi: *Nec ad conſuetudinem iſtam etiamſi ei aduerſetur.*

109 Ad conſuetudinis introductionem titulus, aut bona fides, non deſideratur; Molin. *de primogen. libr.* 2. *capit.* 6. *numer.* 55. Suar. *capit.* 13. *numer.* 1. 8. Bonacin. *tract. de legib. diſput.* 1. *quæſt.* 1. *punct. vlt.* §. 3. *numer.* 46. Gutierr. *dict. quæſt.* 21. *numer.* 66. Didac. Perez *ſupr. column.* 205. *verſ. Præterea*, Barboſ. *in collectan. ad capit. fin. de conſuetud. in fin.* Delbene *ſuprà, tom.* 1. *cap.* 8. *dubit.* 29. *ſect.* 3. *num.* 5. & notatur communiter *in dict. cap. fin. de conſuet.*

Ibi: *Vndè maximè ad hoc conducit ſeire.* 110

Plures differentiæ inter conſuetudinem, & præſcriptionem inueniuntur. Prima eſt, quod conſuetudo non inducitur niſi per Communitatem, per priuatum verò præſcribi poteſt. Secunda, per conſuetudinem acquiritur ius toti Communitati; per præſcriptionem ipſi poſſidenti priuato. Tertia, conſuetudo eſt quid iuris, quatenus legis vicem obtinet, *l. de quibus* 32. *ff. de legib.* Præſcriptio quid facti, quia ius non facit. Quarta, conſuetudo abrogat legem; Præſcriptio non vtique. Quinta, in præſcriptione bona fides requiritur, in conſuetudine non deſideratur. Sexta, ad conſuetudinem interuenire debet conſenſus ſaltem tacitus Principis, cuius legi derogatur; ad præſcribendum non eſt neceſſe vt ille conſentiat, cui nocumentum ex præſcriptione generatur; de quibus, & alijs differentijs videndi ſunt Tondut. *dict. quæſt.* 72. *num.* 9. Suar. *cap.* 5. *num.* 19. *& c.* 13. *à num.* 1. Bonacin *vbi proximè*, Barboſ. *in dict. cap. fin. num.* 21. D. Couar. *in regul. poſſeſſor. part.* 1. §. 3. *num.* 2. Suar. *de legib. diſp.* 19. *ſect.* 1. *num.* 6. 7. 8. *& ſect.* 5. *num.* 45. 50. 54. Rebuf. *dict. quæſt.* 13. Gutierr. *num.* 69. Ioan. Fab. *in* §. *ex non ſcripto, Inſt. de iur. natur. num.* 5. Menoch. *conſ.* 091. *num.* 2. Cardin. Tuſh. *lit. C. concluſ.* 801. Delbene *ſuprà.*

Verſ. *Vndecimò attentè, & diligenter.*

Hæc ſententia etſi valdè communis ſit, vt conſtat ex 111
laudatis per Gutierr. *num.* 38. reijcitur à Theologis, & non paucis iuris Interpretibus, vt Suar. *dict. cap.* 12. *num.* 8. (vbi D. Couarr *in præſenti* expreſſim impugnat aiens, hanc conſuetudinem damnandam non eſſe, etſi laudabilis non ſit) Tondut. *d. cap.* 72. *num.* 12. Abulenſ. *ſup. Matth. cap.* 23. *quæſt.* 63. Menchac. *dict. libr.* 2. *illuſtr. cap.* 89. *num.* 8. §. *quid dicendum*, Rebuf. *dict. quæſt.* 13. *num.* 43. 44. Delbene *dict. dubitat.* 29. *ſect.* 3. *& ſect.* 7. *num.* 2. Barboſ. *dict. cap.* 26. §. 3. *num.* 64. Sot. *dict. libr.* 9. *quæſt.* 4. *art.* 1. *col. antepenult.* Ratio eſt, nam vt ſæpe diximus, ſuſtentatio miniſtrantium ſpiritualia, iure naturali, ac diuino debetur; ſed quod per Decimas præſtetur, iure Eccleſiaſtico ſtatutum eſt, contra quod poteſt conſuetudo præualere, *dict. cap. fin.* vbi notant Interpretes, *de conſuet.* Vndè ſi per primitias, oblationes, aliúm vè modum miniſtris illis alimenta ſufficienter exhibeantur, iuris naturalis obligationi ſatis ſit; neque ita datur nimia ſæcularium exemptio, aut deficit recognitio Sacerdotibus debita, ſiquidem modus duntaxat contributionis immutatur; ſic conſuetudo non ſoluendi Decimas, pluribus in locis Germaniæ, Italiæ, Græciæ, & Galliæ obſeruatur, ſed conſtituta eſt quantitas certa fructuum, vel pecuniæ quotannis Eccleſiæ ſoluenda; vt teſtantur Tond. *ſupr. num.* 4. 6. 12. Panormitan. *in cap. in aliquibus, num.* 8. *verſ. Alij fuerunt in opinione, de Decim.* Filliuci. *quæſtion. moral. tom.* 2. *tract.* 28. *cap.* 7. *num.* 152. Menchac. *controuerſiar. lib.* 2. *cap.* 89. *num.* 8. Monet. *quæſt.* 4 *num.* 92. Suar. *ſupr. num.* 8. Grimaudet. *tract. de Decim. cap.* 6. *num.* 5.

Eſt tamen pro *D. Couar.* non leue fundamentum ex tra- 112
ditis per eundem Suarez *cap.* 14. *num.* 10. vbi docet, non poſſe Pontificem legem Decimarum tollere, etiam relicta Clericis congrua ſuſtentatione; quod tenent etiam Caſtill. *cap.* 10. *num.* 7. Gutier *dict. cap.* 21. *num* 30. Monet. *cap.* 5. *num.* 53. Nauar. *de reditib. Eccleſiaſt. quæſt.* 1. *num.* 57. Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 39. *dubit.* 41. Pat. Vazquez *in opuſcul. tit. de beneſic. cap. vnic.* §. 1. *dub.* 1. Tuſch. *lit. D. concluſ.* 62. *num.* 11. quoniam Spiritus Sanctus, à quo Pontificia regitur poteſtas, non permittet, cum in tantum errorem incidere in detrimentum totius ſtatus Eccleſiaſtici, quandoquidem Sacerdotes non ita decenter ſe gererent, ſubſidium pauperibus deficeret, & Diuinus cultus irreuerenter negligeretur. Igitur hoc, quod ita pernicioſum eſt, & irrationabile, nulla poterit conſuetudine introduci; vt omnes in *d. c. fin. de conſuetud.* prænotant.

Sed reſponderi poteſt, talem conſuetudinem approba- 113
tam per tacitum Pontificis, ac eorum, quorum intereſt conſenſum, non eſſe irrationabilem iudicandam, cùm alijs modis poſſit tantū ratione miniſterij ſpiritualis erogati

gati, quantum per Decimas exhiberetur, aut ſaltem quod
ſufficiat, vt abſurda ſuperiùs conſiderata vitentur. Præte-
114 rea quoties Pontifici expedire viſum fuerit, non obſtante
quacunque conſuetudine, poterit denuò Decimas, vel
onus aliud æquiualens fidelibus imponere, quoniam huic
poteſtati, quæ eſt penes Eccleſiam, nulla conſuetudo va-
let derogare; Suar, *dict.cap.*12.*num* 11.Leſſi.*dict.libr.*2. *cap.*
39.*dub.*5.*num.*25.Delbene *dict.sect.* 7.*num.* 1. 2. Quare con-
ſuetudo hæc ſuſtinetur, quia nullum ex ea ſequitur Eccle-
ſiæ diſpendium, ſiquidem facilè poteſt reparari: at ſi
Pontifex Decimarum tolleret præceptum, neque aliàs
prouideret ſtatui Eccleſiaſtico de neceſſatijs ad eius de-
centiam, pauperum ſubſidium, & cultus Diuini debitum
obſequium, nullum ſupereſſet auxilium, & ſic Eccle-
ſis grauiter pateretur. Tandem doctrina *Suar.* & alio-
rum *ſuprà* tradita procedit, cum in vniuerſum Decimarum
præceptum tolleretur, non tamen cum in aliquas Prouin-
tis Pontifex concederet iuſtis de cauſis, ne Decimæ ſol-
uerentur, vt multis Authoribus, & exemplis adductis pro-
bat Caſtill. *vbi proximè.* Quare conſuetudine etiam fieri
licitum poteſt, ne Decimæ in aliquo loco tribuantur, data
Miniſtris Eccleſiæ alioqui congrua ſuſtentatione.

Ad Num. 9.

115 Summus Pontifex ſuo priuilegio eximere à ſolutione
Decimarum poteſt; ita tenent Gutierr.*a num.* 25. Rebuf.
*dict.quæſtio.*13. *num.* 103. cum alijs Beiluga *in ſpecul. Prin-
cip.rubric.*13.§.*tractemus*,*n.*36.Anne.Robert.*lib.*5. *rer. iudi-
cat.cap.*1.*fol.*552.Suar. *dict.cap.*14.*n.* 10. Monet. *c.* 5. *n.* 46.
Leſſ.*libr.*2.*cap.*39.*dub.*5.Fagund. *ſup. præcept.* 5.*lib.* 2. *c.* 4.
*n.*1.Piaſec.*in prax.Epiſcop.part.*1.*c.*4.*n.*63. Caſtill. *cap.* 10.
*n.*7. Menoch. *conſ.*276.*n.*1.Quod eſt intelligendum, relicta
Parocho congrua ſuſtentatione, Barboſ.*dict.cap.* 26. §. 3.
*n.*13.Azor.*dict.lib.*7.*cap.* 37. *q.* 6. Gutier. *num.* 29. Alioqui
ipſi, quibus remiſſæ ſunt Decimæ, ad eam præſtandam te-
nebuntur, Caſtill.*ibidem.*

Ad Num. 10.

116 Circa hoc variæ ſunt DD. opiniones. Alij præſcri-
ptionem omninò excludunt, & eſt communis Canoniſta-
rum ſententium, Decimas, etiam quoad quotam, eſſe de
iure diuino. Alij diſtinxerunt inter prædiales, & perſona-
les, admittentes præſcriptionem quoad has, non quoad il-
las. Alij reijciunt præſcriptionem quoad totum, non
quoad partem, ſiue quotam. Alij Clericis, cæteriſque Ec-
cleſiaſticis perſonis permittunt præſcriptionem, laicis
non vtique: ſed verius, ac receptius eſt, quod *in præſenti* do-
cet D. Couar. ſcilicet tam Eccleſiaſticos, quam laicos poſ-
ſe eximi præſcriptione, etiam in totum a decimarum ſo-
lutione per quadraginta annos cum titulo, aut tem-
pus immemoriale, modò Parocho quod ſufficit ad vi-
ctum præſtetur, Suarez *cap.*12.*à num.*16. Maleſcor. *dict.*
cap. 95.*num.* 28. *cum ſeqq.* Rebuf. *d. quæſt.* 13. *à num.* 60.
Bonacin. qui alios allegat, *dict.diſput.vlt. quæſt.* 5. *punct.* 5.
num. 4. 5. Monet. *dict. cap.* 5. *concluſ.* 6. *n.* 114. Tondut.
n. 19. *cum ſeqq.* Pontanel. *de pact. nuptial. pag.* 1. *clauſ.*
4. *gloſ.* 19. *num.* 39. 40. Pellizzar. *ſupr. num.* 268. Gutier.
*num.*61. cum alijs Menchac. *dict. c.* 89.*num.* 10. Caſtil. *c.*
3. *num.*21. Balboa *in cap. de quarta*, *num.*19. *de præſcript.*
Sed ad præſcriptionem Tertiarum, quæ in Hiſpania
Regibus ſoluuntur, immemorialem eſſe neceſſariò pro-
bandam, docet Caſtill. *num.*23.per *l.*1.*tit.*21. *libr.* 9. *Reco-
pil.* & latiſſimè *cap.* 34. *per totum*, diſputat, vbi ex *n.* 12.
probat, maiorem vim obtinere immemorialem præſcri-
tionem, quàm quadragenariam cum titulo.

Ibi: *Erunt forſan, qui etiam hac opinione recepta.*

117 De intellectu *l. ſi ſic* 7. *ff. quemadmod. ſeruitut. amit.*
Cuiaci. *lib.* 14. *obſeruat.* 18. Connan.*lib.*4.*cap.* 12. *à n.* 19.
Beroi. *in cap. de quarta, à num.*52.*de præſcript.* qui ſanè tex-
tus parum ad præſentem reſolutionem pertinet, vt ex ip-
ſius contextu patet, & D.Couarr.oſtendit.

Ad Num. 11.

Dubia eſt controuerſia, num ſeruitus diſcontinua, vt 118
iter, actus, via, poſſit ordinario tempore decem, vel vigin-
ti annorum præſcribi, aut requiratur tempus immemo-
riale? de qua Paelador.*quotidianar.lib.*1. *cap.*1.§.1. *per tot.*
Morla *in empor. iur. tit.*6. *quæſt.* 4. *num.*14. *& ſeqq.* Fachin.
*libr.*8.*controuerſ.cap.*22.Cancer.*variar.part.*3 *cap.*4.*a n.* 46.
Barboſ.*in collectan.ad cap.cum Eccleſia Sutrina*, *numer.*20.
verſ.In eadem gloſſa, *de cauſ.poſſeſ.& propriet.*Duaren.*libr.*1.
*diſputat.c.*34.& alij, quos refert & ſequitur Eman. Suar.
*in addit. ad Anton. Gomez variar. tom.*2.*cap. vltim. num.*27.
verſ.Seruitus verò realis, lit.P. Qui omnes excludunt diffe-
rentiam inter ſeruitutem continuam, & diſcontinuam,
quoad tempus ad præſcribendas illas neceſſarium, etſi
communiter receptam fateantur; & conſtat ex Ant. Go-
mez *vbi proximè*, Padilla *in l.*2.*C.de ſeruitut.& aq.*Caſtill.
*de vſufruct.cap.*68.*à num.*7.Tuſch.*lit.S.concluſ.*224.Tondut.
*quæſt.ciuil.cap.*48.*à num.*45. Cuiac. *ad l.ſequitur*, §. *liberta-
tem*, *ff.de vſucap.*Ant.Gouean.*lection. iuris variar lib.*1. *c.*14.
Molin.*de iuſt.& iur.diſput.*70.*num.*7. *verſ. Porrò*; Cardoſ. *in
praxi Iudic. verbo*, *præſcriptio*, *à num.*73. Sed hanc vltimam
ſententiam ſuſtinendo, quod ſcilicet tempus immemoriale
deſideretur, dubitatur, an ſit neceſſaria ſcientia, & pa-
tientia eius, contra quem præſcribitur? In quo ſunt duæ
communes ſententiæ, de quibus per Caſtill. *cap.* 28. *ex
num.*4. & negatiuam partem amplectitur cum innumeris.
Similiter diſputatur, num ſit opus ad præſcriptionem im-
memorialem negatiuarum ſeruitutum, quod intercedat
prohibitio, vel interpellatio? & negatiuè poſt longam
diſputationem reſoluit Caſtill. *capit.*29. *numer.*8. *verſ. Ex
his*, cum Auendañ.*de cenſib.cap.*8. *num.*23.24.

Ibi: *Ab omnibus tamen receptum eſt.*

Vſusfructus omni iure decem, vel viginti annis præſ- 119
cribitur, Anton Gomez *ſuprà*, *num.*26. *verſ. Seruitus verò
mixta*, Auendaño *in cap.*1. *Correctior. num.* 30. Padilla *ſupr.
numer.*24. *verſ. Quartum intellectum*, *& numer.* 30. Gomez
Vaio *in praxi capit.* 24. *numer.* 174. Caſtillo *dict. capit.*68.
*numer.*7.Balb.*de præſcript.part.*4.*part.*4.*princip.quæſt.* 2.*num.*
6.*cum alijs.*

Verſ. *Sed quia in hoc ipſo capite.*

Si ſententia Paeladorij, Suar. & aliorum nuper tradita 120
admittatur, quæ ſanè ſolidis nititur fundamentis, his di-
ſtinctionibus opus non erit; ſed ius paſcendi, ſiue perſo-
næ, ſiue prædio debeatur, decem, vel viginti annorum
præſcriptione acquiretur, cum requiſitis, quæ in ſerui-
tutibus continuis, vel quaſi, deſiderantur regulariter; de
quibus Anton. Gom. *dict. numer.*27. Paelador.*ſupr.à num.*
12.*&* §.9.*numer.*1.Menoch. *de retinend. remed.*6.*ex numer.*
126. Gratian. Falcon. *reg.* 370. Cæpol. *de ſeruitut.ruſticor.
prædior.capit.*4. *numer.*55. *cum ſeqq.* Padill. *in l.*1.*C.de ſer-
uitut.* Caldas *ibidem quæſt.*5. *numer.* 65. Quod ſi dubitetur, 121
an perſonæ, vel prædio talis ſeruitus ſit debita, recur-
rendum eſt ad diſtinctionem Conſulti in *l. pecoris* 4. *ff. de
ſeruitut. ruſticor. prædior.* cuius meminere Menoch. *dict. re-
med.* 6. *numer.* 47. & Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 141. *nu-
mero.*52.

Sed Communis, poſtulans tempus immemorabile ad 122
præſcribendas diſcontinuas ſeruitutes, erit limitanda ex
Gloſ in *l.ſeruitutes* 14. *verb. certam*, *ad finem*, *ff. de ſerui-
tutib.*quam ſequuntur Tondut.*ſup. numer.* 49. 50. Gratian.
diſceptat. forenſ. capit. 681. *numer.* 39. 40. & alij, quando
titulus allegatur; nam etſi non probetur, ex decennali
quaſi poſſeſſione præſumitur, *l. cum de in rem verſo*, 6. *ff.
de vſur.* Gutier. *in l. nemo poteſt*, *numer.* 199. *ff. de leg.* 2.
Flores de Mena *variar. lib.*1. *quæſt.*1. *numer.*12. Caldas *de
renouat.emphyteuſ.cap.*15.*numer.*14. Felician. *de cenſib.libr.*2.
*c.*5.*n.*24. Lara *de Capellan.lib.*1. *c.*12. *à num* 3. Rodrig. *de
ann.redditib. lib.*1. *quæſt.*15. *num.*5. Maſtrill. *Sicil.deciſ.*227.
Petr. Barboſ.*in l.qua dotis*, *num.*13.*ff. ſolut.matrim.& in l.*
2. *num.*109.*cum ſeqq. C.de præſcript.*30. *vel* 40. *annor.* Man-
tic. *de tacit.conuent.lib.*3.*tit.*15.*à n.* 52. & alij communiter.

Quod

123 Quod eſt intelligendum interueniente facto, aut patientia eius, contra quem præſcribitur, *l. 2. C. de ſeruitut. & aqu.* Caldas *dict. cap.* 15. Balboa *in cap. ſi diligenti, quæſt.* 3. *de præſcript.* Gratian. *ſupra cap.* 208. *à num.* 1. Tondut. *dict. quæſt.* 48. *num.* 49. Nam incorporalium præſcriptio, abſque illa procedere nequit, Garc. *de nobilitat. gloſ.* 7. *num.* 7. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 161. *per tot.* D. Couarruuias *in reg. poſſeſſor. p.* 2. *in princi. n.* 8. & alij plurimi apud Caſtill. *de vſufruct. c.* 28. *num.* 1. vbi latè proſequitur; & *num.* 3. limitat, cum interuenit titulus, & bona fides, quo caſu patientia domini, aut ſcientia non requiritur, Fachin. *controuerſ. libr.* 8. *cap.* 20. Gregorius Lopez *in l.* 15. *gloſ.* 3. *tit.* 31. *part.* 3. Gilchen *de præſcript. part.* 2. *memb.* 3. *cap.* 12. *à n.* 8. De qua limitatione principali, licet *D. Couar.* dubitet, facilius præfata doctrina erit practicanda propter probabilitatem oppoſitæ opinionis, quæ abſolutè docet, decennium, aut viginti annos ſine titulo, ad eam præſcriptionem diſcontinuæ ſeruitutis ſufficere, quam in puncto iuris veriorem ſentit Tondut. *n.* 48.

Ibi: *Quid ergo de ſeruitute iuris paſcendi.*

124 Hæc autem ſeruitus iuris paſcendi pecora in paſcuis publicis non quæritur, niſi quadraginta annorum ſpatio, *l.* 7. *tit.* 29. *part.* 3. D. Couar. *practicar. cap.* 37. *in fine.*

Ibi: *Primus ſanè, vbi vſus hic decennio contingens.*

125 Obſtat *l.* 4. *tit.* 15. *libr.* 4. *Recopilat.* qua prohibetur generaliter, ne ex detentatione rei, titulo conductionis, præſcriptio locum habeat, Caſtill. *cap.* 38. *num.* 1. *verſ. Y de*
126 *nueſtro derecho.* Sed inter Confratres, vulgò *de la Meſta*, aliud quoad ius paſcendi obſeruatur, quod a poſſeſſore inuito auferri non poteſt, nec plus offerens admittitur, *l.* 3. *c.* 5. *cum ſeqq. tit.* 14. *libr.* 3. *Recopilat.*

Ibi: *Et tamen illud eſt adijciendum.*

127 Sic communiter limitatur concluſio præmiſſa communior, nam cum titulo diſcontinua ſeruitus tempore ordinario præſcribitur, etiam ſecundum eos, qui illam ſequuntur; Ant. Gom. *dict. num.* 27. *verſ. Aduertendum tamen*, Tuſch. *concluſ.* 224. Caſtill. *d. c.* 68. *num.* 7. Padill. *in d. l.* 2. *C. de ſeruitut.* Balb. *part.* 1. *part.* 4. *princ. quæſt.* 1. Cortaſi. *in d. l. ſeruitutes, num.* 3. *ff. de ſeruitut.* Tondut. *ſupra dict. quæſt.* 48. *num.* 49.

Ibi: *Quibus in locis, & in* l. ſi quis, ff. ſi ſeruit. vendic.

128 Non pauci *Duarenum* ſequuntur putantes, nullam ſeruitutem decem, vel viginti annis præſcribi poſſe, ſine titulo; de qua quæſtione conſulendi ſunt Anton. Gom. *dict. num.* 17, vbi Suar. *lit. O.* Pichard. *in §. aquæ ſi agat, à num.* 11. *Inſt. de actionib.* Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.* 47. Olan. *in antinom. iur. lit. A num.* 136. Caſtill. *ſupr. à num.* 16. Menoch. *dict. remed.* 6. *num.* 135. Maſcard. *concluſ.* 1305. *alias* 1310. *n.* 18. Tepat. *variar ſentent. tit.* 566. *c.* 14. Caldas *quæſt. foren. lib.* 1. *quæſt.* 5. *nu.* 58. Molla *in empor. iur. tit.* 6. *quæſt.* 4. *ex num.* 10. Fachin. *controuerſ. lib.* 13. *c.* 83. Cancer. *var. p.* 3. *c.* 4. *à num.* 45. Iacob. Rauard. *ad leg. Scribaniam, num.* 7. vbi multa non vulgaria de præſcriptione ſeruitutum.

Ad Num. 12.

129 De intellectu horum verborum *D. Thomæ*, Gutier. *dict. q.* 31. *n.* 51. Suar. *cap.* 12. *num.* 11. 13. 14. Delbene *dict. dubit.* 19. *ſect.* 7 *num.* 2. 3. Qui verba illa accipiunt, cum obligatio ſemel extincta per conſuetudinem, vel præſcriptionem ſuſcitatur, vel præcepto Pontificis, vel vrgente Miniſtrorum diuini cultus indigentia; nam licet non peccent non ſoluentes Decimas, a quibus exempti legitime ſunt; tamen ſi in animis habeant, vt licet petantur ex duabus prædictis cauſis, ipſas non ſoluent, in ſtatu damnationis ſunt; eritque laudabile, ſi Clerici, quibus eſt ius exigendi, illud ob vitandum ſcandalum omittant.

Poſſet nihilominus mens D. Thomæ aliter interpretari, aſſerendo, loquutum fuiſſe non de conſuetudine iam præſcripta, ſed de vſu aliquibus annis iam inueterato non ſoluendi Decimas; nam tunc etſi Miniſtri Eccleſiæ ius habeant ad exigendas eas, ſi illi cedant ob vitandum ſcandalum, quod ex inſolita petitione timeretur, laudandi ſunt; fideles autem non ſoluentes à peccato excuſantur propter bonam fidem, qua credunt, ſe ex benignitate Clericorum debitas Decimas retinere, quia ex diuturnitate temporis iuſta cauſa, ſiue titulus iure præſumitur, vt dictum eſt ſupra.

Et comprobatur ex communi Theologorum ſententia, 130
quæ docet, non peccare facientes contra legem, interim dum conſuetudo contraria non eſt legitimè præſcripta, poſt quam iam ita vſu recepta eſt, vt a pleriſque etiam timoratæ conſcientiæ viris ſine ſcrupulo obſeruetur, vt tenent plures, quos refert Salas *de legib. ſect.* 4. *§.* 5. *num.* 43. *ad finem*, & Bonacin. *dict. tract. de legib. diſput.* 1. *quæſt.* 1. *punct. vlt.* 3. 3. *num.* 45. *verſ. Respondet Valentia.* Igitur qui ex vſu Decimas detinent, in ſtatu damnationis non ſunt; ſi verò propoſitum habeant non ſoluendi Decimas, etſi petantur, peccati rei fient, ceſſante illa bona fide, cum apertè contra domini voluntatem, vel eius, cui debentur, Decimas vſurpent; qui videtur planus ſenſus ad præfatum locum, qui ſic ſe habet: *His equidem, & ſimilibus caſibus laudabiliter Miniſtri Eccleſiæ Decimas non requirunt, vbi ſine ſcandalo requiri non poſſunt propter deſuetudinem, vel aliquam aliam cauſam. Nec tamen ſunt in ſtatu damnationis, qui non ſoluunt in locis illis, niſi fortè propter obſtinationem animi habentes voluntatem non ſoluendi, etiamſi ab eis peterentur.* Hæc 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 1 *ad fin. & quodlibet.* 6. *art.* 10.

Ad Num. 13.

Præſcriptio iuris percipiendi Decimas in aliéna Parochia, ad noualia non extenditur; Suar. *cap.* 22. *num.* 9. Rebuf. *quæſt.* 14. *à num.* 92. Gutier. *num.* 8. Cancer. *numer.* 16. Barbol. *dict. cap.* 26 *§.* 2. *numer.* 58. Caſtill. *de Tert. cap.* 15. *num* 31. Monet. *cap.* 4. *num.* 79. & hoc etiam, ſi conſuetudine ius illud acquiratur, dicendum eſt, Gutier. *numer.* 6. Rebuf. *num.* ... Caſt. *numer.* 37. Monet. *numer.* 85. Cancer. *num.* 17; nam præſcriptio ſtricte interpretari debet, tantúmque præſcribitur, quantum poſſidetur, Barboſ. *ſupr. numer.* 59. Quod eſt limitandum, quoties ex aliquo fundo certis limitibus clauſo, qui vt vnus, & indiuiſibilis poſſidetur, ius percipiendi Decimas fuerit præſcriptione quæſitum; nam ſi intra ipſum terra nouiter præcidatur, ex eo noualis Decimæ ei, qui præſcripſit, iure debentur; Cancer. *dict. numer.* 17. Suar. *numer.* 10. Rebuf. *numer.* 2c. Felin. *in cap. auditis, numer.* 19. *de præſcript.* Ioan. Andr. *in cap. fin. de priuileg.* Gutier. *numer.* 101. 102. apud quem alij, Barboſ. *num.* 52. Præterea limitatur, ſi præſcriptio fiat ab eo, cui de iure communi Decimæ debentur, contra priuilegiatum, vel eum, qui antea præſcripſerat, Menoch. *conſ.* 56. *numer.* 3. Nam hæc præſcriptio, vt fauorabilis, eſt ampliandæ; *arg. cap. odia, de reg. iur. in* 6.

Ibi: *Hoc tamen verum eſt, vbi nouale omninò.*

Ei, qui præſcripſit ius percipiendi Decimas ex aliquo 132
prædio, debentur, quamvis aliud ibi ſeminetur, quam ſolebat, *capit. commiſſum, de Decim.* Barboſ. *dict. numer.* 55. Suar. *dict. numer.* 16. Gutier. *numer.* 1 3. 104. Burg. de Paz *conſ.* 150. *numer.* 16. D. Couarr. *practicar. capit.* 3 *numer.* 5. Monet. *ſupr. cap.* 4. *num.* 89. Cancer. *num* 18. Caſtill. *c.* 15. *n.* 1. Valenzuel. *conſ.* 33. *num.* 26. Salgad. *de Reg. protect. part.* 3. *capit.* 10. *numer.* 143. *cum ſeq.* Proſp. Petr. *in addit. ad Capyc. deciſ.* 20. *numer.* 1. *lit. B.* Quod ſimiliter ad priuilegium extendit Caſtill. *numer.* 6. qui latiſſimè agit. Quod verum non 133
erit, quando ex terra antequam præcideretur modicum aliquid duntaxat Decimarum ratione percipiebatur, quod pro nihilo reputandum eſt; vt in ſpecie ſentiunt Tondut. *quæſtion. beneficial. cap.* 101. *num.* 11. Tambur. *de iur. Abbatum* 1. *diſputat.* 15. *quæſit.* 18. *num.* 6. Monet. *de Decim. cap.* 4. *num.* 50.

Ibi : *Nec oberit præmiſſis deciſio textus in* cap. ex parte.

134 De interpretatione textus *in capit. ex parte 27. de Decim.* tractant latè Rebuf. *q.* 14. Suar. *cap.* 23 *à num.* 4. Guttier. *num.* 124. Cardinal. Tuſch *tom.* 6. *lit. P. concluſ.* 352. Carol. de Tapia *ad l. fin. part.* 1. *cap.* 9. *ex num.* 91. *ff. de conſtitut. Princip.* Gregor. Accaci. *de priuilegi. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 27. *cum alijs,* Caſtill. *dict. tom* 7. *de Tertijs, cap.* 35. *num.* 40. Barboſ. *in collectan. ad idem cap. in princip. & in c. quia circa, de priuileg. num.* 13. Monet. *d. c.* 4. *n.* 3. *ex n.* 65. Valenzuel. *conſ.* 33. *num.* 50. Tondut. *ſup. num.* 17. & communiter hic intellectus à *D. Co-*
135 *uar.* traditus approbatur. Quid autem ſit nouale, quoad rem hanc, definitur in *cap. quid per nouale* 21. §. 1. *de verb. ſignificat.* vt ſit ager de nouo ad cultum reductus, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuiſſet, Menoch. *conſ.* 36. *num.* 2. Henr. Canil. *de Decim. cap.* 11. *num.* 1. Tuſch. *lit. N. concluſ.* 115 Petr. Gregor. *ſyntagmat. iur. lib.* 1. *t.* 2. *n.* 2. Monet. *dict. quæſt* 3. *num.* 50. Aliter tamen à Conſultis accipitur in *l. ſylua cædua* 30. § *nouales, ff. de verb. ſignific. & in l. fin.* §. *vlt. ff. de term. moto,* & notat Rebuf. *in d.* § *nouales.*

Ibi : *Sed profectò magis conſonum iuribus.*

136 Priuilegium de percipiendis decimis in aliena Parochia minimè noualia complectitur, ſiue laicis, ſiue Eccleſiaſticis indulgeatur; Suar *dict. capit.* 23. *num.* 5. 6. Monet *c.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 67. Anchartan. *in dict. capit. ex parte,* Guttierr. *dict. libr.* 1. *cap.* 2 . *à num.* 120. Aug. Barboſ. *in collectan. ad d. cap.* 2. *num.* 6 *de decim in* 6. *& dict. c.* 26. §. . *num.* 58. Caſtill. *cap.* 15 *num* 34. 35. 39. Cancer. *num.* 14 etſi contrà ſentiat de priuilegio Eccleſiæ conceſſo.

137 Priuilegium, per quod alteri præter concedentem præiudicium generatur, ſtrictè debet interpretari, Carleual. *de iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 28. *num.* 16. Guttier. *practicar. lib.* 4. *capit* 5. *num.* 2. Cabed. *Luſitan. deciſ.* 93. *num.* 1. *part.* 2. Melo *de induc. debitor. quæſt. vlt. num.* 1. Hippolyt. *ſingul.* 483. Tuſch. *ſupr. concl.* 211. Caſtill. *cap.* 36. *num.* 14. Valenz. *conſ.* 93. *num.* 31. Barboſ. *in collect. ad cap. quia circa, num.* 14. *de priui-*
138 *leg.* Quod verum eſt, cum per priuilegium iuri communi derogatur, ſed ſi per illud alteri priuilegio, aut conſuetudini officiatur, cauſaque ad terminos iuris communis reducatur, ampla interpretatio facienda eſt; Caſtill. *cap.* 15. *num.* 40. Tiraquel. *de primogen. quæſt.* 24. *à num* 5. D. Couar. *infra lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 4. Guttier. *de iuram. confirmat. part.* 1. *cap.* 19. *num.* 4. Sanchez *de matrimon. libr.* 1. *diſput.* 12. Euerard. *in loc. à ratione legis larga, num.* 29. Villag *in tract. de extenſion. legum, rubric. de extenſ. leg. correctoria. num.* 9. Surd. *de alimen. tit.* 2. *q.* 15. *num.* 93. Farin *fragment. crim n. part.* 1. *lit. E. num.* 86. cum fauorabile cenſeatur, Menoch. *conſ.* 36.
139 *num.* 27. Ex quibus facilè conciliantur *d. c. ex parte,* & *cap. tua* 25. §. *vlt. de Decim.* ſiquidem in illo, ad ius . commune per priuilegium reditur; & in hoc, ſecus euenit : quia in vno gratia protelatur, quæ in altero reſtringitur quoad noualium comprehenſionem. Et eſt obiter aduertendum, rationem traditam à Pontifice in *dict. c. ex parte,* vt, cui conceditur quod plus eſt, videatur indultum quod eſt minus, non eſſe generaliter in materia priuilegiorum admittendam, vt patet ex *dict. cap. tua,* ſed in ſpecie tantum, de qua ibi agitur, vbi lata interpretatio recipi debet; vt poſt alios rectè obſeruat Suar. *ſup. n.* 7. Caſtill. *vbi proximè,*

Ad Num. 14.

Deciſio *cap. penult. de priuileg.* maximè locum habet, quando ex agro nouiter præciſo antea aliqui fructus percipiebantur; veluti ex arboribus, paſtu, aut ſylua cædua; decimæque ex illis ſoluebantur; niſi eſſet quicquam per exiguum, vt ſupra notauimus *numer.* 133. Et concluſionem hanc à *D. Couar.* deductam, ex *dict. capit. penult.* ſcilicet priuilegium de decimis non ſoluendis ex noualibus, non pertinere ad ea, ex quibus aliquis ius habebat percipiendi eaſdem, tenent Caſtill. *cap.* 36. *num.* 24. Suar. *c.* 19. *n.* 3. Viui. *commun. opinion. tom.* 1. *tit.* 10. *num.* 14. *verſ. Et poteſt,* Monet. *cap.* 4. *num.* 60. Barboſ. *in collectan. ad cap. quia circa* 22. *num.* 14. *de priuileg.* Roder. Suar. *allegat.* 23. *numer.* 9. 22. 23. Azor. *ſupra part.* 1. *lib.* 7. *c.* 26. *quæſt.* 6. *verſ. His poſitis.* Rebuf. *in d. l. ſylua cædua, §. nouales, verſ.* 5. *ff. de verb. ſignific.* Guttierr. *num.* 126. Princeps enim nullius iuri præiudicium in- 140
ferre præſumitur, niſi de eius voluntate appareat manifeſtè, *c ſuper eo* 15. §. 1. vbi Gloſ. *verbo, intentionis, de offic. delegat. l.* 2. § *ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. pub. fiat,* Carleual. *to.* 1. *diſp.* 2. *num.* 639. Caſtill. *cap.* 36. *num.* 11. Molin. *de primogen. libr.* 2. *cap.* 1. *num.* 13. Peregrin. *de iur. fiſc. libr.* 1. *titul.* 3. *à num.* 21. Perez *in l.* 1. *gloſ.* . . *col.* 1. *verſ. Præterea, titul.* 5. *libr.* 3. *Ordinam.* Tiraquel. *de iudic. in reb. exig. verſ.* 61. *pag.* 42. Vbi quod idem eſt in minimo præiudicio, Alciat. *de præ-* 141
ſumpt. reg. 3. *præſ.* 21. Grammatic. *deciſ.* 104. *num.* 23. Menoch. *de arbitrar. libr.* 1. *quæſt* 9. *numer.* 11. & hoc probat etiam in 142
conceſſione ex motu proprio, & certa ſcientia, imò & cum clauſula de plenitudine poteſtatis, Caſtill. *vbi proximè numer.* 23. Seraphin. *deciſ.* 1082 *numer.* 8. Barboſ. *de diction. & clauſul. clauſ.* 19. *numer.* 10. ibique alij; & procedit, nedum in iure iam quæſito, ſed etiam in ſpe probabili; Menoch. *conſ.* 30. *num.* 24.

Ibi : *Qua ratione conciliari, ni fallor, poſſunt.*

Hanc doctrinam, & conciliationem ad huiuſmodi contrarietatem opinionum tollendam, vt iuri conſonam, tuentur Caſtill. *numer.* 26. Rebuf. *quæſt.* 14. *numer.* 34. Monet. *dict. capit.* 4. *numer.* 70. Cardin. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 729. *numer.* 5. Roderic. Suarez *vbi proximè,* Guttier. *num.* 129. *verſ. Hac tamen,* & alij.

Vtrum autem priuilegium Summi Pontificis de non 143
ſoluendis decimis extendatur ad noualia, & ad poſſeſſiones poſt conceſſionem quæſitas? diſputant DD. Affirmant Suar. *d. cap.* 19. *num.* 4. 7. Pellizzar. *ſupr. tom* 1. *tract.* 8. *cap.* 7. *num.* 171. *cum ſeqq.* apud quem Caſtr. Palao, Azor. & Abbas in *cap. dudum, de priuileg.* Negant Caſtill. *cap.* 14. *num.* 43. Rebuf. *quæſt.* 14. *num.* 50. Oldrad. *conſ.* 268. Barboſ. *in collectan. ad d. cap. quia circa, n.* 11. *& d. cap.* 26. §. 3. *num.* 14. Monet. *cap.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 67. Rodrig. *quæſtion. regular. reſol.* 50. *num.* 6. Guttier. *d. cap.* 21. *num.* 130. licet aliud iuris ſit de priuilegio non ſoluendi decimas de proprio labore perceptas, nam & noualia complectitur; *cap. ad audientiam, de decim.* Caſtill. *ſupr.* Barboſ. *d. n.* 14. & alij communiter; & hoc priuilegium omnibus Religionibus competit, *cap. ex parte,* el 1. *de decim.* Barboſ. cum alijs *num.* 17. qui aduertit, hoc verum eſſe quoad fructus, pro ipſorum vſu neceſſarios; & ita intelligendus eſt Cancer. *d. cap.* 25. *num.* 3. 15. Sed vt priuilegium prædia poſt illud acquiſita 144
priuilegiato comprehendat, neceſſariò requiritur ſpecifica derogatio *c. nuper* 34. *de decim.* Guttier. *num.* 136. Suar. *cap.* 19. *num.* 7. Ioan. Franc. de Leon *in theſaur. for Eccleſiaſt. part.* 2. *cap.* 12 *à num.* 69. Camill. Borrel. *in ſum. deciſion. part.* 1. *tit.* 19. *de decim. num.* 41. Rota *deciſ.* 122. *num.* 4. *& deciſ.* 123. *part.* 1. *diuerſor.* & apud Poſtium *de manutent deciſ.* 157. *n.* 4. Pellizzar *ſupr. num.* 170. *Auguſtin.* Barboſ. *in dict.* §. 3. *n.* 37. Marcheſan. *de commiſſion. p.* 2 *num.* 1. 2. *pag.* 596. *in vlt. impreſ.* Campan. *in diuerſ. iur. Canonic. rub.* 12. *c.* 13. *num.* 154. & alij laudati per eundem Barboſ. *in collectan. ad d. cap. nuper.*

Illud tandem non eſt prætermittendum, quod controuerſiæ ſuper Decimis ad forum ſpectant Eccleſiaſticum. 145
Nam cum ius earum ſpirituale ſit, de illo iudicare laicis non licet; *cap.* 2. 3. *de iudic. cap. cauſam* 7. *qui fil. ſint legit.* 146
docent Suar. *cap.* 18. *num.* 16. 17. Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 2. *cap.* 10. *dubit.* 4. *num.* 1. D. Couarr. *practicar. cap.* 35. *num.* 1. Ceuall *tom. vlt. quæſt.* 25. *à num.* 11. Vbi 147
neque incidenter laicos de ſpiritualibus cognoſcere poſſe, probat Petr. Barboſ. *in l. Titia. num.* 19. *ff. ſolut. matrim.* Caſtill. *cap.* 12. *numero decimo ſecundo* Aud. Gall. *practicar. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat* 38. Aug. Barboſ. *dict. cap.* 21. §. 4. *n.* 1. Dian. *reſolut. moral. p.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 89. Scaccia *de ſentent. & re iud. gloſ.* 7. *q.* 3. *limit.* 5. *à n.* 4. & plurimi alij apud Caſtill. & Aug. Barboſ.

Hæc tamen regula nonnullas patitur exceptiones com- 148
muni DD. ſuffragio comprobatas. *Prima* eſt, ſi quæſtio vertatur facti, veluti an decimæ ſint ſolutæ? ſuper quo ſæcularis pronunciare non prohibetur, tanquam mixti fori, D. Couar. *ſupr. num.* 1. Delbene *num.* 34. Bobadill. *in politic.*

*politic. tom.2. lib.2. c.18. num.*145. Guttier. *practicar. lib.*3. *c.*26. *num.*2. Rebuf. *quæſt.*10. *num.*2.38. Caſtill. *in l.*6. *Taur. verſ. De qualquiera calidad*, Monet. *cap.*8. *à princ.* Zerol. *in prax. Epiſcop. part.*1. *verbo, Decima*, §. 6. Aug. Barboſ. *ſupra.*

149 Secunda, ſi de ſola poſſeſſione iuris Decimatum diſceptetur, Ceuall. *ſupra numer.* 54. Gail. *lib.*1. *obſeruat.* 28. *num.*2. Auendañ. *de exeq. mandat. part.* 1. *c.* 1. *numer.*32. Guid. Papa *deciſ.*85. *num.*2. Garcia *de nobilit. gloſ.* 9. *n.*48. *Myſinger. cent.*2. *obſeru.* 67. Mendez a Caſtr. *in prax. Eccleſ. Luſitan. lib.*2. *c.*4. *num.*14. Aug. Barboſ. *in collect. ad c. tua* 25. *num.*5. *de decim.* Caſtill. *ſup. n.*41. vbi ex Ceuall. rationem reddit, quia ſcilicet poſſeſſorium rei ſpiritualis, cauſa temporalis, & profana cenſetur, Menoch. *conſ.*268. *ex nu.*5. vbi limitat in remedio adipiſcendæ; & plures alij apud Delbene *num.*2.

150 Tertia eſt, quoad Decimas in laicos perpetuò legitima conceſſione tranſlatas; nam de illis in quæſtionibus, tam iuris, quam facti, laici ſunt iudices competentes. Et de

151 conceſſis Regibus Hiſpaniarum, priuatiue in eiuſdem ſupremis Tribunalibus, etiam inter Eccleſiaſticas perſonas cognoſcitur; Guttier. *ſupr. lib.* 1. *c.* 14. *num.*4. D. Couarr. *dict. num.*2. *verſ. Tertiò quoties*, Rebuf. *num.* 39. *in fin.* Bobadill. *num.*146. Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.*4. *gloſ.*13. *p.*1. *num.* 58. Petr. Barboſ. *in d.l. Titia, num.* 42. Caſtill. quam plurimos referens *ſuprà, num.*20. D. Felician. de Vega *in cap. qualiter, & quando, num.*10. *de iudic* D. Solorzan. *de iur. Indiar. libr.* 3. *c.* 1. *à num.* 42. Garc. *de expenſ. c.*9. *num.*94. Cabed. *deciſ.*63. *nu.*4. Morla *in empor. iur. part.*1. *titul. de iuriſdict. omn. iudic. in princ. numer.* 137. Gratian. *diſcept. c.*238. *num.*58. Henriq. *in ſumm. lib.*7. *c.* 27. *lit. E.* Ceuall. *quæſt.*812. *nu* 70. *cum ſeqq. & dict. quæſt.*25. *n.*24.25. vbi aliud ait de Decimis in feudum datis, de quo videndus Thom. Delbene *à num.*36. qui diſtinguit inter feudum Decimatum titulo oneroſo, vel lucratiuo conceſſum; & Ceuall. ſententiam probat Barboſ. *numer.* 5. *verſ. Ibidem*, cum alijs.

AD CAPVT XVIII.

De intellectu & praxi leg. Diffamari, 5. Cod. de ingen. manumiſſ.

SVMMARIVM.

1 *De intellectu* l. diffamari, C. de ingen. manum. *qui diſſerunt.*
2 *De praxi præfata conſtitutionis, remiſſiuè.*
3 *Eſt remedium extraordinarium, quod ex* d. l. diffamari, *competit.*
4 *Remedia extraordinaria ceſſant, ordinarijs exiſtentibus.*
5 *Iuſta cauſa excuſat diffamantem.*
6 *Non agit remedio dicta legis, niſi qui poſſidet.*
7 *De pæna eius, qui contumaciter edere inſtrumentum recuſat.*
8 *Vt quis priuetur iure, quod ex inſtrumento habet ob contumaciam in eo exhibendo, bis interpolatè eſt præmonendus.*
9 *Quomodo liberetur quis ab inſtrumentorum editione remiſſiuè.*
10 *An ſit bis admonendus diffamator, antequam ei ſilentium perpetuum imponatur?*
11 *Si poſt terminum a Iudice præſcriptum appareat diffamator acturus, auditur, niſi iam ſententia ſilentium perpetuum imponens fuerit lata.*
12 *Summariè ſaltem conſtare debet de diffamatione cvi locus ſit dicta legi,* diffamari.
13 *Ad vtendum remedio* l. ſi contendat, ff. de fideiuſſor. *diffamatio, vt præcedat, non eſt neceſſe.*
14 *Differentia inter remedia* d. l. diffamari, *&* d. l. ſi contendat.
15 *De praxi* d. l. ſi contendat, *remiſſiuè.*
16 *Quis Index adeundus ſit ad præfata remedia proponenda.*
17 *Agens ex* d. l. diffamari, *quoad primam petitionem actor habetur, & reus quoad reliqua.*
18 *Maiori excommunicatione ligatus vti nequit remedio legum prædictarum.*
19 *Excommunicatus non auditur in iudicio, niſi vt reus neceſſarius trahatur.*
20 *Contra excommunicatum proponi poſſunt præfata remedia, qui, ſi velit contendere, audietur.*
21 *Actor, qui compulſus ad iudicium trahitur, reus potius cenſetur.*
22 *Excommunicatus etiam in foro ſæculari à iudicio repellitur.*
23 *Agens excommunicatus in iudicio non auditur, ſi ſponte veniat; ſecus ſi inuitus.*
24 *Quibus caſibus admittatur excommunicatus ad agendum in iudicio, remiſſiuè.*
25 *Iudicium peractum cum excommunicato, parte non opponente, ſuſtinetur.*
26 *Iudices Eccleſiaſtici cenſuris cogere poſſunt ſæculares, vt excommunicatos à iudicio repellant.*
27 *Iudex poteſt ex officio excommunicatum vitandum repellere.*
28 *Vtrum excommunicatus cogatur procuratorem conſtituere ad litigandum?*
29 *Excommunicatus etiam non denunciatus, parte opponente, poteſt à iudicio excludi.*
30 *Excommunicatus etiam ante denunciationem ius nullum habet ad fidelium communionem, à quibus, ſi velint, vitari poteſt.*
31 *Reductio ad arbitrium boni viri apud quem Iudicem eſt poſtulanda.*
32 *Si Clericus, & laicus Arbitri ſententiam dixerint, pro reductione ad arbitrium boni viri, ſuperior Clerici erit adeundus.*
33 *In remedio* d. l. diffamari, *comparendum eſt coram Iudice diffamati ſecundum Communem.*
34 *Traditur ſententia alia docens, coram Iudice diffamatoris eſſe comparendum.*
35 *Actor forum rei ſequi tenetur.*
36 *Iudex cauſæ præparatæ eſt competens ad cauſam præparantem.*
37 *Laicus vtens remedio* d. l. diffamari, *Clericum, vel Epiſcopum ad forum ſuum trahit, vt inuitus agat.*
38 *Per iactationem quis ad iudicium prouocat.*
39 *Reo duplicem forum habente de iure communi, actor, quem maluerit, poteſt eligere.*
40 *Secus eſt, ſi duplex forus ex priuilegio competat, nam ipſe reus eligit.*
41 *Quoties diffamatus duplicem forum habet de iure communi, ſi ipſe comparuit in vno, & diffamator velit agere in altero, cauſa ad hunc eſt remittenda.*
42 *Vnus eſt Iudex in prædicto caſu cauſæ præparato, & alter præparantis.*
43 *Remedium* l. diffamari, *eſt commune omnibus cauſis, tam ciuilibus, quam criminalibus.*
44 *Succeſſor maioratus, viuo poſſeſſore, vti poteſt remedio* l. diffamari.

AD intellectum *l. diffamari* 5. *Cod. de ingenu. manumiſſ.* 1
legendi ſunt Molin. *de primogen. lib.* . *c.* 14. *à nu.*23. Tuſch. *lit. D. concl.*411. *cum ſeqq.* Paz *in praxi tom.*3. *c. vlt.* §.1. Cancer. *variar. part.*3. *c.* . *num.*54. *cum ſeqq.* Sarmient. *lib.*1. *ſelectar. c.*2. Capyci. *deciſ.*18. & 89. Cagnol. Contard. & Biarer. *ad eandem conſtitutionem*, Greg. Lop. *in l.* 46. *tit.*2. *part.*3. *gloſ.*2. *cum ſeqq.* Anton. Gom. *variar. tom.* 3. *c.*1. *num.*17. Guttier. *conſ.*51. Villadiego *in polit. c.*8. *n.*108. *cum ſeqq.* Petr. Franc. de Tondut. *de præuent. iudic part.* 1. *c.*8. Mari. Burgi. *in tract. de laudem. libr* 3. *c.*31. *n.*36. cum alijs, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 85. *per totum*, Ant. Gabr. *commun. lib.*2. *titul. de actionibus conc.* 6. Boër. *deciſ.* 255. Alexand. Trentacinq. *variar. lib.* 1. *titul. de diffamationibus reſol.*1. & plures alij apud Giurbam *deciſ.* 44. *num.* 1. Qui verò de *l. ſi contendat* 29. *ff. de fideiuſſor.* egere, infrà ſuo loco tradentur.

Ibi : *Nam vt primam examinemus.*

2 Huiuſmodi praxim vltra omnes laudatos nuper pariformiter docent Pichard. *in manuduction. ad prax p.3.§.4. num.47.* Carleual. *de indic. tom.1.titul.1. diſput.2.num.202.* Pacian. *de probat. lib.1. c. 56. numer. 24.* Barboſ. *in collectan. ad l. vnic. C. vt nemo inuit. numer. 7.* & quomodò formetur libellus, tradit Tuſch. *num.21.* & Paz *ſup.*

3 Remedium iſtud cum ſit extraordinarium, & à regulis iuris exorbitans, Bratet. *ſupr cap. 1. num. 16.* Villadieg. *numer. 109.* & notatur communiter (nullus enim agere compelli poteſt, *l. vnic. C. vt nem. inuit. ager. teneat. l. 46. tit.2. part.3.* Paz *ſupr. tom.2. part.2. c. vnic. ex nu.1.* Argel. *de acquir. poſſeſ. quæſt.16. art .. num.21.*) niſi in ſubſidium competere non poteſt; quare ſi aliud adſit ordinarium auxilium diffamato, illo vti non permittetur; veluti ſi appellationi locus ſit, vt per Menoch. *conſ.* 1072. *num.19.* Tuſch. *num 27.* Bart. *in l.ſi finita, §. elegantèr, num.4. ff. de*
4 *damn. infect.* Vbi enim extant ordinaria remedia, extraordinarijs experiri iura non ſinunt, *l.in cauſa 17. ff. de minor.* Coſt. *de remed. ſubſidiar. remed.14. num.3.* Pareja *de inſtrument. edit. tom.2. tit. 8. reſolut. 2. num.42. 43.* Carleual. *d. diſp.2. n.891.* Cyriac. *tom.3. controuerſ.413. n. 14.* Tondut. *ſupr. part. :. c.40. n.:1.*

5 Præterea cum præfata conſtitutio emanauerit in odium diffamantis, ceſſabit, quoties ex iuſta cauſa, neceſſitatéque compulſus aliquis tali diffamatione vtitur; quia ſua intereſt, ius ſuum fieri notorium, ne alioqui pereat, cuius exemplum exhibet Menoch. *conſil.* 366. *num. 2, verſ. Secundo dato,* cum *numer. ſeqq.* & ita docent Contard. *ſupr. in limitat. num. 77.* Bald. *in l. ob commiſſa, Cod. ad l. Iul. de adulter.* Purpurat. *in l.2. num.61. C. de edendo,* Tuſch. *num. 24.25.* Socin. *conſ.118. col.2. lib. 1.* Angel. *in l. fin. ff. quod quiſq. iur.*

6 Tandem qui non poſſidet rem, circa quam diffamatio verſatur, minimè illo iuuabitur auxilio, cùm ſit inuentum, vt ſuccurratur eis, qui per iactationem in ſua poſſeſſione turbantur; Gregor. Lop. *in dict. l.46. gloſ. 1.* Anton. Gabr. *dict. titul. de actionib. concluſ. 6. num. 38.* Cyriac. *tom.2. controu. 349. num. 21.* Pacian. *dict. num. 24.* Trentacinq. *num 9.* Boer. *ſupr.* Sed opus non eſt, quod detrimentum poſſeſſor patiatur, vt reſoluit Gregor. Lop. *vbi proximè,* omnes ita tenere aiens, nam ſola iactatio ſufficit.

Ad Num. 1.

7 Iudex legitimè præcipiens, inſtrumentum in iudicio produci, ſi poſſeſſor eius parere contumaciter detrectet, pronunciare poterit, vt à contumace quandoque productum nullam in iudicio fidem obtineat. Concluſionem iſtam tenent etiam Felin. *in c. G. perpetuus, num. 13 verſ. Amplia quartò, colum. 2. de fid. inſtrument.* Bald. *in l. hi qui ad ciuilia, num.5. C. de appellat.* Pacian. *dict. lib. 1. c. 66. à num. 72.* Cancer. *variar. lib. 1. c.19. numer. 25.* Maſtrill. *deciſ.187. num.9. cum alijs,* Auendaño *in l.41. Taur. gloſ.4. num.9.* Guid. Pap. *quæſt. 245. num. 1.* Pareja, qui & alios refert, *de inſtrument. edit. tom.2. titul. 7. reſolut. 2. num. 20.* vbi *per totam* de pœnis, quas infligere poteſt Iudex ei, qui iuſſus edere inſtrumenta, quæ penes ſe habet, aut habere iure præſumitur, contumaciter renuit.

8 Vt autem locus ſit præfatæ concluſioni, duplex admonitio præcedere debet interpolatè, Iaſ. *in l.2. numer. 11. verſ. Ego vltra ſcribentes, column. 3. C. de edend.* Purpurat. *ibidem, numer.54. verſ. Limitatio tamen, column.9.* Ripa *in ead. l. num. 17. verſ. Contra has concluſiones, col.4.* quos ad-
9 ducit ac ſequitur Pacian. *ſupr. num.* 179. Et quomodo liberetur quis ab inſtrumentorum editione probando amiſſionem, vel iurciurando, tradunt DD. *in l. fin. C. de fide inſtrum.* & latè Pareja *ſupra, reſol.8. à n.20.*

Ibi : *Sunt item alia iuris.*

Videas *l.47. titul.2. part.3.* vbi Gregor. Lop. *l. fin.* iuncta gloſ. vltim. *Cod. de vſur. pupillarib. l. ſi ſeruus 4. ff. de bon. author. iudic. poſſid. l. ſi co 6 C. de remiſ. pignor.* & alia iura per Accurſium adducta in *d. l diffamari.*

Ad Num. 2.

Quod diffamator bis ſit præmonendus ante ſilentij 10
perpetui impoſitionem, æquius ac communius videtur; & ita docent Gregor. Lop. *in dict. l.46. gloſ. 4. in fine,* Contard. *ſupr. c.1. numer.* 30. Paz *dict. §. 1. numero tertio.* Trentacinq. *num.3. verſicul. Secunda eſt,* Anton. Gabr. *d. titul. de actionib. concluſ.2. in limitat. 21.* Tuſch. *dict. concluſ. 411. numer. 14.* vbi ait, abſentem ter præmonendum, Natta *in Clement. ſæpè, de verb. ſignif.* Cotta *in memorabilibus, verſicul. Iudex poteſt,* Gomez *in §. præiudiciales, col fin. Inſtitut. de actionibus.* Capyc. *deciſ.* 210. Quamuis vnicam admonitionem ſufficere, teneant Cagnol. *ſup.* Dec. *in l. fin. column. 17. Cod. de edict. D. Adrian.*
tollend. Sed ſi poſt terminum, ſiue vnicum, ſiue dupli- 11
cem lapſum accedat diffamator acturus, antequam ſententia perpetuum ſilentium imponens feratur, audiendus erit, ex Anton. Gom. *ſupr. numero vigeſimo quinto.* Gregor. Lop. *vbi proximè, gloſ. vltim.* modò expenſas diffamato refundat, Trentacinq. *num.4. verſ. Sed primo caſu,* Cagnol. *num.16. 20.*

Ibi: *Illud ſanè non eſt prætermittendum.*

Niſi vel ſummariè per legitimam probationem con- 12
ſtet Iudici de diffamatione, auxilium dictæ conſtitutionis concedere non debet; Paz *dict. num.* 3. Cagnol. *nu.6.* Contard. *in quæſtionib. num. 45.* Villadieg. *num. 108.* Molin. *dict. c.14. numer. 31.* Tondut. *ſup. cap. 8. num. 1.* Gutier. *dict. conſil.51. numer. 4.* vbi ait ſe nunquam, dum aduocandi munere functus eſt, euoluiſſe, aut ab alijs cumulatum vidiſſe remedium *d. l. diffamari,* cum auxilio *d. l. ſi contendat,* Tuſch. *d. concluſ.411. numer. 8.* Cancer. *ſupr. num.55.* Trentacinq. *num.4. in fine.*

Ad Num. 3.

Quod ad vtendum remedio *dict. l. ſi contendat,* nulla 13
diffamatio deſideretur, quamuis ad beneficium *dict. l. diffamari,* opus ſit, notant Molin Tondut. Gutier. *ſupr.* Paz *dict. c. vltim. §. 2. numero primo.* Cancer. *dict. part. 3. c.1.*
num. 57. Tuſch. *dict. concluſ. 411. numer. 10,* Eſt & alia 14
differentia inter præfata remedia; nam in primo ſolùm intenditur, vt Iudex declaret, exceptionem illo agenti competere; in ſecundo autem de auferendo iure ſuo diffamatori, ſi aliquod habet; vt ex præallegatis DD. ipſiſque legibus apparet. Alias differentias refert Ioann. Baptiſt. Marcheſan. *libro tertio, titul. de commiſſ. iactat. numer. 8.*

Ibi : *Secundum quod ab eiſdem communiter receptum eſt.*

De praxi *dict. l. ſi contendat.* Paz *d. §. 2. per totum,* Sar- 15
mient. *d. cap.* . Roderic. Suar. *allegat. 4. num. 5. cum ſeqq.* Villadieg. *dict. c. 8. num.* 102. Molin. *ſupr. num.5. 22. 30. 52.* Canc. *dict. cap.1. num.56.*

Ad Num 4.

Ad quæſtionem iſtam præter laudandos *infrà, à nu.33.* 16
ſunt conſulendi Ioann. Baptiſt. de Thoro *in compend. deciſion. Neapolit. verſ. Remedium legis diffamari,* Pet. Barboſ. *in l. poſtea quam, num. 99. ff. de iudic.* Montealegre *in praxi, libr. 1. cap.2. numer. 5. & 82. & cap. 3. num. 47.* Peregr. *deciſ.129.* Ripol. *variar. c.1. n.171.*

Ibi : *Deinde Bartolus, licèt exiſtimet veteres.*

Agens remedio *l. diffamari,* quoad primam petitionem 17
actor, quoad cætera reus habetur; Bartolum ſequuntur Tondut. *ſupr. num..* Cancer. *num.6:.* Gregor. Lop. *gloſ.3.* vbi ait, ſufficere quod libertus faciat citari patronum, vt veniam petere teneatur, Trentacinq. *num. 6. verſ. Cum hac igitur,* Gutierr. *dict. conſil. 51. numer. 15.* Menoch.

agens

agens de vaſſallo, *conſil.*1072.*num.*16. Anton. Gabr. *dict. concluſ.*6. *num.* 27. Quare præfato remedio vtens gaudet priuilegijs, quæ reo competunt, & ita, actore non probante, abſoluunt, Cancer. *num.*63. Dec. *conſ.*5. *num.*9. 10. Gratian. *dict. cap.*85. *num.*4.5.

Ad Num. 5.

18 Maiori excommunicatione ligatus, vtens remedio *dict. l. diffamari*, poteſt à iudicio repelli. Idémque iuris eſt,
quoad *l. ſi contendat*; nam etſi reum eſſe dicamus, at-
19 tenta cauſæ origine, vltrò ad litigandum venit. Excommunicatus autem non auditur, niſi trahatur, vt reus neceſſarius; Mari. Alterius *de cenſur. lib.* 2. *diſput.* 3. *cap.*2. *col.*4. *lit. B.* Anton. Ricciul. *de iure perſon. extra grem. Eccleſ. exiſtent. lib.*4. *cap.*33. *à princ.* Aug. Barboſ. *in collect. ad cap. intelleximus*, *num.* 20. *de iudic.* Gregor. Lop. *vbi*
20 *proximè*, Oluald. ad Donell. *lib.* 20. *cap.*4. *lit. A.* Poterit tamen contra ipſum vtriuſque legis remedium intentari; nam etſi actor futurus ſit, non eſt voluntarius, ſed compulſus, atque ideò, vt ſe tueatur, ſtare in iudicio non prohibetur, argument. *cap. cum inter* 5. *de except.* cum alijs.
21 Nam cum inuitus ad agendum trahatur, quoad hunc effectum potius reus eſt cenſendus, quam actor; & ita docent Socin. *regul.*175. *incipit*: Excommunicatus regulariter, *limit.*1. Deci. in *cap. ſignificauit, num.*13. *de offic. Ordinar.* Ronchegal. *in rubric. de duob. reis, num.* 32. Pariſi. *in cap. exceptionem, num.*61. *de exceptionib.* quos refert & ſequitur Barboſ. *in addit. ad collectan. dict. cap. intelleximus*, *num.*5. Trentactoq. *nu.*8. *verſ. Secunda eſt opinio*, Natta *ſupr. col.*41: Cagnol. *n.*13.

Ibi: *Obiter tamen erit conſiderandum.*

22 Præfatus excommunicatus, etiam in foro ſæculari, poteſt repelli agens, *l.* 6. *tit.* 9. *part.* 1. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.*3. *tit.*11. *num.* 15: Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 103: *num.*4. Paz. *in prax. tom.*1. *tempor.* 5. *num.*40. Tiraquel. *de retract. lignag.* §.1. *gloſ.* 9. *num.*281. Ricciul. *ſupr. lib.*4. *c.*31. *num.* 15. *in fine*, Gomez Vayo *in prax. lib.*1. *cap.*10. *num.*1. Ceuall. *tom.*1. *quaſt.* 67. *in princip.* Heuia Bolaños *in Curia*
23 *part.*1. §. 10. *num.* 2. Quod eſt intelligendum, ſi ſponte agat; nam inuitus minimè repelletur, vt in exemplo nuper poſito; quod generaliter docet ex alijs Barboſ. *vbi*
24 *proximè*, *num.*6. Qui in *collectan. ad d. l. cap. intelleximus*, *à num.*10. caſus enumerat, in quibus excommunicatus auditur agens in iudicio.
25 Notandum tamen eſt, quod ſi cauſa cum excommunicato peragatur, nihil opponente aduerſario, valet quod actum eſt; Ricciul. *ſupr. num.*36. Caldas *de reſolut. emphyteuſ. cap.*17. *num.*10. *verſ. Infero vigeſimò quarè*, Peregrin. *dict. tit.* 11. *num.*17. Contard. *ſup. c.*4. *n.*82. Rota *deciſ.*27. *de reſcript. in antiq.*
26 Imò poſſunt iudices Eccleſiaſtici per cenſuras compellere ſæculares, ne admittant excommunicatos ad litigandum, cùm de iure non liceat; Bobadill. *in politic. tom.* 1.
27 *lib.*2. *c.*17. *num.*76. vbi alios laudat. Et licet Pars non obijciat exceptionem, poteſt Iudex ex officio excommunicatum vitandum reijcere; Pat. Suar. *de cenſuris*, *diſput.* 16. *ſect.*3. *num.*2. Sayr. *eod. tract. lib.*2. *c.*7. *num.*3. Bonac. *diſp.*2. *quaſt.*2. *punct.*7: *num.*9. Socin. *in cap. ſacris*, *num.*337. *de ſen-*
28 *tent. excommunicat.* Ricciul. *ſupr. c.* 31. *num.* 19. Vtrum, quando licet, poſſit excommunicatus comparere perſonaliter in iudicio, vel teneatur procuratorem conſtituere, maximè in cauſis arduis? controuertitur, de quo Paz *d. tempor.* 5. *à nu.* 49. vbi alij; Barbatia *in d. c. intelleximus*, *num.*8. 9.31. 32. Auila *de cenſur. part.*2. *c.* 6. *diſp.*6. *dub.*2. Suar. *ſupr. ſect.*4. *num.*6. Bonacin. *d. punct.*7. *num.*8. Bald. *in d. cap. intelleximus*, *num.* 2. Ex quibus tenendum eſt, quod quando excommunicati vitandi induſtria ad ſui defenſionem, & cauſæ expeditionem præciſè non deſideratur, cogendus eſt procuratorem conſtituere, ſi eum idoneum inuenerit.
29 Illud non eſt prætermittendum, excommunicatum etiam non denunciatum agentem in iudicio, parte opponente, repellendum eſſe, vt rectè docet Barboſ. *in dict. addit. ad collect. c. intelleximus*, *num.*8. contra Didac. Perez, & alios; quibus non ſuffragatur extrauagans conſtitutio; quæ incipit: *Ad euitanda*, cuius literam, & intellectum tradidere D. Couar. *in cap. Alma Mater*, *part.* 1. §. 2. *à num.*7. *de ſentent. excommunicat. in* 6. Paz. *dict. temp.*5. *num.* 70. *cum ſeqq.* Guttier. *Canonicar. lib.* 1. *c.* 1. *per totum.* Tum 30
quod licet ex ea non aſtringantur fideles ad vitandum excommunicatum non denunciatum, niſi fuerit notorius Clerici percuſſor, iuxta interpretationem communi vſu receptam, poſſunt tamen eum vitare, ſi velint iuxta ius antiquum, *cap. cum non ab homine* 14. & *ibi* gloſ. & DD. *de ſent. excommunicat.* nullumque ius eſt excommunicato ad communionis actus, cum in *dict. extrauaganti*, expreſsè, dicatur Legiſlator non intendere in aliquo excommunicatos releuare. Tum etiam, quoniam prohibitio ne excommunicatus audiatur agens, quatuor rationibus nititur, quas refert *c.*1. *de except. in* 6. & licet vna deficiat, quæ eſt communionis periculum, aliæ ſuperſunt etiam poſt *dict. extrauagantem*, ex quibus excommunicatus ante denunciationem debet repelli; quod de iure verius eſt.

Verſ. *Adducitur his omiſſis*. Ibi: *Et ideò tertiò pro hac parte.*

Apud quem Iudicem petenda ſit reductio ad arbitrium 31
boni viri aduerſus ſententiam per Arbitrum latam? tractant Azeued. *in l.*3. *à num.* 147. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recopilat.* Surd. *conſ.*106. *num.*1.17: Theſaur. *deciſ.*14. Auendañ. *de exequend. mand. part.* 1. *c.* 1. *num* 27. Cacheran. *deciſ.*150. *num.*5. Petr. Barboſ. *in l. heres abſens*, §. *proinde*, *num.*39. *ff. de iudic.* Ceuall. *quaſt* 89. *num.* 7. Roland. *conſ.* 24. *num.* 12. *vol.* 3. Gratian. *diſceptat. forenſ. c.*100. *num.*51.52. Did. Perez *in l.* 12. *verſ. Quaero*, *tit.*15. *libr.* 2. *Ordinament.* Et vltra duas opiniones, de quibus hic *D. Couarruuias* eſt tertia, quæ habet, adeundum eſſe iudicem eius, contra quem reductio poſtulatur; Guttierr. *dict. conſ.*51. *num.* 9. 24. D. Couarr. *infrà lib.*2. *c.* 12. *num.*1. 2. qui hanc amplectitur: tamen non eſt reijcienda opinio Afflictis, quæ docet, Superiorem Arbitri, eſſe iudicem competentem; nam cum Arbitri laudum corrigi per hoc remedium poſtuletur, congruum videtur, vt inferioris error, aut dolus per Superiorem ipſius corrigatur; ſicut in appellatione, (cui reductio ſimilis eſt, *l. non diſtinguemus* 37. §. *cum quidam*, vbi Gloſſ. *verbo, ſpecies*, *ff. de arbitr.*) ob eandem rationem obſeruatur *l.* 1. §. *ſi quis in appellatione. ff. de appellation.* Imò ſecundum alias ſententias contingere poſſet, vt laudum ſuperioris, ab inferiore, ſubditóque illius reformaretur, veluti ſi ille eligeretur in Arbitrum, & hic eſſet Iudex ordinarius eius cauſæ, vel litigantis, contra quem reductio poſtulatur; quod abſurdum eſſe, nullus inficiabitur: quare Afflictis adſtipulantur, Gregor. Lop. *in l.*23. *gloſ.*15. *tit.*4. *part.*3. & alij adnotantes, quod ſi Clericus, 32
& laicus Arbitri ſimul eligantur, pro reductione ad boni viri arbitrium, adiri debet Superior Eccleſiaſtici, tanquam dignioris; Felin. *in c.*1. *num.*6. *verſ. Nota ſecundò*, *de praſcript.* Bart. *in l. iuriſperiti*, §. *cum oriundus*, *ff. de excuſat. tutor* Bald. *in l. pracipimus in fine*, *C. de appellat.* Deci. *in rubric. de appellat. num.*13. Aufrer. *de poteſtat. Eccleſ. n.*49: Pariſi. *conſ.*45. *numer.*11. 65: *vol.*1. Speculat. *in tit. de arbitr.* §.1. *verſ. Sed quid erit*, Beller. *diſquiſitor cleric. part.*1. *tit. de fauor. cleric. perſon.* §. 16. *num.*5. Non obſtat *l.* 2. *C. vbi & apud quem.* quæ pro *D. Couarr.* facere videtur, cum in ea non agatur de imperitia, vel dolo Iudicis corrigendo, ſed de retractando, fauore ætatis, quod legitimè geſtum eſt; ſed meminiſſe oportet, hac de re eſſe apud nos *dict. l.*23. *tit.*4. *p.* 3. vbi cauetur, reductionem ad arbitrium boni viri eſſe poſtulandam apud Iudicem ordinarium loci, vbi arbitratum eſt; & hoc approbant per illum textum, Barboſ. *ſupr.* Greg. Lop *ibi* Hermoſ. *in l.*9. *gloſ.*9. *nu.*12. *tit* 5. *part.*5. & alij *ſuprà* laudati.

Ibi: *Quintò, idem probatur ea ratione.*

De hoc latè Carleual. *ſuprà, dict. diſput.*2. *à num.*203. & diximus iam ad *cap.*4. *ſub verſ. Verum vt res*, *num.*16.

Ibi;

Ibi : *Ex quibus apparet, agentem ex* l. diffamari.

33 Vtens remedio *l. diffamari*, comparere debet coram Iu-
dice, apud quem ipſe conueniretur, ſi actor iudicium in-
choaret, ſecundum receptiorem doctrinam; pro qua,
vltra adductos *in præſenti*, Gregor. Lop. *in dict. l.* 46.
*gloſ.*7. Argel. *de legitim. contradict. quæſt.* 3. *art.*6. *num.*190.
Marant. *in ſpecul. part.* 4. *diſt.* 2. *num.*19. Pacian. *dict. c.*
56. *num.* 24. *verſ. Sed in contrarium*, Anton. Gabr. *com-*
*mun. libr.*3. *titul. de actionib. concluſ.*8. *num.* 41. Ponte *de-*
*ciſ.*1. *per totam*, Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 16. Mynſin-
ger. *cent.* 6. *obſeruat.*90. Cagnol. *ſupra*, *num.*9. Contard.
ibidem, *quæſt.*1. *num.*2. Seſſe *deciſ.* 1.5. *à num.* 5. Guttierr.
*dict. conſ.*51. *à num.* 10. Paz *dict.* §. 1. *in fine*, Villadiego
dict. num. 108. Rota *deciſ.*136. *part.* 1. Tuſch. *ſupr. concluſ.*
413. *num.*2. Capyc. *deciſ.* 18. *Vrſill. in addit. ad Afflictis*
*deciſ.*108. Trentacinq. *num.*6. *verſ. Cum hæc igitur*, Cache-
ran. *deciſ.*250. Gratian. *dict. cap.* 85. & alij apud Capyc.
*deciſ.*89. *num.*5. *lib.*1.

Ibi : *Etſi contrarium nempè vtentem remedio.*

34 Sed quod adeundus ſit Iudex eius, qui ad iudicium pro-
uocatur, contra prædictos ſentiunt Carleual. *dict. diſput.*
2. *num.*202. Franchis *deciſ.*657. Tondut. *dict. cap.* 2. *nu.*3.
etſi obſcurè loquatur, Gagliard. *de iuram.* §. 4. *num.* 29.
Boër. *dict. quæſt.*255. *num.* 7. Abbas *in cap. cum inter*, *de*
except. Deci. *conſ.* 487. *& conſ.* 686. *in fine*, Pariſi. *in cap.*
in præſentia, *numer.* 19. *de probat.* Maulout. *de cauſ. exe-*
quutin. lib 1. *quæſt.*7. *ampliat.* 40. *à num.* 2. Quod ea ratio-
ne defendi poteſt, quia iudicium, in quo reus intendit, vt
actor experiri compellatur, aut ei ſilentium imponatur,
aliud eſt, ac diſtinctum ab eo, quod ſequitur, ſi prouo-
catus diffamator agere velit; vt obſeruant Carleual. *ſupr.*
Gail. *practic. obſeruation. lib.* 1. *obſeruat.* 11. *num.* 2. cum
alijs; quare in primo, cùm reus originarius actoris vice
fungatur, forum eius, contra quem agit, ſequi tenetur.
In ſecundo autem, actor originarius adibit Iudicem dif-
35 famati. Qua ſeruabitur in vtroque iuris regula, vt actor
rei forum ſequatur, de qua *in cap. cum ſit generale* 8. *de for.*
36 *competent.* Atque ita alter erit Iudex cauſæ præparantis, &
alter cauſæ præparatæ; abſque eo, quod obſtet commu-
ne axioma iuris: vt ſcilicèt *Iudex cauſa præparatæ, ſit etiam*
cauſæ præparantis, deductum ex *l. ordinarij* 13. *Cod. de rei*
vendicat. cuius meminere Tondut. *de præuent. iudic. part.*1.
*cap.*24. *num.* 1. *verſ. item quia*, Poſti. *de manutent. obſer-*
uat. 5. *num.*3. Carleual. cum plurimis *dict. diſput.* 2. *num.*204.
Quoniam regula illa ſolum procedit, vbi aliàs Iudex eſt
competens ad vtramque cauſam, tunc ibi finiri debet iu-
dicium præparatum, vbi præparatorium eſt inchoatum;
etenim propter connexionem, quam inter ſe habent, etſi
duo ſint, idem ſeruatur, acſi eſſet vnicum; iuxta *l. vbi*
acceptum 30. *ff. de iudic.* Sed ſola cognitio cauſæ præpa-
ratæ non præſtat iuriſdictionem, ipſam non habenti ad
cauſam præparatam, vt in caſu *dict. l. diffamari*, in quo
cum diuerſi ſint rei, ſi eiuſdem fori non fuerint, Iudex
diffamatoris ſolum eſt competens ad præparatorium, &
Iudex diffamati ad præparatum, vt colligitur ex Cyriac.
*controuerſ. tom.*2. *controuerſ.*381. *à num.*50. qui aſſerit, cau-
ſæ continentiam diuidi, quoties rei ſunt fori diuerſi; Ri-
min. ſen. *conſ.*464. *num.*26. Schrader. *conſ.* 24. *ſub nu.* 69.
*vol.*2. Vnde hæc ſententia, etſi non tam communis ha-
beatur, nec vſu recepta, quam contraria; iure ſuſtineri
ita poteſt.

Ibi : *Ex quo & Alexander* dict. conſ. 103.

37 Alexandrum ſequuntur Cyriac. *dict. controuerſ.* 161. *n.*3.
Contard. & Cagnol. *vbi proximè*, aſſerentes, Clericum,
vel Epiſcopum, qui ſe iactauerit ad ſæculare Tribunal,
ex *d. l. diffamari*, trahi poſſe; Cancer. *nu.* 62. Trentacinq.
38 *num.*6. *in fine*, Capyc. *d. deciſ.* 18. Quoniam per diffama-
tionem prouocat laicum ad iudicium, ſeque ad litigandum
coram legitimo Iudice rei aſtringit; Tuſch. *d. concl.*411.
*num.*5. Salycet. & Caſtr. *in l. vnic. C. vt nem. inuit.* Gratian.
*ſupr. num.*14. Trentacinq. *n.*6. *verſ. Primo eſt.*

Ad Num. 6.

Quoties reus duplicem forum habet iure communi, 39
actor eligere poterit, in quo velit aduerſarium conueni-
re; Carleual. cum multis, *dict. diſputat.* 2. *num.* 152. Ma-
rant. *in l. ſi actor*, *numer.* 33. *ff. de procuratorib.* Paz *in prax.*
*tom.*1. *temp.*1. *num.*67. Cabed. *Luſitan. deciſion.* 54. *num.*2.
*part.*1. Tondut *ſupr. part.*2. *cap.* 42. *num.* 1. Sed ſi ex pri- 40
uilegio reus plures Iudices habuerit, ipſius eſt electio;
Cabed. & Marant. *ibidem*, D. Couarruuias *practicar. cap.*7.
*nu.*5. *verſ. Sextò deindè, in fine*, Bald. *in l. cum Clericus*, *C.*
de Epiſcop. & Cleric. Carleual. qui alios refert, *ſuprà*,
numer. 608. Barboſ. *in collectan. ad cap. dilecti*, *num.* 12.
de for. compet.

Ibi : *Quod ſi reus proponat in iudicio.*

Vbi actoris, qui diffamauit, eſt electio, etiamſi reus 41
diffamatus vnum Iudicem adeat, cauſa ad eum, quem vo-
luerit diffamator, remittetur; quod docent Tuſch. *dict.*
*concl.*412. *num.*5. Cagnol. *ſupr. num.*10. *verſ. Secunda du-*
bitatio, Tondut. *dict. c.*8. *num.*4. Paz *vbi proximè*, *num.*69.
& communiter DD. Non enim amittit reus, ſibi vt actori
competens, quamuis inuitus ad iudicium trahatur. Quic-
quid ſentiat Trentacinq. *num.*7.

Ibi : *Nam ſi de eo ſolum ageretur.*

Hic *D. Couarruuias* concedit, vnum eſſe Iudicem cau- 42
ſæ præparatæ, & alterum præparantis; quod eſt notan-
dum ad dicta nuper *num.* 34. *cum ſeqq.*

Ad Num. 7.

Remedium *l. diffamari*, commune eſt cauſis omnibus, 43
tam ciuilibus, quam criminalibus, quod omninò in praxi
receptum eſt; & licet Sarment. *dict. lib.*1. *ſelectar. cap.*2.
contendat, de iure ſolum habere locum in cauſa ſta-
tus; contrarium Interpretes concordi calamo firmarunt,
præfatam concluſionem comprobantes; Anton. Gom.
dict. tom. 3. *variar. capit.* 1. *numer.* 17. 18. vbi alios lau-
dat, Pichard. *in manuduction. dict.* §. 4. *num.*47. Paz *dict.*
§. 1. *numero ſecundo.* Molin. *dict. cap.*14. *à numer.*23. Ioann.
Garc. *de nobilit. gloſ.* 47. *à numer.* 17. Pat. Molin. *de iuſt.*
& iur. diſputat. 639. *col. fin.* Villadieg. *dict. numer.* 208.
Oſuald. ad Donell. *lib.* 17. *cap.*4. *lit. G.* Gregor. Lop. *in*
*d. l.*46. *gloſ.*2. Guttier. *ſupr. num.*5. Tuſch. *dict. concl.* 412.
*numer.*2. Trentacinq. *num.* 1. Natta *in d. Clement. ſæpè*, *de*
verbor. ſignific.

Ad Num. 8.

Idem docent Molin. *ſupr. numer.*28.29. vbi rectè ait, ma- 44
ximum nocumentum fieri de præſenti ſucceſſori maio-
ratus ex diffamatione poſſeſſoris iactantis, primogenium
poſt mortem ſuam ad illum non peruenturum; nam in-
tuitu futuræ ſucceſſionis ſolent vxores nobiles, diuiteſ-
que reperire ſucceſſores, communique æſtimatione ho-
norantur; quare æquiſſimè vti auxilio *dict. l. diffamari*,
permittitur, Guttierr. *conſ.*11. *numer.*1. Arias Pinel *in l.*1.
*part.*3. *num* 78. *C. de bon. matern.* Padilla *in l.*1. *numer.*30. *C.*
de fideicommiſ. Ant. Gom. *in l.*40. *Taur. numer.*79. Gregor.
Lop. *in l.*1. *tit.*1. *part.*3. Valaſc. *conſult.*184. *à numer.*4. Sar-
mient. *dict. cap.*2. *& libr.*7. *cap.*6. D. Franciſc. de Leon, *Va-*
lent. deciſ. 31. *numer.* 14.15. Pereira *deciſ.*72. *per totam*, & *de-*
*ciſ.*129. *numer.*1. faciunt tradita latiſſimè per D. Larrea, li-
cet diuerſo caſu loquatur, *Granatenſ. deciſ.* 38. *per totam.*
De alijs quæſtionibus, ad *d. l. diffamari*, attinentibus, con-
ſulas Trentacinq. *ſupr.* qui ſedecim cumulauit.

AD

AD CAPVT XIX.

De reuocatione donationis inofficioſæ, vel ex l.ſi vnquam, 8.C.de reuoc.donat.

SVMMARIVM.

1 *DD. de materia agentes recenſentur.*
2 *Donatio facta extraneo non liberto, an reuocetur in totum ex* l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. *filiorum natiuitate? reſertur negatiua. Traditur contraria verior.*
3 *Id quod verisimiliter reſponderet diſponens interrogatus, habetur pro expreſſo in diſpoſitione.*
4 *Donatio facta extraneo ab exiſtimante filium, quem habebat, obijſſe; errore detecto, reuocatur.*
5 *Vbi donans de futuris cogitaſſe liberis comprobatur, non eſt locus dict.* l. ſi vnquam.
6 *Filios habens ſi donet, alijs ſuperuenientibus, non eſt reuocanda ex dicta conſtitutione donatio.*
7 *Fallit, ſi proles exiſtens tempore donationis odio à patre habebatur.*
8 *Si donetur ab habente filios naturales, vel adoptiuos; legitimis & naturalibus natis, donatio reuocatur.*
9 *Partus ita editus, vt naturaliter viuere non poſſit, donationem non reuocat.*
10 *Quo tempore, ſi naſcatur infans, vitalis non ſit remiſſiuè.*
11 *Renunciatio ſpecialis dict. conſtitutionis impedit donationis reuocationem.*
12 *Donatio ob cauſam filiorum natiuitate non retractatur.*
13 *Nec remuneratoria.*
14 *Donans extraneo, non præſumitur de filijs cogitare.*
15 *Melius eſt in dubio fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro.*
16 *Donatio facta ab eo, qui de liberis cogitauit, reuocatur duntaxat quoad legitimam ſuperuenientium.*
17 *Reuocatio ex* dict. l.ſi vnquam. *contingit ipſo iure, & viuente donatore.*
18 *Auxilium dict. conſtitutionis ſolum competit, ſi filius legitimus donatarionaſcatur.*
19 *Quid de legitimato per ſubſequens matrimonium.*
20 *Filius legitimatus in articulo mortis per ſubſequens matrimonium in fraudem non reuocat donationem.*
21 *Filius incapax ſucceſſionis, cum pater donat, ſi per ſubſequens matrimonium poſtea legitimus fiat, reuocat donationem.*
22 *Filius legitimatus per reſcriptum Principis, ad reuocandam donationem non proficit.*
23 *Verum filius naturalis reuocet donationem à matre factam.* d.l.ſi vnquam.
24 *Renunciatio legitimæ iuxta formam* cap.quamuis pactum. *filiorum natiuitate non reuocatur.*
25 *Primogenitus ſi maioratui renunciet, prole ſuſcepta, renunciatio retractatur.*
26 *Ex* d.l.ſi vnquam. *dominium rei donatæ ipſo iure ad donatorem reuertitur.*
27 *An donationes cauſa mortis, & legata, ex dict. conſtitutione per filij natiuitatem reuocentur? Remiſſiuè.*
28 *Si donator poſt reuocationem donationis, cum poſſet, non manifeſtauit voluntatem reuocandi, an ex hoc donatio reuiuiſcat?*
29 *Donatio filio facta ſolùm quoad legitimam poſtea natorum infirmatur.*
30 *Donatio facta filio naturali, non nato legitimo, in totum reuocetur?*
31 *Natura quoad paternum amorem, differentiam inter legitimos, & illegitimos filios non ſtatuit.*
32 *Donatio filio adoptiuo facta, nato legitimo, & naturali, in totum irritatur.*
33 *Donatio facta filio, alijs poſteà natis, reuocatur etiam quoad Tertium, & Quintum, ſecundum aliquos.*
34 *Melioratio fieri, aut grauamen imponi non poteſt, vnico exiſtenti filio.*
35 *Si tempore meliorationis multi erant liberi, & cum parens moritur, vnicus filius reperiatur, illa corruit.*
36 *Habens filium vnicum, nepotem ex eo poteſt meliorare.*
37 *Etiamſi & nepos vnicus ſit.*
38 *Obtinens Regiam facultatem ad conſtituendum maioratum in filio, non poteſt nepotem primo loco vocare ad ſucceſſionem, filio inuito.*
39 *Impetrata facultate ad maioratum conſtituendum in vno ex filijs in ea nominatis, nequit primum vocare nepotem ex ipſis parens.*
40 *Donatio facta filio vnico non retractatur quoad Tertium, & Quintum, aliorum natiuitate.*
41 *Donationem Eccleſiæ factam non reuocari, niſi quoad legitimam, filij natiuitate, qui doceant?*
42 *Potior eſt filius Eccleſia in bonis patris etiam vltra legitimam.*
43 *Filius non debet legitimam ex bonis patris ipſius aſcendentibus.*
44 *Monaſterium teſtamentum non infringit Religioſi, licèt ſe prætéritum inuenerit.*
45 *Monaſterium, quod quis ingreditur, non eſt Religioſo loco filij, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
46 *Monaſterium habetur loco filij, vt excludat ſubſtitutum in caſo* cap. in præſentia, de probat.
47 *Si teſtator expreſſim cauerit, ne Monaſterium excludat ſubſtitutum, ipſius voluntas ſeruabitur.*
48 *Si puellæ legatur ducenta, ſi nupſerit; & centum, ſi religioſa fiat, ducenta deberi ipſi Monaſterium ingreſſæ, qui doceant?*
49 *Deciſio* l. Titiæ 99. ff. de condit. & demonſtr. *in viduis hodie non obſeruatur.*
50 *Conditio abſtinendi à nuptijs, ſi viduæ apponatur, non reijcitur.*
51 *Vide an hoc in tractatu quæ dicatur.*
52 *In caſu propoſito ſuprà* n. 48. *voluntas teſtatoris eſt omnino ſeruanda.*
53 *In claris non eſt locus coniecturis.*
54 *Conditio viduitatis reijcitur aduerſus manifeſtam defuncti voluntatem.*
55 *Legatum alicui relictum, ſi nupſerit, conſequitur, ſi religionem ingrediatur.*
56 *Fallit, vbi conſtat de contraria voluntate defuncti.*
57 *Sacra virtutis legatum ſub conditione ineundi matrimonium lucratur.*
58 *Quid ſi legataria fiat Tertiaria.*
59 *Legatum generaliter pro virginibus maritandis, an poſſit Religionem ingreſſis applicari?*
60 *Legatum ſub conditione, ſi non nupſerit, percipit nubendo legataria.*
61 *Intereſt publicè, matrimonia frequentari.*
62 *Vidua nubens amittit legatum ſibi relictum ſub conditione, ſi non nupſerit.*
63 *Quoties cauſa pia eſt ſubſtituta, vtrum conditio viduitatis ſit implenda, vt legatum quæratur?*
64 *Licèt relinquens ſub conditione viduitatis, exprimat, vt nubenti nihil præſtetur, debebitur legatum.*
65 *Expreſſum dicitur, quod ex verbis manifeſtè colligitur.*
66 *Taciti, & expreſſi idem eſt iudicium.*
67 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, nihil operatur.*
68 *Conditione appoſita, vt Religioſus, aut Presbyter fiat, non debebitur relictum nubenti.*
69 *Conditio viuendi caſtè inter reijcitur, & matrimonium ineuns relictum ſub ea capit.*
70 *Vtrum conſequatur relictum ſub conditione ingrediendi religionem, Tertiarius Ordinis D. Franciſci?*
71 *Quæ deſiderantur, vt Tertiarij gaudeant priuilegijs Religioſorum.*
72 *Conditiones ſpecificè ſunt implendæ.*
73 *Legatum ſub conditione ingrediendi Religionem an debeatur aſſumenti habitum Ordinis Militaris?*
74 *Equites Ordinum Militarium vtrum ſint veri Religioſi? remiſſiuè.*
75 *Verba ſecundum communem loquendi vſum accipi debent.*
76 *Vouens ingredi Religionem, non ſatisfacit, aſſumpto habitu Ordinis Militaris.*
77 *Qui promiſit ingredi Religionem, ſi in alijs non recipiatur, Militarem ingredi non tenetur.*
78 *Ad percipiendum legatum ſub conditione Religionis, ſufficit ingreſſus, ſi fraus abſit.*

79 Legat..m

79 *Legatum ſub conditione Religionis irreparabiliter amittitur, matrimonio inito poſt diem legati cedentem, vel delatam ſucceſſionem ſi hereditas ita relinquatur.*
80 *Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale non tenet, ſi ratio diuerſa reperiatur.*
81 *Virùm capiat relictum ſub conditione non ingrediendi Religionem, qui contra facit?*
82 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum, ſi ex coniecturis conſtet, defunctum ita voluiſſe.*
83 *Ratio decidendi ad* Authen. de Sanctiſ. Epiſcop. §. ſed & hoc præſenti, *remiſſiuè.*
84 *Si teſtator cauerit, vt ſubſtitutus admittatur, niſi inſtitutus reliquerit filios veros, & ex corpore natos, an monaſterium, quod ingreditur inſtitutus, ſubſtitutum excludat?*
85 *Reſoluitur affirmatiuè.*
86 *Monaſterium incapax ſucceſſionis nunquam ſubſtitutum excludit.*
87 *Quando monaſterium capax ſucceſſionis non excludit ſubſtitutum, à quo tempore bona huic quærantur.*
88 *Quid ſi inſtitutus ingrediatur Societatem Ieſu?*
89 *Donatio facta Eccleſia reuocatur in totum per filiorum natiuitatem ex* l. ſi vnquam.
90 *Explicatur* cap. quicumque, 17. q. 4.
91 *Donatio facta Eccleſia pro exoneranda donatoris conſcientia, nulla ex parte, filijs superuenientibus, reuocatur.*
92 *Differentia inter remedium* l. ſi vnquam, & l. 1. C. de inoffic. donat.
93 *Inofficioſa donatio quæ ſit.*
94 *Fratres reuocant donationem, vt inofficioſam, turpi perſonæ factam.*
95 *Et non quoad legitimam, ſed in totum.*
96 *Quod tempus iure Regio inſpiciatur ad dignoſcendum, vtrum ſit inofficioſa donatio.*
97 *Quid iure communi.*
98 *Donatio inofficioſa conſilio, & re, in totum reuocatur: re, quoad legitimam tantum.*
99 *Donatio quando cenſeatur re, & conſilio, inofficioſa.*
100 *Fraudandi animus præſumitur, quotiens habens liberos immenſam facit donationem.*
101 *Hæres donatoris non poteſt donationem in totum reuocare, ſed vſque ad legitimam.*
102 *Filius, cui aliquid a patre datur nequit inofficioſam donationem reuocare.*
103 *Reuocata, vt inofficioſa donatione, fructus ex re donata percepti num debeant reſtitui? remiſſiuè.*
104 *Donatio etiam remuneratoria, vt inofficioſa poteſt reuocari.*
105 *Ius ad reuocandam donationem pro legitima, vel eius ſupplemento, triginta annis durat, ſed ad reuocandam in totum, quinquennio extinguitur.*
106 *Quæ quantitas donata locum faciat* l. ſi vnquam? *iudicis relinquitur arbitrio.*
107 *Et ſi pretio æſtimabile non ſit, quod donatum eſt, conſtitutio* d. l. ſi vnquam, *locum habet.*
108 *Legitima filiorum quæ ſit.*
109 *Quæ Aſcendentium.*
110 *Quæ fratrum, & quando debeatur?*
111 *Quæ dicatur turpis perſona, vt eâ inſtitutâ, fratribus legitima ſit præſtanda.*

1 DE contentis ſub hoc capite, fusè diſſerunt Tiraquel. *in l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat.* Hermoſ. *in l. 8. tit. 4. p. 5.* Pet. Franciſc. Tondut. *quæſt. ciuil. c. 54.* Anton. Fab. *in ſuo Cod. lib. 8. tit. 56. de reuocand. donat.* Berengar. Fernand. *in d. l. ſi vnquam,* Merential. Merlin. *de Legitim. lib. 2. titul. 1. quæſt. 21.* Cardin. Tuſch. *lit. D. concluſ. 684. & 685. & 712.* Pat. Molin. *de iuſt. diſput. 282. & 285.* Ripa *in d. l. ſi vnquam,* Cancer. *variar. part. 1. c. 8. ex n. 120. & c. 24. num. 14. cum alijs,* Trentacinq. *variarum lib. 3. tit. de donat. reſolut. 4.* Iul. Clar. *lib. 4. receptar. ſententiar. §. donatio, q. 22. cum ſequentib.*

2 Sentiunt aliqui, donationem factam extraneo non liberto ab eo, qui liberos non habeat, ſi poſteà illi naſcantur, reuocari duntaxat vſque ad legitimam natis debitam, reliquo penes donatarium permanente; qui deciſionem *l. ſi vnquam 8. C. de reuocand. donat.* vbi in totum reuocari donatio dicitur, reſtringunt ad caſum ibi expreſſum, quando ſcilicet donatum eſt libertis donatoris; ita Gloſſ. *in l. ſi liqueat, C. de inoffic. donat.* Bald. *in Authent. ex cauſa, col. 3. verſ. Item non obſtat, C. de liber. præterit.* Angel. *in Authent. de immenſ. donat. in fil. fact. in princip. col. 2.* Caſtrenſ. *in l. Titia Seio, §. Imperator, ff. de legat. 2.* Paul. Pic. *in l. poſt contractum, col. 2. ff. de donat.* Natta *conſil. 125. volum. 1.* & alij apud Anton. Fabr. *coniectur. lib. 7. c. 15.* Ioſeph. Ruſtic. *in commentar. ad l. cum auus, libr. 1. capit. 18. numer. 36. ff. de condit. & demonſtrat.* Gerard. Maioas. *deciſ. Toloſan. 12. nu. 1. libr. 5.*

Contrarium; ſcilicet quod in totum eo caſu donatio reuocetur, vt verius, ac communius tenendum eſt cum Gloſſ. *verbo quidquid, in d. l. ſi vnquam, l. 8. tit. 4. part. 5.* & ibi Gregor. Lop. *gloſſ. 4.* Tiraquel. pluribus laudatis, *verbo, Totum, a num. 1.* Bart. *in dict. l. Titia Seio, §. Imperator, num. 1.* Guttier. *de iurament. confirmator. partis. 1. cap. 9. numer. 1.* Cancer. *dict. cap. 8. num. 25.* Molin. *dict. diſput. 282. nu. 4.* Grat. Falcon. *reg. 150. num. 1.* Merlin. *dict. quæſt. 21. nu. 31.* Mangil. *de imputat. quæſt. 99. num. 1.* Anton. Gom. *variar. lib. 2. cap. 4. num. 11.* Hermoſilla *in dict. l. 8. Partita, gloſ. 4. num. 1. & gloſ. 11. num. 1.* Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 3. n. 19.* Iul. Clar. *d. q. 22. n. 3. & q. 23. n. 1.* vbi de donatione iurata, de qua Molin. *n. 7.*

Extraneus autem in hoc tractatu dicitur omnis, qui ex deſcendentibus non eſt; Cancer. *c. 122. verſ. Extranei,* Ant. Gabr. *commun. lib. 3. tit. de donat. conc. 2. n. 10.*

Ratio eſt: nam quoties in diſpoſitione aliquid non exprimitur, de quo ſi diſponens fuiſſet interrogatus veroſimiliter diſponeret, id pro expreſſo habetur; *l. Titius 25. §. Lucius, ff. de liber. & poſthum. l. cum pater 79. §. cum exiſtimaret, ff. de legat. 2. l. cum auus 101. ff. de condit. & demonſtrat.* Gloſ. communiter recepta, *l. tale pactum 41. §. fin. ff. de pact.* Anton. Gomez *in l. 4. Taur. num. 7.* Parlador. *rer. quotidianar. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 11. num. 11.* Tiraquel. *in dict. l. ſi vnquam, in princip. num. 15.* Menoch. *conſ. 393. num. 25.* Quare cum ex paterno amore credatur, vt ſi Pater interrogatus eſſet, dum donabat extraneo, an velles donationem reuocari, ſi filij ei naſcerentur? reſponderet quod ſic; argumento *dict. l. cum auus, & l. generaliter 6. C. de inſtit. & ſubſtit.* talis conditio pro expreſſa habetur, quæ verificatur natiuitate filij; ſicque ex voluntate donatoris donatio reuocatur; Menoch. *conſil. 84. nu. 60.* Pat. Molin. *vbi proximè, num. 2.* Guttierr. *ſupr. num. 2.* Anton. Gom. *dict. cap. 4. num. 11.* Hermoſill. *dict. gloſ. 4. num. 2. 3.* & alij communiter, qui hanc rationem tradunt. 3

Ex quo etiam locum habebit dicta *l. ſi vnquam,* cum pater putans, filium, quem habebat, mortuum fuiſſe, donauit? nam errore detecto, talis filius tanquam de nouo natus donationem reuocabit; Tiraquel. *ſupra, verbo, filios habens, num. 15. 16.* Moz. *de contract. lib. c. de donat. tit. quomod. annullet. donat. num. 71.* Oſuald. ad Donell. *libr. 14. c. 32. lit. A.* Hermoſ. *ſupra, gloſ. 1. in fine,* Tondut. *quæſtion. ciuil. cap. 54. num. 19.* Ripa *in d. l. ſi vnquam, quæſt. 5.* 4

Inde deducitur, quod ſi donator tempore donationis de futuris liberis cogitaret, eſſetque nihilominus donaturus, non erit dictæ conſtitutioni locus, Pat. Molin. *num 6.* Clar. *num. 2.* Tiraquel. *in præfat. num. 63. 84.* Oſuald. *dict. cap. 32. lit. B.* Guttierrez *ſupra num. 3.* & alij multi apud Hermoſil. *gloſ. 2. num. 1.* Quapropter ſiquis filios habens, extraneo donet, etſi poſtea alij naſcantur, non reuocabitur, ex *dict. l. donatio,* Tuſch. *dict. concluſ. 712. num 3.* Clar. *num. 3.* Tondut. *dict. cap. 54. num. 20.* Tiraquel. *dict. verbo, filios non habens à principio,* Gregor. Lop. *in dict. l. 8. gloſ. 1.* Viui. *deciſ. 44. num. 3.* Niſi proles nata parenti ſit odioſa, tunc enim, alijs naſcentibus filijs, donatio reuocabitur; Caſtrenſ. *in l. 1. C. de inoffic. teſtam.* Anton. Fab. *in C. de libr. 8. titul. 56. definit. 8. num 6.* Gregor. Lop. *vbi proximè,* Hermoſ. *dict. gloſ. 1. num. 4. cum alijs.* Idem iuris erit, ſi filij ſint illegitimi, vel adoptiui: nam legitimi, & naturales ſuperuenientes infringent ex præfata conſtitutione donationem, cùm magis digni ſint parentum dilectione; argumento *dict. l. generaliter, in fine, & dict. l. 8. partita.* Ita docent Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 9. num. 70.* Bernard. Diaz *reg. 213. limitat. 1.* vbi 5 6 7 8

Salxedo,

Salxedo, Tiraq. verbo, ſuſceperit liberos, n.56. de quo Her-
moſ. gloſ.7.
9 Præterea non reuocabitur donatio, ſi vitalis partus non
ſit; nam etſi de huiuſmodi filijs donator cogitaſſet, non
ideò à donatione abſtineret; Tiraq. d. verbo, ſuſceperis libe-
10 ros, à n.205. Hermoſ. gloſ.11.n.10.11. Et quo tempore par-
tus editus naturaliter viuere non poſſit, tractant Coſta de
quota, & rat. q.150. n.91. Mangil. ſupra q.97. n.26.27. Tor-
reblanca in epitom. delictor. in quib. apert. vel occult. lib. 2.
c.3. à n.14. Robles de Salzed. de repræſentat. lib.1.
11 Eadem ratione non infirmabitur donatio filiorum na-
tiuitate, ſi ſpecialiter beneficio illius conſtitutionis per
donatorem renuncietur, cum eo caſu de futuris filijs co-
gitatum fuiſſe nequeat dubitari; Merlin. d. q.81. num.22.23.
Ceuall. quæſt.104. Iul. Clar. dict. qu.82. num.4. Pat. Molin.
ſupra, num.6. Tiraquel. in præfat. à num.88. Anton. Gom.
d. cap.4. num.11. in fine, Cuiaci. lib.20. obſeruat. c.5. Baez.
de non melior. dot. cauſ. filiab. c.29. num.11. Hermoſ. gloſ.2.
à num.7. Ripa ſupra, q.51. Quamuis renunciationem non
tenere, non paucis placeat, quos refert Clar. ac ſequitur
Cutell. de donat. contemplat. matrimon. tom.2. tractat.2. diſc.1.
ſpecial.3. n.8. verſ. Ego verò.
12 Suſtinetur etiam, ea lege non obſtante, donatio ob cau-
ſam facta, quatenus donatum adæquatur valori cauſæ;
imò nec in exceſſu vitiabitur; ſi arbitrio Iudicis ita mo-
dicum ſit, vt donaretur, etſi de liberis fuiſſet cogitatum;
Tiraquel. verbo, donatione largitus, numer. 151. cum alijs,
Anton. Gabr. commun. lib.3. tit. de donat. concluſ.2. num.4.
Viui. deciſ.404. num. 21. Molin. de primogen. lib. 2. cap.5.
n.39. Hermoſ. gloſ.3. num.10. Idem eſt de donatione reci-
proca, Tiraq. à n.110. Hermoſ. n.15.
13 Vltimò idem dicendum eſt de donatione remuneraro-
ria, quoad meritis correſpondet; Menoch. conſ.29. num.7.
Tiraq. verb. donatione largitus, n.79. Ioan. Garc. in tract. de
donat. remunerator. num.10. Caſtill. quotidianar. lib.3. cap.4.
numer.43. Falc. dict. reg. 150. à num.26. Quod verum eſt,
ſiue munera obligationem produxerint, quæ in iudicium
deduci poſſit; ſiue ſolam antidotalem, licèt de hoc vlti-
mo variæ ſint ſententiæ, de quibus per Hermoſill. gloſ.3.
à numer. 11. vbi plures pro vtraque refert: verius tamen
videtur, quod prædiximus; neque enim credendum eſt,
quemquam propter liberorum cogitationem à remunera-
tione beneficiorum abſtinuiſſe ex gratitudine, ac naturali
honeſtate debita, in quo Iudicis arbitrio locum eſſe, qui
æſtimabit, an ob talia munera donaretur, ſi de filijs dona-
tor cogitaret, reſoluit Hermoſ. n.14.
14 Sed vbi dubium ſit, an pater dum donabat, liberorum
meminerit? non meminiſſe præſumendum erit; nam ma-
xima parentum charitas ſuadet, vt ſi de propria prole co-
gitaſſet, neutiquam donauiſſet; & factum, cum in obſcu-
ro eſt, ex affectione capit interpretationem; l. capienda
15 129. §. quod factum, ff. de reg. iur. Pro qua reſolutione
etiam facit, quod in re obſcura fauendum potius eſt re-
petitioni, quam aduentitio lucro; l. non debet, 42. §. in re
obſcura, eod. tit. quam ſententiam ſuſtinent Tiraquel. in
d. præfat. num.66. Ant. Gabr. dict. lib.3. cap.2. num. 56. Iul.
Clar. dict. §. donatio, qu.22. verſ. Ex quo, Scaccia de iudic.
lib 2. c.2. n.157.
16 Quod autem dictum eſt, non reuocari donationem na-
tiuitate filiorum, de quibus cogitatum eſt, intelligi opor-
tet quoad totum; nam legitimam ſine diſtinctione a do-
natario liberi etiam poſtea nati poterunt auocare, mor-
17 tuo patre: (etſi ex d. l. ſi vnquam, donatio viuo patre, &
per ipſum poſſit retractari, imo iure ipſo naſcenti-
bus filijs ſtatim irrita fit; Molin. de primogen. lib. 1. cap.9.
num.40. & omnes communiter:) ita probant ex dict. l. ſi
totas, 5. C. de inoffic. donat. Gutierr. dict. cap. 9. num.5.6.
Greg. Lop. in dict. l.8. gloſ.2. Petr. Barboſ. in l.1. part. 1.
num.170. ff. ſolut. matrimon. Baeç. ſupra, c.9. n.41. Baptiſt.
Coſta ſupra q.152. n.4. Caſtill. controu. lib.2. c.15. n.50. Man-
gil. d. q.97. n.22.
18 Remedium dict. l. ſi vnquam, ſolum competit, vbi fi-
lius legitimus & naturalis ſuperuenit; alij autem ad re-
tractandam donationem non proſunt, dict. l.8. partita,
& ibi Heſmoſ. gloſ. 7. Cyriac. dict. controuerſ. 9. num.70.
Bernard. Diaz. dict. reg. 213. limitat.1. vbi Salced. Tira-
quel. verbo, ſuſceperit liberos, numer.56. Mangil. quæſt. 107.
num.7.
Quod adeo compertum habetur, vt Gregor. Lop. in dict. 19
l.8. gloſ.7. dubitauerit, an legitimatus per ſubſequens ma-
trimonium, ad reuocationem donationis ſufficiat? In quo
diſtinguendum eſt; aut hic filius natus, & legitimatus fuit
poſt donationem; & erit locus præfatæ conſtitutioni, vt
in totum euaneſcat donatio: aut erat natus tempore, quo
donabatur, ac poſtea legitimus effectus eſt; & ſolùm do-
natio reuocabitur vſque ad legitimam. Ratio eſt, quia pa-
ter donans, de hoc, cùm iam eſſet natus, cogitauit tanquam
de filio; de illo nullatenus, qui nondum in rebus huma-
nis erat; atque ita diſtinguunt D. Couar. de matrim. part.2.
cap.8. §.2. num.36. Tiraquel. num.60. Dueñas reg.150. am-
pliat.3. Gratian Falcon. reg.150. num. 16. verſ. Hanc tamen,
Hermoſ. dict. gloſ.7. num 14. Guttier. in §. ſui, num.180. Inſt. de
hered. qualit. & differ. Ripa in dict. l. ſi vnquam, q.30. num.81.
Quod limitant poſt alios, Tiraquel. num.74. & Menoch. 20
de præſumpt. lib.4. præſ.84. num.79. quando in articulo mor-
tis filius in fraudem donatarij per matrimonium legitima-
tur; & quomodò de fraude conſtare debeat, docet Molin.
de primogen. lib.2. cap.5. ex num.27.
Sed contrarium præmiſſæ diſtinctioni: videlicet fi-
lios poſt donationem legitimatos per ſubſequens matri-
monium, etiam ante ipſum natos, irritam reddere pater-
nam liberalitatem in totum, commune eſt; vt videre licet
apud Hermoſill. ſupra, Tondut. dict. capit.54. numer.23.24.
vbi hanc ſententiam veriorem, ac receptiorem adductis
aliquibus affirmat; & proculdubio tenendum eſt ita, ſi 21
filius illegitimus natus tempore donationis erat incapax
ſucceſſionis paternæ; præſumitur enim, ideo pater extra-
neo donaſſe, quia propriæ ſoboli dare non licebat, cum
quo, ad hoc idem ſit filios non habere, ac bona ad il-
los peruenire non poſſe; alias prior diſtinctio magis
placet.
Legitimati verò per reſcriptum Principis donationi 22
non nocent ex dict. l. ſi vnquam, iuxta commune Interpre-
tum placitum; Tondut. num.20 Ioan. Lup. in tract. de il-
legitim. comment.4. §.2. n.39.40.41. Greg. Lop. in dict. gloſ.7.
Bart. in l.1. num.17. C. de inoffic. donation. Aleiat. in rubric. de
liber. & poſthum. num.43. Spino in ſpecul. teſtament. gloſ.16.
princip. num.141. cum ſeqq. Bernard. Diaz d. reg.213. limit.1.
vbi Salcedo, Gratian. Falcon. reg.150. num.16. in princip.
Cacheran. deciſ.121. num.2. cum alijs, & deciſ.122. num.16.
Mangil. quæſt.110. à num.4. Ceuall. commun. opinion. quæſt.710.
vbi contrariam etiam communem refert.
Filius naturalis reuocat donationem à matre factam, 23
iuxta dict. l. ſi vnquam; ſic docent communiter DD. teſte
Hermoſilla in dict. gloſ.7. num. 7. Oppoſitum tamen ſuſti-
net Pat. Molin de iuſt. & iur. diſp.282. verſ. Dubium præterea
eſt; quod iuri conſonum videtur, maximè attenta dict. l.8.
Partita, cuius generalitas etiam fœminas comprehendit, ar-
gumento l.1. ff. de verbor. ſignificat. Neque expedit, vt ex tur-
pitudine commodum conſequantur; quod iura abhor-
rent, l. ab hoſtibus 11. §.1. ff. ſolut. matrimon. cap. contingit, 9. de
do. & contum. nam parentum fauorem reſpicit illa conſti-
tutio, vt ibi notant DD.
Ei, qui renunciauit ſuæ legitimæ iuxta formam capit. 24
quamuis pactum, 2. de pact. in 6. natiuitas filij ad reuocandam
renunciationem non ſuffragatur: eſt communis reſolutio,
pro qua Guttier. in dict. cap. quamuis, num.28. D. Couar. ibi-
dem, part.3. §.3. num.12. Ant. Gom. dict. cap.4. num.24. Tira-
quel. verbo, Donatione largitus, num.180. cum alijs, Hermoſ.
gloſ.3. num.16. licèt contradicat Molina de primogen. lib.2.
cap.3. num.41. verſ. Sed quamuis, cum numeris ſeqq. vbi de 25
renunciatione ad maioratus inſtitutione tractat; cuius ſen-
tentia vera eſt omninò, ſi hæreditati iam delatæ renun-
cietur, nam per ſuperuenientiam liberorum reuocabitur
renunciatio, vt ipſe docet, num.40. Tiraquel. num.74. Ripa
ibidem, quæſt.11. num.20.21. & alij communiter. Sed ſi ma-
ioratui renuncietur per primogenitum, prole ſuſcepta,
corruit renunciatio; Tiraquel. num.171. Boeri. deciſ. 139.
Burg. de Paz in proœm. legum Taur. num.96. Aluarad. de con-
iectur. ment. teſtator. lib.2. cap.3. §.1. num.27. Mieres de maio-
rat. part. 2. quæſtion.21. numer. 81. 82. Hermoſ. dict. gloſ.3.
num.25.

26 Dominium rerum donatarum quæ fuerunt donatario acquiſitæ per donationem, ea reuocata per filij natiuitatem, redit ipſo iure ad donatorem, cui rei vindicatio datur, Gloſ fin. *in dict. l. ſi vnquam*, Tiraquel. *verbo, in eiuſdem donatoris arbitrio, n.* 1. Mangil. *quæſt.* 97. *n.* 1. Baëza *ſupra, c.* 34. *n.* 4. *verſ. Si donans*, Hermoſ. *gloſ.* 10 *n.* 2. Baiard. *in addit. ad Clar. in dict. §. donatio, lit.* A. Ruin. *conſ.* 173. *col penult.* donat triúſque in foro conſcientiæ, non expectata Iudicis ſententia, ad reſtitutionem tenetur, Pat. Molin. *ſup. num.* 3.

27 Vtrum legata, donationéſque cauſa mortis, natiuitate filij reuocentur à ſolet diſputari, de quo Hermoſ. *d. gloſ.* 5. *à num.* 8.

28 Eſt quæſtio non omittenda, an ſi donator poſt filios ſuſceptos ſuperuiuat, poſſitque propriam declarare circa donationem voluntatem, nec fecerit, atque ita d. cedat, ea taciturnitate donatio conualeſcat? Et affirmatiuam partem tuentur Salicet. *in d. l. ſi totas, n.* 3. *C. de in offic. donat.* Tondut. *d. cap.* 54. *à num.* 9. Seraphin. *deciſ.* 121. *num.* 4. Tiraquel. *d. verb. Suſceperit liberos, n.* 211. Iul Clar. *§. donatio, quæſt.* 3. *num.* 10. Menochi. ex multis, *conſ.* 994 *n.* 18. Paſcali. *de vir. b. patr. poteſt. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 115. Theſaur. *deciſ.* 12. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 9 *n.* 40. Ant, Gom. *d. c.* 4. *num.* 12.

In contrariam itum eſt ſententiam per Gregor. Lop. *in d. l.* 8. *gloſ.* 9. & alios, quos refert Hermoſ. *gloſ.* . *num.* 9. 10. Pro quorum conciliatione dicendum eſt, primam ſententiam procedere, cum donata penes donatarium ſunt; nam ex quo ea pater donator non auocat, quaſi ex nouo conſenſu donatio reuiuiſcit. Secundam, ſi ea qui donauit, habeat apud ſe; quia ex eo quod nunquam tradidit, oritur præſumptio, quod voluit legis beneficio reuocantis donationem gaudere; quam diſtinctionem probant Ripa *in dict. l. ſi vnquam, num.* 106. Valaſc. *conſult.* 31. *num.* 6. *verſ. Aliter etiam*, Mangil. *dict. quæſt.* 97. *num.* 18. Hermoſ. *ſupra n.* 5. 9. Tondut. *num.* 13. 14. Rota *deciſ.* 591. *num.* 5. *part.* 3. *in recent.* Ferrer. ad Guid. Pap. *deciſ.* 214. Pat. Molin. *dict. diſp.* 182. *n.* 8. Et vbi caſus occurrerit, maximè attendendum eſt, an filij donatoris, quorum cauſa reuocatio contigit, ſint, qui litigant? nam faciliùs poſterior opinio erit admittenda; cùm veroſimile non ſit, defunctum confirmaſſe actum irritum in fauorem extranei aduerſus propriam ſobolem; argumento *l. cum auus*, 101. *ff. de condit. & demonſt.* Tondut. *n.* 15. Tiraquel. *vbi proximè, d. n.* 211. Hermoſ. *dict. num.* 9.

Ad Num. 1.

29 Donatio filio facta, per natiuitatem aliorum non reuocatur in totum, ex *dict. l. ſi vnquam*; ſed quoad legitimam eis debitam, iuxta *dict. l. ſi totas*: Cutell. *ſupr. dict. ſpecial.* 3. *numer.* 3. Clar. *dict. quæſt.* 22. *numer.* 3. Anton. Gom. *dict. capit.* 4. *numer.* 11. Tondut. *ſupra, numer.* 1. Caſtill. *quotidianar. controuerſ. lib.* 2. *capit.* 13. *numer.* 4. *in princip.* Trentacinq. *dict. reſolut.* 4. *numer.* 12. Cancer. *ſupr. numer.* 125. Pat. Molin. *diſput.* 183. Petr. Barboſ. *in l.* 2. *in princip. part.* 1. *numer.* 168. *in fine ff. ſolut. matrim.* Cardoſ. *in prax. iudic. verbo, donatio, numer.* 41. Molin. *de primogen. lib.* 4. *capit.* 2. *numer.* 81. Franciſc. Molin. *de rit. nuptiar. lib.* 3. *quæſt.* 1. *numer.* 82. 83. Tiraquel. *verbo, libertis, num.* 75. Anton. Fab. *in cod. tit. de reuocand. donat. lib.* 8. *definit.* 5 Guttier. *de iuramen. confirmat part.* 1. *capit.* 9. *numer.* 11. Oſuald. ad Donell. *lib.* 14. *capit.* 32. *lit.* C. Hermoſ. *gloſ.* 4. *numer.* 2. Ratio eſt; quoniam præſumitur, patrem, etiamſi de futuris liberis cogitaſſet, non ideo minus præſentem ſibi dilectum, ac benemeritum largitate fuiſſe proſequutum.

30 Aliud iuris eſſe, vult Guttier. *ſupra, numer.* 13. ſi naturali filio fuerit donatum, ac poſtea legitimi naſcantur; nam in totum donationem reuocari opinatur: ſed magis placet, Iudicis arbitrio relinquendum, qui ex amore patris, meritiſque filij naturalis æſtimabit, verum pater donaſſet, licet de legitima prole cogitaſſet. Nec refert, huiuſmodi filijs ſortatis ius non eſſe; ſiquidem non de iure filij, ſed de patris voluntate diſputatur, quæ non minus erga vulgò quæſitos, quam legitimè natos ſolet eſſe propitia, vt experientia compertum eſt; Rota apud Viuian. *in prax. iur. patr. deciſ.* 45. *numer.* 11. Mozla *in empor. iur. tit.* 9.
31 *quæſt.* 12. *numer.* 5. cum natura inter eos (à qua paternus prouenit amor) nullam conſtituat differentiam *Auth. quib. mod. nat. effic. legit. §. ſi quis ſanè*, Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 9. *numer.* 2. Pacian. *de probat. lib.* 2. *capit.* 23. *numer.* 8. 9. Bald *in capit. qua in Eccleſiarum, numer.* 16. *de conſtitutionib.* Non obſtat itidem, quod filius naturalis non reuocat donationem per patrem extraneo factam, vt legitimè natus facit; illud enim prouenit à lege, quæ noluit indulgere parentibus ob liberos turpiter quæſitos. Et pro nobis faciunt Ripa *in dict. l. ſi vnquam, quæſt.* 18. & D. Couar. *de matrimon. part.* 2. *capit.* 8. *§.* 4. *numer.* 22. dum tenent, donationem filij naturalis natiuitate ex ea conſtitutione reuocari; nam cùm æquiparent filios naturales legitimè natis in illo caſu, à fortiori idem in hoc, de quo agimus, reſponderent. Quòd ſi adoptiuo donatum fuiſſet, 32
tario amoris naturalis in patre deficit, atque ideò Guttier. ſententia iure videbitur admittenda: vt ſcilicet donatio in totum reuocetur.

Ad Num. 2.

Ibi: *Et videtur donationem hanc reuocari.*

Quod de iure Regio donatio facta filio, per aliorum 33
natiuitatem omninò corruat, etiam quoad Tertium & Quintum bonorum patris, ſentiunt. Petr. Barboſ. *in l.* 2. *in princip. part.* 1. *num.* 169. *ff. ſolut. matrim.* Gregor. Lop. *in dict. l.* 8. *gloſ.* 4. Angul. *titul de las mejoras, l.* 1. *gloſ.* 10. *à num.* 37. Bernard. Diaz *dict. reg.* 213. *numer.* 4. Sed contrarium eſt tenendum cum *infra* referendis, *num.* 40.

Ad Num. 3.

Ibi: *Atque ita ipſe opinor, non poſſe aptari.*

Meliorationem fieri non poſſe, neque grauamen ali- 34
quod eius ratione imponi, vnico exiſtente filio, communiter aſſeritur, Ant. Gom. *in l.* 17. *Taur. num.* 19. Azeued. *in l.* 3. *numer.* 23. *titul.* 6. *lib.* 5. *Recopilat.* Matienç. *in l.* 2. *gloſ.* 3. *numer.* 3. *eod. titul.* Padill. *in l. cum virum, numer.* 2. *C. de fideicommiſ.* Palac. Rub. *in l.* 27. *Taur. numer.* 23. Guttier. *dict. capit.* 9. *n numer.* 14. Peralta *in l. Titius, §. Lucius, num.* 4. *ff. de leg.* 2. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 3. Tell. Fernand. *in l.* 20. *Taur. num.* 2. Didac. Per. ad Segur. *in l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, numer.* 88. *ff. de leg.* 2. Aluar. *ſupra lib.* 2. *capit.* 2. *numer.* 22. Hermoſ. *gloſ.* 4. *numer.* 0. Fontan. *ſupra, clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *part.* 4. *numer.* 133. 134. quicquid videatur Paxlador. *rer. quotidianar. lib.* 1. *capit.* 7. Sarmient. *lib.* 6. *ſelectar. ad dict. l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia, num.* 12. Spin. *in ſpecul. teſtament. gloſ.* 18. *in princip. num.* 16. 17. Vnde maioratum conſtitui non poſſe ex Tertio bonorum, niſi accedente Regia facultate, docet Molin. *dict. lib.* 2. *c.* 2. *n* 11. *verſ. Primo, quando*, & *d. c.* 1. *n.* 3. quod *numeris ſequentib.* limitat multipliciter.

Sed præmiſſa intelligi debent, cum filius vnicus prolem non habet, alioqui avus cum poſſit meliorationem facere in perſona nepotis, vt ſtatim dicetur, non prohibebitur filium grauare in Tertio, quod non aufert, argum. *l. conficiuntur* 8. *ff. de iur. codicillor.* ac conſequenter maioratum conſtituere, vt obſeruat Molin. *dict. c.* 11. *n.* 5. Pat. Molin. *tract.* 2. *diſp.* 609. *num.* 1. Angul. *vbi proximè, l.* 11. *gloſ.* 6. *numer.* 3. Tell. Fernand. *in l.* 18. *Taur.* Quicquid doceat. Ant. Gom. *dict. num.* 19. *verſ. Sextò fatis.*

Sed ſi tempore meliorationis extabant plures liberi, 35
& cum parens moritur, vnicus duntaxat reperiatur, meliorationem euaneſcere, reſoluunt Caſtill. *dict. lib.* 2. *capit.* 13. *num.* 15. Cordub. de Lara *in l ſi quis à liberis, §. item reſcriptum, à n.* 16. *ff. de liber. agnoſcend.* Hermoſ. *d. gloſ.* 4. *n.* 15. etſi contrarium ſentire videatur, Mieres *ſupra, part.* 2. *q.* 6. *n.* 174. *in nou. edit.* & in *antiq. n.* 39.

Ad Num. 4.

Ibi: *Quamobrem iſthæc vltima ſententia.*

Habens filium vnicum poteſt meliorare nepotem ex 36
eo Molin *de primogen. dict. capit.* 11. *num.* 5. Alvarad. *ſupra, dict. cap.* 2. *in princip. num.* 23. *in fin.* Menaſes *in dict. l. vnum ex*

familia,

familia, §. *ſi duos, num.* 5. Matienz. *in dict. gloſ.* 3. *num.* 4. Mieres *part.* 1. *quaſt.* 21. *num. penult.* Azeued. *in d. l.* 2. *Recopilat. num* 5. Burgos de Pax iunior. *in ſuis quaſtion. q.* 1. *n.* 20. Tell. Fernand. *in d. l.* 18. *Taur.*

37 Quod procedit, etſi ex tali filio vnico, vnicus ſit nepos, Pat. Mulm. *diſp.* 609. *numer.* 2. *lit. D.* Angul. *ſupr. l.* 11. *gloſ.* 6. *numer.* 3. *fol.* 615. Hermoſ. *dict. gloſ.* 4. *num.* 13. 14. contrarium tamen tenet Ant. Gom. *in l.* 18. *Taur. in fin.* ſcilicet, quod habens filium vnicum, & ex eo nepotes, nequit meliorationem facere; ſequitur Emman. Suar. *in addit. ad ipſum, in dict. l.* 17. *nu.* 19. vbi alios refert. Prima opinio vt verior, ac communior amplecti debet.

38 At ſi pater obtineat facultatem Regiam ad conſtituendum maioratum in filio, non poterit, inuiſo eo, nepotem
39 primo loco vocare. Nec, ſi facultas concedatur ad primogenium faciendum vni ex filijs, quos pater in precibus ſpecialiter nominauerit, licebit id conſtituere in perſona nepotis, etiam ex filio nominato nati; Villadiego *in politic.* vbi de formula libellandi, *num.* 209. Tell. Fernand. *ſupra, num.* 2. Euerard. *in locis, loc.* 10. *à ſimili*, Socin. *conſ.* 24. *num.* 11. *libr.* 3. Bart. per textum *in l. ſi quis ita, ff. de teſtam. tutel.* Gozad. *conſ.* 29. *num.* 15. Greg. Lop. *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. Sicut nec duos maioratus conſtituere virtute facultatis ad vnum conceſſæ, vt latè probat Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *ex num.* 47. quamvis habens facultatem ad plura primogenia inſtituenda, valeat vnum duntaxat fundare. Idem *numer.* 56. *cum ſeqq.*

Verſ. *Cæterum ad inſtitutum regrediens.*

40 Donatio facta filio etiam vnico, ſi poſtea alij ſuperueniant, reuocatur quoad Legitimam illis debitam, relicto Tertio, & Quinto bonorum donatoris donatario de iure Regio: Ita Ant. Gom. *dict. cap.* 4. *num.* 11. *verſ. Et perconſequens hodie in noſtro Regno*: Molin. *de primogen. libr.* 4. *c.* 2. *num.* 18. Mieres *dict. quaſt.* 21. *num.* 10. Baeza *ſupra cap.* 9. *numer.* 48. Gutier. *dict. cap.* 9. *num.* 15. *verſ. Sed opinio*, Pat. Molin. *diſp.* 283. *à num.* 3. Caſtill. *quotidianar. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 40. Hermoſ. *dict. gloſ.* 4. *num.* 8. Aluarad. *lib.* 4. *capit.* 1. *numer.* 36. Spino *ſupra, gloſ.* 11. *princip. numer.* 143. Gratian, Falcon, *reg.* 150. *numer.* 12. Matienz. *in l.* 3. *gloſ.* 3. *numer.* 4. *titul.* 6. *lib.* 5. *Recopilat.*

Ad Num 5.

Verſ. *Quaſtiom tandem.*

41 Donationem Eccleſiæ factam non reuocari, niſi quoad Legitimam filijs poſtea natis debitam, tenent Anton. Gom. *dict. cap.* 4. *num.* 11. Merlin. *ſupra, lib.* 2. *tit.* 1. *quaſt.* 21. *num.* 34. Bernard. Diaz *dict. reg.* 213. *limitat.* 3. Mencſ. *in l. cùm acutiſſimi, numer.* 9. *C. de fideicommiſ.* Falcon. *dict. regul.* 150. *n.* 10. Gam. ma *deciſ.* 240. *numer.* 3. vbi Flores de Mena; vide *infrà, numer.* 89.

Ibi: *Huic communi opinioni præter alia.*

42 Verum non eſt, par ius habere Eccleſiam, ac filium in bonis patris citra Legitimam; imò hic præfertur, melioriſque conditionis cenſetur; vt conſtat ex ijs, quæ notantur in *dict. cap. in præſentia*: nam etſi iuxta illud, facta ſubſtitutione ſub conditione: *Si ſine liberis hæres decedat*, ſubſtitutus excludatur, ſi inſtitutus monaſterium bonorum capax ingrediatur; id tamen limitatur, quando filius teſtatoris fuit ſubſtitutus, quo caſu ipſe admittitur, monaſterio excluſo; Mantic. *de coniect. vltim. volum. libr.* 11. *tit.* 7. *numer.* 13. Fuſar. *de ſubſtitutionibus, quaſt.* 419. *numer.* 48. Menochi. *de præſumpt. libr.* 4. *præſumpt.* 83. *numer.* 44. Guttier. *d. cap.* 31. *numer.* 35. Sanch. *dict. cap.* 16. *num.* 38. 39. qui multos refert. Vndè conſtat, filium monaſterio eſſe potiorem. Idem comprobatur ex eo, quod filius reuocat donationem antea à patre factam in totum, iuxta *dict. l. ſi vnquam*: quod ius non competit monaſterio, quod donator ingreditur, licet de ipſo, cùm donabat, minimè cogitaſſet, Tiraquel. *verb. Suſceperit liberos, à num.* 42. Iul. Clar. *dict. q.* 23. *num.* 2. Mangil. *quaſt.* 111. *à num.* 7. Molin. *dict. lib.* 4. *capit.* 9. *num.* 51. Falcon. *ſup. num.* 23. Hermoſ. *gloſ.* 7. *num.* 4. 5.

Similiter filius ex bonis paternis Legitimam non de- 43
bet aſcendentibus patris: Monaſterium teneri eam præſtare poſt mortem Religioſi, Sanch. *ſuprà, dict. libr.* 7. *cap.* 9. *numer.* 19. Aueñdano *in l.* 6. *Taur. gloſſ.* 8. & *in l.* 40. *gloſſ.* 4. *numer.* 23. Tapia *in auth. Ingreſſi, verbo, Ideòque nec de his; cap.* 1. *numer.* 9. Guttierr. *ſupra, dict. libr.* 2. *cap.* 1. *numer.* 95. 96. Ceuall. *quaſt.* 806. *à num.* 52. Caſtill. *libr.* 1. *vſuſfructuum. cap.* 65. *numer.* 2. Leſſi. *de iuſtit. & iur. libr.* 2. *cap.* 41. *dub.* 10. *numer.* 83. licèt contrarium receptius dicat, ac defendat Argel. *de acquir. poſſeſ. q.* 3. *art.* 17. *à num.* 18. Ad hæc, etſi filius præteritus annullet, aut rumpat patris teſtamentum, *l.* 1. & *per totum tit. ff. de liber. & poſthum.* Monaſterium Re- 44
ligioſi non infirmat antea conditum elogium, quamvis in eo præteritum ſe inueniat, Ceuall. *ſuprà, numer.* 11. Guttierr. *dict. capit.* 1. *numer.* 1. Ex quibus, & alijs pluribus, quæ adduci poſſent, conſtat, filium, & monaſterium diuerſo iure cenſeri.

Ad Num. 6.

Monaſterium, quod quis ingreditur, loco filij ipſius 45
non habetur, niſi in caſibus iure expreſſis, Sanch. *dict. c.* 16. *à numer.* 4. Molin. *d. libro. c.* 9. *n.* 45. Merlin. *d. quaſt.* 14. *n.* 10. Mangil. *ſupra, num.* 18. 19. & alij ab his laudati, de quo innumeros agentes congerit Barbos. *in dict. c. in præſentia, n.* 2. In cuius textus ſpecie monaſterium loco filij eſſe om- 46
nes fatentur, vt *ibi* probatur; non obſtante, quod Pontifex hæredis non filij meminerit; nam ſecundum ſubiectam materiam de filio ſenſit, licèt hæredem expreſſerit; vt in ſimili Vlpianus in *l. ex facto* 17. §. *fin. ff. ad Trebellian.* Quod autem dicitur in *Auth. de Sanctiſſim. Epiſcop.* §. *ſed & hoc præſenti*, conditionem haberi pro non ſcripta; locum habet, quando aliquid relinquitur, vel donatur in tempus nuptiarum, vel liberorum; vt in *l. ſi ita quis* 53. §. *vltim. ff. de legat.* 2. nam eâ conditione reiecta, qui Diuino cultui, vel Religioni ſe adſcribit, ſibi relictum, aut donatum capit. Non verò ſi quis reſtituere grauetur, *Si ſine liberis moriatur*; quia conditio nequaquam reijcitur, imò pro defecta habetur, ſi inſtitutus monaſterium ingrediatur, quod loco filij iure conſtituitur; alioqui ſi conditionem pro ſcripta non haberi dicamus, puta maneret ſubſtitutio, quæ ſub illa facta eſt, atque ita ſubſtitutus admitteretur.

Eſt notandum deciſionem *d. c. in præſentia*, limitari, cum in fraudem ſubſtituti grauatus ingreditur monaſterium; quia ſubſtitutus admittetur; fraus autem non præſumitur ex eo, quod in articulo mortis, quis Religioſus fiat, ſed aliundè probari debet; vt reſoluit *Molin.* poſt Antun. Gom. & alios, *de primogen. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 18. 29. Mantic. *de coniectur. vltim. voluntat. libr.* 10. *tit.* 4. *n.* 18. 19. Secundò limitatur, ſi alia pia Cauſa ſit ſubſtituta, Mantic. *libr.* 11. *cap.* 7. *n.* 12. Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ, privileg.* 95.

Ad Num. 7.

Ibi: *Quamobrem Richardus Malumbrius.*

Hæc ratio *Richardi* etiam reijcitur à Guttierr. *dict. capit.* 32. *num.* 57. Sanch. *de matrimon. libr.* 1. *diſputat.* 34. *numer.* 11. *verſ. Cæterum*, Cancer. *dict. part.* 1. *cap.* 24. *n.* 16. Molin. *diſputat.* 207. *num.* 18.

Ad Num 8.

Vbi expreſſè teſtator cauit, ne monaſterium exclude 47
ret ſubſtitutum, eius voluntatem ſervandam omninò eſſe, ſuſtinent etiam Guttierr. *n.* 26. Menchac. *de ſucceſſion. creat.* §. 21. *num.* 186. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. libr.* 11. *titul.* 7. *numer.* 18. Menoch. *dict. præſ.* 83. *numer.* 3. *cum alijs*, Cuſta *in capit. ſi pater, part.* 1. *verbo, ſi abſque liberis, numer.* 68. *de teſtament. in* 6. Argel. latè *vbi ſupr. quaſt.* 8. *art.* 19. *per totum*, & ab *art.* 25. materiam tractat; Cancer. *ſupr. capit.* 4. *numer.* 15. Atque ita eſt tenendum, etſi ex coniecturis tantùm id voluiſſe defunctum manifeſtè appareat; vt *in ſru ad numer.* 1. vbi D. Couar. docet, & comprobabitur *num* 82.

Ad Num. 9.

43 Si puellæ legentur ducenta, *Si nupſerit*; & centum, *Si fiat religioſa*, ei Religionem eligenti ducenta deberi, cum *Bart.* tuentur Beroi. *in dict. cap. in præſentia, num.* 494. Eue-rard. *loc. à matrimon. carnali ad ſpirituale*, *numer.* 8. Coſta *in l. cum tale*, *§. ſi arbitratu*, *ampliat.* 11. *numer.* 5. *ff. de condit. & demonſtrat.* Anton. Gabr. *commun. tom.* 1 *libr.* 10. *verbo, Legatum*, Pellizzar. *in manual. Regular. tom.* 2. *tract.* 10. *cap.* 3. *num.* 50. Tabiena *in ſumm. verbo*, *hæres*, *quæſt.* 16. *num.* 17. Roland. *conſ.* 35. *num.* 17. Gomez Vaio *in prax. libr.* 2. *quæſt.* 153. *num.* 26. & alij. Contra *infra*, *num.* 52.

Ad Num 10.

49 Deciſio *l. Titia* 99. *ff. de condit. & demonſtrat.* non procedit, ſi viduæ ſub ea forma legaretur; atque ideò, ſi
50 nupſerit, centum duntaxat percipiet. Nam conditio abſtinendi à nuptijs non reijcitur in viduis; *Auth. de nupt. §. quæ verò nun*, Guttierr. *de matrim. c.* 11. *à n.* 38. D. Couar. *eod. tract. part* 2. *c.* 3. *§.* 9. *num.* 14. Pat. Molin. *diſput.* 207. *n.* 3.
51 Sanchez *dict. lib.* 1. *de matrim. diſput.* 34 *n.* 15. Viduam accipere in præſenti debemus, quæ à viro ſuo fuit cognita, quare ei, quæ contraxit, nec conſummauit matrimonium, vel extra illud corruptæ, conditio viduitatis, ſiuè non nubendi, apponi non poteſt: & quod de fœminis dictum eſt, viris quoque conuenit; quæ vltra allegatos probant Anton. Gom. *variar. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 78. Coſta *in d. §. ſi arbitratu*, *limit. vltim.* Eman. Suar. *in Theſaur. receptar. ſentent. verb. Matrimonium*, & *verbo*, *Nuptia*. Matienz. *in l.* 3. *gloſ.* 2. *n.* 14. *tit.* 1. *lib.* 5. *Recopilation.* Gratian. *reg.* 83. *n.* 14. Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib.* 11. *cap.* 19. *n.* 2.

Ibi : *Contrariam ſententiam ob expreſſam teſtantis voluntatem.*

52 Quando relinquuntur ducenta, *Si quis nupſerit*; & centum, *Si religioſus fiat*; monaſterium ingredienti minor quantitas in hunc caſum relicta debetur: nam etſi legatum ſub conditione nuptiarum debeatur Monacho, ſiuè monaſterio, hoc fit ex præſumpta defuncti voluntate, qui creditur fauore Religionis idem relicturus, ſi proponeretur ei, legatarium illum perfectiorem ſtatum velle eligere; vt *D. Couarr.* quem omnes ſequuntur paulò poſt docet, *verſ. Sed etſi alicui*. Hæc tamen præſumptio locum habere non poteſt, vbi teſtator de vtroque caſu, tam nuptiarum, quam Religionis cogitauit, aſſignans quantum in vnoquoque foret præſtandum; & ſi plus tribueretur ingredienti monaſterium, quàm iuſſum eſt, contraueniretur
53 apertè eius, qui legauit, voluntati. Cum in manifeſtis, ac claris, nullus relinquatur locus coniecturis, *l. ille, aut ille, §.* 1. *ff. de legat.* 3. *l. continuus* 137. *§. cum ita, in fine, ff. de verbor. obligat.* Menoch. *ſupra lib.* 5. *præſ.* 40. *n.* 10. Sic præfatam concluſionem probant Cancer. *d. c.* 24. *n.* 10. Theſaur. *quæſtion foreaſ. lib.* 1. *quæſt.* 60. Sanchez *ſupra n.* 13. Mantic. *d. lib.* 11. *tit.* 18 *n.* 29. *cum alijs*, Menoch. *d. præſ.* 83. *n.* 26. Perez *in l.* 1. *ad finem, ante verbum*: Con buenos teſtimonios, *tit.* 2. *lib.* 5. *Ordinam.* Guttier. *d. c.* 21. *n.* 14. & *Canonicat. d. c.* 32. *n.* 58. Pat. Molin. *d. diſp.* 207. *n.* 15. Decian. *conſ.* 41. *n.* 30. *lib.* 1. Habes *ſuprà, num.* 48. qui contrarium ſuſtinent.

Verſ. *Nam quod frequenter.*

54 Leges conditionem inducentem viduitatem reijciunt, etiam contra manifeſtam teſtatoris voluntatem, & tuta conſcientia obſeruatur ob commune bonum, Mantic. *ſupr. num.* 4. Riminald. Iun. *conſ.* 215. *n.* 172. 173. Sanchez cum multis *d. lib.* 1. *diſp.* 34. *num.* 2. At conſtitutio *d. §. ſed & hoc*, præſenti innititur præſumptione. Idem Sanch. *num.* 29. Menoch. *ſupr. d. præſ.* 148. *num.* 14 Mantic. *dict. tit.* 18. *num.* 31.

Ibi : *Sed etſi alicui legata fuerint centum.*

55 Legatum alicui relictum, *Si nupſerit*, conſequitur legatarius monaſterium ingrediens. Ita ex *dict. §. ſed & hoc præſenti*, docent Cancer. *vbi proximè, num.* 21. Coſta *in d. §. ſi arbitratu*, *limit.* 4. *num.* 5. Mantic. *num.* 16. Guttierr. *conſ.* 26. *num.* 13. & *Canonic. dict. cap.* 32. *num.* 20. Menoch. *dict. præſ.* 148. *num.* 13. Perez *in l.* 1 *verbo*, *Legatum, col.* 45. *tit.* 2. *libr.* 5. *Ordinam.* Pat. Molin. *dict. diſp.* 207. *numer.* 13. Pellizzar. *ſupra*, *tom.* 2. *tract.* 10. *cap.* 9. *num.* 47. Sanch.
dict. libr. 1. *diſput.* 33. *num.* 29. Quod, cum procedat ex 56
præſumpta voluntate teſtatoris, vt nuper diximus; ceſſabit, nec legatum debebitur, vbi de contrario placito eiuſdem conſtiterit; Sanchez *num.* 30 vbi laudat alios, D. Couar. *in cap.* 3. *num.* 11. *verſ. Sextò, ex proxima, de teſtament.*

Idem iuris erit, ſi legatarius ſacris Ordinibus fuerit in- 57
ſignitus: nam & legatum capiet, quod tenebitur mortis tempore in vſus pios diſtribuere, ex *dict. §. ſed & hoc præſenti*, vt conſtat ex traditis per Sanch. *dict. libr.* 7. *cap.* 26. *num.* 32. Guttierr. *dict. cap.* 32. *in fine*, Menoch. *d.*
præſ 83. *num.* 65. *cum ſeqq.* Sed an idem dicendum ſit, ſi 58
legataria fiat Tertiaria, vulgò *Beata*? diſputat Caſtill *quotidianar. libr.* 5. *cap.* 8. & negatiuè reſoluit, nempè legatum non deberi: ſequitur Hermoſill. *in l.* 6. *gloſ.* 1. *num.* 18. *titul.* 4. *part.* 5. qui loquuntur de illis, qui regulam Tertij Ordinis Diui Franciſci profeſſi ſunt, quos Religioſos, aut Eccleſiaſticos non eſſe, nec fori priuilegio gaudere tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus, latè probat Ceuall. *tom.* 3. *cap.* 61. *à numer.* 15.

Illud tamen, quod pro virginibus maritandis relin- 59
quitur, ad monaſterium ingredientes nequit applicari, Sanch. *dict. lib.* 1. *diſp.* 33. *num.* 32. vbi plures, Guttierr. *dict. cap.* 32. *num.* 20. Baeza *dict. tract. de non melior. filiab. c.* 14. *num.* 9. Bald. Nouel. *de dot. priuileg.* 77. *num.* 2. Mantic. *ſupra lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 21. Contrarium nouiſſimè tuetur Dian. *reſolut. moral. part.* 5. *tract.* 14. *reſolut.* 35. vbi Pontius, & Ochagauia, quorum primus ait, inter Salmanticenſes Theologos fuiſſe communem: ſecundus, in foro contentioſo ita practicari. Accedit Pellizzar. *ſupra*, *num.* 48. Et licèt prima opinio Sancij verior videatur; hæc vltima poſſet admitti, quoties teſtator legauerit pro dotandis fœminis ſibi coniunctis, quia ſaltem in genere habuit ad perſonas affectum; ex quo oritur præſumptio, vt quod ad nubendum conceſſit, etiam ad ingreſſum Religionis præſtaret. Quod & ipſe Sanchez ſentit *dict. num.* 38. *verſ. Hoc tamen fatendum.*

Ibi : *Sic legatum ea conditione*, Si non nupſerit.

Legatum ſub conditione, *Si non nupſerit*, nubenti debe- 60
tur, *l. quoties* 22. *l. cum tale* 71. *§. Meuia. l. mulieri* 73. *ff. de*
condit. & demonſt. Hoc ita, quia publicè intereſt, matri- 61
monia frequentari, vt liberis hominibus ciuitas augeatur; *l.* 2. *C. de indict. viduit. tollend.* Coſta *in dict. §. ſi arbitratu*, *limit.* 1. Sanch. *dict. diſput.* 34. *numer.* 3. Guttierr. *de matrimon. dict. cap.* 21. *num.* 5. Anton. Gom. *dict. capit.* 12. *num.* 78. Cancer. *ſuprà, dict. num.* 10. *verſ. Contrarium*, Gratian. *dict. reg.* 83. *in princip.* Mantic. *dict. capit.* 19. *in prin-*
cip. Quod limitandum eſt, ſi viduæ ea conditio appona- 62
tur, vt ſupra notatum eſt. Vel ſi pia cauſa, *libertas* ſcilicèt 63
ſubſtituatur, cùm legataria nupſerit; veluti ſi ſeruus legetur ſub conditione non nubendi, & ſi nubat, liber eſſe iubeatur; nam libertatis fauore legataria nubendo legatum amittit, vt illa comperat, *l. Titio vſusfructum* 95. *§.* 1. *ff. de condit. & demonſt.* Quod etiam ad alias ſimiles cauſas extendunt Gratian. *num.* 16. Euerard. *in loc. leg. loc.* 37. *à libertate ad piam cauſam*, & non pauci cum Sanchez *d. diſput.* 34. *num.* 34. De quo meritò dubitari poteſt ob maximum matrimonij fauorem: Erit tamen omninò verum, ſi in redemptionem captiuorum defunctus applicauerit, quod reliquit, *Si legataria nupſerit*, vt ex *dict. §.* 1. plane deducitur. Prætetea limitatur, cùm legatur alicui extraneo, *ſi aliquis non nupſerit*, nam conditio non reijcitur, Mantic. *dict. c.* 19. *num.* 5.

Quod ſi teſtator centum leget, ſub conditione non 64
nubendi, &, ſi aliter fiat, nihil præſtari expreſſim cauerit, adhuc debebitur legatum (quicquid doceant contrà in vtroque foro, Medin. *tract. de reſtitut. quæſt.* 13. *verſic. Reſpondeo ſaluo meliori iudicio*, Guttier. *Canonicar. c.* 25.

à numer. 15.) vt tenet Sanchez *dict. diſputat.* 34. *numer.*
6. Mantic. *vbi proximè num.* 4. qui in ſimili loquitur caſo,
nam, cum lex reſpicat huiuſmodi conditionem non inter-
pretando, ſed infringendo defuncti voluntatem, quatenus
eſt communi vtilitati contraria, nihil intereſt, an illa ex-
65 preſſa ſit, vel tacita. Præterquamquod illud cenſetur ex-
preſſum, quod ex verbis diſponentis colligitur manifeſtè;
Gloſ. optima, *verbo, adimitur, in l. ſi legatum purè* 10. *ff. de
adimend. legat.* Tiraquel. *de legib. connub. l.* 16. *gloſ.* 7. *à num.*
176. Carleual. *de iudic. tom.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 5. *num.* 16. Me-
noch. *ſupr. lib.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 3. Toridut. *quæſtion. ciuil. c.* 53.
num. 2. Mantic. *ſupra lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 8. Sed ex illis ver-
bis: *lego ſi non nupſeris*; apertè deducitur, teſtatorem ni-
hil legare voluiſſe, ſi legatarius ineat matrimonium, vt
notum eſt; & probatur argumento *l. pecuniam* 36. *ff. ſi
cert. petat. l. cum centum* 9. *cum ſeq. ff. de adimend. legat.*
Ergo cùm lex concedit legatum nubenti, id facit contra
expreſſam, ac manifeſtam voluntatem defuncti, Sanch.
dict. c. 10. *num.* 11. Nihilque intereſt, ſi id, quod ſatis ex-
preſſum eſt, magis ſpecialiter explicetur; imò quamvis
concederetur, tacitam eſſe voluntatem non legandi lega-
66 tariæ nupturæ, adhuc idem eſſet dicendum. Siquidem ta-
citi, & expreſſi idem eſt iudicium; *l. cum quid* 3. *ff. ſi cert.
petat. l. iam hoc iure* 4. *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Menoch. *ſu-
pra dict. libr.* 4. *præſ.* 89. *num.* 40. Argel. *de acq. poſſeſ. q.* 6.
67 *art.* 12. *num.* 10. Nec expreſſio eius, quod tacite ineſt, quic-
quam operatur, *l. hæc verba* 3. *ff. de legat.* 1. *l. in conditioni-
bus* 9. §. 1. *l. aliquando,* 107. *ff. de condit. & demonſtr. l.* 4. *C.
de fideiuſſor.* Mantic. *ſupr. lib.* 5. *tit.* 6. *num.* 5. Carleual. *ſuprà,
tom.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 8. *num.* 65.

Ibi: *Non tamen idem erit obſeruandum.*

68 Conditio, *ſi religioſus fiat, vel presbyter,* minimè reij-
citur, imò omninò eſt ſeruanda, nec capietur relictum, ſi
is, cui fuit oppoſita, matrimonium contrahat; Bald. *in
auth. ſi cui relictum, num.* 3. *C. de indict. viduit. tollend.* vbi
Caſtrenſis, & Iaſ. Coſta. *ſuprà. limit.* 3. *num.* 1. Ant. Gom.
d. cap. 12. *num.* 78. *verſ. Item adde,* Ant. Gabr. *commun. tom.* 2.
lib. 10. *verbo, Legatum, fol.* 19. Pat. Molin. *dict. diſput.* 207. *n.* 6.
69 Conditio autem continenter viuendi remittitur; & quod
ſub eà relictum eſt, etiam nuptijs contractis, legatarius
lucrabitur; quoniam immediatè matrimonio opponitur,
nec fauore Religionis defenditur, Mantic. *d. tit.* 19. *num.* 30.
Sanch. *d. diſp.* 34. *n.* 15. fallit, ſi nuptæ apponatur; nam in-
telligitur poſt viri mortem, Mantic. *ibidem.*
70 Dubium eſt, an cui conditio ingrediendi Religionem
eſt appoſita, conſequatur relicta, profitens Regulam ter-
tij Ordinis Diui Franciſci, deferens habitum ipſius, du-
71 ceuſque vitam cælibem ſub expreſſo caſtitatis voto? Quæ
neceſſariò deſiderantur, vt Tertiarij gaudeant Religio-
ſorum priuilegijs, iuxta Concilium Lateranenſe *ſeſſ.* 11.
celebratum ſub *Leone Decimo*: Pellizzar. *ſup. tom.* 2. *tract.*
10. *cap.* 9. *num.* 50. Qui *num.* 48. *verſ. Addit Diana,* ſentit,
legatum deberi, cum Diana *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2.
reſolut. 84.
Sed contrarium tenent Caſtill. Hermoſ. & alij, quorum
nuper meminimus ſub *num.* 58. Et rectè, nam cum hi non
emittant tria vota eſſentialia Religionis, de quibus in
cap. cum ad monaſterium, 6. *in fine, de ſtat. Monachor.* verè re-
ligioſi eſſe non poſſunt; Sanch. *in precept. decalog. libr.* 5.
cap. 1. *numer.* 16. Pellizzar. *tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 15. Pat.
Suar. *de Religion. tom.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. Ceuall. *d. q.* 61. *à n.* 15.
Atque ita conditio religioſum ſtatum aſſumendi, per pro-
feſſionem talis Regulæ tertiariæ non adimplebitur. Nec
72 refert, quod gaudeant priuilegijs religionis Tertiarij, ita-
que dici poſſint Religioſi, vt Pellizzar. & Diana *ſupr.*
ſentiunt: Nam conditiones ſpecificè ſunt implendæ non
impropriè, mediante aliqua fictione, vel ſimilitudine, *l. ſi
ita quis,* 53. §. *vlt. ff. de legat.* 2. *l. qui heredi,* 44. *l. fideicommiſ-
ſum,* 75. *ff. de condit. & demonſt. l. ex ea part.* 121. §. *in inſulam,
ff. de verbor. obligat. l. fin. C. de iis, qui ven. ætat. impetrau.*
73 Similiter dicendum videtur de Equitibus Ordinum Mi-
litarium, qui percipere non poterunt relicta ſub condi-
tione, vt fiant Religioſi: quod in Ordinibus Diui Iacobi,
Calatrauæ, & Alcantaræ proculdubio admittent plures,
qui ſentiunt eorum Equites verè Religioſos non eſſe, quos 74
congeſſit Carleual. *tom.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *nu.* 413. etſi valdè
controuerſum ſit; de quo latè diſputant Pater Suarez *ſu-
pra, to.* 4. *lib.* 1. *c.* 4. *à n.* 8. Sarmient. *de redirib. Eccleſiaſtic.
part.* 4. *c.* 1. *n.* 13. & in *defenſione eiuſdem tractatus, part.* 1. *in
reſponſ. admonit.* 55. *à nu.* 1. Didac. de la Mota *de confirmat.
Ordin. Diui Iacob. l.* 2. *c.* 1. §. 2. 3. 4. *& c.* 2. *per totum.*
Sed adhuc tenendo ſententiam, quæ eos Religioſos ve- 75
ros eſſe aſſeuerat, à propoſita concluſione recedendum
non eſt; quia verba in quacumque diſpoſitione ſunt acci-
pienda ſecundum communem loquendi vſum, etiam con-
tra eorum proprietatem, *l. librorum,* 50. §. *quod tamen Caſ-
ſius, ff. de legat.* 3. *l. Labeo* 7. §. 1. *in fine, ff. de ſupellect. legat.*
Molin. *de primogen. lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 53. *verſ. Quibus adijcitur,*
Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 18. *n.* 3. *& lib.* 6. *diſp.* 23. *num* 3.
Hermoſ. *in rubric. n.* 5. *tit.* 5. *par.* 5. Iaſ. *in rubric. ff. de nou.
oper. nunciat.* Menoch. *conſ.* 631. *n.* 9. 15. Mol. *in empor.
iur. tit.* 8. *de reb. credit. qu.* 1. *n.* 5. 6. *& qu.* 19. *num. vlt.* Cum-
que ex communi loquendi conſuetudine, *Religioſorum* ap-
pellatione non veniant militares, qui *Equites* vulgò nun-
cupantur, conſequens eſt, vt de militari Religione teſta-
tor ſenſiſſe minimè cenſeatur. Quapropter qui profeſſus
fuerit Ordinem Militarem, non obtinebit legatum Reli-
gioſo relictum. Quod comprobatur ex doctrina Sanch. *in
precep. Decalog. lib.* 4. *c.* 16. *nu.* 11. 12. 31. Pellizar. *d. tom.* 1. 76
tract. 4. *c.* 1. *n.* 42. 49. & aliorum docentium, vouentem in-
gredi Religionem, neutiquam ſatisfacere obligationi,
emittendo profeſſionem in Ordine Militari etiam Diui
Ioannis, cuius Equites veros Religioſos eſſe, nullus infi-
ciatur; Nec tenetur habitum militarem aſſumere, ſi in alijs 77
Religionibus non admittatur.
Eſt ad præmiſſa ſuprà notandum, ſufficere ad perce- 78
ptionem legati, quod legatarius Religionis habitum aſſu-
mat, & ſi illum intra annum nouitiatus relinquat, modò
citra fraudem, iuſtâque cauſa fiat, veluti quia experimen-
to cepit, ſe ineptum eſſe Religioni, vt probat Sanch. con-
tra alios, *d. diſp.* 34. *num.* 16. 17. vbi notat, hoc eſſe verum,
ſiue dicat teſtator: *Lego ſi ingrediatur Monaſterium,* ſiue:
Si Religioſus fiat. Sed ſi legatarius, vel hæres poſt diem 79
legati cedentem, aut delatam ſucceſſionem nuptias cele-
brat, relictum irreuocabiliter amittit; nec proderit, ſi ſo-
luto matrimonio, Religioſus fiat; Sanch. *diſp.* 35. *num* 17.
Coſta *in d.* §. *ſi arbitratu. limit.* 3. *n.* 23. Molin. *de primogen.
lib.* 2. *c.* 13. *n.* 16. per *l. hæc conditio,* 29. *l. hoc genus,* 103. *ff. de
condit. & demonſt. l. matrimonij,* 21. *ff. qui, & à quib.*

Ibi: *Et tamen, his præmiſſis, non eſt penitus recipien-da.*

Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale non 80
procedit, quoties diuerſa militat ratio, Sanch. *d. diſp.* 34.
num. 12. Guttier. *d. lib.* 1. *Canonicar. c.* 25. *num.* 5. Cancer. *d.
cap.* 24. *n.* 20 *verſ. Contrarium.*

Ibi: *Igitur non ita erit reijcienda.*

Quod legatarius Monaſterium ingrediens capiat lega- 81
tum ſibi relictum ſub conditione: *Si. Religioſus non fiat,*
docent Coſta *in d.* §. *ſi arbitratu, ampliat.* 1. *n.* 1. Parill. *in
d. c. in præſentia, nu.* 137. 143. *de probat.* Euerard. *in Cent. le-
gal. loca à matrimon. carnali ad ſpiritual. numer.* 5. Roland.
conſ. 55. *n.* 20. 15. *lib.* 3. Medina *tract. de reſtit. q.* 23. §. *itaque
quatuor conditiones,* Ledeſma *part.* 4. *quæſt.* 18. *art.* 1. *dub.* 14.
fol. 227. *col.* 1.
Oppoſitum tamen cum *D. Couarr.* probant Sanch. *dict.
diſp.* 34. *n.* 11. Guttier. *ſuprà,* Mantic. *d. lib.* 11. *tit.* 18. *n.* 11;
vbi alij, Menoch. *d. præſ.* 83. *n.* 18. 19. 23. Pat. Molin. *d. diſp.*
207. *n.* 14. Cancer. *vbi proximè,* quod verius eſt.

Ibi: *Quamobrem primò infero.*

Has tres illationes approbat Sanchez *d. diſp.* 34. *num.* 14.
Guttier. *d. c.* 32. *n.* 30. Padill. *in l. cum acutiſſimi, n.* 45. *C. de
fideicommiſ.* Molin. *de primogen. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 54. Marzari.
in epitom. fideicommiſ. q. 31. Pat. Molin. *d. diſp.* 207. *num.* 14.
Cancer. *num.* 14.

Ad Num. 11.

Ibi: *Quartùm, verum eſſe, cenſeo.*

82 Quod expreſſa voluntas teſtatoris excludat Monaſterium in caſu *d. cap. in præſentia*, ex multis comprobauimus *ſuprà, ad numer. 8. in princip.* Idem eſt, ſi de tali voluntate excluſiua Monaſterij ex coniectura manifeſtè appareat: veluti ſi filius teſtatoris ſit ſubſtitutus, aut cum aliquis ea familia eo animo, vt in illa perpetuo bona permaneant titulo maioratus, ſubſtituatur; Menoch. *num.* 44. 45. Guttier. *num.* 29. *&* 35. Fuſar. *quæſt.* 419. *num.* 48. 55. Ita docent Pellizar. *ſupra, tract.* 8. cap. 7. num. 14. Rodrig. quæſt. 77. art. 4. Menoch. *d. præſump.* 3. *à num.* 2. Pat. Molin. *diſp.* 190. *num.* 19. Guttier. *dict. cap.* 31. *num.* 28. Balb. *in l. fin. in princip. num.* 1. 2. *C. de Epiſcop. & Cleric.* Ripa *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, el* 1. *num.* 39. *ff. ad Trebellian.* Alciat. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in* 2. *lect. num.* 7. *ff. de liber. & poſthum.* Coſta *in cap. ſi pater, part.* 1. *verb. Si abſque liberis, num.* 68. *de teſtament. in* 6. Mantic. *dict. lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 18. *& tit.* 18. *num.* 31. Medices *tract. Mors omnia ſoluit, part.* 3 *num.* 47. Villalob. *commun. lit. M. verbo, Monaſterium,* Sforcia Odd. *de compendioſ. ſuſtitut. part.* 6. *quæſt.* 2. *art.* 6. *dub.* 2. *num.* 24. Franchis *deciſ. Neapolit.* 29. *num.* 7. *part.* 1. Cacheran. *Pedemont. deciſ.* 126. *num.* 24. Menchac. *de ſucceſ. creat. lib.* 3. §. 21. *num.* 167. *cum ſequentibus,* Aluar. *de coniectur. ment. defunct. lib.* 1, *cap.* 5. *in princip. num.* 3 Galganet. *de condit. & demonſt. part.* 1. *cap.* 8. *à num.* 45. Lelij. Zecchi. *de Repub. Eccleſiaſt. tit. de Regular. cap.* 1. *num.* 14. *ampliat.* 15. Sanch. apud quem & alij multi, *dict. lib.* 7. *cap* 16. *num.* 12. Quæ ſententia eſt tenenda, licet plurimi ſentiant, Monaſterium non poſſe excludi per expreſſam, aut coniecturatam voluntatem teſtatoris, quos ipſe Sanch. congerit, *num.* 11. De quo videre oportet Mantic. *dict. tit.* 7. vbi plures caſus refert, in quibus Monaſterium non excludit ſubſtitutum, & latiùs Barboſ. *in collect. ad dict. cap. in præſentia, à num.* 3.

Ibi: *Ex quibus ea eſt vera.*

83 Hæc ratio decidendi, ad *dict. §. ſed & hoc præſenti,* communiori Doctorum calculo comprobatur, quam tradunt Sanch. *ſupra num.* 3. vbi plurimi Fortun. *de vltim. fine, illat.* 16. *num.* 29. Galganet. *ſupra, cap.* 18. *num.* 51. Beroi. *in ſuis quæſtionib. quæſt.* 34. *num.* 4. Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 28. *num.* 75. Mantic. *d. tit.* 7. *num.* 7. *& tit.* 8. *num.* 31. Flores de Mena ad Gamm. *deciſ.* 319. Gutrier *d. cap.* 25. *num.* 6. Pat. Molin. *diſp.* 190. *col.* 13. *verſ. Quando quis.*

Ibi: *Quibus animaduerſis apparet verum eſſe.*

84 Subſtitutum per Monaſterium excludi, etiam ſi dictum fuerit: *Si ſine liberis veris, & ex ſuo corpore natis inſtitutus decedat,* tenent Sarmient. *ſelect. libr* 8. *ſuper §. is cui in tempus, num.* 2. qui eſt ſub *l. ſi ita quis.* 53. *ff. de leg.* 2. Vrſill. ad Afflict. *Neapolit deciſ.* 348. *in fine,* & *deciſ.* 350. *num.* 4. Auendañ. *in l.* 40. *Taur. gloſ.* 4. *num.* 30. Pater Molin. *d. diſput.* 190. *num.* 28. *in fine,* Gamma *deciſ.* 316, *num.* 2. *part.* 1. Perez *in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 5. *Ordinam. fol.* 1, 4. Armilla, *verbo, hæreditas, n.* 22. Galiaula *in d §. & quid ſi tantum, num.* 18. Bald. *in d. cap. in præſentia, num.* 5. Antonin. *num.* 26. Abbas *n.* 48. Aretin. *à n.* 68. Deci. *n.* 232. Felin. *n.* 36. Ferret. *n.* 104. Pariſi *à n.* 136, & alij plures laudati à Sanch. *ſupra n.* 52. qui eos ſequitur.

Verſ. *Quam opinionem*, ibi: *Quamuis non deſint & plures.*

85 Quod in prædicta ſpecie Monaſterium penitus excluditur, admiſſo ſubſtituto, contra nuper laudatos ſentiunt Menochi. *d. præſ.* 83. *à num.* 27. *ad* 35. *& n.* 49. Guttier. *d. c.* 32. *à n.* 41. Spino *in ſpecul. teſtament. gloſ.* 12. *princ. n.* 3. Caualcan. *deciſ.* 1. *num.* 3. *part.* 3. Petr. Gregor. *Syntagmat. iur. lib.* 24. *cap.* 28. *numero* 27. Hoſtienſ. *in cap. Rainaldus num.* 20. 21. *de teſtament.* vbi Ioan. Andr. *num.* 10. Cardinal. *in fine princip.* Alciat. *in dict. §. & quid ſi tantum,* 2. *lect. num.* 7. Menchac *de ſucceſ. progreſ. lib.* 3 §. 26. *numer.* 41. Simon de Prætis *de interpretat. vltim. voluntat lib* 2. *interpretat.* 2. *dub.* 2. *num.* 105. Mantic. *dict. lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 10. Sforcia Odd. *ſupra part.* 6. *quæſt.* 2. *artic.* 6 *dub.* 2. *num.* 9. & multi alij apud Sanch. *ſuprà, num.* 51. Conſtat itaque, vtramque opinionem ſatis probabilem eſſe, ac communem; tamen prima, quæ *D. Couar.* placet, vt magis pia, ita & probabilior videtur; quamuis Cancer. *dict. cap.* 24. *num.* 18. aſſerat, hanc vltimam opinionem in praxi receptam, quam idem probat.

86 Eſt hic animaduertendum, Monaſterium incapax ſuccedendi, nunquam excludere ſubſtitutum, imò ſtatim profeſſione per inſtitutum emiſſa, bona illi acquiri, etſi de hoc vltimo varie ſentiant Scribentes, vt videre licet apud Sanch Parlad. & alios ſtatim referendos.

87 At cum Monaſterium incapax non eſt, licet excludatur per voluntatem teſtatoris, vt dictum eſt, bona non quæruntur ſubſtituto poſt profeſſionem, ſed poſt mortem Religioſi, interimque Monaſterium potitur bonis reſtituendis. Vnde ſi prius decedat ſubſtitutus, quam Religioſus, omnimodò Monaſterio bona in perpetuum cedent; Mantic. *dict. titul.* 7. *num.* 8. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 359. *n* 61. Aug. Barboſ. *de appellatiua verbor. vtriuſque iur. ſignif. appellat.* 99. *numer.* 129. Farin *in fragment crimin. lit. M. num.* 380. Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom* 2. *quæſt.* 77. *artic.* 4. Pelliazari. *ſupra, dict. cap.* 7. *numer* 15. 17. Pat. Molin. *dict. diſp.* 190. *numer.* 34. *verſ. In quocumque autem,* Tapia *in auth. ingreſſi, verbo, Sua, cap.* 13. *num.* 49. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Caſanat. *conſ.* 26. *num.* 4. Boëtt. *deciſ.* 354. *num.* 3. Peregrin. *ſupra, art.* 18. *numer.* 81. Socin. Iun. *in dict. §. & quid ſi tantum, numer.* 23. vbi Lancelot. *numer.* 18. Menochi. *dict. præſ.* 83. *numer.* 71. Caualcan *deciſ.* 1. *numer.* 30. 34. *part.* 3. Guttier. *dict. capit.* 32. *numer.* 25. Parlador. *different.* 147. §. 1. *num.* 1. 13. Sanch. *cap.* 16. *numer.* 10. 13. *cum ſequentibus.* Cancer. *numero* 29. 30. ex quibus maximè conſulendi ſunt Pellia. & Sanch. qui omnia ſuprà tradita pleniùs probant.

88 Verùm ſi grauatus ingrediatur Religionem Societatis Ieſu, propter eius ſpeciale ſtatutum bona non pertinebunt ad ſubſtitutum poſt emiſſa vota profeſſionis primæ, quæ biennio elapſo fit, quia ipſe Religioſus ea ſicut cætera ſua retinet vſque ad emiſſionem votorum, quæ *Coadiutorum formatorum* vocant, ex quo ſubſtitutus relicta percipiet, Sanch, *num.* 20, 21, qui *num.* 22. docet, quod ſi talis grauatus ante hæc vltima vota renuntiauerit bonis in fauorem Societatis, ipſa admittenda erit remoto ſubſtituto, quia licet Collegia, & domus illius Religionis, quæ *Profeſſa* dicuntur, ſuccedere nequeant ab inteſtato, poſſunt tamen capere ex teſtamento cuiuslibet, ante renuntiatione ſuorum Religioſorum. Quod eſt intelligendum quando ſolum incapacitas ſuccedendi obſtat, vt Religio non excludat ſubſtitutum Ex quibus deducitur, vt ſi poſt vota primæ egrediatur inſtitutus, iam facta renunciatione, Societas bona, quæ erant reſtitutioni ſubiecta, retinebit, tam grauato, quam ſubſtituto penitus excluſis; ſequitur Pelliazari. *num.* 16. Quæ doctrina non diſſonat, attenta ratione textus in *dict. §. ſed & hoc præſenti,* ad cuius intellectum plenum maximè conducunt latè tradita, per Sanch. *dict. cap.* 16.

Ibi: *Hactenus igitur probare conati ſumus.*

89 Aduerſus eos, quos ſupra recenſuimus, ad *numer.* 5. *verſ. Quæſtioni tandem, num.* 41. dicendum eſt, donationem etiam Eccleſiæ factam per ſuperuenientiam liberorum in totum fieri irritam iuxta *dict. l. ſi vnquam,* cum D. Couar. *in præſenti,* Iul. Clar. *dict. §. donatio, quæſt.* 23. *num.* 2. Salaed. *in addit. ad Bernar. Diaz dict. reg.* 213. *limit.* 3. Mangil. *dict. q.* 121. *num.* 28. Marta *deciſ.* 61. *num.* 14. Fachinæ. *lib.* 3. *controuerſiar. cap.* 86. Hermoſilla *in dict. l.* 6. *gloſ.* 4. *num.* 5. *titul* 4. *part.* 5. Et licèt contrarium magis ſit pium, hoc veritati conſonat, ſiquidem homines liberis orbati frequenter Eccleſijs bona propria conferunt, raro autem patres piam cauſam propriæ ſoboli præferunt, immenſis donationibus factis.

90 Quoad locum verò D. Auguſtini relatum, in *dict. cap. quicumque,* 17. *quæſt.* 4. ſi ipſius menti ſtandum eſt, loquitur duntaxat de legitima filijs debita: quoniam præmittit,

peccare

peccare patrem conferentem Eccleſiæ, quod illis relinquere tenebatur, alioqui non eſſet reprehendendus; imò laudandus; qui in opus pium erogaret, quod in vſus profanos bene poterat diſtribuere; ad quam ſententiam comprobandam vtitur exemplo Epiſcopi illius, qui reſtituit bona Eccleſiæ ſuæ donata propter prolem donatori natam, aſſerens non poſſe ea retinere ſine peccato; cuius ratio eſt, vt ex ijs, quæ præmiſerat Sanctus, colligitur: nam cùm parens nequiret filios fraudare debita hæreditate, Epiſcopus ex iniuſta acceptione reſtituere debebat. Quibus non obeſt, quod ibi dicitur, in Epiſcopi eſſe poteſtate non reddere iure fori: Nam non eſt intelligendum, vt ſecundum ius donatio non reuocetur, atque ita Prælatus ille bona in iudicio defendere poſſet: quod verum non eſt; ſed ex hypotheſi in foro externo Epiſcopus reddere donata non cogeretur, quia à nemine petebantur, ſiquidem donator de repetitione minimè cogitabat, vt patet ibi: *Nec etiam opinanti illi.* Ex quo loco ſic expoſitu nihil deduci poteſt, quod ad præſentem quæſtionem attineat; cùm D. Auguſtinus non diſcutiat, an in totum, vel pro parte illa donatio reuocari deberet, neque aliquid circa ius decernat; ſed factum laudat, non aperiens, an Epiſcopus plus reddiderit quam debebat, quod & nos latet, ignorantes illius Ciuitatis ſtatutum, vel conſuetudinem. Conſtat tamen, ſecundum hanc vltimam opinionem, quam nuper probauimus, factum Epiſcopi iuris communis regulis eſſe conforme.

91 Quando donatio fit Eccleſiæ pro exoneranda donatoris conſcientia, veluti in ſatisfactionem perperam quæſitorum, filij neque quoad Legitimam auocare donata poſſunt, in quibus Eccleſia liberis omninò præponitur, etiam in Legitima, Menoch. *dict. lib.4. præſ.189. num.136. ad 139.* vbi alios refert.

Ad Num. 12.

92 Multum intereſt inter remedia *d.l. ſi vnquam*, & *l. 1. C. de inoffic. donat.* Primum competit, vbi apparet, vel iure præſumitur, quod ſi donator exiſtimaret ſe liberos ſuſcepturum, non donaſſet; quare ex defectu conſenſus in totum fauore ipſius donatio reuocatur, filio ſuperueniente; intelligitur enim donatum ſub ea conditione. *Secundum* datur, cùm donator non ideò à donando abſtineret, quod de propria ſobole cogitaret, vt cum illam habendo, vel habere ſperando, donatur contra paternæ pietatis officium; vndè donatio ita facta, inofficioſa dicitur; quare filijs aduerſus patris voluntatem auxilium indulgetur, vt de inofficioſa donatione agentes, quod ipſis donator pater auferre non potuit, conſequantur; Fontan. *ſupra, part.2. clauſ.5. gloſ.8. part.3. num.15.42.* Mangil. *quæſt. 97. num.18.* Tiraquel. *in d. l. ſi vnquam, in præfat. num. 92.* Hermoſ. *in d.l.8. gloſ.2. num.17. & gloſ.12. num.1.* Tondut. *quæſt. ciuil. cap.54. num.11.* Addition. ad Clar. *ſup. quæſt.24. lit. A.*

Ibi: *Nam iure compertum eſt*

De hoc dictum eſt ſatis ſuprà, *in principio huius capitis.*

Ibi: *Quod ſi donatio reuocetur ex poſteriori capite.*

93 Donatio inofficioſa cenſetur, quando legitima ſalua non remanet ei, cui de iure debetur; Iuli. Clar. *d. quæſt.24. num.2.* Trentacinq. *dict. tit. de donat. reſolut.4. n.3.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.729. num.37.* Merlin. *ſupra, lib. 2. tit. 1. quæſt.21. num.11.* Menoch. *conſ. 923. num.24.* Anton. Gom.
94 *dict. cap.4. num. 13.* Tuſch. *D. concl. 684. num. 1.* Vnde nedum deſcendentes, & aſcendentes, ſed etiam fratres, & ſorores vtrinque coniuncti, aut ex eodem patre nati, poterunt donationem turpi perſonæ factam, vt inofficioſam reuocare; quia perſonis turpibus inſtitutis, debetur illis Legitima; aliàs ſi non relinquatur, de inofficioſo teſtamento agere permiſſum eſt; *l. Fratres 27. C. de inoffi. teſtam. l. 12. tit.7. part.6. §. ſoror. Inſt. eod.* Ita tenent Merlin. *ſupra lib.1. tit.2. quæſt.13. num.1.5. & d. qu.21. num.8. 9.* Cuiac. *lib.17. obſeruat.40.* Caſtell. *quotidianar. lib.2. cap.19.* Trentacinq. *num.14.* Imò talis donatio in totum per Fratres re- 95
uocatur; vt ſentiunt vltra *Merlinum* Mangil. *qu.112. n.9. in fin.* Surd. *de aliment. tit.8. priuileg.95. n.10.* Ruin. *conſ.5. lib.3.* Deci. *conſ.530. verſ. Quintò quæritur.*

Quod tempus inſpiciendum ſit, ad computandum do- 96
natoris patrimonium, vt cognoſci poſſit, num donatio fuerit inofficioſa, apud nos ſine controuerſia eſt, tempus mortis patris, ſiue alterius donatoris attendendum, per *l. 9. Taur.* quæ eſt *l.4. tit.8. lib.5. Recopilat.* vbi notat Matienz. *gloſ.4. num.2.* Hermoſ. *in d.l.8. gloſ.12. num.29.* Angul. *in l.7. gloſ.1. à num.12 tit.6. de las mejoras, lib. 5.* Ant. Gom. *in d.l.29. Taur. num.35. verſ. Secundo infero,* Vnde ſi teſtator tot bona relinquat, vt donatio non excedat Quintum, ſi donatum fuerit extraneo; vel Tertium, & Quintum, ſi liberis; non dicetur inofficioſa donatio, quamuis inſpecto tempore, quo donatum fuit, talis eſſet. Aliter obſeruatur in dote, nam gener eligere poterit, vel tempus dotis conſtitutæ, vel mortis ſoceri, iuxta quod fiat computatio; *d.l.29. Taur.* vbi Ant. Gom. *d.n.35. verſ. Tertiò infero.* Hermoſ. *gloſ.13. n.31.*

De iure autem communi non ita compertum eſt. Aliqui 97
ſentiunt, etiam mortis tempus ſpectandum, vt Ant. Gom. *d. num.35. verſ. Secundo infero;* Mangil. *quæſt. 94. num.9.* & alij. Plerique tamen attendendum affirmant, cùm donatio fit; ita vt ſi tunc inofficioſa non fuerit, nequeat reuocari, etſi donator facultatibus exhauſtis moriatur; Cancer. *variar. reſolut. part.1. cap. 8. de donat. num. 78. verſ. Quod adeò verum eſt,* Ferrer. *part. 3. obſeruat. num. 303.* Merlin. *d. quæſt.21. num.46.* Fontanel. *ſupra, part.2. clauſ.5. gloſ.8. par.2. num.40.* Menoch. *de arbitrar. caſ.149. n.20.* Peregrin. *ſupra, art.36. num. 35.* Additio ad Clar. *quæſt. 24. lit. A.* & plures, quos referunt Hermoſ. *num.18.* & Merlin. qui *num.47. cum alijs,* limitat præfatam vltimam ſententiam, quando pater poſt primam donationem iure factam alias fecit, per quas Legitima filiorum fraudatur; nam putat, & primam poſſe retractari. Sed ea limitatio reijcienda eſt, prout eam reijciunt Trentacinq. *d. reſol.4. num.5.* Tiraquel. *in d.l. ſi vnquam, verbo, Omnia, vel partem aliquam,* Ioan. Griuel. *deciſ. Dolan.97. num. 15,* & alij, quos refert Hermoſ. *dict. gloſ.13. num.31.*

Ibi: *Vt donatio inofficioſa re & conſilio.*

Donatio Inofficioſa re, & conſilio, in totum reuoca- 98
tur; re tantum, vſque ad Legitimam, Trentacinq. *dict. reſol.4. num.2.* Marta *de ſucceſſion. legal. part.1. quæſt.25. art.7. num.2.* Mangil. *quæſt.23. num.21.* Gratian *dict. cap.729. à n.1.* Anton. Gom. *dict. lib.2. variar. cap.4. num.13.* Gutierr. *de iuram. confirmat. part.1. cap.5. num.13.* Iul. Clar. *dict. quæſt.24. num.2.* Fontanel. *dict. gloſ.8. part.2. à num.23.* Merlin. *dict. quæſt.21. num.18.25.* Hermoſ. *dict. gloſ.13. num.3.* Rota *deciſ. 488. num.19. part.1. in Nouiſ.* Menoch. cum multis *conſ. 923. num.20.* Cancer. *d. cap.8. num.110, 111.* Pat. Molin. *d. diſput.283. num.11.12.* licet dubius teneat, donationem re & conſilio inofficioſam, in totum non reuocari: idem tenet Trentacinq. *num. 2. verſ. Ego non audeo,* vbi pro vtraque parte plures refert.

Quod diximus, verum eſt, ſi extraneo fiat donatio; facta verò liberis, indiſtinctè vltra Legitimam non retractatur; Clar. Ant. Gom. Fontanel. Gutierr. *vbi proximè,* Tuſch. *lit. D. concl. 685. num.3. 6. 35.* Trentacinq. *num. 1.* Merl. *num.22.* P. Molin. *vbi proximè, num.1.* Seſſ. *Aragon. deciſ. 26. num.74.75.* Coſt. *in d. c. ſi pater, p.3. ver. Priuare non poſſit, num.16. verſ. His tamen non obſtantibus, & nu. ſeqq.* Parif. *de inofficioſ. donat. num. 11.* Cauall. *eod. tract. n.18.* Mangil. *d. quæſt.93. n.25.* Hermoſ. *dict. gloſ. 13. n.2,* Cancer. *num.182.* Quæ procedunt, etſi donationi quomodolibet iuramentum accedat; Molin. *num. 2.* Clar. *num. 3.* Trentacinq. *num.11. verſ. Et hæc donatio,* qui *num. 12.* notat, reuocationem iſtam iure ipſo non fieri, ſed per querelam inofficioſæ donationis, Tuſch. *n.23.24.*

Conſilio & re inofficioſa eſt donatio, cùm non ſolùm 99
liberi per illam Legitimâ fraudantur, ſed etiam donator hoc ipſum intendit. Re tantùm quando fraudare noluit qui donauit, in effectu tamen Legitima donando minuitur, vel aufertur; ſæpè enim de facultatibus ſuis plus,

quàm in eis eſt, ſpectant homines, §. *in fraudem, Inſt. quib. ex. cauſ. manumitter. non lic.* Sic docent Iul. Clar. *dict. num.* 1. *verſ. Dicitur autem,* Merlin. *dict. qu.* 21. *nu.* 18. Mangil. *ſupra n.* 16. Gratian. *d. cap.* 729. *à n.* 30. Cancer. *d. c.* 8. *n.* 128.

100 Conſilium fraudandi præſumitur, quoties quis habens filios ſucceſſionis capaces, immenſam facit donationem: quare fraudem probare non tenetur, qui aduerſus donationem venerit: ſecus eſt, ſi filius orbatus donet, Merlin. *ſupra, n.* 26. *cum ſeqq.* Oſaſch. *deciſ.* 122. Clar. *dict. q.* 24. *n.* 3.

101 Eſt notandum, quòd hæres donatoris non agit aduerſus donationem inofficioſam re, & conſilio, vt in totum reuocetur, ſed vſque ad Legitimam duntaxat, quia contra factum defuncti venire non licet; *l. cum à matre* 14. *C. de rei vendication. l.* 2. *tit.* 13. *part.* 5. Quod generaliter limitatur quoad Legitimam, cuius ſupplementum petere filius poterit, etiamſi hæres exiſtat patri, Merlin *numer.* 3. 2. Hermoſ. *numer.* 21. Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 8. *limit.* 12. *C. de bon. matern.* Bart. *in l. Titia*, §. *Imperator, num.* 4. *ff. de leg.* 1. Bald. *in l.* 2. *C. de inoffic. donation.* Simon de Pratis *de interpretation. vltimar. volunt. libr.* 5. *dub.* 2. *interpret.* 1. *numer.* 67. Menoch. *conſ.* 89. *num.* 93. Trentacinq. *num.* 11. *verſ. Non eſt diſcedendum.*

102 Idem iuris erit, ſi filio aliquid à patre relinquatur, vel donetur; nam agere niſi ad ſupplementum Legitimæ non valebit; Trentacinq. *dict. reſolut.* 4. *num.* 2. *verſ. Hæc concluſio,* Natta *conſ.* 125. *num.* 6. *vel.* 1. Tuſch. *dict. concl.* 85. *numer.* 32. Hermoſ. ill. *num.* 5. Merlin *num.* 23. D. Couar. *in cap. Raynutius,* § 10. *num.* 9. *de teſtament.* Suar. *receptar. ſententi. verb. Donatio, num.* 23. Clar. *dict. quaſt.* 24. *numer.* 4. Sed ſi cum teſtamento decedat pater, neceſſe eſt, vt id titulo inſtitutionis filio relinquat, Merlin. *dict. num.* 23. *verſ. Subdeclaratur,* Mangil. *quaſt.* 95. *num.* 43. 44. Clar. *libr.* 3. *receptar. ſentent.* §. *teſtamentum, quaſt.* 38. *num.* 1.

103 An fructus percepti ex re donata, cùm donatio vt inofficioſa reuocatur, reſtituendi ſint? controuertitur; de quo Hermoſ. *dict. gloſ.* 12. *num.* 22. Boeri. *deciſ.* 98. *num.* 6. Segura *in l.* 1. §. *ſi vir, col.* 26. *verſ. Tertia erit concluſio,* & *ibi* Perea *in addit. ff. de acquirend. poſſeſ.* Menchaca *controuerſiar. illuſtr. cap.* 38. *num.* 6. Trentacinq. *d. tit. de donat. reſolut.* 4. *n.* 131. videndus omninò Gregor. Lopez *in dict. l.* 8. *gloſſ.* 12. *ad finem.*

104 Donatio etiam remuneratoria vt inofficioſa reuocatur, Trentacinq. *d. reſolut.* 4. *num.* 10. Alexand. *conſ.* 55. *vol.* 1. Roman. *conſ.* 96. Gregor. Lop. *gloſ.* 13. Sed fallit, cum meritorum remuneratio peti iudicialiter poſſet, Parlador. *rer. quotidianar. lib.* 3. *q.* 15. *n.* 23. Guttier. *de iuram. confirmat. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 24. 25. D. Couarr. *in cap. cum in officijs, num.* 11. *de teſtam.* Baeza *de non melior. filiab. cap.* 17. *n.* 3. Hermoſ. *dict. gloſ.* 13. *n.* 6. Quod ſi plus donetur, quam valent merita, quod excedit à liberis poterit reuocari: nam quoad exceſſum ſimplex eſt donatio, Tiraquel. *d. verb. donatione largitus, num.* 80. Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 61. *C. de bon. matern.* Menoch. *conſ.* 112. *num.* 13. Clar. *quaſt.* 23. *n.* 4. Eodem modo donatio ex titulo, & cauſa oneroſa facta, vt inofficioſa non reuocatur, Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 270. *n.* 1. vbi plures, & latè per totam de his tractat, Trentacinq. *n.* 16.

105 Actio ad reuocandam donationem pro Legitima, vel eius ſupplemento, triginta annis durat: ſed ad eam in totum retractandam, vt inofficioſam quinquennio extinguitur; Merlin. *num.* 45. 46. Hermoſ. *gloſ.* 13. *num* 35. 36. Fontanel. *d. gloſ.* 8. *part.* 2. *num.* 18. 47. 48. Parlador. *different.* 148. *num.* 30. 31. Menoch. *conſ.* 411. *ex num.* 33. Pat. Molin. *diſputat.* 283. *num.* 11.

Verſ. *His etiam adijciendum eſt.*

106 Quanta pars bonorum donata ſufficiat, vt locus ſit remedio dict. l. *ſi vnquam?* Iudicis relinquitur arbitrio: nam ſi ita exigua ſit res, vel quantitas, vt veroſimiliter videatur eam fuiſſe donatã, licet donator de liberis cogitauiſſet, aut eos habuiſſet, donatio minimè reuocabitur; Gregor. Lopez *in d. l.* 8. *gloſ.* 6. Mangil. *d. q.* 95. *num.* 13. Fontanel. *d. gloſ.* 8. *p.* 2. *num* 32. 33. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 133 *num.* 1. 2. Hermoſ. *in d. gloſ.* 6. Tondut. *d. cap.* 54. *à n.* 6. Clar. *in dict.* §. *donatio, quaſt.* 12. *num.* 5. Anton. Fab. *in Codic. libr.* 8. *tit.* 56. *defin.* 9. Cancer. *dict. c.* 8. *de donat. numer.* 126. *verſ. Veritas.* Pat. Molin. *d. diſput.* 282. *num.* 5. vbi ait, donationem omninò eſſe reuocandam, quando tangit legitimam filiorum vt ſi in Hiſpania, vltra Quintum bonorum donaretur; aliàs Iudicis arbitrio relinqui. Et opus non eſt, vt quod 107
donatur, ſit pretio æſtimabile, nam donatio iuris patronatus Eccleſiæ poteſt ex ea conſtitutione reuocari, Tondut. *num.* 8. Tiraq. *verb. donatione largitus, num.* 156.

Ibi: *Quibus ita prænotatis.*

Legitima filiorum de iure communi, ſi filij ſint quatuor, 108
vel pauciores, eſt tertia bonorum pars; ſi plures, dimidia; *auth. Nouiſſima, C. de inoffi. teſtament. authentico, de trient. & ſemiſ.* §. 1. *ſeu Nou.* 115. *l.* 17. *tit.* 1. *part.* 6. Gregor. Lop. *in l.* 12. *gloſ.* 10. *tit.* 5. *part.* 6. Connan. *in commentar. iur. ciuil. lib.* 9. *cap.* 10. *num.* 2. Merlin. *ſupr. lib.* 1. *tit.* 3. *quaſt.* 1. *num.* 2. 3. vbi plures, Molin *de primogen. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 7. Quod etiam in arogatis procedit; quamuis adoptiuorum Legitimam, Quartam eſſe, reſoluat Merlin. *tit.* 3. *quaſt.* 3. *num.* 3. De iure noſtro eſt omnia bona patris, excepto Quinto, de quo liberè diſponere permittitur, necnon de Tertio inter ipſos liberos, *l.* 28. *Taur.* quæ eſt *l.* 12. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopilat. l.* 17. *Taur.* quæ eſt *l.* 1. *eod. tit.* 6. Molin *vbi proximè,* Ant. Gom. *in d. l.* 17. *num.* 1. Sanch. *in precep. Decalog. d. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 27. Velaſc. *de partitionib. c.* 17. *num.* 1. Pat. Molin. *ſupra. diſp.* 158. *num.* 8. 9. Qui duo notant in Regno Luſitano patrem poſſe de Tertio bonorum indiſtinctè diſponere, reliquo liberis relicto, quod eſt eorum Legitima. In computatione, ſiue diuiſione hæreditatis, prius deducendum eſt Quintum, quàm Tertium; iuxta *l.* 114. *ſtyli,* Ant. Gom. *num.* 2. Villadieg. *in politic. c.* 7. *n.* 44. Eſcobar *de ratiocin. computat.* 1 *à n.* 2.

Legitima Aſcendentium de iure communi eſt tertia bo- 109
norum pars, ſecundum magis receptam opinionem; etſi aliqui ſentiant ſolum eſſe quartam, de quo diſputat Merlin. *dict. tit.* 3. *q.* 4. *per totam,* tenens communem, quam defendunt etiam vltra eos, quos laudat *num.* 11. Menchac. *de ſucceſſion. creat. lib.* 1. §. 10 *num.* 182. Rodetic. Suar. *in l. quoniam in prioribus, ampliat* 16. *num.* 7. *in fine* Matheæ. *de legat. & fideicommiſ. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 9. Camil. Borrel. *in ſumm. deciſion. tom.* 3. *tit.* 16. *de Legitim. num.* 27. Quorum, fundamentum eſt, dict. authentica, *Nouiſſima,* nam augmentum Legitimæ deſcendentium, ad eam, quæ Aſcendentibus debetur, extendunt. De iure autem Regio duæ partes bonorum ſunt Aſcendentium Legitima; Tertia, vt de ea ad libitum ſtatuat, morienti reſeruata; *l.* 6. *Taur.* quæ eſt *l.* 5. *titul.* 8. *libr.* 5. *Recopilat.* Anton. Gom. *in dict. l.* 6. *n.* 13. Hermoſ. *dict. gloſ.* 12. *n.* 6. Molin. *dict. n.* 7.

Fratrum Legitima, quando eis debetur, eſt quarta bo- 110
norum pars: iuxta regulam §. *Igitur quartam, Inſt. de inofficioſ. teſtament.* quæ quoad eos nullo iure immutata inuenitur, neque intelligitur aucta ex *d. auth. Nouiſſima,* Rodetic. Suar *in d. l. quoniam in prioribus, in euidentia lib. num.* 17. *in fine, C. de inoffic. teſtament.* Berlich. *concluſion. practicabil. part.* 3. *concluſ.* 15. *n.* 70. Cagnol. *in l.* 1. *dubitat.* 2. *num.* 12. *ff. de inofficioſ. teſtam.* Afflictis *deciſ.* 204. *in fine,* Merlin. *lib.* 1. *tit.* 2. *quaſt.* 13. *n.* 31.

Sed contrarium, ſcilicet fraternam Legitimam auctam eſſe ad inſtar filiorum, tuentur Menchac. *d.* § 10. *n.* 168. Fachinæ. *controuerſ. lib.* 4. *cap.* 18 Matheac. *dict. cap.* 8. *num.* 13. Quod verum non videtur.

Tunc autem hæc quarta pars fratri debetur, cum perſona turpis ex donatione, vel teſtamento ad bona venit fraterna, §. *ſoror. autem, Inſt. de inoffic. teſtament.* Ant. Gom. *variar. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 37. Merlin. cum multis, *ſupra num.* 1. Quo caſu ſi nihil detur, vel relinquatur quocumque titulo fratri, in totum teſtamentum, vel donationem irritat; Merlin *ſupr. n.* 15. & diximus alibi; vbi verò quicquam ei confertur ſolùm agit ad ſupplementum Quartæ, ſiue Legitimæ, Merlin. *num.* 30. & *lib.* 3. *tit.* 3 *quaſt.* 2 *num.* 8. vbi alij Ceuall. *quaſt.* 566. *à num.* 7. Caſtill. qui de praxi teſtatur *in l.* 7. *Taur.* Qui licèt in teſtamento loquantur, idem in donatione dicendum eſt; argumento *l. fin. C. de inoffic. donat.* Merlin. *dict. quaſt.* 11. *num.* 23. 24. Turpis perſona in hoc tractatu
dicitur, quæ iuris, vel facti infamia notatur; de quo per 111
Merlin. *d. q.* 13. *à n.* 16. Ant. Gom. *d. cap.* 11. *n.* 38.

AD

AD CAPVT XX.

Quando ſubreptio ſiue obreptio circa cauſam finalem, vel impulſiuam contingens reſcripta vitiet.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur, qui de hac materia tractant.*
2 *Reſcripta alia Motu proprio, & alia ad inſtantiam Partis expediuntur.*
3 *Omne reſcriptum, in quo expreſſa non eſt clauſula:* Motu proprio; *intelligitur ad preces alicuius conceſſum.*
4 *In dubio non præſumitur gratia Motu proprio emanaſſe.*
5 *Non permittitur, teſtibus probare, reſcriptum fuiſſe Motu proprio expeditum, in quo talis clauſula expreſſa non eſt.*
6 *Vbi clauſula,* Motu proprio, *adeſt, tale reſcriptum iudicatur, etſi precum ea ipſo mentio fiat.*
7 *Clauſula,* Motu proprio, *quid ſignificet.*
8 *Differentia inter reſcripta Motu proprio expedita, & alia; remiſſiuè.*
9 *Preces hoc in tractatu quid ſignificent.*
10 *Gratia pars eſſe cenſentur.*
11 *Mens dubia Principis in reſcripto ex precibus eſt intelligenda.*
12 *Tripliciter vitium in reſcriptis contrahitur, per quod gratia fit irrita.*
13 *Obreptio & ſubreptio quid, & an inter ſe diſtinguantur?*
14 *Stylus loquendi potior habetur verborum proprietate.*
15 *Reſcripta Gratiæ perperam impetrata, ipſo iure ſunt nulla; Iuſtitiæ verò, ſi opponatur.*
16 *Ratio præmiſſæ differentiæ traditur.*
17 *Actus, qui annullatur fauore alicuius, ipſius conſenſu poteſt ſubſiſtere.*
18 *Quod alicuius gratia eſt inductum, non debet in eius incommodum retorqueri.*
19 *Lites finiri, publicè intereſt.*
20 *Quibus caſibus reſcripta Iuſtitiæ ſint ipſo iure nulla, remiſſiuè.*
21 *Vitium reſcriptorum, etiam quæ ipſo iure ſunt nulla, poſt quadraginta annos obijcere non licet.*
22 *Reſcriptum impetratum per excommunicatum non valet.*
23 *Ex ſtylo Curiæ in reſcriptis conceditur abſolutio à cenſuris.*
24 *Obreptionem, aut ſubreptionem, ex qua Princeps facilior redditur ad concedendum, vitiare reſcripta, qui doceant.*
25 *Fundamenta præfatæ ſententiæ, remiſſiuè.*
26 *Obreptio, vel ſubreptio circa cauſam finalem, annullat reſcripta; ſecus circa impulſiuam.*
27 *Taciturnitatem veritatis ſolum nocere, quando ſupprimitur quod leges ſpecialiter iubent exprimi in cuiuſque gratiæ impetratione, qui ſentiunt?*
28 *Adducitur pro vera ſententia.* c. fin. de fil. presbyter. in. 6.
29 *Poſtulans beneficium Eccleſiaſticum, ex Curiæ ſtylo exprimere debet, ſe Clericum eſſe, vel laicum.*
30 *Cauſa quotuplex eſt.*
31 *Cauſa finalis inter cæteras primum locum obtinet.*
32 *Eſt prima in intentione, & vltima in executione.*
33 *Cauſa impulſiua propriè cauſa non eſt.*
34 *Non omnia, ſine quibus res non fieret, ipſius cauſa ſunt.*
35 *Simoniacum non eſt, ſeruire Prælato principaliter, vt ab eo Eccleſiaſticum beneficium ex gratitudine obtineatur.*
36 *Vſura non eſt, mutuare principaliter ob ſpem lucri ex liberalitate mutuatarij.*
37 *Epiſcopus conferens famulo beneficium in remunerationem ſeruitij, ad quam ex gratitudine ſola tenebatur, ſimoniam non committit, etſi id expreſſerit.*
38 *An liceat mutuanti, deducere in pactum, vt mutuatarius ad ſimile beneficium reddendum teneatur ex gratitudine? remiſſiuè.*
39 *Amicitiam in pactum deducere propter mutuum, an licitum ſit? remiſſiuè.*
40 *Canonici aſſiſtentes Diuinis principaliter ob diſtributiones quotidianas, ſimoniam non incurrunt.*
41 *Ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus.*
42 *Cauſa impulſiua ceſſante, effectus permanet.*
43 *Quæ ſit cauſa finalis, & quæ impulſiua quoad reſcripta.*
44 *Vitium circa cauſam finalem deſtruit gratiam, etſi culpa impetrantis non eueniat.*
45 *Curiales, vitiosè impetrantes literas, falſi pœnâ coërcentur.*
46 *Conſenſus tollitur per errorem.*
47 *Reſcriptum, in quo ſubreptio vel obreptio circa cauſam finalem contingit, eſt inuoluntarium.*
48 *Non omnis taciturnitas eius, quo cognito, Princeps gratiam denegaret, officit reſcripto.*
49 *Suppreſſio veritatis quando faciat irritam gratiam Motu proprio conceſſam.*
50 *Si dubium ſit, an cauſa finalis, vel impulſiua ſit, circa quam vitium contingit, gratia non valet.*
51 *In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretantur.*
52 *In dubijs, quod tutius fuerit, ſequendum eſt.*
53 *Defectus contingens in cauſa impulſiua gratiam non vitiat, niſi cognita veritate, vel non concederetur, vel aliter concederetur.*
54 *Quando falſitas non tangit cauſam finalem; ſolùm eſt inuoluntaria facilitas ad concedendum.*
55 *Iudicis arbitrio relinquitur, an ſurreptio circa cauſam finalem, vel impulſiuam verſetur?*
56 *Vbi dolo falſitas contingit; etiam quoad cauſam impulſiuam, reſcriptum eſt irritum.*
57 *Mentiens in dolo eſſe videtur.*
58 *Semper in reſcriptis ſubintelligitur conditio;* Si Preces veritate nitantur.
59 *Conditio.* Si preces veritate nitantur, *ad quæ refertur.*
60 *Taciturnitas in cauſa finali reſcriptum non vitiat, ſi probetur, Principem non lat uiſſe quod eſt ſuppreſſum.*
61 *Omnis præſumptio cedit veritati.*
62 *Taciturnitas eorum, quæ ius exprimi iubet, omnino gratiam vitiat, quomodolibet accidat.*
63 *Actus contra formam legis non tenet.*
64 *Quæ neceſſariè ſunt exprimenda in cuiuſque gratiæ impetratione, remiſſiuè.*
65 *Falſitas circa ſubſtantiam eius, quod poſtulatur, gratiam vitiat.*
66 *Quando vnica exprimitur cauſa, & ea eſt falſa, ſine diſtinctione reſcriptum non tenet.*
67 *In beneficij curati impetratione facienda eſt neceſſariò mentio eius qualitatis.*
68 *Falſa narratio circa cauſam impulſiuam reſcriptum non vitiat, etſi in eis, quæ neceſſariè ſunt exprimenda, contingat, modò nihil occultetur explicandum.*
69 *Demonſtratio falſa diſpoſitionem non vitiat.*
70 *Ratio decidendi ad* cap. cum de non ſacerdotali, de præb. in 6. *& ad* cap. ſuſceptum, de reſcript. eod. lib.
71 *Reſcripta ſunt ſtricti iuris.*
72 *Taciturnitas in eis, quæ de ſtylo Curiæ ſunt exprimenda, vitiat gratiam.*
73 *Valor beneficij eſt exprimendus in eius impetratione.*
74 *Taciturnitas, vel falſitas circa valorem beneficij irritam facit gratiam.*
75 *In eis, quæ de ſtylo Curiæ explicari debent, non diſtinguitur an Princeps cognita veritate eſſet conceſſurus, necne.*
76 *Stylus Curiæ, & iuris conſtitutio eandem vim obtinent quoad ea, quæ in reſcriptis exprimi iubentur.*
77 *Expreſſio maioris valoris beneficij non nocet gratiæ.*
78 *Legis ratione ceſſante, eius diſpoſitioni non eſt locus.*
79 *Sub maiori ſumma continetur minor.*
80 *Quod abundat, non nocet.*
81 *Ad ea, quæ rarò accidunt, iura non adaptantur.*
82 *Mens potius, quàm verba diſponentis eſt inſpicienda.*
83 *Quod veroſimiliter reſponderet diſponens, ſi interrogaretur, pro expreſſo habetur.*
84 *Abundans cautela non nocet.*
85 *Forma eſt ſpecificè implenda.*
86 *Quando forma per æquipollens poteſt impleri.*
87 *An valor beneficij, quod quis habet, quando alterum poſtulat, ſit exprimendus?*
88 *In valore beneficij exprimendo non continentur quotidianæ diſtributiones, nec quod pro Anniuerſarijs datur.*
89 *Explicatur* d. cap. cum de non ſacerdotali, de præb. in 6.
90 *Minor ſumma non comprehenditur ſub maiore aduerſus mentem loquentis.*
91 *Veniam petens à Principe pro aliquo delicto, debet exprimere aliud, quam impetrauit.*

92 Quod

92 *Quod declaratur, ſi prima venia fuit pro eodem genere delicti conceſſa.*

93 *Homines fiducia veniæ faciles redduntur ad delinquendum.*

94 *Quando prima delicti venia fuit nulla, de ipſa mentionem fieri in impetratione ſecunda, neceſſe non eſt.*

95 *Poſtulans veniam criminis debet exprimere, ſi aliud ſimile iam commiſerit.*

96 *Quoties in iure reperitur expreſſum, ne venia concedatur, vel diſpenſetur in aliquo caſu ob ſpecialem qualitatem, hæc neceſſariò exprimenda eſt.*

97 *Impetrans veniam homicidij proditoriè commiſſi, eam qualitatem debet declarare.*

98 *In legitimationis petitione facienda eſt mentio filiorum legitimorum, quos habet pater ſupplicans.*

99 *Debet etiam exprimere ex vxore, quam habet, prolem ſuſcipiendi ſpem ſibi eſſe.*

100 *Legitimatio obtenta, non facta mentione filiorum legitimorum, eſt nulla, etſi eis ex legitimatione præiudicium minimè generetur.*

101 *Idem eſt ſi legitimatio* motu proprio, *vel ex* plenitudine poteſtatis *fiat.*

102 *Iure Regio legitimati per Principem nõ ſuccedunt cum legitimè natis.*

103 *Eodem iure legitimatio, non facta mentione legitimæ prolis, non valet.*

104 *Numerus liberorum exprimi neceſſariò non debet, niſi ob multitudinem Princeps eſſet gratiam denegaturus.*

1 Circa ea, quæ *hoc capite* explicantur, latè diſſeruerunt, Sanchez *de matrim tom 3. lib.8. diſput.21. cum ſequentib.* Menoch. *de arbitrar. lib.2. caſ.*201, Mareſcot. *variar. lib.2. c.1.* Pat. Suar. *de legib. lib.8. c.12. à nu.* 10. & *de Religi. tom.2. lib 6. cap. vlt.* Guttier. *Canonicar. quæſt. lib.2. c.15,* Marcheſan. *de reſcriptor. ſurreption.* Bonacin. *in ſum. tom.2. tract. de legib. diſp.1. q.2. punct.4. cum alijs,* Cyriac. *controverſiar. tom.1. controuerſ.*160. *n.21.* Ioan. Baptiſt. Leonell. *de ſurrept. reſcriptor.* Trentacinqui. *variar. reſolut. lib.1. tit. de reſcript. reſolut.* 5. Staphilæus *de liter. grat. & iuſt.* Gomez Vaio *in praxi lib.1. c.4.* Cardin. Tuſch. *practicar. concluſ. lit. R. conſ.*217. *& lit. S. conſ.*720. *cum ſeqq.*

2 Reſcripta Principum alia Motu proprio, alia ad preces ſupplicantis expediuntur, *c. ſi motu proprio* 23. *de præbend.* 3 *& dign. in 6.* Suarez *d.c.12. n.4.* Omne autem reſcriptum, in quo clauſula, *Motu proprio,* non eſt expreſſa, intelligitur ad inſtantiam alicuius conceſſum, Staphilæ. *de gratijs, & expectat. §. ſubſequente, n.*17. Soarez *n.5.* Sanch. *d. lib.8. diſp.1. n 6.* Moneta *de commutat. vltimar. voluntat. c.6. n.*168. Ant. Gabriel *commun. concluſ. lib. 3. tit. de clauſul. concluſ.2.* 4 *n.*102. Et in dubio nunquam præſumitur, reſcriptum Motu proprio proceſſiſſe, Tiraq. *in l. ſi vnquam. verb. Donatione largitas, num.* 32. *C. de reuocand. donat.* Valaſc. *conſult.* 25. 5 *n.*18. Maſcard. *de probat. concluſ.*1075. Nec vbi talis clauſula expreſſa non eſt, poterit teſtibus probari, Principem *motu proprio* reſcripſiſſe; Barboſ. *de clauſul. clauſ.*79. *n* 10. Maſcard. *ſupra, n.*15. Moneta *ſupra,* Anton. Gabr. *d. concl.* 2. *n.*25. etſi aliud ſit, ſi reſcriptum amittatur, Motu proprio expeditum; nam per teſtium depoſitionem docere licet, clauſulam talem in eo inſertam fuiſſe, Sanchez *dict. diſp.* 1. *num.*6.

6 Quamuis preces oblatæ fuerint, earumque mentio fiat in reſcripto, tamen per expreſſionem prædictæ clauſulæ, gratia motu proprio facta cenſetur quoad iuris effectus; 7 quoniam Princeps ſic oſtendit, ſe non motum precibus, ſed ex propria liberalitate indulgere; idémque ſecundùm ſibi cognita, & narrata conceſſurum, etſi minimè peteretur: Suar. *ſupra, n.5.6.* Rebuf. *in Concordat. tit. forma mandati, verbo, Motu proprio, verſ. Notandum quod hæc clauſula.* Dec. *in c. 1. n.23. de reſcript.* Farinac. *deciſ.* 656. *n.1. par.2.* Menoch. *d. caſ.*101. *n.*79. Sanch. *d. n.*6.

8 Multùm autem intereſt inter huiuſmodi reſcriptorum effectus, de quorum differentijs Rebuf. *ſupra,* Staphilæ. *d §. ſubſequente,* Ant Gabr. *d. concl.2.* Suarez *d.c.12. n.8.*

9 Preces dicuntur, quicquid in libello ſupplicationis continetur, in quo ſolet factum narrari, cauſas ad concedendum proponi, & quod intenditur explicari, notant DD. *in* 10 *rubric. C. de precib. Imperat. offerend.* Quæ quidem preces ipſius gratiæ pars cenſentur; Mareſcot. *d.c.1. num.2.* Et vbi 11 dubium exoritur, mens Principis iuxta ſupplicationem interpretatur, *l.1. C. de diuerſ. reſcript.* Gregor. Lop. *in l.26. gloſ. tit.11. part.5.* Cyriac. *d. tom.1. controuerſ.57. n.33.* Menochi. *de præſumpt. lib.2. præſ.29. n.2.* Iaſ. *in l. cauſas, n.5. C. de tranſact.* Surd. *de aliment. tit.9. q.31. n.8.* Perez *in l.6. verſ. Quare trigeſimo octauo, tit.15. lib.3. Ordinam.* Guttier. *practicar. lib.3. q. 7. à nu.43.* Ioan. Garc. *de nobilitat. in diuiſion. operis, n.*63.

In quibus cauendum eſt, ne aliquod ſubreptionis, vel 12 obreptionis vitium contingat, per quod gratia ipſa vitietur; quod tripliciter poteſt incurri; aut exprimendo falſum, aut ſupprimendo verum, vel ita obſcurè explicando veritatem, vt ipſa lateat Principem conceſſurum. Primò mo- 13 do, *obreptionem,* alijs duobus *ſubreptionem* committi, docent communiter DD. Tuſch *lit S. concluſ.*710. *n.*24. Trentacinq. *d reſolut.5. n.1.* Viui. *commun. tom.1. lib.4. tit.1. n.*191. *verſ. Et ſubreptio ipſa,* Perez *in l 4 tit. 12. lib. 8. Ordinam. pag.* 689. Bernard Græu. *ad praxim Camer. Imper. lib. 1. concl.14.* Menochi. *d. caſ.*201. *n.9.* Qui tamen vetius putat nomina hæc *ſubreptionem,* & *obreptionem,* ſynonyma eſſe, vt probatur in *l.1. C. ſi nupt. ex reſcrip. petant.* Idẽ tenent Trentacinq. *d. n 1. verſ. Et quod non ſit,* Iaſ. *in l. præſcriptione, n.1. C. ſi cont. ius, vel vtil. public.* Sanch. *d. diſp.21. n.2.* Rebuf. *ad leges Gall. to.2. tit. de reſcript. in præfat. n.*125. Læli. Mauſin. *diſquiſit. genial. centur.1. c.79. num.* 3. Sed cum communis vſus loquendi DD. eam differentiam induxerit, non eſt ab eo recedendum; nam ſtylus loquendi receptus, verborum 14 proprietati debet præferri; Hermoſ. *in rubric. n. 5. tit.5. p.5.* Iaſon *in rubric. ff. de non. oper. nunciat.* Menoch. *conſ.*631. *num.*9.15.

Subreptio verò, vel obreptio precum, (*ex quo,* & ſic im- 15 petrata reſcripta, ſubreptitia, aut obreptitia nuncupantur) non eodem modo nocet reſcriptis Gratiæ, quæ ad beneficia, diſpenſationes, & alia huiuſmodi pertinent ac Iuſtitiæ, quæ ad lites expediuntur, nam prima ipſo iure ſunt nulla; ſecunda non niſi exceptio opponatur ab eo, contra quem literæ obtentæ ſunt: atque ita, quod virtute earum actum eſt, valet; vt obſeruant Menoch. *d. caſ.*201 *n.1. cum ſequentibus.* Vantl. *de nullitat. tit. de nullit. ex defect. iuriſdict. delegat. n.*60. Rebuf. *in prax. benefic. tit. de different. int. reſcript. grat. & iuſt. à n.1.* Nauarr. *in c. ſi quando, prælud.1. n.1. de reſcript.* Bonacin. *d. punct.4. n.1.2.* Caputaquen. *dec.*215. *part.3.* Tuſch. *practicar. concl. lit. S. concl.*722. *num.*17.19. Trentacinq. *ſupra, n.2.9.* Ricci. *in prax. for. Eccleſiaſtic. reſolut.*577. *n.2.* Perez *in l.1. q.8.9. tit.12. lib.3. Ordinam.*

Huius differentiæ rationes, tradit Sanch. *d. diſp.21. n.3.* 16 quibus & alia addi poteſt; quia nullitas reſcriptorum Gratiæ non fauore alicuius priuati introducta eſt, ſed ne contra Principis voluntatem aliquis impetratis vitiosè fruatur; quapropter reſcripta hæc, ipſo iure irrita fieri oportet; maximè cùm regulariter non ſit qui de ſubreptione poſſit opponere. At in reſcriptis Iuſtitiæ, nullitas proſpicit eis, contra quos impetrantur ſubreptitiè, vel obreptitiè; quare placuit, vt literæ ſuſtineantur, niſi Pars, cuius intereſt, obijciat; alioqui litigando coram Iudice delegato, nullitati pro ſe inductæ cenſetur renunciare, ex quo actus aliàs nullus iure ſubſiſtit; *l. non eo minus, C. de procu-* 17 *ratorib.* notat Barboſ. *in collectan. ad c. vt ſuper, §. poſſeſſiones, num.7. de reb. Eccleſ.* In quo fauor ipſius, contra quem reſcriptum fuit expeditum, verſatur, cui, ſi ſibi vtile fuerit, licet litteris ab aduerſario perperàm obtentis vti; quod non liceret, ſi nullæ ipſo iure forent; atque ita nul- 8 litas, quæ ipſius gratia inducta eſt, in eius præiudicium retorqueretur; contra regulam *l. quod fauore 6. C. de legib. c. quod ob gratiam* 61. *de regul. iur. in 6.* Quod etiam alia ratione admiſſum eſt; ſiquidem ita citiùs lites extinguuntur, cum hæc reſcripta ad earundem expeditionem pertineant, quarum finis publicè intereſt, & à Principibus ma- 9 xime exoptatur; *c. finem litibus, 5. de dol. & contumac. c.1. de appellat. in 6. Extrauagant. ad Romani* 14. 9. *nos qui vi litis, de præbend. & dignit. l. properandum* 12. *C. de iudic.* Flamini. *de reſignat. benefic. lib.3. q.5. n.12.13.* Barboſ. *in collectan. ad d. c. finem, n.3.*

Solent aſſignari aliqui caſus, in quibus reſcripta Iuſti- 0 tiæ iure ipſo propter ſubreptionem, vel obreptionem ſunt irritas

irrita; vt videre eſt apud Felinum in c. ad audientiam el 2. à num. 18. de reſcript. Sanch d. diſp. 21. n. 6. 75. Trentacinq. d. reſol. 5. à n. 11. Et de differentijs reſcriptorum Gratiæ, & Iuſtitiæ, egit late Rebuf. in prax. beneficior. tit. de different. int. reſcrip. grat. & iuſt. n. 2. cum ſeqq.

21 Aduertere oportet, quod licet reſcripta ſubreptitia, ſint ipſo iure nulla, tale vitium vltra quadraginta annos opponi non poteſt; nam ex lapſu tanti temporis gratia, & confirmatio præſumitur; Caputaquen. deciſ. 224. part. 3. Caſſador. deciſ. 3. de cauſ. poſſeſ. Ricci. in collecta. deciſ. p. 4. collectan. 1267. Imò triginta annos fluxiſſe, a quo reſcriptum executioni mandatum eſt, ſufficere docet Mareſcot. d. c. 1. num. 101.

22 Non ſolùm ad valorem reſcripti deſideratur, vt preces vitio careant, ſed vt à perſona habili offerantur; eſt enim certi iuris, maiori excommunicatione ligatum non poſſe à Principe impetrare reſcriptum, quod iure ipſo nullum eſt; c. 1. reſcrip. in 6. Viui. dec. 56. n. 1. Gom. Vaio dict. c. 4. n. 281. Azeued. in l. 1. n. 43. tit. 15. lib. 8. Recopi. Pat. Suar. de cenſur. lib. 5. diſp. 17. ſect. 1. à princip. Quod procedit etiam in reſcriptis Principis ſæcularis; Ricciul. de iur. perſon. extra grem. Eccleſiæ exiſtent. lib. 4. c. 30. per totum, Nauar. conſ. 18. alias 44. n. 1. 6. de ſentent. excommunicat. Barboſ. in collectan. ad d. c. 1. n. 8. qui multipliciter ampliat, & limitat eam con-

23 ſtitutionem. Sed iam in reſcriptis à Sede Apoſtolica impetratis excommunicatio non nocet, cùm ex ſtylo Curiæ in illis abſolutio à cenſuris adijciatur, quæ validitatem gratiæ operatur, ad quem effectum duntaxat inſeritur; D. Couar. in c. alma mater, part. 1. §. 7. n. 3. ad finem, Boer deciſ. 290. Reboſ. in prax. part. 1. tit. de form. noua prouiſ. n. 1. & ſeqq. Ricciul. d. lib. 4. c. 38. n. 12.

Ad Num. 1.

24 Expreſſio falſi, vel ſuppreſſio veritatis, ex quibus Princeps inducitur ad facilius indulgendum, etſi alias eſſet conceſſurus, vitiat reſcriptum, iuxta communem ſententiam; quam quoad expreſſionem falſi, tuentur Flamin. ſuprà, lib. 10. q. 3. n. 46. Mandoſi. ad regul. 27. Cancellar. q. 8. n. 16. Nicol. Garcia de beneficijs, part. 6. c. 2. à n. 197. Tiraq. in tract. Ceſſante cauſa, limitat. 1. n. 1. 14. Nauarr. in d. c. ſi quando, except. 3. n. 3. de reſcript. Valaſc. conſultat. 60 num. 5. tom. 1. Menoch. conſ. 385. n. 31. verſ. Non etiam obſtat, Mareſcot. d. c. 1. n. 19. Gutierr. d. c. 15. n. 41. Quoad taciturnitatem veritatis, Abbas in c. ad aures, num. 4. de reſcript. Staphilæ. ſuprà de form. & mod. impetr. §. Præterea eſt dare dignitatem, n. 5. Caſſador. deciſ. 12. n. 14. de prabend. & deciſ. 3. n. 3. vt lit. pendente, Rebuf. in c. nulla, art. 2. in princip. concl. 4. de conceſ. prabend. & in prax. part. 3. ſignatura, verbo, Nec non iuris patronatus, n. 24. Iaſo. in d. l. 1. nu. 1. C. ſi cont. ius, vel vtilit. public. Medices in tract. Mors omnia ſoluit, part. 1. n. 145. Tabiena in ſumm. verb. Reſcriptum, qu. 3. n. 4. Spino in ſpecul. teſtament. gloſ. 16. n. 134. Ceruantes in l. 10. Taur. n. 40. Flamin. de confident. benefic. q. 46. num. 38. 39. Azeued. in l. 1. n. 13. 14. tit. 25. lib. 8. Recopilat Mareſcot. ſuprà n. 127. Pat. Molin. de iuſtit. & iur. diſp. 591. n. 5. 6. Viuian. in prax iuris patronat. deciſ. 97. n. 1. verſ. Amplia, ſi ſubreptio, Cyriac. tom. 1. controu. 313. n. 19. cum ſeqq.

Verſ. *Quod fortiori ratione probatur.*

25 Idem notant Rebuf. in tractat. Nominat. q. 9. n. 50. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 6. c. 16. q. 3. Sanch. d. diſp. 21. nu. 10. vbi alia fundamenta præfatæ opinionis refert.

Verſ. *Contrarium ſententiam.*

26 Subreptio, vel obreptio circa cauſam impulſiuam, hoc eſt, cum Princeps, cognita veritate, idem concederet, etſi difficilius; reſcriptum non facit irritum. Ita tenent Toſch. ſup. lit. S. conſ. 723. n. 10. Alexand. conſ. 108. nu. 4. verſ. Confirmo, lib. 7. Signorol. conſ. 35. Menoch. d. caſ. 201. n. 28. cum alijs, Palat. Rub. in cap. per veſtras, notabil. 4. n. 27. de donat. inter: Mandoſ. in regul. 32. Cancellar. qu. 9. n. 10. & qu. 11. n. 4. Rebell. de obligationib. iuſtit. part. 2. lib. 3. q. 5. num. 25. Deci. in c. ſuper litteris, n. 9. verſ. Contrariam ſententiam, de reſcript. Beroi. ibidem, lect. 2. n. 55. 73. Bonacin. d. punct. 4. n. 3. Pariſi. conſ. 4. n. 35. volum. 4. Suarez de Relig. d. tom. 2. c. vlt. n. 11. Sanch. qui alios laudat, n. 11. & ſequitur, n. 17. Quod verius videtur. Vide infrà, n. 53.

Præterea eſt & alia ſententia communis habens, reſcri- 27
pta non vitiari ex taciturnitate veritatis, niſi id ſupprimatur, quod iura exprimi depoſcunt in cuiuſcunque gratiæ impetratione; Rebuf. in tract. de nominat. q. 9. n. 49. Gloſ. in Clement. 1. verb. Vel alteri de prabend. Bellamera dec. 697. concl. Extra Rotam, n. 4. 5. Felin. in d. c. ſuper litteris, n. 2. verſ. Et regula eſt. Nauarr. in extrauagant. de dato, & promiſ. pro litteris grat. notabil. 32. n. 48. corollar. 4. verſ. Neque obſtat reſolutio, Gregor. Lop. in l. 36. gloſ. 2. tit. 18. par. 3. Mandoſi. de ſignatur. grat. verb. Abſolutio ab hæreſi, verſ. Diſpenſatum fuerat, Sarment. lib. 1. ſelectar. c. 9. n. 2. Boſſi. in prax. tit. de remedijs ex ſola clement. Princip. n. 34. Flamini. de reſignat. beneficior. lib. 5. q. 2. n. 86. Ceuall. tom. 3. q. 739. n. 16. & alij apud Sanch. n. 12.

Verſ. *Secundò ad hanc rem.*

Hoc probant DD. pro ſecunda opinione ſuprà laudati; 28
& ad idem facit textus in cap. fin. de filijs presbyter. in 6. in illis verbis: Cum non ſit veriſimile, Sedem ipſam cum illo prædictum patiente defectum, ſi hoc fuiſſet expreſſum eidem in pluralitate beneficiorum huiuſmodi diſpenſare. Cui argumento Gutier. d. c. 15. n. 43. conatur ſatisfacere, ſed non rectè; ſiquidem pro regula conſtituitur, ſolùm nocere Gratiæ obreptionem circa cauſam finalem contingentem; ex quo apertè colligitur, valere reſcriptum, etſi quoad cauſam quamcunque impulſiuam illud vitium interuenerit.

Verſ. *Tertiò probatur;* Ibi: *Et vlterius in* cap. ſi pro Clericis.

Impetrans beneficium, ex ſtylo Curiæ debet, ſe Cle- 29
ricum eſſe docere, aut ſe laicum eſſe exprimere: Menochi. d. caſ. 101. n. 43. Deci. in c. cum adeo, n. 3. de reſcript. Beroi. in d. c. ſuper litteris, n. 72. verſ. Vigeſimò ſecundò.

Ad Num. 2.

Cauſam quadruplicem eſſe, agnoſcunt tam Philoſophi, 30
quàm iuris interpretes; efficientem, à qua; finalem, propter quam; materialem, ex qua; formalem, per quam res fit; ex Philoſopho 2. Phyſicor. c. 35. 48. Suar. in Metaphyſic. diſp. 12. Fonſeca in Inſtit. Dialect. lib. 7. c. 21. cum ſeqq. Argel. de acquir. poſſeſ. q. 1. art. 7. n. 35. Chriſtophor. Enni. de princip. iur. lib. 1. pag. 336. Abbas in proœmio Decretal. colum. penult. verſ. Deſcendo igitur. Cantiuncula in topic. legalib. loc. 10. Marant. in prax. part. 2. n. 16. 17. Raudenſis de analog. c. 2. Zabarella in proœm. Decretal. ſuper gloſ. 1. n. 3.

Inter eas cauſa finalis præcipuum obtinet locum, eſt 31
totius diſpoſitionis gubernatrix, actus ſubſtantia, fons cauſarum, ac intentionis primum principium, Gloſ. in l. iuris gentium, §. quod feres, ff. de pact. Bald. in l. cum, quam, col. 1. verſ. Venio ad narrata, C. de fideicommiſ. & in l. omnia, col. vlt. C. de iur. dot. Menoch. de preſumpt. lib. 4. præſ. 24. n. 3. Tiraq. in d. tract. Ceſſante cauſ. limit. 1. n. 6. Argel. ſuprà, n. 25. Nauarr. in c. inter verba, Corollar. 4. n. 11. q. 3. Gutier. d. c. 15.
n. 1. Eſt prima in intentione, & vltima in exequutione, vt 32
cum D. Thoma docent, Bald. in l. 2. n. . C. locati, Fortuni. de vltim. fine, in princip. Gutier. d. n. 1. Molin. de primogen. lib. 1. c. 5. n. 15. & omnes Philoſophi. Nam qui ſcit (vt hoc vtar exemplo) rem ſuam ab alio vſurpatam, primo eam recuperare, & habere deſiderat, deinde medium cogitat, id eſt, actionem, qua id conſequatur; ſic prius eſt in intentione finis ille, quàm medium illud: at cùm ad actus exteriores peruenitur, antè actio in iudicio proponitur, quàm res euincatur; quare medium in exequutione finem antecedit;

Ibi: *Cauſa autem impulſiua eſt.*

Accedit Gutier. ſuprà, n. 2. Sed cauſa impulſiua impro- 33
priè cauſa dicitur; ideo inter illas non connumeratur, quia ſolùm eſt occaſio, ſiue motiuum quoddam extrinſe-

cum;

enim; vt notant Argel.*n.15.verſ.Hac concluſio*, & *n.56.verſ. Hac paucis ſint dicta*, Menoch.*d.præſ.14.n.* 7. 8. Bald.*conſ.* 540. *colum.1.lib.*3. Tiraquel.*ſupra,n.4.* 6. Gutticr. *num.* 15. Molin.*à num.*12.

Ibi : *Ex quibus ita intellectis primò deducitur.*

34 Non omnia , ſine quibus res non fieret , eiuſdem ſunt cauſa, ſi propriè loquamur; ſed illa quæ ad eſſentiam eius, quod agitur , intrinſecè deſiderantur, quæ reducuntur ad quatuor cauſarum genera, de quibus *ſuprà*, vt præter Tiraquel. Suar. & alios *ibi* laudatos adducunt Guttier *n.*3. Argel. *n.*54. Cicer.*lib.de fato*, vbi ſic inquit : *Intereſſe autem, vtrum huiuſmodi quid ſit, ſine quo aliud effici non poteſt, aut huiuſmodi cum quo aliud effici neceſſe eſt. Nulla igitur earum cauſa eſt , quoniam nullam rem ſua vi efficit, cuius dicitur cauſa ; nec id, ſine quo quidpiam non fit , cauſa eſt ; ſed id, quod cum acceſſit, id, cuius cauſa eſt, efficit neceſſario* id. Et Senec. *lib.*4. ait : *Si per cauſam oporteat ſignificare ea, ſine quibus res effici non poteſt, neceſſarium eſſet , inter cauſas quoque enumerare locum, tempus, & motum, ſine quibus nulla res effici poteſt.*

Ad Num 3.

35 Sequuntur Guttier. *n.* 4 Nauar. *in Manual.latin.c.* 17. *n.*209. *& c.*23.*n.*100.*verſ.*5. Sed valdè probabile eſt, ac receptum , non eſſe ſimoniacum , ſeruire Prælatis principaliter ob conſequendã ab eis beneficia , expreſſa, vel tacita pactione ceſſante; ſed ea ſola beneuolentia , ac gratitudine, quam captare, obſequio exhibito , famuli licitè poſſunt, etiam primariò hoc intendentes; Sanch. *conſilior.moral. lib.*2.*c.*3.*dub.*18.*n.*7. P.Suar.*de Relig. tom.*1.*lib.*4 *c.* 39. *n.*7. Bonaci. *in ſum.tom.*3.*tractat.de mut.& vſur.diſp.*3.*q.*3. *punct.*2.*n.*8. de quo etiam Rebuf. *in prax.tit.quot mod.benefic.acquirat.n.*5. Tolet.*in inſtruct. Sacerdot.lib.*5.*c.*90.*num.*4. Zerul. *in prax. Epiſcop.part.*1.*verbo, Simonia,§.*11. Sayr. *in claui Reg. lib.*10.*tract.*5.*c.*7.*n.*9. Azor. *inſtitut. moral. part.* 3.*lib.*12. *cap.*11. *quæſt.*2. Flamin. *d.tract. de confident.quæſt.*1. *n.*38.

Ad Num. 4.

36 Huius ſententiæ ſunt Guttier.*n.* 7. Syluest. *verb Vſura, n.*1. Medin.*q.*1. *de rebus per vſuram acquiſit.* Nauarr. *in manual.c.*17.*n.*209. & alij apud Bonacin. *ſupr.*& Flamin.*d. q.* 1.*n.*4. Contrarium tamen, ſcilicèt vſuram non eſſe, mutuare principaliter propter ſpem lucri ex gratitudine, ac liberalitate mutuatarij, nullo interueniente pacto expreſſo , vel tacitò , etiamſi abſque illa ſpe quis non eſſet mutuaturus, probant Valentia 2.2.*tom.*3.*diſp.*5 *q.*21.*de vſur.punct.*1.*verſ. Quartò hinc ſequitur,pag.*1350. Sot.*de iuſt,& iur.libr.*6.*q.* 1. *art.*2. Bonacin.*d.num.*8. vbi alios laudat.

Verſ. *Scribit tamen Decius.*

37 Decio adſtipulantur nonnulli relati à Sanch.*d.dub.* 28. *n* 3. ipſe verò cum D Couar *hic*, aduerſus eos tenet , poſſe Epiſcopum conferre famulo beneficium , exprimendo, id facere in remunerationem ſeruitij , ad quam ex ſola obligatione antidotali tenebatur; Bonacin.*tom.*1.*tractat.de ſimon.diſp.*1.*q.*1.*§.*1.*n.*10 Guttier.*num.*5. Pat.Suar. qui communem aſſerit, *d. cap.*39. *num.*5. 6. Azor.*p.*3.*lib.*12.*cap.*11. *quæſtion.*2.

Ibi : *Siquidem iure verum eſt , licere.*

38 Adde Guttier.*n.*6 Sed hanc opinionem, etſi vera ſit, non
eſſe in praxi admittendam, docet Valent.*ſupr.d.q.*21 *punct.*
2.*verſ.Sed quamuis,cum ſeq.* de quo Bonaci. *d. tract. de mut.*
*& vſur.diſp.*3.*q.*3.*punct.*3.*n.*9.*verſ.Hinc patet*, Azor.*d. p.* 3.
39 *lib.*5. *c.* 7. An amicitia in pactum deduci poſſit propter
mutuum ? quæſtionis eſt; negat Bonaci. cum aliquibus *d.*
*diſp.*3.*q.*3.*punct.*2.*nu.*7. contra Nauarrum, D. Couarruuiam,
Azorium, & alios.

Ad Num. 5.

40 Canonicos aſſiſtentes in choro principaliter ob lucrum diſtributionum quotidianarum ſimoniam incurrere , docent Moneta *de diſtributionib.quotidian.p.*2.*q.*18.*n.*52. Vgolin *tabul.*4.*de cenſur.c.*7.*§.*2.*n.*5. Nauar.*de orat.& hor. Canonic.c.*6.*n.*11.16.& in *tract. de finib.humanor.actuum.n.* 39. Guttier.*ſup.n.*8.*cum alijs*, Ioan. Valer.*de different.int.vtrumque for.verb. Simonia,different.*10.& notatur communiter *in c. ſuam, de ſimonia.* Sed contrarium probabilius videtur, quoniam Canonici non intendunt aliquid ſpirituale vendere, vel emere, quod neceſſariò ad committendam ſimoniam deſideratur, ſed ſtipendium ſuſtentationis percipere, Sanch. *ſupra,lib.*1.*c.*1.*dub.*12. Bonacin. *tom.* 2. *tractat. de contract.lib.diſp.*3.*q.*3.*punct.*2.*n.* 5. Soto *ſupra lib.* 9. *q.* 6. *art.*2. Valent. *ſupr.diſp.*6.*q.*16. *de ſimon.punct.*3.*verſ.Hoc poſito, cum ſequenti* , vbi quadam vtitur diſtinctione ad eas ſententias conciliandas.

Verſ. *His ita breuiter præmiſſis.*

Cauſa finali deficiente , reſcriptum , ſiue alia quælibet diſpoſitio euaneſcit , *l.quod dictum* 33.*ff.de pact. l. debitor* 84.*ff.de legat.*1. Sanch.*d.lib.*8.*de matrimon. diſput.*30.*n.*8.& *in præcept. Decalogi tom.*1.*lib.*4.*c.* 2.*n.*42. Bart.*in l. vlt. ff. de teſtam.tut.* Tiraquel. *ſuprà,limitat.*1. Cyriac.*tom.* 2. *controuerſ.*303.*n.*79. Menoch.*d.præſ.*24.*n.*4. Pat.Suar. *de legib.lib.* 8.*cap.*30.*n.*21. Guttierr.*Canonicar.lib.*1.*c.* 15. *n.*72. Quod limitatur, ſi effectus iam perfectè ſubſequutus eſt, qui non retractatur, nec ius iam quæſitum ex defectu cauſæ finalis aufertur, *l.fin.ff.vndè liberi*, Sanch.*d.diſp.*30.*n.*10. Menoch. *d. lib.*4.*præſ.*189.*n.*197.198. Bart. *in l.*2.*§.vltim.ad finem , ff. de donat.* Iaſ *in l. inter ſtipulantem,§.Sacram : notabil.*4. *ff. de verbor.obligat.* Tiraquel. *ſupr.part.*2.*limitat.*11.*n* 12. Guttier.*d.n.*72. Argel.*d.art.*7.*à n.*50. vbi oſtendit , præmiſſam limitationem non ſemper veram eſſe , vt quando perfectio effectus pendet ab ipſa cauſa finali , poſtquam producta eſt , ſicut in lege contingit, quæ ceſſat, eius cauſa ceſſante, *l.adigere* 6.*§. quamuis, ff. de iur.patronat.* etſi perfecta ſit. 41

Cauſa verò impulſiua deficiente , nullo modo vitiatur diſpoſitio, Sanch.*d.diſp.*30.*n.*7. Tondot.*quæſt.beneficial.p.*1. *c.*96.*n.*38. Mantic. *de coniectur.lib* 6.*tit.*14.*n.* 15. Galganet. *de condit.& demonſtr.part.*2.*c.*4.*q.*2.*n.*1. Simon de Pratis *de interpret.vltim. volunt.lib.*4.*dubit.*12.*n.* 43. Barboſ. *in axiomatib.iur. axiom.* 4.*n.*6. Argel *ſupra n.* 56. *verſ. Hac paucis*, vbi *n.*58. limitat, niſi cauſa impulſiua reſpectu principalis diſpoſitionis eſſet finalis quoad aliquem modum, vel qualitatem illi adiectam; quia tunc ceſſante hac cauſa impulſiua, ille modus , qualitasvè ceſſabit. 42

Ibi : *Deindè video in hac controuerſia.*

Licèt aliàs non conueniant DD. in aſſignando, quæ finalis, & quæ impulſiua cauſa dicatur , vt videre eſt apud Tiraquel. *ſupr.limit.* 1. *per totam* , quoad rem tamen de qua agimus, ſine controuerſia cauſa finalis eſt, quæ principaliter mouet voluntatem Principis, ita vt, ea remota, minimè concederet : Impulſiua verò, quæ etſi ſit motiuum ad facilius, aut citius concedendum, ea non exiſtente, gratia nihilominus impetraretur, P.Vazquez *in* 3.*p.D. Tho.tom.*1.*q.* 1.*diſp.*10.*art.*3.*c.*8.*n.*75. Argel.*d.art.*7.*à n.*27. P.Suar.*d tom.* 2.*de religion. lib.*6.*c.vlt.n.*9. Tiraquel. *ſupra n.* 11. Sanch. *d. diſp.*21.*n.*9. vbi alij, qui rectè notat, cauſam finalem etiam illam dici, propter quam gratiæ aliquem modum, vel reſtrictionem adhiberet concedens ; quia, illa ſecluſa , non concederetur quod impetratum eſt ; ſiquidem aliud eſt quod indulgetur ab eo, quod indulgeretur , moderamine, aut qualitate adiecta ; Barboſ.*in l.*1.*part.*1.*n.*85.*ff.ſolut.matrimon.* apud quem Bald.& Crauetta. 43

Falſi expreſſio , aut taciturnitas exprimendæ veritatis, vel obſcura narratio , per quam veritas ſub verborum latet inuolucro circa cauſam finalem contingens , irritum reſcriptum reddit ; Sanch.*n.*17. Guttierr. pluribus laudatis *d.c.*15.*n.*14. Quod ſine diſtinctione procedit, ſiue dolo, ſiue ignorantia impetrantis contingat, *d.c.ſuper literis de reſcript.* Trentacinq.*n.*45. Felin *in cap. ad audientiam , el* 2. *de reſcript.* Tuſch.*lit.R.concluſ.*217. *nu* 10. Cuman.*conſ.*103.*in princip.* Et adeò verum eſt , vt licèt id fiat culpa Curialis, vel ſolicitatoris, Parte inſcia , non ideò magis reſcriptum proderit, 44

prodierit, Ancharran.*in dict.c.ſi motu proprio*, per eum tex-
tum, *n.3.notabil.3.* Deci.*in d c.ſuper literis, in nou. edit. notab.*
3.n.9. Corduba *in ſumm.q.4.opinion.1.punct. 1.rat.1.* Sanch.
45 *n.*17.qui *n.*58.aducit, contra Curiales, vel ſolicitatores
vitioſe, vt ſupra dictum eſt, impetrantes reſcripta, emanaſſe
Motum proprium Pij V. quo pœna falſi ipſis irrogatur.
Quamuis Trentacinq.*num.5.verſ.Hac concluſio*, doceat, ab-
ſque ſubreptionem ex ignorantia non nocere; & ita Ro-
tam iudicaſſe affirmat. Verum reſcriptum vitietur in to-
tum, ſi ſubreptio ſolùm in vna parte contigerit? videas
apud Trentacinq.*n.*18.

46 Ratio eſt, nam cum gratiæ Principum eorum voluntati
nitantur, hac deficiente, illæ ſubſiſtere non poſſunt: con-
ſenſus autem per errorem circa cauſam finalem, omninò
deficit, *l.ſi per errorem 15. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Quare
47 quomodocunque ſubreptio, vel obreptio eueniat, reſcri-
ptum eſt inuoluntarium, atque ideò nullius momenti,
argumento *l.non omnis 19.ff.ſi cert. petat.* Nec quia culpa
careat aliquis, poteſt impetratis gaudere, non habens
Principis voluntatem, vt per Sanch. *num. 56.* Suar. *ſupra,*
n.2.3. Bonacin.*dict. tract. de legib. diſp.1.q.2.punct.4.n.4.*

48 Illud verò eſt animaduertendum, non omnem ſuppreſ-
ſionem veritatis, quæ ſi exprimeretur, Princeps gratiam
negaret, vitiare reſcripta; nam taciturnitas eius, quod nul-
lam habet prudentem connexionem cum gratia conce-
denda, non nocet; etſi certò ſciatur, quod ſi Princeps co-
gnoſceret, quod celatur, non concederet; veluti ſi nomen
impetrantis ſimularetur, quia cum odio Princeps habe-
bat; aut ſi criminibus irretitus, non impedientibus gratiam,
illa non exprimeret ſciens, ipſis patefactis, Principem non
eſſe conceſſurum; Bonac.*ſup. n.4.4.5.* Guttier. *n.29.* Sanch.
n.18.79. Mandoſi.*in reg.32.Cancellar. q.11. n.31 4. verſ. Ad*
quartum, Suar.*d.c.vlt.n.12.cum ſeqq.* vbi idem iuris eſſe, pro-
bat, loquens de diſpenſatione, ſi aliquid fingatur, vt diſ-
penſet Pontifex, qui fictione ſublata nequaquam diſpen-
ſaret; nam ſi falſitas verſetur circa ea, quæ ad diſpenſatio-
nem non pertinent, vt ſiquis per mendacium aſſerat, ſe ſtu-
dioſum, vel ex tali familia natum, poſtulans voti diſpen-
ſationem, reſcriptum valebit, modò alia cauſa vera ad diſ-
penſandum ſufficiens, ſimul proponatur.

49 Prætcrea ſuppreſſio veritatis, etiam circa cauſam fina-
lem, non officit gratiæ *Motu proprio* conceſſæ, *c. ſi motu*
proprio 23. de prabend. in 6. Clement. ſi Romanus 4. eod. tit.
vbi Gloſ.fin. Mareſc. *d.c.1. à n.165.* Sanch. *d.diſ.31.n.47.*
Panormit.*in c.ad aures, n.5.de reſcript.* Felin.*ibi, n.6.* Rebuf.
in Concordat.in forma mandati Apoſtolic.ſuper clauſula: Motu
proprio, *effectu 29.* Ricci. *in prax.aurea reſol.390. n.1.* Mo-
net.*de commutat vlt.volunt c.6.n.157.* Trentacinq. *variar d.*
lib.1.tit.de reſcript.reſolut.5.à n.30. Menoch.*d.caſ.201.n.81.*
Auguſt. Barboſ. *tract. de clauſul. clauſ. 79. n.16.* Quod per
prædictos limitatur, cùm ſubreptio contingit circa in-
habilitatem perſonæ impetrantis, præiudicium Tertij, aut
ſubſtantiã eius, quod poſtulatur; nam de illis, quæ Principi
ſunt incognita, nihil ſtatuere cenſetur; Mareſcot. *n. 170.*
vbi alij. Addit Suar.*de legib.d.lib.8.c.12.n 16.* reſcripta cum
clauſula, *Motu proprio*, irrita fieri ex taciturnitate expri-
mendorum, cum preces aut informatio Partis præceſſe-
runt, non tam ob ſubreptionem, quam ob defectum con-
ſenſus concedentis; Trentacinq. *numer.33.* qui ex *num.30.*
docet, an ex alijs clauſulis ſubreptionis virium tolli poſ-
ſit?

50 Sed ſi dubitetur, num illud, quod celatum eſt, ſi expli-
caretur, remoueret Principem à concedendo; vel falſitas
expreſſa, fuerit cauſa finalis indulgendi? In fauorem eius,
qui impetrauit, iudicandum eſſe, reſoluit Sanch. cum alijs
*n.*20. Contrà tenent Pat. Molin. *diſp. 173. colum.9.* Bald.
conſ.355.n.3 volum.1. Bartholom. Socin. *conſ.173.n.11. vo-*
lum. 1. Pro quibus facit textus *in §.quod autem*, ibi: *Forſitan*
enim ſi ſciuiſſet, alienam rem eſſe, non legaſſet. Inſtit. de legat.
vbi in dubia voluntate, defuncti legatum non valere, reſpon-
51 ſum eſt; etſi in teſtamentis pleniùs ſoleant voluntates te-
52 ſtantium interpretari, *l.in teſtamentis 12.ff de reg. iur.* Præ-
terea in dubijs oportet, quod tutius eſt, ſequi, *c. ſignificaſti*
18.§.quod ſi diſcerni, de homicid.cap.illud 5.§.licèt, de Cleric.
excommun.miniſtrant. Barboſ.*in axiomat. iur. axiom.77. n.2.*
vbi plures. At tutius eſt, vt quiſquam careat impetratis,
quam vt eis fruatur contra Principis voluntatem: Igitur in
dubia voluntate concedentis, reſcriptum irritum eſt cen-
ſendum. Sed hoc arbitrio Iudicis relinquitur, vt dicetur
infra, num. 55.

Ibi: *Falſitas verò, aut ſubreptio in poſteriori caſu.*

Defectus contingens in cauſa impulſiua ex expreſſione 53
falſi, aut ſuppreſſione veri, gratiam non irritat, niſi, ve-
ritate comperta, aliter eſſet Princeps conceſſurus quam
conceſſit, grauamen, vel modum gratiæ adijciendo; velu-
ti ſi aliquis petens diſpenſationem voti peregrinationis
vltramarinæ propter infirmitatem, vel ſenium, falsò di-
cat, ſe pauperem eſſe, & ita diſpenſationem abſolutam
conſequatur: nam literæ vt obreptitiæ non valebunt, cum,
non propoſita paupertate, Pontifex vtique diſpenſaret,
vel potius commutaret votum onus pecuniarum impo-
nens impetranti, vt fieri ſolet. Et ita docent Sanch.*num.17.*
Suar.*d.c.vlt.n.11.ad medium*, Bonacin.*d.tract.de legib.diſp.1.*
q.2. punct.4. n.3. verſ.Hac autem regula, Guttier. *Canonicar.*
lib.1.c.15.n.22.23. vltra eos quos laudauimus *ſupra, ad n.13*
verſ.Contrariam ſententiam.

Præmiſſorum ratio eſt, nam licèt per errorem, & decep- 54
tionem tollatur conſenſus, *d.l.ſi per errorem*, quando falſi-
tas verſatur circa cauſam impulſiuam, ſolùm eſt inuolun-
taria facilitas, ſeu promptitudo ad concedendum, non au-
tem ipſa conceſſio: ſiquidem, vt ſupponitur, errore ſu-
blato, idem eſſet Princeps conceſſurus, etſi difficilius, aut
tardius; quare cum voluntas non deficiat concedentis
quoad ſubſtantiam, actus ſuſtinetur, Suar. *d.cap.fin. n.11.*
At quando gratia modificaretur, aut coarctaretur, cognito
errore, circa cauſam impulſiuam, voluntas concedentis ab-
eſt quoad ſubſtantiam diſpoſitionis; quandoquidem con-
cedens non aliter vellet, vti impetrantem gratia conceſſa,
quam onus impoſitum ſubeundo. Igitur reſcriptum in quo
beneficium, aut gratia conceſſa eſt, hoc moderamine, tan-
quam aduerſus Principis voluntatem nequit ſubſiſtere.

Quando ſubreptio, vel obreptio iudicetur commiſſa 55
circa cauſam finalem, vel impulſiuam? Iudicis arbitrio re-
linquitur, qui ex more Principis, perſona impetrantis,
alijſque circonſtantijs decernet, an gratia, veritate co-
gnita, concederetur, nec ne; Menoch. *d.caſ. 201. à num.30.*
Sanch.*n.19.cum multis*, Guttierr. *d.lib.2.c.15.n.44.* Viuian.
in prax. iur. patronat.deciſ.97.n.1. verſ.Amplius ſi ſubreptio,
in fin. Suar.*d.c.vltim.n.15.* Tuſch.*lit.R.concl.217.n.21.* Deci.
in c.ſuper literis, num.11.de reſcript. Sed ſi dubitet quid fa-
ciendum? dictum eſt *ſupra, n. 50.* Cui incumbat onus pro-
bandi, quando opponitur de ſubreptione, vel obreptione
reſcriptorum? tradit Trentacinq.*d.reſol.5.n.23.*

Præfata diſtinctio inter defectum circa cauſam finalem, 56
vel impulſiuam, non eſt admittenda, quoties ille ex dolo
impetrantis prouenit; nam indiſtinctè reſcriptum vitia-
bitur, vbi falſi aliquid precibus fuerit inſertum, aut verum
taceatur; *c.ſuper literis 20. de reſcript.* vbi notat Barboſ.
in collectan.n.31.& ibi etiam Innocenti.*in princip.* Ioa.Andr.
n.12. Imol. *n.5.* Barbatia *n.34.* Deci.*In c.ſedes, in nou. edit.*
n.44. notab.4.eod.tit. Guttierr.*ſupr.n.134.* Syluest. *in ſumm.*
verb.Reſcriptum, q.6. 7. Corduba *in ſumm. q. 45.opinion. 11*
punct. 1. ante tertiam rationem. licèt contrarium teneat
Sanch.*n.74.* putans, non vitiari reſcriptum, niſi dolus im-
petrantis interueniat quoad cauſam finalem; quod quidem
opponitur menti Pontificis in *d c.ſuper literis*, qui, vbi
malitia reperitur, abſolutè præcipit, reſcripta nullius eſ-
ſe momenti: at vbi defectus ex ignorantia eſt, diſtinxit in-
ter cauſam finalem, & impulſiuam, vt ex illa omninò cor-
ruat reſcriptum; ex hac eo modo, quo poteſt, ſuſtineatur;
quæ diſtinctio inter dolum, & imperitiam eſſet inepta; ſi
idem iuris in vtroque caſu foret, vt *Sanch.* vult. Cuius ſen-
tentia vera eſt, ſi dolus interueniſſet circa ea, quæ nullam
connexionem habeant cum eo, quod impetratur, iuxta
præmiſſa *ſupr.n.48.* Nota, quod mendax doloſus præſumi- 57
tur, Menoch.*de præſ.lib.5.præſ.3.n.53.* Quando autem do-
lus in impetratione reſcriptorum præſumatur? habes apud
Trentacinq.*ſupr.n.34.*

Quamuis in omnibus reſcriptis apponatur, aut ſubin- 58
telligatur clauſula: *Si preces veritate nitantur*, *l.vltim. C. de*
dilator.

diuerſ. reſcript. Mareſc.*ſupra num.*3.Azeued.*in l.*4.*num* 2.3.
*tit.*26. *lib.*8. *Recopil.* Trentacinq.*ſupr.d.tit.de reſcript. reſo-
lut.*7.*n.*1. Pat. Suar. *d.lib.*8.*de legib.cap.*18.*n.*19. Barboſ. *de
clauſul .clauſ.*166. Mart.*eod. tract.p* 2.*clauſul.*71. Lancellot.
*de attentat.part.*1.*cap.*20. *limit.*11 *n.*4.Cardin.Tuſch *practi-
car. concluſ. tom.*1. *lit.C.concluſ.*305.*n.*1.*&* *lit. R. dict. con-*
59 *cluſ.*317.*n.*21.Rota *deciſ.*221. *part.* 2. *diuerſor.* Tamen illa
conditio ex mente Principis reſtringitur ad ea, in quibus
de iure obreptio, vel ſubreptio reſcripta vitiat, neque ad
cætera precibus contenta pertinet; nam Principis volun-
tas iuxta ius debet interpretari, Pat.Suar.*d.c.fin.n.* 16. Me-
noch. *de præſumpt.lib.*2.*præſ.*11. *n.*1. Trentacinq. *vbi proxi-
mè.n.*9. Corne. *conſ.*227.*n.*7.*vol.*2.

60 Addere oportet, reſcripta non vitiari taciturnitate eius,
quo dicto, veroſimiliter crederetur, Principem denegatu-
rum fore petita, ſi probetur, id quod tacitum fuit, nouiſſe
aliundè concedentem; Trentacinq.*d.reſol.*7. *n.*10. Verall.
*part.*3.*deciſ.*221.*n.*1. Barboſ. *in collectan. ad l.* 1. *n.* 4. *C.ſi*
61 *contr. ius,vel vtil.pub.* P. Suar.*d.c.vlt. n.* 7. Quoniam præ-
ſumptio illa, quod Princeps non concederet, ſi ſciret quod
ſuppreſſum eſt, cedit veritati, cum conſtet, illud ſcientem
conceſſiſſe, nam omnis præſumptio ſuccumbere debet ve-
ritati, & per probationes in contrarium elidi ſolet; *l. fin.
ff. quod met. cauſ.l. nuptura* 38. vbi Gloſ.*verbo*, *Contrariam,
ff. de iur. dot.* Menoch.*ſupra libr.*2.*præſumpt.* 15 *n.*27.

Verſ. *Verùm,vt his, quæ priorem ſententiam.*

62 Taciturnitas eorum, quæ Ius ſpecialiter exprimi depoſ-
cit, ſine diſtinctione an ſit circa cauſam finalem, vel im-
pulſiuam, reſcriptum vitiat; Flamin. *de confident. benefic.
q.*46.*n.*33. Maſcard. *de probat. concluſ.*846.*n.*2.3.Rebuf.*tra-
ctat.de nominat quæſt.*9.*n.*50.Selua *de benefic.part.*3.*q.*11.*n.*5.
Guttiert.*d.c.*15.*n.*38.51.Menochi. *d.caſ.*201.*n.* 17. Sanch.
allegans alios *n* 13.In quo non diſtinguitur an id eueniat
dolo, vel ignorantia impetrantis, Sanch. Menoch. *ſuprà*,
Guttiert.*d.n.*38. qui omnes rationem à D. Couar. hic tra-
63 ditam approbant. Nam actus contra formam lege præſ-
criptam nullius debet eſſe momenti, *l.cum hi* 8. §. *ſi Præ-
tor,ff.de tranſact.l non dubium* 5.*C.de legib.*

64 Quæ autem ſint exprimenda neceſſariò in diſpenſatio-
ne ad matrimonium? oſtendit Sanch.*dict.lib* 8.*diſp.*22.*cum
ſeq.* Tuſch.*lit.S.concl.*726. Quæ in literarum impetratione
ad beneficia? Tuſch.*concl.*725:Menoch *ſuprà,à n.*33.Gut-
tiert.*d.c.*15.*à n.*74. Beroius *in d. c ad aures*, per totum,*de
reſcript.*Quæ in legitimatione filiorum? Menoch.*caſ.*213.
Mateſcot. *variar.lib.*1.*c.*35. Tuſch.*concl.* 727. Quæ in im-
petratione reſcripti iuſtitiæ; idem Menoch. *caſ.* 202.Fla-
min.*de reſign.benef.lib.*2.*q.*3.*à n.*62.Tuſch.*concl.*724.

65 Similiter locus non eſt præfatæ diſtinctioni, ſi falſitas
Intercedat quoad ſubſtantiam eius, quod concedendum
eſt; nam etſi Princeps, veritate intellecta, facilius con-
cederet; nihilominus reſcriptum erit ſubreptitium: v. g. ſi
aliquis poſtulauerit diſpenſationem voti vltramarinæ pe-
regrinationis, cum vouiſſet Compoſtellam ire, quamuis
facilius concederetur gratia, ſi de veritate conſtitiſſet: ta-
men non proderit diſpenſatio. Idem erit, ſi, qui vouit
non ducere vxorem, petat diſpenſationem pro voto non
fornicandi. Quæ doctrina eſt limitanda, cum illud, pro
quo diſpenſatio impetratur, comprehendit ſub ſe; quod
voto promiſſum eſt, tunc enim reſcriptum valebit; velu-
ti ſi is, qui promiſit ingredi Religionem, obtineat diſpen-
ſationem pro voto profitendi; Pat. Suar. *dict. cap. vlt.
num.*8.

66 Tandem admittenda non eſt ea diſtinctio, quando ſo-
la vna exprimitur cauſa ad gratiam impetrandam, & illa
eſt falſa, nam omninò literæ erunt irritæ, qualis ſit;
Sanch.*n.*41. Guttier. *d.c.*15.*n.*104. Quod verum eſt, licèt
cauſa iuſta, & ſufficiens exiſtat, quæ cognita moueret
Principis voluntatem; quia non poteſt eſſe cauſa actus,
quæ latet agentem, neque in illa fundatur intentio, ſed in
expreſſa, quæ cum falſa ſit, deficit voluntas; Suar.*d.cap.vlt.
n.*7.13. ſecus erit, ſi cauſa hæc non expreſſa nota ſit aliàs
concedenti; Suar.*d. num.* 7. Faciunt tradita, *ſup. num.* 60.
& 61.

Ad Num. 6.

In impetratione beneficij curati facienda eſt mentio 67
eius qualitatis, alioqui gratia erit nulla; Gonçal.*ad regul.*8.
*Cancellar.gloſ.*9.§.1.*n.*64.Nicol. Garc.*de benefic. part.*1.*c.*6.
*n.*49.Menoch.*ſupr.n.*61.vbi plures laudat, & *n.*67.limitat ſi
cura annexa ſit Dignitati, quia non eſt opus, talem qua-
litatem exprimere, cum duntaxat quod principale eſt, at-
tendatur: Idem docent Rebuf. *in prax. par.*3.*ſignatur. ver-
bo, Etiam ſituationis, num.*4. Caſſado. *deciſ.*12. *de præbend.*
Rot. *deciſ.*13. *eod. titul.* & *deciſ.*37. *de reſcript.* & alij apud
eundem Menochium.

Ibi: *Igitur omiſſio eius qualitatis.*

Ad hæc videndi ſunt, Sanch. *n.*35. Guttier.*à n.* 81. qui 68
doctrinam D.*Couarruu.*pluribus adductis, comprobant: &
Sanch. *n.*36. docet, quando qualitas cenſeatur adiecta ta-
xationis, vel demonſtrationis cauſa? Ratio autem, propter
quam Rotæ deciſio hic allegata, ſuſtinendum decreuit reſ-
criptum falſa narratione impetratum? in obſcuro non eſt;
quoniam impetrans neutiquam contrauenit conſtitutioni
præcipienti, vt in impetratione beneficiorum curæ men-
tio fiat, ſi curatum ſit quod poſtulatur: cùm eo caſu talis
qualitas beneficio non eſſet impetrato; atque ideo dici
non poteſt, falſitatem contigiſſe circa qualitatem neceſſa-
riò exprimendam; nam illa quæ non eſt, explicari non de-
bet, conſtitutio enim nihil cauit circa impetrationem be-
neficij non curati; vndè qui tale beneficium impetrauit,
etſi falſum dixerit, contra illam non fecit. Imo, & dici
poterit, falſitatem circa qualitatem exprimendam non no-
cere, modò nihil exprimendum taceatur, nec cauſam fina-
lem attingat, vt colligitur ex præallegatis DD. maximè ex
Sanch.*d.diſp.*11 *in fine*, vbi docet, taciturnitatem circa ea,
quæ exprimi iura ſpecialiter præcipiunt, gratiam irritam
reddere; expreſſionem verò falſi ſolùm efficere, cum circa
finalem cauſam verſatur, de quo ſtatim exemplum ſubij-
cietur à *num.*77.

Nec obſunt præfatæ deciſioni iura in contrarium ad- 6
ducta, quorum diuerſus eſt caſus: ſiquidem in ea *Rota* deci-
ſione, erat corpus certum beneficij poſtulati, vnde qualitas
illa curæ fuit demonſtratiuè adiecta; quæ licet falſa ſit, gra-
tiam non vitiat, ſi aliàs Princeps eſſet conceſſurus, quia
conſenſus non deficit. At in *cap.cui de non ſacerdotali*, & *c.* 70
ſuſceptum, Pontifex gratiam generaliter conceſſit, nullo
certo beneficio aſſignato. & ſic valor vel qualitas ponitur
taxatiuè, ita vt conſenſus concedentis ſolùm comprehen-
dat beneficia, quæ talia ſunt; non alia maiora, vel minora;
quare, etſi Pars conſentiat, vt quod minus eſt, ſibi confera-
tur, fieri non poteſt ex defectu voluntatis Pontificis; qui
licet facilius concederet illud quod minus eſt, tamen actu
non conceſſit.

Quæ ex eo maximè procedunt, quod reſcripta ſunt ſtri- 71
cti iuris, nullámque interpretatiuam extenſionem reci-
piunt, etiam ex maioritate rationis; Molin. *de primogen.
lib.*2.*c.*4.*num.*48 Marc.Ant. *variar.lib.*1.*reſolut.*39. *num.*11.
Surd.*deciſ.*175.*à n.*2.Tiraquel.*in l.ſi vnquam,verbo, libertis,
num.*55.*C.de reuocand.donat.* Card. Tuſch. *tom.*6.*lit. P.con-
cluſ.*212.*à num.*1.Quibus alia addenda ſunt Infra, pro *d.c.
cui de non Sacerdotali*, interpretatione, *n.*89.

Ad Num. 7.

Eſt præmittendum cum communi ſententia, vt, quoties 72
taceretur aliquid ex Curiæ ſtylo exprimendum, reſcriptum
nullum ſit perinde, ac ſi non explicaretur quod iure ſpe-
cialiter exprimi iubetur; Flamin.*de reſignat.lib.*1.*q.* 2. *n.*13.
Sanch.cum pluribus, *num.*16.Guttier.*d.c.*15.*n* 39.Menoch.
*d.caſ.*201.*num.*27.*verſ. Aliqua,&* *n.*28. Maſcard. *conſ.*1357.
*n.*5.Qui idem eſſe aiunt de illis, quæ ex conſuetudine Prin-
cipis debent explanari.

Quod exprimeretur valor beneficiorum in precibus ad 73
ipſa obtinenda, primò ſtatuit Vrbanus V. vt teſtatur Rota,
*deciſ.*19.*de reſcript.in.nou.* quod & poſteà multi Pontifices
præceperunt, Ludouic.Gom.*in præfat.ad regul.Cancellar.de
exprimendo valore*; & ita rectè conſtitutum eſt; alioqui, va-
lore

lore incognito beneficiorum nequiret Pontifex æquè Eccleſiaſticos reditus diſtribuere pro perſonarum meritis; vt per Ludou. Gom. *in d. præfat.* vbi alias rationes tradit.

74 Ex quibus infertur, taciturnitatem veri valoris, aut falſitatem circa illum, gratiam irritare; Menoch. *num.* 77. 83. vbi de falſo valore expreſſo loquens tenet cum multis, ex ea cauſa vitiari conceſſionem etiam Motu proprio, Rota *deciſ. 47. de reſcript. in antiq.* Guttier. *à n. 79.* qui latè differit, Mandoſ. *in d. reg. de exprim. valor. & in regul. 10. de vnion. & confirm. q. 5. n. 2. & q. 6. n. 4.* Gom. *in d. reg. de valor. exprim.*

75 Felin. *in d. c. ad aures, n. 10.* Neque in his, quæ de ſtylo Curiæ ſunt exprimenda, admittitur diſtinctio, an Pontifex eſſet conceſſurus, nec ne; ſed abſolutè nocet, ſi omittantur, in quo nullum iudicanti datur arbitrium; Menoc. *bi. n. 27. 28.* Guttier. *n. 39.* Alioqui fruſtranea eſſet illa conſtitutio de valore exprimendo: quandoquidem de iure communi compertum eſt, falſitatem, aut taciturnitatem exprimendorum, ex quibus Princeps mouetur ad concedendum, quæ aliàs non foret conceſſurus, nullam gratiam reddere, vt dictum

76 eſt ſupra. Quare *Ancharrani* ſententia, cui *D. Couar.* aſſentit, admittenda non eſt; quia expreſſio veri valoris pro forma deſideratur ex ſtylo Curiæ, cui eadem vis eſt, ac iuris conſtitutioni, vt docet Menochius *vbi proximè*. Nec dici poteſt, valorem exprimi, cum minus, quàm beneficium valet, precibus ſignificatur, ſicque falſitas non contingit circa neceſſariò exprimendum; imo potius illud prorſus ſupprimitur.

Ibi: *Accedit ad hoc, quod notanter ſcribit.*

77 Sed præmiſſis non refragantibus vera eſt hæc *Rebuffi* aſſertio; nam tunc ſolùm vitiatur reſcriptum, quando minor valor exprimitur, non ſi maior eſſe dicatur; quàm verè eſt; quicquid Guttier. *d. n. 79.* teneat, etſi hoc ſatis proba-

78 bile fateatur. Primò, nam ratione legis ceſſante, eius diſpoſitioni non eſt locus; *l. adigere, 6. §. quamuis, ff. de iure patron.* ſed rationes omnes propter quas verus valor beneficij exprimi iubetur, ceſſant maiore expreſſo; vt Guttier. probat. Ergo ex ea regula nullum vitium ob expreſſionem maioris valoris incurritur

79 Secundò, qui ſignificat, plus valere beneficium, quàm reddit, virtualiter & implicitè verum valorem exprimit; nam ſub maiori ſumma minor continetur, vt D. Couar. probat *infra, hoc num. verſ. Nec ſatisfacit.* Ergo iam ſatisfa-

80 cit conſtitutioni de exprimendo valore. Nec quod abundat nocere ſolet; *l. teſtamentum, 17. C. de teſtament. l. non ſolent 95. ff. de regul. iur. l. 1. §. ſi ſtipulanti, ff. de verbor. obligat. l. ſi decem 55. ff. locati.*

81 Tertiò, ad ea, quæ rarò accidunt iura non adaptantur, *l. nam ad ea 5. ff. de legib.* Sed rarum eſt, vt maior valor narretur, igitur ad hunc caſum præfata regula pertinere non poteſt.

82 Quartò, tam in lege, quam in qualibet alia diſpoſitione, mens diſponentis potius eſt attendenda, quam verba; *c. Secundò requiris 41. de appellat. l. 3. C. de lib. præterit.* Atqui ex ratione conſtitutionis illius manifeſtè apparet, mentem conſtituentis fuiſſe, ne minor valor beneficijs exprimatur, prohibere tantùm: Ergo aduerſus ipſam non facit, qui maiorem expreſſit.

83 Quintò, quod veroſimiliter reſponderet diſponens, ſi interrogaretur, habetur pro expreſſo in diſpoſitione, Gloſ. communiter probata in *l. tale pactum 41. §. fin. ff. de pact.* & alibi dictum eſt. Veroſimillimum autem eſt, Authorem illius conſtitutionis, ſi interrogaretur, an fieret ſubreptitia gratia, vel obreptitia ob expreſſionem maioris valoris? reſponſurum, quod non. Igitur hoc ipſum pro expreſſo in eadem regula habendum eſt.

84 Sextò, abundans cautela nocere non debet, *d. l. teſtamentum; §. 1. C. de teſtam.* Ergo ſi quis dubius de beneficij valore, plus valere narrauerit, hoc gratiæ nullitatem afferre non oportet.

85 Neque obſtat, quod pro forma deſideratur veri valoris expreſſio, & illa eſt ſpecificè, & ad vnguem adimplenda, ne actus corruat; *d. l. cum hi, §. ſi Prætor, l. qui hæredi 43. ff. de condit. & demonſt.* Molin. *de primogen. lib. 2. c. 7. num. 4.* Menoch. *conſ. 398. n. 52.* Argel. *de acquir. poſſeſ. q. 8. art. 25. n. 10.* Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſt. tom. 2. cap. 16. dubit. 26. ſect. 1. num. 9.* Quoniam huic obiectioni dupliciter poteſt ſatisfieri. *Primò* illud eſſe verum illis caſibus, de quibus lex formam præſcribens agit; at in d. Regula Cancellariæ non venit in mentem conſtituentis, aliquid ſtatuere circa eos qui maiorem valorem expreſſerint, vt proximè aſſertum eſt. Et quoties menti diſponentis ſatisfactum eſt, omiſſio formæ non vitiat actum, cum aliunde eumdem ſpecificum, ac implicitum habeamus effectum; Bald. *in l. fideicommiſſa 11. § ſi cui, ff. de legat. 3.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 308. n. 29. 30.* Aloiſius Maſcard. *de ſtatutis, concl. 9. n. 76.* Secundò, ex eleganti doctrina Mareſcotti *variar. lib. 1. c. 68. à n. 1.* nam aut forma requiritur ſolùm ad certum effectum conſequendum ex eius obſeruatione, aut etiam reſpicit modum, quo aliquid faciendum eſt, ita vt Legiſlator non aliter rem fieri velit, licèt intentus ſubſequatur effectus; Primo caſu ſufficit quomodocunque effectum ſortiri, etſi forma non ſpecificè adimpleatur; *l. fin. §. fin. ff. mandat. l. Gallus 24. §. & quid ſi tantum, ff de liber. & poſthum. l. ſi quis mihi bona 25. §. ſed quid ſi mandauit, ff. de acquir. hæredi.* 86

Secundo caſu, actus non valet, niſi forma ſpecificè impleatur, etſi, ea non ſeruata, idem habeatur effectus; *d. l. ſi quis mihi bona, §. coram, d. l. cum hi, § ſi prætor, cap. ſicut 21. de elect. in 6.* Idem tenet Tondut. *quæſtion. benefic. pars. 1. c. 49. n. 11.* vbi ait, aliam eſſe formam ſubſtantialem, & aliam effectualem: Hinc eſt, vt cum forma exprimendi valoris tradita *in d. Regula*, tantùm reſpiciat finem, ſcilicet ne Pontifex decipiatur, ignorato valore, & ita concedat plus quam æquum eſt, inſpecta perſonarum qualitate; aut Camera Apoſtolica defraudetur, poterit tali formæ per æquipollens ſatisfieri, narrando maiorem beneficij valorem, nam ita finis per eam conſtitutionem intentus vberius conſequitur. Quarè dicendum eſt tandem, quod cum minor valor exprimitur, gratia vitiatur, quia contra formam Regulæ prædictæ; quando verò maior, non ita; quoniam illi paritum eſt, prout ſenſit Rebuffus.

Dubium eſt, an qui petit beneficium, teneatur facere 87 mentionem non ſolùm alterius quod habet, ſed etiam de ipſius valore, vt gratia ſobreptitia non ſit? Negant Gloſ. *in Clement. 1. verbo, Alteri, circa medium, de præbend.* Felin. *in d. cap. ad aures, n. 5.* Nauarr. *conſ. 1. de conſtit. q. 19. num. 50.* Maſcard, *de probat. concluſ. 887. n. 3.* Affirmant Staphilæ. *de liter. grat. tit. de formis expectat. §. noua forma, à n. 43.* Selua *de benefic. par. 3. q. 12.* Ludouic. Gom. *in d. reg de valor. exprimend. q. 1. & 5.* Quam ſententiam veriorem dicit Barboſ. *in collectan. ad d. Clement. 1. n. 8.*

Eſt notandum, in hac valoris expreſſione non contine- 88 ri diſtributiones quotidianas, nec quod pro Anniuerſarijs percipitur, quia hæc ſunt ſtipendium operæ perſonalis, vt aduertunt communiter DD. teſte D. Couar. *Infra, lib. 3. cap. 13, num. 1.*

Verſ. *Solet tamen.* Ibi: *Deducitur tandem ex præmiſſis.*

De ratione *c. cui de non ſacerdotali* diximus nuper, cui non 89 obſtat, quod ſub maiori ſumma continetur minor ex proprietate ſermonis, nam etſi illud ſit verum, non habet locum in deciſione illa; cùm aliud ſit, maiorem ſummam continere minorem, & aliud, beneficium valens centum ſub maioris valoris beneficio comprehendi: nam in ſummis illa comprehenſio admittitur, non ſic in ſpeciebus, cùm minor domus ſub maiore comprehendi non dicatur: vnde ſi domus maxima fuerit legata, minimam legatarius petere non valebit, vt notum eſt. Hinc infertur, ad intellectum *dict. cap. cui de non ſacerdotali*, quia licèt ibi mentio quantitatis fiat: quod conceditur, non eſt quantitas, ſed beneficium eam reddens. Quare cum beneficium minoris valoris ſub eo, quod plus valet, non contineatur, ideo qui gratiam obtinuit, conſequi beneficium magis tenue non potuit, quia hoc expreſſim datum non eſt, nec ſub illo, quod conceſſum eſt, comprehenditur. Nullum itaque ius ex illis literis impetrans habuit ad alia beneficia, quam quæ redderent quantitatem in ipſis expreſſam, nec potuit ex hoc etiam volenti beneficium minus valens conferri.

Verſ. *Nec ſatisfacit* Ibi : *Nam maior ſumma ex proprietate.*

90 Hæc regula, quod minor ſumma ſub maiore contine-
tur, limitanda eſt, ſi ea mente proferentis appareat aliud,
quia verborum proprietas cedit loquentis intentioni; *l. ſi
quis ſi item 3. C. de liber. prateris. c. humane 22. q. 2. l. 3. §. conditio,
ff. de adimend. legat.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 3.
tit. 3. n. 9.* Brun. à Sole *in loc. communib. verbo, Verba, n. 20.*
Barboſ. *in axiomat. iur. axiom. 222. n. 3.* Menoch. *conſ. 97. n.
41.* Atque ita intelligitur textus in *§. praterea, Inſt. de inutib.
ſtipulat. & in d. l. ſi decem 55. ff. locati.*

Verſ. *Tertiò, principali huius capitis reſolutione.*

Idem notant Guttier. *d. c. 15. n. 85.* & Barboſ. *in Collectan.
ad c. vltim. n. 5. de conceſ. prabend.*

Ad Num. 8

91 Hanc Gullielmi à Cuneo ſententiam ſequuntur com-
muniter omnes, Guttier. *d. lib. 1. Canonicar. c. 15. à n. 86.* Me-
nochius *caſ. 203. n. 32.* Ant. Gom. *variarum lib. 3. c. 3. n. 60.*
Molin. *de primogen. lib. 2. c. 4. n. 50. & lib. 4. c. 3. n. 41.* Tira-
quel. *de pæn. temperand. cauſ. 10. n. 4.* Iul. Clar. *in prax. crimin.
§. fin. q. 59. n. 9.* Sarmient. *ſelectar. lib. 1. c. 9. n. 2.* Padill. *in l.
tranſigero, n. 69. C. de tranſact.* Boſſ. *in prax. de remed. ex ſola
clement. Princ. n. 35.* Plaza *in epitom delictor. c. 45. ad finem,*
Azeued. *in l. 2. n. 14. tit. 25. lib. 8. Recopilat.* per quam legem
apud nos hæc qualitas remiſſionis delicti antea obtentæ
exprimi debet neceſſariò, vt valeat ſecundum veniæ reſ-
criptum; nam ita ibi expreſſim cauetur.
92 Quod eſt intelligendum, quando prima remiſſio fuit pro
eodem criminis genere, vt probant cum *D. Couar.* Guttier.
& Menoch. *ſupra.*
Ratio *præfata legis Regia*, & concluſionis Gullielmi eſt;
quoniam ob repetitionem delicti, Princeps retraheretur
à conceſſione veniæ, argumento *l. 3. §. vltim. C. de Epiſcop.*
93 *audient.* ne ex repetita indulgentia aſſumatur licentia de-
linquendi, cùm homines ſub fiducia remiſſionis facilè ad
crimina prolabantur; *cap. illud 5. §. illud. de Cleric. excom-*
94 *mun. celebr.* Sed Gullielmi doctrinam limitat Felin. *in cap.
ex tenore, n. 2. de reſcript.* cùm venia fuit inualida: nam de
ea mentionem fieri neceſſe non eſt; ſequitur Menoch.
dict. num. 31.
95 Eſt etiam ad veniæ validitatem exprimenda reiteratio
delicti, etſi illud Princeps non remiſerit; nam cùm in *d. l. 3.
§. vltim.* ſtatuatur, ne criminum niſi ſemel commiſſorum
remiſſio concedatur, ea qualitas neceſſariò eſt in preci-
bus explicanda, tanquam ſi iure ſpecialiter exprimi
iuberetur: nec diſtinguendum eſt, vtrum Princeps, co-
gnita reiteratione criminis, precibus annueret, nec ne;
96 Sanch. *d. diſp. 21. n. 15.* vbi pro regula tradit, vt quoties in
iure inuenitur prohibitum, ne remittatur crimen taliter
commiſſum, vel ne diſpenſetur vbi adeſt talis circun-
ſtantia; hæ qualitates ſint neceſſariò exprimendæ, vt re-
ſcriptum ſubſiſtat.

Vndè infertur, quod ſi quis poſtulet veniam à Principe 97
propter homicidium proditoriè factum, qualitatem pro-
ditionis debet exprimere; quoniam *l. 1. tit. 25. lib. 8. Reco-
pilat.* diſponitur, vt in remiſſionibus generalibus, vel
ſpecialibus, non intelligatur remiſſa mors proditoriè fa-
cta; aliàs erit ſubreptitium reſcriptum, etiam ſi, ea qua-
litate cognita, Princeps eodem modo remitteret; Ant.
Gom. *d. lib. 3. variar. cap. 13. num. 38. verſ. Item adde.* Et
quod reiteratio delicti ſit explicanda, vt *ſuprà* dicebamus,
docent Tiraquel. *d. tract. de pæn. temper. cauſ. 49. num. 27.*
Padilla *in d. l. tranſigere, num. 63.* Sebaſt. Medices *de reg. iur.
reg. 3. n. 64.* Plaza *ſuprà, c. 38. n. 4.* Franchis *deciſ. 330. n. 3.* Maſ-
card. *concluſ. 838. n. 8.* Cened. *ad Decretal. collectan. 44. n. 4.*
Tuſch. *to. 7. lit. S. concluſ. 730.* Farinac. *in prax. crimin. quæſt. 6.
num. 49.* Nicol. Garcia *de benefic. part. 8. cap. 3. num. 28.* Ant.
Gom. *dict. cap. 3. num. 60.*

Ad Num. 9.

Ibi : *Nam ſi quis impetrare velit.*

Accedit Guttier. *d. n. 96. 97.* Et quod in impetratione legi- 98
timationis eſt facienda mentio filiorum legitimorum,
eſt communis reſolutio; vt conſtat ex Menoch. *d. caſ. 203.
n. 5.* Mareſcot. *ſuprà, lib. 2. c. 87. n. 1.* vbi plures refert, Treo-
tacinq. *d. libr. 1. variar. tit. de legitimation. reſolut. 2. n. 18.* Nam
veroſimiliter præſumitur Princeps gratiam denegaturus,
ſi ſciret legitimos extare, Ant. Gom. *in l. 12. Taur. n. 67.* vbi 99
alij. Imò non ſolùm exprimere debet impetrans, filios le-
gitimos habere, ſed etiam vxorem ſibi eſſe, ex qua filios
ſperat procreare, alioqui legitimatio erit ſubreptitia; Are-
tin. *in l. ex facto 43. n. 8. verſ. Vel habere vxorem, ex qua poſſit
procreare filios, ff. de vulgar. fol. 101. colum. 4.* Ripa *in d. l. ſi vn-
quam, C. de reuocand. donat.* Roland. *d. conſ. 89. n. 36.* Surd.
conſ. 552. n. 40. Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 236. n. 42.* qui *n. 36.*
id declarat, ſi nati fuerint filij ex tali matrimonio, Tien-
tacinq. *ſupr.* Præterea legitimatio, legitimorum non facta 100
mentione, eſt irrita, quamuis nihil eorum interſit, ne fiat
legitimus filius illegitimè natus; Mareſcot. *ſupr. lib. 1. c. 35.
n. 8. verſ. Non obſtat Ruinus,* & *n. 9.* contra Iaſonem, & alios. 101
Idemque erit, ſi motu proprio, vel ex plenitudine pote-
ſtatis filius legitimetur, Mareſcot. *n. 11.* quia, non facta
mentione legitimorum, reſcriptum non tenebit.
Ex quibus deducitur, quod quamuis per *l. 10. tit. 8. libr. 5.* 102
Recopilat. legitimati per reſcriptum Principis non ſucce-
dant cum legitimis, & naturalibus, niſi expreſſim in legi-
timatione contrarium dicatur, Anton. Gom. *in d. l. 12. Taur.
n. 67.* Tamen opus erit ad legitimationem filij, prolis legi- 103
timæ mentionem fieri, ex doctrina Mareſcot. *d. c. 35. n. 8.
verſ. Non obſtat.*
Numerus vero filiorum erit explicandus, ſi tot ſint, vt 104
propter eorum multitudinem Princeps legitimationem
non eſſet conceſſurus, aut cum reſtrinctione aliqua concede-
ret: ex generali regula *ſupra* tradita; nam cùm iure cau-
tum non reperiatur, vt filiorum numerus explicetur, taci-
turnitas non nocebit, niſi circa cauſam finalem contige-
rit. In quo Principis conſuetudo attendetur.

D. DIDACI

D. DIDACI YBAÑEZ DE FARIA ADDITIONES ET OBSERVATIONES AD LIBRVM SECVNDVM D. COVARRVVIAS VARIARVM RESOLVTIONVM.

AD CAPVT PRIMVM.

De iure creditorum in perſonas eorum qui non ſoluunt: ac de Ceſsionis bonorum remedio.

SVMMARIVM.

1 *Debitores, qui ſoluendo non erant, quomodò ante legem duodecim tabularum creditoribus ſuis addicebantur.*
2 *Decemviralis conſtitutio quid immutauerit.*
3 *Lege Patilia mitiùs cum debitoribus, qui facultatibus deficerant, agi cœpit.*
4 *Filij eorum, qui ſoluendo non erant, pro paternis debitis creditoribus tradebantur olim apud Romanos.*
5 *Patres poſſunt ſuos filios in pignus dare, fame premente. Limitatur in filio ſacris initiato.*
6 *Apud Hebræos an filij debitorum fierent ſerui pro paternis debitis.*
7 *Seruitus Hebræorum quamdiu durabat, cùm vnus alterius ſeruus fiebat.*
8 *Debitores non habentes vndè ſoluerent, poſt* l. æs alienum, C. de actionib. & obligat. *in vinculis detinebantur, niſi bonis cedere vellent.*
9 *Homo liber pignori dari nec à ſe, nec ab alio poteſt.*
10 *Homo liber inter priuatos an obſes tradi poteſt?*
11 *Prælatus num poſſit ſibi ſubditos obſides dare?*
12 *In executione quis ordo ſeruandus quoad bonorum diſtractionem.*
13 *Debitor non præſtans cautionem de idoneitate,* vulgò, de ſaneamiento, *ad carcerem ducitur, etſi bona habeat.*
14 *Fœminæ honeſtè viuentes pro debito ciuili non carcerantur.*
15 *Mulier maritata licèt turpiter viuat, pro debito ciuili non eſt carceranda, niſi maritus conſentiat turpitudini.*
16 *Mater, vel auia, pro debito ex adminiſtratione tutelæ liberorum, carceri non mancipatur.*
17 *Militia apud Romanos triplex, & de aliquibus eorum priuilegijs.*
18 *Milites, qui in Hiſpania* Hombres de armas *vocantur, priuilegijs armatæ militiæ decorantur.*
19 *Priuilegijs militiæ conceſſis milites renunciare non valent.*
20 *Quibus caſibus miles pro debito ex contractu in carcerem mittitur.*
21 *De re militari, ac militum priuilegijs, qui diſſerunt.*
22 *Quis in Hiſpania propriè dicebatur* Hidalgus, *& quis* Nobilis.
23 *Filius naturalis paterna nobilitate decoratur, eiúſque gaudet priuilegijs. Idem eſt de vxore.*
24 *Nobilis in Hiſpania carceri non ſubijcitur ob debitum, quod ex delicto, vel quaſi non deſcendat, & quomodò ad hoc nobilitas probanda ſit.*
25 *Ei priuilegio renunciare Nobiles num poſſint?*
26 *De iure Regio etiam cum iuramento renunciatio prædicti priuilegij non tenet.*
27 *Eo priuilegio potiuntur reſcripto Principis nobilitati.*
28 *Quando Nobiles propter debitum ex contractu, poſſunt in carcerem detrudi.*
29 *De nobili, qui fideiuſſit pro reo, vtrum propter pœnam pecuniariam impoſitam ob delictum principalis, poſſit fideiuſſor carceri mancipari?*
30 *Priuilegium, ne quis conueniatur vltrà quam facere queat, quid contineat.*
31 *Quæ res Nobilibus reſeruentur, cùm in eorum bonis fit executio.*
32 *Priuilegium, ne quis conueniatur vltrà quam facere poteſt, ad debita ex delicto non pertinet.*
33 *Qui præfatum priuilegium habet, carcerari pro debito ex contractu non poteſt.*
34 *Multi, etſi in bonis non habeant, pro debito ex contractu carceri non ſubijciuntur.*
35 *Conductor, ſiue exactor maior Regalium tributorum pro debito carcerandus non eſt: ſi idoneos præſtet fideiuſſores.*
36 *Ceſſio bonorum ad quid inuenta.*
37 *De eius forma.*
38 *Nemo poteſt bonis cedere, niſi debitum agnoſcat, aut ſententiâ damnetur.*
39 *Quando in Hiſpania debitor ſuis creditoribus, vt ſer-*

 nire:

niret, tradebatur, torquem ferreum ad collum ferebat, excepto viro reſpectu vxoris.
40 *Filiusfam. ſi eſſet ſuis creditoribus tradendus, pater eis præferebatur vi patriæ poteſtatis.*
41 *Legalis bonorum ceſſio in vſu non eſt.*
42 *Cedenti bonis quæ ſint relinquenda.*
43 *Cedentes bonis cautionem præſtant de reſiduo ſoluendo, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerint.*
44 *Qui bonis cedere non permittuntur.*
45 *Si principalis bonis cedat, nihil prodeſt fideiuſſori.*
46 *Cedens bonis à futuris creditoribus conuenitur in ſolidum.*
47 *Quomodo alimenta taxanda ei, qui bonis ceſſit, ex poſteà quæſitis.*
48 *Vſurarius cedens bonis, conſequitur alimenta ex eis, quæ in poſterum quæſierit.*
49 *Cedens bonis cum ignominia ex ſtatuto ab omni ære alieno prorſus liberatur.*
50 *Quomodo hoc intelligendum.*
51 *Per ceſſionem bonorum quoad reliqua nec naturalis, nec ciuilis tollitur obligatio.*
52 *Vtrum beneficio ceſſionis bonorum poſſit renunciari?*
53 *Nemo poteſt ſe ipſum ad carcerem publicum obligare.*
54 *Lege, vel moribus permittentibus, poteſt quis ſe ad pœnam corporalem aſtringere.*
55 *Renuncians cum iuramento beneficio ceſſionis bonorum, eo priuatur.*
56 *Regula: vt qui non habet in bonis, luat in corpore: in quibus perſonis locum habeat.*
57 *Qui non habet vnde ſoluat parti offenſæ intereſſe, corporaliter plectitur.*
58 *Qui per calumniam ad iudicium prouocat, etiam ex cauſa ciuili, ſi non ſoluit pœnam præ inopia, luit in corpore.*
59 *Luens in corpore, quia in bonis non habet, à pecuniaria pœna perpetuò liberatur.*
60 *An damnatus ſoluere pecuniam parti offenſæ ad bonorum ceſſionem admittatur?*
61 *Clericus damnatus ob delictum ad pœnam pecuniariam, non gaudet priuilegio* capit. Odoardus, de pignoribus.
62 *De iure noſtro damnatus ad ſoluendum intereſſe parti offenſæ, cedere bonis poteſt; ſecùs ſi ad pœnam.*
63 *In leuibus delictis ſi de inopia rei conſtiterit, poterit Iudex pœnam Fiſco applicatam remittere.*
64 *Clericus, ſi ſoluendo non ſit, non eſt pro debito non deſcendente ex delicto in carcerem detrudendus, vel excommunicandus.*
65 *Nec vltrà quàm facere poteſt, conuenitur.*
66 *Quid fieri debeat, ſi beneficiarius ſuis creditoribus nequiuerit ſatisfacere.*
67 *Clericus fugiens, aut de fuga ſuſpectus, poteſt à Iudice laico, vel creditore capi, vt ſuo Iudici præſentetur.*
68 *Quibus Clericis priuilegia ſuprà tradita concedantur.*
69 *Illis etiam gaudent Religioſi.*
70 *Clericus tribus ſententijs conformibus damnatus, non priuetur priuilegio* d. cap. Odoardus?
71 *Conciliantur contraria ſententia numer. præcedenti tradita.*
72 *An Clericus damnatus ex depoſito, præfato potiatur priuilegio?*
73 *Cadauera debitorum, non licet creditoribus impedire, ne ſepeliantur.*
74 *Intra quos dies à morte teſtatoris hæres conueniri non poteſt.*
75 *Debitor defunctus eſt ſepulturæ tradendus, non obſtante creditorum appellatione.*
76 *Ampliatur ad debitorem ex inſtrumento guarentigio obligatum.*
77 *Præceptum defuncti, ne cadauer ſuum ſepeliatur, exequendum non eſt.*
78 *Cadauera eorum, qui ob atrociſſima ſcelera vltimo ſupplicio afficiuntur, aliquando ſolent inſepulta relinqui.*
79 *Damnatis ad mortem Confeſſarius à Iudice mitti debet.*
80 *Et Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum eis miniſtrandum.*
81 *Iudices Eccleſiaſtici poſſunt cenſuris compellere ſæculares, vt reis mortem ſubituris Sacramenta exhiberi permittant.*
82 *Sacramentum Extremæ vnctionis in patibulo morituris denegatur.*
83 *Cadauera punitorum ſepelire nemo poteſt, niſi de licentia Iudicis, qui ſententiam exequi fecit.*
84 *De intellectu* l. 2. ff. de cadauerib. punitor. *remiſſiuè.*
85 *Cadauer vſurarij manifeſti Eccleſiaſticæ ſepulturæ non traditur, donec hæres vſurpata reſtituat, aut cautionem idoneam de reſtituendo præſtet.*
86 *Monachus proprietarius Eccleſiaſtica ſepultura priuatur.*
87 *Propter criminis enormitatem ſolet cadaueri rei ſupplicium irrogari.*
88 *Se ipſum enecans ſepulturæ Eccleſiaſticæ non traditur.*
89 *De pœnis eorum, qui ſibi manus inferunt, remiſſiuè.*
90 *Moleſiarum fœminarum notabile refertur exemplum.*

Ad Num. 1.

ANte legem duodecim tabularum, debitores cùm ſoluendo non erant, ſuis creditoribus addicebantur; 1
apud quos, vincti, fame, verberibus, alijſque cruciatuum generibus immanè opprimebantur, quem miſerandum ſtatum euadere nullo vnquam tempore valebant, niſi eorundem creditorum liberalitate, aut alterius pecunia eximerentur, vt obſeruat Iacobus Ræuard. *lib. ſingul. ad leg. duod. tabul. cap. 8. de nexis, col. 6. verſ. Cæterum ante*: conſtatque ex Liuio *anno ab vrbe condita* 259. vbi ait: *Magno natu quidam cum omnium maiorum ſuorum inſignibus ſe in forum proiecit. Obſita erat ſqualore veſtis, fœdior corporis habitus, pallore, ac macie perempti. Ad hoc promiſſa barba, & capilli efferauerant ſpeciem oris. Noſcitabatur tamen in tanta deformitate, & ordines duxiſſe aiebat, aliáque militiæ decora, vulgò miſerantes eum iactabant, ipſe teſtes honeſtarum aliquot locis pugnarum cicatrices aduerſo pectore oſtentabat. Sciſcitantibus vndè ille habitus, vndè deformitas? cum circumfuſa turba eſſet propè in concionis modum: Sabino bello, ait, ſe militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, ſed villa incenſa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquè ſuo tempore imperatum, æs alienum feciſſe, id cumulatum vſuris, primò ſe agro paterno, auitóque ſe exuiſſe, deinde fortunis alijs, poſtremò velut tabem perueniſſe ad corpus, ductum ſe à creditore non in ſeruitium, ſed in ergaſtulum, & carnificinam eſſe. Inde oſtentare tergum fœdum recentibus veſtigijs verberum.* Nec vinctorum operæ eis ad debitum extenuandum proficiebant. Ræuard. *col. 7. verſ. Tunc enim* licèt Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ.* 184. *num. 1.* contrarium probet, motus Quintiliani authoritate, quæ ad rem non facit, cùm iſte iuxta ſua loquatur tempora, quibus, iam lege Pætilia lata, debitores addicebantur, vt ſeruiendo ſe ære alieno exonerarent, Ræuar. ex Gellio *col. 2. verſ. Sanè ſi bona*; Quintilianus enim ab Hiſpania, vbi natus eſt, Romam adoleſcentulus venit, imperante Nerone, vt refert Angel. Polician. *in præfat. ad ipſius opera.*

Decemuirali conſtitutione edita, aliter in debitores agebatur, vt ex ipſa apparet, quæ ſuis formalibus verbis reſtituta, prout à Ræuardo refertur *col. 2.* ſic ſe habet: *Æris confeſſi, ariſque debiti iudicatis triginta dies iuſti ſunto; poſt dein manus iniectio eſto: in ius ducito, ni iudicatum facit, neruus quips endo eo in iure vindex eſit, ſe cum ducito, vincito, aut neruo, aut compedibus quindecim pondo, ne minore, aut ſi volet maiore vincito. Si volet ſuo viuito, ni ſuo viuit, qui em vinctum habebit, libram farris endo die dato, ſi volet plus, dato. Ni cum eo pacit, ſexaginta dies in vinculis retineto, trinis nundinis continuis in comitium procitato, æriſque æſtimiam iudicati prædicato, tertijs nundinis capite pœnas luito, aut trans Tyberim peregrè venum ito. Aſt ſi pluſes eſunt rei, tertijs nundinis partis ſecanto, ſi plus, minus ve ſecueſunt, ne ſi fraude eſto.* Quam ipſe Ræuard. explicat accuratè, cuiuſque meminere Paradox. *rer. quotidianar. lib. 2. cap. fin. part. 5. § 7. n.* . Menoch. *ſupra, num. 4.* Melo *de induc. debitor. quæſt. 2. n. 5.* Carleual. *de iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 1. n. 5.* Tertul. *in apolog. aduerſus gentes, c. 4.* Alexand. ab Alexand. *dier. genial. lib. 6 cap. 10.* Donel. *in tract. de pignor. c. 10.* Sed ea lege obæratis proſpectum non eſt, in quos ſæuiſſimè ſtatuitur; at bono communi conuenit, vt illi exterminarentur, aut perirent, ne populus ſeditionibus vexaretur, quæ ob ſæuitiam creditorum in vinctos frequenter excitabantur, teſte Liuio *vbi ſupra* & *anno* 417. alterum tumultum ex hac cauſa commemorat, notat Ræuar. *col. 8. verſ. Decem viri verò.* 2

Cuius

3 Cuius legis impietas more prius, ac tandem expreſſim fuit abrogata, *anno ab vrbe condita* 427. Lucio Papirio, & Caio Pœulio Conſulibus, Menoch. *nu.*6. Ræuar. *d. col* 8. *verſ. Fuit autem*, D. Cuuat, *paulò inferius*, *verſ. eodem pacto*. Poſtea tamen debitores addici creditoribus etiam fuit in vſu, vt, operis exhibitis, iuſta compenſatione ab ære alieno liberarentur, Quintilian. *orator. inſtit. lib.*8. *cap.*4. ibi: *Circa propria ac differentias magna ſubtilitas, vt cum quæritur, an addictus, quem lex ſeruire, donec ſoluerit, iubet, ſeruus ſit?* Ad idem Senec. *de benefic. lib.*7. *c.*10. ita inquit: *O miſerum, ſi quem delectat, ſui patrimonij liber magnus, & vaſta ſpatia terrarum colenda per vinctos.* Varro lib. 6. *de ling. Latin.* ibi: *Liber homo, qui operas ſuas pro pecunia, quam debeat, dat, dum ſolueret, nexus vocatur, vt ab ære obæratus*, Ræuard. *d. col.*8. *verſ. Sanè ſi bona.* Quam quidem addictionem voluntariam fuiſſe, putat idem Ræuard. *varior. lib.*4. *cap.* 18. nam, vt carceris moleſtiam effugerent obærati, in quo inuiti detinebantur ſe ipſos addici patiebantur, argum. *l.*1. *C. qui bon. ced. poſ.* Sed verius videtur, neceſſariam fuiſſe, *ex l. ob æs alienum* 12. *C. de action. & oblig.* Qua de nouo inductum fuit, ne liberi homines ob pecuniarum debitum ſeruire compellantur; ex quo apparet antea contrarium fuiſſe receptum. Idemque probatur ex Quintil. *ſupra*: & apud Hebræos obtinuiſſe, vt inopes pro debitis ſeruirent, qui ſoluendo non erant, probat Abulenſ. *in lib.* 4. *Reg. cap.* 4. *q.* 5. ſuper illud: *Ecce creditor veniet, vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi.* Quod in Hiſpania (licet iam ab auia receſſerit) admiſſum fuiſſe, nemo dubitat, & ex dicendis manifeſtum fiet.

Ibi : *Quin & filij debitorum apud Romanos.*

4 Filios pro paternis debitis poſſe apud Romanos creditoribus addici, apertè colligitur ex Liuio *d. anno* 559. Nam occaſione ſeditionis, quæ tunc contigit ob vinctum illum, cuius *ſuprà* meminimus, immanè a creditore oppreſſum, Appio Claudio, & P. Seruilio Conſulibus, lege lata, ſtatutum eſt, ne quis filios militis exiſtentis in caſtris pro patris debito detineret, teſte Ræuar. *d. c.*8. *col.*7. *verſ. Idcirco*, qui hoc ex Liuio notat. Hoc ipſum ſuo tempore vigere queritur, atque acriter deteſtatur Diu. Ambroſ. *lib. de Tob. c.*8. In hæc verba: *Vidi ego miſerabile ſpectaculum liberos pro paterno debito in auctionem deduci, & teneri calamitatis hæredes, qui non eſſent participes ſucceſſionis, & hoc tam immane flagitium non erubeſcere creditorem, inſtat, vrget, addicit. Mea, inquit, nutriti pecunia pro alimento ſeruitutem recognoſcant, pro ſumptu licitationem ſubeant. Agitetur haſta de pretijs ſingulorum.*

5 Sed & hodie filios pro ære alieno, quod pater fecerit famis cauſa, poterunt detineri, ſi in pignus ſint dati; *l.* 2. *de. C. de patrib. qui fil. diſtrax. l.*8. *tit.* 17. *p.* 4. *l.* 3. *tit.* 13. *p.* 5. D. Cou. *infra, lib.* 3. *c.* 14. *n.* 4. *verſ. Secundo, eadem lex*, Mol. *de primog. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 34. Merl. *de pign. lib.* 1. *q.* 50. *à n.* 77. Surd. *de alim. tit.* 8. *priuileg.* 38. *n.* 9. Azor. *inſt. moral. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 19. *q.* 6. *verſ. Quæres an egeſtatis*, Gom. de Ameſc. *de poteſt. in ſe ipſum, lib.* 2. *c.* 14. *num* 27. Bald. *in l. in ſuis, ff. de liber. & poſth.* Cenall. *commun. tom.* 1. *qu.* 270 Quam poteſtatem patet non obtinet in filium Sacris initiatum, D. Cou. *ſup. verſ. Quartò, quod*, Merl. *n.* 100. Aſcan. Clem. *de patr. poteſt. effect.* 1. *num* 51. Moza *de contract. tract. de empt. tit. de reb. q. emi, vel vendi poſſ. n.* 51. Marr. *p.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 90. Et patri licere ob famem emancipatum filium obligare, vel vendere, ſuſtinet contra alios Surd. *n.* 15.

Ibi : *Hoc ipſum quandoque obtinuiſſe.*

6 Dubium eſt apud Interpretes huius loci, qui refertur *ſuprà, n.* 3. Num liberi debitorum, tempore Hebræorum, patribus non ſoluentibus, ſeruituti ſubijcerentur, ita vt vendi per creditores poſſent; vel ſolùm addicerentur, libertate illibata, ad eiſdem ſeruiendum in ſatisfactionem debiti paterni? Prius placet P. Gaſp. Sanch. qui id probat ex D. Matth. *c.* 18. ibi: *Cùm autem non haberet, vnde redderet, iuſſit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios*: ac ex Iſaia *c.* 50. *in princ.* vbi habetur: *Quis eſt creditor meus, cui vendidi vos*, quò loco Deus loquitur, vt pater. Adducit etiam D. Ambr. *vbi proximè*, & leges aliarum gentium tribuentes patribus filios vendendi facultatem. Abul. verò *ibi d. q.* 5. contra ſentit, quod magis textus literæ, æquitatique conuenit; durum enim videtur, filios pro paterno debito nedum ſeruire compelli, verùm etiam libertate priuari, quod D. Ambr. meritò abominatur. Nec à Doctiſs. Sanch. adducta multum vrgent; nam quod apud *D. Matth.* dicitur de venditione filiorum problematicum eſt, ex quo inferri non poteſt, licuiſſe prolem debitoris pro ære alieno diſtrahi; alioqui idem de vxore diceretur, quod nullus admittet. Videas Maldonatum *ibi*. Ad *Iſaiæ* locum, & *leges adductas* reſpondeti poteſt, ſolum conuinci ex eis, patrem potuiſſe filios venundare; non quod creditores, inuito genitore obærato, poſſent illos in ſeruitutem redigere, quemadmodum in iure contingit: etenim, licet pater, fame inſtante, filios alienare permittatur, *d. l. fin. C. de patr. qui fil. diſtr.* tamen ſi mutuum ex ea cauſa pater recipiat, vt ſibi, illiſque; ſubueniat, minimè audietur creditor volens eoſdem vendere. Imò neq; in ſubſidium exigere ab illis poterit, quod patri mutuauerit, vt docent multi apud Barboſ. *in collectan. ad tit. C ne fil. pro patr. in fin. princip.* Vnde etſi concedatur, quod Hebræi liberè de ſuis filijs diſponere potuerint; inde non ſequitur, eos creditorum ſeruos fieri, patre non ſoluente. D. Ambr. autem iuxta morem regionis, in qua verſabatur, loquitur; ex quo colligi nequit, idem Iudæis in vſu fuiſſe.

Quomodocumque illud ſit, obſeruandum eſt, Hebræorum liberos in ſeruitute, vel famulatu tantùm eſſe potuiſſe vſq; ad annum Sabbaticum, vel Iubilæi, quibus ſerui Iudæi libertatem obtinebant, ac debitorum remiſſionem: ea quo enim Ioſue terram à Deo promiſſam diſtribuit, annus vltimus cuiuſque ſeptenoij adinſtar Sabbati obſeruabatur, quare *Sabbaticus* dictus eſt, quo & terram coli vetabatur. Annus Iubilæi erat quinquageſimus, quo non ſolum Hebræi à ſeruitute, ac ære alieno eximebantur, ſed & alienatæ poſſeſſiones ad originariorum dominorum poteſtatem redibant; quæ omnia habentur *Leuitic. c.* 25. *verſ.* 39. *Deut. c.* 5. *verſ.* 12. *& capit.* 14. *à princip.* notant. Abul. *dict. quæſt.* 5. Becan. *in analog. nou. & veter. teſt. capit.* 13. *à num.* 77. & alij *in prææallegatis locis.* 7

Ibi : *Sic & iure Cæſarum.*

Conſonat *d. l. ob æs alienum, l.* 2. *tit.* 15. *p.* 1. de quo Connan. *commentarior. iur. ciu. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 8. Matieo. *in l.* 4. *gloſ.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopil.* Stracha *de mercatur. p.* 3. *tit. de decoctorib. num.* 40. Parlad. *dict. c. vlt.* §. 7. *n.* 2. Merl. *ſup. a n.* 6. Baeza *de inop. debitor. c.* 1. *num.* 6. Petr. Barboſ. *in l. alia*, §. *Eleganter, num.* 53. *ff. ſolut. matrim.* Pancirola *in theſaur variar. lection. lib.* 2. *cap.* 200. Ræuar. *dict. lib.* 4. *varior. cap.* 18. vbi notat, poſt eam conſtitutionem, etſi debitores ſeruire non cogerentur, carcere includi; *dict. l.* 1. *C. qui bon. ced. poſ.* Menoch. *dict. caſ.* 83. *num.* 7. Merl. *num.* 55. Parlad. *ſupra*, Valer. *lib.* 4. de Tiberio Graccho ſic ait: *Cum ex profeſſo inimicitias cum Africano, & Aſiatico Scipionibus gereret, & Aſiaticus iudicata pecunia ſatiſdare non poſſet, & ideò à Conſule in vincula publica duci iuſſus eſſet, appellaretque Collegium Tribunorum, nullo volente intercedere, ſeceſſit à Collegis.* à quo vt eam mereretur, vel inſeruire creditoribus, vel bonis cedere, neceſſe erat, *dict. l.* 1. Ræuar. *vbi proximè*. 8

Ibi : *Sunt enim quidam.*

Homo liber neque à ſe, neq; ab alio pignori poteſt dari; nam cum in bonis ſui ipſius, aut alterius non ſit, *l. liber homo* 23. *ff. ad leg. Aquil. l. inter ſtipulantem* 83. §. *Sacram, ff. de verbor. oblig.* obligationem pignoris in eo conſiſtere, iura non ſinunt: *c.* 2. *de pignor. l. qui filios* 6. *C. quæ res pignor. l.* 3. *tit.* 13. *p.* 6. Bald. *in c. ex reſcripto, num.* 4. *de iureiur.* Specular. *tit. de concl. & renunciat. num.* 29. Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 45. *num.* 4. Gom. *ſup. lib.* 2. *c.* 14. *num.* 31. Merl. *d. quæſt.* 50. *a princ.* Barboſ. *in dict.* §. *Eleganter, num.* 39. Abul. *d. quæſt.* 5. *in princ.* Nec à Iudice in pignus tradi permittitur. *l. fin. in fine, ff. de liber. hom. exhib.* Merl. *num.* 9. Gom. *à numer.* 18. Excipitur filius, qui poteſt à patre pignorari, vt dicebamus *ſupra, num.* 7. quia inſtante famis neceſſitate, in bonis patris eſſe 9

cenſetur, vt poſſit alienari, dict. l. fin. C. de patr. quaſt. fil. diſtrax.

10 Illud controuertitur, an inter priuatos homo liber poſſit obſes dari, ita vt iudicis officio compellatur, ne à loco, vbi ſtare promiſit, recedat? de qua quæſtione Merl. ſup. à num. 16. Negant magis communiter DD. Abb. in dict. cap. ex reſcripto, num. 7. verſ. Aut dantur, Baeza dict. cap. 1. num. 6. Matien. num. 2. Barboſ. num. 40. verſ. Sed neque, & alij apud Merl. qui eos ſequitur num. 32. Contra ſentiunt Gloſ. in c. 1. de pignor Guid. Pap. deciſ. 61. Surd. ſup. tit. 1. q. 69. n. 3. Gail. num. 1. 2. Gom. eod. c. 14. num. 33. & non pauci laudati à Merl. num. 31. Quæ ſententia iure defendi poteſt ex iis, quibus ipſam Gomezius tuetur. Sed erit limitanda, ſi obſes ſe ad priuatum carcerem obligaret, nam id nullo modo liceret, cum carcer priuatus iure prohibeatur: l. vnic. C. de priuat. carcer Bobad. in polit. tom. 2. lib. 3. c. 15. n. 13.

11 Secundùm quæ, facilis redditur decidendi ratio ad text. in c. ex reſcripto 9. de iureiur. ſiquidem ibi Abbas Monachos ſibi ſubditos dedit in obſides (impropriè ita appellantur, nam proprij obſides ſunt, qui inter Supremos Principes conſtituuntur, quibus belli gerendi ius eſt; Parl. differ. 59. in f. Merl. num. 23.) quod ex probabili opinione licet, vt in ſpecie docet Bald in l. vlt. num. 17. C. de patr. quaſt. fil. diſtr. Abb. in d. c. ex reſcripto, num 7. 8. Felin. ibi, num. 1. Merl. ſup. à num. 56. Gom. d. c. 14. num. 28. Nauar. lib. 1. conſil. titul. de Regularib. conſil. 65. & conſ. 72. num. 2. Surd. d. priuil. 38. n. 26. 27. Sanch. in precept. Decalogi, tom. 2 lib. 6. cap. 2. num. 63. vbi ait, Monachos a Prælato dari poſſe ad tempus, vt in aliquo loco exiſtant neceſſariò, non vt obſides propriè fiant, quia ſolus Pontifex ſic eos tradere valebit. Imò etiam inuitos dari potuiſſe, in ſpecie d. cap. ex reſcripto, tenent Felin. ſupra: Merl. num. 57. Quare nil mirum ſi ſtare conuentioni Religioſi cogantur, cùm legitima fuerit, iuxta poſteriorem ſententiam traditam ſupra, verſ. prox. Vnde dicendum videtur, ſecluſo etiam iuramento, eam deciſionem procedere, cùm nulla iuris regula obſtet, quominus pactum illud ſeruetur; quanquam contrarium receptius ſit, teſte Barboſ. in collectan. ibi, num. 1. verſ. Propter quæ, qui aliquos refert, & alium intellectum tradit.

Ad Num. 2.

12 In exequutione talis ordo ſeruari debet, vt priùs capiantur bona mobilia, deinde immobilia, ac tandem ad actiones, & iura perueniatur, l. 1. tit. 27. p. 3. l. 19. tit. 21. lib. 4. Recopilat Merl. num. 55. Parlad. d. c. fin. p. 5. §. 3. num. 2. Gratianus diſcept. c. 7. num. 25. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de expenſ. reſ. 2. à num. 5. Carleu. d. tom. 2. tit. 3. diſp. 1. n. 7. Balañ. in Curia tom. 1. p. 2. §. 15. n. 3. & 18. Gom. Vaio in prax. lib. 2. q. 78. n. 4. Villad. in politic. cap. 2. n. 71. Et quamuis conuentus habens mobilia, immobilia ad ſolutionem aſſignet, ntdo iuris peruerti non poterit; Parl. ſupra, Bolañ. d. num. 3. Exequutio autem contra formam præſcriptam non tenet, ſi à parte opponatur, quod tamen controuerſum eſt. Videantur Carleu. ſupra, num. 11. 12. Parlad. à n. 4. Villad. n. 83. Rodrig. de exequut. c. 5. n. 29. Guttierr. practicar. lib. 1. q. 131. per tot. Quæ bona dicantur mobilia, & quæ immobilia? conſtat ex Parl. à n. 7. Bolañ. d. §. 15. a num. 5. Sunt tamen res nonnullæ, quæ pro exequutione capi nequeunt, niſi deficientibus alijs, vt ſuppellex, publicum ſtipendium: Aliæ, quæ omnimodò apprehendi vetantur, vt arma, veſtes quotidianæ. De quo Parl. à num. 16. Bolañ. ſupra, §. 16. Villad. à num. 76. Merl. d. lib. 2. q. 54. ex n. 17. Pax in prax. tom 1. p. 4. c. 2. à n. 32. Carleu. d. tit. 3. diſp. 18. vbi n. 1. quando dicantur bona alia deficere.

13 Debitor non præſtans fideiuſſorem, qui, de ſaneamiento, vulgò nuncupatur, etſi bona habuerit, in carcerem detruditur: qua quidem cautione proſpicitur creditoribus, ſi bona capta ad ſolutionem debiti non ſufficiant, vel à Tertio euincantur, quòd debitoris propria non ſint, l. 19. tit. 21. lit. 4. Rec. Carleu. d. diſput. 1. n. 27. Gutrier. d. lib. 1. q. 1. num. 6. Villad. numer. 83. verſ. Y executando en perſona, Bolañ. ſupra, §. 17. in princip. Parl. d. c. fin. p. 5. §. 6. in princip. Pax num. 33.

Ad Num. 3.

14 Fœminæ honeſtè viuentes, pro debito, quod ex delicto non prouenit, carceri ſubijci, etſi bonis careant, non poſſunt; Carleu. vbi proximè, Buërius in l. conſentaneum, num. 139. C. quomod. & quand Iudex. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 85. n. 10. Ant. Gom. in l. 62. Taur. num. 1. Ægid. tract. de iur. & priuil. honeſtat. art. 3. nu. 3. Menchac. controuer. illuſtr. lib. 3. c. 97. num. 2. Parlad. vbi proximè, n. 13. Idem eſt, ſi debitum publicum, vel Fiſcale ſit, Menoch. ibidem, Bobad. d. lib. 3. c. 15. n. 30. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 27. à num. 42. Guttier. ſupra, lib. 1. q. 25. Plaça in epitom. delict. cap. 34. num. 11. Flores de Mena variar. lib. 2. q. 21. num. 152. quod priuilegium ancillis quoque competit, Bolañ. ſupra, num. 22. Imò nec pro leui delicto ducuntur ad carcerem, ſed cautionem fideiuſſoriam, aut iuratoriam præſtant, Authen. vt nulli iudic. §. Si verò mulier, collat. 9. Menoc. ſupra, num. 19. Bobad. n. 37. Farin. num. 44. 53. Quòd ſi fœmina mercaturam, aliámve negoriationem exerceat, & decocta, bonis occultatis, ſecedat, in vinculis detinenda erit: Bobad num. 35. verſ. Pero ſin embargo, Bolañ. vbi proximè, Pax. n. 34.

15 Mulier nupta, etſi inhoneſta ſit, non carceratur pro debito ex cauſa ciuili, Carleu. d. num. 27. Meneſ. in l. transfigere, n. 91. 93. C. de tranſact. Gizarel. deciſ. 56. à n. 13. Ant. Gom. in d. l. 62. nu. 1. Ioan. And. in addit. ad Speculator. in rubric. de iniurijs, Capic. deciſ. 44. Gom. Arias in d. l. 62. Taur. num. 23. 24. Marien. in l. 10. gloſ. 4. num. 4. tit. 3. lib. 5. Recop. Quod limitatur, ſi ſciente marito vitam duxerit inhoneſtam, nam carceri ſubijci poteſt; D. Couar. de ſponſalib. p. 2. c. 8. §. 11. num. 6. Ludouic. Gom. in cap. mulieres, de iud. in 6. Menoch. d. q. 88. num. 14. Quando autem cenſeatur mulier inhoneſtè viuere, vt poſſit carcerari, explicant Ant. Gom. ſuprà, n. 3. Azeued. in l. 10. à num. 30. tit. 3. lib. 5. Recopil. D. Couar. vbi proximè. Iuxta cuius ſententiam, quæ vera videtur, non eſt neceſſe mulierem meretricari, vt hoc priuilegio non gaudeat, ſed ſufficit, publicè in concubinatu vel vnius exiſtere. Lena etiam inhoneſtè viuere dicitur, vt honeſtatis priuilegio priuetur Bolañ. dict. num. 22.

Ibi: Imò idem videtur in matre ratione adminiſtrationis.

16 An mater, vel auia tutrix filij, vel nepotis, poſſit carcerari pro debito ex adminiſtratione, maximè ſi huic priuilegio renunciauerit? dubitatur. Affirmant Ant. Gom. ſup. num. 2. Cald. Perei. in l. ſi curatorem habens, verbo ſine curatore conſtitutus verſ. Verum contraria ſententia, C. de in integr. reſtit. Bald. Nouel. de dot. p. 7. priuil. 5. Greg. Lop. in l. 1. tit. 4. p. 3. Suar. in addition. ad Ant. Gom. in d. l. 62. Taur. num. 2. Cifuent. in ead. leg. n. 3. Caſtill. ibidem, gloſ. 1. in fin. Palac. Rub. num. 8. Rebuf. ad leges Galliæ, tit. de liter. oblig. art. 2. gloſ. 3. & alij plures, quos referunt Gutrier. de tutel. p. 1. c. 8. num. 3. & Bobad. d. c. 15. num. 31. lit. B. Contra quos D. Cou. ſequuti docent Menoch. d. q. 88. num. 12. Bobad. ſupra, Mercbac. de ſucceſ. creation. lib. 3. §. 21. limit. 18. num. 82. Gutiet. d. c. 8. num. 34. cum ſeqq. Marien. in d. l. 10. gloſ. 1. num. 3. tit. 3. lib. 5. Recop. vbi Azeu. à num. 3. Olan. in antinom. verb. mulier, num. 64. Bolañ. d. num. 22. Baeza de decim. exequut. num. 76. Dueñas reg. 312. Atque ita tenendum eſt; nam priuilegio honeſtati ſexus conceſſo nequit renunciare. Ad hæc, huiuſmodi perſonæ habent & aliud priuilegium; ne ſcilicet conueniantur vltra quàm poſſunt facere, cùm ſint ex parentibus, l. ſunt qui, 16. ff. de re iudic. quod in ſe & illud imbibitum habet, ne carcerari poſſint; Gutrier. cum alijs, de iuram. confirm p. 1. c. 16. num. 48. huic, cùm ſit ob reuerentiam iure naturæ aſcendentibus debitam, inutiliter renunciatur, l. alia 15. §. Eleganter, ff. ſolut. matr.

Ad Num. 4.

17 Olim apud Romanos verbum, Militia, latiſſimè patebat; nam fuit triplex, Palatina, Forenſis, & Armata, Ræuar. coniectaneor. lib. 3. c. 3. ſed præ cæteris Armatæ plurima, ac ſpecialia priuilegia conceſſa ſunt; inter quæ, ne conuenirentur milites niſi quatenus facere poſſent, & conſequenter, ne pro ære alieno perſonaliter caperentur,

quo

quo ſolum gaudebant milites in expeditione occupati, & non alij; quamuis ad militarem exercitationem eſſent deſtinati: quorum loco hodie ſubrogantur, qui in numeros, ſiue matriculam militum relati actu militant; nam etſi ſolemnia, quibus Romani militiæ nomen dabant, aboleuerint, in re huiuſmodi milites ab eis nullatenus diſtinguuntur, Carleu. *ſupra, tom.1. diſp. 2. num.*468. vbi plurimi: Marc. Mantu. *de priuileg. militarib.* Amat. *deciſ.* 159. *num.*5. Gail *lib.*2. *obſeruat.*218. *à n.*1. Matien. *in l.*6. *gloſ.*2. *num.*5. *tit.*15. *lib.*3. *Recop.* Trentacinq. *de ſubſtitut. p.*4. *c.*8. *num.*6. *verſ. Secundus, & verſ. Quartus,* Oſual. ad Donel. *li.*6. *c.*28. *lit. M. verſ. Cum autem,* Padill. *in l.*1. *num.*12. *C. de iur. & fact. ignor.* & ita milites noſtri nec carcerantur pro debito ciuili, nec in amplius quam poſſunt facere, conueniuntur: Carleu. *tom.*2. *tit.*3. *diſp.*17. *nu.*3. Menoch. *d.q.*88. *num.*9. Cyriac. *tom.*1 *controuer.*216. *num.*15. Guttier. *practicar. lib* 4. *q.*3. *n.*3. Bolan. *d.§.*17. *n.*17.

18 Etiam priuilegijs armatæ militiæ iuuantur Hiſpani milites ſtipendiarij, qui arma, & equos habere tenentur, vt cùm vocati fuerint, ad bellum accedant, vulgò, *Hombres de armas*, Guttier. *de iuram. confirmat p.*1. *c.*6. *num.*10. quoniam ſufficit, etſi in proprijs domibus habitent, & actu non militent, ad bellum eſſe paratos; Cyriac. *controuerſ.* 201. *n.*114. *to.*2. Coler. *de proceſ. executiu. p.*1. *c.*6. *n.*152. Gratian. *diſcept. forenſ. p. c.*186. *num.*27. Gamma. *deciſ.* 3?5. *num.*2. Cabed. *dec.* 19. *n.*3. *p.*1. Et quod parati ad defenſionem Principis, & Regni, quoties vocati fuerint, non differant ab actu militantibus, tenent Coler. & Gratian. *ſupra,* cum alijs, quos refert Cyriac. *n.*113.

19 Huic priuilegio milites nequeunt renunciare: nam publicè intereſt, vt egeſtate non laborent, ne prædones fiant in diſciplinæ militaris detrimentum, *cap. militare* 3.13. *q.*1. Cyriac. *d. controuerſ.* 201 *num.*109. Quapropter in ſtipendio militum executio fieri non poteſt, niſi alia deficiant bona, & tunc debitori ad victum ſufficiens quantitas ex eo eſt relinquenda; *l. commodis* 40. *ff. de re iudic.* Carleu. *d. tom.*2. *tit.*3. *diſp.*18. qui *num.*3. aliam rationem reddit: ne ſcilicet dum neceſſaria quærunt, à miniſterio bellico retrahantur: quare nec iuramento accedente, talis renunciatio valebit; iuramentum enim actum contra publicam vtilitatem non confirmat: Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſput.*31. *num.*8.9. Matien. *in l.*2. *gloſ.*3. *num.*15.17. *titul.*2. *lib.*5. *Recopil.* Seraphin. *de priuil. iuram. priu.* 61. *num.*13. Guttier. *de iuram. confirmat. p.*1. *cap.* 38. *num.*13. D. Couar. *in cap. quamuis pactum, p.*2 *§.*1. *num.* 1. Ant. Gom. *variar. lib.*2. *cap.* 14. *num.* 14. *verſ. Aliquando & ſecundò:* Quod verum eſt, cum principaliter fauore publico actus prohibetur, vt in caſu, de quo agimus.

20 Aliquando tamen miles pro debito ciuili carceri mancipari iure permittitur ob dolum, veluti ſi fraudulenter tempore, quo contrahebat, ſuam conditionem fuerit inficiatus, quia negans qualitatem, propter quam ſibi aliquod conceditur priuilegium, ipſo priuatur: *l.* 1. *Cod. ad Macedonian. l.* 2. *& per totum tit. C. ſi minor ſe maior dixer. l.*4. *§. Interdum, ff. quod cum eo: l. qui cum ſe* 10. *ff. de re iudic.* Ant. Gom. *in l.* 79. *Taur. num.*4. Azeued. *in l.*4. *num.* 29. *tit.*2. *lib.*6. *Recopilat.* Guttier. *in Auth. ſacramenta puberum, num.* 33. *C. ſi aduerſ. vend.* Sed limita, cum contrahens qualitatem negatam non ignorabat, Ant. Gom. *ibid.* Guttier. *num.* 57. Similiter ſi bona occultet, diſſipet, aut cum eis fugere tentet, priuilegio non iuuatur: Guttier. *d p.*1. *cap.*16. *num.*32. Baëz. *de inop. deb. cap.*16. *n.*126. Bolañ. *d.§.* 17. *n.*10.17.

21 De re militari, ac militum priuilegijs tractant Paris de Puteo, Ioan. de Lignano, Ioan. Lup. & Petr. Bellin. *de re militar.* Marc. Laudenſ. *de militib.* Iul. Ferret. *de re, & diſcip. militar.* Claud. Cotret. *de iur. & priuileg. milit.* Marc. Mantu. *de priuileg. milit* Georg. Aceaſ. *eod. tract.* Ayal. *de iur. & offi. bellic. & diſcip. milit.* Tuſch. *lit. M. concl.* 217. *cum ſeqq.* Cabal. *reſolut. crimin. centur.* 3. *caſ.* 293.

Ibi: *Idem eſt in his, qui nobilitatis dignitate decorantur.*

22 Eſt prænotandum, ſi propriè loquamur, *Nobilem* ab *Hidalgo* in Hiſpania diſtingui; ita vt omnis nobilis, hidalgus ſit; non autem omnis hidalgus, nobilis: nobilitas illi eſt, qui ex vtroque parente generoſo naſcitur, at vt quis dicatur hidalgus, ſufficit quòd à patre hidalgo ſit genitus, licèt genitricem plebeiam habuerit; *l.* 3. *tit.* 21. *p.* 2. vbi Greg. Lop. *gloſ. fin. l. tit.* 11. *p.*7. Ceuall. *tom.*2. *q.*688 *num.*9. Olan. *in concord. iur. lit. B. num.* 10. Et vtrinque generoſus, *Hidalgo derechamente,* vocabatur, *l.*7. & 20. *tit.*18. *p.*2. *l.*25. *tit.* 2. *p.*3. Greg. Lop. *in l.*6. *gloſ.*1. *tit.*18. *p.*1. Sed communiter DD. pro hidalgo nobilem vſurpant, & è contra; quod vulgo etiam receptum eſt.

Filius itidem naturalis paternæ nobilitatis priuilegijs potitur, *l.*1. *tit.*11. *p.*7. vbi Greg. Lup. *gloſ.*4. Bart. *in l. fin. C. de V. S.* Ant. Gom. *in l.*9. *Taur. n.*51. *verſ. Octauò notabiliter,* Parl. *differ.*143. *§.*2. *n.*7. D. Couar. *ſupra, c.*8. *§.*4. *nu* 7. Mol. *de inſt. tract.* 2. *diſp.*170. Guttier. cum alijs, *practicar. lib.*4. *c.*23. *n* 4. Villad. *c.*2. *n.*90. Et filius naturalis iure Canonico, & Regio, eſt ille, qui naſcitur ex illis, qui tempore conceptionis, vel natiuitatis, poterant ſine diſpenſatione matrimonium validè contrahere, modò à patre agnoſcatur, *l.*11. *Taur.* vbi Ant. Gom. quæ eſt *l.*9. *tit.*8. *lib.*5. *Recop.* D. Cou. *à n.*4. Villad. *n.* 9.. vxor quoque, etſi plebeia ſit, mariti nobilitate fulget, *l.*7. *tit.*1. *p.*4. *l.*9. *tit.*11. *lib.*1. *Recop. l. mulieres* 13. *C. de dignitat. lib.*12. Guttier. *d. c.*16. *n.*58. Otalor. *de nobilit. p.* 3. *c. fin.* Picard. *de nobil. int. vir. & vxor. commun. n.*42. Ant. Gom. *in l.*79. *Taur in fin.* 23

Nobilis, ſiue hidalgus, de iure Regio ob pecuniarium debitum, niſi ex delicto, vel quaſi deſcendat, carceri ſubijciendus non eſt, Guttier. *d. c.*16 *num.*1 Pichard. *n* 46. *verſ. Deinde quia licet,* Ant. Gom *in d. l.*79. *n.*1.3. Parlad. *rer. quotid. lib.*2. *c fin. p.*5. *§.*6. *n.* 9. Paz *ſupra n.*33. Azeued. *in l.* 2. *n.*27. *tit.*2. *lib.*6. *Recopil.* Laſarte *de decim. vend. c.*18. *n.*63. 64. Bobad. plurib. laudatis, *d. c.* 5. *nu.* 20. Quod priuilegium etiam iure communi Nobilibus competere probant Guttier. Parlad. *vbi proximè,* & alij, quos ipſi referunt, quamuis dubitet Menoch. *d. q.*88. *n.*9. 24

Illud ſanè conſtat, antiquiſſimam apud Romanos fuiſſe diſtinctionem quoad vincula, inter nobiles, & plebeios: nam Liuius *anno ab vrbe condit.* 429. teſtatur, Appio Claud. & P. Seruil. Conſulib. lege lata, Populum ſtatuiſſe, ne quis ciuem Romanum ob æs alienum vinctum, clauſúmve teneret, quominus ei nominis edendi apud Conſules poteſtas fieret, vt obſeruat Ræuard. *d. cap.*8. *de nexus, col.*7. Sed ad illud priuilegium obtinendum non ita exacta nobilitatis probatio deſideratur, vt cum de eadem principaliter diſceptatur; quia, aduerſario citato, ſummariè cognoſcitur, an debitor nobilis ſit, vt à carcere relaxetur, Bobadilla cum alijs *vbi proximè,* Parlad *ſup. n.*10. Guttier. *dict. c.*16. *n.*9. Imò, pendente lite ſuper nobilitate principaliter in Regali Cancellaria, carceratus ad huiuſmodi probationem admittitur, quod obſeruant, practicarique teſtantur Bobad. *ſupra,* Otalora *p.* 3. *c.*10. *n.*3. *fol.*89. nam ſententia, qua carceratus Nobilis declaratur, nullum infert cauſæ principali præiudicium, ſed illum dumtaxat producit effectum vt tunc a carcere reus liberetur, Guttier. *vbi proximè.*

Dubium fuit acerrimè agitatum, num priuilegium hoc nobilitatis tolli renunciatione poſſet? de quo ſunt conſulendi D. Couarr. *in d. cap. quamuis pactum, in princ. à nu.* 17. Guttier. *vbi proxime, nu.*37. *cum alijs,* vterque latè diſputans, Eſcobar *de ratiocin lib.*1. *c.*35. *à n.*16. *verſ. Inter has,* Menchaca *de ſucceſſion. creat. lib.*3. *§.*22. *à n.*74. Caualcan. *de tutor. n.*312. *cum ſequent.* Narbona *in* 3. *part. Recopilat. in leg.* 14. *gloſ.*4. *titul.*2. *lib.* 6. Otalora *part.* 3. *principal. c.*6. *n.*3. Ceuall. *q.*668. Ant. Gom. *in d. leg.* 79. *Tauri, n.*3. Didac. Perez *in leg.*1. *tit.*2. *lib.*4. *Ordinam.* Azeued. *in leg.* 4. *&* 3. *n.*19. *in fine, tit.*2. *lib.*6. *Recopilat.* Gregor. Lop. *in leg.* 34. *gloſſ.*1. *tit. vlt. part.*7. Baëza *de inop. debit. c.*16. *à nu.*47. Ioannes Garcia *de nobilit. gloſſ.* 6. *in princ. n.*28.29. Molin. *de iuſtit. to.*2. *diſp.*271. *verſ. Contraria verò,* Parl. *d. §.*6. *n.*12. Bobad. *d. n.*20. Sed nobis res hæc nulli controuerſiæ ſubijcitur, cum *l. fin. tit.*2. *lib.*6. *Recop.* ſtabilitum ſit, ne huic priuilegio Nobiles valeant renunciare, pœna pecuniaria aduerſus Tabellionem ſtatuta, qui inſtrumentum cum tali renunciatione confecerit. 25

Vnde infertur, quod huiuſmodi renunciatio, etiam cum iuramento, non ſuſtinebitur de iure Regio; nam ex quo 26
lex

lex vetat renunciationem fieri, ad priuilegium toti Nobilitati, non Nobilibus, vt ſingulis, conceſſum fuiſſe demonſtrat: quare à nobili, nec cum iuramento renunciari non poterit, quod non fauore ipſius indultum eſt; argumento *cap. ſi diligenti, 11. de for. compet.* & quod ibi notat Barboſ. *in collectan. num. 4.* & ita ante Regiam conſtitutionem placuit Ant. Gom. Perez, Ceual. & alij *ex nuper allegatis.*

27 Præfata conſtitutio æquè locum obtinet in nobilitato ex Principis beneficio, nam etſi anteà, quoad renunciationem eius priuilegij inter hunc, & nobilem ſanguine diſtinxerint, Guttier. *d. c. 16. n. 74. & practicar. lib. 4. q. 14. n. 3.* Eſcob. *d. c. 35. n. 17. verſ. Inter has*, & alij; tamen cùm extet iam lex, quæ ſine diſtinctione prohibet renunciationem à Nobilibus fieri, nobis diſtinguere non licet, *l. de pretio 10.* vbi notatur, *ff. de public. in rem act.* maximè cùm tractemus de materia fauorabili libertati, & fauorabilia debeant ampliari, *cap. odia, de reg. iur. in 6.*

28 Nonnulli tamen caſus reperiuntur, in quibus Nobiles præfato priuilegio priuantur, vel ob eorum fraudem, vt ſi bona occultauerint, aut ſe Nobiles eſſe negauerint. Anton. Gom. *d. l. 79. num. 4.* Azeued. *in l. 19. num. 70. tit. 21. lib. 4. Rec.* Guttier. *d. cap. 16. num. 25. 28. 29.* Baeza *ſup. d. cap. 16. num. 19.* Vel propter fauorem creditoris, vt in conductione redituum Regalium, *d. l. fin. tit. 2. lib. 6. Recop.* Parlad. *ſup. num. 12.* Guttier. *d. quæſt. 4. n. 7. verſ. Secunda limitatio.* Hoc tamen Fiſci priuilegium in conductores Regalium tributorum non tranſit; vnde ſi Nobilis partem eorū à primo conductore conducat, ne quibit pro debito ad eius petitionem in carcerem mitti; & ita decisum vidi in Regio hoc Caſtellæ Senatu per ſupremos Iudices, integritate, ac literis perinſignes: nam regulariter fiſcalia priuilegia in huiuſmodi conductores non transferuntur, Ceual. *commun. tom. 2. quæſt. 827. num. 11.* Aut propter ipſius Nobilis vile exercitium, abiectamque conditionem, veluti ſi officium ignominioſum exerceat, infamiavè notetur, *l. 7. tit. 6. p. 7.* Guttier. *pract. lib. 1. quæſt. 137. à num. 6.* Bolaños *d. §. 17. num. 14.* & de cæteris caſibus, in quibus ceſſat hoc nobilitatis priuilegium, conſulendi ſunt Narb. *in l. 14. gloſ. 1. tit. 2. lib. 6. Recop.* Bolañ. *à num. 7.* Guttier. *d. q. 14. per tot.* Eſcob. *ex d. verſ. Inter has*, Bobad. *ſup. c. 15. num. 23.*

29 Quæri ſolet, num Nobilis, qui in cauſa criminali ſe obligauit pro reo ad ſoluendum iudicatum, ſit in vinculis detinendus pro pecuniaria condemnatione? Et affirmatiuè reſoluit Bobad *ſup. n. 24.* cum Caſtillo *in d. l. 79. Taur. gloſ. fin. in fin.* quibus acceſſit Bolañ. *num. 13.* Cui ſententiæ fauere videtur *l. 6. tit. 2. li. 6. Recop.* ibi: *Si la tal deuda decendiere de delito, ò quaſi delito.* cùm hoc debitum ſit ex delicto: tamen mente Legiſlatoris exactè cognita, contrarium verius eſt: ſcilicet non poſſe Nobilem carcerari, neceſſè enim eſt, vt debitum à proprio Nobilis delicto procedat: quod etſi conſtitutio Regia non exprimat, planè ex ipſa colligitur, quæ ideò Nobilibus noluit indulgere, ſi ex crimine teneantur; quia indignus eſt legali auxilio, qui in leges committit, *l. auxilium 38. in fin. ff. de minorib.* Præterea etiam prouiſum eſt, ne delinquens aduerſus publicam vtilitatem maneret impunitus, *l. ſi ita 52. §. fin. ff. ad leg. Aquil.* ſaltémque, ſi in bonis non habeat, libertate priuetur, & carceris ærumnas ſuſtineat. Quæ rationes omninò deficiunt in Nobili, delinquentis fideiuſſore, in quo nulla culpa eſt, ob quam puniri, ſuoque priuilegio carere debeat. Nec refert, quòd per inſtrumentum guarentigium Nobilis alienam cauſam propriam efficiat: quia maleficium ab alio patratum ſibi imputare proprio conſenſu nemo poteſt: *l. 1. §. Si quis vltro, ff. de quæſtion.* cùm delicta ſuos teneant authores, neque vnus alterius iniquitatem portet, *l. ſancimus 21. C. de pœn. l. 9. titul. 32. p. 7.* Quare fideiuſſor ad intereſſe ſolùm obligatur, nullam in ſe criminis malitiam transferens. Quare hanc opinionem defendunt Norbon *dict. gloſa. 1. à numer. 48.* Girondi, cum alijs, *de priuileg. explicat. num. 606.* Farin. *conſ. 85. ex num. 43.* Villal. *ſilu. reſponſor. reſponſ. 6.*

Ibi: *Et tamen nec iure Regio.*

Habens priuilegium, ne conueniatur vltrà quàm facere 30
poſſit, conſequitur, vt in præiudicium creditorum ad victum neceſſaria retineat Iudicis arbitrio taxanda, ſic vt non egeat, nihil, aut minus, quàm debetur ſoluto. Sed ſi debitor pinguiorem fortunam obtineat, ſolidum tenetur ſoluere. Idem eſt, ſi decedat, aut Religioſus fiat, aliáve cauſa bona ſibi opus non ſint, vel Officium habeat quo ali poſſit, nam vbi cauſa priuilegij ceſſat, ipſum priuilegium extinguitur. Hæc omnia probantur, vel colliguntur ex *l. in condemnatione 133. ff. de regul. iur. l. cum ex cauſa 30. ff. de re indic. leg. verum 64. ff. pro ſoc. l. vnic. §. Cum autem, C. de rei vxor. act.* De quo late Guttier. *de iurament. confirmat. part. 3. cap. 15. per tot.* Plures ſunt perſonæ, quibus iure hoc beneficium conceſſum eſt, quæ enumerantur in *l. ſunt qui, 16. cum ſequentibus l. exhæredatum, 49. ff. de re iudic. leg. ſi qui, 4. ff. de ceſſion. bonor.* Quibus alias addunt *Gloſſ. in l. miles 6. verb. Facere poteſt, ff. de re iudic.* Carleual. *d. tom. 2. tit. 3. diſp. 18. num. 3.* Parlador. *d. c. final. part. 5. §. 3. num. 32. & §. 5. num. 18.* Melo *de induc. debitor. quæſt. 5. num. 16.* vbi de hoc priuilegio. Nobilis tamen in ſolidum à ſuis creditoribus conuenitur, cui tale priuilegium, vt in quantum facere poteſt duntaxat conueniatur, datum non eſt; Guttier. *ſuprà, part. 16. c. 1. nu. 36.* Sed aliter in Magnatibus obſeruatur, Parlad. *d. §. 3. n. 32.*

Ibi: *Arma verò, equi, nec domus.*

Hæc Nobilibus reſeruantur, licèt quoad domus non 31
ſit vſu receptum, maximè alijs deficientibus bonis, Guttier. *d. cap. 16. num 36.* Parlador. *vbi proximè, num. 30.* Bolaños *d. part. 2. §. 16. num. 7.* Bobadilla *d. cap. 15. n. 22.* Garcia *de nobilit. gloſ. 6. in princ. n. 10.* & probatur *in leg. 3. & fin. tit. 2. lib. 6. Recop.*

Ibi: *Quod ſi debitum à criminis cauſa.*

Ita communiter omnes, ſimiliter & qui habent priuile- 32
gium ne conueniantur vltrà quàm poſſint facere, eo vti non poſſunt, ſi ex delicto, vel quaſi, in eos quis experiatur: *l. etiam filios, 19. §. 1. ff. ſolut. matr.* Humada *in leg. 23. gloſ. 6. p. 1.* Bolaños *ſupra §. 17. n. 14.*

Ibi: *Fit tandem, vt qui habet priuilegium.*

Qui nequit conueniri, niſi quatenus facere poteſt, per- 33
ſonaliter non eſt capiendus: Bald. *in l. liber capitis, num. 9. C. de captiu.* Aretin. *in l. alia, §. Eleganter, ff. ſolut. matrim.* Angel. *in §. Sed etſi quis num. 1. Inſt. de actionib.* Suar. *tit. de los gouiernos, quæſt. 5. num. 5.* Parlad. *d. §. 6. num. 17.* Auend. *reſp. 8. num. 7.* Guttier. *d. cap. 16. num. 48.* Azeued. *in l. 19. num. 65. tit. 21. lib. 4. Recop.* Bolaños *d. num. 24.* Melo *d. quæſt. 5. num. 11.* Petr. Barboſa *in l. maritum, nu. 2. ff. ſolut. matrim.* Ratio eſt, nam cuius bonis, multò magis perſonæ parcendum eſt; argumento *l. ſi adulterium, 38. §. Liberto, ff. ad leg. Iul. de adulter.*

Verſ. *Regulariter igitur.*

Ab hac regula multi excipiuntur, qui pro debito ex 34
cauſa ciuili, etſi bona non habeant, carcerari non poſſunt, quos recenſent Guttier. *d. cap. 16.* Parlad. *d. §. 6. à n. 9.* Bolaños *vbi proximè,* Bobadilla *d. cap. 15. ex num. 10.* Paz. *d. cap. 2. à n. 13.*

Conductor, ſiue exactor maior tributorum regalium 35
non mittitur in carcerem, ſi bona habens, fideiuſſorem de euictione, ac idoneitate præſtiterit; *l. 10. tit. 16. lib. 9. Recopilat.* notat Guttier. *practicar. lib. 2. q. 25. n. 2.* Bolaños *d. §. 17. in princip.*

Ad Num. 5.

Ceſſio bonorum in hoc fuit inuenta, vt debitores, qui 36
ſoluendo non ſunt liberentur à carcere, Parlador. *d. cap. fin. §. 7. num. 2.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 183. numero octauo.* Bolaños *ſupra, §. 25. in princip.* Melo *quæſt. 2. num. 12.* Vide

iuxta

iuxta magis communem ſententiam debitor antequam carcere includatur, ad cedendum bonis non admittitur, maximè ſi ab aliquo creditore opponatur, Brun. de *ceſſion. bonor. quæſt.*7. Boër *deciſ.*38. *num.* 8. *cum ſequentibus.* Villadieg. *in politica, d. cap.* 2. *num.* 177. Melo *d.quæſt.*11 *num.* 33. Cancer. *variar. lib.*1. *part.*2. *tit. de ceſſion. bonor. num.*14. Giurba *deciſ.*41. *num.*5. Bolaños *d.* §. 25. *num.*9. Paz *dict.tom.*1.*part.*4.*cap.*5. *num.*5. Quod verum eſt in eo, qui pro debito in carcerem detrudi permittitur, nam qui ex priuilegio nequit carcerari, ſufficit, quod debitum agnoſcat, vt cedere bonis ipſi liceat: nam etſi dubium ſit, an poſſit bonis cedere, qui in vinculis eſſe non cogitur? Verius eſt, beneficium hoc perſonis, quæ carcerari nequeunt, eſſe commune; vt in muliere probat *lex penult. C. qui bon. ced. poſſunt, iuncta Authent. ſed hodie, C. de offic. diuerſor. iudic.* Barboſ. *in d.l. maritum, num.*3. Melo *d.q.*5. *num.*52. Brun. *ſupra quæſt.*1. In Clerico idem Barboſa *n.*4. Melo *num.*16. Roman. *ſingular.*559. Menoch. *d. caſ.*183. *num.*16. In Eccleſia, Collegio, vel Vniuerſitate, *Authent. vt determ. ſit num. Clericor.* §. *Cum verò,* Menoch. *num.*13. 16. Bellin. *in tract. de re militar. part.*9.*tit. de ſaluiſconduct. num* 48. Sed quòd, qui carcerari nequeunt, ceſſione bonorum non iuuantur, docent Bald. *in l.*1. *C. qui bon. ced. poſ.* Trentacinq. *variar. lib.* 5. *tit. de ſolut. reſ.*17. *num.*31. Tamen non eſt à priore ſententia recedendum, iuxta quam illi cedentes bonis conſequentur, ne exinde vltra quàm facere poſſunt, conueniantur; *d.l. is qui,* 4. *ff. de ceſſion. bon. &* §. *final. Inſt. de actionib.*

Ibi: *Nec ſunt alij creditores neceſſariò citandi.*

37 Ita docent Brun. *ſupra, quæſt.*9. *princip. num.* 3. *ad fin.* Salicet. *in l.*1. *C. qui bon. ced. poſ. col.*1. *in fine,* Goid. Pap. *conſ.*124. *num.*9. Pax *ſupra, num.*6. Sed contrarium praxis obſeruat; nam qui bonis cedere intendit, libellum apud iudicem exhibet cum memoriali, tàm bonorum quàm creditorum ſuorum, aſſerens ſe velle bonis cedere, quia ſoluendo non eſt, renunciaréque catenæ, de quo Iudex nominatos præcipit certiorari, téque præconizatur publicè, carceratum bonorum ceſſionem facere nono quoque die, edictis tribus propoſitis idem denunciantibus; quo termino elapſo, boniſque ſequeſtratis, etiamſi abſint creditores, concluditur, ac ſententiâ iudicium finitur, & ex bonis ſequeſtratis, quæ ſub haſta ſunt diſtrahenda, creditoribus quatenus poteſt, ſoluitur. Ita Villadieg. *dict. cap.*2. *num.*171. Paz *cap.*8. *num* 2. Bolaños *d.*§.15. *nu.*8.9. comprobatúrque *ex l.*5. *tit.* 16. *lib.*5. *Recop.* Et quod creditores ſunt citandi, definit lex Luſit. *lib.*4. *tit.* 74. §.1. vt notat Melo *q.*5.*n.*38.

Ibi: *Oportet tamen, vt prius quam ceſsio iſta fiat.*

38 Hæc concluſio recipitur ab omnibus, Guttier. *de iur. conſ. part.*1. *cap.*17. *num.*3. Afflict. *deciſ.*379. Paz. *d. cap.*5. *num.*8. Parlador. *dict.*§.7. *num.*7. Bolaños *vbi proximè, n.*8. Gregor. Lop. *in l.*1. *gloſ.* 5. *titul.*15. *part.* 5. vbi ait, licere cedere bonis, antequam debitor fateatur, vel condemnetur, ſi creditor conſentiat: Trentacinq *d reſol.*56.*n.*15.

Ibi: *Si quidem olim debitor non habens bona.*

39 Sed ſi vxori creditrici traderetur, torquem ferreum portare debitor non cogebatur, in honorem reuerentiæ coniugalis, Parlador. *d* §.7.*num.*4. 5. Matienç. *in l.*6.*titul.* 16. *lib.*5. *Recopilat.* Ant. Gom. *in d.l.*79. *Taur. num.*1.*verſ. Item etiam,* Pax *cap.*8. *num.*4. Guttier. *ſuprà, cap.* 18. *nu.*8. Melo *quæſt.*2. *num.*1. Cæteri verò creditores, ſi præmoniti intra ſex dies addicto torquem ferreum non imponerent, à iure ſuo cadebant, ita vt debitor ab eo, cui fuerat addictus, in ſequentem transferretur, *l.*8.*tit.*16.*lib.*5. *Recopilat.* Paz *ibidem in fine d. cap.*8. Bolaños *d.*§.55. *n.*13.

40 Hic illud eſt adnotandum, quòd ſi filiusfamilias bonis cederet (vt poteſt, *l. penult. C. qui bon. ced. poſ.* Menoch. *d. caſ.* 283. *num.* 12.) pater potior erat creditoribus ob ius patriæ poteſtatis, atque ita filium poterat retinere, quamdiu ſui iuris non efficeretur, Anton. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.*14. *num.*13. *verſ. Non tamen,* Guttier. *d. cap.*18. *num.*8. Sed hæc omnia in Hiſpania in deſuetudinem iam abierunt, ſiquidem vſu recepta eſt conſtitutio *ob æs alienum, C. de action. & obligat.* neque enim vidimus quemquam creditoribus, vt ſeruiret, addictum, aut ferreum torquem portantem; quod aduertit Villadieg. *d.c.*2.*n.*174.

Ibi: *Imò ſi debitor in vinculis.*

Adde Parlad. *d.*§.7.*num.*6. Montaluum *in l. titul.* 8. *lib.*3. 41
for. Azeued. *in leg.*4. *titul.*16. *lib.*5. *Recopilat.* Bobadill. qui alios laudat, *dict. capit.* 15. *num.* 76. *lit.* F. Paz. *dict. cap.*5. *num.* 2. Tamen hæc legalis bonorum ceſſio hodie non frequentatur, ſed debitor in vinculis detinetur, donec ſoluat, aut ceſſionem prædictam faciat.

Verſ. *Is autem, qui bonis cedit.*

Cedenti bonis veſtes quotidianæ ſunt relinquendæ, 42
Trentacinq. *num.*14. Guttier. *d. cap.*16. *num.*11. Matien. *in l.*4. *gloſ.*2. *num.*8. *tit.*16. *lib.*5. *Recopilat.* Melo *dict. quæſt.*5. *num.*1. Parlador. *ſuprà, num.*3. Anton. Gom. *dict. cap.* 11. *n.*51. Greg. Lop. *in l.*1. *gloſ.*5. *tit.*15.*p.*5. Necnon inſtrumenta officij, quibus victum quærere valeat, Petr. Gregor. *ſyntagmat. lib.*22. *cap.*8. Paz *dict. cap.*5.*num.*9. Petr. Barboſ. *in l. maritum, ff. ſolut. matrim.* Villadieg. *ſupra, num.*173.*in fin.* Bolaños *in dict.* §.25. *num.* 12. Dominium etiam retinet rerum, quæ alienari prohibitæ ſunt, ſed earum commoditates minimè; Bald. *in l.*1 *col.*2. *verſ. Quæro nunquid ille, C. qui bon. ceder. poſſ.* Trentacinq. *vbi proximè.* Tamen ſi vel vnum nummum reſeruet, ceſſio non tenet, Trentacinq. *n* 9. Præterea poſt ceſſionem ſuos debitores conuenire nequit, *l. item ſi vnus* 17. *ff. de recept. arbitr.* notat Cuiac. *l.*5. *Digeſtor. Saluij Iuliani, tom.*1. Trentacinq. *nu.*12. Brun. *q.*17. *princip. num.*1. Melo *quæſt.* 33. *num.*2 *&*.3. Quapropter remedium hoc infœliciſſimum, ac miſerabile nuncupauit, *Authent. vt determin. ſit num. Clericor.* §. *Cum verò, l. fin. C. qui bon. ceder. poſſ.* Menoch. *ſupra num.*11. Parlador. *num.*7. Trentacinq. *num.*1. Et meritò, cum paupertate ita ſordeſcentibus mora ſit ſolatium, & vita ſupplicium, *l. quiſquis,* §. *Filij, in fine, C. ad leg. Iul. Maieſtatis.*

Ad Num. 6.

Cedens bonis cautionem iuratoriam præſtare compellitur 43
(quia à fideiuſſoria ob paupertatem excuſatur,) vt ſi ad meliorem fortunam deuenerit, reddat, quod creditoribus ſatisfacere prorſus non poteſt, Gloſ. *in l. cum non facile* 6. *ff. ſi cui plus quam per leg. falcid,* Melo *quæſt.*24. *num.*14. Menoch. *n.* 21. Trentacinq. *n.* 5. Villadieg. *n.*178. *verſ. En reſolucion.* Paz *d.c.* 5. *num.* 10.

Hoc tamen flebile ceſſionis bonorum auxilium debi- 44
toribus quibuſdam denegatur, qui aut ſoluere, aut in carcere perpetuò eſſe debent; veluti conductoribus Regiorum redditum, illiſque qui pro ipſis interceſſerint; nam etſi regulariter Fiſcali ære grauati ad cedendum bonis admittantur, Guttier. *de gabell. quæſt.*170 *num* 4. *verſ. Et in terminis,* Baëz *de inop. debit. cap.*13. *num.*17. cum alijs Perez *in l.*7. *gloſ. fin. tit.* 4. *lib.*1. *Ordinam.* Azeu. *in l.*5. *num.*7. *tit.* 16. *lib.*5. *Recop.* Iſtis expreſſe prohibetur *l.*5. *tit.*9. *lib.*9. *Recopilat.* notat. Guttier. *vbi proximè, per totam quæſtionem,* Bolaños *dict.*§.25. *num.*2. Villadieg. *ſupra num.* 176. Item qui ſuo dolo in paupertatem incidit, bonis cedere non permittitur; Melo *quæſt.* 11. *numer.* 14. Pichard. *in* §. *fin. numer.* 35. *Inſt. de action.* Caballin. *milleloq.* 325. Theſaur. *deciſ.* 56. *num.* 3. Giurba. *deciſion.* 41. *num.* 9. 10. qui addit idem iuris eſſe, ſi partim dolo, partim caſu inops factus ſit. Eiuſdem conditionis ſunt decocti, Pichard. *ſupra, numer.*37. Trentacinq. *vbi proximè, numer.*28. Necnon qui moratoriam à Principe impetrauerint, illa finita, Melo ex alijs, *quæſt.*34. *num.* 23. Vel inducias à ſuis creditoribus poſt tempus conceſſum præteritum, *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* Melo *ibidem,* Greg. Lop. *in l.*3 *gloſ.*4. *tit.*15.*p.*5. Pax *ſupra, d. part.* 4. *cap.* 6. *num.*6. Trentacinq. *eod. tit. de ſolut. reſolut.*3. *num.* 30. *& reſol.*2. *in fin.* Afflict. *deciſ.*378. *num* 2. Præterea qui alienauit, vel occultauit bona in fraudem creditorum, quæ recuperari non poſſunt, illo

beneficio

beneficio non gaudet, *l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. creditor. l. 4. tit. 15. p. 5.* vbi Gregor. Lop. *gloſ. fin.* Anton. Gom. *in dict. l. 79. Taur. num. 3.* Bolaños *num. 5.* Villadieg. *nu. 176.* Guttier. *d. c. 16. nu. 24.* Tandem qui cum iuramento promiſit debitum ſoluere, ſciens id adimplere non poſſe, præfato auxilio deſtituitur, non tam propter vinculum iuramenti, quàm ob fraudem; forſan enim creditor, ſi iuramentum non adhiberetur, non contràheret; Guttier. cum alijs, *d. c. 18. num. 6.* Et de cæteris caſibus, in quibus ceſſioni huic locus non eſt, conſulendi ſunt Petr. Barboſ. *in d. l. alia, §. Eleganter,* Pichard. *in dict. §. fin. Inſt. de action.* Regulariter autem omnes debitores ex cauſa ciuili cedere bonis poſſunt; Guttier. *dict. quæſt. 170. in princ.* Bolaños *dict. §. 25. num. 1.* Quòd & Iudæis permiſſum eſt, licèt aliàs, quæ æquitate nituntur, illis non competant, Trentacinq. *dict. reſolut. 27. num. 31.* Brun. *dict. part. 4. principali, quæſt. 36.* Natta *conſ. 620.* Malo *q. 31. num. 9.* vbi diſputat, an Iudæis ſit æquitas ſeruanda?

45 Ceſſio bonorum, cùm beneficium perſonale ſit, fideiuſſoribus non prodeſt: Ceuall. *commun. tom. 1. quæſt. 701. num. 13. 14.* Ant. Gom. *dict. cap. 12. num. 52.* Guaman *de euiction quæſt. 10. num. 19.* Villadieg. *nu. 178. l. 3. tit. 15. part. 5. §. fin. Inſt. de replicat.* Trentacinq. *num. 38.* Paz *dict. cap. 6. num. 16.* Sed Guttier. *de iuram. confirmator. part. 3. cap. 15. à num. 15.* duplicem cautelam docet, vt fideiuſſor ceſſionis bonorum beneficij particeps fiat.

46 Cedens bonis à futuris creditoribus in ſolidum iure conuenitur; nam ſolùm præſentibus officit ceſſio, Trentacinq. *dict. reſolut. 27. num. 6.* Brun. *quæſt. 10. princ. num. 6.* Salicet, & Caſtrenſ. *in leg. ex contractu, ff. de bon. author. iudic. poſ.* per illum textum Melo *qu. 10. num. 6.* Picard. *in dict. §. fin. num. 42.* Sed poteſt aduerſus illos iterum cedere, Trentacin. *numer. 3.* Cephal. *conſ. 192. num. 2.* Melo *quæſt. 17. num. 17.*

Ibi: *Cogendus enim erit, cum pinguiorem nactus fuerit fortunam.*

47 Hæc ab omnibus adnotantur, vt ex prædllegatis conſtat, ſed ad taxanda alimenta, quæ debent relinqui illi, qui bonis ceſſit, attendendus non eſt valor eorum, quæ poſteà acquiſierit, ſed redditus, qui ex eis percipi quotannis poſſunt, Guttier. *d. cap. 15. num. 10.* Menoch. cum plurimis, *eod. caſ. 183. num. 15.* Vnde dubitatur, an ſi relicta ſit ei domus maximi valoris, ſed exigui redditus, cogendus ſit ipſam vendere, vt creditoribus ſatisfiat? de quo Menoch. *ſupra,* Trentac. *num. 48.* Guttier. *d. cap. 15. nu. 13.* & verius eſt cogendum.

Ibi: *In vſurario idem ſenſit Cardinalis.*

48 Vſurarium cedentem bonis poſſe retinere ex poſtea comparatis ad victum neceſſaria, firmant Lara *in l. ſi quis à liberis, §. Solent. num. 37. ff. de agnoſc. liber.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 28. num. 6.* Gemin. *de vſur. comment. 4. §. 4. n. 64.* & tam in hoc, quàm in alijs, qui bonis ceſſerint, ſunt alimenta taxanda, habita conſideratione ad paupertatis ſtatum, nec idem eis relinquendum eſt, quod cum diues eſſet, conſumebat, ſalua tamen perſonæ dignitate, & qualitate, Guttier. *dict. cap. 15. num. 8.*

Ibi: *Sed ſi quis bonis ceſſerit actibus quibuſdam.*

49 Cedentem bonis cum ignominia ex ſtatuto ab omni obligatione penitus liberari, tuentur cum Guidone Papa, Cancer. *variar. part. 2. cap. 9. numer. 23.* Theſaur. *deciſ. 36.* Giurb. *deciſ. 41. num. 21.* Trentac. *ſupra, num. 8.* Melo *q. 2. num 13.* Menoch. *ſuprà, num. 23.* Quæ ſententia omninò tenenda videtur in vtroque foro, cum per ceſſionem huiuſmodi infamia contrahitur, turpiter cedente obærato, vt Papiæ contingere, teſtis eſt Menoch. *vbi proximè,* valdè enim inhumanum foret, famæ iacturam paſſum, ad ſatisfaciendum creditoribus etiam teneri: quare dum lex tam acriter in debitores cedentes bonis ſtatuit, æs alienum cum pœna ignominiæ compenſat, vt luant in honore, quod non habent in bonis: *l. ſi quis id quod 7. ff. de iuriſd. omn. iudic.* Nec mirum eſt, poſſe ſtatuto tolli ius creditoribus, quod ad bona futura eis competit, ſiquidem & maior creditorum pars, alijs etiam inuitis, in eorum præiudicium, poteſt partem debiti communi debitori condonare, *l. iuris gentium 7. §. fin. cum legib. ſeqq. ff. de pact.*

50 At cum Statutum infamiam non irrogat, licèt leuem ignominiam cedens patiatur, verior *D. Couar.* opinio videtur, vt in Hiſpania eueniebat, torque ferreo impoſito, quo licet inops debitor erubeſceret, infamis minimè efficiebatur; quia ſolum erat nota quædam, qua ſtatus addictorum ſignificabatur; quapropter etiam ad æs alienum, operis exhibitis, perſoluendum compellebantur. Neque æquum eſt, amplam pecuniæ ſummam cum leuiſſimo nocumento in aliorum præiudicium compenſari, atque ita id voluiſſe legiſlatorem, non eſt credendum. Hæc diſtinctio non obſcurè deducitur ex mente nuper laudatorum Interpretum.

Ibi: *Nam & illud verum eſt.*

51 Non obſtat quod per ceſſionem bonorum, nec ciuilis, nec naturalis obligatio tollitur, ſed ſolùm exceptio cedenti acquiritur: ne vltrà quam facere poteſt conueniatur in poſterum, *§. fin. Inſtit. de replicat.* Pichard. *ibi, & in §. fin. Inſtit. de action. num. 31.* Giurb. *d. deciſ. 41. n. 10. 11.* Paz *d. cap. 5. num. 12.* Melo *quæſt. 4. num. 12.* Nam id verum eſt, ſi iuxta ius commune ceſſio fiat abſque infamiæ nota, *l. debitores 11. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat.* Strac. *de mercatur. tit. de decoctorib. p. 3. num 2.* Ant. Cont. *lection. ſubceſiuar. iur. ciuil. lib. 2. cap. 18. num. 1.* (licèt alias iniurioſum fuerit, bona nomine alicuius, qui ſoluendo non erat, publicè venundari, *§. Licet autem, Inſtit. qui, & ex quib. cauſ. manum non licet:*) ſecus ſi ignominioſè ex Statuto bonis cedatur, iuxta proximam diſtinctionem; nam pœna loco ſolutionis ſubrogatur, Menoch. *d. num. 23.* Cabal. *reſol. crim. caſ. 77. num. 31.*

Ad Num. 7.

52 Præſens dubium latè diſcutiunt Guttier. *de iurament. confirmat. part. 1. cap. 18.* Ceuall. *quæſt. 701.* Menchaca *de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. à nu. 79.* Brun. *quæſt. 10.* Barboſ. *in d. §. Eleganter, num. 49. 50.* apud quos poſſunt videri, qui docent, renunciationem ceſſionis bonorum eſſe validam. Contrariam opinionem veram *D. Couar.* tuentur Menoch. *d. caſ. 183. num. 18.* Merlin. *de pignorib. lib. 5. quæſt. 49.* Theſaur. *deciſ. 36. num. 52.* Melo *quæſt. 2. num. 10.* Bolaños *d. §. 25. num. 7.* Matien. *in l. 7. gloſ. 2. num. 5. titul. 16. lib. 5. Recopil.* Paz *ſupra numer. 15.* Baeza *de inop. deb. cap. 16. num. 35.* Villadieg. *d. cap. 2. num. 177.* Gail. *de pace public. lib. 2. cap. 2. num. 23.* Trentacinq. *num. 35. verſ. Ego in iudicando,* qui plures pro vtraque ſententia refert. Ratio eſt, nam talis renunciatio eſſet contra naturalem libertatem, qua quis, niſi iure permittente, ſeipſum priuare non poteſt, *l. nec ſi volens 6. C. de liber. cauſ. l. interrogatam 24. eod. tit.* Aliam reddit. Merlin. *vbi ſuprà,* ſcilicèt non poſſe renunciari huic priuilegio paupertatis, quia, quæ miſerationis cauſa conceduntur, tolli renunciatione non permittuntur, Gloſ. *verb. excedere, in l. vnic. C. quando Imperat.* vbi Barb. *in collectan. in fine,* multos ad hoc laudat.

Ibi: *Primum iure non valere pactum.*

53 Quia nemo poteſt ſe ad carcerem publicum obligare, Felin. *in cap. ex reſcripto, num. 15. de iureiurand.* Merlin. *ſupra, lib. 2. q. 50. num. 10.* Guttier. *d. cap. 18. num. 5.* vbi limitat, ſi iuramentum accedat; quod nunc non diſcutitur: Menoch. *num. 10.* qui ait, ita Veronæ ſtatutum eſſe. Multóque minus ad priuatum, cùm iure ſit vetitus, *l. vnic. C. de priuat. carcerib.* Bobad. *in politic. dict. cap. 15. num. 13. lit. A.* vbi plures. Ita tenent Bald. *in d. cap. ex reſcripto, num. 6.* Merlin. *d. num. 10.* Similiter non valet conuentio, quòd creditor propria authoritate ducat debitorem etiam in publicum carcerem, niſi ſit fugitiuus, Felin. *ſupra, n. 14.* Merl. *d. num. 10. & 13.* Rip. *in l. obligatione, num. 28. ff. de pignor.* vbi rationem tradit: ſcilicèt, quia captura, & carceratio

ceratio perſonæ liberæ, meri ſunt imperij, *Auth. de exhibend. reis*, §. *Si verò*. Quare priuatorum pactionibus non ſubijciuntur, Merl. *ſupra num.* 11.

Ibi : *Secundum hoc ipſum pactum.*

54 Poteſt quis, lege, vel moribus permittentibus, ſe ad pœnam corporalem aſtringere, Gloſ. *in cap. cum homo*: 25. *quæſt.* 5. Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 7. *numer.* 12. vbi alij, de quo *Infra, cap.* 8.

Ibi : *Tertiò, animaduertendum eſt.*

De hoc dictum eſt *ſupra*, *in principio*, *ad numerum iſtum.*

Ibi : *Quartò, renunciationem iſtam.*

55 Renunciationem ceſſionis bonorum, iuramento accedente, confirmari, probant Guttier. *d.p.* 1. *cap.* 18. *num.* 4. Villad. *ſupra, num.* 177. & plures adducti à Trentacinq *n.* 36. & à Menchaca *ſupra*, §. 29. *num.* 27. & eſt communis opinio. Contrarium tamen verius eſt, quod tenent Cin. & Salicet. *in l.* 1. *num.* 19. *C. qui bon. ced. poſ.* Baëza *cap.* 1. *n.* 45. Menchaca *d.* §. 55 *num* 80. Ceuall. *d. quæſt.* 701. *num.* 7. Petr. Greg *de cenſib. q.* 6. *priuil.* 8. Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 91. *num.* 3. Melo *q.* 8. *num.* 16. Paz. *dict. cap.* 5. *n.* 15. Cancer. *variar. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 9. *num* 34. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 27. *num.* 10. Giurb. *d. deciſ.* 41. *num.* 3. Bolaños *ſupra, num.* 7. Trentacinq. *num* 37. Ariminenſ. *de ceſſion. bonor. quæſt.* 4. *par.* 4. *princip.* Quæ opinio proculdubio erit admittenda, vbi perſona renunciantis alijs eſt neceſſaria, veluti vxori, liberiſque, quos propria induſtria alebat, quoniam iuramentum in Tertij præiudicium non eſt ſeruandum, *cap. cum contingat* 28. *in fin. de iureiur. cap. quamuis pactum* 3. *de pact. in* 6. Tiraq. *in l. ſi vnquam, in præfat. num.* 91. 164. Sanch. *de matrim. lib.* 6 *diſput.* 34 *num.* 2. Caldas *de renouat. emphyteuſ. quæſt.* 11. *num.* 25. 26. Franc. Mol. *de ritu nupt. lib.* 3. *comp.* 19. *num.* 72. 91. Sed abſolutè ideò renunciatio iſta iuramento non confirmatur, quia libertas hominis non ſubeſt ipſius liberæ diſpoſitioni, vt Guttier. ipſe prædixerat *ibidem*, *num.* 1. & omnes communiter concedunt: iuramentum autem validare non poteſt actum prohibitum ratione materiæ, quæ iurantis poteſtati non eſt ſubiecta, argumento *cap. ſicut ex literis* 13. & *cap. venientes* 19. *de iureiur.* D. Couar. poſt Bart. Aleiar. & alios *in d. cap. quamuis pactum, par.* 1. §. 6. *num.* 11. & eſt communis. Nec obſtat *l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 9. *Recop* adducta a Guttier. nam ideo ibi conductores regiorum redditeum valent eum iuramento ceſſioni bonorum renunciare, quia Statuto beneficium hoc illis ſublatum eſt (quod fieri poteſt, Trentacinq. *n.* 39. Menoch. *d. caſ.* 183. *num.* 9. vbi ait Brixiæ bonorum ceſſionem lege municipali eſſe prohibitam, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 182. *num.* 24. Melo *q.* 9. *num.* 10) & ad cautelam renunciare cum iuramento coguntur, quod cum accedat actui valido, imò & neceſſario de iure, obligat iurantem, cùm non verſetur circa materiam prohibitam, quia lege permittente, homo de propria libertate poteſt diſponere, §. *Serui autem, el* 2. vbi Gloſ. *verb. maior, Inſt. de iur. perſonar.*

Ad Num 8.

56 Hoc iuris axioma: *Qui non habet in bonis, luat in corpore*, videri poteſt apud Cuiac. *lib.* 1. *quæſtion. Paul. in l. libertus* 15. *ff. de in ius vocando*, Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 80. *num.* 105. Auendaño *in cap.* 16. *Corrector. part.* 2. *num.* 7. Oſuald. ad Donell. *lib.* 17. *cap.* 9. *lit. R.* Farinac. *in prax. crim. tom.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 26. Baëza *de inop debit. cap* 11. *à num.* 50. Pichard. *in* §. *Pœnales, num.* 19. *Inſtit. de actionib.* Salgad. *in labyrinth. part.* 1. *cap.* 7. *à num.* 1. Theſaur. *deciſ.* 182 *num.* 4. *cum alijs*, Boër. *deciſ.* 349. *num.* 8. Afflictis *deciſ.* 378. *n.* 1. Sed hoc locum non obtinet in Nobili Clerico, vel alijs, quorum dignitati deferendum eſt, D. Couar. pluribus allegatis. *infra*, *h. lib. cap.* 9. *num.* 4. *verſ. Octauò, quamuis regulariter*, Bernard. Diaz. *in prax. crim. cap.* 142. *num.* 4. vbi Salced. *lit. D.* Guttier. *practicar. lib.* 4. *quæſt* 17. *num.* 8. 9. Paz *in prax d. c.* 5. *num.* 19. de quo latiùs per me *in d. verſ. Octauò.*

Ibi : *Et id non tantum procedit, vbi quis ob crimen.*

57 Vbi reus ſoluendo non eſt, intereſſe, quod parti offenſæ præſtare debet, poteſt in corporalem pœnam commutari; notat Boër. *ſupra, num.* 11. Guttier. *dict. part.* 1. *cap.* 17. *à num.* 24. Auguſt. Barboſ. *in collectan. num.* 5. *ad cap. finem litibus, de dol. & contum.*

Ibi : *Hinc ſanè conſtat.*

58 Qui per calumniam etiam in cauſa ciuili ad iudicium prouocat, ſi in bonis non habeat, corporaliter punitur; tenet Petr. Barboſ. *in l. eum, qui temerè, num.* 49. *de iudic.* & DD. communiter *in dict. cap. finem litibus*, Bobadill. *in politic tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 94. *in fine.*

Ibi : *Hæc verò commutatio pœnæ.*

59 Sequitur Guttier. *ſupra*, *num.* 25. Hoc ideò, nam ſemel corporaliter punitus à pecuniaria obligatione penitus liberatur, etſi vberrimam ſortem poſteà nanciſcatur, Gloſſ. *in cap. peccatum* 4. *de reg. iur. in* 6. Gratian. Falcon. *reg.* 60. Matien. *in l.* 4. *gloſ.* 2. *num.* 12. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopil.* Ripa *in cap. cum M.* 9. *num.* 38. *de conſt.* Roman. *ſingul.* 24. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 77. *num.* 39. Boër. *deciſ.* 349. *num.* 4. Bruor *in tract. de ceſſion. bonor* 4. *p. princ. n.* 5.

Ibi : *Hac igitur ratione.*

60 Quæſtionis eſt, an de iure communi delinquens damnatus ad damnum reſarciendum parti offenſæ, ad bonorum ceſſionem admittatur? de qua Greg. Lop. *in l.* 4. *gloſ. penult. titulo decimoquinto. p.* 5. Ant. Gom. *variar. libr.* 2. *capit.* 11. *numer.* 52. Trentacinq. *ſupra*, *num.* 26. Guttier. *d. cap.* 17. *num.* 26. Didac. Perez *in l.* 3 *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordin.* Diaz *reg.* 75. vbi Salced. Matien. *in l.* 9. *gloſ.* 2. *num.* 3. 4. *tit* 16. *lib.* 5. *Recop.* & verius eſt non admitti, vt probant fundamenta, quæ *hic* D. Couar. adducit, *ex l. ſed hoc.* 21. *ff. de re iudic. l. etiam* 19. §. 1. *ff. ſolut. matrim.*

Ibi : *Clericus ob crimen conueniri.*

61 Clericus ex delicto damnatus ad pœnam pecuniariam, non gaudet ſuo priuilegio, *ex c. Odoardus, de pignorib.* ſed eſt in carcere detinendus donec ſoluat. Gloſ. *in cap. olim, el* 2. *de reſtit. ſpoliat.* Baëza *ſupra, cap.* 17. *num.* 13. Guttier. *dict. cap.* 17. *num.* 22. Boër. *vbi proximè*. Hyppolit. *in prax.* §. *Attingam, num.* 70. *verſ. Hanc tamen concluſionem intellige*, Fariſiae. *in prax. crimin q.* 26. *à num.* 11. & *quæſt.* 27. *à num.* 72. quod limitat Guttiert. *num.* 27. *cum alijs*; niſi Clericus teneretur ad intereſſe ex delicto, non ad pœnam, quia obſeruanda erit deciſio *d. c. Odoardus*, de quo proximè dictis accentis, quoad ius commune poteſt dubitari, etſi Ceuall. Idem teneat *num.* 8.

Ibi : *Verùm cum hæc quæſtio proximis diebus.*

62 Hodie aduerſus iuris communis regulas, vt aiunt Iul. Clar. *receptar. ſentent. lib.* 5. §. *fin. quæſtion.* 95. *numero ſecundo*, Ceuall. *dict. quæſtion.* 701. *num.* 4. ſtabilitum eſt. *l* 9. *tit.* 16. *lib.* 5. *Rec.* vt poſſit debitor ex delicto cedere bonis quoad intereſſe parti offenſæ ſoluendum; non quoad pœnam etiam ipſi applicatam, notant Guttier. *num.* 27. 28. Ceuall. *n.* 5. & 6. Azeued. *in dict. l.* 9. Bolaños *d.* §. 25. *num* 3. Baëza *cap.* 11. Olan. *in concord. iur. lit. D. num.* 18. Paz *ſupra, num.* 18. Didac. Perez *vbi proximè*, Matien. *in ead. l.* 9. *gloſ.* 2. *num.* 5. Montalu. *in l.* 3. *gloſ. magna*, *tit.* 5. *lib.* 4. *for.* Gratian Falcon. *reg.* 60. *num.* 2. Villad. *dict. cap.* 2. *numer.* 175.

Ibi : *Plerumque tamen Regiarum Curiarum Iudices.*

63 Sed quando delictum eſt leue, & conſtat de inopia delinquentis, poteſt Iudex pœnam pecuniariam Fiſco applicatam, aut ex lege debitam remittere, *l.* 4. *tit.* 22. *part.* 3.

Auendaño *ſupra, part.1. cap.7. num. 7.* Paz *num. 19.* Bolaños *dict.§.25. num.4.*

Ad Num 9.

64 Clericus qui ſoluendò non eſt, ob debita ex delicto, aut quaſi delicto non deſcendentia, carcerandus, aut excommunicandus non eſt, Gutierr. *ſuprà, num. primo ſeptimo,* Cyriac. *Controuerſiar. tom. 3. controuerſ. 505. num. 17.* Ceuall. *num. 9.* Graſſis *de effectib. Clericat. effect. 7. num.1.* Roder. Suar. *in l.2. quaſt. 5. num. 14. tit. de los gouiernos, lib. 3. for.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. quaſt. 88. num.8.* Azeued. *in l.5. num.7. tit. 2. lib. 5. Recop.* Caſtagna *de beneſic. deducto ne quis egeat, quaſt. 10. ſub num. 34. fol. 155.* Parlad. *quotidianar. lib. 2. capit. vltim. §. 7. numer. 24.* Farin. *ſupra, part. 1. quaſt. 27. de carceribus, num. 63.* Padilla *in l. 1. num.7. Cod. de iur. & fact. ignorant.* Paz *tom.2. part.3. cap. vnic. num. 5.* vbi ait ſic obſeruari, non obſtante Trident. *ſeſſ. 25. cap. 3. de reform.* de cuius intellectu Gutierr. *ſupra, num. 9.* Bolaños *ſup. §. 17. num. 20.* Greg. Lop. *in l.13. gloſ.6. tit.6. p.* . Imò nec bonis cedere compellitur, Baëza *cap.17. à Principio.* Gutierr. *num.4.* Menoch. *dict. caſ. 183. num.29.*

Ibi: *Quibus adſtipulatur, quod Clericus non poteſt conuenire*

65 Clericum non poſſe pro debito ciuili, niſi in quantum facere poteſt, conueniri, receptius eſt, vt docent Menoch. Parl. Greg. Lop. Gutier. Baëza *vbi proximè.* Dec. *in cap. reprehenſibilis, num. 9. de appellat.* Gloſ. *in l. miles 6. ff. de re iudic.* Paz *d. num. 5.* Cui priuilegio, & ne carcerari poſſint, Clerici etiam cum iuramento renunciare non valent, quoniam iſta priuilegia principaliter ſunt conceſſa in honorem Sacri miniſterij, Ordinumque, quibus ſunt inſigniti, & renuntiatio cederet in totius Ordinis clericalis dedecus; Baëza *num. 3.* Parlad. *d. num. 24.* Ceuall. *numer. 11.* Bolaños *d. numer. 20.* Paz *vbi proximè, num.6.* Nec opus eſt relaxatio iuramenti, vt Ceuall. vult, niſi ad cautelam, cùm illud non obliget, argumento *cap. ſi diligenti, de for. competent.*

Ibi: *Qua in re aduertendum eſt.*

66 Clericus habens Eccleſiaſticum Beneficium, ſi ſoluendo non ſit, exequutio in eius redditibus fit relicta beneficiatio congrua portione ad victum, & reliquum adiudicatur creditoribus annuatim ſoluendum, Carlev. *d. tom.2. tit.3. diſput.18. num.5.* Parlad. *d. c. fin. §. 3. num. 42.* Bolañ. *ſupra,* Menoch. *d. caſ. 183. num. 30.* Paz *d. cap. vnic. num.7.* Gutier. *num. 17.* Villad. *cap.2. num.79.* Dueñas *regul. 275. limitat. 11.*

Ibi: *Verùm ſi Clericus ſit ſuſpectus de fuga.*

67 Clericus fugitiuus, aut de fuga ſuſpectus capi, vel à Iudice ſæculari, vel ab ipſis creditoribus poteſt, illicò tradendus Eccleſiaſtico, à quo in vinculis eſt detinendus, donec ſolutio fiat ex bonis, quæ occultare tentauerat, Scaccia *de iudic. tom.1. lib. 1. cap.39. num.14.* Mol. *de iuſt. tract.1. diſput. 56. num. 2.* Graſſis *ſupra, effect. 1. num. 557.* Gutier. *ſuprà, cap.16. num. 32. & cap. 17. num. 29.* Baëza *cap.16. num. 26.* Greg. Lop. *in d.l. 23. gloſ.5. tit. 6 part.1.* Bobad. *in politic. tom.1. lib. 2. cap.18. num.51.* vbi aduertit, ita demum poſſe Clericum propter fugam à Iudice ſæculari, vel creditore capi, ſi copia Eccleſiaſtici non ſit, de quo Azeued. *in l. 2. à num.154. tit.13. lib.8. Recop. & in l.4. n.5. 7. tit.4. eod. lib.* Maſcard. *de probat. tom.2. concl. 823.* Ceuall. *tom.1. q.267. à num.4.* Thom. Delbene *de immunit. Eccleſ. tom.1. cap.9. dubit.8.*

Verſ. *Sed & quoad deciſionem.*

68 Priuilegia, de quibus ſupra, ſolùm conceduntur Clericis in Sacris conſtitutis, vel beneficium habentibus, aut actu Eccleſiæ inſeruientibus, vt docent communiter DD. Menoch. *d. caſ. 183. in fin.* Baëza *cap. 17. n. 20.* Gutier. *d. cap. 17. n. 12. verſ. Secundo infertur,* vbi latè diſputat *à n. 10.* num omnes Clerici gaudeant priuilegio *d. c. Odoardus* Bolaños, *d. n. 20.* Villadieg. *ſupra, n. 97.* Paz *vbi proximè, n.6.*

Quæ autem de Clericis dicta ſunt, etiam ad Religioſos pertinent, Cyriac. *dict. controuerſ. 505. n. 8.* Bald. *in Auth. cauſa quæ, n.3. in fin. C. de Epiſcop. & Cleric.* Emman. Rodrig. *de Regularib. tom.1. q.62. art.6. fol.188. in prima edit.* Quia Clericorum appellatione in fauorabilibus, & Religioſi comprehenduntur; notatur in *c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.* Gloſſ *in c. Duo ſunt genera, 12. q. 1.* Viuian. *de iur. patronat. lib. 6. c. 2. num.1.* Cyriac. *num. 19.* 69

Verſ. *Quoties verò,* Ibi: *Non tamen poteſt opponi exceptio.*

De his latè, Gutier. *dict. cap. 17. à numer. 31.* qui D. Couarruu. accedit. Tamen contraria ſententia Gomezij aſſerentis, Clericum damnatum tribus ſententijs conformibus, non iuuari auxilio *d. cap. Ordoardus,* nititur communi doctrinæ, quæ habet, beneficium ceſſionis bonorum non competere ei, qui debitum inficiatur; de qua Trentacinq. *ſupra à num. 17.* Pacian. *de probat. lib.1. cap.19. numer. 85.* Ceuall. *tom. 1. quæſt. 29.* Quam doctrinam declarat Trentac. *num.21.* docens, tunc dici, debitum fuiſſe negatum, cum debitor in inficiatione vſque ad vltimam appellationis ſententiam perſeuerat: ex quo rectè infert Gomezius, vt Clericus, qui appellauit ſemel, atque iterum negans vſque ad tertiam ſententiam condemnatoriam, cum iam amplius prouocare non liceat, priuandus ſit remedio *dict. capit. Odoardus,* in quo inſinuatur negantes debita non eſſe ad illud admittendos, ibi: *Idem in eum recognoſcentem huiuſmodi debita.* Et meritò; nam victus in dubio præſumitur non habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, maximè cùm tam proteruè in lite perſeuerat, Menoch. *de præſumpt. lib.2. præſ. 67. num.1.* Amad. Rodrig. *in praxi, de modo, & form. vidend. proceſ. cap. 5. num. 37.* Gloſſ. *verbi etſi conuictus, in Auth. generaliter, C. de Epiſ & Cleric.* D. Couarruu. *practicar. cap. 27. num. 3.* propter quem dolum iure carceri ſubijci permittitur Clericus, non obſtante præfata deciſione, quemadmodum ſæpè contingit, vt conſtat ex traditis per Gutier *d. cap.17.* 70

Ibi: *Idem eſſe cenſet.*

71 *Gomezij* ſententia cum oppoſita *D. Couar.* poſſet conciliari, adhibita diſtinctione, quam tradit Gutier. *dict. par.1. c.18. num. 6.* nam ſi Clericus ſciens, ſe non fore ſoluendo, iurauerit reddere quod accepit, ex ſuo dolo, *dict. cap. Odoardus,* auxilio non gaudebit, vt Gomez. vult. At ſi abſque fraude putans, ſe idoneum futurum ſolutioni, ſoluturum ſe iureiurando promiſit; non ideò carcerari poterit, prout D. Couarruu. videtur, de quo *ſupra, hoc cap. num.83.* Nec obſtat ſententia *D. Couar.* quam probat Gutierr. *ibidem,* dum docet, iurantem, quod ſcit ſe implere non valiturum, periurum non eſſe, ſed temerariè iurare: Nam Clericus hoc caſo non carcerabitur ratione periurij, ſed doli, quem iureiurando commiſit.

Quando beneficium *dict. cap. Odoardus* ceſſet, tradit latè Gutier. *dict. cap.17. à num. 20.* Quibus adde, Clericum ex depoſito damnatum non gaudere præfato priuilegio, ſed in carcerem eſſe detrudendum, Graſſis *ſupra, effect. 7. n.38.* Auguſt. Barb. *in collectan. ad d. cap. Odoardus num.13.* Cyriac. *d. controuerſ. 505. num. 22.* Matheſ. *ſin. 60.* aliàs 61. Quia inficiatio depoſiti propè furtum eſt, *l. inficiando 69. ff. de furt.* nec depoſitarius tenetur, niſi ex dolo, *l. contractus 24. ff. de reg. iur.* quod limitat Cyriac. *ex Marheſilano ibidem,* cùm Clericus contendit iam depoſitum eſſe reſtitutum, quod abſque fraude contingere poteſt, vt ſi reddidit, cui non debuit. 72

Ad Num. 10.

Cadauer debitoris quacumque ex cauſa, ſiue ciuili, ſiue criminali, non licet inſepultum quaſi in pignus à creditoribus 73

toribus detineri, Ant. Gom. *variar. lib.2, cap.11. num.36.* Menoch. *de arbitrar.caſ.*387.*n.*10. Parlador. *d.cap.fin.* §.3. *num.*26.Ioſeph.Ludouic.*Peruſ.deciſ.*78.*num.*24.Guttier.*de iuramem.confirmat.part.*2.*cap.*4.*num.* 27. Garcia *de expenſ. cap.*8.*num.*19. Baeza *ſupra*, *cap.*1. *à num.*19. Perez *in l.*4. *tit.*8.*lib.*3. *Ordinam.* Cened.*in collectan. ad Decretal. collectan.*40.*n.*3. Ioan. Orozc.*in l.*3.*num.*1.*ff. de in ius vocand.* Bolaños *d.part.* 1. §.16. *in fin.* Spino *in ſpecul. teſtament. gloſ.*2.*num.*11.*cum ſeqq.* Quod limitatur in cadauere vſurarij manifeſti, quod poteſt per iudicem ſequeſtrari, donec hæredes ſatisfaciant creditoribus, iuxta diſpoſitionem *c.quanquam,de vſur.in* 6.Salg.*de protect.Regia,part.*2.*cap.*8. *num.* 75.Zerol. *in prax. Epiſcopal.part.*1.*verb. funus, verſ. Tertiò, cadauer.* Menoch. *ſupra*, *num.*29. Imò pecuniaria pœna, præter debiti amiſſionem, mulctatur creditor impediens corpus debitoris ſepeliri, *l.fin.C.de ſepulch. viol.l. vlt.tit.*13.*part.*1.Menoch.*cum multis vbi proximè,d.caſ.*387. *num.*16.

74 Non ſolum corpus defuncti debitoris, verum neque ipſius hæredes intra nouem dies ab obitu vexari pro debitis, defenditur, *Auth.ſed neque*, *C. de ſepulch. violat. l.*13. *tit.* 9.*part.*7. Gotier.*vbi proximè, num.*18. Dueñas *reg.*177. *limit.*4.Carleual.*dict.tom.*1.*tit.* 3.*diſp.*9.*num.*8. Gizarell. *deciſ.*79.Baëza *ſuprà,cap.*6. *num.*15. Nec intra tempus trium menſium lege datum ad inuentarij confectionem, *l. vltim.* §.*Donec*,*C.de iur.deliberand.*Carleual.*num* 9.*cum ſeqq.* Guttierr.*ibidem*,& alij ex *nuper allegatis*,Paz *in prax.tom.*1.*part.* 4.*cap.*1.*à num.*42. Ceuall. *tom.*2. *q.* 814. *num.*7. Qui docent deciſionem *dict.*§. *Donec*,apud nos vſu non eſſe admiſſam; ſed quod hæres poteſt poſt nouem dies pro debitis defuncti conueniri. Et obiter notandum eſt, *d.Authent.ſed neque*, procedere, cum hæres non vult facere inuentarium, nec tempore ad id conceſſo vti; at *dict.*§ *Donec*, locum habet, ſi velit inuentarium conficere, quo totum textuum contrarietas tollitur, vt per Carleual.Paz, & alios *vbi proximè.*

Ibi. *Imò creditoris appellatio.*

75 Non obſtante creditoris appellatione, corpus debitoris debet ſepeliri, Parlad. *vbi ſup.* Viui. *commun. opin. lib.*2. *opin.*78.Pichard.*in princip.num.*138. *Inſtit. de interdictis.*

Ibi. *Sunt etenim, qui exiſtimant.*

76 Etiam corpus defuncti, qui ex inſtrumento guarentigio tenebatur, ne ſepeliatur, à creditore impediri non poteſt; ita docent Ant. Gòm. Guttier. Menoch. & alij laudati *ſuprà*, *num.*116.

Ibi : *Impium enim eſſet.*

77 Àdeò bonis moribus congruit, cadauera tradere ſepulturæ, vt diſpoſitio teſtatoris præcipientis, reliquias ſuas in mare proijci, non ſuſtineatur; imò hæres, ea conditione reiecta, humari faciens corpus, non priuatur hæreditate, ſed laudatur; *l.quidam in ſuo* 17.*ff.de condit.inſtitut.* Sed & publica verſatur vtilitas in ſepeliendis defunctorum corporibus, *l.ſunt perſonæ* 43. vbi Gloſ. *verb. propter*, *ff. de Religioſ.& ſumpt.funer.*Merlin. *de legitim. lib.*2.*titul.*1.*q.*15. *num.*5.Cagnol.*in l.Papinianus* 8.§.*Quarta,num.*13 *ff.de inoffic.teſtam.* Inde prouenit, vt impenſa funeris omnibus creditoribus priuilegiatis etiam anterioribus cum expreſſa hypotheca præferatur, *l.impenſa* 45.*ff.de Relig.& ſumpt.fun. l.*12.*tit.*13.*p.*1.Neguſant.*de pignor.p.*3.*memb.*2.*num.*28.Mantic.*de tacit.& ambig.conuent lib.*11. *tit.*23. *num.*13. Fachin. *controuerſiar.lib.*12.*cap.*49.Coſt.*in tract.de portion.rat. q.*73. *num.*2.Flores de Mena *variar.lib.*1.*quæſt.*6.*num.*11.Guttierr. *practicar.lib.*2. *quæſt.*72.*per tot.* Bolaños *in Curia commerc. terreſt.lib.*2.*capit.*11.*numer.*24.late Merlin.*de pignorib.lib.*4. *tit.*1.*quæſt.*17. Aliaque priuilegia conceduntur funeris impenſæ, de quibus per Ripam.*de remed. præſeruat. cont. peſt. num.* 135. Inter quæ & illud numeratur, quod ſucceſſor maioratus, etſi ad alia poſſeſſoris immediati debita non teneatur, Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*10. *numer.*29. tamen ſumptus funeris anteceſſoris, ſi aliàs ſolui non poſſunt ex ipſius bonis, præſtare compellitur, vt contra eundem Molinam *ibi, num.*13. docent Padilla *in l.vnum ex familia* §.*Si de falcidia, ff. de legat.*2. Pereg. *de fideicommiſ. art.*40. *num.*19.Garc.*de expenſ. cap.*19. *num.*33. Mieres *de maiorat. part.*4.*quæſt.*76.*num.*37. D.Garc. Maſtrill. *deciſ.*103.*per totam*, vbi plures.

*Ad Num.*11.

Vſu receptum eſt, vt cadauera damnatorum ex quibuſ- 78
dam atrociſſimis facinoribus maneant inſepulta ad terrorem aliorum, ex quo apud Athenienſes, cum aliquis ſibi mortem conſciuerat, manus vt facinoroſa præciſa inſepulta relinquebatur, eius cadauere tradito ſepulturæ, cuius legis meminere Æſchines *in orat. in Cteſiphontem* Alexand. ab Alex. *dier. genial. lib.* 5. *capit. vltim. in fin.* Vbi hoc Platonis documentum fuiſſe dicitur, Menoch. *de arbitr.caſ.*284. *numer.*5. Et in Hiſpania frequenter corpora famoſorum graſſatorum in partes diſſecta in itineribus affiguntur, atque ita docent Bobadilla *dict. lib.* 3. *capit.*15.*numer.*143.Menoch.*dict.caſ.*387.*in fin.*Iul. Clar. *receptar.ſentent.lib.*5.§.*fin.quæſt.*100.*num.*1. Bolaños *in Curia*, *d.p.*3.§.17.*n.*16.

Nec contrarium probat *cap.quæſitum*, 13: *quæſt.* 2. Nam ibi agitur, de capacitate defuncti, vt in ſacro loco ſepeliatur, ſiquidem verum eſt, ei, cui miniſtratur Sacramentum Pœnitentiæ, cum in extremis agit, non eſſe Eccleſiaſticam ſepulturam denegandam, niſi aliud obſtet in præſenti autem, propter vtilitatem publicam, quæ deterrendis malefactoribus verſatur, inhumata corpora oportet permanere. Qua de cauſa etiam Iudex poteſt tradere cadauer delinquentis in anatomiam Medicis, vel Chirurgis, Anton. Gom. *var.lib.*3.*cap.vltim.in fin.* Sanch. *conſil. moral. lib.*3. *capit. vnic.dub.*7. Bobadill. *dict. nu.*143. *in fine*,Bertachin.*in ſuo repertor.verb.Cadauer,numer.*5.Deci. *in l.imperium,numer.*17.*ff.de iuriſdict.omnium iudic.*Bolaños *vbi proximè*,Menochius *caſ.*285. *num.*10. 11. vbi ait : Papiæ hic ſtatuto caueri; *& num.* 12. admonet, non eſſe in anatomiam tradendum corpus aliàs honeſti hominis, ne eius familiæ irrogetur iniuria.

Ibi. *Sacramentum verò Pœnitentiæ.*

Iudex debet mittere damnato ad mortem Confeſſorium, 79
& tempus ſufficiens ad recipiendum Pœnitentiæ Sacramentum concedere, Anton. Gom. *ſupr. numer.* 6. Bolaños *dict.* §. 17. *numer.* 14. Ant. Barboſ. *in collectan. in fin. ad l. Archigerontes*,*C. de Epiſcop.audient.* Iul. Clarus, *dict.*§.*fin. quæſt.*97.*num.*4.

Ibi : *Idem eſſe cenſet de Sacramento Euchariſtiæ.*

Euchariſtiæ Sacramentum damnatis ad mortem eſſe 80
præſtandum, decretum eſt Motu proprio Pij V. edito anno 1569. & in Hiſpania obſeruari præcipitur *l.* 9. *titul.* 1. *lib.*1.*Recop.* Et ita docent vltrà proximè allegatos, Gamm. *in tract. de Sacrament. præſtand. vltim.ſup. damnatis*, Sà *in ſumm.verb.Euchariſtia,n.*2.Caualcan. *de brach. Reg. part.*3. *n.*326.Bonac. *oper. moral. tom.*1. *tract. de Sacrament. diſp.*4. *quæſt.* 7.*punct.* 1. *num.*5. Ceuall. *tom.*3. *de cognit. per viam violen.quæſt.*98. *num.*1. Diana *reſolut.moral. part.* 3. *tract.* 3. *reſolut.*38.§.*Nec valet. verſ. Notandum*,Franciſc.Marc. *deciſ.*10.*in* 2.*part.*Ioan.Sanch.*ſelectar. diſp.*4.*nu.*3. 4. Sicque de conſuetudine ſeruari, nec contrariam validam eſſe probant Bonacin. *ſuprà, numer.* 6. *verſ. Reſpondeo*, Zeuallos *num.*7. vbi ait : nunquam ſe audiuiſſe in Hiſpania contrarium eſſe vſu receptum, Pat. Suar. *tomo* 3.*in* 3.*part. diſp.* 69.*ſect.*3.*in fin.*Henriquez *lib.* 8.*cap.*5. *numero quarto. lit.Z.* Angles *quæſtion.* 2. *articul.* 9. *difficultat.* 3. Chamerota *de Euchariſtia*, *cap.* 10. *num.* 3. Imo Iudicem teneri differre executionem ſententiæ per tres, aut quatuor dies, ſi opus fuerit; ne damnatus Sacramentis, non ſuſceptis moriatur, etiamſi timeatur reum interim fore eripiendum, ſentiunt Bonacina *dict. numer.*6. Diana *ſupr.* Fagundez *in præcept. Eccleſ.lib.*1. *præcept.*3. *capit.*4.*numer.* 3.4. & alij apud ipſos. Quod tamen aduerſatur *dict.l.*9. *Recopil.* vbi contrarium ſtatuitur. Sed ſi ex dilatione ſupplicij immineat pe-

riculum damni communis, omnes concedunt celeriter ſententiam executioni eſſe mandandam, breui dato termino ad Sacramentorum perceptionem.

80 Poſſunt etiam Iudices Eccleſiaſtici ſæculares cenſuris compellere: ne quemquam vltimo afficiant ſupplicio, non miniſtratis ipſi Sacramentis, Ceuallos, *dict. quæſt.* 98. Bolaños *dict.* §. 17. *num.* 14. Niſi ipſe reus ea ſuſcipere renuat, tunc enim ſententia exequenda eſt, licet impœnitens moriatur, Bonacin. *num.* 7. Sot. *de iuſt. & iur. lib.* 5. *quæſt.* 1. *artic.* 2. Reginald. *lib.* 29. *n.* 71. *verſ. Prima eſt.*

Ibi : *Sicut nec eis iure datur.*

82 Sacramentum Extremæ Vnctionis non ſuſcipiunt in patibulo morituri, quia infirmorum gratia fuit ſpecialiter Inſtitutum, ex Diu. Iacob. *cap.* 5. *verſ.* 14. Concil. Florentin. de hoc Sacramento agens, inquit: *Hoc Sacramentum niſi infirmis dari non debet*; vnde oleum, quo miniſtratur, *infirmorum* dicitur, conſtat ex *Pontificali Romano, & cap. vnic. §. Ad exhibendum de Sacra Vnction.* Ita Bonacin. *ſuprà diſput.* 7. *punct.* 5. *num.* 4. Pat. Suar. *tom.* 4. *in* 3. *part. diſput.* 4. *ſect.* 2. *num.* 6. Viuald. *in Candelab. iur. tit. de Extrema Vnction. num.* 21. Simancas *de Catholic. inſtitutionib. cap.* 57. *num.* 16. Caualcan. *ſuprà part* 4. *num.* 307. Zerol. *in prax. Epiſcop. part.* 1. *verb. Extrema Vnctio, verſicul.* 3. Coninch. *de Sacrament. tom.* 2. *diſput.* 19. *a num.* 22. Reginald. *in prax. fori pœnitent. lib.* 28. *num.* 68.

Ibi : *Hodie autem eorum, in quos animaduertitur.*

83 Corpora punitorum abſque permiſſu Iudicis, qui exequi ſententiam mandauit, humare non licet; ſed facilè ad id regulariter ſunt concedenda: *l. fin. titul.* 31. *p.* 7. Bobadilla *dict. num.* 145. Farinac. *in prax. crim. tit. de delict. & pœn. quæſt.* 20. *num.* 134. Azeued. *in l.* 6. *num.* 12. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recopil.* Cened. *in collectan. ad Decretal. collectan.* 4. *num.* 3. Anton. Gom. *dict. cap. fin. num.* 8. Baiard. ad Iul. Clar. *in d.* §. *fin. quæſt. fin.*

Ibi : *Hinc expendi poterit.*

84 Ad textum *in l.* 2. *ff. de cadauerib. punitor.* videndi ſunt Ant. Gom. *dict. numer.* 8. *verſ. Item addo*, Gregor. Lop. *in l.* 2 *gloſ.* 8. *tit.* 28. *part.* 2. Medices *in tract. Mors omnia ſoluit, part.* 3. *num.* 59. 60. Farinac. *dict. quæſt* 20. *num.* 130. Lara *de Anniuerſarijs, lib.* 1. *cap.* 25. *numer.* 37. Bart. *in ead. leg.* 2.

Ibi : *Eadem ferè ratione manifeſtus vſurarius.*

85 Vſurario manifeſto Eccleſiaſtica ſepultura denegatur, donec hæredes eius malè quæſita reſtituant, aut cautionem de ſatisfaciendo præſtent, Auguſt. Barboſ. *in cap. quanquam, num* 1, 2. *de vſur. in* 6. Zerol. *ſupra, part.* 1. *verb. funus, verſ. Tertio, cadauer,* Salgad. *de protect. Reg. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 75. Sayr. *in claui Reg. lib.* 10. *tract.* 5. *cap.* 5. *num. vltim.* Quis autem ſit manifeſtus vſurarius, explicant D. Couar. *infra, lib.* 3 *cap.* 3. *num.* 4 Menoch. *ſupr. caſ.* 235. Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.* 11. Azor. *inſtit. moral part.* 3. *lib.* 5. *c.* 28. *verſ. Quæres quid.*

Ibi : *Item ſi Monachus aduerſus paupertatis profeſſionem.*

86 Monachus proprietarius, niſi pœniteat, Eccleſiaſtica ſepultura priuatur: & ſi ſepeliatur in loco Sacro, exhumandus eſt, ſi abſque ſcandalo poſſit; de quo Sanch. *in precept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 20. *num.* 11. Pellizzar. *in manual. Regular. tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 2. *num.* 244. *cum ſeqq.* Diana *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 23. Layman. *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 7. *n.* 22. Cardinalis *in cap. cum ad monaſterium,* §. *Prohibemus num.* 1. *de ſtat. Monachor.* Et para aliqua, Superioris arbitrio, ea pecunia, quæ penes Religioſum fuerit inuenta, cum eodem debet ſepeliri, Gregor. Lop. *in l.* 14. *gloſ.* 3. *tit.* 7. *part.* 1. Ioan. Andr. *in dict. cap. cum ad monaſterium, num.* 4. Hoſtienſ. *num.* 7. Ancharranus *num.* 10. *notabil.* 5. Abbas *num.* 15. Ait tamen Rodrig. *tom.* 3. *quæſt.* 56. *art.* 1. Religioſum, apud quem pecuniæ crumena inuenitur aduerſus profeſſionem paupertatis, non ſtatim Eccleſiaſtica ſepultura priuandum, niſi viuens fuiſſet præmonitus. Sequitur Portel. *de dub. Regular. verb. ſepultura, num.* 11. Qui addit non eſſe denegandam Eccleſiaſticam ſepulturam hoc caſu, ſi factum ſit occultum, quia non eſt infamia publicè notandus mortuus, qui viuus non poſſet publicè ob id puniri, Pellizzar. *ſupra, num.* 245. Diana *dict. reſolut.* 23. *& part.* 9. *tract.* 8. *reſolut.* 1. §. *Notandum.*

Ibi : *Indè etiam fit, quòd licèt reo delato.*

In delinquentium cadauera ſolet ob criminum atrocitatem animaduerti; etſi regulariter non permittatur, 87
Menoch. *caſ.* 285. Carrer. *in praxi crim.* §. *Homicidium, num.* 123. Bobadill. *dict. num.* 143. *verſ. Y por razon del exemplo*, Ant. Gom. *dict. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 79. Villadiego *in polit. dict. cap.* 2. *num.* 179. Tuſch. *lit. M. concluſ.* 396. Farinac. *ſuprà, quæſt.* 10. *à num.* 37. Iul. Clar. *dict.* §. *fin. q.* 31. *verſ. Sunt tamen.*

Ibi : *Illud profectò non eſt prætermittendum:*

Se ipſum occidens debet Eccleſiaſtica carere ſepultura, 88
Gutier. *Canonic. quæſtion. lib.* 1. *capit.* 3. *numer.* 2. Azor. *ſupr. part.* 1. *lib.* 9. *capit.* 31. *quæſtion.* 5. Menoch. *caſ.* 184. *numer.* 35. Nauar. *conſ.* 7. *de ſepultur.* Farinac. *p.* 5. *quæſt.* 118. *numer.* 16. Sayr. *in clau. Reg. lib.* 7. *cap.* 9. *numer.* 1. Lara *de Anniuerſarijs, lib.* 1. *capit.* 11. *num.* 28. Lauor. *variar. lucubrat. tom.* 1. *titul.* 2. *c.* 1. *n.* 28. Dian. *part.* 6. *tract.* 6. *reſolut.* 47. Plaça *in epitom. delict. c.* 23. *n.* 14. Sed etſi quis laqueo ſuſpenſus, aut in puteum demerſus reperiatur, non ideo extra Eccleſiam humandus eſt niſi ex coniecturis, aut aliàs conſtet, defunctum, cum compos rationis eſſet, ſe peremiſſe; Marian. Socin. *conſ.* 51. *numer.* 7. Villalobos *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 31. *difficult.* 3. *numer.* 4. Auguſtin. Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſiaſtic. lib.* 2. *capit.* 10. *numer.* 40. Marc. Anton. Genuenſ. *in practic. Archiepiſcop. Neapolit. capit.* 61. *numer.* 20. Dian. *vbi proximè.* Lauor *ſuprà, num.* 31. *cum alijs,* Menoch. *num.* 36.

Ibi : *Legibus ſanè Romanorum.*

De pœnis eorum, qui ſibi ipſis violentas manus inferunt tam iure communi, quàm Regio, Anton. Gom. *dict.* 89
lib. 3. *capit.* 3. *numer.* 13. 14. Menoch. *dict. caſ.* 284. Gutier. *vbi proximè, à numer.* 18. Plaça *dict. cap.* 23. Didac. Perez *in l.* 19. *titul.* 19. *libro octauo Ordinam.* Farinac. *dict. quæſtion.* 128. Molin. *de iuſtit. & iur. tract.* 4. *diſp.* 20. Azeued. *in l.* 8. *titul.* 23. *lib.* 8. *Recop.* Amaya *in l. vlt. C. de iur. Fiſc. lib.* 10. Bald. *in l.* 2. *C. qui teſtament. fac. poſ.* Gregor. Lop. *in leg.* 2. *titul.* 27. *p.* 7.

Verſ. *Scribit, & ad ea.*

De hoc exempla memorabilia affert Menoch. *dict. caſ.* 90
285. lùtet quæ illud ſingulare eſt, nam cum apud Mileſios virgines plurimæ laqueo ſuſpenſæ, cauſa incognita reperirentur, cumque huic damno obuiam iri non poſſet, quod ſuperſtites defunctarum imitabantur inſaniam, lege ſtabilitum eſt, vt, quæ ſic mortem obirent, cum eodem laqueo, quo ſe ſuſpendebant, nudæ efferrentur, ex quo inhoneſti funeris pudore perterritæ ab immani barbarie penitus abſtinuerunt, vt refert Plutarch. *de clar. mulierib. capite decimo,* & Gell. *libro decimo quinto, noct. Attical. cap.* 10. Petr. Gregor. *Syntagmat. lib.* 36. *capit.* 22. *num.* 5.

AD

AD CAPVT II.

Vſufructuarius num ad debita Teſtatoris teneatur, à quo vſumfructum ex vltima voluntate obtinuit.

SVMMARIVM.

1 *DD. de materia agentes recenſentur.*
2 *Legatarius, cui vſuſfructus rei certæ relinquitur, non tenetur creditoribus defuncti reſpondere.*
3 *Onera hæreditaria ſequuntur hæredem.*
4 *Quando Legatarius poſſit à teſtatoris creditoribus conueniri.*
5 *Vſufructuarius rei certæ teſtamento relictus poteſt pro oneribus realibus moleſtari.*
6 *Cui vſuſfructus totius hæreditatis, vel quota relinquitur, non cogitur creditoribus hæreditarijs reſpondere.*
7 *Vſufructuarius, qui ſoluit debitum defuncti, ad quod res, qua fruitur, erat obligata, an poſſit ſolutum ab hærede exigere? variæ referuntur ſententiæ.*
8 *Quædam reijciuntur.*
9 *Aliæ etiam impugnantur.*
10 *Traditur reſolutio.*
11 *Cui partis bonorum vſuſfructus legatur, pro defuncti debitis vexari non poteſt, & quid eo caſu facturus eſt hæres.*
12 *De intellectu* l. 21. Taur.
13 *Tertium, & Quintum deducitur ex cumulo bonorum, priùs ære alieno detracto.*
14 *Melioratus in Tertio, vel Quinto, poteſt à creditoribus defuncti conueniri.*
15 *Contrà qui ſentiant.*
16 *Opiniones conciliantur.*
17 *Is, cui res certa prælegatur, ab æris alieni hæreditarij ſolutione eſt immunis; & quid in meliorato, de iure Hiſpano.*
18 *Melioratus in Tertio, aut Quinto, an, & quomodo ad ſoluendum æs alienum defuncti teneatur.*
19 *Legatum certæ partis bonorum mobilium, & immobilium, vel vſuſfructus eorum, particulare eſt.*
20 *Iura, & actiones quando, & quomodo bonis mobilibus, vel immobilibus adſcribantur.*
21 *Cum teſtator vult appellatione bonorum mobilium, & immobilium, iura, & actiones comprehendere, legatum erit vniuerſale.*
22 *Is, cui pars, vel vſuſfructus bonorum mobilium, & immobilium relinquitur, non tenetur ad onera hæreditaria, niſi plus ſit legatum quàm per leges licet.*
23 *Aduerſus legatarium omnium bonorum creditores hæreditarij agere poſſunt.*
24 *Legatarius vſuſfructus omnium bonorum non eſt pro ære alieno defuncti conueniendus.*
25 *Qui contra ſentiunt.*
26 *Inſtitutus in vſufructu bonorum dato cohærede vniuerſali, nequit ab hæreditarijs creditoribus moleſtari.*
27 *An vſufructuarius omnium bonorum, poſſit contra debitores hæreditarios abſque ceſſione agere? & cui tradenda ſit pecunia cenſus, qui redimitur.*
28 *Is, cui vſuſfructus legatur, tenetur ad onera rebus ipſis, quibus fruitur, impoſita.*
29 *Bonorum omnium vſufructuarius teſtamento relictus, actione reali poteſt conueniri.*
30 *Legatum vſuſfructus hæreditatis totius, eſt particulare; quare ad onera hæreditaria non aſtringitur legatarius.*
31 *Donatarius omnium bonorum quando poſſit à creditoribus donatoris conueniri.*
32 *Legatum vſuſfructus bonorum omnium valet, hærede poſt mortem fructuarij inſtituto, & quis huius diſpoſitionis ſit effectus? & quid in vxore vſufructuaria relicta, filijs teſtatoris poſt mortem eius inſtitutis? n. 33.*
33 *Quid ſi inſtituatur quis in vſufructu bonorum omnium, & alter abſolutè poſt eius mortem inſtituatur?*
34 *Caſus ſuperior deciditur.*
35 *Inſtitutus in vſufructu bonorum, nullo cohærede vniuerſali dato, ipſe vniuerſalis hæres cenſetur cum onere reſtituendi hæreditatem, cùm morietur, ſucceſſoribus ab inteſtato teſtatoris: quid in vxore?*
36 *Hæres, vbi alius eſt vſufructuarius bonorum omnium, quomodò creditoribus hæreditarijs ſit ſatisfacturus ante traditionem.*
37 *Quid poſt traditionem.*
38 *Vſufructuarius bonorum omnium non tenetur ad legatorum ſolutionem.*
39 *Vſufructuarius bonorum omnium, an concurrat in vſufructu certæ rei alteri legatæ?*
40 *De intellectu* l. ſi alij, ff. de vſufruct. legat. *qui agunt.*
41 *Fructuarius bonorum omnium debet annua legata à teſtatore relicta ſoluere.*
42 *Legata, quæ annua non ſunt, ab hærede petuntur.*
43 *Vſufructuarius legalis, in quo differat ab vſufructuario ex hominis diſpoſitione quoad legatorum ſolutionem.*
44 *Alexandri ſententia exponitur.*
45 *Ratio legis falcidiæ cùm ponitur, taxatio vſuſfructus quomodo facienda.*
46 *Computatio* l. hæreditatum. ff. ad l. falcid. *an in alijs caſibus admittatur?*

Ad Num. 1.

DE materia *huius capitis* latè diſſeruerunt Caſtill. *de vſufruct. cap.* 59. Alexand. Trentaciuq. *variar. reſolut. lib.* 1. *titul. de peculio, reſolut.* 6. Morl. *in empor. iur. titul.* 12. *quæſt.* 1. Cyriac. *controuerſ. tom.* 3. *controuerſ.* 489. Andr. Gail. *obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 146. Salgad *in labyrinth. part.* 1. *cap.* 2. §. *vnico*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 143. Mareſcot. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 29. Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 151. Garc. *de expenſ. cap.* 11. *à numer.* 61. *Gamma deciſ.* 265. Matheſilan. *ſingul.* 4. 2

Verſ. *Prima concluſio.*

Is, cui rei certæ vſuſfructus relinquitur, non tenetur ad æris alieni ſolutionem, ac per conſequens a creditoribus hæreditarijs conueniri non poteſt. Eſt omnium certiſſima concluſio, quam probant Caſtill. *ſuprà num.* 1. Parlador. *rer. quotidian. libr.* 2. *cap. fin. part.* 4. §. 2. *à num.* 6. Menoch. *numer.* 5. Michaël. Craſ. *receptar. ſententiar.* §. *Legatum quæſtion.* 35. *num.* 3. Garcia. *dict. num.* 61. *verſ. Et in primis.* Franciſc. Marc. *deciſion.* 533. *num.* 6. & *deciſion.* 814. *numer.* 1. *p.* 1. Villalob. *commun. concluſ. verb. vſuſfructus, concl.* 61. Bolañ. *in Curia Philippic. lib.* 1. *part.* 2. §. 10. *num.* 9. 2

Ratio primæ partis præfatæ reſolutionis eſt, quoniam onera hæreditaria ſequuntur hæredem, non particularem ſucceſſorem, qui defunctum minimè repræſentat, Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 10. Cyriac. *ſuprà num.* 1. *cum ſeqq.* Gutier. *practicar. lib.* 2. *quæſtion.* 58. *num.* 3. Secundæ, quia actio perſonalis in ſucceſſorem ſingularem non tranſit, *l. ea, leg.* 3. *C. de condict. ob cauſ.* Molin. *ſuprà*, Carleual. *de iudicijs, tom.* 2. *tit.* 3. *diſ.* 11. *num.* 1. Cyriac. *controuerſ.* 446. *num.* 16. Argel. *de legitim. contradict. quæſt.* 5. *art.* 2. *numer.* 40. Gal. *de credit. cap.* 4. *num.* 1068. Merlin. *de pignor. lib.* 1. *quæſt.* 18 *n.* 2. Cenc. *de cenſib. part.* 2. *c.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 7. *num.* 1. 1. 3. 21. 27. 3

Aliquando tamen huiuſmodi legatarius particularis de iure poterit conueniri, vt ſi actione in rem creditor experiatur ad vindicandum id, in quo ille vſumfructum habet; nam actio realis rem comitatur, & perſequitur quocunque vadat, Gloſ. *verb. Quolibetmodo, in l.* 2. *C. vbi in rem actio*, Vin. *deciſ.* 335. Molin. *ſuprà, num.* 12. Gutier. *dict. quæſt.* 58. *num.* 20. Nec liberabitur nominando proprietarium, Cancer. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 65. Florian. *in l. in hac actione*, §. *Idem Iulianus, num.* 2. *ff. ad exhibend.* Gamm. *dict. deciſion.* 265. Caſtill. *ſuprà, cap.* 6. *num.* 18. Merlin. *dict. quæſt.* 151. *num.* 10. Quod etiam in hypothecaria procedit, licet controuerſum ſit, an fructuarius nominans proprietarium, ab hac actione liberetur? De quo Merlin. *à numer.* 7. Cyriac. *dict. controuerſ.* 489. *ex numer.* 14. qui *num* 33. affirma- 4

tiuè reſoluit, poſt Trentacinq. *ſupr. n. 4.* Caualcan. *de vſufruct. mulier. relict. num.* 177. & alios, quos non iuuat, excuſſionis exceptionem competere tertio poſſeſſori contra hypothecariâ agentem, ex *Authentic. hoc ſi debitor. C. de pignorib.* vt Cyriac. conſiderat, quoniam iſta non datur ex lucratiua cauſa poſſidenti, vt fructuario, de quo nobis ſermo eſt, Merlin. *ſupra, lib. 5. q. 69. num.* 48. Imo, etſi daretur, non impediret iudicium contra tertium poſſeſſorem directò proponi; ſufficit enim, vt eo durante, excuſſio in bonis debitoris principalis fiat; Salgad. *in labyrinth. creditor. part. 1. cap. 23 num.* 66. Molin. *de primog. lib. 4. c. 7. num.* 30. 39. Caroc *de exequut. part. 2. quæſt. 25. num.* 3. Cancer. *variar. part. 2. cap. 5. num.* 160. Guttier. de *iurament. confirmat. part. 1. cap. 11. num.* 13. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *part* 13. *gloſ. vnic. n.* 7. Ant. Gom. *var. lib. 2. cap.* 13. *num.* 14. *verſ. Vnum tamen,* Maſtrill. *Sicil. deciſ.* 108. *num.* 11. 12. Atque ita verius videtur, eum, cui vſusfructus rei certæ legatus eſt, poſſe conueniri actione hypothecaria, ſiuè rei vendicatione, nec liberari nominando ſucceſſorem vniuerſalem proprietarium.

5 Præterea præfatus fructuarius conuenitur pro oneribus realibus, ad quæ ipſe aſtringitur, veluti ad cenſum, vel tributum, Trentacinq. *ſupra, num.* 8. Morl. *dict. quæſt. 2. n.* 10. Pinel. *in l. 1. part. 1. num.* 71. *C. de bon. matern.* Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ.* 13. *num.* 81. Menoch. *dict. præſumpt.* 143. *num.* 18.

Verſ. *Secunda concluſio.*

6 Legatarius, cui relictus eſt vſusfructus totius hæreditatis, aut quotæ illius, pro rata tenetur creditoribus hæreditarijs reſpondere. Eſt communis doctrina, pro qua Menoch. *num.* 2. 3. Ioan. Garc. *num.* 61. *verſ Rurſum.* Trentacinq. *n.* 9. *Craſ. dict. quæſt.* 35. *num.* 6. Caualcan. *de vſufruct. mulier. relict. num.* 210. Turzan. *commun. opinion. quæſt.* 105. Franc. Marc. *deciſion.* 135. *&* 482. *part.* 1. apud quos plurimi.

Contrarium tamen verius eſt, nam legatarius hic à creditoribus vexari non poterit, ſed ſolum cogitur præſtare patientiam, vt vendantur bona hæreditaria, in quibus vſumfructum habet ad æs alienum per hæredem ſoluendum, prout tenent Caſtill. *ſupra, dict. cap.* 59. *à num.* 9. Parlador. *rer. quotidianar. lib. 2. cap fin. part.* 4 §. 2. *num.* 6. 7. Morl. *dict. quæſt. 2. num. 11. verſ. Sed contrariam,* Matheſilan. *ſupra num.* 2. Grinell. *deciſ.* 73. Cyriac. *dict. controuerſ.* 489. *n.* 13. verſ. *Denique,* Caſtrenſ. *in l. fin* §. *Sin autem æs alienum, C. de bon. quæ liber.* & alij. Ratio eſt, nam aliud eſt legatum hæreditatis, vel quotæ ipſius, & aliud legatum vſusfructus; illud vniuerſale eſt, hoc particulare; cùm vſusfructus ſit ius ab ipſa hæreditate, in qua habetur, diſtinctum, Cyriac. *vbi proximè, n.* 7. 8. Vndè inſtitutus in vſufructu etiam omnium bonorum, dicitur inſtitutus in re certa, Cyriac. *controuerſ.* 43. *num.* 15. vbi plures: Simon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpretat. 1. dubit. 1. ſolut. 1. n.* 8. Beroi, *in c. Raynutius, n.* 251. *de teſtament.* Riminald. Iunior *conſ.* 172. *n.* 12. *volum* 2. Pedroch. *conſ.* 7. *n.* 136.

Ibi: *Addit Bartolus extincto vſufructu.*

7 Bartolum ſequuntur Parlador. *dict* §. 2. *in fin.* Franciſc. Marc. *deciſ.* 835. *num.* 1. At minime poſſe fructuarium repetere, quod ſoluit, cum D. Couarr. ſentit Craſ *d. quæſt.* 35. *n* 6. Menoch. verò *d. præſumpt.* 143. arbitratur, ſolutum eſſe cum fructibus perceptis ex re, quæ fuerat venundanda, compenſandum, & reliquum ab hærede exigendum, ſi plus ſoluerit fructuarius, quàm perceperit. Caſtill. denique, *dict. cap.* 59. *num.* 7. hæc controuerſia ſuperuacanea videtur, cum liceat hæredi ante traditionem rerum ad fruendum omne deducere, quod debetur, atque ita nunquam caſus poterit occurrere, in quo fructuarius quicquam pendat, quod ſit repetiturus.

8 Verum in nulla ex his quatuor aſſertionibus, quieſcit intellectus. Non prima *Bartoli*, quoniam iniquum foret hæredem compelli ad ſoluendum ex propria ſubſtantia omne, quod fructuarius hæreditario creditori ſatisfecit, cum onus hoc ad vtrumque ſpectauerit; nam ſi ſtatim competebatur debitum, diſtraherentur bona hæreditaria, ex quibus ſolueretur, alter proprietate, alter vſufructu careret, Parlador. *num.* 7. Caſtill. *numer.* 19. Quare in effectu ſolutionem ambobus incumbere, docent Paul. de Monte Pico *in l. Titia.* §. *Titia cum nuberet, quæſtion.* 59. *numer.* 149. Cyriac. *dict. num* 13. *verſ. in tert. ca*, Caſtill. *num.* 9. Atque ideo ſi fructuarius perciperet fructus, ac finito vſufructu conſequeretur ab hærede, quod ſoluit, cum aliena iactura locuples fieret, quod iure non permittitur, *l. nam hoc natura, cum vulgatis, ff. de condict. indebit.*

Non ſecunda huic oppoſita, quam D. *Couar.* probat, quia fructuarius ſoluens, hæredis negotium vtiliter gerit, ne res hæreditaria diſtrahatur, quo ille proprietate priuaretur; & cùm ex hoc ſolutionis onus ad eundem pertineret, conuenit æquitati, vt quod fructuarius expendit, repetat ab eo, in cuius vtilitatem ceſſiſſe manifeſtiſſimum eſt; *l. 2. in fine, & per totum ff. de negot. geſtis.* Alioquin hæres cum detrimento fructuarij locupletaretur, contra regulam naturalis, ac ciuilis iuris, vt nuper à contrario dicebamus.

Non tertia tradita à *Menochio*, de compenſatione pecuniæ ſolutæ cum fructibus; nam qui percepti ſunt ex re hæreditaria, quæ vendita propter ſolutionem à fructuario factam non fuit, nullomodo ad hæredem pertinent, vt cum eo, quod ipſe debet, compenſentur. Imo, fructuarius ex voluntate teſtatoris eos ſuo iure capit, nec deterioris conditionis futurus eſt, quod ſua pecunia rem à diſtractione liberauit. 9

Nec magis ſatisfacit Caſtilli conſideratio; etenim, licet hæres deducere poſſit ex hæreditate quod creditoribus hæreditarijs debetur, antequam bona fructuario tradat, tamen ſæpè contingit, vt æs alienum hæreditarium lateat, quod ante traditionem bonorum deducere hæres nullo modo poterit. *l. 1. & per totum tit. ff. ſi cui plus quàm per leg. falcid. l. fin.* §. *Sin verò hæredes, C. de iur. deliber. l. 2.* §. *fin. ff. de condict. indebit.* §. *Sciendum, Inſt. de hæred. qualitate.* Molin. *dict. cap.* 10. *num.* 14. *verſ. Verba autem illa.* Vndè ſi creditor, vſufructu iam conſtituto, appareat, fructuariuſque ſoluerit, an ſolutum exigere ab hærede valeat? merito dubitatur.

Quibus omnibus prætermiſſis, Doctiſſimorum virorum venia, rectius defendi poteſt, vſufructu finito, licere fructuario, vel eius ſucceſſori exigere ab hærede proprietario partem eius, quod ſoluit hæreditario creditori ratione proprietatis nudæ, quæ tunc ad ipſum pertinebat, quoniam, vt ſuprà dicebamus contra ſententiam *Bartoli*, hæres, & fructuarius quoad effectum pro rata ſunt debitores, vnus reſpectu vſusfructus, alter reſpectu proprietatis; cùmque fructuarius ſoluit impediens rei hæreditariæ venditionem, ſibi vſumfructum ſeruauit, quo careret, ſi res fuiſſet diſtracta; quare pro ea parte ſibi conſuluit, nihilque in vtilitatem geſſit hæredis, vt ab eo conſequi poſſit, quod expendit; argumento *l. ſi pupilli* 6. §. *Sed & ſi quis ff. de negot. geſt.* At quoad proprietatem negotium hæredis vtiliter geſſiſſe, non eſt dubium, quam proprio ſumptu ipſi conſeruauit, atque ita æquum eſt vt id repetat pro rata, in quo hæres locupletior effectus reperitur, *dict* §. *Sed & ſi quis.* Igitur cum caſus occurrerit, iudex æſtimabit valorem vſusfructus rei, quæ ad ſatisfactionem æris alieni per fructuarium ſoluti venderetur, & eo deducto, reliquum reſtitui à proprietario iubebit; in quo attendendum non eſt, quot fructus ſint percepti, ad conſtituendam vſusfructus æſtimationem, ſed quanti vendi potuiſſet, *l. 1.* §. *Si hæres, ff. ad Trebellian. l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid* Qua opinione admiſſa, vtrinque ſeruabitur æquitas, cum vnuſquiſque pro qua parte commodum ſentit, pro eadem incommodum etiam ſuſtineat, iuxta *l. ſecundum naturam* 10. *cum vulgatis ff. de regul. iur.* 10

Ad Num. 2.

Is, cui vſusfructus partis bonorum relinquitur, creditoribus hæreditarijs in iudicio reſpondere non compellitur, Menoch. *dict. præſumpt.* 143. *num.* 10. Guttier *d. quæſt.* 58. *num.* 2. Caſtill. *dict. c.* 59. *num* 4. Craſſ. *dict. quæſt.* 35. *num.* 4. Garc. *ſupra, num.* 62. Hæres vero ex cumulo bono- 11

rum

rum, æs alienom ante traditionem deducet, & ſi poſt traditionem creditores apparuerint, bona hæreditaria aſſignabit, ex quibus illis ſatisfiat, quæ & ipſe per ſe ad ſoluendum petere poterit, *l.2.§.fin.ff. de condict. indebit.* Guttiet.*num.*9.bona enim non dicuntur, niſi quæ, ære alieno deducto, ſuperſunt: *l.ſubſignatum,39.§.Bona,ff. de verbor. ſignif.*Molin.*dict.c.*10.*num.*10 Menoch.*num.*16. Guttiet.*n.*5. Sic licèt in effectu æs alienum vſusfructus legatum hoc caſu minuat, actione tamen in fructuarium dirigere creditores prohibentur.

Ibi : *Verum ex iure Regio adduci in contrarium ſoles.*

12 Vltrà Cifuentes, Tellum Fernandez, Palácios Rubios, Auendañum, & alios Taurinarum conſtitutionum Interpretes, legem hanc vigeſimam primam explicarunt Garc. *dict.cap.*11.*num.*63 Miet.*de maiorat.part.*1.*quæſt.*24. *num.*34. *& quæſt.*61.Matiena.*in l.5 gloſ.5.tit.6.lib.5.Recopilat.* Menchac.*de ſucceſſion.progreſſ. lib.* .§.5. Sarmient.*ſelectar. lib.*8. *ad l.ſi quis ſeruum.§.Si cui certam.ff. de legat.*2. Queſida *controuerſar.quæſt.cap.*24. Peralt.*in l.3.§.Qui fideicommiſſam,à num.*114 *ff.de hæredib.inſtituend.*Molin. *dict.cap.*10. *num.*14. Roxas. *in epitome ſucceſſion. cap* 9.*à num.*2. Gregor Lop.*in l.2.gloſ.*1.*tit.*9.*part.*6.Angul.*in l.5. tit. de las mejoras gloſ.*6. *num.*3.Guttiert.*dict.quæſt.*58. Azeued. *in dict. l.5. Recopilat. num.*10.13.Pat.Molin.*de iuſt.& iur.diſp.*640.

Ibi : *Primùm, æs alienum apparens.*

13 Concluſio hæc nullum contradictorem habet, omnes enim agnoſcunt ex integro bonorum aceruo priùs æs alienum deducendum, quam Tertium, vel Quintum bonorum deducatur, Eſcobar *de ratiocinijs,lib.*2.*comput.*1.*num.*5.*verſ. pro ſedanda,*Guttier. *dict. lib.*2.*practicar. quæſt.*61. *numer.*4. Matienz.*ſupra,gloſ.vltim.num.*3. Villadieg.*in Politic. cap.*7. *num.*37.Caſtill.*in dict.l.*21.*Taur. num.*19.20. Gregor. Lop. *ſupr.*Anton.Gom.*in l.*20.*Taur.num.*2.

Ibi : *Secundùm ab eadem conſtitutione colligitur.*

14 Hæc reſolutio communis eſt apud Interpretes noſtros ſcotientes, ius commune per *dict. l.*21. *Taur.* fuiſſe correctum in hoc, quod melioratus in parte bonorum poſſit à creditoribus hæreditarijs conueniri. Ita docent Cifuent. *ibi,num.*2.Matienz. *dict.gloſ. vltim.num.*3.Suar.*in l. quoniam in prioribus,ampliat.*7.*num.*8.*C. de inoffic. teſtam.* Garc. *dict. num.*63.*verſ.In altero verò caſu.*Olan.*in antinom. verb. legata,num.*7.*& verb. Melioratio,num.*34.Parladot.*different.*146. *à num.*11.Palac.Rub.& Tell.Fernand.*in dict. l.*21. *Taur.* & alij plures.

15 Sed oppoſitum, imo nihil lege Regia innouatum eſſe, nec poſſe melioratum à creditoribus conueniri, placuit Molin.*dict.num.*14. *verſ.In ſecundo articulo,*Azeued. *in dict. l.5.Recopilat num.*10.11.Gregor.Lop.*vbi proximè,*Angul. *in dict. l.5.gloſ.* 8. *num.*1. Quam opinionum contrarietatem componunt Guttier. *dict.quæſt.*58. *num.*16. & Auendañ. *in dict. l.* 21. *num.*10. ſic diſtinguendo, aut hæreditas non eſt diuiſa, nec tradita pars meliorato, & tunc hæres tantùm conueniri poteſt, vt Molina docet. Aut iam bona tranſlata ſunt in melioratum, & hic in iudicium pro ære alieno hæreditario vocandus erit.

16 Quæ diſtinctio apertiſſima ratione luceſcit; nam cùm hæres antequam tradat bona hæreditaria meliorato, poſſit ex eiſdem æs alienum propria authoritate deducere, vt nuper dicebamus; ipſe vexari à creditoribus debet, non melioratus, qui cum non poſſideat, ex quo ſoluere poſſit, non habet. Poſt traditionem autem bonorum ipſe melioratus ex diſpoſitione *Taurinæ legis* eſt conueniendus, ad circuitum vitandum, pro rata ſcilicèt ſuæ meliorationis, pro qua quoad effectum etiam iure ciuili tenebatur, vt *ſupra* oſtendimus. Ex his conſtat, ius commune correctum eſſe in hoc caſu iuxta communem opinionem, quæ ſic accipi debet. Tutius quidem erit, tàm melioratum quàm hæredem ſemper conuenire ob ſententiarum diuerſitatem, quod admonent Molin.*dict.n.*14.*ver. Quod etiam probatur, in fin.* Guttier. *num.* 18. qui *num.*19. aduertit, in praxi obtinuiſſe, vt melioratus directò conueniatur ob æs alienum.

Ibi : *Tertiò, eadem Regia conſtitutio.*

Eum, cui res certa prælegatur, iure communi extra dubium eſt, immunem prorſus eſſe ab æris alieni ſolutione, 17
Guttierr.*num.*15.Molin. *dict.cap.*10. *num.*10. Gregor. Lop. *dict.gloſ.*1.Pat.Molin.*ſupra, numer.*2. Valaſc. *conſultat.*110. *num.*19.*lib.*1.Palac.Rub.*in l.*19.*Taur.*Olan.*ſupra, verb. melioratus in re certa,num.*14.Azeued.*in dict.l.*5 *num.*1.Peralta *in dict.§.Qui fideicommiſſam,ex num.*143. Caſtill. *in d.l.*21. *Tauri.* & omnes id ſupponunt, qui de eiuſdem intellectu diſſeruerunt.

Dubium autem non leue eſt inter Noſtrates, num hoc correctum fuerit per prædictam Taurinam conſtitutionem quoad melioratum in re certa, ita vt ſimul cum hærede onus æris alieni ſuſtineat pro rata ſuæ meliorationis? Affirmant Palac.Rub.& Tell.Fernand.*vbi ſupra,* Miet. *dict.quæſt.*61.Marienç.*ſupra.num.*11.Garc. *dict. num.*63. Negant, & rectius, Molin.*dict.numer.*14.*a princip.*Gregor.Lop. *dict.gloſ.*1.Auendañ.*num* 13.Peralt.*dict.num.*143.Angul.*dict. gloſ.*8.*num.*3.Guttier.*dict.quæſt.*58.*num.*11.15.ſentientes, dictam conſtitutionem, dum rei certæ meminit, intelligendam, cum quis melioratur in Tertio, vel Quinto præſtando in certo fundo, vel domo; quo caſu melioratum teneri fatentur: ſecùs vbi nulla quotæ bonorum mentione facta, filios in aliqua re particulari melioratur; quoniam tunc ære alieno ipſe non oneratur, iuxta iuris communis regulas; vt rectè explicat Molina, atque ita legum correctio euitatur; maximè cùm, ſicut obſeruant Hiſpani DD. leges Taurinæ, vt plurimum, non venerint ad corrigendum, ſed ad ius commune declarandum, Guttierr. *num.*10.*in fin.* Palac.Rub.*in l.*27.*Taur.*Burg.de Pax *in proœmio ad illas, num.* 432. Molin.*ſupra lib.*3. *capit.* 6. *numer.*14. Ceuall. *commun, tom.*2.*quæſt.*762. *numer.*117.

Verſ. *Quamobrem.*

Iuxta hic tradita per *Dom. Couarruuias*, eſt intelligenda 18
vltima opinio *Molinæ*: nam licèt melioratos in re certa non teneatur pro rata ad ſolutionem eius, quod teſtator debebat, id verum non eſt, quando ob æs alienum contingit, vt rei prælegatæ valor excedat Tertium, & Quintum bonorum; tunc enim quoad exceſſum tenetur melioratus; quod & iure communi obſeruabatur, cum plus legatum fuerat, quàm licebat per leges; *l.2.§ vltim.ff.de condict.indebiti, l.1.& per totum tit.ff.ſi cui pluſquam per leg. falc.* atque ita nihil lege Regia circa hoc innouatum fuiſſe, ſentit *Dom.Couar.* qui apertè cum *Molina*, & ſequacibus conuenit; qui quidem inficiari non poterunt, prælegatum fundi, vel domus, minui propter æs alienum, quando, hoc deducto, plùs quàm Tertium, & Quintum bonorum abſorbet, vt probant Guttierr.*dict.quæſt.*58. *num.*14. poſt alios Molin.*num.*14.*verſ.Ex eiſdem.* In eo autem ab illorum doctrina Author diſcedit, & accedit contrarijs, quod putat, pro eo exceſſu licere creditoribus melioratum conuenire iuris communis correctionem admittens, ſecundùm quod nulla erat actio aduerſus legatarios pro æris alieni hæreditarij exactione; quæ correctio cum quoad effectum nulla ſit, facilè admitti poteſt ad circuitum vitandum: etſi *Molina*, & qui cum eo ſentiunt, penitùs correctionem excludant, aſſerentes, *dict.l. Taur.* ad hanc ſpeciem non pertinere, de qua loquuta non eſt, Molin.*vbi proximè.*

Ad Num. 3.

Legatum certæ partis bonorum mobilium, & immobilium, vel vſusfructus eorum, particulare eſt, Alexand. 19
*conſ.*45.*numer.*12.*lib.*1.Mantic.*de coniect.vltim.volunt. lib.*9. *titul.*2.*numer.*1.Mareſcot. *variar. lib.*1. *capit.*29. *numer.*56. Menoch.*dict.præſumpt.*143.*num.*6. Corn.*conſ.* 73.*n.*9.*lib.*5. Nam diſpoſitio non refertur ad vniuerſum defuncti patrimonium, cum iura, & actiones non complectatur, Mareſcot.*ſupra* Merlin.*de pignorib.libr.*2. *quæſt.*29.*n.*51. Beroi. *in capit.nulli,num.*73.*verſ.Hæc declaratio, de reb. Eccleſ.non alienand.*

rediēnand. Fuſar. *quæſtion. forenſ. libr.* 1. *quæſt.* 2. *à n.* 6. Menoch. *dict. lib. præſumpt.* 14. *num* 19. Rebuff. *in l. monentium. ff. de verbor ſignificat.* Caualcan. *ſupra num.* 83. Abbas *in dict. cap. nulli, numer.* 9. Quæ tertiam ſpeciem bonorum conſtituunt, *l. quæm Tuberonis* 7. §. *In pecul.* 10. *ff. de pecul. l. a Diuo Pio* 15. § *In venditione ff. de re iudicat.* Merlin. *num.* 50. 51. Hermoſill. *in l.* 9. *gloſſ.* 1. *num.* 2. 4. *tit.* 4. *part.* 5. Gail. *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 341. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 212. *num.* 9. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 2. *num.* 44. *part.* 2. Menoch. *cum multis conſ.* 500. *num.* 3. Anton Fab. *de errorib. decad.* 5. *error.* 10. *in princip.* Theſaur. *quæſtion. forenſ. libr.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 1. a. Trentacinq. *ſupra, libr.* 3. *titul. de donat. reſolut.* 5. *num.* 13. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 29. *num.* 25. Rot *deciſ.* 545. *n.* 1. *part.* 1. *diuerſor.* Tuſch. *liter. L. concluſ.* 124.

20 Quod receptius eſt, ac tenendum in qualibet diſpoſitione, licèt aliqui ſentiant, iura, & actiones reduci debere ad mobilia, vel immobilia, ſecundùm naturam rei, ad quam ius, vel actio competit; nam ſi mobilis ſit, & ius inter mobilia computabitur; ſin verò immobilis, ius quoque immobile reputabitur: Ita Bartol. *in dict. l. mouentium, in fin.* Brun. *in tractat. quod extantib. maſcul. fœmin. excludant. articul.* 8. *quæſt.* 26 Pinell. *in rubric. part.* 1. *num.* 29. *C. de bon matern.* Rodrig. *de ann reditib lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 9. & alij quos refert Merlinus *ſupra, num.* 62. Hæc enim doctrina tunc duntaxat eſt certa, cum neceſſariò iura, & actiones adſcribenda ſunt mobilibus, vel immobilibus, quo caſu præfata diſtinctione erit vtendum, veluti ſi quis teſtamento ſuo, Caio, & Seio bona ſua reliquerit, vnum hæredem mobilium, & alterum immobilium ſucceſſorem inſtituens; notant Parladot. *dict. cap. fin. part.* 5. §. 3. *num.* 15. Merlin *num.* 70. *verſ. Sunt tamen. & n.* 7. Trentacinq *d. num.* 13. *verſ. Veritas, eſt*, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 7 *num* 15. Rota apud Gratian. *dict. cap.* 29. *num.* 24. Berol. *in d. cap. nulli, num.* 3.

21 Sed ſi appareat ex coniecturis voluiſſe teſtatorem, appellatione mobilium, etiam immobilium iura, & actiones comprehendere, erit legatum eorum bonorum vniuerſale, ac ſi abſque illius qualitatis adiectione fuiſſet relictum, (licèt aliud in vſufructu legato dicendum ſit, vt inferius conſtabit,) Mareſcot. *dict. cap.* 29. *num.* 56. 57. Mantic. *dict. lib.* 9. *tit.* 7. *num.* 4. Theſaur. *d. quæſt.* 2. *num.* 4. Merlin. *num.* 54. *verſ. Quæ omnia ſilent.* Abb. *vbi proximè.* Nam ex voluntate teſtatoris, à verborum proprietate recedendum eſt; *l. non aliter* 67. *ff. de legat.* 3.

22 Ex præmiſſis apparet, huiuſmodi legatarium quotæ, vel vſusfructus bonorum mobilium, & immobilium, vt rei certæ, & non vniuerſitatis ſucceſſorem, nullatenus ad onus æris alieni hæreditarij eſſe aſtrictum, vt pro eo poſſit conueniri. Imò nec ex tali legato, quod defunctus debebat, deducendum, niſi plus ſit relictum, quàm vires hæreditatis ferre poſſunt, Menoch. *dict. præſumpt.* 143. *num.* 6. Caſtill. *d. cap.* 59. *num.* 2. Craſſ. *ſupra quæſt.* 35. *num.* 5. Ioann. Dilect. *de art. teſtand. cautel.* 42. Benedict. *in cap. Rainutius, verb. Cætera bona, num.* 43. *de teſtament.*

Ad Num. 4.

23 Qui omnium bonorum legato à teſtatore honoratur, tenetur ad debita eius ſoluenda, poteſtque à creditoribus hæreditarijs conueniri, vt cum D. Couarruu. ſuſtinent Molin. *vbi proximè, d. cap.* 10. *num.* 1. *verſ. In primo caſu, cum num. ſequentib.* Auendañ. *in l.* 21. *Taur. numer.* 2. Peralt. *in l.* 3. §. *Qui fideicommiſſam, num.* 145. *ff. de hæredib. inſtituend.* Paul. de Caſtr. *in l. ſi quis ſeruum.* §. *fin. num.* 4. *ff de legat.* 2. Burg. de Paz *cap.* 7. *de maiorat.* Et contra eum exequutio etiam competit. Ioan. Parlador. *quotidianar. lib.* 2. *cap. fin. part.* 4. §. 2. *n.* 2. Bolañ. *in Curia, lib.* 1. *part.* 2. 3. 10. *num.* 5. Idem iuris eſt, ſi pars hæreditatis legetur, Molin. *num.* 7. Sed ſecus erit, cum pars bonorum relinquitur, Molin. cum alijs *n.* 5. & 8.

Ibi: *In vſufructuario tamen omnium bonorum eum iure negandam.*

24 Is, cui vſusfructus omnium bonorum legatur, non cogitur hæreditarijs creditoribus reſpondere: Hæc concluſio contra Bartolum communiter probatur, Menoch. *num.* 9. *verſ. Altera, & ſecunda fuit opinio*, Salgad. *in labyrinth. creditor. part.* 1. *cap.* 2. §. *vnic. num.* 5. Mareſcot. *variar. dict. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 31. Caſtill. *ſupra, à num.* 17. Suid. *de aliment. titul.* 2. *quæſt.* 29. *num.* 2. Morla *in empor. iur. tit.* 12. *quæſt.* 2. *nu.* 3. And. Gail. *practicar. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 146. *num.* 1. Spin. *in ſpecul. teſtamentor. gloſ.* 13. *num.* 82. Petr. Pecch. *de teſtament. coniugum, lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 6. Ceuall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 191. *num.* 5. Cardinal. Tuſch. *practicar. concluſ. lit. L. concl.* 146. *num.* 1. Alexand. Trentacinq. *dict. reſolut.* 9. *num.* 3. *verſ. Secunda eſt opinio.* Amat. *Marchiæ deciſ.* 9. *num.* 9. Maſtrill. *deciſ.* 3. Cyriac. *dict. contro.* 489. *num.* 1. *cum ſequentib.* vbi plurimi, Anton. Faber. *in ſuo Cod. lib.* 3. *tit.* 23. *de vſufruct. definit.* 1. Griuell. *deciſ.* 73. Amendol. *in Addit. addit. ad* Franch. *deciſ.* 146. *num.* 8. 9. Capic. Latr. *deciſ.* 102. *n num.* 24. Olea *de ceſſion. iur. tit.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 17. Quod adeò verum eſt, vt ſi teſtator exprimeret ſe velle, fructuarium teneri ad æris alieni ſolutionem, ſint nihilominus actiones in hæredem dirigendæ, Griuell. *ſupra num.* 7. Anton. Fab. *coniecturar. lib.* 18. *coniect.* 18. Cyriac. *vbi proximè, num.* 13. *verſ. Denique in deciſionibus.* Ratio præcipuæ reſolutionis eſt, nam legatarius iſte eſt particularis ſucceſſor, in quem actiones hæreditariæ tranſire non poſſunt, cùm vſusfructus ius ſit diſtinctum ab ipſis bonis, eorumque vniuerſitate, Cyriac. *dict. contro.* 489. *à princip.* Argel. *de legitim. contradict. q.* 12. *num.* 43.

Sunt tamen aliqui, quibus contraria *Bartoli* opinio placet: Lancellot. Polit. *in l. fin. ff. de vſufruct. legat.* Bald. *conſ.* 13. *in fin. volum.* 2. Decian. *conſil.* 278. *colum. fin.* Garcia *dict. cap.* 11. *verſ. Quod ſi relinquatur*, Practica Papienſ. *in forma libelli, quo agit ad dot. verbo, dedit: & verbo, legauit, col.* 2. 25

Sed priore contra Bartolum opinione recepta, nonnulla circa ipſam oportet adnotare. *Primùm*, procedere, etiam cum quis in vſufructu omnium bonorum inſtituitur, dato cohærede vniuerſali, nam adhuc legatarij particularis loco erit, ne à creditoribus conueniatur, vt in re certa inſtitutus; *l. quoties* 13. *C. de hæredib. inſtituend.* Suid. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 25. *num.* 31. Gratian. *ſupra, cap.* 518. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 49. *num.* 35. Caſtren. *conſ.* 294. *num.* 3. *colum.* 1. *verſ. Nunc videndum, volum.*... Simon de Prætis *ſupra, libr.* 3. *interpretat.* 1. *dubitat.* 1. *ſolut.* 2. *num.* 8. Berol. *in d. cap. Rainutius, num.* 252. Mareſcot. *dict. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 34. Cæphal. *conſil.* 37. *num.* 13. *verſ. His præmiſſis, lib.* 1. Merlin. *ſupra, lib.* 4. *quæſt.* 151. *num.* 3. Matheſilan. *dict. ſingul.* 4. *n.* 1. Franciſc. Marc. *deciſ.* 333 *in princip.* 26

Secundùm, animaduertendum erit, quod ſicut fructuarius non poteſt à creditoribus moleſtari, ita neque ipſe agere aduerſus debitores hæreditarios, ſine hæredis ceſſione permittitur, Graſ. *ſupra, quæſt.* 34. Caſtill. *num.* 27. Caualcan. *num.* 189. Merlin. *dict. quæſt.* 151. *n.* 15. Pedroch. *conſ.* 7. *num.* 174. 175. quod tamen ſine controuerſia non eſt, vt videre licet apud Olea *ſupra, tit.* 4. *in miſcellanea, à num.* 21. qui cum alijs ſentit fructuarium iam conſtitutum, in vſusfructus quaſi poſſeſſione, non indigere ceſſione proprietarij, vel hæredis: Sed non recedendo à prima opinione, debet intelligi, ſi agatur ad res, ex quibus fructus ſunt percipiendi; nam ad fructus ipſos, ſiue redditus, dubium non eſt, quin poſſit per ſe fructuarius poſt vſumfructum conſtitutum agere; vt obſeruant Merlin. Caſtill. & alij, qui ex hoc inferunt, vt inſtrumenta non apud fructuarium, ſed apud hæredem ſint ſeruanda. 27

Tertiùm, ex his oportet obſeruare, quod ſi redimatur cēſus, pecunia eſt fructuario tradenda, non hæredi, modò idoneam cautionem præſtiterit, Olea *tit.* 6. *quæſt.* 6. *num.* 10 Seſſe *deciſ.* 63. *tom.* 1. Salgad. *dict. part.* 1. *cap.* 19. *num.* 5. Fontanell. *ſupra, clauſ.* 4 *gloſſ.* 18. *part.* 5. *num.* 5. Etſi tutius ſit vtrique principale cenſus ſoluere, Cenci. *de cenſib. quæſt.* 109. *num.* 66. Denunciatio verò quæ ſolet præcedere ante bimeſtre cenſus redemptionem, ſufficit quod ſoli fructuario fiat, Cenc. *quæſt.* 151. *num.* 8. Duard. *ad bullam,* §. 5. *q.* 19 *n.* 8.

Quartùm, fructuarium teneri ad onera rebus ipſis, in quibus vſusfructus conſtituitur, impoſita, Morl. *dict. quæſt.* 2. *num.* 10. Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *à num.* 72. *C. de bonis matern.* Molin. *de primogen. dict. lib.* 1. *cap.* 27. *à num.* 8. Caſtill. 28

dict.

dict. tract. de vſufruct. capit. 56. à num. 14. Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 1. capit. vlt. Cenc. quaſt. 89. Narbon. in l. 27. gloſ. vnic. numer. 32. titul 4. lib. 2. Recopilat. Vaoder. ſingul. 10. ex quibus diſcere poteris, quæ onera ad vſufructuarium ſpectent. Quid autem bonorum omnium vſufructu contineatur, late tradunt Mareſcot. dict. cap. 30. & Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 142.

29 Quintum, præfatæ ſententiæ principali locum non eſſe, cùm agitur actione reali, quo caſu poterit fructuarius conueniri; vt per Merlinum dict. quaſt. 151. à numer. 7. Cyriac. dict. controuerſ. 489. numer. 14. cum ſeqq. Caſtill. capit. 6. num. 28. & diximus ſupra, hoc capit. numer. 4. cum ſeqq. Idem iuris eſt, ſi ſint debita annua, quæ ex fructibus ipſis ſolui debent, Menoch. dict. præſump. 143. numer. 18. Cyriac. vbi proximè, num. 13. Merlin. dict. quaſt. 151. num. 5. vbi alios laudat. Vidè infrà, num. 41.

Ibi : *Poſſet ſanè Bartoli opinio admitti.*

30 De hoc videnda ſunt tradita, ſupra, numer. 9. cum alijs, & vltrà ibi laudatos, conſulendi ſunt Rodrig. de exequut. capit. 4. à numer. 25. Rolaod. à Vall. conſ. 8. volum. 2. Verumque eſt, Bartoli ſententiam admitti non poſſe, nec in fructuario totius hæreditatis: & quemadmodum D. Couarruu. conſtituit differentiam inter legatum omnium bonorum, & legatum vſusfructûs eorum: ita diſtinguendum eſt, an hæreditas, vel quota eius legetur, vel vſusfructus, hic enim, ius particulare eſt ab eadem hæreditatis vniuerſitate diſtinctum, Cyriac. numer. 8. quod probatur etiam ex DD. adductis nuper, num. 35.

Ibi: *De donatario autem omnium bonorum.*

31 Ad hoc videndi ſunt Merlin. dict. lib. 4. quaſt. 143 per tot: Parlad. dict. part. 4. §. 2. num. 5. Guttierr. dict. quaſt. 58. à numer. 6. Boer. decif. 204. Guid. Pap. decif. 105. Coſt. de remed. ſubſidiar. remed. 108. Giurba deciſ. 62. numer. 33. Amat. variar. reſolut. tom. 2. reſolut. 58. Mier. part. 1. quaſt. 24. à princip. 30200. Bapt. Thoro vot. 3. Cancer. part. 1. capit. 8. num 68. Ex quibus conſtat de iuris rigore non poſſe donatarium omnium bonorum conueniri actione perſonali à donatoris creditoribus; fallit tamen vbi nullus exiſtit hæres ei, qui donauit; vel ſi notoriè appareat donatorem non eſſe ſoluendo; nam æquitate ſuadente, circuitus vitandi cauſa, directò contra præfatum donatarium venire permittitur, Merlin. numer. 4 verſ. diſtinctionis fœdere, Amat. à numer. 13. Olea dict. titul. 3. quaſt. 9. numer. 26. Cyriac. tom. 1. controuerſ. 14. numer. 11. Caroc. deciſ. 125. numer. 3. & plerique ex proximè laudatis. Hypothecaria verò indiſtinctè omnium bonorum donatarius conuenitur, Merlin. num. 8. Cyriac. numer. 6. Nec excuſſionis exceptione defenditur, Merlin. lib. 5. quaſt. 69. numer. 48.

Ad Num. 5.

32 Hanc quæſtionem examinant Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 141. à num. 33. Caſtill. ſuprà cap. 8. à num. 24. Et valere legatum vſusfructus omnium bonorum, hærede non inſtituto, niſi poſt mortem fructuarij, receptum eſt, ac tenendum cum Menoch. Caſtill. num. 31. Gail. dict. lib. 2. obſeruat. 143. num. 2. Viglio in §. Hære, num. 6. Inſt. de hæredib. Inſtit. Craſ. quaſt. 23. num. 2. Cyriac. tom. 3. controuerſ. 499. num. 46. Caualcan. num. 69 224. Sim. de Prær. lib. 3. ſolut. 1. numer. 35. Tell. Fernandez in l. 3. Taur. part. 3. numer. 10. Sforc. Odd. conſ. 91. numer. 9. 10. Montepic. in dict §. Titin cum nuberet, quaſt. 26. numer. 114. Salgad. dict. §. vnic. num. 8. Mantic. ſup. lib. 4. tit. 5. & alij plures congeſti à Pariſ. conſ. 97. num. 7. 8. lib. 2. & à Socin. Iunior. conſ. 85. num. 13 lib. 1. Quorum plures D. Couarr. doctrinam probant: ſcilicèt vſufructuarium, legatarium cenſeri; hæredemque poſt mortem inſtitutum, poſſe, viuo illo, ſtatim adire, & tranſmittere hæreditatem, temporis intercapedine ſublata, quoniam hæc fuiſſe teſtatoris mens creditur: quod etiam iure Regio procedere, docent Caſtill. & Salgad. ſupra. Qui quidem hæres conueniri à creditoribus hæreditarijs poterit, ipſéque aſſignabit bona, ex quibus æs alienum ſoluatur, ſine magno fructuarij detrimento, Caſtill. num. 35. Craſ. quaſt. 35. num. . Caualc. dict. num. 224. Montepic. num. 153. Menoch. d. præſ. 143. num. 15. Quæ etſi vera ſint, controuerſia non carent; nam varias in ſententias ab Interpretibus itum eſt, vt conſtat ex Menoch. dict. præſumpt. 141. à numer. 40. Caſtill. Salgad. Mantic. vbi proximè, Matheſilan. dict. ſingul. 4. Merlin. dict. quaſt. 151. numer. 14. Trentacinq. dict. reſolution. 6. numer. 7.

Ibi: *Et idem erit, vbi Titius fuerit hæres.*

33 Huius opinionis ſunt, Caſtill. dict. cap 8. num. 44. Emman. Suar. receptar. ſentent. lit. V. numer. 114. Imol. in l. filius à patre, ff. de liber. & poſthum. Cyriac. vbi proximè, numer. 47. & alij relati à Caſtillo ibidem, & à Menochio conſil. 173. num. 9. qui ſentiunt idem hoc caſu, ac proximo præcedenti dicendum; nam inſtitutus in vſufructu, legatarij loco eſt; & abſolutè inſtitutus poſt mortem eius, verè eſt hæres.

34 Frequentiùs tamen admiſſum eſt, huiuſmodi inſtitutum in vſufructu, hæredem vniuerſalem eſſe, detracta rei certæ mentione, iuxta l. 1. §. Si ex fundo, & l. ſi ita quis hæres 74. ff. de hæred. inſtitut. cum onere reſtituendi hæreditatem poſt mortem ei, qui in id tempus fuit inſtitutus, Menoch. cum multis, dict. conſ. 273. numer. 6. & dict. præſumpt. 141. numer. 26. verſ. Secundum quod, & num. 27. Craſ. dict. quaſt. 23. num. 3. Durand. de arte teſtand. tit. de legat. caut. 39 num. 2. Cror. in l. re coniuncti, à num. 179. ff. de legat. 4. Peregrin. de fideicomm. art. 5. num. 21. Gail. d. obſeruat. 143. num. 5. Prær. dict. lib. 3. ſolut. 1. nu. 7. Salgad. ſupra, num. 13. Mantic. dict. tit. 5. art. 7. Caualcan. num. 72. Fuſar. de fideicomm. quaſt. 277. num. 41. 42. Vndè infertur, quòd ſi inſtitutus poſt mortem decedat ante inſtitutum in vſufructu, nihil ad hæredes tranſmittet; Salgad. numer. 25. Menoch. dict. conſ. 273. num. 12. & alij ex laudatis proximè.

35 Sed ſi nullus hæres deſignetur à teſtatore poſt mortem inſtituti in vſufructu, inducitur fideicommiſſum in fauorem eorum, qui ab inteſtato ſucceſſuri erant teſtatori, quibus, mortuo fructuario, bona ſunt reſtituenda; Caſtill. numer. 45. Caualcan. numer. 75. Sforc. Odd. numer. 4. Montepic. ſupra, numer. 26. 27. Salgad. numero vigeſimotertio. Menoch. dict. præſumpt. 141. num. 5. Petrus Peech. ſup. lib. 5. cap. 4. in fin. Cum verò vxor quocunque titulo fructuaria omnium bonorum relinquitur, filio teſtatoris poſt eius mortem inſtituto; filius cenſetur ſtatim inſtitutus in ſua legitima, tàm in vſufructu, quàm in proprietate, temporis dilatione ſublata; mulierque grauata ei, cùm morietur, cætera bona reſtituere; Menoch. ſupra, à num 8. de quo etiam Montepic. à num. 97. Simon de Prær. numero vigeſimotertio, legitima enim filiorum nullum grauamen patitur, Merlin. de legitim. libr. 3. titulo ſecundo, quaſtion. 7. à numero quarto. Mareſcot. dict. cap. 29. à num 36.

Ad Num 6.

36 Hæres, cùm alij vſusfructus bonorum relinquitur, poteſt per ſe ex bonis hæreditarijs, antequam illa adfruendum tradat, quod debetur deducere; hoc ſeruatò ordine, vt prius ex pecunia, ſi extat; deinde ex actionibus, aut iuribus; & horum defectu ex venditione mobilium, ac tandem ex immobilium pretio creditoribus ſatiſfiat, Merlin. dict. quaſt. 151. num. 4. Caſtill. d. cap. 59. n. 19. Trentacinq. d. reſolut. 6. de peculio, num. 2. Bellon. conſ. 3. num 2. Menoch. d. præſumpt. 143. num. 13. verſ. Altera fuit opinio, & num. 19. Mareſcot. dict. cap. 29. num. 32. Cyriac. dict. controuerſ. 489. num. 9. Parlador. d. cap. fin. part. 4. §. 2. num. 7. Ceuall. tom. 1. q. 191. num. 7. 8. Guttier. d. q. 58. n. 9. 10. Debentque minus fructuoſa priùs diſtrahi, Mareſcot. vbi proximè, Menoch. conſ. 692. n. 35. verſ. & ex his intelligimus, & d. præſumpt. 143. n. 19.

37 Quod ſi iam bona tradiderit hæres, à creditoribus hæreditarijs conuentus, ex eiſdem aſſignabit, quæ ſufficiant

ad

ad æris alieni ſatisfactionem, vt docent vltra *laudatos nuper*, Gail. *dict. lib. 2. obſeruat.* 146. *num.* 7. Cyriac. *tom.* 3. *controuerſ.* 310. *num.* 11. Petr. Ricciard. *in* §. *Conſtituitur*, *n.* 24. *verſ. Sed benè verum eſt*, *Inſt. de vſufruct.* Canalcan. *n.* 221. Petr. Barboſ. *in l. maritum*, *n.* 21. *ff. ſolut. matrim.* Bolaños. *d.* §. 10. *num.* 9. Oporter tamen, vt vtecque cirernt ſempee in prædictis caſibut, Ceaſ. *ſupra*, *num.* 36. Ceuall. *d. quaſt.* 191. *in fin.* Gutiet. *quaſt.* 38. *num.* 18. Trentacinq. *ſupra*, *num.* 3. Meelin. *dict. q.* 151. *num.* 12. Matheſil. *ſupra*, *num.* 2. Caualcan. *num.* 217. Alioqui contta non citatum, quatenus ſua intereſt, exequutioni locus non erit. Trentacinq. *dict. lib.* 1. *titu. de intereſſe*, *reſolut.* 3. *numero tertio*, *in fin.* Caſtill. *capit.* 34. *numero quinto ſexto.* Merlin. & Cyriac. *vbi proximè.*

Ibi : *Procedit tamen, niſi ex coniecturis.*

Adde Menoch. *dict. præſumpt.* 143. *n.* 20. *cum ſequentibus.*

Ad Num. 7.

38 Vſufructuarius omnium bonorum non teuetur ad legatorum ſolutionem, ſed hæres debet conueniri; Menoch. *d. præſumpt.* 143. *n.* 18. Spin. *d. gloſ.* 13. *n.* 82. Tuſch. *lit. L. concluſ.* 146. *n.* 1 Trentacinq. *d. tit. de peculio*, *reſolut.* 6. *n.* 15. Macheſilan. *d. ſingul.* 4. Montepic. *quaſt.* 60. Merlin *d. q.* 151. *num.* 3. Garc. *de expenſ. cap.* 11. *à num.* 6. Ceuall. *ſuprà*, *numer.* 5. vbi plures.

Ibi : *Primò, etenim ſi legata fuerit res.*

39 Vſufructu omnium bonorum relicto vni, & alteri fundo, vel aliare particulari legata ab eodem teſtatore, vniuerſalem vſufructuarium cum legatario particulari æquis portionibus in vſufructu concurrere, iuxta *l. ſi alij* 19. *ff. de vſufruct. legat.* tenent cum *D. Couar.* Mareſcot *d. c.* 30. *n.* 17. Craſ. *d.* §. *Legatum. q.* 25. *num.* 1. Caſtill. *ſupra*, *c.* 47. *n.* 6. Canalc. *n.* 43. 221. Mantic. *d. lib.* 6. *tit.* 9. *n.* 12. 23. Prætis *lib.* 4. *interpret.* 1. *n.* 22. Bacb. *ſup. n.* 12. Gratian. *c.* 350. *n.* 4. & alij plures ab his laudati; eſtque procuſdubio receptior ſententia.

Sed contrarium, nempè legatarium rei particularis non concurrare, imò integrum vſumfructum habere, quia generi per ſpeciem derogatur, cum Baldo ſuſtinent Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 3. Petr. Pecch. *ſupra*, *cap.* 9. *n.* 1. Sarmient. *in d. l. Titia*, §. *Titia cùm nuberet*, *num.* 7. *verſ. Et ita non placet*, Lancellot. Polyt. *in d. lege coniuncti.* *n.* 7. & alij relati à Caſtillo, *vbi proximè*, *n.* 5. Cuius ſententiæ fundamento non ſatisfaciunt DD. contrà ſentientes, dum aſſerunt generi per ſpeciem non derogari, niſi cùm circa idem verſatur diſpoſitio. Nam præterquam quod ſuam diſtinctionem, ac limitationem ad regulam iuris nulla lege probant, obſtat eiſdem textus *in* §. 1. *Inſt. de vſufructu*, vbi habetur, quod ſi legetur vſusfructus fundi, hæres nudam proprietatem obtinebit, legatarius verò integrum vſumfructum: Igitur idem in caſu, de quo agimus, erit dicendum ob ſimilitudinem, paritatemque rationis; quem *textum* pro ſua opinione Gomezius expendit: cui libentius adhererem, niſi ex mente teſtatoris contrarium colligatur, veluti ſi tot res particulares ex bonis legaret, vt inutile, aut valde tenue relinqueretur legatum vſusfructus bonorum, tunc quidem ex præſumpta voluntate defuncti, vſufructuarius vniuerſalis cum legatarijs particularibus, ad partem vſusfructus rerum ſingularum admitteretur, argumento *l. ſi quando* 112. *ff. de legat.* 1. quæ in legatis quantitatis non procedunt. Vide *infrà*, *n.* 42.

Ibi : *Secundò, vbi vni certus fundus.*

40 Hæc eſt notiſſima iuris deciſio *in d. l. ſi alij*, cuius meminêre Anton. Gom. *vbi ſupra*, Caſtill. *dict. cap.* 47. *num.* 1. Sarmient. *num.* 6. Durand. *dict. tract. de arte teſtandi*, *tit. de legat. caut.* 24. Garcia *de expenſ. cap.* 10. *num.* 19. 20. Caualcan. *num.* 45. Prætis *dict. interpret.* 1. *num.* 11. Petr. Anton. de Petra *de fideicommiſ. quaſt.* 9. *num.* 34. Craſſ. *dict. quaſt.* 25. *num.* 2. Spin. *dict. gloſ.* 13. *num.* 27. 28. Piebas. *in* §. 1. *num.* 3. *Inſt. de vſufruct.*

Verſ. *Tertiò, conſiderandum eſt.*

D. Couar. in præſenti ſequuntur Trentacinq. *d. reſolut.* 6. *num.* 18. Theſaur. *ſupra*, *lib.* 2. *quaſt.* 32. *num.* 3. Menoch. *d. præſ.* 143. *num.* 18. Iaſo *in l.* 1. *num.* 4. *ff. ad Trebellian.* Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 263. *num.* 36. Caſtill. *ſupra*, *cap.* 58. *num.* 10. 12. Surd. *deciſ.* 193. Gratian. *ſupra*, *cap.* 197. *num.* 1. & *c.* 330. *num.* 26. Craſſ. *quaſt.* 36. *num.* 2. Gail. *d. obſeruat.* 146. *num.* 8. Spin. *d. gloſ.* 13. *num.* 82. Merlin. *d. quaſt.* 131. *num.* 5. vbi alij. Ex quibus conſtat, vſufructuarium omnium bonorum teneri ad annua legata, pro quibus directò à legatarijs poterit in iudicium trahi, vt ea ex fructibus ſoluat, dixit *ſupra*, *numer.* 29. 41

Verſ. *Cæterum, ſi legata annua non ſint.*

Legata, quæ annua non ſunt, ab hærede petuntur, à quo ex bonis hæreditarijs præſtantur, Barboſ. *in d. l. maritum.* *num.* 21. Theſaur. *ſupra*, *num.* 7. Craſſ. *dict. quaſt.* 36. *num.* 4. & alij plures *proximè*, laudati: cum quantitatis ſint, vſufructuarius omnium bonorum concurſum prætendere non poteſt, licèt in legatis aliarum rerum contra magis communiter placeat, vt oſtendimus *ſupra*, *num.* 39. quam differentiam notat Craſſ. *vbi proximè*, *d. n.* 4. & 5. 42

Ibi : *Sic dum Alexander in d. l. vſufructu.*

Vſufructuarius ex teſtamento, & legalis, quoad effectum minimè diſtinguuntur; vterque enim, bonis venditis, patitur deminutionem ad ſoluenda legata, non tamen tenetur ea ex fructibus ſoluere, niſi ſint annua. In eo autem ſolùm differunt, quod legalis, vt patet, poteſt directò à legatarijs conueniri, ipſeque bona diſtrahit, vt ſatisfaciat, cùm legitimus ſit adminiſtrator. At vſufructuarius ex diſpoſitione hominis pro legatis, quæ annuatim præſtanda non ſunt, ad iudicium non trahitur, ſed patitur, vt hæres conuentus ex bonis, in quibus habet vſumfructum, diſtrahat, quæ ſufficiant ad legatorum ſatisfactionem, Caſtill. *d. c.* 58. *n.* 3. Spin. *ſupra*, *gloſ.* 13. *n.* 82. Garcia *de expenſ. c.* 11. *n.* 6. Tuſch. *lit. V. concl.* 321. *n.* 21. Morl. *d. q.* 2. *n.* 4. 43

Verſ. *Scribit ſanè Alexander.*

Alexandri aſſertio videtur accipienda, cum plus legatum eſt, quàm bona patiuntur, & ad deductionem falcidiæ omnium legatorum computatio fit, vt omnia pariter minuantur, quo caſu æſtimari debet vſusfructus, vt ſciatur, pro qua parte minuendus ſit; ne propter venditionem bonorum ad ſoluenda cætera legata maius detrimentum ſentiat vſufructuarius, quam cæteri legatarij; ſi enim propter falcidiam quarta pars ex legatis eſſet detrahenda, vſusfructus vtique pro quarta parte minuetur, atque ita tot bona relinquenda ſunt vſufructuario, vt pro alijs tribus partibus vtilitatem percipiat: quod attendendum admonet *Alexander* in venditione bonorum ad alia legata ſoluenda, ſed in æſtimatione vſusfructus non eſt habenda ratio bonorum omnium, ſed eorum, in quibus vſufructuarius ius eſt habiturus cum effectu; ſic ad computationem faciendam ex valore totius hæreditatis, vltra æs alienum deducenda ſunt legata quantitatis integra, & etiam cæterarum rerum, ſaltem pro parte dimidia, ſi in vſufructu admittatur concurſus; aliàs integrè ſunt deducenda, & ex reſiduo valor vſusfructus bonorum, deductis oneribus, computabitur. 44

Verſ. *Quòd ſi quandoque.*

Iuxta præmiſſa, cùm de legis falcidiæ ratione imponenda tractetur, erit facienda taxatio vſusfructus, vel iuxta *l. cum Titio* 55. *ff. ad l. falcid.* habito reſpectu ad pretium, pro quo vendi poſſet; vel iuxta *l. hæreditatum*, 68. *eod. tit.* inſpecta ætate eius, qui fruiturus eſt; nam computationem, quam maluerit iudex, eligere poterit, Noguerol. ex alijs, *alleg.* 57. *n.* 73. 45

An

46 An autem comporatio *dict. l. hæreditatum*, ſit obſeruanda in alijs caſibus præter legem falcidiam? controuertitur, & non habere locum verius eſt, ſed valorem vſusfructus, alimentorum, vel cenſus ad vitam, vbi lege taxatus non eſt, iudicis arbitrio æſtimandum, qui tamen regulari poterit iuxta computationem *dictæ legis*. de quo D. Couar. *infra, lib. 3. cap. 9. num.* 8. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 19. numer.* 40. Rodrig. *de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 5. num.* 17. Eſcob. *de ratiocin. lib. 2. comput. 2. à princip.* Pincl. *in l. 2. part. 3. cap. 4. num.* 32 *C. de reſcind. vendit.* Padilla *in Auth. res quæ, num. 3. C. commun. de legat.* Suar. *in l. quoniam in prioribus, ampliat. 3. num. 9.* 10. *C. de inoffic. teſtam.* Palac. Rub. *in Rubric. de donat. inter* : §. 25. *à num.* 1.

AD CAPVT III.

De læſione circa pretium contingente: ad interpretationem l. 2. C. de reſcind. vendit. *latè diſſeritur.*

SVMMARIVM.

1 *Scribentes de* l. 2. C. de reſcind. vendit. *referuntur.*
2 *Beneficium* d. l. 2. *omnibus contractibus bonæ fidei commune eſt.*
3 *In contractu aſſecurationis locus eſt prædicto remedio: item in pretio, quod pro fideiubendo conſtituitur.*
4 *Artifices, qui opus aliquod faciendum pro certa quantitate ſuis expenſis ſuſcipiunt, eo auxilio non gaudent.*
5 *Item nec conductores Regalium redditwum.*
6 *Pretium rerum quotuplex.*
7 *Pretium legitimum in indiuiſibili conſiſtit, & quilibet exceſſus debet reſtitui.*
8 *Pretium naturale triplex, & quare in indiuiſibili non conſiſtit.*
9 *De intellectu* l. cauſæ 17. §. Idem Pomponius, ff. de minorib. *vſque ad n.* 14.
15 *Seruitutes iuri naturali permiſſiuo contraria ſunt.*
16 *Læſio in emptione quatenus olim & nunc permiſſa.*
17 *Pro quacunque læſione circa quantitatem, vel qualitatem rei venditæ competit actio læſo.*
18 *Vſura non eſt vendere ſummo pretio ad creditum, quod præſenti pecunia infimo quis eſſet venditurus.*
19 *Pretium rei venditæ, vt competat remedium* d. l. 2. *quo tempore inſpiciendum.*
20 *Pretium rei, quomodo probandum, cum agitur de illo remedio.*
21 *Quantuſcunque exceſſus vltra dimidiam contractus reſciſſionem operatur.*
22 *Teſtis aſſerens, contrahentem fuiſſe vltra dimidiam læſum, non probat, niſi dicti rationem reddiderit.*
23 *Quid operetur, vbi remedio* dict. l. 2. *agitur, depoſitio teſtis aſſerentis rem valuiſſe centum & amplius.*
24 *Pretium iuſtum rerum ex particulari affectione non conſtituitur.*
25 *Pretium commune iuſtè exceditur propter affectionem venditoris nolentis res ſuas diſtrahere.*
26 *Declaratur prædicta reſolutio.*
27 *Quid inter valorem, & pretium interſit; & de pretiorum differentia.*
28 *Pretium iuſtum rebus ex quo conſtituatur.*
29 *Licitum eſt apud barbaras gentes permutare res viliſſimas pro pretioſis, ſi ab eis hominibus communiter ita æſtimentur.*
30 *Pretium commune, vbi augetur, nec minuitur ob ſumptus maximos, quibus merces comparatæ ſunt.*
31 *Non poteſt quis tanti vendere, quanti emit vltra communem æſtimationem.*
32 *Pretium commune iuſtè tranſgreditur venditor propter damnum, quod ex alienatione pecuniariter patitur, aut ſi compulſus vendat;*
33 *Pretium iuſtum excedi non poteſt, quia emptor peculiarem vtilitatem ex re empta eſt percepturus.*
34 *Res minoris emi poteſt propter onus, vel periculum annexum, & quid de nomine debitoris;*
35 *Res vendi poteſt carius ad creditum, cum periculum amittendi pretium, aut expenſæ faciendæ veroſimiliter timentur.*
36 *Valor rei conſideratur cum omnibus circunſtantijs, ex quibus pretium augeri, aut minui poteſt.*
37 *Typographorum error in editione Antuerpienſi Couar. notatur.*
38 *Pretia rerum, ex quibus circunſtantijs augentur, aut minuuntur.*
39 *Res ita venditioni expoſita, vt eis emptor quæratur, minus valent.*
40 *An in venditione ſub haſta admittatur remedium* d. l. 2. *& num.* 41.
42 *Vilitas pretij rerum inopiam generare ſolet.*
43 *Merces victui neceſſarias dominus, publica vrgente neceſſitate, cogitur iuſto vendere pretio.*
44 *Eccleſiaſtici cogi poſſunt vendere res victui neceſſarias iuſto pretio, tempore publicæ neceſſitatis, & hoc per Iudices ſæculares.*
45 *Contrarium, ſcilicet non poſſe compelli per Iudices ſæculares, traditur, niſi Eccleſiaſtici Iudices abſint, & periculum ſit in mora, aut negligenter ſe gerant.*
46 *Pretia rerum taxari debeat tempore neceſſitatis publicæ, & quando ſecus.*
47 *An liceat vendere, habita fide de pretio, merces carius, quam præſenti pecunia venderentur ſi conſuetudo ſit vendendi ad creditum, & pretium commune ſic vendendi non excedatur? vſque ad n.* 50.
51 *De intellect.* cap. in ciuitate, de vſur.
52 *Quando liceat ad creditum vendere pro pretio, quod curret tempore ſolutionis.*
53 *Non licet vendere ad creditum quanti plurimi res fuerit vſque ad certum tempus.*
54 *Licitum eſt præſenti pecunia vendere vltra iuſtum pretium currens, ſi venditor ad preces emptoris ſtatim diſtrahat, quod foret ſeruaturus in tempus, quo res plus eſſet valitura.*
55 *Quomodo iuſtum pretium computetur, quando res venditur carius, quoniam dominus eam eſſet ſeruaturus in tempus quo plus valeat.*
56 *Qui merces ſeruaturus eſt in tempus quo plus veroſimiliter valebunt, poteſt eas ad creditum vendere pro pretio currente tali menſe, vel hebdomada.*
57 *Poteſt itidem conuenire, vt pretium præſtetur currens, cum ſibi placuerit intra tempus, ad quod merces ſeruare deſtinauerit.*
58 *Vendere licet carius, habita fide de pretio, propter lucrum ceſſans.*
59 *Licitum eſt emere, anticipata ſolutione, infra pretium currens, modò dubium ſit, an tempore traditionis plus, vel minus res valitura ſit.*
60 *Quid in Hiſpania circa emptionem frumenti, anticipata ſolutione, ſit cautum, quid que obſeruetur*
61 *Frumentum vetus quomodò licitè detur, vt tantundem ex nouo reddatur, & n.* 62.
63 *Contractus, qui vulgò,* Mohatra, *dicitur, damnatur.*
64 *Quando mercator licitè poſſit merces, quas ad creditum vendit, ab eodem emptore viliori pretio comparare.*
65 *Vendere carius ob dilationem; aut emere vilius propter anticipationem ſolutionis.*
66 *Quando contractus in foro exteriori, vel interiori vſurarius cenſeatur, ſi carius vendatur ad creditum, aut vilius ematur, ſolutione anticipata, & n.* 67.
68 *Vendens rem fructiferam, habita fide de pretio, poteſt iuſtum pretium currens excedere, in fructuum ab emptore percipiendorum, dum non ſoluit, compenſationem.*
69 *Computatio quomodò facienda, vt venditor, vel emptor vltra dimidiam læſus dicatur.*
70 *Quomodò pretij computatio fieri debeat ad læſionem vltra dimidiam.*
71 *Pretium iuſtum rerum quoad læſionem, quo tempore inſpiciendum.*
72 *Verum reſciſſo contractu ex* l. 2. C. de de reſcind. vendit. *fructus debeant reſtitui per emptorem, venditore agente vſque ad n.* 79.
80 *Emptor agens remedio* d. l. 2. *fructus reſtituere debet ſi venditor velit rem iterum recipere.*

Remedium

81 *Remedium* d.l.2.*non tranſit contra tertium poſſeſſorem. Limitatur vſque ad num.* 85.

86 *Remedium* l.2.C. de reſcind. vend. *non competit ſingulari ſucceſſori læſi, niſi ei cedatur actio.*

87 *Venditor læſus vltra dimidiam agit aduerſus eum, à quo læſionem paſſum eſt, etſi rem emptam ille alienauerit.*

88 *Emptor, qui rem alienauit, in qua læſus vltra dimidiam fuit, niſi rem reſtituat emptori eligenti contractus reſciſſionem, nihil conſequetur.*

89 *Intra quod tempus remedium* d.l.2.*extinguatur.*

90 *Variè apud diuerſas Prouincias tempus ad reſcindendos contractus præſcriptum eſt.*

91 *Excluſus tempore à remedio* d. l. 2. *nec excipiendo, illud proponere valet.*

92 *Perſona priuilegiata in Hiſpania vltra quadriennium agunt ad reſciſſionem.*

93 *Enormiſſimè læſus etiam ad triginta annos aduerſus contractum venire poteſt.*

94 *Minor propter læſionem vltra dimidiam, vbi ſolemnia iuris non interuenerunt, vſq. ad tricennium reſciſſionem petens auditur, & de alijs caſibus, remiſſiuè.*

95 *Quandiu reus in iudicio reciſſiuo contractus eligere poſſit, ab eo reſilire, aut pretium ſupplere.*

96 *De iure Regio, qui abſque læſione vltra dimidiam, bona fide emit, ab eo, qui vltra dimidiam alium læſit, a primo venditore conueniri non poteſt.*

1 AD *l.2.C.de reſcindend. vendit.* videndi ſunt, latè ſcribentes, Arias i tnell. Anton.de Padill. Panthal. Crementi. Cagitol. Auguſt. Barboſ. *in collect.* Hermoſill. *in l.56. gloſ.4.cum ſeqq.tit.5.part.5.* Ceuall. *commun. contra commun. tom 1.q.*443.508.510.536. Anton.Gom. *variar. lib.2. cap.2. num.22.cum alijs* Fachin. *controuerſ. lib.2. cap.16. cum ſeqq.* Moxz. *de contractib.tract.de emptaic.quib.mod.annullet.empt.* Anton.Gabr. *commun.concluſ.lib.3. titul. de empt. concluſ.1.* Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.3. tit. de empt. reſolut.3.* Rodriguez *de annuis redditib. lib.1. q.11.* Aug. Morl. *in empor.iur part.1.tit.9.q.18.cum ſeqq.* Guttier. *practicar. lib.2.queſt.133.cum ſeqq.* Mantienç. *in l.1.tit.11. lib.5. Recopilat.* Caſtill. *controuerſ.tom.2.libr.2.cap.8.vbi quam plurimi,* Petr. Gregor. *Syntagmat.lib 25.cap.24.* Cui conſtitutioni conſonant *c.2.cap.cum cauſa 6.de empt.& vendit, l.1. tit.11.lib.5. Recop.dict.l.56.tit.5.part.5.*

2 Ex quibus illud in primis eſt adnotandum, quod licèt Imperatores in ea conſtitutione, venditoris duntaxat meminerint; beneficium tamen illud etiam emptori commune eſt, omnibuſque bonæ fidei contractibus conuenit, in quibus vnum pro altero datur; nam, perpenſo vtriuſque valore, aliquis ex contrahentibus læſus reperitur, Anton. Gom. *dict.num.22.in fin.* Bartol. *in dict.l.2. num.4. verſ. Quid in alijs contractib.* Ceuall. *dict. queſt.136. num.24.* Hermoſ. *dict.gloſ.4.num.1.& 12.* Guttier. *ſupra, queſt. 138. in princip.* Cardinal.Lug. *de inſtit.& iur. tom.2. diſp.26.ſect.6. num.79.* Molin. *de inſt.tract. 2.diſp.349.num. 14.* Petr. Gregor. *num.4.* & alij quos refert Barboſ. *num* 34. Sic in locatione, datione in ſolutum, permutatione, dotis conſtitutione, & alijs contractibus locus eſt præfatis conſtitutionibus, vt fusè tradunt Hermoſ. *dict. gloſ.4.* & Barboſ. *in collectan.* vbi & limitationes ad illam congerunt: Sed an hoc remedium ad contractus ſtricti iuris etiam pertineat? quæſtionis eſt; alij enim affirmant, alij negant, ſentientes per indebiti condictionem eſſe repetendum, quoties læſio in his contractibus contingit: & vtriuſque ſententiæ laudat Authores Hermoſ *n.25.*

3 Habet etiam locum eadem conſtitutio in aſſecurationibus; cùm ſcilicèt aliquis, certa quantitate accepta, promittit ſe ſoluturum pecuniam, vel pretium mercium, quæ in periculo verſantur ob nauigationem, aliamvè cauſam, ſi perierint; nam in pretio periculi poteſt interuenire vltra dimidiam deceptio, Padill. *num* 25. Matien. *in dict.l.1. gloſ.3.num.62.* Scaccia *de comerc.§.1.queſt.7.part.2. ampliat. 10.num.5.verſ.Infertur ſecundò,* Guttier. *ſupra.queſt.142.* Hermoſ. *dict.gloſ.4. num.59.* Similiter dicendum eſt in eo, qui pro fideiubendo pretium accipit, Hermoſ. *num* 61. Guttier. *numer.2.in fin.* Valaſc. *conſult.18.num.5.* Padill. *num.26.* Matien. *num.63.*

Licèt autem regulariter in locatione læſis vltra di- 4
midiam ſubueniatur, fallit de iure Regio (quamuis iure communi controuerſum ſit) in architectis, ac fabris, cæteriſvè artificibus, qui ædificium, aliudvè opus ſuo periculo pro certa mercede faciendum ſuſcipiunt; nam ſi vltrà dimidiam in his conuentionibus decipiantur, ad beneficium *l.2.* non admittuntur, *l.3.tit.11.lib.5.Recopilat.* vbi Azeued. qui *num.4* ait conuentum ex *dict.l.2.* teneri ad probandum, artificem, in ſua arte peritum eſſe, Hermoſ. *dict. gloſ.4.n.5.* Guttier. *queſt.144.* Padill. *num.14.* Matienç. *in dict. l.3.gloſ.1.* Morl. *dict.tit.9.q.19.n.8.* Bobadill. *in ſua politic.lib.3. cap.5. num 46.tom.2.*

Similiter non ſubuenitur læſis in conductione reddi- 5
tuum Regalium, ſiue Princeps, ſiue conductor vltrà dimidiam læſionem patiatur, *l. 14.& 15.tit.9. lib.9. Recopil.* Matien. *in dict.l.1.gloſ.6.numer.4.* Azeued. *in d.l.14.* Guttier. *de gabell.q.147.num.1.* Ceuall. *dict.queſt.536. num.50.* Gironda *de gabell.part.2.§.1.num.1.* Morl. *ſup.num.9.*

Ad Num. 1.

Iuſtum pretium cuiuſque rei, aut eſt lege, vel conſuetu- 6
dine taxatum, quod *legitimum* dicitur; aut ſecundùm communem hominum æſtimationem, & *vulgare*, ſiue *naturale* nuncupatur, Hermoſ *in d.l.56 gloſ.6.n.2.* Diana *reſol.moral. part.1.tract.8. reſolut.56.* Auendaño *de cenſib.c.28.* Bonac. *in ſumma, to.2.tract.de reſtit.& contractib.diſput.3.q.2. de empt. punct.4. n.1.* Bolaños *in ſua Curia, tom.2.lib.1.cap.12. n.8.* Ioan.Nider. *tract.de empt.cap.1. num 2.* Morl. *ſupra, queſt.6. num.4.* Leſ *de inſtit.& iure, lib.2.cap.21.dubit.2. num.7.* Matien. *in d.l.1.gloſ.2.n.9.* Dicaſtill. *de iuſtit.lib.2.tract.9.diſput. 2.n.1.2.* Card.Lug. *ſupra, ſect.4.n.38.*

Pretium autem legitimum in indiuiſibili conſiſtit, ita 7
vt exceſſus quilibet reddat contractum iniuſtum, cum obligatione reſtituendi in vtroque foro, niſi materiæ paruitas excuſet; D.Cou. *infra, lib.3.cap.14.num.3.verſ.Quod ſi quis,* Olea *de ceſ.iur.tit.6.queſt.10. num.3.* Hermoſ. *vbi proximè,* Noguerol. *allegat. 28.num.67.* Guttier *dict.lib. 2.q.181. num.8.* Diana *par.2.tract.17.reſolut.1.§.Sed his,* Bolaños *ſupra,num.30.* Raphaël de Turri *de cambijs, diſput.1. queſt.1. num.32.* Bobadill. *dict.lib.3.cap.4 num.79.* Leſ. *ſupra, num.10.* Scaccia *dict. ampliat.10. num.65.* Medina *de reſtit. queſt.36. fol. 104.verſ.Quo præmiſſo,* Auiles *ad c.1. præter.gloſ.* à Razonables precios, *n.1.* Cardin.Lug. *ſupra,* Dicaſtill. *dub.1.n.12.* Didac.Perez *in l.1.verſ. Prior pars, titul.23. lib.2. Ordinam.* Felician. *dict cap.1 num.2.& 12. verſ. Legitimum, verò,* Matien. *dict.gloſ. n.10.* Morl. *dict.queſt.6.num.4.* Pat.Mol. *de inſtit & iur. diſput. 347. num.2.* Et ad repetendum quod vltrà taxam datum eſt, non requiritur remedium *d.l. 2.* ſed tanquam indebitum per condictionem ex lege repetitur, D. Couar. *vbi proximè,* Barboſ. *cum plurimis, num.103.* An verò liceat aliquando propter rei excellentiam, aut ſterilitatem excedere taxam quoad vtrumque forum? docent Bobad. *dict.cap.4.num.81.* Diana *dict.tract.8.reſolut.52.& 70.* Molſ. *tom.2.tract.2. cap.5.num. 86.* Trullench. *in Decalog.tom.2. lib.7.cap.10.dub.2.num.10.* Bonac. *ſupra, n.8.* Cardin.Lug. *ſect.5.n.65.* qui cum Diana, & alijs affirmant.

Sed naturale pretium (ſic appellatum, quia naturalis 8
ratio dictat, tantum rerum valorem eſſe, quanti ab hominibus, quorum vſibus deſeruiunt, æſtimantur,) de quo D.Couar. in præſenti ſermonem inſtituit, non in indiuiſibili conſiſtit, imò per triplicem gradum variatur. Aliud enim eſt pretium ſupremum, ſeu rigoroſum; aliud medium, & infimum, ſiue pium aliud, intra quorum latitudinem iniquitas aliqua, vel iniuſtitia non reperitur. Quomodò autem hoc redigatur ad praxim: prudentis viri arbitrio relinquitur; communiter tamen DD. exemplum cõſtituunt in re, quæ infimo pretio valet nonaginta quinque, medio centum, ſupremo quinque ſupra centum, Card. Lug. *num.39.* Rodrig. *de ann. redditib. lib.1. queſt.13. num.12.* Dicaſtill. *ſupra, dub.2.num.26.* Auend. *de cenſib.cap.27. numer.1.* Leotard. *de vſur. queſt.24. num.8.* Bonac. *dict. num.1. verſ. Pretium vulgare,* Bolaños *num* 29. Cyriac. *controuerſ. forenſ. tom.1. controuerſ.169. num.16.* Hermoſ. *num.3.4.* Olea *dict. queſt.10.num.24.* Valenç. *conſ.156.num.52. tom.2.* Turri *dict. diſput.1.q.24.num.4.* Rebell. *de obligat.iuſtit.part.2. lib.9.q.1. num.33.*

*n.33.*Scaccia *d.ampliat.*10.*n.* 59.101.Diana *part.2. tract.* 5. *reſolut.*112. Marien.*d.gloſ.*2.*num.*9. Filliuc. *tom.*2.*tract.* 35. *cap.*3.*num.*57.Petr.Greg.*ſyntagmat.iur. lib.*25. *cap.*14. *num.* 3.Valaſc.*conſ.*44.*num.*1. Molin.*dict.diſp.*347.*num.*3.4.Hæc naturalis pretij latitudo prouenit ex eo, quod cùm hominum æſtimatio communis, à qua illius iuſtitia pendet, licèt non multum diſcrepet, non omnino vniformis ſit, experientia docente, cùm res eiuſdem bonitatis ſub ipſum tempus, eodem loco, & cum eiſdem circumſtantijs paulò plus, minuſve diſtrahi ſoleant, ideo pretium iuſtum, niſi lege, aut conſuetudine taxetur, in indiuiſibili nequit conſiſtere, ſed intra modicam quantitatem in eo diuerſitas admittitur vbique gentium. Videndus omnino Card. Lug.*num.*39.*cum ſeqq.*vbi latè de iuſtitia pretij naturalis.

Ad Num. 5.

9 Plures intellectus ad *l. in cauſa* 17. §. *Idem Pomponius, de minorib.* refert Ceuall *tom.*1.*quæſt.*511.*à num.*5. de cuius textus interpretatione agunt Caſtill.*controuerſiar lib.*2.*c.* 8. *ex num.*13. Mol.*d.titul.*9.*quæſt.*8.*num.*4. Nauar.*in cap. qualitas,num.*45.*de pœnis diſt.* 5. Padill.*num.*11. Pinell.*part.* 2. *cap.*1.*à num.*32. Leſ.*d.cap.*21.*dubit.*4. *numer.*30.Marienç.*in dict.l.*1. *gloſ. à num.*3.Rodrig *dict.q.*11.*num.* 5.6.Par.Suar. *de legib. lib.*2. *cap.* 10. *num* 4.5.Felician.*d.cap.*1.*nu.*11. Farinac.*in fragment. crimin part.* 1. *verb. decipere, num.* 30. & alij permulti adducti à Caſtill.*d.num.*13.à Gratian.Falcon. *regul.*119.& à Barboſ.*ſupra,num.*115.Ex quibus Molla, Nauarrus, Roderic. *ſupra*, Auendañ.*d.cap.*27.*num.* 17. & alij poſt Conrad, *de contract.n.* 55. ſentiunt cum D. Couar. in præſenti, Conſultum docuiſſe, intra latitudinem iuſti pretij læſionem iure naturali eſſe permiſſ m: quibus accedit Bonacina *ſupra, punct.*4.*num.* 7.*verſ. Reſpondeo primò.*

Verſ. *In huius verò difficillima rationis examine.*

10 Communiter præallegati interpretes verbum, *naturaliter*, referunt non ad ius naturale, ſed ad naturam contractus; vt teſtantur Caſtill.& Barboſ.*vbi proximè*, pro quibus Ceuall.*d.q.*511.*in fin*, bonum textum expendit *in l.*2.§.1.ibi: *Quæ naturaliter inſunt legatis*, id eſt, ſecundum naturam legati, *C. commun. de legat.* iuxta quam ſententiam conſulti mens ea fuit, vt iure Ciuili non eſſet vetitum, contrahentes ſe inuicem lædere in pretio emptionis, quia natura huius contractus, id patitur, ita vt illis temporibus, ante *d. l.* 2, læſis etiam vltra dimidiam, ſine dolo, nullum iuris remedium competeret, vt paulo inferiùs probabimus: & ita interpretatur eum textum vltrà alios, quos refert, Felician. *ſuprà,n.*11.

Ibi : *Et quamuis iuxta rigorem ſignificationis.*

11 Omnes ſupponunt verbum, *Circumuenire*, *in d.*§.*Idem Pomponius*: non ſignificare doloſam læſionem, ſed damnificationem ſine fraude, dolus enim nullo iure licitus eſſe poteſt; ſic D. Paul. 2. *ad Theſſalonicenſ.c.*4. admonet, vt nemo fratrem ſuum circumveniat; & Conſultorum temporibus contra dolum committentes actio, vel exceptio competebat, ne ex improbitate ſua commodum reportarent, *l. iuris gentium* 7.§ *Prætor ait* : *ff. de pact. l. eleganter* 7. *ff. de dol.* Ceuall.*tom.*1.*q.*526.*à num.* 5.Barboſ.alios referens, *num.*105.106. Anton.Gom. *dict.c.*2.*n.*21.*in fin.* Nec nouum eſt in Iure, quod ita verbum, *circumvenire*, vſurpetur, *l. ait Prætor* 7.§.*non ſolùm, in fine*, ibi: *Et ſe circumuentum doceat*, id eſt, *læſum ff. de minorib. l. iure ſuccurſum* 7.§.*fin.* ibi: *Si in dote data circumuentus ſit*, iuncta Gloſ. *ibidem*, *ff. de iur. dot.* facit *l. ergo* 4.§. *Si quis autem*, ibi: *Si effectu fraudentur creditores, ff. de fideicommiſ. libert.* Præterea contrahentes, dum de pretio conſtituendo diſceptant, quadam vtuntur ſimulatione, venditor enim rem laudat, emptor vituperat, etſi aliter ſentiant; *Prouerbior, cap.*20. ibi : *Malum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor, & cum receſſerit, gloriatur*, quo ſenſu, circumvenire, quodammodo rectè dici potuit, licèt hæc contrahentium ars ad dolum non imputetur. Videantur Dicaſtill.*diſp.*1.*dub.*9. *ex num.*189. Auendañ. Roderic, & alij.

Ibi : *Quod ſi quis dixerit, naturalem fuiſſe.*

Nullus ex Interpretibus ait, naturalem, ſiue eſſentialem eſſe venditioni in quacunque quantitate deceptionem, ſeu læſionem, ſed ſecundum naturam huius contractus ſuſtineri, vt contrahentes ſe inuicem damnificent, cum nullum ſuperſit læſis iuris remedium, vt videre licet apud Caſtillum, Mariençum, & alios *vbi proximè*, qui de interpretando *d.*§.*Idem Pomponius*, egerunt, affirmant tamen id intra latitudinem iuſti pretij licitum eſſe, ac neceſſarium; quia pretium in indiuiſibili ſciri non poteſt : Auend. *dict. numer.*17. 12

Ibi : *Cæterum quod Accurtius.*

Gloſſæ intellectus, qui magis ſine diuinatione congruit Pomponij verbis, vt poſſit facilè ſuſtineri, animaduertendum eſt, quod licèt ius gentium non valeat quicquam naturali rationi contrarium ſtatuere, id aliquando ſolet permittere, quia ea permiſſio poteſt eſſe tam neceſſaria pro fragilitate, & hominum conditione, vt in ea omnes Nationes conueniant : quemadmodum meretrices in Rebus publicis benè inſtitutis, ac Chriſtiano nomine decoratis, ex ea cauſa tolerantur; quarum turpitudo etſi naturali iuri ſit contraria, vt agnoſcunt omnes, ad maius malum vitandum permittitur, Par.Suar.*ſupra*, *lib.*2. *c.*20. *n.*3. Marienç.*d.gloſ.*1.*num.*3. 13

Quo præmiſſo conſtat, quid in *eo textu* ſibi Conſultus voluerit: afferit igitur iure gentium (quod naturale dicitur, *l.* 1. *ff. locat.* Parlador. *different.*3.*à num.*1. Card. Lugo *de iuſt. & iur. tom.*1. *diſp.*6. *ſect.* , *num.*5.) circumventionem non fraudulentam in pretio venditionis permitti, non approbari; nam etſi malum ſit cum aliena iactura locupletari, *l. nam hoc natura* 14.*ff. de condict. indebit.* maius damnum viſum eſt, cum hic contractus hominum commercijs valdè ſit neceſſarius, ac frequens, ſi paſſim propter læſionem reſcindi poſſet, homines aſſiduis litibus vexari; quam rationem tradunt DD. tractantes de læſione intra dimidiam, quæ & hodie in foro exteriori licita eſt, Barboſa *num.*98. Pinell.*part.*1.*cap.*1. *num.*39 40. Petr. Gregor. *d.lib.*25.*c.*14. *num.* 10.Marienç.*num.* 4. quæ interpretatio conuenit verbo, *licere*, quo vtitur Conſultus; cum non approbationem, ſed permiſſionem importet, *l. non omne quod licet* 187. *ff. de reg. iur.* Iacob.Ræuard.*in l. ſemper in coniunctionibus* 158.*eod. tit.* vbi rectè ait, concubinatum, iure Ciuili *licitam* fuiſſe coniunctionem, id eſt, permiſſam, non tamen *iuſtam*, cùm non probaretur; ſiquidem inhoneſta fœmina putabatur, quæ erat in concubinatu alterius, quàm patroni, *l. ſtuprum* 41.*ff. de rit. nuptiar.* Vndè vulgò iactatur: *Non omne, quod licet, honeſtum eſt*, Cyriac.*tom.*1.*controuerſ.*104.*num.*2. Menoch. *conſ.* 357.*num.*21. ita eum textum in *d*§. *idem Pomponius*, intelligunt Marienç.*ſupra*, Rebell.*d.lib.*9.*q.*3. *num.*4.*verſ. Ad leges igitur Cæſareas.*

Par.Suar.*num.*4. qui *num.*3. conſtituit differentiam inter ius naturale ſtrictè ſumptum, & gentium; nam illud ita omnia mala prohibet, vt nullum permittat; hoc vero nonnunquam malum tolerat: atque ita omne, quod natura licet, honeſtum eſt; ſecùs autem de iure gentium, vel ciuili: ipſum intellectum probat Dicaſtill.*ſup. lib.*2.*tract.*9.*diſp.*1. *dub.*9 §. 2.*num.*196. Molin.*diſp.*350.*n.*8. Card. Lug. *diſp.*26, *ſect.*6.*n.*83. Pinell *in d.l.*2.*part.*1. *cap.*141.*ad fin.*

Poſſet itidem verificari ſententia *Pomponij*, ſi accipiatur de illis rebus, quæ neque lege, neque communi æſtimatione certum pretium habent, vt equi generoſi, enſes veteres, picturæve inſignis artificis, & alia huiuſcemodi, quæ naturaliter vendere licet pro ea quantitate etiam exceſſiua, quæ ab emptore poſſit abſque fraude extorqueri, prout docent Sot.*de iuſt. & iur. lib.*6.*quæſt.*3. *art.*3. Pat. Mol. *diſp.* 348. Emmanuel.Sà, *verbo, venditio, num* 14. Dian.*p.* 1. *tract.* 8. *reſol.*56. Reginald.P.Nauar. Azor. & Valencia, apud Bonacin.*dict. punct.*4.*num.* 25.*verſ. Reſpondet Sotus*, etſi ipſe, cùm Leſ.*dict. cap.*21.*dubit.*3.*num.*16. ſentiat, pretium earum rerum boni viri arbitrio fore taxandum, Noguer. *alleg.*18. *num.*40. Cardin. Lug. cum alijs *ſect.*4. *numer.*47. Dicaſtill, *dub.*8.*num.*124. 14

Ibi : *Et id , quod de ſeruitute adduci ſolet.*

15 Quomodo ſit accipiendom ſeruitutes iori naturali eſſe contrarias, explicant Pet.Suárez *ſupra,cap.*14.*à num* 6.Pichard.*in* §. *Sed naturalia. n.*4.*Inſt.de iur.nat gent. & ciuili,* Auguſt.Barboſ.*in collectan. ad c.ius naturale* 7.*n.*10. *diſt.*1. Card.Lugo *ſuprà,ſect.*2.*n.*10.Paleoth. *de nothis & ſpur. lib.* 2.*cap.*3. & cum D. Couar. *in regul.peccatum,part.* 2. §. 11. *num.*3. *verſ.Secundò loco,* dicendum eſt , huminum libertatem non eſſe de iure naturali præceptam, ſed permiſſam duntaxat ſecundùm ſtatum illum, antequam bella oritentur ;.vbi autem ius naturale ſe habet permiſſiuè , mutari poteſt ; ſecùs ſi poſitiuè : quare iure gentium potuerunt ſeruitutes, & alia, quæ ſunt iuri naturali permiſſiuo contraria ioduci:quod latè proſequitur Pat.Suar.*vbi proximè.*

Ibi : *Quod ſi de quauis deceptione.*

16 Per *d.l.*1.Ius nouum Imperatores induxiſſe,communiter placet,Caſtili.*d.cap.*8.*num.*1. Pinell *part.*1. *cap.* 1. *num.* 2. Padilla *num.*11.Azeued. *in l.*14.*num.*1.*tit.*9.*lib.*9.*Recopilat.* eteiiim antea, ſic fuit permiſſa læſio in pterio venditionia citra oolum , vt nullum auxilium quantumcunque iæſis concederetur maiotibus,Roderic.*d.q.*11.*num.*11. Matienç. *d.gloſ.*1.*num.*5. Pinell. *vbi proximè,* Fachin.*d.lib.*1.*cap.* 21. *num.* 11.ea ratione quam nuper rradidimua , *num.* 16. ob eamdemque hodie læſio iniqua infra dimidiam iuſti pretij permiſſa eſt in foro exteriori,Dicaſtill.*dub.*9.*nu* 285. Hermoſ.*in d.l.*56.*gloſ.*9.*num.*2.3.Sor.*ſupra,quæſt.*2.*art.*3.Ceuall. *quæſt* 508.*num.*1. Felician.*d.cap.*3. *num.* 11. *verſ. Quoniam,* Leſſ.*d.cap.*21.*dubi.*4.*n.*20.Menoch. *conſ.*401.*n.*179. quod & de iure Canonico procedere , probat Molin. *de primogen.lib.*2.*cap.*5.*n.*56.Martin.Nauar. *in cap.nouit.n.*108.*de iudic.* Pinel. *in d.l.*2.*p.*1.*n.*38. Fariuac.*conſ.* 30. *num.* 221. & alij communiter.

Sed eſt limitandum in æſtimatione rerum dotalium, in qua, læſione quacunque intercedente,læſo ſuccurrebatur ante d conſtitutiooem,& nunc ſuccurritur,*l.*16.*tit.*11.*p.*4. *d.l.iure ſuccurſum,in fino,ff.de iur.dot.*.Pinell.*part.* 1. c. 5.*ex n.*13.Afflict *deciſ.* 270.*num.*3.Ant.Gum *in l.*50.*Taur. n.* 44. *verſ.Quod tamen intellige,*Ant.Fab.*de errorib.decad.*8. *error.* 6. Ceuall. *d.quæſt.*536. *num.*21.12. Fontanella *de pact. nupt. clauſul.*5.*gloſ.*8.*part.*13.*num.*50. 51. Matienç. *ſupra. gloſ.* 8. *num.*20.21. Hermoſ.qui & alios laudat , *vbi proximè, n.* 6. Pert.Barboſa. *in l.aſtimatis,ex num.*21.*ff.ſolut.matrim.* Aug. Barboſa *ſupra, num.*102. Quanquam alij doceant , de iure communi læſionem vltra dimidiam hoc caſu deſiderati, quōs referunt Ceuall.& Matienç. Similiter ob quamlibet læſionem agere licet, vbi pretium , lege , vel conſuetudine taxatum eſt,Barboſ. *in d.collect.*vbi plures, *n.*103.& diximus *ſuprà,num.*7.Item in venditione inter virum & vxorem facta, *l.ſi ſponſus* 5.§.*Circa.ff.de donat.inter.*.

17 Vbi autem læſio hoo in pretio , ſed in rei qualitate vel quantitate conſiſtit,læſis ſubuenitur indiſtinctè ſiue vltra, ſiue intra dimidiam valoris eius,quod venditur contingat, Pinell. *part.*3.*cap.*2.*n.*1.2.Barboſ. *in d.collectan.n.*99.Boëri, *deciſ.*50.*n.*3. 4. Panth.Cremenſ.*in d.l.*1.*num.* 163. Hermoſ. *d.gloſ.*9.*n.*4. Farinac. *in fragment.part.*1.*verbo decipere,num.* 40. Idem eſt , ſi dolus in læſione interuenerit ; de quo D. Couarr.*infra,cap.ſequenti,num.* 12. Dicaſtill. *num.* 291. 293. 344.*cum ſeqq.*

Verſ. *Secundò inde conſtat.*

18 Licitè poteſt quis pecunia credita vendere ſummo precio,quod ſtatim numerata , infimo forei venditurus ; quia nulla iniuſtitia interuenit,& ſic nec vſura;Dicaſtill.*diſp.*1. *dub.*6.*n.*62.Bonacina *ſupra, d.quæſt.*2. *punct.* 4. *num.* 6. *verſ. Reſpondeo primò,*Pet.Nauarra *de reſtit.lib.*3.*cap.*2.*n.*2.Regiuald.*lib.*2.*n.* 309.Rebell.*d.lib.*9.*q.*2.*ſect.*2.Lup.*de vſur. comment.*3.*in cap.nauiganti,*§.5.*n* 116.*de vſur.* Vgolin.*eod.tract. cap.*39.*ſect.*1.*num.*4.6.Franciſc.Tolet.*in ſua inſtruct. Sacerdot.lib.*5.*cap.*31.*num.*4.Cyriac.*tom.*1.*controuerſ.*169.*num.*16. 17. Lopez *de contractib. lib.* 1. *cap.* 36. *concluſ.* 2. *fol.*151. *col.*2. Azor.*inſt.moral.part.*3.*lib.*8. *cap.*8. *col.*1.Sot.*d. lib.* 6. *quæſt.*1.*art.*3.*col.*3. Gutiert.*Canonicar.quæſtion.lib.*1.*cap.*39. *num.*11. Auendaño *de cenſib. cap.*27.*num.*9.Pater Molin. *d. diſp.*347.*n.*5. Valaſc.*conſ.*44.*num.*4.Pat.Sanch.*conſil.moral. lib.* 1. *cap.* 7. *dub.* 15. *numer.* 1. Sic poterit , anticipata ſolutione , pretio infimo emi, vt ſentiunt Dicaſtill. & alij *ſup.*

Ad Num. 3.

De probatione iuſti pretij rei venditæ ad dignoſcendum, 19
an læſio vltrà dimidiam interceſſerit , latiſſimè diſſeruerunt, Pinell.*d.part.*3.§.*vltim.*Hermoſ.*in d.l.*56.*gloſ.*6. Ceuall.*quæſt.*664.Guttier.*de gabell.d.c.*147.*à n.*14.& alij,quorum iſti meminerunt, illud adnotantes,ad læſionem conſiderandum eſſe rei valorem iuxta tempus, quo contrahitur;nam augmentum,vel deminutio ex poſt facto ſuperueniens iuſtum,aut iniuſtum facere contractum haud poteſt, Hermoſ.*gloſ.*5.*num.*1.vbi plurimi,Pinell.*d.* §. *vlt. num.* 15. Ceuall.*vbi proximè,num.*1. Matienç.*in d.l.*1.*gloſ.*4. *num.* 1. vbi Azeued. *num.* 12. Padilla *in d.l.* 2. *num.* 70. Scaccia *d.* §.1.*quæſt.*1.*à numer.*292.Surd.*de aliment.tit.*9.*quæſt.*11.*n.*28. *verſ. Aduerto etiam* : Cardinal. Mantica *de tacit. & ambig. conuent.lib.*8.*tit.*22.*n.*1.& 2.Menoch.*conſ.*843.*nu.*43. Cenc. *de cenſib. part.*1. *cap.*1. *quæſtion.*4.*art.*3.*num.*30.Gratian.*diſceptat.cap.*756.*ex num.*51.Cyriac.*tom.*1.*controuerſ.*1.*à n.*33. Quod tamen fallit , cum effectus,ſiuè executio contractus in futurum confertur , nam tunc traditionis tempus inſpicitur;Hermoſ.cum multis,*n.*10.11.qui *n.*12.ait , contractum poſſe reſcindi,licèt in eo à principio læſio non fuerit,ſi ex eo deinceps contingat,cum ſcilicet habet tractum ſucceſſiuum:veluti ſi quis ſe obligaret ad coquendum panem certæ familiæ,ac poſtea multùm augeretur;nam ſi, conſiderata mercede tempore contractus conſtituta, contrahens læſus repetiatur,iuuabitur *d.l.*2 auxilio,& ita docent Pinell. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 27. Theſaur. *deciſ.* 226. *num.*2. Cancer.*variar.lib.*2.*cap.*1.*num.*253. Deci.*conſ.* 534. & alij apud Hermoſill.D.Larrea, *allegat.Fiſc.*23.*num.*3. & *allegat.*32.*per totam,*quæ doctrina intelligenda non eſt,cum aliquid emitur , in quo contrahentes fortunæ ſe committunt, vt in cenſu vitalitio,vel alimentis,iactu retis,& ſimilibus;nam etſi plurimùm excedat ſpem, quod rete percipitur, aut diutiſſimè viuat, qui alimenta,vel cenſum recipit, non ideò erit remedio reſciſſionis locus,vt DD.paulò ante laudati tenent.

Ibi : *Ego ſanè diſtinguendum eſſe arbitror.*

Venditore agente ad reſciſſionem contractus , vt teſtes 20
concludenter deponant,dicere debent , rem infimo pretio tantum valere , vt ex eo læſio vltrà dimidiam computetur. Per contrarium emptor ſimiliter agens probaturus eſt rei valorem iuxta ſupremum pretium , vt inde an vltrà dimidiam læſus fuerit , ſciri poſſit. Ita cum *D. Couar.* ſentiunt Hermoſ. *gloſ.* 9. *numer.* 43. Matienç. *gloſ.* 2. *numer.* 48. Valaſc.*dict.conſ.*44.*num.*3. Nauarr.*in manual. cap.* 17.*num.*228.& *cap.* 23. *num.*38.Molin.*d.diſp.*349. Felician. *de cenſib. lib.* 1. *cap. vlt. num.* 18. Tametſi Saluni *de iuſt. & iur.tom.*1.*quæſt.*79.*art.*1.*controuerſ.*17. & Scaccia *dict. quæſt.* 7.*ampliat.*10.*num* 40. opinentur à pretio medio tam quoad venditorem,quàm quoad emptorem,læſionis computationem eſſe faciendam.

Ibi : *Quibus ea ratio aduerſatur.*

Qualisquaiis exceſſus vltrà dimidiam ſufficit ad vendi- 22
tionis reſciſſionem , Hermoſ. *dict. gloſ.*9. *num.* 44. vbi plures ., Burgos de Paz *in cap. cum dilecti,n.*14.*de empt.& vend:* Ant.Gab.*d. tit.de empt,concluſ.*1.*n.*6.*ampliat.*2. Scaccia *d.ampliat.*10.*n.*6.Pinell.*d.cap.vlt.n.*9. Seraphin.*de priuileg.iurament.priuileg* 83.*n.*96.*verſ. Et cum* læſio ,Barboſ.*in d. collect.n.*110 Maſcar.*de probat.concluſ.*1215.*n.* 11. Matienç. *d.gloſ.*2.*n.*45.Valaſc.*ſupra,n.*2.Pet.Greg.*d.cap.*24.*n.*13. Vnde ſi teſtes pro venditore interrogati dixerint , rem iuſto pretio infimo valuiſſe centum , & plus ; & vendita fuerit quinquaginta,læſionem vltà dimidiam concludenter probabūt,quia neceſſe nō eſt,vt cōſter,quātus fuit exceſſus,cū vel minim⁹ ſatis ſit,quo caſu teſtes ita deponētes probate, generaliter docuit Menoch.*de arbitr.li.*2.*caſ.*47.atq; ita in

ſpecie

ſpecie affirmant Barboſ. Pinell. Hermoſ. *vbi proximè* Padill. *num.* 41. Matien. *d. n.* 45. Azeued. *in dict. l.* 1. *Recopilat. n.* 19. Valaſc. *vbi ſupra*; licet in contrariam ſententiam itum ſit ab aliquibus relatis per Hermoſ. *d. n.* 44. *verſ. Si autem pauca.*

Ibi: *Verum ſi teſtis hac de re interrogatus.*

22 Teſtis aſſerens, contrahentem vltrà dimidiam læſum, tunc probabit, cùm rationem dicti ſui concludentem reddiderit, declarato rei iuſto valore; alioquin ei credendum non eſt, maximè in re adeò difficili, cum poſſit ex credulitate, vel ſua particulari affectione ad rem illam, deponere, Valaſc. *ibidem, num.* 1. *in fin.* & faciunt tradita per Hermoſ. *dict. gloſ.* 6. *num.* 80. 82.

Ibi: *Illud propterea adnotanter.*

23 Quanquam vbi certum tempus, vel quantitas probanda eſt neceſſario, teſtes deponentes per adiectionem verbi, *plus*, minimè concludant: Menoch. poſt Bartolum *d. caſ.* 47. *num.* 4. Tamen ſi læſus, volente altero contrahente pretium ſupplere, eſſet contentus ea quantitate vſque ad dimidiam iuſti valoris, & quicquid ſub verbo, *plus*, contineretur remittere, vt onus probandi exceſſum euitet, audiendus erit; cùm ſumma læſionis vſque ad dimidiam, de qua teſtes certò depoſuerunt, ſatis probata ſit; quod apertè colligitur ex Menoch. *ſupra.* Nec defereretur iuramentum ſuppletorium probationis læſo, quod in hac materia non admittitur, quia valor rerum melius ab alijs, quàm à dominis ſciri præſumitur, cum plerumque propter affectionem pluris eas æſtiment, quàm valent, Pinell. cum alijs, *d. cap. vlt. num.* 13.

Ad Num. 4.

24 Iuſtum rerum pretium non ex affectione particulari alicuius, ſed ea communi hominum opinione æſtimatur, quia ex delicijs vel ſingularibus votis res metiendæ non ſunt, vt Conſultus ait *in l. illud* 16. *ff. de manumiſ. vindict.* Hermoſ. *in l.* 3. *gloſ.* 4. *n.* 21. *tit.* 5. *p.* 5. Pinell. *ſupra n.* 17. Pichard. *in §. His autem verbis. n.* 12. *Inſtit. de leg. Aquil.* Menoch. *conſ.* 183. *n.* 27. Panthal. Cremenſ. *in d. l.* 2. *n.* 318. Cyriac. *d. controuerſ.* 1. *n.* 29. Eſcob. *de ratiocin. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 23. Guttier. *d. lib.* 2. *practicar. q.* 182. *n.* 10. Gom. Vayo *in prax. lib.* 3. *num.* 106. Franciſc. Marc. *q.* 484. *n.* 1. & 37. *p.* 1. Morl. *d. tit.* 9. *q.* 8. *n.* 15. Raphaël de Turri *ſupra, diſp.* 1. *q.* 24. *num.* 36. Valenç. *conſ.* 156. *num.* 55. Valaſc. *in prax. partition. c.* 10. *n.* 2. Ceuall. *d. q.* 664. *n.* 2. Mantica *deciſ.* 239. *num.* 3. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſ.* 18. *in princip.* Matien. *d. gloſ.* 2. *num.* 1. Vnde tantum res valet, quanti communiter cuique eius conditionem non ignoranti citra fraudem venire poteſt: *l.* 1. *§. Si heres, ff. ad Trebellian. l. liberto octoginta,* 26. *ff. de bon. libertor.* Hermoſ. *in d. l.* 56. *gloſ.* 6. *num.* 6. Mareſcot. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 114. *n.* 13. Bonac. *d. punct.* 4. *n.* 6. *verſ. Obijcies primo,* Cyriac. *tom.* 3. *controuerſ.* 453. *num.* 71. Maſtrill. *deciſ.* 280. *num.* 52. Guttier. *practicar. lib.* 4. *quæſt.* 61. *num.* 12. 13. Didac. Per. *in l.* 2. *col.* 6. *verſ. Sed huic noſtræ regulæ, tit.* 23. *lib.* 4. *Ordinament.* Ricc. *collectan.* 916. Afflictis *deciſ.* 23. *num.* 316. Mantica *de tacit. conuent. lib.* 4. *titul.* 20. *num.* 8. Morl. *ſupra, quæſt.* 6. *num.* 4. Scaccia *dict. ampliat.* 10. *num.* 56. *verſ. Nam in re mobili,* & pretium iuſtum cenſetur, quod currit loco, vbi res eſt, non vbi contrahitur, niſi venditor ſuo periculo, & expenſis eam adſportare in locum contractus promiſerit, Dicaſtillo, cum alijs, *dubit.* 7. *num.* 110.

25 Eſt tamen aduertendum, propter affectionem venditoris rem pluris venundare licere, quam communiter valet, etiamſi pretium lege taxatum ſit, Card. Lug. *ſect.* 7. *num.* 90. Rebell. *dict. lib.* 9. *q.* 1. *ſect.* 7. Salon. 2. 2. *q.* 77. *art.* 1. *controuerſ.* 18. & *q.* 88. *art.* 2. *controuerſ.* 21. *n.* 4. Remig. *in ſumm. tract.* 2. *cap.* 7. *§.* 26. *num.* 3. *verſ. Tambien ſi vna coſa,* & alij apud Bonac. *dict. punct.* 4. *num.* 15. Cyriac. *dict. controuerſ.* 453. *per totam,* vbi agens de rebus, quarum pretium taxatum lege non eſt, idem in foro exteriori procedere, nec locum eſſe contractus reciſſioni, optimè, lateque probat, quoties dominus exceſſu iuſti pretij inducitur ad vendendum, quod alioqui non eſſet venditurus, modò emptor nulla neceſſitate compulſus valorem rei non ignorans emat; quia affectus, quem quiſque ad res proprias habet, & actus vendendi, ad quem regulariter compellitur nemo, *l.* 3. *tit.* 5. *p.* 5. *l. inuitum* 11. *l. dudum* 14. *C. de contrahen. empt.* pretio ſunt æſtimabiles; Leſ. *d. cap.* 21. *dubit.* 3. *num.* 17. & *dub.* 4. *n.* 31. Nauar. *in manual. c.* 23. *n.* 83. homines enim voluptate, aut commoditate, quam ex rebus proprijs percipiunt, ob lucrum, vltrà valorem earum carere conſentiunt. Sic Cicer. *in.* 1. *orat. de lege Agraria, contra Seruilium Rullum,* quæ eſt *inter ſuas* 14. inquit: *Nihil enim eſt, quod non emi poſſit, ſi tantum des, quantum velit venditor.* Et hoc bonum pharmacum ad comparandum, quod deſideratur etiam ab inuitis, appellat Cyriac. *n.* 6. ſicut conſulit Iacob. Thoming. *conſ.* 48. *n.* 47. *volum.* 1. Quo caſu omnino vera eſt ſententia communis, quæ habet ſcienti valorem rei non competere remedium *d. l.* 2. de qua Cyriac. *n.* 18. Hermoſ. *in d. l.* 56. *gloſ.* 4. *num.* 78. Barboſ. *in d. collectan. n.* 51. qui plurimos laudant, etſi alias dubia cenſeatur; illud verò, quod vltrà iuſtum pretium datur, propriè donatio dici non poteſt, vt communiter docetur, ſed ob cauſam datum, magiſque pertinet ad contractum innominatum, do, vt facias; datur enim domino, vt vendat. De quibus vide *infra, n.* 32.

Quod ſi remedium *d. l.* 2. in præfata ſpecie non denegaretur emptori, fraudibus via aperiretur; nam qui vellet re aliena ſaltem ad tempus vti, poſſet exceſſiuum pretium domino offerre, quo eam conſequatur, ac poſſideat, quandiu licet ea ea conſtitutione agere, ac poſteà per illud remedium, aut totum, aut quod vltrà iuſtum pretium ſoluit, repetere, qua arte contra domini voluntatem toto eo tempore re aliena potiretur; quæ iniquitas, cùm ſit naturali iuri contraria, ſuſtinenda non eſt. 26

Duo tamen notat Leſ. *d. dub.* 4. *n.* 27. *verſ. Secundò affectus,* & *verſ. Sed quid.* Primùm, affectum rationi conſonum eſſe debere, vt res vltrà iuſtum pretium propter illum venire poſſit. Secundum, non pro libito venditoris pretium affectus præſtandum, ſed boni viri arbitrio. Vnde colligi poteſt limitatio ad doctrinam *Cyriaci* ſuprà traditam, nam ſi perpenſo iuſto valore rei, & affectus æſtimatione rationabili, tantus ſit exceſſus, vt emptor cenſeatur vltrà dimidiam læſus, æquum erit ei in tanto detrimento ſuccurri, venditorique imputandum eſt, quod voluit, tam exorbitans ſui affectus pretium extorquere.

Illud itidem adijciendum eſt, inter valorem, & pretium verſari diſcrimen, valor enim eſt æſtimatio intrinſeca, quam res habet à lege, vel communi hominum placito: pretium verò eſt quid extrinſecum, quod ad venditionis contractum refertur: Raphaël de Turri *d. diſp.* 1. *q.* 24. *n.* 19. & 20. Vnde aliud eſt rem tanti vendi poſſe, etiam iuſto pretio huic, vel illi homini; & aliud tantum valere: pretium namque ex ſingulari affectione iuſtum fieri poteſt, valor non vtique; illud triplex eſt, commune, conuentum, & ſingulare, Grammat. *deciſ.* 58. *num.* 8. Bertazzol. *de clauſ. in inſtrum. clauſ.* 3. *n. gloſ.* 1. *num.* 15. Cyriac. *ſup. num.* 19. Primum dat valorem rebus, non alia, quamuis iniquitatem non contineant: nam priuatus poteſt ex conuentione pretium vltrà valorem conſtituere, cum pecuniæ ſuæ ſit moderator, & arbiter: *l. in re mandata* 21. *C. mandat.* ſed non efficere, vt tanti apud cæteros omnes habeatur (in quo valor conſiſtit) quantùm ipſe dedit; Princeps vero, vel Reſpublica taxans pretium valorem rebus imponit, quoniam poteſtatem obtinet ſubditos obligandi, lege lata, vt tanti res æſtiment, quantum valere ſtabilitur, vt in cenſu redimibili, & in frumento, eſt in Hiſpania conſtitutum: *l.* 12. *tit.* 15. *l.* 12. *tit.* 25. *lib.* 5. *Recop.* Guttier. *d. lib.* 2. *practic. q. vlt. n.* 12. Turri *ſup. n.* 36. Adde Petr. Greg. *ſyntagmat. lib.* 25. *c.* 14. *n.* 3. vbi docet pretium aliud eſſe legale, aliud conuentionale, & commune aliud. 27

Verſ. *Primùm in contractibus.*

Iuſtum rerum pretium non regulatur ſecundùm excellentiam, quam in ſe naturaliter habent, ſed pro hominum libito, etiam à ratione diſſono conſtituitur: quia ea ipſis ſunt pretioſora, quæ humanis vſibus magis deſeruiunt, atque ita pretium rebus non imponunt ex naturali ordine, ſed ex vtilitate, vel oblectatione, quam ex eiſdem capiunt, cùmque ſæpè quæ ſuperioris ordinis ſunt iuxta naturam, vt animata, nullam, aut minorem commodita- 28

tem afferant, quàm inanimata; ideo hæc pluris, quam illa haberi ſolent: vt egregiè D. Auguſt. *de ciuit. Dei, lib. 11. c. 16, Quis enim domi ſuæ panem habere, quàm mures; nummos, quam pulices non malit? cum tamen ordine naturæ viuentia non viuenti us præponamur. Atque hinc etiam fit, vt plerumque carias comparemus equum, quàm ſeruum, gemmam, quàm ancillam, vtilitatis, vel voluptatis, non naturæ in æſtimatione ordinem ſequentes:* Card. Lug. *ſect. 4. n. 42.* Bonac. *d. punct. 4 n. 2.* Cyriac. *ſup. n. 71. & in deciſ.* quæ eſt *poſt controuerſiam* 261. *a. 8. tom. 2.* Rebell. *d. lib. 9. q. 1. n. 31.* Valaſc. *conſ. 43. n. 3.* Guttier. *lib. 2. practicar. q. 173. n. 6.* Matien. *d. gloſ. 2. num. 2.* Molin. *diſp.* 348. *n. 2.* Stracha *de mercat. tract. de contract. mercat. c. 2. n. 3.*

29 Hinc licitum eſt, apud Indos, Æthiopes, Iaponius, aliaſque barbaras nationes iocalia quædam, ac viliſſima, pro auro, argento, vel gemmis permutare; nam homines illi propter indigentiam, aut voluptatem tanti communiter habent, quæ ſecundùm ſuam naturam ſunt contemptibilia, quanti pretioſa; vnde contra iuſtitiam non peccant, qui iuſtum earum rerum valorem non excedunt, qui ex communi æſtimatione licet barbara gentium illatum conſtituitur, Rebell. *n. 37.* Bonac. *n. 5.* Mol. *n. 3* Card. Lug. *ſect. 4. num.* 48. Dicaſtill. *dub. 7. n. 113.* Leſ. *lib. 2. c. 21. dub. 11.*

Verſ. *Secundò, hinc apparet.*

30 Venditor merces vltrà communem æſtimationem venundare nequit, licèt cariùs eas emiſſet, maximóſque ſumptus, ac extraordinarios in eis comparandis feciſſet, Rebel. *n. 39. verſ. Ex dictis collige,* Guttier. *d. q. vlt. n. 10.* Sot. *d. lib. 6. q. 2. art. 3.* Bonacin. cum alijs, *n. 29.* Leſ. *d. c. 21. dubit. 4 n. 29.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ.* 170. *n. 1.* Farin. *deciſion. crim. 30. n. 7. p. 1.* Matienç. *n. 3.* Valaſc. *conſ. 43. n. 6.* Nam cum mercator commerciando ſe exponat tam lucro, quàm damno, ſicut quando feliciter res eueniunt, lucrari poteſt vſque ad commune pretium, etſi plurimùm excedat expenſas, ita & diſpendium ob aduerſam fortunam debet ſuſtinere, Bonac. *vbi proximè,* Mol. *d. diſp. 348. n. 9.* Sanch. *d. dub. 15. n. 6.* Dicaſtill. *diſp. 2. dub. 2. n. 22. & 23.* Sed ſi nondum pretium taxatum ſit lege, communivè æſtimatione, veluti cum merces incognitæ ex Indis adſportantur, ad iuſtificationem pretij expenſarum, quas fieri oportuit neceſſariò, & pretij, quo fuerunt emptæ, ratio haberi debet; non tamen detrimenti, quod propter aduerſitatem, vel ſuam ignauiam mercator paſſus eſt; Bonac. & Leſ. *vbi proximè,* Guttier. *d. n. 10.* Sot. *d. art. 3.* Dicaſtill. *num. 24. 25.*

Verſ. *Tertiò, eadem ratione.*

31 Hanc concluſionem probat textus *in l. ad reſcindendam 4. C. de reſciad. vend.* & vltrà proximè allegatos, videndi ſunt Pat. Vazq. *in opuſc. de reſtit. capit. 5. §. 4. dub. 4. ad fin.* Rebuff. *in l. vnic. num. 499. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt,* Matien. *num. 4.* Mol. *num. 8.*

Verſ. *Quartò, manifeſtum eſt.*

32 Licitum eſt, pretium excedere commune, propter damnum, quod ex diſtractione rei ſuæ ſentit venditor, Card. Lug. *ſect. 7. n. 91.* Guttierr. *canonicar. lib. 1 c. 39. num. 25.* Cyriac. *d. controuerſ.* 453. *n. 12. cum ſeqq.* Caſtill. *Sicil. deciſ.* 127. *n. 22. part. 2.* Matienç. *vbi proximè,* Crauet. *conſ.* 1000. *in vlt. part. n. 160. vol. 6.* Bonacin. cum alijs *d. punct. 4. n. 27.* Molin. *d. diſp.* 348. *n. 6.* Leſ. *d. dubit. 4. n. 26.* Idem erit, ſi compulſus vendat, Maſtrill. *deciſ. 17. tom. 1. & deciſ. 280. n. 16. tom. 3.* Giurb. *deciſ. 86. n. 14.* Hermoſil. *in d. l. 1. gloſ. 1. n. 54. tit. 5. p. 5.* Rota per Farinac. *deciſ. 372. n. 3. p. 1.* Noguer. *alleg. 18. n. 70. verſ. Atque ita, cum ſeqq.* Damnum autem in præſenti accipitur, non ſolùm pro intereſſe pecuniario, ſed etiam pro affectu; nam ſiquis in alterius gratiam, vendat domum auitam aut picturam, vel ſtatuam egregij artificis, quam charam habet; poterit plus exigere, quam communiter ea res æſtimatur; Bonacin. *n. 15.* Leſ. *n. 26.* Petr. Greg. *d. c. 14. n. 3.* de quo diximus *ſupr. n.* 28. Vt autem ratione damni venditoris cariùs res vendi poſſit, neceſſe eſt, quòd emptor valorem iuſtum rei non ignoret, atque certioretur quod propter eam cauſam à pretio communi receditur; nam etſi precetor, vt ſibi domus, vel quid aliud vendatur, non inde ſequitur, velle ſupra iuſtum pretium aliquid largiri; Molin. *d. diſp. 348. n. 7.* Leſ. *ſupra, n. 27.*

Per contrarium, nihil ſupra iuſtum pretium commune accipi poteſt, ob vtil[illegible] in particularem, quam ex re empta emptor eſt percepturus propriâ induſtriâ, artificio, vel fortunâ; nam cum hæc venditoris non ſint, iniquum erit, vt aliquid propter ea percipiat, Bonagina cum alijs, *num* 27. Guttier. *d. c. 39. num. 30.* Molin. *ſupra, num. 6.* Leſ. *d. dubit. 4 n. 31. verſ. Aduerte tamen.* Nec propter neceſſitatem emptoris, Dicaſtill. *diſp. 2. dub. 2. num. 32.* 33

Verſ *Quintò infertur poſſe iuſtè emi.*

Res iuſtè minoris emitur, quam in ſe valet propter onus, vel periculum ei annexum, Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 87. à n. 4.* Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ. 6. n. 86.* Guttierr. *de iuramen. confirmat. part. 1. c. 26. n. 14. 15.* Nogoerol. cum multis, *allegat. 37. à 62.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 20. à n. 38.* Pinell. *d. cap. vlt. num. 19. cum alijs,* Matienç. *ſupra, n. 5. & 26.* Gratian *diſcept. cap. 600. n. 7.* Menoch. *conſ.* 358. *n. 27.* Sot. *lib. 1. q. 4. art. 2.* Rodr. *de ann. reddit. lib. 1. q. 9. n. 26.* Sic licet nomen debitoris emere pro minori quantitate, quam debetur, propter expenſas, periculúmque exactionis, Cyriac. *contr. 169. n. 23.* Menoch. *de præſumpt. libr. 3 præſumpt. 129. n. 4* Leſ. *dict. cap. 21. dubit 8. n. 64.* Molin. *diſp. 361. n. 4.* Salon. *ſupra, tom. 2. q. 78. art. 2. controuerſ. 17.* Mangil. *de euiction. q. 79. n. 19.* Mantic. *ſupr. tit. 13. num. 16.* Trull. *in Decalog. lib. 7. cap. 20. dub. 10. n. 3.* Guttier. *d. cap. 39. n. 33.* Felician. *de cenſib. lib. 2. cap. 1.* Giurb. *deciſ. 117. num. 3.* Imò ſentiunt aliqui, minoris etiam emi poſſe debitum in tuto collocatum, facilíſque exactionis. Cyriac. *vbi proximè, n. 27. & 28.* vbi alij; Pat. Sanch. *conſ. moral. lib. 1. c. 7. dub. 17. num. 4.* Dian. *part. 1. tract. 8. reſol. 49.* Trullench *n. 4.* Quoniam minoris actio, quàm res, communiter æſtimatur: Hermoſ. *vbi proximè, n. 93.* Pinell. *n. 37.* Marienç. *n. 37.* Contrarium tamen receptius eſt, & vſuram hoc caſu committi, cum pluribus reſoluit Bonacin. *d. tom. 2 diſp. 3. de contract. lib. q 3. de mutuo. & vſur punct. 10. n. 2.* Card. Lug. *ſect. 7. §. 1. n. 95. cum ſeq.* vbi plures referens, latè diſſerit, & quid de debitore ipſo, & Regijs Miniſtris: Dicaſtill *d. dub. 6. ex a. 68.* 34

Ex contrario, propter periculum amittendi pretium, ac difficultatem exigendi illius, cariùs res vendi poteſt pecunia credita, quàm ſtatim ſoluta, Dicaſtill. *d. diſput. 2. dub. 6. n. 63.* Guttier. *d. cap. 39. num. 23.* Cyriac. *ead. controuerſ. 169. n. 15.* Sà *in ſumma, verbo, Venditio, n. 3.* Molin. *diſp. 316. &* alij, quos refert Bonacin. *d. punct. 4. n. 18 verſ. Ex quo fit:* qui *num.* 9. rectè obſeruat, non teneri quem reſtituere, quod plus accepit, vel minus ſoluit iuſto pretio, ob periculum, vel expenſas, quas probabiliter ſe facturum credidit, etſi in effectu nullum detrimentum ſuſtineat; quia iam ſe periculo expoſuit, quòd pretio eſt æſtimabile, *l. periculi 5. ff. de nautic. fœnor.* conſentit Guttier. *dict. cap. 39. num. 32.* Dicaſtill. *num. 63.* vbi idem docet ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis. 35

Ratio præmiſſæ principalis concluſionis eſt; nam valor rerum conſideratur cum omnibus circunſtantijs, & qualitatibus, earum æſtimationem augentibus, aut minuentibus; tantumque aliquid valet, quanti cum ſuis grauaminibus, vel commodis communiter vendi poteſt *l. in quantitate 73. §. Magna, ff. ad leg. falcid. d. l. 1. §. Si heres, ff. ad Trebellian. l. liberto octoginta, ff. de bon. libertor.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 87. à num. 4.* Matienç. *d. gloſ. 2. n. 25.* Menoch. *conſ.* 1169. *n. 2.* Cagnol. *in d. l. 2. n. 253. & 254.* Hermoſ. *vbi proximè, n. 86.* Surd. *d. deciſ. 217. n. 250.* Mantic. *d. tit. 20. n. 41.* Vnde onera impoſita emptori in venditione, pars pretij eſſe dicuntur, quia illud minuunt; *l. fundi partem 79. ff. d. contrahend. empt.* Cyriac. *vbi proximè, num. 6.* Matienç. *num. 26.* 36

Ibi: *Et quamuis Hoſtienſis, & alij.*

Hæc, quæ ſequuntur, typographorum errore hic ſunt inſerta, cum ad præmiſſam concluſionem minimè pertineant: quod ex eo apertiùs conſtat, quia in *columna proxima ſequenti*, ſub *n. 6. verſ. Cæterum,* ſuo loco iterum repetuntur: qui error in Antuerpienſi editione reperitur. 37

Ad

Ad Num. 5.

38 Pretium mercium ſolet augere earum indigentia, multitudo emptorum, & pecuniæ abundantia; & è contra illud minuunt copia ipſarum, emptorum paucitas, ac pecuniæ indigentia; Card.Lug.*num.*44. Dicaſtill.*d.diſp.*1.*dub.*3.*n.*33. Leſ.*d.dub* 4.*n.*15. Cagnol.*in d.l* 2.*num.*15. Lup.*in l.*1.*n.* 37. *C.de pact.int.empt. & vendit.* Maſcard.*concluſ.*651.*num.*7. Bonacin.*dict.punct.*4.*num.*14. Menoch.*dict.conſ.*1169.*n.*3. Gutter.*practic.lib.*4.*quaſt.*61.*num.*7. Cyriac.cum alijs, *dict. controverſ.*453.*num.*51. Rebell.*d.lib.*9.*q.*1 *num.*34.*verſ.Primo ergo*, Bobad.*in politic.lib.*3.*c.*4. *num.*63. vbi tradit quæ ſint conſideranda ad pretium rebus imponendum, Valaſc. *d. conſ.*43 *num.*5. Scacc.*d.*§.1.*quaſt.*1.*num* 436. Leſ. *num.*30.36. Matienç.*ſupr.num.*6. Dian.*dict.p.*1.*tract.*8 *reſolut.*13. Molin. *diſp.*340. *num.*4. Hinc eſt, quod merces minoris æſtimantur, cum nundinæ diſſolutioni ſunt proximæ, quam cum inchoantur, quia emptores, & pecunia deficiunt: Guttier. *d.c.*39.*num.*13. Sot.*d.li.*6.*q.*4.*art.*1. Dicaſtill. *num.*41. Hinc tempore peſtis, & belli, rerum pretia decreſcunt, Hermoſill.*d.gloſ.*6.*n.*104. Cyriac.*vbi proximè*, & alij communiter: quod limita, quoad res victui neceſſarias ægrotis, nam hæ plurimi habentur, vt experientia docet.

Ibi: *Et eodem pacto pretium minuitur.*

39 Res, quæ venditioni ſic exponuntur, vt emptor ipſarum quærat, minoris, quàm aliàs valerent, communiter æſtimantur; quare vilius ſub haſta regulariter emitur: Menoch.*dict.conſ.*358.*num.*4. Cagnol.*ſupra,num.*161. 166. Guttierr.*practicar.lib.*1.*quaſt.*181.*num.*4. Medin.*de reſtitut. q.*31. *verſ.Procedit hoc documentum*, Bonacin. *dict. punct.* 4.*n.*21. *verſ.Secundò ſi merx*, Sà *verb.emptio*, *num* 4. Diana *vbi proximè*, Pat. Vazq.*ſuprà,cap.*5.§.1.*dub.*10 *num.*61. Turrian.2.2. *tom.*2.*diſp.*57.*dub.*6.*num.*5. Molin.*dict.diſput.*348.*num* 5. Leſ. *vbi ſupra,num.*53. Cardin. Lug. *ſect.*4. *num.*45. vbi probat, venditorem iuſtè exigere pretium commune, Dicaſtill. *dub.*4.*per tot.* Et quidem pro tertia parte, aut dimidia pretium minuitur, Molin. Leſſ. Cardin. Lug. & alij *ſuprà*. Quæ omnia procedunt etiamſi venditor neceſſitate compulſus res proprias exponat venditioni, Bonacin. *vbi proximè*, vbi alij. Vide Caramuel *in Theolog. fundament. num.* 1095. qui probat, iuſtè eas res emi poſſe pro quocunque pretio, ſi alius non reperiatur, qui plus offerat: cui fauet Petr. Greg. *vbi ſtatim laudabitur*: Videas Dicaſtill.*ſupr.*

40 Ex his maximè dubitatur, an admittatur ad remedium *d.l.* 2. Is, cuius bona ſub haſta ſunt diſtracta, ſiue vltrò, ſiue iudicis præcepto? nam cum illud iuſtum pretium ſit, quo aliquid communiter æſtimatur, & ea, quæ ſubhaſtantur, tanti habeantur, quantum pro eis abſque fraude potuerit reperiri, nulla iniuſtitia, aut læſio in huiuſmodi venditionibus conſideratur, maximè cùm per licitationem aliquando pluris, aliquando minoris res veneant; Cardin Lug. cum plurib. *num.*43. *verſ. Huc pertinet*. Bonacin.*vbi proximè,verſ.Tertiò ſi quid ſub haſta*, vbi cum communi Theologorum reſoluit, licitè poſſe retineri, vel pretij exceſſum, vel rem viliſſimo pretio comparatam, vbi ſub haſta contractus venditionis celebratur. Nec locum eſſe affirmat prædictæ conſtitutioni, niſi pretium rei venditæ fuerit lege taxatum; & quod læſionis, vltrà dimidiam ratio non habeatur in caſu, de quo agimus, docent Cyriac. pluribus laudatis, *d.controverſ.*453.*num.*33. Panthal. Cremenſ.*in d.l.*2.*num.*308. Fabian. de Monte *de empt. & vend. quaſt.*5. *ſub q.*8. *principali*, *num* 22. Afflict. *in tract. de iur. prothomiſeos*, § 2.*n.*19. Guid. Pap.*q.*22. *in fin.* & eſt communis opinio, imò magis communem eam dixit Menoch. *conſ.*144 *num.*33. Petr. Gregor.*d.c.*14.*num.*17.

41 Nihilominus contrarium, vt verius, ac receptius tenendum eſt, tam de iure communi, quàm Regio, iuxta quod nulla de hoc poteſt eſſe controuerſia, extante *dict. l.* 1. *tit.*11. *lib.*5. *Recopilat.* vbi expreſſum eſt, remedium reſciſſionis competere pro rebus ſub haſta diſtractis; & ita docent Cardin. Lug.*ſect.*6.*num.*79. Ant. Gom.*d.cap.*2. *num.*23. Hermoſ.*in d.l.*56.*gloſ.*4.*num.*13. 14. Parlador. *rer. quotidianar.lib.*2.*cap.vltim. part.*5.§.16. *à numer.*10. Ceuall. *d.quaſt.* 536.*à princip* Aug. Barboſ.*in d.collect.num.*9.& 16. Trentacinq.*d.reſolut.*3.*num.*4. Gratian. *diſcept. cap.*461.*numer.*30. Oſuuald.ad Donell.*libr.*23.*cap.*13.*in fin.* Guttier. *practicar.d. lib.*2.*q.* 61.*num.*5. Padill. *in d.l.*1.*n.*30. Salgad. *in labyrinth. part.*3.*cap.* 10. *ex num.*4. Amaya *in l.*1.*n.*56. & 57. *C. de fide inſtrument. & iur.haſt. Fiſcal. lib.*10.D. Larr. *allegat. Fiſcal.* 106.*numer.*9. Molin. *d. diſput.*349.*numer.*13. Cancer *variar. part.*1.*cap.*13. *num.*4. & plurimi alij. Quod procedit etiam in re vendita pro debito Fiſcali, Trentacinq. cum alijs *ſupra,num.*3. Hermoſ. *d.num.*14. Quod remedium emptori, ac venditori commune eſt, nec diſtinguitur an fuerit ſubhaſtatio voluntaria, vel neceſſaria. Adde Fachin. *lib.*2.*controverſ.cap.*20.*verſ.Sed nullius.*

Ibi: *Quòd ſi merces ſint neceſſariæ.*

Vilitas enim pretij mercium inopiam ſolet generare, vt 42
Marcellinus Iulianum Imperatorem reprehendens oſtendit, *lib.*22. *hiſtoriar.* ibi: *Nulla probabili ratione ſuſcepta popularitatis amore vilitati ſtudebat venalium rerum, quæ nonnunquam ſecùs, quàm conuenit ordinata, inopiam gignere ſolet, & famem.* Quem refert Bobadill.*dict. cap.*4. *num.*15. *ad fin.* Et per contrarium, pretij augmentum facit, Rempublicam neceſſarijs abundare, Bobadill.*vbi proximè*, Petr. Gregor. *Syntagmat.lib.*36.*cap.*30.*num.*4.

Ibi: *Et probatur ex eo quod vbi adeſt neceſſitas,*

Merces ad victum neceſſarias, publica vrgenti neceſſi- 43
tate, dominus iuſto pretio vendere compellitur, quod per iudicem moderari poteſt boni viri arbitrio, etſi alioquin propter ſterilitatem pluris venirent: Bobadill.*ſupra,n.* 66. Matienç *d.gloſſ.*2.*num* 41. & 42. Francisc. Marc. *deciſ.* 510. *num.* 42. & 43. Afflict. *in proœm. conſtitut. Neapolit.quaſt.*3. *num.* 6. Molin.*diſput.*341.*num.*4. Didac. Per.*in l.*2.*gloſſ.magna,tit.*23 *lib.*2.*Ordinament* Ant. Gom.*d.cap.*2.*n.*52.*verſ.Secundus caſus*, Guttierr.*practicar.lib.*4.*quaſt.*49.*n.* 3. Suar. *in Theſaur receptar ſentent.verb.vendere,n.*13. Hermoſill.*in l.*3. *gloſ.*1.*n.*60.*tit.*5.*part.*5. Cancer.*part.*1.*cap.*13.*de empt.n.*77. Aluar. *de priuileg.pauper.part.*1.*quaſt.*24 *num.* 4. Azeued. *in l.*1. *num.* 21. *tit.* 25. *lib.* 5. *Recopil.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.*77.*num.*6.& *tit* 8. *q.*94.*num.*4. Maſtrill.*deciſ.* -. Franch. *deciſ.* 9. *per totam.* Quod non ſolùm in comeſtibilibus, ſed etiam in eis, quæ ad veſtitum, aliúmve vſum ad vitam neceſſarium pertinent, locum habet; Strach.*de mercatur.part.* 4.*tit.in quib.caſib.mercatur.poſſ.exerceri,n.*51. Auiles *in c.*17. *Prætorum, verb.* à razonables precios,*n.*5. Caball.*reſol.crim. cent.*1.*caſ.*9.*n.*3.4. Surd.*d.titul.*8.*q.*48.*n.*8. Hermoſill. cum alijs,*ſupra,n.*61.

Imò, & Eccleſiaſtici, quacunque fulgentes dignitate, ad 44
vendendum compelli poſſunt per publicam ſæcularem poteſtatem, quæ abſque metu excommunicationis victualia ex ipſorum horreis, & domibus extrahet; *l.*1. *titul.*25.*lib.*5. *Recopilat.* Gregor. Lop. *in l.*54.*gloſ.*1.*titul.*6 *p.*1. Didac. Per.*in l.*11.*gloſſ* 1.*verb.*ſi acaeſcieſe. *tit.*2. *lib.*1. *Ordinament.* Ignat. del Vill.*in ſylua reſponſ. lib.*1. *reſponſ.*5.*n.*14. *part.*3. Caualcan.*deciſ.*17.*à n.*67. *part.*2. Guttierr. *practicar. lib.*1.*quaſt.*13.*num.*3. Mexia *in tract.de taxa panis*, *concluſ.*1. *n.*60.& 64. Menoch.*conſ.*137.*n.*8. *verſ. Cæterum*, & *n.*9. Bobad.*d.lib.*3.*c.*3 *n.*13. Gratian. *diſceptat. c* 145.*num.*43. latè Hermoſill. *vbi proximè*, *num.*64. quæ pretio taxato vendi debent, Curtell.*de immunitat.Eccleſiaſt.libr.*2.*quaſt.*9. Ortiz *in ſumma,cap.*4.*num.*9. Valer.*de different.vtriuſque for. verb. Clericus,differentia.*3. Sal.*tractat. de emption. & vendit. dub.*9. *num.*2. Villadieg.*in ſua politic.cap.*5.§.20.*num.*90. Nam Eccleſiaſtici taxam rebus impoſitam tenentur obſeruare, Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.*2. *cap.* 9. *dub.*15. *n.*1. Guttierr.*practicar lib.*4. *quaſt.*38. *n.*21. Molin. *diſp.*31. *num.*13. Nauarr.*in manual.cap* 23. *num.*88. Sot.*ſupra*, *lib.*1. *quaſt.*6.*art.*7. Bobadill.*lib.*2. *cap.*18. *num.*122. Mexia *ſupra, concluſ.*3.*num.*2.*cum ſeqq.* maximè *n.*35.

Contrarium vero ſcilicet Clericos, aliáſque perſonas 45
Eccleſiaſticas ad vendendum cogi non poſſe per iudices ſæculares, docent Caball.*dict.caſ.*9.*num.*10. Delbene *ſupra, dubit.*14.*n.*1. Cauale.*deciſ* 37.*n.*76. *p.*1. Ripol.*variar.reſolut. cap.*11.*de empt.n.*91. Molfeſ.*in ſumm tom.*2. *tract.* 12. *cap.*5. *num.*85. Bellet. *diſquiſit.clerit.part.*1.*tit.*5.§.3.*num.* 9. Mad.

in tractat. de Sacr. Ordinib. cap 14. *num.* 38. Duard. *in Bull. Cœnæ, lib.* 2. *canon.* 15. *q.* 17. *num.* 45. Guazzin. qui generaliter loquitur, *de defenſ. reor. lib.* 2. *defenſ.* 20. *cap.* 9. *num.* 10.

In qua controuerſia verior reſolutio videtur, quòd quando periculum eſt in mora, vel Superiores Eccleſiaſtici negligunt per ſe compellere, aut ſæcularibus concedere compellendi facultatem Clericos ad vendenda victualia tempore publicæ neceſſitatis, poterunt laici Iudices extorquere frumentum, & alia ab Eccleſiaſticis abſque excommunicationis metu; quia vtuntur naturali defenſione aduerſus eos, qui neceſſaria ſubtrahendo, ciuium, ac Reipublicæ interitum moliuntur: quibus ceſſantibus, iuxta ſecundam opinionem, non licet ſæcularibus in perſonas Eccleſiaſticas prætextu neceſſitatis iuriſdictionem, nec quoad bona, exercere. Ita Delbene *d. dubit.* 14. *num.* 2. *&* 3. Hermoſ. *d. gloſ.* 1. *n.* 62. *in fin.*

Ibi: *Vndè quod Bartolus ſcribit.*

46 Receptiſſima ac tuta eſt Bartoli ſententia, vt conſtat ex DD *in principio huius verſiculi* allegatis, indiſtinctè docentibus, pretium rerum ſpectantium ad victum, tempore neceſſitatis earum, taxandum eſſe etiam infra illud, quo propter penuriam venundari poſſint, nec inopiam pecuniæ deſiderant; bonum enim commune poſtulat, vt nedum indigentiæ victualium ſubueniatur, ſed etiam vt exceſſus pretij moderetur, cui ſterilitas præbuit occaſionem. Nec refert, quod ex hoc videatur iniuria earum rerum dominis irrogari; cùm publica vtilitas priuatorum commodis ſemper præferatur, *l. vnica, §. Tantum enim. C. de caduc. tollend.* Facilius tamen Bartoli doctrina practicabitur, vbi tam pecuniæ, quàm mercium penuria concurrerit, prout aduertit Bobadill. *dict. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 66. *verſ. Y aunque eſta opinion.* Ea verò pretij deminutio erit facienda, cùm merces ſunt penes eos, qui ad vendendum compelli poſſunt: ſed ſi per mercatores ſint aliundè conducendæ, potius augeri debent pretia, quam minui, vt ſpe maioris lucri ad eas adſportandas inuitentur: Petr. Gregor. *ſyntagmat. iur. part.* 3. *lib.* 36. *cap.* 30. *num.* 4. Ioan. de Plat. *in l. modios, in princip. C. de ſuſcept. & arcar.* Bobadill. *ſupra, num.* 65. *ad finem*, qui rectè ait, minus eſſe malum, victualia cariùs vendi, quam Rempublicam fame premi. Et an expediat generaliter rebus taxam imponi, tractat Card. Lug. *ſupra, ſect.* 4. *num.* 50. qui *num.* 49. alios laudat, de hac re diſputantes, Petr. Gregor. *d. lib.* 25. *cap.* 14. *num.* 56.

Ad Num. 6.

47 Concluſio hæc communis eſt, ac per conſequens tuta; nam vbi habita fide de pretio communiter venduntur merces, poſſunt ſic pluris venire, quàm præſenti pecunia aliquando diſtrahi ſolent; nec exceſſus iſte percipitur ob dilationem ſolutionis, ſed quia eſt iuſtum pretium, pro illo vendendi modo communiter conſtitutum, cùm homines eius loci perpenſis omnibus circunſtantijs talis contractus, merces ſic venundatas tanti æſtimarunt. Imo licèt illæ in aliquo ſpeciali caſu deficerent, non ideò dicetur vendens, aut vſuram, aut iniuſtitiam committere, quoniam ſemel pretio taxato, nihil intereſt, quod abſint cauſæ, propter quas fuit conſtitutum, quominus venditor tutè poſſit vſque ad illud lucrari: vt diximus *ſupra, num.* 33. veluti ſi mercator mercem incognitam, quàm p'rimi emit, maximiſque ſumptibus neceſſarijs conduxit, afferat, & his perpenſis certum pretium communi æſtimatione ſtabiliatur, licèt poſteà vilius comparet, & exiguas expenſas faciat, iuſtè percipit tantundem; ſic quamuis in conſtitutione pretij mercium; quæ ad creditum venduntur, ratio habeatur damni emergentis, lucri ceſſantis, periculi exactionis, expenſarum, ac moleſtiæ, quæ in exigendis debitis frequenter contingunt; tamen etſi nullum ex his timeat, aut patiatur venditor detrimentum, tuta conſcientia communi pretio venundare poteſt. Quam principalem aſſertionem ſolidis defendit fundamentis, Sanch. *d. dub.* 15. *à num.* 4. cámque tenent Dian *d. part.* 1. *tract.* 8. *reſolut.* 21. Leſ. *d. cap.* 21. *dub.* 4. *num.* 56. Sà *verb. venditio, num.* 7. Bonacin. *dict. punct.* 4. *num.* 27. *verſ. Hinc ſequitur eas merces*, Molin. *diſput.* 357. *num.* 3. Dicaſtill. *dub.* 6. *num.* 75. *cum ſeqq.* Azorius *in dict. cap. in Ciuitate, col.* 1. *num.* 3. *de vſur.* Dec. *conſ.* 111. *num.* 8. *&* 12. Syluest. *in ſumma, verbo, Vſura,* 2. *quaſt.* 2. Ang. *eodem verb* 1. *num.* 59. accedunt Sot. *d. lib.* 6. *quaſt.* 4. *artic.* 1. Cordub. *in ſumm. q.* 85. *verſ. Lo tercero.* Etſi cum limitatione formidinéque loquantur.

Idemque dicendum eſt, de ementibus anticipata ſolutione, quod emere minoris poſſunt, quàm tempore traditionis mercium præſenti pecunia compararent, ſi hic modus contrahendi frequentior ſit, iuſtáque conſuetudine introductus: Sanchez *ſupra, dub.* 16. Dian. *d. tract.* 8. *reſol.* 22. Cardin Lug. *ſect.* 7. §. 3. *num.* 110. Dicaſtill. *dict. lib.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 2. *dub.* 6. *à num.* 82. Molin. *diſp.* 360. Et alij apud Sanch. qui Authores contrarium ſentientes, tàm in hoc, quàm in ſuperiori caſu refert; quos ſequitur Guttier. *dict. cap.* 39. *num.* 35. *verſ. Hac tamen ſententia:* vbi latè præfatam opinionem impugnat, cuius argumentis vt ſatisfaciam, aliquandiù oportet immorari.

48 Et in primis, ad textom in *cap. in Ciuitate* cum ſimilibus, *de vſur.* dicendum eſt, ibi ſolùm prohiberi, aliquid cariùs vendi ob dilatam ſolutionem, quando iuſtum pretium exceditur; atque ita intra illius latitudinem ea prohibitio locum non habet, nec vſura committitur, vt ipſe Guttierr. docuit, ibi, *num.* 11. & cum *D. Couar.* probauimus *ſupra. num.* 21. In caſu autem, de quo agimus, venditores iuſtum pretium non tranſgrediuntur, cum ſit illud, quod homines communiter conſtituunt circunſtantijs, ac modo vendendi animaduerſis.

Nec obſtat ſecundum, nam cum ille vendendi modus ad creditum, ſit legitima conſuetudine inductus propter inopiam emptorum, & naturam mercium, quæ ſic venduntur, nihil eſt, quod venditoribus poſſit imputari.

Non tertium, quia pretium earum mercium, quæ, habita fide de pretio, venduntur, non fuit communi æſtimatione taxatum ob emptorum vtilitatem prouenientem ex dilatione ſolutionis, ſed quoniam attentis incommodis vendentium, & emptorum commoditate, in eo vendendi modo, qui frequentabatur, tantum merces ita venditas valere, apud ſe homines conſtituerunt. Præterea cum rarò in eis locis res, de quibus agitur, præſenti pecunia veneant, æſtimatio, quæ fit; cum ſic emuntur, potius eſt particularia, quam communis; quare illi ſtandum non eſt ad dignoſcendum earum valorem, vt diximus.

49 Non quartum, nam etſi nulla Reſpublica diuerſum pretium præſcribat rebus diſtractis præſenti pecunia, ac venditis ad creditum; vbique tamen, niſi lege prohibeatur duplex rerum pretium reperitur, vnum commune, alterum conuentum ſiue ſingulare, & vtrumque iuſtum: primum, communi hominum opinione conſtituitur; ſecundum, partium conſenſu, cùm propter contractus circunſtantias æquè à communi æſtimatione reſilitur: Cyriac. cum alijs, *dict. controuerſ.* 453. *n.* 19. & dictum eſt *ſupra, n.* 30. In ſpecie igitur noſtra, vnicum eſt pretium commune, illud ſcilicèt, quo merces ad creditum comparantur; nam ita ferè ſemper venire ſolent. Alterum conuentum, quando præſenti pecunia emuntur, quod rarò contingit: quo caſu iuſtis de cauſis à communi æſtimatione receditur, cum venditor incommoda euitet, quorum ſuprà meminimus; prætterquam quod pecunia præſens pluris, quam poſt tempus ſoluenda communiter æſtimatur: Noguerol. *allegat.* 18. *num.* 78. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 170. *num.* 16. Sanch. *dict. c.* 7. *dub.* 17. *num.* 4. *propè finem.*

50 Quintum diſſoluitur ex præmiſſis, ſiquidem pretium iuſtum commune venditores non excedunt, licèt ſupra particulare, vel conuentum quicquam accipiant; & vſura, aut iniuſtitia non committitur, niſi illud tranſgrediatur, à quo valorem intrinſecum res obtinent, vt oſtendimus *dict. num.* 30. Nec improbitati mercatorum tribuendum eſt, quod emptores non Inueniantur, qui pecunia ſtatim numerata comparent: imò regulariter, ſic vendere exoptant, paruóque lucro, ob repreſentationem pecuniæ ſolent eſſe contenti, vt iterum eam in alias negotiationes expendant, vt obſeruat Sanch. *d. dub.* 15. *num.* 4. *verſ. Tertio probatur.*

Ad vltimum tandem reſpondetur, mercatores exponere res ſuas venditioni iuxta conſuetudinem loci, in quo ſunt,

vt

vt recipiant pretium, quòd ibi commune eſt, cumque in vſu ſit, vt ad creditum vendantur pro pretio ſic currenti, non tenentur vnum, vel alterum, cum præſenti pecunia emptorem admittere, neque modum ibidem vendendi inſolitum acceptare; maximè cum ex paucitate emptorum pretia rerum minuantur, atque ideò iuſtè recuſant vendere eo modo, quo pauci inueniuntur qui velint emere, tam propter pecuniæ penuriam, quàm ob conſuetodinem vendendi ad creditum, vt docet Syluest. *vbi ſupr.*

Ex quibus *D. Couar.* ſententia defendi poteſt, quæ tamen ex mente Gutrier. poſſet limitari, cum non neceſſitas, ſed auaritia mercatorum eam corruptelam vendendi ad creditum introduxerit, ac obſeruauerit, vt plus lucrentur ob dilationem ſolutionis; cum enim hoc vſurarium ſit, nulla conſuetudine licitum fieri valet, *cap. fin. de conſuetud.* & data copia emptorum præſenti pecunia, ab hoc abuſu recedere venditores tenebuntur. Ad quæ omnino videas Cardin. Lug. *ſect.* 7. §. 2. *per tot. à n.* 105.

Verſ. *Cæterum quandoque licèt mercatori.*

51 Ad intellectum, *dict. cap. In Ciuitate 6. de vſur.* videndi ſunt Guttier. *dict. cap.* 39. Molin. *diſp.* 355. Bonacin. *dict. punct* 4. *num.* 16. Didac. Per. *in l.* 2. *col.* 54. *tit.* 2. *lib.* 8. *Ordinament.* Petr. Nauarra *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 280. Geminian. *de vſur. comment.* 3. §. 5. *à num.* 99. Cened. *ad Decretal. collectan.* 47. *ex num.* 4. Azor. *part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 8. 9. Matienç. *in l.* 25. *gloſſ.* 9 *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopil.* Laymann. *in theolog. moral. lib.* 5. *tract.* 4. *cap.* 15. *num.* 14. Rebell. *dict. libro nono, quæſtion.* 11. *numero quarto.* Sot. *dict. libro ſexto, quæſt.* 4. *art.* 2. *verſ. Poſterior concluſio*, Bolañ. *in Curia, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. Nauar. *in manual. cap.* 17. *n.* 241. Leſ. *dict. cap.* 21. *quæſt.* 8. Dian. *part.* 5. *tract.* 6. *reſolut.* 2. Aragon. 2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 4. Qui omnes, & alij plurimi tenent, tunc carius vendi poſſe pretio currenti, cum ſimul concurrit, tum quod dubium ſit, an tempore, in quod ſolutio confertur, plus, minusvè valituræ ſint rerum quod dominus eas eſſet vſque ad illud ſeruaturus, vt in *d. cap. nauiganti, in fine*, expreſſim habetur: quibus adde Leotard. *tract. de vſur. quæſt.* 98. *num.* 41. Card. Lug. *ſect.* 7. §. 2. *n.* 104. Dicaſtill. *ſup. dub.* 6. *num.* 61. licèt hanc vltimam conditionem non eſſe neceſſariam, cum Caietano, nouiſſimè probare nitatur Mag. Palacios *lib.* 4. *de contractib. cap.* 9.
52 *pag.* 150. *cum ſeqq.*

Quodſi à principio pretium certum non determinetur, ſed vendatur ad creditum pro eo, quod curret ſolutionis tempore, & veroſimile ſit, tunc minus valiturum quod venditur, aut ſaltem dubitetur, neceſſe non eſt, quòd dominus foret ſeruaturus; nam etſi forſitan poſſit venditor vltra pretium tempore contractus currens aliquid lucrari, non eſt ob dilatam ſolutionem, ſed quia ſe exponit etiam periculo minus recipiendi, quam ipſe tunc temporis perciperet. Leſſi. *ſuprà, num.* 1. Scot. 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 2. *art.* 2. Florentin *part.* 3. *cap.* 7. §. 13. *tit.* 1. Angel. *in ſumm. verbo, Vſura n.* 34. Sylveſt. *ibi, q.* 14. Medina *de reſtitut.* § *Sequitur, fol.* 126.

Ibi: *Quo fit, eum contractum illicitum eſſe.*

53 Non licet vendere habita fide de pretio rem, quanti plurimi fuerit à die contractus, vſque ad Kalendas Martij, vel Aprilis, ita vt ſi pretium currens de præſenti augeatur ad exceſſum, emptor teneatur; ſi verò decreſcat, illud ſine deminutione venditor capiat. Quod verum eſt, quamuis in tempus deſignatum merces, qui vendidit, eſſet ſeruaturus. Nau. *ſuprà, num.* 242. Armilla *verbo, Vſura, num.* 10. Guttier. *d. cap.* 39. *num.* 9. Bonacin. *d. num.* 16. *verſ. Si quæras*, Leſſ. *d. dub.* 4. *num.* 18.

Ibi: *Quamuis adhuc non iudicarem contractum.*

54 Poteſt quis, etiam pecunia ſtatim numerata pluris vendere iuſto pretio currenti habito, reſpectu ad tempus, in quod merces ſeruaret, quas in gratiam emptoris diſtrahit; velut ſi oleum venunderur Ianuario, quod dominus non eſſet venditurus vſque ad Octobrem, licebit conuenire de pretio illo, quo communiter hoc menſe oleum venire ſolet; deducta tamen aliqua parte, arbitrio boni viri, ratione cuſtodiæ, & periculi, quòd venditor interim ſuſtineret, vſque ad tempus, quo vendere deſtinauerat, à quo, ſtatim tradendo, liberatur. Vnde ſi tempore contractus amphora olei ſedecim nummos valebat, & menſe Octobri, certum foret, quod viginti communiter venderetur, iuſtè recipit venditor viginti nummos in ſingulas amphoras, cum aliqua deminutione ob expenſas cuſtodiæ, & periculum quod euitat. Sed ſi dubitetur an viginti, vel viginti quatuor nummos amphora olei ſit valitura, fas erit, pro ſingulis viginti duos cum dicta deminutione recipere, Guttier. *num.* 3. 4. Rebell. *d. q.* 11. *num.* 8. 9. Bonacin. *d. punct.* 4. *num.* 16.

Ibi: *Quibus quidem prænotatis.*

Quoties pretium temporis contractus exceditur, quia 55 merces venditor eſſet ſeruaturus ad id, quo pluris venire poterunt, ſemper ex futuro pretio ſunt deducendæ arbitrio boni viri expenſæ, quas dominus eſſet neceſſariò facturus in illis interim cuſtodiendis, nec non æſtimatio periculi, deteriorationis, vel amiſſionis earundem; quoniam hæc onera ſubiturus foret, ſi ſtatim non venundediſſet, alioquin plus conſequeretur ob dilatam ſolutionem, quam haberet merces ſeruando; quòd vſuræ labem contineret, Guttier. *dict. num.* 5. Bonacin. *eod. num.* 16. *verſ. Secundò va aliquid, & verſ Secundò ſequitur*, Salon. 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 2. *controuerſ.* 21. *numer.* 8. Trullench. *in Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *capit.* 20. *dub.* 8. *num.* 10. Diana *dict. tractat.* 6. *reſol.* 2. Dicaſtill. *diſp.* 3. *dub.* 7. *numer.* 74. Cardin. Lug. *ſup ſect.* 7. *numer.* 104. *verſ. Aduertis tamen.*

Verſ. *Item ſecundo, hinc apparet.*

Licitè merces veroſimiliter in poſterum plus valituras 56 vendere quiſque poteſt, quanti tali menſe, vel hebdomada veneant ſimiles intra id tempus, ad quod eas ſeruare decreuerat; non tamen de ſummo pretio paciſci poterit, ſed de mediocri, Leſs. *dict. dub.* 4. *numer.* 28. 31. Rebell. *dict. lib.* 9. *quæſt* 9. *num.* 8. Guttierr. *num.* 6. Nauarr. *dict. cap.* 17. *num.* 241. Bañez 1. 2. *quæſt.* 77. *art.* 4. *dub.* 7. Sot. *dict. quæſt.* 4. *art.* 2. Molin. *diſp.* 355. *num.* 5. Azor. *dict. lib.* 8. *capit.* 9. *quæſit.* 1. Bonacina *dict. verſ. Secundò ſequitur*, Dicaſtill. *vbi proximè, n.* 72, Leotard. *de vſur. q.* 24. *n.* 29.

Verſ. *Quod ipſe verum exiſtimauerim.*

Qui merces ad certum tempus eſt ſeruaturus, poteſt eas 57 vendere eo pretio, quod curret, cum ſibi placuerit intra idem tempus, ad quod ſeruare ſtatuerat; & ſemel, electione facta, priuatur iterum mutandi conſilium facultate, debetque medio illius temporis pretio contentus eſſe, Guttierr. *num.* 7. 8. Dicaſtill. *num.* 73.

Verſ. *Tertiò, eadem inſpecta ratione.*

Ratione lucri ceſſantis, quod venditor veroſimiliter 58 caperet, ſi ſtatim pretium ſolueretur, poterit cariùs ad creditum, quàm præſenti pecunia vendere: quod vt licitè fiat, nonnullæ conditiones deſiderantur. *Prima*, venditorem habere, cui ſtatim pecunia præſenti vendere poſſit merces, quas credidit. *Secunda*, quòd propter defectum pecuniæ, cuius ſolutio differtur, credat veroſimiliter ſe non lucraturum, quod acquireret; ſi eam præ manibus haberet. *Tertia*, quòd in gratiam emptoris, & ad eius preces venditio fiat. *Quarta*, vt ipſe emptor certior fiat de exceſſu pretij currentis, ac de cauſa, propter quam exceditur; nam quoties additur aliquid iuſto pretio ob incommodum, quod venditor patitur ex diſtractione rei ſuæ opus eſt, vt emptori notum fiat, atque ita in exceſſum conſentiat, diximus *ſupra, num.* 35. quibus concurrentibus, communiter obtinuit licere, habita fide de pretio, carius vendere ob lucrum ceſſans; etſi abſque controuerſia non ſit, de qua Guttier. *à num.* 23. Medina *de reſtit. quæſt.* 38. *in* 3. *cauſa, & in* 4. *cauſa, verſ. Eſt itaque reſolutio*, Deci. *conſ.* 131. *num.* 9. 12. 13. Magiſt. Palac. *de contract. d. lib.* 4. *cap.* 3. *pag.* 214.

Mercado *in tract. de tratos y contratos, lib.*. *cap.* 13. *del mercar, y vender al fiado, per totum*, Cordub. *ſupra, qu.* 84 *in 2. opinion. verſ. Tampoco juſtifica*, Menoch. *de arbitrar. caſ.* 119. *num.* 2. vbi de probatione lucri ceſſantis, Rebell. *de quaſt.* 11. *num.* 3. Molin. *d. d. ſp.* 355. *num.* 4. Dicaſtill. *ſup. diſp.* 2. *dubit.* 6. *n.* 63. Idem eſt. ratione damni emergentis, vt proxime laudati tradunt, & Dicaſtill. *diſp.* 3. *dub.* 6. *num.* 64. Leotard. *d. quaſt.* 24. *num.* 13. Card. Lug. *d. diſp.* 26. *ſect.* 7. *n.* 104. *verſ. Tertio certum videtur.*

Ibi : *Quibus omnibus illud adiiciendum eſt.*

59 Tuta conſcientia emuntur merces anticipata ſolutione minoris, quàm tempore contractus communiter venduntur, modò dubitetur, num die traditionis plus, minuſvè valebunt, quàm inter contrahentes conuenit : vndè ſi Aprili valeat faneca hordei nummis duodecim, poterit ad rationem octo anticipata ſolutione emi, conferendo traditionem in Auguſtum, modò eò loci hordeum aliquando pluris, aliquando minoris tempore meſſium colligendarum venire ſoleat ; Gutierr. *num.* 46. Bolaños *dict. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. Sot. *d. lib.* 6. *quaſt.* 4. *art.* 2. Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 115. Romuald. Col. *tract. empt. cum pretio anticipato*, *cap.* 2. *num.* 6. Azor. *part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 9. *qu.* 4. Trullench. *ſupra, dub.* 9. *n.* 4. Matienc. *in l.* 17. *gloſ.* 2. *n.* 2 *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilat.*

In quo eſt aduertendum, quod cum aliquid emitur anticipata ſolutione, iuſtum pretium non eſt, quod currit tempore contractus, ſed traditionis rei, *d. cap. nauiganti*, §. 1. *de vſur.* Sanch. *d. dub.* 16. *num.* 1. Sot. *ſupra, art.* 1. *verſ. Secundo, id* Syluest. *verbo, Vſura*, 2. *quaſt.* 1 *dicto* 1. Mercado *de contract lib. lib.* 2. *cap.* 12. Medina *de reſtitut. qu.* 38. *cauſa* 6. *verſ. Eſt ita, &c.* Ratio eſt, nam cùm res emantur propter vſum, & tunc veniant in vſum venditoris, quando traduntur, iuſtum autem pretium eſt, quod eo tempore valent. Sed hæc locum non habent, cùm quis fructus alicuius vineæ, vel olıueti, pendentes emit ; nam etſi in futurum eos ſit percepturus, ſtatim dominium totum nanciſcitur, nec hæc venditio anticipata ſolutione fieri dici poteſt, atque ita iuſtum pretium eſt, quod tempore contractus valent, vt aduertit Trullench, *vbi proxime.*

60 Eſt apud nos, *l.* 17. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilat.* qua prohibetur emptio frumenti, anticipata ſolutione, alio pretio, quàm quod valuerit quindecim diebus ante, vel poſt Natalem Deiparæ in oppido, cuius iuriſdictioni locus ſubjicitur, in quo frumentum ſolui debet, vt notant Matienç. & Azeued. *ibi*, Guttiere. *ſupr. num.* 48. vbi ait, illud eſſe iuſtum pretium, quod diutiùs intra illud temporis lege præſcripti frequentatur ; quamuis *Matienzo* putet, terminum illum non eſſe obſeruandum, ſed à die decimaquinta Iulij, vſque ad decimamquintam Auguſti ; à quo *Azeued.* diſſentit. De hoc multùm curare non eſt neceſſe, cùm tam conſtitutionem obſeruari nunquam videamus, etſi frequentiſſimè agricolæ præ inopia fructus, anticipata ſolutione diſtrahant ; ſed prout de pretio paciſcitur, ita adimpletur. At anticipata frugum emptio pluribus diuerſorum Principum conſtitutionibus vetatur, vt iniquitatis occaſio, & Reipublicæ nociua ; notat Leotard. *ex num.* 36.

Ibi : *Sic etiam licitum erit.*

61 Quando abſque vſuræ vel iniuſtitiæ labe poſſit vetus triticum dari, vt tantundem ex nouo recipiatur tempore meſſium colligendarum, vel alio ? ex ſequentibus aſſertionibus apparebit. *Prima* ſit, frumentum vetus etiam peſſimum iuſte pro nouo in futurum ſoluendo permutatur, cùm illud tantum valet traditionis tempore, quantum hoc, quando reddendum eſt ; nam etſi mutuator melius frumentum recipiat, quàm dedit ; nihil amplius lucri conſequitur, ſiquidem iuxta communem æſtimationem pro temporum diuerſitate tantum præſtitit, quantum ſibi reſtituitur.

Secunda, hæc ipſa permutatio ſimiliter eſt permiſſa, ſi dubitetur, an nouum frumentum plus, vel minus ſit valiturum tempore ſolutionis, quam vetus, cùm contrahitur ; nam qui mutuat lucro, & damno ſe exponit ; vnde ſi faneca tritici veteris viginti nummis cùm traditur communiter æſtimetur, & dubium ſit, num nouum tempore ad ſolutionem deſtinato ſedecim, aut viginti quatuor valebit ? æquiſſimè de eadem quantitate tritici reddenda paciſcitur ; nam medium pretium eligi debet. Nec caſibus iſtis requiritur, quod dominus vetus frumentum eſſet ſeruaturus néc ne ; quia ea conditio ſolum deſideratur, cùm aliquid vltrà pretium iuſtum currens tempore contractus accipitur, eo quòd res in futurum pluris venire poteſt, *d. c. in Ciuitate.*

Tertia, quoties certum eſt, frumentum nouum pluris habendum, quàm vetus ; cùm mutuatur, vſurarium erit de reſtituendo tantundem paciſci. 62

Quarta, ſi probabilius ſit plus valiturum frumentum ſoluendum, quàm vetus mutuatum in præſenti vendi poſſet, eodem modo vſura committetur.

Quinta, ſi mutuator eſſet frumentum vetus ſeruaturum in aliud tempus, quo plus valeret, quàm cum tradit. tanti æſtimabitur, quanti tunc vendi poſſet, detracto aliquo, ratione periculi & expenſarum, quas, ni mutuaret, eſſet facturus ; iuxta quod computabitur, an nouum frumentum plus vel minus valeat, quàm vetus.

Sexta, vſuram perpetrat, qui mutuat frumentum, vt tantundem cum pluris fuerit, ſibi reddatur. Ita docent Bonacin. *diſp.* 3. *q.* 3. *de mut. & vſur. n.* 19. 20. 21. 26. vbi plures, Rebell. *lib.* 8. *q.* 8. *a n.* 6. Molin. *diſp.* 311. Petr. Nauarr. *d. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 161. Lel. *d. lib.* 2. *c.* 20. *dub.* 7. *n.* 151. Azor *part.* 3. *lib.* 7. *c.* 7. *q.* 5. Nauarr *in manual. c.* 17. *num.* 214. Gutier *d. c.* 39. *à num.* 56. Cuius doctrina ex parte non placet, quatenus ad iuſtitiam huius contractus dicit attendendam qualitatem frumenti, & intentionem mutuantis ; nam vt ex DD. allegatis colligitur ; ſolùm eſt inſpicienda æſtimatio eius, quod mutuatur, & redditur, vt dignoſcatur, an vſurarius contractus ſit : cùm vſura in eo conſiſtat, vt quid pretio æſtimabile vltra ſortem propter mutuum accipiatur : quod non contingit, cùm vtriuſque frumenti idem eſt valor, etſi plurimum inter ſe quoad qualitatem differant. Imò ſi minùs nouum valiturum ſit, quam vetus tempore contractus æſtimatur, conuenire licet, vt plures faneçæ reſtituantur, quàm mutuo fuerint acceptæ, Guttier. *num.* 52. apud quem Medina, Conrad. *de contract lib. q.* 35. *concluſ.* 5. Rebell. *vbi proximè*, Sylueſt. *verbo, Vſura*, 1. *q.* 6. Nauar. *d. c.* 17. *n.* 225. illud etiam adiiciendum eſt, vſurarium eſſe dare frumentum, vt certo tempore tantundem, vel pretium conuentum prout maluerit, qui mutuat, reddatur ; Dian. *d. tract.* 6. *reſol.* 2. *verſ. vltim* Rebell. *d. lib.* 9. *q.* 11. *num.* 12. Villalob. *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 11. *diffic.* 6. *num.* 3. Quæ diximus de frumento, æquè admittenda ſunt de oleo, vino, & alijs, in quibus mutuum conſiſtere poteſt, quia functionem recipiunt in genere ſuo, vt ait Conſulius *in l.* 11 §. *Mutui datio, ff. de reb. credit.* De quibus nouiſſimè Dicaſtill. Videndus *d. lib.* 2. *tract.* 10. *diſp.* 2. *dub.* 2. *per tot.*

Ibi : *Illud profectò latrocinii genus.*

Vendere merces credita pecunia, vt eas iterum venditor minori pretio redimat ab emptore per ſe, vel per 63
alium, improbum, ac execrabile negotiationis genus eſt: Hiſpanè, *Mohatra*, Italicè *Stochi*, *ò biſtochi*, *è ripicolli*, Gallicè *vente, & revente*, nuncupatur, eiuſque meminere, Guttier. *num.* 71. Rebell. *d. lib.* 9. *quaſt.* 7. *num.* 7. Bolañ. *d. cap.* 1. *num.* 27 Nauarr. *d. cap.* 17. *num.* 242. Trulleneb. *ſupra, cap.* 20. *dub.* 16. Azeued. *in l.* 22. *num.* 8. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilat.* vbi Matienç. *gloſ. vlt.* Molin. *diſp.* 310. *ex num.* 4. Cordub. *in ſuis quaſtion. quaſt.* 76. *verſ. Lo ſegundo*, Dicaſtill. *diſp.* 2. *dub.* 13. *a num.* 156. Leotard. *d. quaſt.* 24. *num.* 15. vbi plures Cardin. Lug. *ſup. diſp.* 26. *num.* 204. & alij ſtatim referendi : quod delictum improbatur, ac coërcetur, *l.* 19. *tit.* 4. *lib.* 3. & *l.* 22. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilat.* Cyriac. *controuerſ.* 169. *num.* 8. Caball. *reſolut crimin. caſ.* 188. *num.* 7. *part.* 1. idem latrocinium admittunt, qui merces ab egentibus emunt exiguo pretio, ac poſtea, credita pecunia, carius vltra iuſtum valorem eiſdem emptas reuendunt. Leotard. cum alijs, *num.* 26.

Aliquando tamen talis contractus non erit vſurarius, 64
ſed licitus, ſi conditiones quædam adhibeantur. *Prima*, quod

quod cum primùm merces venduntur, iuſtum pretium non excedatur ob dilationem ſolutionis. *Secunda*, vt idem ſeruetur in retrouenditione: ſic poterit mercator vendere pretio ſupremo, & infimo redimere abſque vſura, vel iniuſtitia. *Tertia*, non debet apponi pactum primo emptori, vt iterùm venundare mercatori teneatur. *Quarta*, quòd ceſſet ſcandalum, quod ex huiuſmodi cōuentionibus oriri poteſt, cum ſint de vſura valdè ſuſpectæ, Bonacin. *d.diſp.* 3. *q.2. punct.3. n.* 0. Guttierr. *n.72.* Diana, *part.1. tract.8. reſolut.33.* Molfeſ. *in ſumm. tom.2. tract.12. c.5. n.11.* Layman. *in Theologia moral. lib.3. ſect.5. tract.40. cap.16. n.16.* Azor. *part.1. lib.7. cap. 9. caſ. 8.* Leſs. *d.cap.* 2 . *num.* 130. Dicaſtill. *num.157.162.* Card.Lug. *ſup. num.* 206. Imò ſi mercator intentione ſincera merces vendat ad creditum, permittitur eas ab emptore redimere pro pretio, quo alij cuilibet iuſtè venderentur, etiamſi multo minoris emat, quàm vendidit; Nauarr. *in manual. c.23. num.91.* Rebell. *vbi ſuprà*, Emman. Rodrig. *in ſumm. tom.* 2. *q.85. num.9.* Syluest. *in ſumm. verbo, Vſura* 2. *q.4.* Garcia *de contractib. cap.22. pag.59;.* Maſcard. *eod. tract. lib.1. cap.11.* Guttierr. *de delict. q.88. n.3.* De quo videas, Card.Lug. *n.* 206. *cum ſeqq.* vbi docet intentionem redimendi merces viliori pretio, non efficere hunc contractum illicitum. A quibus abſtinendum ob periculum admonet Leotard. *n.28.*

Ad Num 7.

65 Vendens carius iuſto pretio ob dilationem ſolutionis, vſuræ reus fit; quemadmodum, & qui propter anticipatam ſolutionem vilius emit infrà latitudinem iuſti pretij: nam etſi abſque mutuo vſura reperiri non poſſit, ſub venditione mutuum virtuale, ſiuè palliatum in his caſibus continetur, quo & ipſa vſura palliatur; nam venditur iuſtum pretium ſub vſuris in tempus ſolutionis cenſetur mutuare, & emptor anticipatè pecuniam tradens, eam vtique ſimiliter dicitur mutuare, vſurarúmque nomine percipit, quod iuſto pretio adimitur. Ita Bonacin. *d.quæſt. 3. de mut. & vſur. punct.4. n.4. verſ. Tacitum*, Molin. *diſp.313.* Guttierr. *d.c.39. n.22.* Deci. *d.conſ.111. num.2.* Abbas *in d.c. in ciuitate, n.6.* Vgolin. *de vſur. c.39. §. 1. n.1.* Sot. *d.lib.6. q.4. art.1.* Luduuic. Lop. *de contractib. lib.* . *c.36. verſ. Ilitur iam expeditur*, Pet. Nauarra *d.c.2. n.13. 99.* Azor. *part. 3. lib.8. c.8.* Cyriac. *controuerſ.169. num. 5.* latè Leotard. *de vſur. q.24. ex num.2.* Cardin.Lug. *ſect.7. n.104. verſ. Quintò certum.*

66 Vt autem contractus in foro exteriori vſurarius iudicetur, probare non ſufficit, rem eſſe venditam, pecunia credita, ſuprà iuſtum pretium, vel infrà illud, anticipata ſolutione, fuiſſe comparatam; ſed neceſſe eſt, quòd conſtet, exceſſum, aut deminutionem iuſti pretij ob dilationem, vel anticipationem ſolutionis contigiſſe; cùm ſæpè contrahentes, merce, & pretio ſtatim tradito ſe circumvenire ſoleant; quod etſi iniuſtum ſit; ad vſuram non pertinet: quare credens merces poterit aliquid ſua induſtria, & arte vltrà iuſtum pretium extorquere; non quia fidem de pretio habet, ſed quoniam ita conuentum eſt, ac ſi pecunia illicò foret numeranda: quam ſententiam expreſſit textus in *d.cap. in ciuitate*, ibi: *Licèt autem contractus huiuſmodi ex tali forma non poſſit cenſeri nomine vſurarum.* In foro verò animæ, ex intentione contrahentis iudicabitur, an vſura fuerit commiſſa; Guttierr. *n.14.* Abbas *ſupra, num.5.* Cyriac. *d.controuerſ.169. num.15.* Cened. *ad Decretal. collectan.47. num.3.* Aug. Barboſ. *in collectan. ad c. conſuluit, n.5. de vſur.* Leotard. *n.18.*

67 Quod quidem abſque diſtinctione procedit, ſiue res vendita in pondere, numero, vel menſura conſiſtat, ſiue non, prout præfati DD. loquuntur, maximè Guttierr. *ſupra, à n.17* vbi *Baldi* differentiam pluribus fundamentis meritò refellit, poſt Laurent. de Rodulf. *de vſur. part.1. in repetit. d.cap. conſuluit, in 4. oppoſitione. n.9.* Deci. *ſupra, n.1. in fine, & conſ.119. n.13.* Socin. *conſ.88. n.12.15. vol.* 4. Dicaſtill. *diſp.2. dub.6. n.66* Leotard. *de vſur. qu.24. n.10.* licèt Menchac. *lib.3. contron. vſuſ frequent. c.50. num. 5. & c.60. num.19.* cum Ancharrano, & alijs *Baldum* ſequatur; vſura enim in venditione non committitur circa rem venditam, ſed circa pretium, in quo mutuum virtuale contrahitur, vt dictum eſt proximè: quare nihil intereſt, quid fuerit venditum, vt contractus vſurarius cenſeatur. Illud autem diſcrimen, ſcilicèt, quod in rebus, quæ functionem recipiunt in genere ſuo mutuum poſſit conſiſtere, quod ad vſuram deſideratur, & non in alijs, attendendum non eſt, cum venduntur, quia non redditur tantundem in genere ſuo, ſed pecunia pro vino vel tritico datur.

Poſſet tamen diſtinctio *Baldi* ſuſtineri quoad res fructiferas, ſi ratione fructuum, quos emptor eſt percepturus, dum pretium non ſoluit, carius ad creditum vendantur, quod abſque crimine fieri poſſe videtur, ex *l. curabit* 5. *C. de action. empt.* de qua D. Couarr. *infrà lib.* 3. *c.* 4. *per totum*; licet enim controuerſum ſit, an, data dilatione ad ſoluendum pretium, præfatæ conſtitutioni ſit locus? communiter placet, poſſe venditorem de vſuris compenſatorijs paciſci, dum pretium non ſoluitur, quamuis, ſi id omittat, agere ex ea lege non poſſit, vt videre licet apud D. Couarr. *ſuprà, num.* 5. Mozz. *de contractib. tract. de empt. & vendit. tit. de ſubſtantialib. empt. num.30.* Fachin. *controuerſiar. lib.2. cap.32. colum.2. verſ. Tertiò controuertitur*, Rodrig. *de annuis redditib. lib.3. quæſt. 7. num.78.* Felician. *de cenſib. lib.* 2. *cap.1. numer.* 38. Gratian. *diſcept. cap.523. num.13.* Scaccia *de commerc* §. 1. *quæſt.* 7. *part.2. ampliat.8. à numer.132.* Hermoſill. *in l.28. gloſ.2. ex n.45. tit.5. part.* 5. Leotard. *num.* 14. Vndè, quod vltrà iuſtum pretium accipitur, non eſt ob dilationem ſolutionis, ex quo vſura committitur, ſed ob fructuum compenſationem; vſuræ autem compenſatoriæ omni iure ſunt licitæ, D. Couarr. *num.* 2. in rebus verò ſterilibus, titulus hic ad excuſationem vſurarum non reperitur. De quo videas Dicaſtill. *ſupr.* qui hanc limitationem reijcit, & ab omnibus explodi, teſtatur. 68

Ad Num 8.

Venditor, vt poſſit agere ad contractus reſciſſionem, ex *d.l.2.* minus, quam dimidiam partem iuſti pretij acceptnrus eſt; veluti ſi pro re valente centum, nec quinquaginta ſibi præſtentur: Emptor verò dicetur vltra dimidiam læſus, cum pro re, quæ viginti æſtimatur, aliquid præſtat vltra triginta, vt habetur in *l.56. tit.5. part.5. & in l.1. tit. 11. lib.5. Recopilat.* Card.Lug. *ſect.6. num.79.* Molin. *diſp. 349 n.2.* Petr.Greg. *d.c.24. n.13.* Dicaſtill. *n.305. cum ſeqq.* Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ.8 9. à n. 39* Eſcob. *de ratiocinijs lib.1. comput. 6. num.4.* Ceuall. *q.* 536. *num.* 9. 10. Rebuff. *ad leg. Gal ia, tom. 2. tract. de reſciſ. contract. art. vnic. gloſ. 15. à princip.* Guttierr. *practicar. lib. 2. q.137. per totam*, Antun.Gom. *d.c.1. n.22.* Scaccia, *d.part.3. ampliat.10. num.6.* Francbis *deciſ.243. numer.2.* Barboſ. *in collectan. ad d.l.21 num.107. cum ſequentib.* & ita eſt tenendum, etiam de iure communi, ac *Partitarum*; quamuis *l.16. titul.* 11. *part.* 4. probet, tunc emptorem cenſeri læſum vltra dimidiam, cum pro re valente decem, viginti. & ampliùs ſoluit: & ita de iure communi defendunt Anton. Faber, *de errorib. decad. 8. error. 7. in fine*, Fachin. *d. lib. 2. cap. 16.* Rodrig. *ſupra. quæſt.11. num.18.* latè Cyriac. *tom.3. controu.423. per totam*, vbi pro hac, & contraria allegat. De quarum legum conciliatione tractant Anton. Gom Eſcob. Hermoſ. *vbi proximè*, Padilla *in d.l.2. num 40.* Azeued. *in d.l.1. Recopilat. num.10.* Mexia *de taxa pan. conc.1. num. 41. & in l. Toleti, in reſponſ. ad 6. & 8. part. prima fundamentum, n.61, in fine*, qui *d.l.16.* emendat; inter quam, & *d.l.56.* manifeſta eſt antinomia. 69

70 Eſt hic animaduertendum, quod *ſuprà* tetigimus, læſionem vltra dimidiam reſpectu venditoris eſſe conſiderandam iuxta pretium infimum; nam eùm iuſtum ſit, infra illud læſio contingere non poteſt; quoad emptorem verò, ex eadem ratione iuxta ſupremum. Hinc eſt, quod, ſi res valens nouem infimo pretio, decem medio, & vndecim ſupremo, veneat pro quatuor, & dimidio, venditor non cenſebitur vltra dimidiam læſus; nec emptor, ſi pro eadem re ſedecim, ac dimidium numerauit, Hermoſ. *d.gloſ.8 n.43.* Matienç. *in d.l.1. gloſ.1. n.48.* Valaſc. *conſ.44. num.3.* Molin. Card. Lug. *vbi ſup.* Felician. *ſupra, tom. 2. lib.1. cap fin. numer.18.* Dicaſtill. *num.303.304.* licèt Salon. *de iuſt. & iur.*

tom. 2. quæſt. 79. art. 1. controuerſ. 17. Scaccia d. ampliat. 10. num. 40. putent, læſionem à medio pretio tam quoad venditorem, quàm quoad emptorem eſſe computandam, quod probabile videtur.

71 Pretium iuſtum rei venditæ illud dicitur, quod tempore contractus valuit, nec ſi poſtea accreuerit, vel decreuerit valor, ad reſciſſionem contractus prodeſt, l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopilat. l. 3. §. vltim. ff. de iur. fiſc. Canc. variar. part. 1. cap. 13. num. 12. Barboſ. in d. collectan. ad l. 2. n. 108. Per. Greg. d. lib. 25. cap. 14. num. 7. Dicaſtill. num. 302. & diſp. 1. num. 105. Molin. diſput. 349. num. 3. Hermoſ. omninò videndus plures ampliationes, ac limitationes adducens in d. l. 56. gloſ. 5. per totam, vbi DD. refert, quia læſus dici nequit nullus, vbi æqualitas inter acceptum, & datum ſeruatur; & quæ poſtea eueniunt, ad contractum non pertinent, vt eum iniuſtum faciant; cùm poſt perfectam venditionem vtriuſque contrahentis conſenſu, damnum rei venditæ, & commodum ad emptorem ſpectet; §. Cum autem, Inſtitut. de empt. l. id quod 7. ff. de pericul. & comm. rei vendit. l. ſicut periculum 11. C. de action. empt. l. 23. tit. 5. part. 5. Molin. diſp. 349. num. 3. de quo ſup. num. 19. quæ benè explicat Card. Lug. diſp. 26. num. 216. 217. aſſerens, iuſtum pretium eſſe, quod currit cùm contrahitur, ſi res ſtatim tradenda ſit; ſed ſi in futurum traditio conferatur, habetur ratio pretij, quod tunc curret; atque ita conſtituitur æſtimatio ſecundum id, quòd tempore contractus res cum ea qualitate valeret.

Ad Num. 9.

72 Emptor conuentus ex d. l. 2. ſi iuſtum pretium ſupplere renuerit, rem cum fructibus omnibus perceptis reſtituere compellitur, ſecundum Menchac. ſupra, lib. 3. q. 71. num. 2. Marienç. in d. l. 1. gloſ. 5. à num. 7. Ioan. Garcia de nobilitat. gloſ. 6. §. 1. n. 6. & de expenſ. cap. 23. nu. 58. Mozz. ſupra, tit. quib. caſib. empt. annullet. num. 26. Morla d. tit. 9. quæſt. 25. à num. 2. Beroi. in cap. ad noſtram, num. 15. de empt. Ant. Gom. in l. 70. Tauri, num. 29. verſ. Confirmatur, quia facta, Greg. Lop. in d. l. 56. gloſ. 8. & alios.

73 Sed contrarium, ſcilicet, non teneri ad reſtitutionem fructuum ante litis conteſtationem perceptorum, verius, ac multò receptius eſt; Dicaſtill. num. 328. Anton. Gom. d. cap. 1. num. 24. Pinell. in d. l. 2. part. 2. c. 4. à num. 1. Ægid. in l. ex hoc iure, part. 1. cap. 8. num. 114. cum aliis, ff. de iuſt. & iur. Bonacin. d. q. 2. de empt. punct. 7. num. 9. Azeued. in d. l. 1. Recopilat. num. 25. Scaccia d. ampliat. 10. num. 39. verſ. Secunda opinio, Ceuall. q. 536. n. 20. Ant. Fab. in ſuo Cod. lib. 4. tit. 36. diffinit. 21. 26. 31. 32. Guttier. practicar. lib. 2. quæſt. 134. n. 1. Magon. Florent. decis. 23. num. 7. 8. Mercad. ſupra, tit. de vender, y comprar al contado, cap. 11. Hermoſ. in d. l. 56. gloſ. 8. num. 3. Molina d. diſput. 349. num. 12. Card. Lug. d. num. 79. Francbis deciſ. 495. num. 3. Padilla in d. l. 2. n. 50. Gamma deciſ. 94. num. 2. Iacob de Laurent. de iudice ſuſpect. cap. 16. num. 93. Caldas Pereira in l. ſi curatorem habens, verbo, implorare, num. 13. verſ. Contra quam, & in fine, verſicul. Sed aduerte, Fachinæ. ſupra, lib. 2. cap. 24. Parlador. rer. quotidianar. lib. 2. cap. vlt. part. 5. §. 16. numer. 12. Cremenſ. in d. l. 2. col. 19. Felician tom. 2. lib. 1. cap. 13. n. 2. in fine, & num. 4. Cardoſ. in prax. iudic. verbo, fructus, n. 10. Rebell. d. part. 2. lib. 7. quæſt. 4. num. 9. verſ. Contrariam tamen ſententiam, Valaſc. conſ. 161. num. 12. Fontanella de pact. nupt. to. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 5. n. 0. Cancer. part. 1. cap. 13. num. 48. Cened. collectan. 158. num. 4. quod reſtringunt Card. Lug. Dicaſtill. Molin. & alij ad fructus correſpondentes pretio ſoluto, de qua limitatione dubito.

74 Pro qua omninò tenenda ſententia multa faciunt, quorum nonnulla referre libet. Primùm, quia cum ea conſtitutio iuris antiqui ſit derogatoria, vt dictum eſt ſupra, num. 19. ſtrictè eſt accipienda, nec debet, vltra quod expreſſum eſt, ampliari, cum legum correctio, quoad poſſit, ſit fugienda: Authent. de adminiſtrantibus offic. in fine, collat. 3. l. ſancimus 27. C. de teſtament. Bald. & DD. in l. 3. §. Hac verba, el 2. ff. de negot. geſt. Carleual. de iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 5. n. 3. Sed emptor ante eam conſtitutionem, rem, & fructus ex venditione, in qua interueniebat læſio vltra dimidiam, retinebat; dixi ſup. num. 16. ergo cum lex ſolùm præcipiat rem reddi, nihil de fructibus ſtatuens, quoad eos ius antiquum erit obſeruandum, in cuius diſpoſitione hoc, tanquam caſus omiſſus, relictum eſt, l. præcipimus 32. C. de appellation. vbi notatur.

Nec obſtat, quòd cùm lex iubeat rem reddi, videtur velle, fructus quoque reſtitui, argumento l. videamus 38. §. In Fabiana, ff de vſur. l. in condemnatione 133. §. 1. ff. de reg. iur. Nam reſpondetur, ea iura loqui, cùm Legiſlator verbo, reſtituere, vtitur, quod ex vi propriæ ſignificationis ad fructus extenditur; quia reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio, ac ſi nihil interceſſiſſet, l. quod ſi minor 24. §. Reſtitutio ff. de minorib. at in d. l. 2. tali verbo Imperatores non vtuntur, ſed venditorem alloquentes aiunt: Fundum venundatum recipias, vt prænotauit Pinellus, vbi proximè.

Secundum, naturali ratione quidquid ex rebus dominio noſtro ſubiectis naſcitur, noſtrum eſt, l. Idem Pomponius ſcribit ſi frumentum 5. §. Idem ſcribit, ſi equam, ff. de rei vendicat. §. Item ea, quæ ex animalibus §. Si Titius alienam, Inſt. de rer. diuiſ. At emptor, etiam vbi læſio venditoris vltra dimidiam interuenit, dominus rei venditæ per traditionem efficitur, l. dolus 10. vbi DD. C. de reſcind. vendit. prout ſupponit D. Couar. in præſenti, & Pinellus, ſupra num. 13. & omnes concedunt. Igitur ad eundem naturaliter fructus debent pertinere. 75

Tertium, ſecundùm naturam eſt commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem incommoda comitantur, l. ſecundùm naturam 10. ff. de reg. iur. cap. qui ſentit 55. eod. tit. in 6. l. 2. §. Sicuti ff. de hæred. vel act. vend. Sed rei periculum emptor ſuſtinet, vt compertum eſt; ergo fructus lucrari debet.

Vltimum, æquitas non patitur, vt contrahens ſimul rei pretio, ac fructibus potiatur, l. curabit 5. C. de action. empti, l. Iulianus 14. § ex vendito, ff. eod. Sed ſi in caſu noſtro fructus venditori reſtituerentur, reſciſſa venditione, hoc eueniret. Imo maior iniquitas ſequeretur; ſiquidem venditor fructuum vtilitatem, ac commoditatem pretij eodem tempore habuiſſet, emptore tunc rei venditæ periculum ſuſtinente, ergo iuſtitiæ non congruit, fructus reſtitui. Quæ ratio euidenter conuincit, ſaltem eo iure, quo vſuræ ſunt vetitæ; cùm non poſſit emptor intereſſe pro vſu pecuniæ à venditore poſtulare, quod rectè D. Couar. aduertit. Ex quibus maximè magis communis opinio ſuadetur. 76

Nec refragatur, quod D. Couar. pro contraria conſiderat: quoniam in d. l. 2. nulla conceditur ex rigore reſtitutio, ſed humanitate ſuadente, vt ibi dicitur, contractus quaſi ex nunc reſcinditur, nec beneficium retrò vertit oculos; quare conſulto in ea deciſione verbum, reſtituere, adiectum non eſt. Et exemplum, quod de minore affertur, diuerſam rationem habet; nam ei iura impensè ſubueniunt, ne ex lubrico ætatis conſilio ſentiat detrimentum, idcóque reſtitutio cum fructibus conceditur, d. l. quod ſi minor, § Reſtitutio. In maioribus autem læſis, illa fauorabilis cauſa non inuenitur. Diſſimilis etiam ratio datur in redhibitoria actione, quæ competit emptori intra ſemeſtre ad reſcindendum contractum propter rei venditæ vitium, quod non fuit per venditorem declaratum; pertinétque ad mancipia, vel animalia vendita, de qua in l. 1. l. ædiles aiunt 38. ff. de ædilit. edict. necnon ad alia, tam mobilia, quàm immobilia, l. etiam in fundo 49. ff. eod. de qua latè Hermoſ. in l. 64. & 65. titul. 5. p. 5. Petr. Gregor. ſyntagmat lib. 25. cap. 20. 21. In ea igitur actione veniunt fructus, quoniam emptor voluntariè contractum impugnat, quare nihil ex eo debet retinere; vt in ſimili docent Guttier. d. qu. 134. num. 4. Ceual. quæſt. 763. num. 45. Hermoſill. in dict. l. 56. gloſ. 8. num. 6. ſecus in ſpecie, de qua agimus, cum emptor aduerſus contractum vltrò non veniat, ſed à venditore vexatus mauult rem reſtituere, quàm pretium ſupplere. 77

Magis vigere videtur l. 1. C. ſi maior. factus alienat. ſine decreto rat. habuerit, vbi expreſſim deciditur, venditione propter læſionem reſciſſa, emptorem teneri ad ſupplementum pretij, vel ad rem cum fructibus reſtituendam. Pro cuius intellectu ſupponendum eſt, legem illam fuiſſe latam à Gordiano Imperatore, qui ante Diocletianum, & Maximianum, d. l. 2. conditores, occupauit Imperium; atque 78

quæ ita illa deciſio ad hanc non pertinet,ſecundùm ius antiquius eſt interpretanda , quo , vt dictum eſt , maioribus læſis etiam vltra dimidiam , nullum remedium competebat. Quo cognito,dicendum eſt , in eo textu tractari de reſtitutione in integrum , quæ minoribus datur , quæ cum fructibus eſt facienda,vt notauimus *ſuprà,lib.1.cap.3. num.4.* Nec refert , quod læſus maior factus alienationem ratam habuerit,ex quo tanquam minor , ad reſtitutionem admittendus non erat, ſed vt læſus vltra dimidiam : quoniam , vt Gutrier. *dict.quæſt.134.num.2.* ait, ratihabitio illa ſuſtulit vitium defectus ſolemnitatis, quia prædium ſine decreto fuerat alienatum; non vitium læſionis, quam ratificans ignorauit , nec conſenſus ad incognita potuit tendi : *l. tres fratres* 36.vbi Gloſſ.*ff.de pact.*

Modò ſupereſt difficultas,vndè prouenit, quod emptori concedatur electio ſupplendi pretium , aut rem reſtituendi, quod proprium eſt *dict. l. 2.* Et quidem ab alio iuris principio dimanat,quoties enim minor reſtituitur,non quia ſua non intererat vendere,ſed quoniam in pretio fuerat læſus , minimè permittitur rem præcisè auocare ab emptore , ſed huic electio reſtituendi rem cum fructibus minori,aut pretium ſupplendi conceditur : quod obſeruauimus cum multis, *ſuprà,d.c.3.n* 93.

79 Quod ſi aliquis replicet , in eo textu nullum verbum de reſtitutione reperiri ; imò ex eius ſerie colligi poſſe , factum antiquum fuiſſe , atque ita tempus ad reſtitutionem poſtulandam eſſe præſcriptum ; intellectum alium eidem conſtitutioni aptabimus aſſerentes , nullum vitium per ratihabitionem fuiſſe ſublatum , cum dolo inductus maior ratum habuiſſet ; quare ob defectum ſolemnitatis alienatio nulla permanſit,ſecundum quæ actor poterat ad rem agere, ipſe tamen precibus ſupplementum iuſti pretij poſtulabat, vt patet ibi : *Non abs re erit , ſuperfluum pretij in compenſationem adduci.* Quæ verba ad petitionem ſupplicantis referuntur ; ſed cum nullo iure ad hoc præcisè compelli poſſit emptor , cùm olim neque hodie nemo ad pretium ſupplendum neceſſariò teneatur propter læſionem,ideo electio ei datur,vt ſi velit,pretium ſuppleat iuxta actoris petitionem, alioquin rem cum fructibus reſtituat , ad quod de iure cogi poterat,cum contractus fuiſſet nullus,in quo defuit decretum iudiciale.

Et licet videatur,audiendus non eſſe actor petens pretium ſuppleri ex contractu nullo,cum actionem non habeat,ſine qua in iudicio nullus admittitur , diximus *ſuprà lib.1.cap.6. num.6.* Certum eſt , potuiſſe ex vendito agere, ſuo conſenſu reddens contractum validum;nam cum nullitas actus fauore alicuius inducta eſt , ipſo volente, validatur : Ant.Gom. *dict.cap.2.n.21. in fine*, probauimus ſuprà, *dict.lib.1. cap.20. num. 17.* cúmque nullitas alienationis rerum immobilium minoris abſque decreto eiuſdem fauorem reſpiciat, *l. 1.& per tot.ff.de reb.eorum*, poterit ipſe , eiuſvè ſucceſſor alienationem nullam validare:quare quaſi ex contractu valido, *in dict.l. 1.* actor petebat , ſibi pretium iuſtum ſuppleri. De alijs intellectibus ad eam conſtitutionem agit Gutrier. *dict. quæſt.134. n.2.*

80 Licet autem , vt hucuſque oſtendimus, emptor non teneatur ad fructuum reſtitutionem,ſi rem elegerit læſo reddere ; aliud dicendum eſt , cum emptor ipſe,ſe deceptum vltra dimidiam dicens , ad contractus agit reſciſſionem: nam ſi venditor voluerit accipere,& pretium reddere,fructus quoque cum re reſtitui debent; nam cùm ipſe emptor contractum impugnet ſponte, omni commodo priuandus erit,Gutrier.*ſupra,num.4.*Ceuall. *vbi proximè*, Auguſt.Barboſ.*in collectan. ad.d.l. 2.num.*86. Franchis *deciſ.* 495.*n* 6. Pinell. *part.2.cap.4.num.* 18. Panormitan. *in cap. illo vos, num.6.de pignorib.* Burg. de Paz *in cap.ad noſtram , num* 26. *de empt.& vend.*Hermoſ. latè, *d. gloſſ.*8. *num.*6. vbi limitationes,& ampliationes tradit,contra quos tenet Dicaſtill. *num.* 325.

*Ad Num.*10.

81 Præmittendum eſt,ex *d. l.2.*non officium Iudicis, vt volunt aliqui ; ſed actionem perſonalem competere , Anton. Gom. *d.cap.2. num.22.verſ. Item adde,quod remedium*,Bart. *in d. l.2.q.1.* Pet.Greg. *d.cap. 24.num.7.* Parlador.*differènt.*14.*n.* 3. Hermoſ. cum alijs, *in d.l. 56. gloſ.7.n.*38.Ceuall. *d. q.*536. *num.* 13.Balb.*de præſcript.part.4.partis quartæ principalis, n.*26. Quæ regulariter in tertium poſſeſſorem non datur, *l. fin* §. *fin.ff.de contrah.empt.* Pinell. *in d. l.2.part.2. cap.1.n.*30,Hermoſ.alios referens, *vbi proximè* , & diximus ſuprà, *lib.1. c.8.n.3.*

Hæc tamen iuris regula fallit aliquando in caſu *d. l. 2.* Primò , ſi a primo emptore tertius poſſeſſor rem , circa quam læſio interceſſit, titulo lucratiuo comparauerit;nam tunc eo remedio aduerſus ipſum poterit experiri : Padilla, *ibi,n.9.verſ.Sed contra Tertium*,Pereira de Caſtro, *deciſ.*15. *num.2.verſ.Non obſtat*,Hermoſ. *vbi proximè, n.*45. Felician. *ſupra , tom.1. lib. 2. c.1. in fine* , Ceuall. *q.*443.*n.*6. Gamma *deciſ.21.num.*1.Auguſt. Barboſ. *in d.collectan. ad l. 2. n.*536. Matienç. *in d.l.1. gloſ.* 8.*n.*24.Dicaſtill. *nu.*309.Molin.*diſp.* 349. *n.*4. quicquid ſentiant Pinell. *ſupra, n.* 32. Fachin.*d. lib.1.c.*18. *in principio.*

82 Secundò fallit , cum tertius poſſeſſor rem,iniuſto pretio emit à primo emptore, cum eadem ſcilicet læſione vltrà dimidiam, Felician. *ſupra num.5. ad finem* , Cachetan. *deciſ.65.num.9.*Arimin.Tepa. *variar.ſentent.tom.2. tit.*403. *cap.7.verſ. Remedium*, Pinell. *num.* 31. Ceuall.*ſuprà* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verbo,reuertatur , num.* 329.*C.de reuocand.donationib.* Matienç.*ſuprà*,Franchis, *deciſ.*665. *num.* 6. Hermoſ. *num.*44.Giurba *deciſ.* 105. *num.* 16. Aug. Barboſ. *nu.* 134. Alij caſus proponentur, paulò inferius , cum D. Couar. *ad verſ. Tertia concluſio.*Sed vt tertius poſſeſſor conueniatur, prius excutienda ſunt bona primi emptoris , & cùm ſoluendo non fuerit , actio in ſubſidium contra tertium poſſeſſorem conceditur:Flores de Mena *in additionib. ad Gamm. deciſ.*21. Ceuall. Pereira, Barboſa,*vbi proximè*, Hermoſ.*n.* 48.Roderic. Xuar.*allegat.*21.*in fine*, Cancer. *p.1. cap.13.num.*31.Etſi Gamma, *d.deciſ.*21.vt excuſſionem non prærequiri tenuerit.

Verſ. *Secunda concluſio.*

83 Tertius poſſeſſor , qui rem abſque læſione vltra dimidiam habuit,remedio *d.l.2.* vexari non poteſt,Herm.*n.*39. Ceuall.*n.*7.Cagnol. *in d.l.2,n.*114.120.Pinell. *d.c.1. n.*30. Padilla *nu.36.verſ. Secunda concluſio*, Anton.Gom. *d.n.*21. *verſ.Item adde,quod ſi res ſit*, Barboſ. *n.* 133. Ant.Gabr. *d. tit.de empt.concluſ.1.n.24. limit* 2.Mozz.*d.tract.de empt.tit. quib.mod.annullet.emptio,n.*15.Molin.*d.diſp.*349.*n.*4.Giurba. *ſupra n.*26.Coſta *in l. Gallus,* §. *Et quid ſi tantum,n.*46.*ff. de liber.& poſthum.* Vio. *deciſ.*430.*n.*4.6. Matienç. *vbi proximè* , Petr. Barboſ. *in l. diuortio , § Si fundum, n.* 33. *ff. ſolut. matrim.* Cancer. *vbi proximè*, Quod ,procedit quamuis primus emptor ſoluendo non ſit,Hermoſ.cum alijs, *n.*40.

Verſ. *Tertia concluſio.*

84 Qui ſciens, læſionem vltra dimidiam interueniſſe,emit à primo emptore,ex *d. l. 2.* in ſubſidium tenetur, licèt iuſtum pretium numerauerit, Auguſt. Barboſ. *n.*135.Ceuall. *n.*8. Franchis *n.*6. Fachin. *d.c.*18. *verſ. Quod ſi proponatur*, Giurb.*n.6.in fine*.Felician.*d.c.1.n.2.*Matienç.*d.n.* 24. *verſ.2. Si tamen Tertius*,Pinell.*d.c.1,n.*32. Cagnol. *n.*144.Hermoſ. *n.*41.Dicaſtil.*n.*309.

85 Præterea idem iuris erit,cùm lite iam cum primo emptore conteſtata ſuper contractus reſciſſione , aliquis, ſiue ſciens,ſiue ignorans , rem liti ſuppoſitam comparauerit; nam ex ea conſtitutione conuenietur : Hermoſ. *num.* 42, Cachetan.*deciſ.65.n.*13.Barboſ.*in d.collectan.n.*137.Similì modo , vbi enormiſſimè fuit læſus venditor,agere contra Tertium poterit poſſeſſorem, Hermoſ.*n.*43. Roderic. *de ann.redditib.lib.1.q.* 14.*n* 62. Franchis *ſupra,n.*7.Barboſ. *n.*138. qui aduertit, in hoc caſu non deſiderari bonorum primi emptoris excuſſionem,etſi in alijs omnibus ſupradictis ſit neceſſaria; Hermoſ.*n.*49.vbi notat , non excuſari tertium poſſeſſorem ignorantia læſionis , niſi quando ſolùm ob ſcientiam conuenitur:& *n.*51. docet cum alijs, quòd cùm tertius poſſeſſor conueniri poteſt , diſcuſſione præmiſſa,licet ſimul in eodem proceſſu tam contra illum, quàm contra primum emptorem cauſam tractari , & vna

ſententia

ſententia definiri; quod ad praxim notatu dignum eſt, in qua ita receptum teſtatur Flores de Mena in *d. deciſ.* 21. *Gamma, in fine*, Barboſ. *n.* 138. *in fine*.

86 Succeſſor verò ſingularis emtis, qui læſionem vltra dimidiam paſſus eſt, velut qui ab emptore lætiorem habuit, nullo modo remedium *d. l.* 2. proponere aduerſus deceptorem poteſt, niſi ſibi cedatur actio, Hermoſ. *num.* 53. Cremens. *in d. l.* 2. *num.* 63. *verſ. Sed aduertendum.* Quoniam, actiones perſonales ſingularibus ſucceſſoribus non competunt, Parlador. *different.* 36. *num.* 8. vbi ait, verum eſſe, quamuis ratione rei competant, quia cum ipſa non tranſeunt ad poſſeſſorem; Anton. Gom. *d. cap.* 2. *num.* 29. Cyriac. *controuerſ.* 120. *num.* 3. *&* 4. *tom.* 1. Olea, plurimis laudatis, *de ceſſion. iurium, tit.* 4. *in miſcell. n.* 1. ſuntque optimi textus, in *l. eum qui* 14. *in princip. ff. de furt. l. ſed nec* 11. *ff. de condict. furt.*

87 Vndè ſi emptor rem alienauerit, in qua læſio contigit, venditor læſus aduerſus eum actione perſonali poterit in iudicio experiri; non contra tertium poſſeſſorem: & licèt ille primus emptor nequeat rem reſtituere, quam in alium transtulit, pretium ſupplere compelletur, ſibique imputet, quòd electionem ſuo facto amiſerit, Dicaſtill. *num.* 308. Hermoſ. *d. gloſ.* 7. *num.* 38. Pinell. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 29. Anton. Gom. *d. n.* 22. *verſ. Item adde, quod ſi res ſit*, Ceuall. *d. q.* 441. *n.* 4. 5. Molin *ſupra* 4.

Quod procedet quanquam res apud ſecundum emptorem perierit; quia primus, qui læſit, pretium retinet, & ſic rem ipſam habere videtur, *l. quia qui pretio* 46. *ff. de vſufruct.* Petr. Greg. *d. cap* 24. *num.* 18. etſi aliud ſit re perempta apud eum, qui læſit, abſque culpa ipſius, vt *infr.* dicetur *cap. prox. n.* 76. Vide *n.* 77. *cum aliis.*

88 Quod ſi emptor fuerit læſus, non prohibetur, etſi rem alienauerit, contra venditorem agere; tamen ſi tempore exequutionis ſententiæ reſciſſoriæ contractus, rem præſtare non valuerit, cùm eam iterum recipere venditor elegerit, nihil omninò conſequetur; quia nequiuit per alienationem auferre electionem ei, qui læſit, nec ſupplementum pretij petere, præcisè licebit, lege vetante, Gutierr. *practicar. lib.* 1. *quæſt.* 137. Franchis *deciſ.* 243. *num.* 5. Barboſ. *num* 139. Hermoſ. *in d. l.* 56. *gloſ.* 10. *num.* 9. quicquid in contrarium tradat Anton. Gom. *d. num.* 21. *verſ. Si verò ipſe emptor.* Vide Dicaſtill. *a n.* 314. vbi quòd in foro animæ venditor debet exceſſum pretij reſtituere.

Verſ. *Quoties vero venditor.*

89 Venditor læſus vltra dimidiam, ſi aduerſus tertium rei venditæ poſſeſſorem agat, cùm licèt intra quadriennium iure communi auditur, quo tranſacto à die contractus, præſcriptione excludetur, Cancer. alios referens, *d. part.* 1. *cap.* 13. *numer.* 31. quamuis remedium *dict. l.* 2. contra lædentem ipſum, niſi triginta annorum lapſu non præſcribatur; nam hæc iure Cæſarum omnibus actionibus perſonalibus communis eſt vita, niſi aliqua ſpeciali lege amplietur, vel reſtringatur. *l.* 3. *l. omnes* 4. *C. de præſcript. trigint. vel quadrag. annor.* atque ita in ſpecie docent Ant. Gom. *d. numer.* 22. *verſ. Item adde quod remedium*, Cyriac. *controuerſ.* 257. *num* 34. Padilla *in dict. l.* 2. *num.* 47. Ceuall. *dict. quæſt.* 556. *num.* 15. Greg. Lop. *in l. vlt. gloſ. fin. tit. fin. part.* 6. Pinell. *part.* 1. *capit.* 1. *num.* 26. Azeued. *in l.* 1. *num.* 32. *titul.* 11. *lib.* 5. *Recopilat.* Matienç. *ibidem, gloſ.* 14. *num.* 7. Morla *dict. titul.* 9. *quæſt.* 21. *in fine.* Felician. *tom.* 1. *lib.* 2. *capit.* 1. *num.* 39. Fulgoſ. *in l. in contractibus, C. ex quib. cauſ. maiores*, Petr. Gregor. *ſup. cap.* 24. *numer.* 7. Sed aliquando ius agendi ex ea conſtitutione, vſque ad quadraginta annos protelatur, vt in Eccleſia, Principe, vel Republica læſis, *Auth. quas actiones, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Idem eſt in priuatis enormiſſimè læſis, Azeued. *vbi proximè*, Alciat. *in cap. cum contingat, de iureiurando*, Gomez de Leon *allegat.* 96. Ripa *reſponſ.* 138. Greg. Lop. *in d. gloſ. vlt.*

90 Quod tempus variè apud diuerſas prouincias reſtrictum eſt: in Gallia ad decennium, in Luſitania ad quindecim annos, in Valentia ad triennium, in Caſtella ad quadriennium, *d. l.* 11. *tit.* 5. *lib.* 5. *Recopilat.* Barboſ. *in d. collectan. n.* 120. *cum ſequentib.* Pinell. *vbi proximè*, Matienç. *d. n.* 7. Morla *ſupra*, Caſtill. *controu. lib.* 7. *cap.* 18. *n.* 81. Ant. Gom. *ſupra*, Rebell. *d. part.* 2. *lib.* 9. *q.* 3. *ſect.* 2. *n.* 14. Caldas Pereira *in d. l. ſi curatorem habens, verbo, infra, n.* 10. Gregor. Lop. *ſupra*, Hermoſ. *in d. l.* 56. *gloſ.* 12. *n.* 123. Parlador. *d. different.* 114. *n.* 1. Petr. Greg. *n.* 11.

Vltra quæ tempora læſus nedum agendo; ſed nec excipiendo, ex ea conſtitutione audiendus erit, namque ad vtrumque terminus ille præfinitur, non obſtante regula iuris, ſecundùm quam, quæ temporalia ſunt ad agendum, perpetuò ad excipiendum durant; quia intelligitur, actione, & exceptione ſeparatim conſideratis, non quando vtraque in eadem perſona concurrit, vt in caſu noſtro, tunc enim qui agere omittit, cum poſſit, intra tempus lege definitum, exceptionis quoque auxilio deſtituitur, quod ſecùs eſt in habente ſolam exceptionem, cui negligentia nequit imputari, cur ſua defenſione vſus non fuerit, quam niſi ab aduerſario impetitus deducere in iudicium non valet, ſiquidem exceptio nihil eſt aliud, quam actionis excluſio, *l.* 2. *ff. de exception.* ſicque interpretatur communiter *l. pure §. fin ff. de dol. except.* ex qua axioma repetitum deducitur, & in ſpecie noſtra tenent Gutierr. *d. lib.* 1. *practicar. quæſt.* 143. *per totam*, Matienç. *d. gloſ.* 10. *n.* 8. vbi alij. 91

Sed quadriennij metæ apud nos non obſeruantur, cum Eccleſia, Princeps, vel Ciuitas ſic læſi repetiuntur; ſed vſque ad tricennale tempus prædicto remedio iuuantur, argumento *l. fin. tit. vlt. part.* 6. Hermoſ. *num.* 127. Barboſ. *num.* 124. Matienç. *in dialog. relator. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 25. Coſta *in d. §. Et quid ſi tantum, part.* 2. *num.* 83. Ceuall. *vbi proximè, num.* 16. Salced. ad Bernard. Diaz. *regul.* 219. *limitat.* 12. *in fine*, Olan. *in antinom. iur. lit. E. num.* 2. 3. Gomez Vaio *in praxi, lib.* 1. *c.* 24. *n.* 153. 92

Idem iuris eſt, vbi priuatus enormiſſimè læditur, Gregor. Lup. *vbi ſupra*, Felician. *vbi proximè, num.* 40. Hermoſil. *d. gloſ.* 12 *num.* 124. D. Couarr. *in cap. quamuis pactum, part.* 3. *§.* 4. *num.* 7. *verſ. Vndecima concluſio*, Gutiert. *de iuramento confirmat. part.* 1. *cap.* 26. *num.* 7. Gomez Vaio *ſupra*, Barboſ. *num.* 123. Gomez de Leon, *d. allegat.* 96. Matienç. *in dict. l.* 1. *gloſ.* 8. *num.* 49. Gamma *deciſ.* 66. Cabed. *Luſitan. deciſ.* 70. *num.* 3. *part.* 1. Gonçalez *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſ.* 21. *num.* 28. Rebell. *dict. lib.* 9. *quæſt.* 3. *ſect.* 2. *num.* 8. *verſ. Si tamen*, quamuis Caſtill. *dict. num.* 81. ſequutus Parladorium *dict. different.* 114. *num.* 3. opinetur, ius ad agendum propter enormiſſimam læſionem viginti annis præſcribi: quia non ampliùs actiones perſonales iure noſtro conſiſtunt, *l.* 6. *tit.* 11. *lib.* 4. *Recopilat.* Sed à communi recedendum non eſt, nam dolus, qui in huiuſmodi læſione interuenire creditur, rem ipſam afficit: Rodrig. *de ann. reditib. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 63. Hermoſ. *d. gloſ.* 7. *n.* 43. 93

Alios caſus, in quibus remedium iſtud ſimiliter vſque ad triginta annos extenditur, tradit Hermoſ. *dict. gloſ.* 12. *num.* 125. 126. vt in contractu cum minore celebrato, iuris ſolemnitatibus non ſeruatis, in quo læſus vltra dimidiam ipſe reperitur; nam propter dolum præſumptum actio diutius permanet: cum videas, & loca, ad quæ ibi ſe remittit. 94

Solet dubitari intra quod tempus liceat reo eligere, iuxta *d. l.* 2. diſpoſitionem, aut pretium ſupplere, aut rem reddere? tenendum eſt electionem durare vſque ad executionem iudicati, ſuper qua, lite conteſtata, eligendi facultas adimitur: Alberic. *in d. l.* 2. *verſ. Vſque ad quod tempus*, Baldus *ibi quæſt.* 10. Pinell. *part.* 3. *cap.* 3. *num.* 38. *verſ. Electio autem*, Franchis *deciſ.* 495. Hermoſill. *dict. gloſ.* 9. *num.* 28. Barboſ. *in d. collectan. num.* 79. & cùm emptor ſupplere iuſtum pretium eligit, rem habere dicitur ex priſtina cauſa, non quaſi nunc emeret, Marta *in votis nouiſſimis deciſiuis vot.* 128. Barboſ. *num.* 78. Hermoſ. *d. gloſ.* 7. *num.* 16. 95

Ibi: *Et ob id, iure itidem Regio.*

Iure regio etiam verius eſt, tertium poſſeſſorem, qui iuſto pretio ignorans læſionem emit à primo emptore, minimè poſſe conueniri ex *dict. l.* 2. quamuis ſoluendo non 96

ſit,

ſit, qui cum læſ[illegible] contraxit, n[illegible] locum eſſe deciſioni Con-ſulti in [illegible] in cauſa 14. [illegible] de minorib. vt doc[illegible] Intell. part. 2 cap. 1. num. 31 ad l. 2. d. l. 2. num. 36. verſ. Secunda concluſio. M[illegible] d[illegible] 8. numer. 25. F[illegible]lician. lib. 1. cap. 1. num. 3. [illegible] Pe[illegible] lib. 4. de emptione. [illegible] cap. 4. num. 8 C[illegible] modo [illegible]. §. 2. gloſ. vnica. num. 1253. Hermoſ[illegible] d. l. 56. gloſ. num. 40. & diximus nuper, ad [illegible] Nam etſi quoad tempus pari paſſu currant per l. Regiam remedium hoc, & reſtitutio in integrum, non inde ſequitur, quoad omnia eſſe æquiparata; maximè cum induct[illegible] ad d[illegible]inutionem, non debeant augmentum operari: vt probauimus ſupra, lib. 1. cap. 6. num. 25. Vnde cum lex Regia remedium d. l. 2. coarctauerit, vt citiùs pereat, ex ipſa eius remedij natura ampliari non poteſt; igitur ſi iure communi, vt D. Couarr. rectè docuit in dict. verſ. [illegible] concluſio. tertius poſſeſſor in caſu, de quo agimus, conueniri non poterat, idem de iure Regio dicendum eſt, quod illud auxilium reſtringere intendit: alioquin lex ad vnum finem facta, operaretur contrarium, aduerſus iuris regulas (de quo ſupra, lib. 1. cap. 9. num. 47. l. Diuus 25. ff. de milit. teſtament. l. legata inutiliter 19. ff. de legat. 1. Ceuall. tom. 2. q. 805. n. 18.

AD CAPVT IV.

Remedium leg. 2 C. de reſcind. vendit. *vtrum contrahentium renuntiatione tolli poſſit.*

SVMMARIVM.

1 *DD. de materia conſulendi laudantur.*
2 *Renunciatio generalis omnium iuris remediorum, non continet læſionem vltra dimidiam.*
3 *Sub generali diſpoſitione non veniunt illa, de quibus diſponens verosimiliter præſumitur non cogitaſſe.*
4 *Ampliatur concluſio tradita n. 2. ad renunciantem ſcientem iuſtum valorem rei.*
5 *Ampliatur ij idem ad renunciantem cum iuramento.*
6 *Renunciatio ſpecialis l. 2. C. de reſc. vendit. eius auxilium tollit.*
7 *Ampliatur ad ignorantem iuſtum rei pretium.*
8 *Renunciatio vnius ex contrahentibus, alteri remedium d. l. non aufert.*
9 *Scienti rei valorem an detur remedium eius conſtitutionis? lute traditur, ad n. 13.*
14 *Renunciatio l. 2. in eodem inſtrumento contractus facta, verum impediat agere ad reſciſſionem? Et numer. 20.*
15 *Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ, in eodem inſtrumento obligationis facta, num valeat iure communi, & Regio? ſpue ad n. 19.*
21 *Qui[illegible] non efficiat renunciatio d. l. 2. ſi in continenti fiat.*
22 *Facilitas in renunciationibus in continenti factis, etiam in maioribus contractibus conſideratur.*
23 *Neceſſitas rerum, vel pecuniæ, cogit contrahentes ad renunciationem læſionis vltra dimidiam in continenti.*
24 *Non caret doli ſuſpicione, qui cum maxima proximi iactura contrahit.*
25 *Quando ſpecialis renunciatio condictionis indebiti, impediat repetitionem, remiſſiuè.*
26 *Renunciatio l. 2. C. de reſc. vendit. ex ſtylo Tabellionum inſtrumentis adijcitur.*
27 *Non obſtante renunciatione conſtitutionis, quæ à Trebellionibus inſeritur, admittitur ſecundum praxim ad illud remedium læſus.*
28 *Enormiſſimè læſo auxilium illud competit, non obſtante renunciatione, etiam iuramento roborata, d. l. 2. remedio.*
29 *Enormiſſimè læſo non nocet ſpecifica renunciatio, & remiſſio, etiam iuramento, læſionis enormiſſimæ.*
30 *Quæ ſit enormiſſima læſio, Iudicis arbitrio relinquitur.*
31 *Vtrum deſideretur iuramenti relaxatio ad impugnandum contractum iuratum, ſi ex enormiſſima læſione ſit agendum?*
32 *Renunciatio læſionis enormiſſimæ, etiam geminata, & ex interuallo, non officit renuncianti.*
33 *Læſio enormiſſima dolo ex propoſito æquiparatur.*
34 *Clauſula, qua contrahentes ſibi inuicem donare dicuntur exceſſum pretij, vel diminutionem, quid operetur.*
35 *Inſinuatio quid ſit, & cauſa, propter quas deſideratur.*
36 *In donatione, quæ dicitur fieri circa contractus onerosos, an inſinuatio præcedere debeat? & n. 37. 41.*
38 *Renunciatio proprij iuris continet donationem.*
39 *Remiſſio debiti certi inſinuationem poſtulat.*
40 *Non intelligitur donare, qui ex neceſſitate præcedentis contractus onerosi iuri ſuo renunciat.*
42 *Contractus tales cenſentur, quales celebrare contrahentes volunt.*
43 *Vbi donatio vera interuenit circa contractus onerosos, inſinuatione opus eſt.*
44 *Contractus, vbi dubium eſt, iudicatur iuxta nomen à contrahentibus impoſitum; & quando cenſeatur venditio, vel permutatio contractus, ibidem, & vſque ad numer. 51.*
52 *Vbi conſtat de voluntate contrahentis, quòd voluerit donare, coniecturis locus non eſt.*
53 *Donatio inter quas perſonas præſumatur.*
54 *Iure gentium læſio in contractu venditionis toleratur.*
55 *Licet minus malum ad maius vitandum permittere.*
56 *Lædens alterum in contractu venditionis, etiam intra dimidiam peccat, & ad reſtituendam obligatur, niſi paruitate materiæ excuſetur.*
57 *Quædam limitatio ad prædictam concluſionem reijcitur, & quomodo vera eſſe poſſit, explicatur n. 58.*
59 *Læſio quibus modis in contractibus contingere poſſit.*
60 *Vbi dolus ex propoſito in venditione interuenit, reſcinditur contractus, aut annullatur.*
61 *Quid ſit dolus ex propoſito, & quos effectus in contractibus producat.*
62 *An ſit differentia iure Canonico inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris.*
63 *Vt annulletur ob dolum contractus, neceſſe eſt, quòd talis ſit, vt in prudentiſſimum virum poſſit cadere.*
64 *Dolus incidens quid ſit, & de eius effectibus.*
65 *Dolo adhibito à Tertio, quod ius decepto comparat.*
66 *De effectibus doli dantis cauſam contractibus.*
67 *Doloſus agere poteſt, vt deceptus eligat, an velit ſtare contractui, vel ab eo reſilire?*
68 *Læſus dolo incidente ſolùm agere poteſt ad pretij exceſſus reſtitutionem, vel ad ſupplementum.*
69 *Qui ſciens iuſtum rei pretium minoris emit, aut pluris vendit, doloſus non cenſetur.*
70 *Vtrum poſſit vilius emi, aut carius vendi iuſto pretio ab eo, qui iuſtum rei valorem non ignorat? & numero 71.*
72 *Vt propter læſionem vltra dimidiam, pretium ſuppleatur, tantùm id præſtandum eſt, quod deeſt vſque ad iuſtum rei valorem.*
73 *Argumentum ab abſurdo vitando validum eſt in iure.*
74 *Quando venditio modico pretio facta, poſſit ſuperuenientibus liberis, reuocari remiſſiuè.*
75 *Venditio vili pretio facta per patrem in præiudicium liberorum, quando, & quomodo ab eis poſſit reuocari.*
76 *Vtrum re apud emptorem abſque culpa ipſius extincta, venditor vltra dimidiam læſus ad pretij ſupplementum poſſit agere? & num. 77.*
78 *Re perempta ſine culpa deceptoris, apud tertium poſſeſſorem, venditor vltra dimidiam læſus agere ad pretij ſupplementum non prohibetur.*
79 *Re caſu extincta penes emptorem læſum, non poteſt exigere pretij exceſſum.*
80 *Quoties res perit culpa eius, qui decepit; actio læſo datur ad pretij ſupplementum, vel exceſſus reſtitutionem.*
81 *Num læſis aliud remedium præter id, quod d. l. 2. indulgetur, competat, remiſſiuè.*

DE renunciatione beneficij l. 2. C. de reſcind. vendit. ac de 1 cæteris, quæ præſens caput complectitur, lato calamo
P differuerunt

diſtruerunt Hermoſilla *in l.56. ex gloſ.4.* maximè *gloſ.17. numer.21. cum alijs, tit.5. part.5.* Ceuall. *commun. contra commun. tom.1. quæſt.*443.511. Auguſt. Morla *in empor. iur. part.1. titul.9. quæſt.*10. Fachin, *lib.2. controuerſiar. cap.* 19. 20. D. Ioan, del Caſtillo *controuerſiar. lib.4. cap.*52. *à numer.*38. Auguſtin. Barboſa *in collectan. ad d.l.* 2. *à numer.* 64. Iuan, Matienço *in l.1 gloſ.8. tit.11. lib.5. Recopilat.* Pat. Ludouic. de Molina *de iuſt. & iur. diſp.* 349. Ferdinand. Rebell. *de obligationib. iuſtit. part.2. lib.9. quæſt.3. ſect.2.* Iacob. Menoch. *de arbitrarijs, lib.* 2. *caſ.*144. Pet. Noguer. *allegat.*18. *num.*54. *cum ſeqq.* Ant. Gab. *communium. concl. de empt.*

Ad Num. 1.

2 Renunciatio generalis omnium remediorum iuris non ſufficit, vt læſus vltra dimidiam iuſti pretij auxilio ex *d.l.2.* ſibi competente priuetur. Eſt omnium ferè communis reſolutio, quam tuentur Mozz. *de contract. lib. tract. de Emp.* tit. *quibus caſib. annull. emptio, num.*20. Cagnol. *in dict. l.2. num.*34. Maſcard. *de probat. concluſ.* 264 *alias* 1270. *num.*31. Bertaz. *de clauſul. inſtrument. clauſ.*40. *gloſ.*6. *numer.*6. Francisc. Molin. *de rit. nuptiar. lib* 2. *quæſt.* 16. *numer.* 5. Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens verbo, læſis, num.*1. *C. de in integr. reſtitut.* Salas *de contractibus, tract. de empt. dub.*27. *numer.*14. Gomez Vaio *in praxi, lib.1. cap.5. num.*18. Fachin. *dict. cap.*19. *verſ. Secundo ita Pinellus,* Gutierr. *de iuramento confirmator. part.1. c.26. num.*1. Ceuall. *dict. quæſt.*511. *numer.*1. Hermoſ. *dict. gloſ.*11. *numer.*26. Morla *dict. titul.*9. *quæſt.*24. *numer.*6.7. Barboſa *numer.*67. vbi plures, Molin. *num.* 16.

3 Ratio eſt, nam ſub generali diſpoſitione non veniunt illa, quæ ob graue præiudicium veroſimiliter præſumitur, noluiſſe diſponens, vt conuincentur, *l. obligatione generali* 6. *ff. de pignorib. c. in generali,* 81. *de reg. iur. in* 6. vbi Barboſ. *in collect.* varia adducit exempla, & de renunciatione ita docet Cyriac. *controuerſiar. forenſ. tom.3. controuerſ.*474. *n.*33. 34. Alban. *in l. qui Romæ, §. Duo fratres, numer.*110. *ff. de verb. obligat.* Dec. *conſ.*495 *num.*15. Crauet. *conſ.*290. *col.*2. *verſ. Similiter,* Cancer. *variar. parc.*3. *cap.* 15. *num* 154. Molin. *dict. diſp.* 349. *num.*16. In qua præmiſſa doctrina maximè locum habet, cùm renunciatio ſtricti iuris ſit, *l. ſi de certa* 31. *C. de tranſactionib.* Cancer. *vbi proximè,* Noguerol. *allegat.*16. *num.*112. Pat *in prax. tom.1. part.4. cap.* . *num.*30. *ad finem,* Cyriac. *ſupra, num.*60. Carleual. *de iudic. tom.2. tit.3. diſput.*23. *num.*4. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.*23. *num.* 29. Cumque læſio vltra dimidiam maximum afferat detrimentum, veriſimile non eſt, voluiſſe per generalem renunciationem remedio *dict. l.2.* renunciare contrahentem.

4 Ampliatur tradita concluſio, vt procedat etiam in ſciente iuſtum rei venditæ valorem; nam etſi generaliter renunciet, legis auxilio iuuabitur, Hermoſ. *d. num.*26. *in fine,* Alexand. *conſ.*42. *numer.*7. *lib.*1. Paothal. Crement. *in d.l.2. num.*5. etſi contra ſentiat Marta *de clauſul. clauſ.*126. *num.*23. quæ ampliatio procedit, ea opinione admiſſa, quæ habet, remedium iſtud competere, etiam ſcientibus iuſtum pretium eius, quod venditur; nam ſi, vt multi ſentiunt, denegetur, erit ſuperflua renunciatio. De quo infra, à *num.*9.

5 Ex ratione tradita, ad præcipuam concluſionem dicendum videtur, generalem renunciationem etiam iuramento roboratam non officere renuncianti, vt d.l.2. remedio vti non valeat, argumento *l. fin. C. de non numer. pecun.* iuramentum enim ſequitur naturam actus, cui accedit, nec vltra intentionem iurantis quicquam operatur, aut effectum obligationis extendit, ſed ſolùm addit Religionis vinculum, D. Couarr. *in cap. quamuis pactum part.*1. *§.*4. *num.*4. *verſ. Vt denique, de pact. in* 6. Molin. *de primogen. lib.4. cap.2. n.*56. Gutier. *de iurament. confirmat. part.*1. *capit.* 57. *à princip.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.4. gloſ.*21. *num* 83. & plures, quos congerit Barboſa *in collectan. ad d.l. fin. ex numer.*6. Pet. Gregor. *ſyntagm. iur. lib.*50. *cap.*5 *num.*1. Molin. *de iuſt. tractat.*1. *diſput.*281. *num.* 11. Dicaſtill. *eod tractat. lib.* 2. *tract.*5. *diſput.* 1. *dub.*7. *numer.* 148. Ad quæ videas Cardin. Lug. *de iuſt. tom.*1. *diſput.* 22. *ſect.*8. vbi late de iuramento confirmatorio. Vnde cum renunciatio generalis ex defectu conſenſus non noceat quoad hoc remedium, vt probauimus, idem erit, quamuis firmetur iuramento: ſic in ſimili docet Cyriac. *d. controuerſ.*474. *num.*45. vbi generaliter docet, renunciationem ad non cogitata iuramento non confirmari: cum Gloſſ. *verb. præſtitiſſet, in cap. veniens* 16. *de iureiurand.* Cyr. *in l.* . *num.* . *in* 3. *quæſt. C.* *commodat.* Liſpu *in l. ſub prætextu* 9. *numer.*5. *C. de tranſact.* Tiraquell. *in l. ſi unquam, in præfat. numer.* . *C. de reuoc. donat.* Mantic. *de iurament. part.4. effectu* 66. *num.*5. Contrarium tamen communiter DD. tenent, cum quis iuramento promittit, ſe nullo modo aduerſus contractum venire, imò etiam ſi ſimpliciter id iuret, pluri que placet, non poſſe ad remedium *dict. l.2.* confugere; de quo Hermoſ. *in dict. gloſ.*11. *num.* Credere tamen impetrat iuramenti relaxatione, priorem ſententiam veriorem eſſe.

Ibi: *Poſterior verò aſſertio.*

Specialis renunciatio *d.l.2.* impedit, ne renuncians eidem auxilio iuuetur, nam fauori pro ſe introducto liberum eſt cuilibet renunciare; *l. ſi quis in conſcribendo* 29. *de pact.* & renunciantibus ſuis actionibus ad ipſas regreſſus denegatur; *l. quamuis* 30. *C. de tranſactionibus, l. quæritur* 14. *§. Si venditor. ff. de ædilit. edicto,* Hermoſ. *ſupra, num.*21. 26. Gutierr. *dict. cap.*26. *numer.*8. Caroc. *de locat. part.1. rub. de reſcindend. locat. numer.* 41. Matienç. *dict. gloſ.*8. *numer.*42. Fachin. *dict. capit.*20. *verſ. Sexta & poſtrema,* Gomez Vaio *vbi ſupra,* Cacheran. *Pedemont. deciſ.*41. *numer.*9. Bobadilla *in Curia, tom.*2 *lib.*1 *cap.* 2. *num.*31. Mozz. *ſupra,* Trentacinq. *variar. lib.3. titul. de empt. reſolut.*3. *num.*11. Molin. *de primogen. lib.2. cap.3. numer.* 9. Anton. Fab. *de error. pragmaticor. decad.7. error.8. à numer.*1. Ant. Gab. *dict. concluſ.*1 *à numer.* 52. Ceuallos *quæſt.* 511. *numero* *ſecundo,* Padilla. *in dict. l.2. numer.* 42. vbi Pinel. *part.1. capit.* 2. *numer.*20. Pet. Greg. *ſyntagm. lib.*23. *capit.*24. *numer.* 14.15. Pat. Molin. *ſup.* 6

Quæ ſententia obtinet, etiam cum renuncians iuſtum rei valorem ignorat, Guttierr. *vbi proximè,* Barboſ. *in collectan. ad dict. l.2. num.*65. Hermoſ. *numer.*22. Matienç. *ſupra,* Villadiego *in l.8. num.*25. *verſ. Intelligo tamen, tit.* 4. *lib. fori iuzgo.* 7

Licet autem vnus ex contrahentibus ſibi renunciando præiudicet, alter ſi læſus reperiatur, non prohibetur actione ex *dict. l.2.* in iudicio experiri; notant Gregor. Lop. *in dict. l.*56. *gloſ. vlt. titul.*5. *part.*5. vbi Hermoſ. *dict. gloſ. numer.*118. Matienç. *ſupra, numer.*44. Farinac. *in fragment. verbo. deceptio, numer.*24. 8

Ad Num. 2.

Scienti iuſtum rei pretium, quæ venditur, auxilium *dict. l.* 2. denegari defendunt Menchac. *controuerſiar. vſufrequent. lib.3. cap.*61. *numer.*10. Stracha *de mercatura, titul. de ſponſionib. quæſt.*10. *numer.*2. Barboſ. *vbi proximè, num.* Ceuall. *d. num.*2. Caroc. *d. rub. de reſcind. locat. num.*8. Auendañ. *de cenſib. cap.*36. *numer.*4. Scaccia *de commercio, §.* 1. *quæſt.*7. *part.*1. *ampliat.*10. *num.*5. *verſ. Aſtringo:* Arimin. Tepat. *variar. ſententi. tom.*2, *titul.* 403. *cap.*7. *in princip.* Morla *d. tit.*9. *quæſt.*24 *num.*2. *cum ſeqq.* Salas, *d. tract. de emp. dub.* 7. *num.*8. Grauan. *diſcept. forenſ. cap.* 461. *num.*28. Cancer. *ſupra parc.*1. *cap.*13. *num.*3. Coſta *de fact. ſcient. & ignorant. cent.*2. *diſt.* 3. *num.*2. Suarez *receptar ſententiar. lit. L. num.* Cacheran. *deciſ.*40. *num.*12. Anton. Gab. *d. concluſ.*1. *num.*98. Bernard. Diaz. *regul.* 560. vbi Salcedo, Menoch. *conſ. num.*350. Cyriac. *controuerſ.*453. *num.*18. Gayl. *practicar. obſeruation. lib.2. obſeruat.*29. *num.*10. Matienç. *dict. gloſ.*8. *n.*35. Pet. Greg. *ſyntagmat. lib.*25. *cap.*14. *num.*14. Ratio eſt, nam ſcienti & conſentienti nulla fit iniuria, neque dolus, *capit. ſcienti* 27. *de reg. iur. in* 6. *l. cum donationis* 34. *C. de tranſact. l.1. §. Vſque adeo, ff. de iniurijs,* ſed potius cenſetur, quod ſupra iuſtum pretium præſtat emptor, aut infra illud venditor recipit argumento *l. donari* 2. *ff. de donat. & l. ſi quis donationis* 38. *ff. de contrah. empt.* Pet. Gregor. *num.*15. 9

Cui ſententiæ, vt defendi poſſit, præfati DD. declarationes quaſdam adiiciunt, ſine quibus & ipſis diſplicet. 10

Primam

Primam, eſſe probandam ſcientiam pretij iuſti in læſo, non ex quibuſlibet præſumptionibus, ſed ita manifeſte, vt de illa du... el nullo ...odo poſſit velut ex confeſſione ipſius læſi, ex æſtimatione per peritos facta, alíque nota tempore contractus, aut quia eſſet circa rem venditam expertus, Molin. *ſupra*, Matienç. *d. gloſ.* 8. *num.* 38. *verſ. Verum*. Hermoſ. *in d. l.* 56. *gloſ.* 4. *num.* 85. *Secundam*, quod nulla neceſſitate, aut ratione coactus venditor vilius diſtrahat, vel carius compararet, Matienç. *num.* 36. Barboſ. *in d. collect. num.* 1. Ant. Fab. *d. error.* 8. *num.* 8. Burgenſ. *in cap. cum dilecti, num.* 19. *de empt.* Hermoſ. *num* 89. *Tertiam*, quod cum his concurrant aliquæ coniecturæ, ex quibus donandi animus deprehendatur, Matienç. *n.* 39. Molin *n.* 4. *Quartam*, quod deceptus ruſticus, mulier, minor, aut prodigus non ſit, quoniam horum facilitati potius quam liberalitati tribuitur læſio, quam in ſuis contractibus paſſi ſunt, Hermoſ. *num.* 88. 90. Burgenſ. *nu.* 18. Barboſ. *vbi proximè*, Anton. Gab. *d. concluſ.* 1. *n.* 104.

11 Quibus ſimul conditionibus datis procul dubio communis ſententia tradita nuper eſt tenenda: prout fatetur Hermoſ. *n.* ... pro qua bonus eſt textus in *l. ſi quo* 17. *in fine princip.* iuncta Gloſſa *ibi*, *verbo*, *& ſcit, ff. locati*. Quæ ſic admiſſa extenduntur, etiam ſi intercesſerit læſio enormiſſima, vt tenent plures, quos refert Hermoſ. *n.* 80. & in foro conſcientiæ æque procedit, Abbas *in cap.* 1. *num.* 3. *de empt.* Coen. *in l. ſi paſcenda, num.* , *C. de pact.* Tiraquell. *de legib. connubialib. l.* 9. *n.* 13. *in fine*. Hermoſ. *n.* 81. nam cum ſupponatur voluntas donandi, ac poteſtas alienandi, nulla iniuſtitia conſiderari poteſt, vt aliud agens, ait Menoch. *d. caſ.* 144 *n.* . *verſ. Extenditur ſecundò*.

12 Aliquando tamen licet ea omnia ſimul inueniantur, admittetur læſus aduerſum venditionem, conſiderato eo, quod donatum cenſetur; nam licet in donationibus remedio *d. l.* 2. non ſit locus, vt ex aliis probat Barboſa, *num.* 57. Nihilominus ſi enormiſſimè læſus donator doceatur, auxilium eidem non negabitur, Hermoſ. *d. gloſ.* 11. *num.* 18. 56. Fontanella *ſupra*, *d. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *part.* 3. *num.* 75. Gratian. *Marchia deciſion.* 40. *num.* 1. 2. Eſcubar. *de ratiocinijs, lib.* 2. *comput.* 6. *verſ. Aut loquimur*, Theſaur. *deciſ.* 213. *n.* 11. Vndè etſi in caſu, de quo agimus, quoad venditionem læſio non conſideretur, quia donatus eſt exceſſus; poteſt dari reſpectu eius, quod donatum eſt, Bart. *in d. l.* 2. *n.* 5. Tunc autem cenſebitur donator enormiſſimè læſus, cum ipſius facultatibus perpenſis, ei non ſupereſt, ex quo iuxta perſonæ ſuæ qualitatem viuere poſſit, quod Iudex pro ſuo arbitrio decernet, Socin. *conſ.* 266. *vol.* 2. Gregor. Lop. *in l. fin. gloſ.* 7. *tit. vlt. p.* 6. Afflictis. *deciſ.* 512. *n.* 2.

13 Sed cum rarò, ſupra traditas conditiones ſimul concurrere contingat, ad excludendum remedium *d. l.* 2. rectius contra Communem, non excludi ſcientem rei pretium à reſciſſione contractus, ſentiunt abſoluté vltra Pinellum, Caſtill. *d. cap.* 52. *n.* 41. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 8. *num.* 10. Sarmient. *lib.* 1. *ſelectar. cap.* 11. *num.* 6. Fachin. *d. cap.* 20. *verſ. Sed contrarium docuit*, Herm. *d. gloſ.* 4. *n.* 90. Suar. *in addit. ad Pinell. p.* 3. *c.* 2. *n.* 11.

Verſ. *Rurſus & hæc ſecunda principalis concluſio.*

14 Quod renunciatio *d. l.* 2. facta in eodem inſtrumento contractus impediat eius actionem, cum *D. Couar.* probant Gutier. *d. cap.* 16. *n.* 3. *& practic. lib.* 2. *q.* 140. *n.* 2. Padilla *in d. l.* 2. *n.* 42. Fachin. *d. cap.* 20. *verſ. Porrò* Villadieg. *in d. l.* 8. *num.* 22. *verſ. Extende*, Barboſ. *in d. collectan. ad l.* 2. *n.* 66. Bolaños *vbi proximè*, Gomez Vaio *d. n.* 18. Pet. Greg. *ſup. n.* 15. De quo iterum inferius *n.* 20.

Ad Num. 3.

15 Renunciationem exceptionis non numeratæ pecuniæ eidem inſtrumento confeſſionis inſertam, iure communi nullius roboris eſſe, verius, ac receptius eſt, Gregor. Lop. *in l.* 9. *gloſ. fin. tit.* 1. *part.* 5. Trentacinq. *ſupra. tit. de ſolutionib. reſolut.* 20. *num.* 16. Anton. Gom. *in l.* 50. *Tauri*, *n.* 52. *verſ. Quod extende, circa principium*, Mat. Muta *dec.* 71. Coſta *in l. ſi ex cautione, fallent.* 2. *C. de non numer. pecun.* Cardin. Tuſch. *practicar. concluſ. lit. E. concluſ.* 421. *nu.* 7. Valaſc. *conſ.* 5. *num.* 12. 13. Rebuff. *ad leg. Galliæ*, *tom.* 1. *tract. de chirograph. & cedul. recognit. in præfat. art.* 2. *n.* 27. Coler. *de proceſſ. executiu. part.* 1. *c.* 10. *num.* 194. Dueñas *reg.* 260. *n.* 4. Pet. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 6. *n.* 27. 28. *ff. ſolut. matrim.* Tiraquell. *in tract. de iure Conſtituti, part.* 3. *num.* 50. 51. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 18. *tit.* 4. Hermoſil. *in dict. l.* 9. *gloſ.* 8. *num.* 2. *tit.* 1. *part.* 5. vbi latè, Molin. *diſp.* 302. *num.* 3. *& diſp.* 459. *num.* 4. Gutier. *de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 37. *num.* 10. *verſ. Hanc communem*, Ceuall. *tom.* 1. *q.* 365. quamuis contrarium placuerit Gloſſ. *in d. l. ſi ex cautione, verbo, probare, in fine*, *C. de non num. pecun.* Cardinal *in cap. fin. n.* 9. *de ſolut.* Azoni *in ſumma*, *C. de non numer. pecun.* Aufrerio, *in addit. ad Capell. Tholoſan. deciſ.* 375. *n.* 1. Auendañ. *de cenſib. cap.* 45. *n.* 6.

At communis opinio limitatur, etiam communiter, 16 quando renunciationi iuramentum accedit, tunc enim & in eodem inſtrumento facta nocet renuncianti, ſecundum ius commune, Bart. *in l. fin. C. de non numer. pecun.* Menchac. *de ſucceſſion. creatione, lib.* 1 §. 9 *n.* 15. Gratian. Falcon. *reg.* 168. *n.* 5. Vital. de Cambano *de clauſul. quæſt. An non numerata pecun. exceptioni renunc. poſſit? n.* 1. *verſ. Breuiter diſtingue*, Mancin. *de iurament. part.* 4. *effect.* 55 *n.* 3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 695. *num.* 19. Carol. de Graſſis *de exceptionib. except.* 43. *n.* 15. 35. Gutier. *vbi proximè, dict. num.* 10. Bertazol. *clauſ.* 32. *gloſ.* 3. 4. *n.* 2. & alij, *proximè* laudati. Oppoſitum defendunt Alciat. *in cap. cum contingat, n.* 177. *de iureiurand.* Marta *de iuriſdict. part.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 161. *n.* 25.

Et tamen aduertendum, quòd licet ei, qui renunciatio- 17 nem iurauit, poſt ſolutionem tanquam indebite ſolutum repetere quod dedit, argumento *cap. debitores* 6. *de iureiurando*, Hermoſ. *d. gloſ.* 8 *n.* 12. Bart. *in d. l. fin. C. de non numer. pecun.* Gutier. *d. n.* 10. *in fine*, vbi alij.

Regio autem Partitarum iure, exceptio pecuniæ non 18 numeratæ non datur ei, qui illi etiam in eodem inſtrumento obligationis renunciauerit, vt ex *d. l.* 9. *in fine*, *tit.* 1. *part.* 5. obſeruant Ant. Gom. *vbi proximè*, Menchac. *d.* §. 9. *n.* 22. 25. Dueñas *regul.* 260. *num.* 5. Gutier. *ſuprà num.* 9. Villadieg. *in Politica, cap.* 2 *n.* 105. Hermoſ. *d. gloſ.* 8. *nu.* 4. Falcon. *reg.* 108. *n.* 4. Auendañ. *de cenſib. cap.* 45. *num.* 6. Coſta *in d. l. ſi ex cautione num.* 2. *cum ſeqq.* Ceuall. *dict. quæſt.* 365. *n.* 7. *& n.* 5. Regiam legem limitat, ſi renunciatio in continenti fiat in priuato chirographo, nam minimè valebit.

Illud eſt adijciendum, quòd etſi validè exceptioni præ- 19 fatæ cum iuramento, aut ſine illo renuncietur, poteſt reus ipſam obijcere aſſumendo in ſe onus probandi pecuniam ſibi non fuiſſe numeratam; quoniam huiuſmodi defenſio per illam renunciationem non intelligitur ſublata, ſed ſolùm onus probandi numerationem, quod alias incumberet intra biennium creditori, remouetur; Greg. Lop. *in d. l.* 9. *gloſ. fin.* Hermoſ. *ſupra num.* 5. 14. vbi plures: Coſta *vbi proximè*, *n.* 4. Menchac. *d. num* 15.

Ibi: *Contrariam ſanè opinionem.*

Hanc ſententiam: vt ſcilicet renunciatio *d. l.* 2. *C. de reſ-* 20 *cind. vendit.* in eodem inſtrumento facta non teneat contra *D. Couar.* tuentur Hermoſ. *in d. l.* 56. *gloſ.* 11. *n.* 24. *verſ. In fœminis*, Cancer. *part.* 1. *cap.* 13. *num.* 25. *& part.* 3. *cap.* 5. *n.* 264. Matienç. *in d. l.* 11. *gloſ.* 8 *num.* 4. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopil.* vbi de praxi teſtatur, Ant. Gom. *d. lib.* 2. *variar. cap.* 2. *num.* 26. Molin. *d. tit.* 9. *quæſt.* 24 *num.* 8. Ceuall. *d. quæſt.* 511 *n.* 3. Burgenſis *in cap. cum cauſa, num.* 20. *de empt.* Noguerol. *allegat.* 18. *num.* 55. Villadieg. *in Politic. tract. de formula libellandi*, *n.* 159. *verſ. Y eſte remedio, y leſion.* Quæ opinio æquior, ac in praxi recepta eſt, nam eadem facilitate, qua quis ſe lædi patitur, ad renunciandum inducitur, Molin. *diſp.* 349. *numer.* 26.

Verſ. *Primò, quod eadem facilitate.*

Omnes ferè conueniunt, mulieribus, ruſticis, & minori- 21 bus non officere renunciationem *d. l.* 2. in continenti factam, propter ſexus, ac iudicij imbecillitatem, Barboſ. *in collectan. ad illam conſtitutionem*, *n.* 66. Gutier. *pract. d. q.* 1 0.

P 2 num. 3.

nu.3. Caroc. *de locat.part.3. Rubric.de reſcindend. locat.n.34.* Hermoſill, *d.num. 24. verſ in fæminis,* Pet. Greg. *ſup.num. 15.* quamuis Trentacin. *d.tit.de empt.reſolut.3.n.12. in fine,* hoc limitet, ſi huiuſmodi perſonæ de legis prouiſione certioratæ ſpecialiter illi renuncient.

Ad hanc ſolutionem *D. Couarr.* pro Calcaneo poteſt replicari, quod etiam in viris maioribus non ruſticis facilitas conſideratur, vt iure communi attendebatur in renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ; quæ, vt diximus, ex hac cauſa in continenti facta non tenebat, quamuis ex interuallo ſubſiſteret.

Verſ. *Secundò, in eiuſdem opinionis.*

23 Similiter contra hanc reſponſionem, *D. Couarr.* dici poterit, homines itidem in venditione, auiditate comparandi aliena, vel neceſſitate vendendi propria compulſos, ſæpè labi ad cariùs emendum, viliuſvè diſtrahendum, & eâdem facilitate, qua hæc faciunt, mouentur ad renunciandum in continenti legis auxilio: quæ ratio ceſſat, ſi poſt contractum iam perfectum ſubiuri cedant, quod cum liberius operentur, ſibi præiudicant.

Verſ. *Tertiò accedit, quod Romanus.*

Non omnino excluditur *Romani* ratio, nam doli quali-
24 quali ſuſpicione non caret, qui cum læſione vltra dimidiam alterius contrahit, volens cum tanta iactura aliena locupletari; Cancer. *d.part.1.cap.13. num 25.verſ. Ob qua non intereſt,* Noguerol. *allegat.18.num.36.* Thor. *conſ.vnic. poſt vota deciſiua, num. 42.* Sforcia Odd. *conſ. 37. num. 58. vol.1.* Hermoſill. alios referens, *dict.gloſ. 11. num. 49.* Vnde ſaltem ſecundùm hanc ſententiam non eſt abſonum, de renunciatione doli ad eam, de qua agimus, arguere; quanquam verum ſit ex læſione vltra dimidiam dolum non præſumi, Petr. Greg. *ſup.c.24.n.3.*

Ad. Num.4.

Verè textus *in l.vlt.§. Item quæſitum, ff. de condict.indebit.*
25 minimè iuuat Calcanei opinionem, vt ſentit *D. Couar.* cùm in renunciatione loquatur generali: quando autem ſpecialis renunciatio condictionis indebiti impediat repetitionem, explicat latè Gutierr. *de iuram. confirmat. part. 1. cap. 27. per totum.*

Verſ. *Quintò, Calcanei ſententiam adiuuat.*

Dubium non eſt, vt experientia docet, quin renunciatio
26 *d.l.2.* ex ſtylo Tabellionum in inſtrumentis venditionum adijciatur, eiſdem contrahentibus inſcijs, atque ita teſtatur Villadieg. *vbi proximè, d.n.139.verſ. Y eſto remedio,* Noguerol. *ſupra, num.55.* Matienz. *d.gloſ.8.n.45.* Nec refert, quod illis inſtrumenta ante præſtitum conſenſum, prælegantur, quia communiter ad huiuſmodi clauſulas non aduertunt, qui contrahunt; nec vim, quam habent, homines literarum imperiti intelligunt, & per Tabelliones declarari non ſolent, quapropter clauſulas ex ſtylo Tabellionum apponi conſuetas nullius eſſe momenti, ſaltem quoties de graui præiudicio tractatur, ſentiunt Tiraquel *in l.ſi vnquam, n.126.C.de reuocand.donat.& de iure Conſtitut.part.3. limit. 31.n.12.* D. Couarr. *in rubric.de teſtament.part.2.ex n.39.* vbi alij: Matienç. *in l.1.gloſ.10.n.65.tit.4.lib.5. Recopilat.* Gutierr. *de iurament.confirmat.part.1.cap.17.n. 5. verſ. Sed contraria,* Pareja *de inſtrument.edit. tom.1.tit.5.reſolut.10.n.68. 69.* & alij multi, apud Menochium *conſ.37.à n.157.*

Contraria verò ſententia communis etiam docens, has clauſulas eſſe obſeruandas, ac ſi a contrahentibus adijcerentur, quam amplectuntur plurimi, quos referunt, ac ſequuntur ipſe Menoch. *à n.130.* & Hermoſ. *in l.42.gloſ. vlt. n.9.tit.5.p.5.* eſt intelligenda, ſi de modico præiudicio tractetur, aut illæ ab ſolemnia, vel ſubſtantialia actus pertineant, nam in ipſas creduntur partes conſenſiſſe eo ipſo, quod inſtrumentum fieri voluerunt: renunciatio autem *l.2.* non eſt modici præiudicij, nec ad ſolemnitatem, vel ſubſtantiam venditionis ſpectat, atque ideo à Tabellione adiecta pro non ſcripta debet haberi. Nec quicquam intereſt, quod renunciatio vtrinque fiat, poſſitque vel venditori, vel emptori vtilis eſſe. Quoniam hoc verum eſt, ſi in abſtracto conſideretur, non ſi iam in contractu poſita; etenim ſtatim læſo erit nociua, & deceptori fauorabilis, cùm ad læſionem tempus contractus inſpiciatur regulariter, vt *c.proximo præced.* dictum eſt.

Ibi: *Quamobrem quamuis ſæpiſſimè.*

Tamen non obſtante renunciatione facta in eodem in- 27
ſtrumento, auxilium *d.l.2.* concedi quotidie videmus, vt teſtatur Matienç. *d.gloſ.8.n.43.* alioqui inutilis iam eſſet prouiſio eius conſtitutionis, cùm in omnibus inſtrumentis talis clauſula renunciationis ex conſuetudine Tabellionum adijciatur, ſicut conſiderat Morla *d.quæſt.24.n. 8.* Et quamuis de iure dubia ſit quæſtio, *Calcanei* ſententia, quam amplectuntur tot grauiſſimi interpretes aduerſum *D.Couar.* laudati *ſupra, n.20.* æquior eſt, atque ideo tenenda, cum in dubijs non minus tutum ſit, quàm iuſtum, benigniorem ſequi interpretationem, *l.ea quæ 153.§. In re dubia, ff. de reg.iur* magiſque repetitioni, quam aduentitio lucro fauendum, *l.non debet 42.§.In re dubia, ff.eod.*

Ad Num.5.

Enormiſſima læſione in contractu contingenti, renun- 28
ciatio *d.l.2.* quomodolibet facta, imo & iuramento fulta, non obſtat læſo agenti aduerſus deceptorem Eſt communis reſolutio, pro qua ſunt Molin. *de primogen.lib.2. c. 3. verſ. Quòd temperandum,* Barboſ. *in d. collectan. n 130.* Ant. Gab. *d.lib.3 tit de iur.dot.concluſ.1.n.8.* Gregor. Lop. *in d. l. 56.gloſ.vlt.* Simoncel. *de decretis, lib.3.tit.8.n.233.* Gutier. *d. cap.16.n.7.* Trentacinq. *d.tit.de empt.reſolut.3.n.8.* Villadieg. *d.n.139 verſ. Y lo miſmo ſerà:* Burat. *deciſ.75. n.6.& 8.& dec. 116.n.15.* Paſchal. *de patr.poteſt.part.1.c.8.n.47.* Thor. *d. conſ. vnic.n.43.* Galerat. *de renunciat.centur.2.renunc. 102. n. 24. verſ. Contrarium verius,* Padilla *in d.l.2.n.43.* Matienç. *d.gloſ. 8.n.48.* Ceuall. *tom.1.quæſt.115.n.4.* Afflictis *deciſ. 322. n. 7.* Caſtill. *quotidianar.lib.3.c.2.n.36.41.53.* qui ait, nullam cautelam excogitari poſſe, vt remedium contra enormiſſimam læſionem excludatur, *Hermoſ.* apud quem alij multi, *d.gloſ. 11.n.35.*

Sed ſi læſioni enormiſſimæ fuerit cum iuramento ſpeci- 29
ficè renunciatum, ceſſare omne legis auxilium ad contractus reſciſſioné, opinatur Ant. Gom. *variar.li.2.c.14.n.20. verſ. Tertio infero,* Michael. Graſſ. *in §.Succeſſio ab inteſtato, q. 13. verſ. Contrariam,* Tuſch. *lit. L.concluſ.494.n. 44.* Butr. *in c.cum contingat, n.13.verſ. Sic concludunt, de iureiurand.* Berōi. *conſ.41.n.16.lib.* Bargal. *de dolo.lib.2.c.2.n.42. verſ. Ex aduerſo,* Galiaula *conſ.5.n.32.*

Contrarium verò ſuſtinent Hermoſ. *d.gloſ.11.n.45.* Abbas *in d.cap.cum contingat, n.23. de iureiur.* Cagnol. *in d. l. 2. n.98.* Padilla *ibi, num.45.* Rot. apud Caſſiod. *deciſ.1. de empt.* Grammatic. *deciſ.66.n.48.& 49.* Molin. *vbi proxime, n. 19.* Gutier. *in Authent.ſacramenta puberum, n.98. C. ſi aduerſ. vendit.* Pet. Barboſ. *in l.1.part.5.n.53.ff.ſolut.matrim.* Caſtill. *d.cap.2.à numer.28.* Auguſt. Barboſ. *in d.collectan.num.130.* Seraphin. *de priuileg.iurament. priuileg.131. numer.6.* Quæ ſententia verior eſt, ac communior, iura enim dolum in hac læſione præſumunt, vt cum alijs docet Hermoſ. *n. 46.* qui iuramenti vi fouendus non eſt; qui quidem dolus quaſi adhibitus ex propoſito, conſenſum iurantis tollit; & ideo nec contractus, nec renunciatio iuramento firmatur. Faciunt tradita *ſupra.n.5.*

Quæ ſit enormiſſima læſio? Iudicis relinquitur arbitrio, 30
iuxta veriorem opinionem, Giurba *deciſ.110.n. 4.* Caſtill. *tom.7.de Tertijs, cap.18.num.91.* Ferentill. *in addit.ad Buratum, deciſ.116.lit.C.* Molin. *d.c.3.n.18.in fine,* Garcia *de expenſ.cap.18.num.11.ad finem,* Sforcia Odd. *de in integ.reſtit.part.1.q 4.n.121.* Hermoſ. cum pluribus *d.gloſ.11.n. 11.* Noguerol. *ſupra, n.59.* Eſcobar *de ratiocin.lib.2.comput.6.n.10.*

Vtrùm deſideretur relaxatio iuramenti, cùm aduerſus 31
contractum iuratum ob enormiſſimam læſionem agitur? quæſtionis eſt; & negant Matienç. *d.gloſ.8.num.49.* Caroç. *ſupra, d.rubric.de reſcindend. locat. num. 35. & 36.* Mancin.

ſupra,

ſupra, part. 6. quæſt. 4. n. 1. Farinac. *in fragment. part. 1. verb. iuramentum. n.* 1273. 1290. Benechend. *in addit. ad Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg.* 31. *num.* 16. 17. *& priuileg.* 61. *n.* 55. Ioſeph. Ludouic. *Lucenſ. deciſ.* 27. *num.* 16. 20. & alij apud Hermoſ. *d. gloſ.* 11. *num.* 82. & Barboſ. *in collectan. ad Auth. ſacramenta puberum, numer.* 17. *C. ſi aduerſ. vendition.*

Sed contra, non eſſe audiendum enormiſſimè læſum niſi relaxatione iuramenti impetrata, ſuſtinent. Caſtill. *quotidianar. lib. 3. cap. 2. num. 26. verſ. An abſolutio,* Capic. *deciſ.* 159. D. Couar. *in c. quamuis pactum, part. 3. §. 4. n. 8. de pact. in* 6. Gutier. *in d. authent. ſacramenta puberum, num.* 96. *verſ. Sed his non obſtantibus,* Fachin. *ſupra, lib.* 8. *cap.* 69. *in fine,* Cancer. *d. cap.* 13. *num.* 11. *verſ. Ex quibus,* Molin. *d. c.* 2. *n.* 25. Azeued. *in l. 4. num.* 137. *tit.* 21. *lib. 4. Recopilat.* Ceuall. *tom.* 2. *quæſt.* 900. *num.* 35. quæ ſententia magis communis eſt, ac tuta. Sed priorem admiſit Rota *deciſ.* 102. *num.* 2. *part.* 2. *diuerſor.* cum manifeſtè de enormiſſima læſione conſtat, Hermoſ. *numer.* 84. de quo diximus *ſup. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 43. Sed etſi contrahens iurauerit, ſe non petiturum abſolutionem à iuramento, quo contractum firmauit, poterit tam à primo, quam à ſecundo iuramento abſolui, Molin. *n.* 25. Hermoſ. qui alios refert, *ſup. n.* 92. Sed ſi dolus ex propoſito interuenerit, nulla debet abſolutio poſtulari, Molin. *n.* 14. D. Couar. *in c. quamuis pactum, part. 3. §. 4. n.* 3. Abbas *in c. cum contingat, n.* 3. 13. *de iureiurand.*

32 Quæ communis ſententia tradita *num.* 29. ampliatur, etſi renonciatio ſit ex interuallo geminata, adhuc enim enormiſſimè læſus, erit audiendus ob præſumptum dolum deceptoris: Hermoſ. *d. n.* 46. Boër. *deciſ.* 35. *num.* 5. Molin. *d. num.* 19 *ad finem,* Gutierr. *vbi proximè, num.* 99. *verſ. Sed ſi benè, in fine.* Piuel. *part.* 3. *cap.* 1. *num.* 36. Burg. de Paz, *conſ.* 28. *num.* 22.

Ibi: *Quo quidem caſu læſio re ipſa contingeret.*

33 Læſio enormiſſima quoad iuris effectus, dolo comparatur adhibito ex propoſito: Hermoſ. *n.* 46. Valaſc. *conſ.* 130. *num.* 12. Maſcard. *concluſ.* 531. *num.* 27. 28. Ioſeph. Ludouic. *Peruſ. deciſ.* 18. *nu.* 55. 36. 63. 70. Caldas Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſis, num.* 1. *verſ. Quando agitur,* Cancer. *d. c.* 14. *num.* 11. Andr. Gail. *obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 147. *n.* 8. Caſtill. *quotidianar. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 20. 41. 33. *verſ. Is autem,* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 83. *num.* 77. Farinac. *in prax. crimin. quæſt.* 89. *num.* 140. qui plurimos referunt. Hinc eſt, vt ſi læſio enormiſſima interueniat, deceptori electio denegetur, quæ ex *d. l.* 2 *competit,* ſed læſus ad contractus reciſſionem agere præciſè poteſt, Barboſ. *in d. collect. n.* 6. Fontanella *ſupra, tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *part.* 2. *n.* 59. 60. Hermoſill. *in d. l.* 56. *gloſ.* 7. *num.* 20. *tit.* 5. *part.* 3. Cagnol. *in dict. l.* 2. *num.* 81. Theſaur. *deciſ.* 165. *num.* 8. Noguerol. *allegat.* 29. *n.* 216. Et ita in praxi ſeruari, teſtis eſt Anton. Fab. *in ſuo Codic. lib.* 4. *tit.* 30. *diffinit.* 3. etſi ipſe contrà teneat, *de errorib. decad.* 7. *error.* 10. *à num.* 7. & D. Couar. *in d. c. quamuis pactum, §.* 4. *num.* 14. Inde etiam prouenit, vt hoc caſu res cum fructibus per deceptorem ſit reſtituenda, nedum perceptis, ſed & qui percepti potuerunt, Fontanell. Barboſ. Hermoſ. *vbi proximè,* Giurba *deciſ.* 05. *num.* 1. Gomez de Leon *in ſua centur. reſponſ.* 19. Gamma *deciſ.* 40. 94. *num.* 9. vbi Flores de Mena, Parlador. *rer. quotidianar. lib.* 2. *cap. vltim. part.* 5. *§.* 16. *n.* 13. Ceuall. *tom.* 2. *quæſt.* 763. *n.* 43. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 258. *num.* 10.

Ad Num. 6.

34 Clauſula hæc, per quam contrahentes ſibi inuicem donant, quod vltra vel infra iuſtum pretium datur, vel recipitur, eſt ex illis, quas Tabelliones ex officio adijcere ſolent, vt aduertunt Gutierr. in *d. authent. ſacramenta, n.* 101. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 144. *num.* 4. Hermoſ. *d. gloſ.* 11. *num.* 119. Gomez Vai. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 10. & quamuis multi ſentiant, cum *D. Couar.* in præſenti, per illam tolli remedium *d. l.* 2. aut ſaltem aliqualem donationem induci, iuxta verba in inſtrumento ſcripta, vt videre licet apud Mynochium *vbi proximè,* Fachin. *d. lib.* 2. *cap.* 19. *verſ. Sed & tertia,* Molin. *d. tit.* 9. *quæſt* 20. *per totam,* qui plures referunt; Verius tamen eſt, per talem clauſulam, nec remedium *d. l.* 2. auferri, nec aliquam donationem induci, niſi aliundè conſtet de ſcientia iuſti pretij, ac animo donandi: Ita Gutierr. Vaſq. Hermoſ. *vbi nuper,* Monteroſ. *in ſua praxi, tract.* 7. *in prax. inſtrumen. vendit. circa principium,* Pinell. *part.* 1. *c.* 1. *n.* 22. 21. Matienç. *d. gloſ.* 8. *n.* 44. Caſtill. *controuerſ. lib.* 4. *c.* 52. *à n.* 38 Theſaur. *Pedemontan. deciſ.* 165. Mattia *de clauſul. part.* 1 *clauſul.* 363. Molin. *de iuſt. & iur. diſp.* 349. *n.* 16. Roderic. *de ann. redditib. lib.* 1. *quæſt.* 12. *à num.* 6. Azeued. *in l.* 1. *n.* 29. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilat.* Dicaſtill. *de iuſt. lib.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 3. *dub.* 5. *num.* 34. Barboſ. *num.* 58. vbi alij. Ea enim verba præter contrahentium intentionem adijciuntur, qui minimè de donatione cogitant, ſed contractum vtrinque onoroſum volunt celebrare, ac perfunctoriè ponuntur; Caſtill. *ſupra, n.* 39. *in fine,* Tuſch. *lit. C. concluſ.* 304. *num.* 11. Actus autem non debet vltra agentium intentionem operari; *l. non omnis* 19 *ff. ſi cert. petat.* etſi ſonus verborum aliud ſuadeat; cùm non illa, ſed mens ſit attendenda diſponentis; *l. generaliter* 6. *C. de impuber. & alijs, l. ſi quis filium* 3. *C. de liber. prætærit. l.* 3. *§. Conditio, ff. de adimend. legat.* Auguſt. Barboſ. *de axiomatib. iur. axiom.* 222. *n.* 1. vbi plures refert, & videatur ad hæc notata *ſup. num.* 26.

Ad Num. 7.

Inſinuatio nihil aliud eſt, niſi *facta donationis apud iudicem competentem publicatio,* quam, & alias definitiones tradit, & exornat Hermoſ. *in l.* 9. *gloſ.* 1. *num.* 28. *tit.* 4. *part.* 5. 35
quæ quatuor de cauſis de iure ad valorem donationis vltra quingentos ſolidos deſideratur. Primò, vt inter donationem & inſinuationem donans maturiùs deliberet, num ſibi expediat actum illum perficere; nam ante inſinuationem poteſt donatio reuocari, ſaltim quoad exceſſum quantitatis lege permiſſæ, Hermoſ. *in d. l.* 9. *gloſ.* 15. *num.* 2. Secundò, vt iteratio actus perſeuerantiam & animum deliberatum oſtendat. Tertiò, ad tollendam omnem ſuſpicionem fraudis, & metus. Quartò, vt probationem occurratur falſitati, ita Ant. Canar. *de inſinuationib. p.* 1. *n.* 18. Seraphin. *priuileg.* 73. *n.* 50. Rebuff. *ad leg. Gallia, tom.* 2. *tit. de donationib. inſinuand. art.* 1. *gloſ.* 1. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 261 *n.* 19. *cum alijs.* Pet. Gregor. *ſyntagmat. lib.* 28. *c.* 13. *n.* 4. 6. Card. Lug. *ſup. diſp.* 23. *ſect.* 10. *n.* 149. vbi *n.* 146. An inſinuatio in foro conſcientiæ requiratur, vt tuta conſcientia poſſit retineri, quod vltra quingentos ſolidos donatum eſt? & donatarium ad reſtitutionem non teneri, niſi petatur, cum Molina, & alijs, reſoluit Dicaſtill. *ſup. tract.* 5. *diſp.* 1. *dub.* 6. *num.* 113. 137. vbi quod ſat eſt, ſi tacitè exceſſus exigatur.

Communis doctrina eſt, quòd, vbi inter contrahentes remittitur, maximè per verba importantia donationem, quod datur, vel accipitur præter iuſtum pretium, ſi ſummã quingentorum ſolidorum id excedat, inſinuatio requiritur: Tiraquell. *in d. l. ſi vnquam. verbo, donatione largitus, n.* 4. Anchartan. & Imola *in c. cum cauſa, de empt.* Roman. *in l.* 2. *in princip. col.* 4. *ff. de verbor. obligat.* Alciat. *ibi, n.* 16. Alexand. *in l. ſi quis cum aliter, col.* 4. *verſ. Item, quæ ſunt, ff. eod.* Firmian. *de gabell. part.* 3. *partis* 8. *principalis, quæſt.* 12. *in fine,* Socin. *conſ.* 215. *col.* 1. *lib.* 1. Pur. *deciſ.* 230. *n.* 8. *lib.* 1. late Fachin. *d. lib.* 2. *cap.* 19. *verſ. Ego in hac re duo.* Quæ opinio quando vera ſit, ex dicendis apparebit. 36

Verſ. *Primùm, locus Iuriſconſulti.*

Huic fundamento ſatisfacit D. Couar. *infrà, num.* 10. Et ſequentibus, *n.* 12. *in fine.*

Verſ. *Secundò, ratione inſtruitur.*

Huic rationi reſpondetur, non eſſe gratuitam donationem, quam contrahentes faciunt, ſed neceſſariam, ſuppoſito contractu venditionis; cùm ideo renuncient, vel remittant: quia alter contrahens emere, aut vendere renueret, niſi his pactionibus contractus firmaretur. Vndè donatio non eſt, niſi impropriè, cum ob cauſam fiat: *l. hoc iure* 12. *§. fin. l. Aquilius Regulus* 27. iuncta Gloſ. *ibi, verbo, non meram, ff. de donat.* quæ ad ſui validitatem inſinuatione non eget, Molin. *de primogen. lib.* 2. *c.* 8. *num.* 16. Bart. *in d. l. Aqui-* 37

lius, num. 3. Ant. Gabr. d. lib. 3. tit. de donat. concluſ. n. 61. Iul. Clar. receptar. ſententi. lib. 4. §. Donatio, q. 17 ad finem, Segura in l. ab exheredati, n. 9. ff. de legat 1. Cyriac tom. 1. controu. 128. n. 109. Gratian. diſceptat. c. 32. n. 24. 25. Hermoſ. in d. l. 9. gloſ. 15. num. 15. tit. 4. part. 5. Videas pro ſolutione huius argumenti D. Couarr. infra, n. 12. in fine.

Ad Num 8.

38 Renunciatio proprij iuris, ad fauorem alterius, cenſetur donatio, Gloſ. verbo, dimittere. in cap. ex parte, 12. de offic. & poteſt. iudic. deleg. Bart. in l. ſi fraudator 25. in princip. ff. quæ in fraud. creditor. Tiraquell. in d. l. ſi vnquam, verbo, donatione largitus, n. 171. Afflictis deciſ. 322. ex n. 1. Nauarr. de ſpolijs, §. 15. n. 5. Ceruantes in l. 6. Tauri, n. 70. Carlenal. de iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 23. nu. 43. Hodierna ad Surdum, deciſ. 70. n. 11. Bellon. de iure accreſcendi, c. 7. qu. 41. n. 68. 69. Tondut. ſupra, num. 14. qui conſtituit differentiam cum Caoccio part. 3. c. 22. n. 211. & c. 15. n. 171. inter renunciationem, & repudiationem, nam hæc tollit iuris quærendi facultatem, in qua nec conſideratur donatio, nec inſinuatio requiritur; illa iam quæſitum aufert, quæ cum donatio vera ſit, vltra quantitatem permiſſam, abſque inſinuatione non ſubſiſtet, Seraphin. priuileg. 109. nu. 4. idem Tondut. n. 21. Rota, deciſ. 323. n. 34. & deciſ. 320. n. 24. 30. 34 part. 6. in recentior. Ant. Gom. variar. lib 1. c. 4. num. 10. verſ. Item etiam prædicta habent locum, Hermoſ. d. gloſ. 15. n. 17. Dicaſtill. d. tractat. 5. n. 119.

Ibi: *Quo fit, vt etiam in remiſſione debiti.*

39 Si debitum certum remittatur; inſinuatio, vt in donatione, opus erit; ſecùs ſi dubium ſit, Card. Lug. ſup. diſput. 23. ſect. 10 n. 150. Dicaſtill. d. tractat. 5. dub. 6. n. 128. Bald. in l. Illud, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Ant. Gom. d. c. 4. n. 9. Dueñas reg. 220. ampliat. 1. Iul. Clar. d. §. Donatio, q. 16. n. 1. 3. Mozz. de contract. tract. de donat. tit. de ſubſtantialib. donat. n. 17. 18. Matienç. in l. 7. gloſ. 6. n. 6. tit. 10. lib. 5. Recopilat. Hermoſ. d. gloſ. 15. numer. 5. 6. Cancer. part. 1. cap. 8. num. 4. licèt contrarium teneant Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 4. diffinit. 3. Gratian. cap. 409. num. 19. Borell. in ſumm. deciſion. part. 3. tit. 11. de inſinuat. donat. à num. 95. vbi alios laudat, qui docent, abſque inſinuatione remiſſionem debiti liquidi valere.

40 Igitur huic argumento dicendum eſt, omnia ſuprà tradita procedere, cum ex mera liberalitate quis remittit, aut renunciat; non ſi ex neceſſitate præcedentis contractus onerofi, vt euenit ei, qui auxilio d. l. 2. renunciat, quia nullo modo donare intelligitur, Cyriac. d. controuerſ. 128. n. 105. Rim. conſ. 193. num. 16. vol. 2. de quo D. Couarr. infra, n. 12. in fine, & diximus, ſup. n. 34.

Ibi: *Contrarium tamen, imò inſinuationem non acquiri.*

41 Hanc ſententiam omnino tenendam: ſcilicèt in renunciatione d. l. 1 inſinuationem non eſſe neceſſariam, quia donatio non eſt; amplectuntur Tondut. d. c. 57. n. 22. Seraphin. deciſ. 181. Alberic. in l. donari, ff. de donat. Gratian. diſceptat. cap. 275. num. 39. Hermoſ. d. gloſ. 11. n. 26. Pinell. part. 1. cap. 2. n. 24. vbi Suarez, qui ſentiunt, tunc inſinuationem deſiderari, quando conſtat, liberaliter renunciationem fuiſſe factam, non neceſſitate aliqua dimananti à præcedente contractu, vt contingit in clauſulis ex officio per Tabelliones inſertis, vel quas contrahentes ſimul in eodem inſtrumento adijciunt inuiti; quod ſecùs eſt, cum quis volens donare Titio mille, fundum duorum millium ei pro mille vendit, vt in caſu l. ſi quis donationis 39. ff. de contrah. empt. idemque eſt, ſi poſt interuallum fiat renunciatio, quia iam neceſſitate præcedentis contractus ceſſante, vera donatio eſt, quibus caſibus inſinuationem adhiberi neceſſe eſt; quod optimè aduertit Cyriac. & Tondut. vbi proximè, diſtinguit enim inter remiſſionem in pactis acceſſoriis venditionis factam ratione prioris contractus, & eam; quæ principaliter fit, neceſſitate non cogente, & licèt verba donationem ſonent, non quod dici-

tur, ſed quod agitur, eſt conſiderandum, nec de nomine, ſed de ſubſtantia contractus ratio haberi debet, l. cum in venditione 36. ff. de contrah. empt. l. ſi vno 12. in princ. ff. locati. l. empt. 9. C. de contr. empt. l. 1. & per totum, C. plus valere, quod agitur, Carlenal. d. tom. 1. tit. 3. diſp. 35. n. 43. vbi multa Barboſ. in collectan. ad l. non epiſtolis, n. 13. C. de probat. Tiraquell. de retract. lignagier, §. 30. gloſ. 1. nu. 1. & ſic intelligendi ſunt Card. Lug. vbi proximè, & alij.

Verſ. *Primùm etenim.*

Contractus nomen, ac naturam ſortiuntur ab eo, quod contrahentes principaliter intendunt, etſi aliud admiſceatur; l. ſi ſterilis 22. §. Si tibi fundum, ff de action. empt. l. tenetur 6. eod. Guttier. de gabell. qu. 55. num. 13. Molin. diſp. 336. num. 6. Laſſarte de decim. vendit. c. 2. a n. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 104. num. 38. Pinel. in d. l. 2. part. 2. rubric. num. 2. 42

Hoc argumentum, cui Fachin. reſpondet, & alijs, d. c. 19. non multum veræ ſententiæ fauet; nam ſi conſtaret de vero, animo donandi, donatio non eſſet acceſſoria venditionis, cum propter hanc illa facta non fuiſſet, ſed ex liberalitate; poſſetque contractus gratuitus ab oneroſo ſeparari, vt inſinuatio, vbi neceſſaria foret, adhiberetur; vndè licèt vnus contractus alterius ſit ſequela, non ideò tenet ſine iuris ſolemnitatibus, l. 1. §. vlt. ff. de reb. eorum. Alioquin fraus fieri legi ſæpè poſſet, ſi vnus contractus in conſequentiam alteriùs celebraretur ad effugiendas iuris ſolemnitates. igitur in præſenti quæſtione, illud ſolùm inſpici debet, num libera donandi voluntas adfuerit, nec ne, vt dicamus inſinuationem requiri, vel non. 43

Ad Num. 9.

Vbi non apparet, quid contrahentes principaliter voluerint agere, talis contractus celebratus creditur, qualis ab eis fuit denominatus, Gratian. diſceptat. c. 96. num. 30. Auguſt. Barboſ. de axiomat. iur. axiom. 109. n. 4. Ant. Monach. Florentin. deciſ. 51. n. 1. Menoch. d. lib. 3. præſ. 105. n. 2. Ant. Gom. lib. 2. variar. cap. 2. num. 1n. Cyriac. tom. 1. controuerſ. 145. num. 44. Tondut. quæſtion. ciuil. c. 79. num. 1. Marceſcot. variar. lib. 1. cap. 135. num. 2. Vndè ſi pecunia & res, cuius valor parum, aut nihil quantitatem pecuniæ excedit, pro re alia dentur, & contrahentes ſe permutare dixerint, erit contractus permutationis; ſin vendere, erit venditio; Cardin. Lug. de iuſt. tom. 1 diſp. 26. ſect. 1. num. 6. Leſ. eod. tract. lib. 2. cap. 21 dub. 1. Dicaſtill. in ſimil. tract. lib. 1 tract. 9. diſp. 1. dub. 1. nu. 61. Anton. Gom. vbi proximè, Guttierr. de gabell. quæſt. 30. num. 2. Cyriac. tom. 1. controuerſ. 69. n. 14. Molin. d. diſp. 336. num. 6. Matienç. in l. 7. gloſ. 10. num. 4. tit. 11. lib. 5. Recopilat. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 18. nu. 70. verſ. Sed conſidera, Laſart. ſupra, c. 17. numer. 22. Pinel. vbi proximè, num. 6. Bertachin. de gabell. part. 3. partis 8 principalis, num. 2. Parlador. different. 109. §. 4. n. 8. Quod verum eſt, cum non agitur de aliorum præiudicio, quam eorundem contrahentium; nam ſi Tertio detrimentum immineat, non attenditur nomen actui impoſitum, ſed quod verè actum eſt: quare ſi res pecuniam excedat, erit permutatio; ſin pecunia rem, venditio; quamuis maximus exceſſus non ſit, quidquid contrahentes dixerint, Guttier. d. q. 30. n. 6. Molin. d. diſp. 336. n. 7. Laſarte vbi proximè, Pinell. d. c. 2 n. 3. 44

Ibi *Niſi pecunia, quæ rei in permutatione acceſſit.*

Quoties inter valorem rei, & pecuniæ quantitatem, quæ pro alia re dantur, magnus eſt exceſſus, nihil intereſt, quod nomen contrahentes actui impoſuerint; nam aut res excedit pecuniam, & permutatio cenſebitur; aut pecunia rem, & venditio iudicabitur, Dicaſtill. num. 62. Guttier. num. 5. Molin. Ant. Gom. Parlador. Cardin. Lug Leſ. vbi proximè, Matienç. d. gloſ. 10. num. 6. Cyriac. d. controuerſ. 69. num. 12. 13. 16. Guid. Pap. quæſt. 92. Boer. deciſ. 144. Mantic. d. lib. 2. tit. 1. n. 17. & lib. 22. tit. 28. n. 70. Ratio eſt, quoniam ſi quod geritur, repugnat nomini ab agentibus impoſito, à verbis receditur, & ſecundum ſubſtantiam 45

contractus

contractus iudicatur, *l. cum manu factis 80. §. fin. ff. de contr. empt. l. inſulam 6. ff. de præſcript. verbis, l. ubi ita donatur 17. ff. de donat. cauſ. mortis*, Cyriac *tom. 1. controverſ. 154. num. 27. cum ſeqq.* Gutierr. *n. 4.* Matienç. *num. 5.* Boer *num. 2.* Purpurat. *in l. 2. in princip. num. 51. ff. ſi cert. petat.* Bald. *in rubric. C. de iur. emphyteut.* Barbatia *in rubric. in Decret. de locat. & conduct. col. ult.* Iul. Clar. *receptar. ſentent. §. emphyteuſis, q. 1. in fine*, Menoch. *de præſ. 104. ex num. 18. & præſ. 10. n. 10. 11. 12.* vbi hoc ita eſſe ait, quia falſa demonſtratione, vel nominatione, rerum veritas immutari non poteſt; *l. cum falſa 5. C. de iur. & fact. ignorant.* Inde prouenit, vt cum in contractu, de quo agimus, repugnet nomen permutationis actui, in quo maxima pecuniæ quantitas pro re datur, venditio celebrata contra verba contrahentium cenſeatur, nec de re, quæ cum pecunia datur, curandum eſt, quæ cum exigua ſit, accedit pecuniæ, contractus autem ab eo, quod principale eſt, naturam ſortitur, vt præfati DD. aſſerunt. Idemque per contrarium dicendum eſt, vbi contrahentes dixerint vendere, cum res multum excedit pecuniam, quæ cum ea datur, non enim erit venditio, ſed permutatio.

46 Sed hæc erunt limitanda, ſi ex mente contrahentium appareat ita voluiſſe contractum expreſſum celebrare, vt in alium minime conſentirent, tunc enim ſi verba actus ſubſtantiæ ſint contraria, nihil agitur, nec contra voluntatem agentium ſuſtinebitur, quod geſtum eſt, alio modo, quàm illi expreſſerunt; atque ita intelligi debet communis doctrina, cum multis per Tondutum tradita *ſupra, cap. 69. num. 16. cum ſeqq.* quæ ſuperiùs dicta videtur euertere 3. at cùm ſimus in dubio, actus debet interpretari, vt potiùs ſuſtineatur, quàm pereat, *l. quoties, la 2. ff. de reb. dub.* atque ita præſumitur, contrahentes voluiſſe actum eo modo facere, quo meliùs ſubſiſtere poſſet, quamuis in nomine errauerint.

Ibi: *Quod ſi res, & pecunia æquales ſint.*

47 Si æqualitas omnimoda ſit inter pecuniam & rem, quæ cum illa datur, aut ita parvus ſit exceſſus, vt pro nihilo habeatur, & contrahentes nomen contractus non expreſſerint, triplex eſt ſententia. Prima receptiue habet contractum permutationis intelligi, vt cum Bartolo ſentiunt Menoch. *d. lib. 3. præſ. 39. num. 2.* Oſuald ad Donellum *lib. 13. c. 1. lit. K.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 30. gloſ. 1. num. 13.* Pichard. *in §. Item pretium, num. 15. Inſt. de empt.* Bertachin. *vbi proximè*, Cyriac. *d. controverſ. 69. num. 13.* Ant. Gom. *d. num. 10. in fine*, Exea *de pact. num. 516. verſ. Tertius caſus*, & alios laudat Pinel. *ſup. n. 5.*

Ibi: *Verius tamen eſt.*

48 Secunda, cui *D. Comm.* adhæret, docet, pro parte, venditionis; pro parte, permutationis eſſe contractum: hanc amplectuntur Card. Lug. *ſup.* Dicaſtill. *num. 63.* Gutier. *d. q. 30. num. 13.* vbi de praxi teſtatur, Matienç, *d. gloſ. 10. num. 8.* Laſſarte *cap. 17. num. 22.* Pinel. *d. cap. 2. num. 9.* Gratian. *diſceptat. cap. 206. num. 13.* Molin. *diſp. 336. num. 8.* quæ procul dubio tenenda eſt, quoties de Tertij præiudicio tractatur, licèt alias in puncto iuris verior Bartoli videatur.

Ibi: *Quo in loco Baldum adducit.*

49 Tertia *Baldi* affirmat, hoc caſu contrahi venditionem, cum quo ita tenent Alexand. *in l. 5. num. 7. ff. ſi cert. petat.* Curt. Iun. *in l. ſi paſcenda, num. 11. C. de pact.* & in eam inclinat Cateliant. Cotta *in memorabilib. verb. contractus an in dubio*; quam veram ſentiunt, ſi pretij mentio in inſtrumento fiat, aut aliàs conſtet, pecuniam pretij nomine fuiſſe datam. Exea *ſupra, numer. 517.* Purpurat. *in l. 2. ff. ſi cert. pet.* Ripa *ibi, col. fin.* nam vbi de pretio agitur, venditio contrahi præſumitur, *l. fin. C. de præd. Decurion. lib. 10. gloſ. verbo, accepto, in l. apud Celſum. §. Sed cum legitima. ff. de dol. except.* Afflict. *deciſ. 71. n. 9.* Alciat. *in l. 1. in princip. n. 16. ff. ſi cert. petat.* Marſil. *ſingul. 105.* Menoch. *d. lib. 3. præſ. 74.* Ferret. *in l. iuris gentium in princip. num. 46. ff. de pact.* Ipſam quoque admittunt, ſi ſpecies, pro qua res & pecunia datur, habebatur venalis. Exea, *vbi proximè*, Pinel. *numer. 6.* Matienç. *num. 8.*

50 Sed ſi res, aut pecunia inter ſe aliquam notabilem differentiam contineat, nomine à contrahentibus non adiecto, contractus ex eo, quod prævalet, æſtimabitur; niſi, vt diximus, exceſſus valde ſit exiguus, qui pro nullo computatur, Gutierr. cum alijs, *d. quæſt. 30. num. 8.* Gratian. *cap. 206. n. 25.* Oſuald. *vbi ſuprà*, Pichard. *d. num. 13.* Molin. *diſp. 336. n. 8.* Pinel. *num. 2. 4.* Boer. *quæſt. 114. col. 2.* Dec. *in l. imaginaria, ff. de reg. iur.*

51 Quæ omnia obſeruatione ſunt digna ad materiam retractus, qui *l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilat.* datur conſanguineis, nec non ad gabellarum tractatum, in quo multùm intereſt, an venditio, vel permutatio celebretur, vt aduertit Gutier. *dict. quæſt. 30. in fin.* Ad quæ vide Molin. *d. diſp. 336. n. 7.* Dicaſtill. *ſup. n. 63.*

Verſ. *Secundo, vt ad inſtitutum peculiare regrediamur.*

52 Rationi huic reſpondit Fachin. *d. c. 19.* quòd cum contrahens expreſſim donat, ſumus in claris, & ideo iſtis coniecturis non eſt locus. Sed replicatur, quoad verba ſolùm id eſſe verum, non quoad animum donandi, qui ex illis minime colligi poteſt, cum ex actu potiùs præſumatur voluntas donandi non adeſſe.

Ad Num. 10.

Ibi: *Nec obſtat quod in dictis.*

53 Licèt inter extraneos nunquam donatio præſumatur, Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 88. num 1.* vbi latè, Cacleual. *d. tom. 1. tit. 3. diſp. 23. num. 43.* & diximus ſupra, *lib. 1. cap. 16. num. 73.* Inter coniuges tamen, ob affectionem connubialem ſecùs eſt; *l. vxori ſuæ 32. §. vlt. ff. de legat. 3.* & probauimus *dict. capit. 16. numer. 67.* quare læſio in venditione contingens viro, vel vxori, potiùs liberalitati, quam neceſſitati tribuitur.

Ad Num. 11.

54 De hoc dictum eſt *ſupra, cap. proximo num. 36.* vbi probatur, læſionem in contractu venditionis, etiam iure gentium eſſe toleratam, & quare. & *num. 39.* quod etiam quoad forum externum de iure Canonico licet, quatenus in lædentem intra dimidiam actio, vel exceptio non datur. Adde Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ. 9. 21.* Cyriac. *controverſ. 169. n. 13.*

Ibi: *Poſſunt ſanè Legiſlatores.*

55 Hanc poteſtatem permittendi mala, vt maiora vitentur, penes Legiſlatores eſſe, docent D. Thom *2. 2. quæſt. 93. artic. 3.* Pat. Suar. *de legib. lib. 3. c. 15. cum ſeq.* Sanch. *de matrimon. lib. 2. diſp. 39. num 2.* Tiraq. *de legib. connubial. l. 9. n. 2.* Azor. *inſt. mor. lib. 5. quæſt. 9. cap. 5.* Caſtr. *de leg. pœnal. lib. 2. c. 9.* Leotard. *de vſur. quæſt. 6. num. 25.*

Ex hoc, in veteri Teſtamento Moyſes Hebræis repudium quamuis illicitum permiſit ob maius malum vitandum: ne ſcilicèt mariti propter duritiam cordium vxores ſibi exoſas, quas expellere non poſſent, enecarent: quod inſinuatur illo Mathæi *cap. 19. Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras.* Quod & refertur Marc. c. 10. atque ita ſentiunt D. Hieronym. Beda, Theophil. Euthym. *in d. cap. 9.* Tertullian. *de monogamia*, Origen. *tract. 7. in Math.* Alfonſ. à Caſtro *ſupra, cap. 11. in 3. princip. argum.* Sot. *in 4. diſt. 33. quæſt. 2. art. 1. concluſ. 2.* Tiraquel. *vbi proximè, dict. l. 9. gloſ. 1. num. 5.* Nauar. *conſ. 3. in fine. de conuerſ. coniugator. in nouis*; Pet. Gregor. *Syntagmat. iur. part. 2. lib. 9. cap. 16. num. 1. & part. 3. lib. 22. cap. 3. num 12.* Secundùm quos Iudæi dimittendo vxores, etiam iuxta legalem formam peccabant, id tamen quoad forum externum impunitum relinquebatur. Quamuis alij multi, grauiſſimique Interpretes in ea ſint opinione, vt Hebræis repudium fuerit permiſſum, tanquam licitum, nulloque modo peccarint per legitimam vxorum dimiſ-

ſionem, de quo videri poſſunt, D. Antonin. *part. 2. tit. 14. cap. 10. §. 3.* Maldonat. *in Euangel. in d. capit. 19.* Abulenſ. *ibidem, quæſt. 46. 51.* Pat. Suar. *vbi ſupra, lib. 9. cap. 4. num. 6. 16.* Sanchez *de matrimon. lib. 10. diſp. 1. num. 7.* Hinc iure Canonico permiſſiue toleratur electio digni, omiſſo digniore, ob grauius malum vitandum, etſi elector peccet, vt per Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 5. num. 55.* Hinc vſuras moderatas in Republica poſſe permitti, licet iure naturæ prohibeantur, ſcripſit poſt alios Leotard *ſup.*

Ibi: *Ergo cum læſio etiam citra dimidiam.*

56 Lædens alterum, etiam infra iuſti pretij dimidiam in contractu venditionis, grauiter peccat, & ad exceſſus reſtitutionem in foro animæ tenetur; niſi paruitas materiæ excuſet, Molin. *vbi proximè, numer. 5.* Dicaſtill. *de iuſt. lib. 2. tract. 9. diſp. 2. dub. 1. ex num. 127.* Card. Lug. *d. diſp. 16. ſect. 6. n. 81.* vbi late probat; Bonacin. *in ſumm. tom. 2. tract. de contract. lib. diſp. 3. quæſt. 2. punct. 4. num. 6. in fine,* Molin. *diſp. 350. n. 5.* Hermoſ. *vbi proximè,* Gutierr. *Canonicar. lib. 1. cap. 39. n. 12.* Cyriac. *d. controuerſ. 169. n. 13.* Felician. *de cenſib. lib. 2. c. . a num. .* Scaccia *de commerc. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 10. num. 2.* Farinac. *in fragment. crimin. part. 1. verbo, deceptio, num. 44.* Barboſ. *in collect. in d. l. 2. numer. 116.* Ceuall. *tom. 1. quæſt. 508. num. 1.* Mantic. *de tacit. & amb. conuent. lib. 4. tit. 20. num. 54.* Tepat *ſupra, tit. 403. c. 2. in fine,* & plurimi alij, quos congerunt Barboſ. *num. 114. 115.* & Hermoſ. *ſupra,* & ita omninò tenendum eſt, quidquid doceant Padilla *n. 73.* Didac. Per. *in l. 1. gloſ. vnic. col. 17. ad finem, verſ. Ex quo inferri poteſt, tit. 7. lib. 5. Ordinam,* Menchaca *controuerſ. vſufrequent. lib. 1. cap. 48. per totum,* Ancharran. *in cap. peccatum, concluſ. 4. in princip. de reg. iur. in 6.* Decius *in l. ſemper, in fine, ff. de reg. iur.* Dueñas, *reg. 148.* Parlador. qui alios refert, *different. 12. § 2. n. 13.* Et ad reſtitutionem exceſſus, computatio eſt facienda ex parte emptoris ab infimo pretio; ex parte venditoris à ſupremo, Dicaſtill. *ſup. dub. 11. n. 144. 145.*

Ad Num. 12.

57 Sunt qui præfatam concluſionem limitant, cum contrahens ignorans iuſtum rei pretium bona fide lædit; nam hic, læſione poſtea cognita, nec peccat, nec reſtituere debet exceſſum, Ancharran. *ſupra, num. 22.* Benincaſ. *de vendit. ad temp. cap. 5. num. 11.* Burg. de Paz *in cap. cum dilecti, num. 22. de empt.* Ludouic. Gom. *in cap. 1. num. 7. de conſtitut. in 6.* Barboſ. *ſupra, num. 117.* Hermoſ. *d. gloſ. 9. num. 31.* & Iuriſperitorum hanc magis communem ſententiam, dicit Ceuall. *d. quæſt. 508. n. 3.*

Contrarium ſanè verius eſt: ſcilicèt poſt cognitionem læſionis peccare contrahentem, niſi reſtituat, cum poſſit; vt cum *D. Couar.* affirmant omnes ferè Theologi, Cardin. Lug. *num. 82. verſ. Arguunt quarto,* Scotus *in 4. diſt. 15. q. 1.* Syluest. *in ſumm. verbo, Emptio, n. 9. ad finem,* Medina *de reſtitut. quæſt. 32. col. 8. verſ. Quanquam. & quæſt. 33. col. penult. verſ. Tertia propoſitio,* Nauarr. *in cap. qualitas, num. 42. de pænit. diſt. 5.* Ceuall. *vbi proximè,* Trullench. *in Decalog. tom. 2. lib. 7. c. 20. dub. 11. num. 10.* Molin. *diſp. 350. n. 6.* Leſſ. *de iuſt. lib. 2. c. 21. dub. 11. n. 84.* & alij communiter. Nec in contractibus obligatio reſtituendi prouenit à mala fide contrahentis, ſed ab actu externo contra iuſtitiam, Pat. Vazq. *in opuſcul. de reſtitut. c. 2. § 2. dub. 2. num. 25.* & probauimus *ſupra, lib. 1. c. 11. num. 61.* Vnde, nec mala fides poteſt, ad reſtituendum obligare, niſi actus iniuſtus fuerit; nec bona, ab ea obligatione eximere, vbi proximus iniuſtè læditur.

58 Poſſet tamen prima ſententia intelligi, cum vterque contrahens rei diſtractæ valorem ignorauit, & ita actum eſt, vt ambo ſe fortunæ committerent, remittendo ſibi inuicem, quod præter iuſtum pretium datum eſt, vel acceptum; quo caſu non tenebitur, qui læſit, quicquam reſtituere, cùm & ſe periculo læſionis expoſuerit; Molin. *diſput. 353. numer. 11.* Bonac. *tom. 2. tract. de contract. diſp. 3. quæſt. 2. punct. 4. num. 6.*

Ibi: *Omnes tamen conueniunt.*

59 Dupliciter in contractibus quiſpiam alterum lædere poteſt, vel mendacijs, ac cauillationibus ad fallendum adhibitis, vel ſola ea induſtria, qua vnuſquiſque proprio patrimonio conſulens cum maiori compendio nititur negotiari, etſi ſciat iniuſte agere; *l. ſi voluntate, 8. C. de reſcind. vend.* Primo caſu, dolum ex propoſito interuenire dicimus; ſecundo, dolum re ipſa contingere: cùm ſcilicet abſque aliqua fraude contrahens grauiter læſus in effectu reperitur; Parlad. *vbi proximè,* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 160. ex num. 64.* Menoch. *conſ. 412. num. 7.* Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ. 11. num. 47.* Molin. *de primog. lib. 1. c. 3. n. 15. in fin. & n. 17. verſ. Item vltra dolum.* Dolus verò re ipſa contingens verè talis non eſt, cum non ex quantitate, ſed ex qualitate facti dolus arguatur; *l. dolus 10. C. de reſcind. vend.* Cyriac. *ſupr. n. 66.* Card. Lug. *diſp. 22. n. 96.* Molin. *diſp. 352. n. 1.* Pet. Greg. *ſyntagm. lib. 21. c. 13. n. 4.* Sic tamen ab effectu appellatur, quandoquidem læſus damnum patitur, ac ſi dolus interueniſſet, quemadmodum Conſultus, *in l. ergo 4. §. Si quis autem, ff. de fideicommiſſ. libertatib.* fraudari creditores dixit, qui ſolo effectu, non conſilio debitoris lædebantur.

Hoc autẽ limitatur in enormiſſima læſione, in qua dolus re ipſa contingens, propriſſimus, & ex propoſito adhibitus præſumitur, quamuis animus fraudandi lateat; Menoch. cum alijs, *vbi proximè,* Hermoſ. *d. gloſ. 11. n. 46.* Ioſeph. Ludouic. *Peruſ. deciſ. 18. n. 70.* Inter dolum autem ex propoſito præſumptum, & verum, quoad contractuum reciſſionem nulla agnoſcitur differentia, Hermoſ. cum alijs *in l. 57. gloſ. vlt. n. 14. tit. 5. part. 5.* Vnde quicquid in dolo ex propoſito ſtatuitur, in læſione enormiſſima obſeruatur, vt ex dictis hic, & *cap. proximo precedenti* conſtabit.

Eſt tamen inter vtrumque notandum diſcrimen, quòd dolus verus actionem in doloſum præſtat criminalem, non ſic præſumptus; Bart. *in l. quod Nerua, n. 15. ff. depoſit.* Bo... *in prax. crim. tit. quomod. proced. in act. in delict. n. 37.* Ioan. Mill. *in prax. crim. rub. Accuſationis formula, n. 12. & 13.* Iul. Clar. *in prax. crimin. §. Homicidium, col. 2. verſ. Hac tamen concluſio,* Menoch *conſ. 1194. n. 5.* Et nota, quòd vt dolus re ipſa contingere dicatur, neceſſe non eſt, læſionem eſſe enormem, aut enormiſſimam, ſed quamlibet grauem, Parlad. *vbi proximè,* qui alios refert aſſerentes dolum re ipſa contingere, cùm quis intra dimidiam læditur.

Igitur quoties dolus ex propoſito in emptionis contractu reperitur, ob quamcumque læſionem, etiam infrà dimidiam, eſt nullitati, vel repetitioni locus, Ant. Gom. *d. c. 2. n. 21. in fin.* Noguerol. *alleg. 18. n. 82.* Mangil. *de euictionib. q. 106. n. 15. 16.* Mantic. *d. tit. 20. n. 61.* Galerat. *de renunciat. renunciat. 105. n. 17.* Ang. Barboſ. *in collectan. ad d. l. 2. n. 105. 106.* Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ. 9. ex n. 17.* Gutier. *de gabell. q. 9. n. 17.* Ceuall. *tom. 1. q. 226. n. 6.* Cyriac. *tom. 3. controuerſ. 422. n. 7. 8.* Matienç. *in l. 1. gloſ. 1. n. 11. tit. 11. lib. 5. Recop.* Farin. *d. verb. deceptio, n. 43.* 60

Verſ. *Quoties verò læſio.*

Dolus ex propoſito, aut eſt dans cauſam contractui, aut 61
eſt incidens; tunc autem dolus dat contractui cauſam, cum eo inducitur quis ad contrahendum, aliàs minimè contracturus, veluti ſi homini de emptione non cogitanti, falſa cauſa propoſita, aliquis ad emendum ſuadeat, *l. eleganter 7. ff. de dol. l. 57. tit. 5. p. 5.* Card. Lug. *ſup. n. 67.* Bonacin. *tract. de reſtitut. diſp. 3. q. 1. punct. 1. §. 2. n. 2.* Dicaſtill. *de iuſt. lib. 2. tract. 3. diſp. 1. dub. 6. n. 61.* Caroc. *de depoſit. p. 2. tit. Aduerſ. quos det. act. depoſit. n. 5.* Cardoſ. *in praxi iudic. verbo, contractus, n. 18.* Sanch. *de matrimon. lib. 1. diſp. 64. n. 2.* Pichard. *in princip. n. 18. Inſt. de exception.* Barboſ. *in collectan. ad l. ſi ſuperſtite, n. 10. C. de dol.* Qui quidem dolus contractus bonæ fidei ipſo iure reddit inanes; non ſic ſtricti iuris, nam iſti mero iure tenent, licèt per exceptionem, vel actionem de dolo læſis ſuccurratur, Gutierr. *d. q. 9. ex n. 5.* Valaſc. *de iur. emphyteut. q. 5. n. 9.* Padilla *in l. tranſactione finita, C. de tranſact.* Molin. *diſp. 351. n. 2. 14.* Cyriac. *tom. 3. controuerſ. 422. n. 6.* Caroc. *ſupra, n. 6.* Ant. Gom. *vbi proximè,* Parlador. *different. 42. n. 6.* Couaſ. *miſcellanear. lib. 1. c. 8.* D. Couarr. late *in reg. poſſeſſor. part. 2. §. 6. n. 6.* qui *n. 8.* ait, hanc differentiam non procedere in foro conſcientiæ, in quo omnes contractus dolus irritat: ſequuntur Gutier. *n. 7.* Molin. *d. diſput. 352.* Hermoſ. *in d. l. 57. gloſ. 1. n. 1.* Bonacina cum alijs, *n. 3.* Sed videas Card. Lug. à *n. 70.*

Quam

62 Quam differentiam inter contractus bonæ fidei,& ſtricti iuris,de iure Canonico non admitti, quia ſecundùm illud omnes contractus bonæ fidei ſunt; ſentiunt Hermoſ. *vbi proximè,num.*19.Bald.*in cap* 1.*in fine.de pluſpetit.* Iaſ. *in* §. *Actionum,num.*4.*Inſt.de actionib.*Bunacoſ. *de acquir. Canon. concluſ.*60.Caroc.*ſuprà, num.*8. Ceuall.*d. quæſt.*226.*num.*7. Sed verius eſt , iure Canonico , neque hanc , neque alias differentias inter contractus bonæ fidei,& ſtricti iuris,eſſe ſublatas;argumento *cap.cum venerabilis* 6. *in fine principij, de except.* D.Couarr.*vbi proximè, num.* 5. Parlador. *d. differens.*42.*num.*7.Sarmient.*ſelectar. lib.*3. *cap.*3. Alciat. *in rubric. ff. de verbor.obligat.n.*4. & eſt communiter receptum.

63 Eſt aduertendum,quòd non aliter contractus nulli ſunt propter dolum , niſi talis fuerit , vt in virum prudentiſſimum,& ſagaciſſimum poſſit cadere , vt ex multis probat Hermoſ.*d.gloſ.*1.*in fine,*vbi rectè ait ; hoc in arbitrio Iudicis eſſe,qui pro perſona decepti æſtimabit, num dolo fuerit ad contrahendum inductus , faciliùs enim ruſticus, quàm induſtrius , ac peritus ſeductus præſumitur. Nec ex verbis , quæ à contrahentibus communiter iactantur,dolus eſt arguendus,argum.*l.ſciendum* 19.§.*Dictum,in fin.ff.de ædilit.edict.*Molin.*diſp.*352.*n.*16.

64 Dolus verò incidens dicitur, cum contrahens decipitur, vt cum proprio detrimento contrahat , etſi alioqui eſſet contracturus;velut ſi empturo Stichum dicatur , eum eſſe pictorem,aut fabrum,per mendacium,propter quod pluris emit,quàm veritate cognita comparaſſet;quo caſu contractus mero iure ſubſiſtit,exceſſus verò repetitur,data actione læſo ex eodem contractu , quamuis læſio non ſit vltra dimidiam,*d.l.ſi voluntate,C.de reſc.vendit. d.l. & eleganter, ff.de dol.*vbi Gloſ.*d.l.*57.*tit.*5.*part.*5.& *ibi* Hermoſ.*gloſ. vlt. num.*1.2.Guttierr.*d.quæſt.*9.*num.*17. Molin. *d.diſp.*352.*n.*10. Ferret.*in l.ſi quis cum aliter,ff. de verbor. obligat.* Cyriac. *d. controuerſ.*422.*num.*6. Pichard.*in* §. *Actionum , quæſt.*9. *Inſt. de action.& in princip.num.*19.*Inſtit.de except.* Caroc.*ſupra,* Matienç.*in l.*2.*gloſ.*2.*n.*4.*tit.*11.*lib.*5.*Recopil.* Anton. Gom. *vbi proximè,* Ceuall. *d.quæſt.*226. *num.*6. Card.Lug. *num.*67. *verſ.Dolus incidens,*Bonacin.*num.*2.6. Sanch.*num.*2. Dicaſt. *num.*61. 81.

65 Hæc , vbi dolus ab eiſdem contrahentibus adhibetur. Quòd ſi Tertius ſit , qui decipiat ; primò in eum de dolo actio datur;& in ſubſidium,cùm hic ſoluendo non eſt,aduerſus contrahentem, qui commodum ex fraude percepit, quatenus locupletior eſt factus,agitur : Hermoſ. *in d.l.*57. *gloſ. .num.*21.22.Scaccia *d.ampliat.*10.*num.*8.13.Caroc. *de locat.tit.de dol.dant. cauſ. contractui,num.*9.10. 11.24. *& de depoſ.tit ſupra citato,num.*13. Azor. *inſt.moral. part.*3. *lib.*6. *tit. de contractib. capit.*10.*quæſt.*2. Mantica *ſupra,lib.*1.*tit.*9. *numer.*6.29. De quo Card. Lug. *numer.*83. Dicaſtill. *à numer.*87.Bonac. *numer.*3.*verſ. Dixi,ſi dolus.* Ex quibus nota, quod cum dolus interuenit quomodocumque circa ſubſtantiam rei emptæ , etiam à tertio adhibitus , non tenet contractus ex defectu conſenſus , Dicaſtill. *tract.*9. *diſp.*3. *dub.*2.vbi de emptione.

66 Quibus præmiſſis ſciendum eſt , quod quoties dolus contractui cauſam dans in venditione reperitur,optio ipſi læſo etiam infra dimidiam competit , vt à conuentione omninò recedatur , vel vt ei ſtetur,ſibique id , in quo fuit læſus,reſtituatur;Farin.*in fragmen. verb.deceptio,n.*34. *verſ. Et deinde* Plaç.*in epitom.delictor.cap.*36.*num.*17.*verſ.Quodſi læſio,*Matienç.*in d.l.*1.*gloſ.*1. *num.*11. *tit.*11. *lib.*5. *Recopilat.* Mexia,*ad leg.Tolet. in reſp.ad* 6.*&* 8.*part. prima fundament. num.*61.*verſ. Aretinus ipſe,& in pragmat.tax. pan. concluſ.*1. *num.*58.Barboſ.*in collectan.ad l.tranſactionem , num.*5. *C. de tranſactionib.& in collectan.ad.d.l.*2. *num.*74. Hermoſ. *in d. l.*56.*gloſ.*5.*num.*17.Didac.Per. *in l.*1.*gloſ. vnic. verſ. Si verò fuit,& verſ.Et hac eſt regula,tit.*7. *lib.*5. *Ordinament.* Mantic.*d.lib.*4.*tit.*20.*n.*61. Scaccia *d.ampliat.* 10.*à num.*7. Quod conſequetur læſus actione ex eodem contractu : nam etſi nullus ipſo iure ſit;tamen conſenſu eius, ob cuius fauorem annullatur,poteſt validus fieri:Ant.Gom. *dict. capit.*2. *numer.*21. *in fin.* Surd. *deciſ.*108. Cancer. *part.*1. *capit.*13. *ex numer.*86. D. Ioſeph. Vela *differt.*14. *numer.*34. & 37. Hermoſ.*in dict.l.*57.*gloſ.*1.*num.*14.Menoch.*conſ.*20. *n.*34.Iaſ. *in l.tranſactione finita, n.*3.*C. de tranſactionib.* Nullitáſque opponi non poteſt ab eo , in cuius odium actus annullatur, Barboſa *in collectan.ad l. tranſactione finita, n.* 4. Menoch. *conſ.*792.*num.*9. Matheſilan. *notab.*156.Cyriac.*tom.*1. *controuerſ.*181 *num.*68. Magon. *Florent.deciſ.*137.*n.* 5. Vant.*de nullitat.tit.quot & quib.mod.n.*124. Quod limitatur,quando lex contractui reſiſtit,tunc enim ille corruit, quamuis læſus valere deſideret,Mantic. *ſupra,lib.*1. *tit.*9.*num.*27.Hermoſ. *in d.l.*57. *gloſ.*1. *n.*17. Caroc. *d. tit. aduerſ.quæſt. det. act. depoſit.n.*14. Tiraq. *de legib.connubial.gloſ.*8. *à num.*91. Azeued. *in l.*2.*n.*5.*tit.*11. *lib.*5. *Recop.* Idem etiam de iure naturæ tenent Cardin.Lug. cum alijs, *nu.* 77. Molin. *diſp.* 352.*n.*4. Sed Sanch. *ſup.n.*3. reſoluit, non teneri doloſum in foro conſcientiæ ad ſtandum contractui, ante iudicis ſententiam,quia pœna eſt;quem ſequuntur Bonacin.*nu.*5. *verſ. Sed mihi,*Dicaſtill.*n.*85. & alij.

67 At cùm læſus electionem habet , poteſt qui læſit agere, vt ſuam maniſeſtet voluntatem , nam ſcilicèt velit ſtare contractui, vel ab eo reſilire ? Hermoſ. *vbi proximè , n.*16. Azeued. *ſupra,*Caroci. *n.*13. Bart. *in l.Iulianus,*§.*Si quis colludente,ff.de act.empt.*Bald. *in l.dolum , C.de peric. & comm. rei vend.*Padill.*in d.l.tranſactione,verſ.Claudicat igitur,*Guttier.*d.q.*9. *n.*10.

68 Sed ſi dolus, qui in venditione interuenerit , fuerit incidens ; ipſe læſus non habet electionem , ſed agere debet ad pretij ſupplementum , ſi vendiderit ; vel ad reſtitutionem exceſſus , ſi emerit ; ad quod deceptor præcisè tenebitur, cui optio etiam hoc caſu propter fraudem ſuam denegatur ad rem reſtituendam, vel recuperandam : vt tenent Mexia,Plaça,Farinac. Matienç. *vbi proximè,*Hermoſ. *in d.l.*56.*gloſ.*7. *n.*18. Angel. *in ſumm.verbo,Dolus,*§.9. Syluest. *verbo,culpa,*§.7. Molin. *n.*12.

Ibi : *Verum ſi quis ſciens iuſtum valorem.*

69 Qui ſciens iuſtum rei pretium , viliùs ab ignorante illud emit, dolo videtur agere , atque ideò vel in foro exteriori conſtringetur ad reſarciendam læſionem,etiam infra dimidiam , vt docent cum *D. Couarr.* Hermoſ. *in d. l.* 56. *gloſ.*9.*num.* 17. Mexia *in pragmatic.tax.pan. concluſ.*1. *n.*159. *& ad leg. Tolet.d. n.* 61. *verſ. Sed in foro exteriori.* Matienç. *in d.l.* 1.*gloſ.*1. *n.*13. vbi alijs;qui tamen dubitat ita in praxi obtineri poſſe. Et contrarium expreſſim docet *Gloſ.fin. in l. item ſi pretio* 25. §. *vlt.ff. locat.* Quod videtur rationi conſonum , neque enim tribuendum eſt dolo , vt quiſque viliùs emere contendat , modò nullum mendacium,fraudemve adhibeat,ſibique venditor imputet, quod ignarus rei ſuæ valoris ad vendendum acceſſit. Locus verò *D. Auguſt.* ad forum animæ referendus eſt , quo iuſtum pretium omnino ſolui debet, & ita tenet cum Communi, Molina *diſp.*352. *num.*13.

Verſ. *Supereſt caſus.*

70 Tuta conſcientia cariùs venditur, aut emitur viliùs iuſto pretio , quando alter contrahens valorem rei non ignorat;quia ſcienti,& conſentienti nulla fit iniuria , Mantic *d.lib.*4.*tit.*20. *n.*49. Farinac. *in fragment. d. verbo, deceptio, nu.*48. Mench. *controu. vſufrequent.lib.*3.*cap.*48. *nu.*2. *verſ.Ergo,*Panthal.Cremenſ. *in d.l.* 1. *num.*159.*verſ.Dices,* Abbas *in c.*1.*n.*3.*de empt.*Afflict. *in c.*1.*n.*95. *de feud. dat. in vim leg.commiſſor.* Tiraq. *de legib.connub.l.*9. *n.* 13. *in fin.* Boer. *deciſ.*142.*n.*2. Burg.de Paz *in c.cum dilecti,num.*18.*de empt.*Rip.*in l.ſi vnquam,n.*18. *C.de reuocand. donat.* Cæpol. *de ſimulat.contract.n.*24.

71 Contrarium autem verius, ac receptius eſt:ſcilicèt peccare,& ad reſtitutionem teneri , qui ſcienter vltra iuſtum pretium quicquam vendit,vel emit , etiam à ſciente valorem rei. Ita Salon.2.2. *quæſt.*77. *art.*1.*controuerſ.*18. *num.*1. *verſ.*1. Medina *de reſtit.tom.*2.*tit.de reb.reſtituend.q.*21. *verſ. E contra,& quæſt.*32. *verſ.Quanquam,& quæſt.*6.*verſ.Tertia propoſitio* Herm.*in d.l.*56.*gloſ.*9.*n.*34.Scaccia *d.ampliat.* 10. *n* 53.*verſ. Contra hanc,*Felician. *de cenſib.lib.*2.*c.*1.*n.*8. *cum ſeqq.* Farinac. *ſupra,n.*46.Matienç. *in d.l.*1.*gloſ.*1. *num.* 10. Auguſt,Barboſ, *in collectan. ad d. l.* 2. *num.*119.Nauar. *in cap.qualitat,num.*31.42.*de pœnit.diſt.*5.*& in c.nouit, notab.*6. *num.*66.*de iudic.* Plaça *in epitom. delictor. cap.*36. *numer.*18. Mexia *in d.pragmat.concl.*1.*nu.*156. Guttier. *practicar.lib.*2. *quæſt.*168.

quæſt 181.*num.*11.*verſ.Quò ſit*,Cardin.Lug. *diſp.*26.*num.*81. *verſ. Arguunt tertiò*,Dicaſtill.*diſp.*2.*dub.*9.*num.*132.Molin. *diſp.*351.*num.*4.& communiter Theologi,atque ſic tenendum eſt, niſi conſtet,voluiſſe læſum donare ex mera liberalitate id, in quo damnificatus eſt; quod ex circunſtantijs colligi poterit, Molin. *vbi proximè*, Bunacin. *ſup. quæſt.*2.*punct.*4.*n.*.3.

Ibi : *Vnde in foro etiam exteriori.*

72 Qui ob læſionem vltra dimidiam conuenitur,ſi pretium ſupplere eligat,præſtare debet omne illud, quod deeſt vſque ad iuſtum pretium, nec liberabitur ſoluent exceſſum vltra dimidiam, velut ſi emiſſet rem valentem viginti quinque pro duodecim, reſtituere debet non vnum duntaxat, qui eſt exceſſus vltrà dimidiam, ſed tredecim, quæ ad iuſtum pretium deſunt, Hermoſ. *in d.l.*56.*gloſ.*7.*n.* 24. Capella Tholoſan. *deciſ.*64.Cyn.*in d.l.*2.*quæſt.*8.Bald. *ibi*, *num.* 7. *quæſt.*12. Caſtrenſ. *num.*2. Ant. Gom. *dict. cap.* 2. *n.*12. *verſ.Et adde quod non ſufficit*, in quo omnes conueniunt, Pet.Gregor.*ſyntagmat.lib.*25.*c.*24.*n.*13.quod intellige iuxta tradita *ſup.cap.proxim.n.*20.

Verſ. *Sextò, in tutelam, & defenſionem.*

73 Argumentum ab abſurdo vitando,quo in præſenti vtitur *D.Couarr.*validum eſt in iure,*l.nam abſurdum*.*ff.de bon. libertor.* Euerard. *in cent.legal loco, ab abſurdo* 8. Menoch. *conſ.*1185.*num.*22.Mantua, *obſeruat.* 45. Peregrin. *de fideicommiſſ.art.*1 *num.*45.Mantic. *de coniectur.vltimar.volunt. lib.*3. *tit.*7. *à princip. & de tacit.& amb.ig.conuent.lib.*2. *tit.* 13. *per totum.*

Ibi : *Deinde etiam ſequeretur.*

74 Quando venditio modico pretio facta poſſit natiuitate filiorum ex *l.ſi vnquam.C.de reuocand donat.*reuocari? docent Boer.*deciſ.*143.*num.*2.Mangil. *de imputat. quæſt.* 108. *num.*19.*cum alijs*,Matienç. *in l.*12.*gloſ.*1.*n.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopilat.*Angul. *in d.l.*12.*gloſ.*1. *num.* 25. Oſuald. ad Donel. *lib.*14.*cap.* 31. *lit.E.* Ignat. del Villar *in Sylua reſponſ. reſp.*8. *a.*56.*lib.*1. Iul.Clar.*receptar ſentent.lib.*4.§. *Donatio*, *quæſt.*24. *num.*5. Trentacinq. *variar.lib.*3.*tit. de donat. reſolut.*4.*a.*6. *cum ſeqq.*

Ibi : *Præterea,& tertio ſi hic donationem.*

75 Venditionem vili pretio per patrem factam in præiudicium liberorum, poſſe ab eiſdem reuocari, niſi tempore mortis ſuperſint bona, ex quibus integra legitima deduci poſſit,computato etiam, quod in alienatione remiſit;ſentiunt Merlin. *de Legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 10. Peregrin.*de fideicommiſſ.art.*36. *numer.* 37.Cyn.*in l.* 1. *in* 7. *quæſt. C. de inoffic. donat.*Bald. *ibi*,*num.*16. Ripa *in l.ſi vnquam*,*q.*9.*C.de reuoc donat.* Bart. *in l.*2.*ff.ſi à parent.q. fuer. manumiſ.*Marta *de ſucceſ.legal. part.*1. *quæſt.* 25.*art.*7.*à n.*18. Quo caſu filius agere non valet ad pretij ſupplementum ſed ad reſciſſionem contractus, oblato prius quod pater accepit, Mangil. *de imputat. quæſt.*108. *in fine*, Merlin. *ſupra*,*n.*16. Sed quia res hæc dubia eſt valde,& DD.cum limitatione loquuntur, conſulere oportebit Menchacam *controuerſ.illuſtr.lib.*1.*cap.*37.*ex num.*2.Coſta *in cap.ſi pater*, *part.*1. *verbo*, *minuere non poſſit*,*n.*23.*cum alijs*, *de teſtament. in* 6.Peguer.*deciſ.*171. *n.*15. *verſ.Si vero alienatio*, Ceruantes in *l.* 6. *Taur. numer.* 36. Cancer. *part.* 1. *cap. de donat. num.*86.Mangil.*de imputat.q.* 93.*num.* 16. 17. 18. 36. 38. *& d.q.*108.*n.*8.*cum ſeqq.*

Ibi : *Nam ad primum conſtat*

Ad hæc argumenta,vbi propoſita ſunt, reſpondimus. Vide *ſupra*,*numer.*37.*cum ſeqq.*

Ad Num. 13.

76 Quod venditor læſus vltra dimidiã,re peręmpta,quę vēdita fuit,apud emptorem,nulla eiuſdem culpa interueniente, poſſit agere ad pretij ſupplementum,vltra laudatos, hic à *D.Couar.* defendunt Mexia *in dict.pragmat. concluſ.* .*num.* 158.*ad fin.* Gozad. *conſ.*44. *col.*2. Iaſ. *in l. vbi autem*,§.*Qui illud*,*col.*1.*ff.de verb.oblig.*Beroi.*in cap. cum dilecti*,*n.*75. 79. *de empt.*Cui ſententiæ ſe ſubſcribunt,ſi res poſt litem conteſtatam ſuper reſciſſione contractus perierit, Hermoſ. *in dict.l.*56.*gloſ.*10.*num.*10. Matienç.*in l.*1. *gloſ.*8. *num.*32. *titul.*11. *lib.*5.*Recop.* Guttier. *practicar. lib.*1. *quæſt.*157. *in fin.* Ceuall.*quæſt.*445.*num.*3.Barboſ.*vbi proximè*,*num.*145. Britto *in rubric.de locato : part.*2. §. 2. *num.*51. Etſi contrarium tueatur Garcia *de expenſ.c.*18.*n* 43.Qui, non obſtante litis conteſtatione,emptorem liberari putat.

Ratio primæ,ac præcipuæ aſſertionis eſt,quoniam, vt eam tuentes exiſtimant,*ex dict.l.*1.tam res ipſa,quàm pretij ſupplementum ſunt alternatiuè in obligatione; quare licet obligatio extinguatur quoad rei reſtitutionem,eadem perempta,permanet quoad ſupplementum pretij, ad quod præcise compelli poteſt,vt in alijs alternatiuis obligationibus,in quibus Rei electio eſt,*l. Stichum* 95.§.1.*ff. de ſolut.* Sed verius eſt, ſolùm rem ex ea conſtitutione eſſe in obligatione, pretij verò ſupplementum in electione emptoris vt ſentiunt quam plurimi ſtatim referendi,& latè diſputat Pinell.*in d.l.*1.*part.*3.*cap.*3.*à principio.*

Secunda verò propoſitio, de re perempta poſt litem conteſtatam, ea nititur ratione; nam cùm poſt moram eius,qui læſit,res pereat, perindè conuenitur ac ſi exiſteret;*l.quod te mihi* 5.*ff.ſi cert.petat l.ſi ex legati cauſa* 23.*l.cum filius* 49.*ff. de verb. oblig.* Mora autem per iudicialem interpellationem committi,nemo ambigit, Pichard. *in tract.de Mora*, *numer.* 45. Ex quo videtur poſſe probari ſententiam Ioannis Garciæ nuper traditam contra Communem, quando qui læſit iuſtam cauſam habet litigandi, tunc enim minimè in mora conſtituitur cùm culpa vacet; Tiraq.*de retract linag.*§.4.*gloſ.*2. Pichard. *numer.*33. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.*220. *numer.* 50. atque ita re extincta, iudicio pendente, deceptor liberabitur, qui moram non incurrit litigando.

Ad Num. 14.

Ibi : *Contrarium expreſſim probat.*

Contra præcipuam concluſionem proximè poſitam, ſcilicet, re extincta apud emptorem abſque ipſius culpa, non eſſe audiendum venditorem vltra dimidiam læſum, ſi pretij ſupplementum poſtulet, docent Ant. Gom. *dict capit.*1.*numer.*22.*verſ.Item adde*, *quòd ſi prædicta res*, Greg. Lop.*in dict.l.*56.*gloſ.*10.Hermoſ.*ibidem*,*numer.* 1.2. Parlad. *different.*5 .*numer.*4.Ceuallos *ſupr.num.*2.Guttier.*dict.lib.*1 *quæſt.*.36.Fachin. *dict.lib.*2. *controuerſ. capit.*18. *in fin.* Brit *ſupr.ex numer.*29. Trentacinq. *lib* 3. *variar. tit. de ſolut. reſol.*11.*numer.*13. *verſ. Quarto non procedit*, Barboſ. *ſupr. numer.*140.Mozz.*de contract. tract. de empt.tit. quib. caſib. annulletur emptio*, Rebell.*de obligat. iuſtit.part.*2. *lib.*9. *quæſt.*3. *ſect.*1 .*numer.*10.Pinell. *in dict.l.*2.*part.*2. *cap.*1. *numer.*36. 37 Padill.*ibi.numer.*37.*in fin.*Matienç.*ſupr. numer.* 26. Azeued. *in l.*1.*numer.*26.*tit.*11.*lib.*5.*Recop.* Molin. *dict diſp.*349. *numer.*6.Dicaſtill.*numer.*313.Petr.Greg.*dict. lib.*15. *cap.*24. *numer.* 18. Idem iuris erit, ſi res ſimiliter ſine culpa emptoris fuerit penes venditorem extincta; nam iſte, quamuis læſus vltra dimidiam, agere ad pretij ſupplementum prohibetur;Barboſ.*numer.*143. Matienç. *dict. numer.* 32. Pinel. *dict.capit.*1.*in fin.*Hermoſ. *numer.*5. Fundamentum potiſſimum huius veræ opinionis eſt,nam vt ex *dict. l.*2. conſtat, & præfati DD. præmittunt, cùm ſolùm res vendita ſit in obligatione, pretij autem ſupplementum in electione ipſius,qui læſiſſe dicitur,cui fauorabiliter conceſſerunt Cæſares, vt ſi voluerit,poſſit quod emit, iuſto pretio ſoluto, retinere;inde prouenit,vt re perempta omnino liberetur à reſtitutione rei,quia debitor ſpeciei,perempta ſpecie, liberatur; *d.l.ſi ex legati cauſa*, cum ſimilibus;multo magis à pretij ſupplemento,quia ad id obligatus non eſt, niſi cum retinere rem elegerit,quod,ea extincta, locum nequit habere;de quo Pinel.*d. cap.*3.*à principio.*

Ibi: *Secunda, re perempta abſque emptoris culpa.*

78 Re abſque d... pt... s culpa perempta apud tertium poſſeſſorem, qui iuſtum pretium non agit, adhuc læſus, agere poterit contra primum emptorem ad pretij ſupplementum, quod ſolum tenebitur præſtare, quod vltra datum à ſe, recepit a Tertio vſque ad iuſtum valorem rei, & non amplius, vnde ſi rem valentem viginti, nouem emit, ac poſteà vendidit alteri triginta tantum, viginti reſtituere læſo compelletur, Barb. *num.* 146. Pinel. *d. c.* 1. *num.* 58. Matienç. *num* 31. Hermoſ. *num.* 8. Albetic. *in d. l.* 2. *num.* 11. Fulgoſ. *i. i, num.* 7. *ad finem.* Gotierr *d. quæſt* 136. *in fine.* De quo *ſup. cap. proxim. num.* 87. vbi alios teſto, ratione reddita.

Ibi: *Ex quibus tertia deducitur.*

79 Si res caſu pereat apud emptorem, cum ipſe vltra dimidiam læſus fuerit, ad reſtitutionem exceſſus petendam admitti poſſe ſentiunt cum *D. Conar.* Panormitan. *in dict. cap cum dilecti, ad finem, de empt.* Phantal. Cremenſ. *in dict. l.* 2. *ampliat.* 25. *propè finem*: Menchaca *controuerſ. vſufrequent. lib.* ... *cap.* 62. *numer.* 13 Garcia *dict. cap.* 18. *numer.* 43. *in fine.* Sed nullam actionem emptori læſo ſupereſſe, aduerſus *D. Conar.* tenent Hermoſ. *num.* 4. Barbo. *numer.* 141. Ant. Gom. *dict. num* 21. *verſ. Si verò emptor*, apud quem Bart. Bald. Caſtrenſ. Cyn. & Odofred. Pinel. *ſupra, num.* 39. Villalobus *in ærar. commun. opin. lit. C. num.* 28. Matienç. *dict. gloſ.* 5. *num.* 33. *verſ. Sed iure*, Azeued. *vbi proximè*, Gutierr. *dict. quæſt.* 137 Molin *in empor. p.* 1. *tit.* 9. *in proœm. num.* 45. Pauet expreſſim *l.* 56. *tit.* 5. *p.* 5. vbi Idem, quod dicitur de re extincta, deciditur, ſi valde fuerit deteriorata: & quamuis prior opinio æquior ab omnibus iudicetur, poſterior magis iuri videtur conſonare; nam cùm *d. l.* x. læſis vltra dimidiam ex humanitate præſtet auxilium, conceſſa lædentibus electione; vbi ob rei interitum optio dari non poteſt, non erit admittendus, qui ad pretij ſupplementum præcisè agit, contra formam legis, & mentem, quæ nullo caſu voluit, vt deceptor pretium ſupplere cogeretur, ſed hoc ipſius electioni reliquit, vt nuper dicebamus. Hæc autem ſententia tunc proculdubio procedet, cum culpa, vel facto emptoris læſi, rei extinctio contigerit. De quibus *ſup. cap. proxim. num.* 88. vbi opinionum conciliatio.

80 Quoteſcunque igitur culpa deceptoris interuenit in rei interitu, læſus, ſiuè ſit venditor, vel emptor, agit præcisè ad ſupplementum, aut reſtitutionem exceſſus, Barbo. *n.* 145. Tiraq. *de retract. lignag. ad fin. tit.* 1. *n.* 61. 71. Hermoſ. *n.* 7. Pinel. *d. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 54.

81 Vtrùm autem aliud remedium læſis ſuperſit, vbi ab hoc ex aliqua cauſa excluduntur? Videndum eſt apud Hermoſ. *in dict. l.* 56. *gloſ.* 11. *num.* 130. & poſſe læſum adire iudicem Eccleſiaſticum per denunciationem Euangelicam vt alterum contrahentem ad reſtitutionem compellat, docent Card. Lug. *d. diſput.* 22. *num.* 96. Molin. *diſp.* 352. *n.* 4. vbi improbat Nauarr. aſſerentem hoc à Principibus ſæcularibus, Eccleſiaſticis iudicibus prohiberi; tamen nunquam læſos ad hoc auxilium recurrere vidimus.

AD CAPVT V.

Vtrùm Venalia ſub legato omnium bonorum contineantur. *Ad interpretationem* leg. Generali; §. vxori, ff. de vſufruct. legato.

SVMMARIVM.

1 *De materia ſcribentes referuntur.*
2 *Legato omnium bonorum, vel vſuſfructus eorum merces comprehenduntur.*
3 *Idem eſt de pecunia.*
4 *Pro ut procedunt in donatione, & alijs.*
5 *Legatum certi generis bonorum venalia non continet.*
6 *An in generali obligatione veniant merces? & numer.* 7. 8.
9 *Quid de pecunia.*
10 *Obligatis bonis quæ in certo loco ſunt, venalia non continentur. Contra, n.* 1.
11 *Quoad pecuniam diſtinguitur.*
13 *Vbi debitor quid venale excepit, venalia cætera manent obligata.*
14 *Mercibus obligatis diſtractis, non datur actio in tertium poſſeſſorem.*
15 *Sub ...gatione mercium futura veniunt.*
16 *Item pecunia redacta ex illis.*
17 *Merces empta ab hærede mercatoris, non ſubrogantur loco earum, quæ ſunt diſtractæ, quoad hypothecam.*
18 *Limitatur concluſio tradita n.* 14. *vſque ad num.* 20.
21 *Differentia inter legatum, & obligationem bonorum.*
22 *Vtrum merces in prædium illata ſint obligata locatori, & num.* 23.
24 *Legato omnium rerum, quæ in tali domo ſunt, venalia non cedunt. Limitatur n.* 18 *&* 19.
25 *De intellectu* l. pediculis 34. §. Item cum quæreretur, ff. de aur. & arg. leg.
26 *Si legentur bona indefinitè, an merces debeantur?*
27 *In dubio verborum menti ſtandum eſt.*
30 *Fructus ex proprijs agris percepti, etſi venales habeantur, inter venales merces non numerantur; & n.* 31.
32 *Legans res exiſtentes in aliquo loco, excepta aliqua venali, omnia venalia relinquere videtur.*
33 *Ob qualitatem perſonarum, verba ampliantur ad venalia.*
34 *Exceptio bona eſt de conſentis ſub regula.*
35 *Regula ex exceptionibus ſolet ampliari. Declaratur numer.* 49.
36 *De intellectu* l. nam quod liquidæ, §. fin. ff. de pen. legat. *n.* 37. 38.
39 *Per exceptiones regula declaratur.*
40 *Fauore hæredis in dubijs contra legatarios reſpondetur.*
41 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
42 *Exceptio non firmat regulam in caſibus excepto ſimilibus.*
43 *Similes caſus qui dicantur.*
44 *In correctorijs non datur extenſio. Limitatur n.* 45.
46 *Caſus omiſſus relinquitur in diſpoſitione iuris communis.*
47 *Caſus omiſſus non dicitur, qui ſub diſpoſitione vel tacitè continetur.*
48 *Dictio taxatiua non impedit extenſionem, quæ de iure fieri debet.*
50 *Ex exceptione vnius, cætera ſimilia ſub regula comprehendi intelliguntur.*
51 *Inducta ad deminutionem poſſunt indirectè augmentum operari.*
52 *Contrariorum ea eſt natura, vt, vno cognito, in alterius cognitionem perueniatur.*
53 *Regula, & exceptio, etſi inter ſe contraria, ſub diuerſa ratione iuri vtraque conuenire poteſt.*
54 *Vt exceptio ſit congrua debet aliqua ratione ſub regula contineri.*
55 *In vltimis diſpoſitionibus ſufficit coniecturata voluntas.*
56 *Non ſufficit, vt congrua ſit exceptio, quod ſolum iuxta verborum corticem exceptum ſub regula contineatur.*
57 *De ſignificatione, ac vi particulæ, ſeu, vſque ad finem.*

De ijs, quæ caput iſtud complectitur, conſulendi ſunt 1 Menoch. *de præſump. lib.* ... *præſumpt.* 13... Merlin. *de pignorib. lib.* 2 *quæſt.* 45. 46. Aſſlictis *deciſ.* ... Cardin. Mantic. *de coniectur vltimar. volunt. lib.* 9. *tit.* 6. Arias Pinel. *in rubric. part.* 1. *n.* 38. *cum ſequentib.* ... *de bon. matern.* Paulus de Montepico *in l. Titia*, §. *Titia, n.* 1 ... *de legat.* 2. Mareſcot. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 24. Strach. *de mercatura*, ... *de contract. mercator. tit. mandati*, §. *vlt.* Negusant. *de pignorib. membr.* ... *part.* 2 *principal. a principio.* Ceuallos *commun. contra communes, tom.* ... *quæſt.* 444. Put. *deciſ.* 197. Ludouic. Gomez ... Item Serniana, *Inſt. de actionib.* Molin. *de inſt. tract.* ... *diſput.* 103.

Ad Num. 1.

1 Quoties omnia bona ſua, aut vſumfructum eorum legat aliquis, etiam mercantiæ cauſa parata comprehendere cenſetur; nam cùm diſpoſitio ad vniuerſam defuncti ſubſtantiam referatur, merces quoque, quæ ad ipſam pertinent, continentur, Menoch. *ſupra, num.* 4. Caroc. *deciſ.* 117. *num.* 1. *verſ. Sed benè*, Stracha *num.* 2. Montepico *d. num.* 112. Neguſant. *num.* 16. Pinel. *num.* 38. *in fine*, Bertolis, *quæſt.* 29. Ioan. Dilect. *de art. teſtand. tit. de legat. caut.* 19. Afflictis *ſupra*, Maximè, cùm terminus vniuerſalis eam vim habeat, vt, eo appoſito, veniant in diſpoſitione, quæ alioqui non continerentur, vt inquit. Bart. communiter receptus in *l. generali, §. Vxori, ff. de vſufenct. legat.* late Decian. *conſ.* 44. *num.* 4. *lib.* 4. Menoch. *conſ.* 125. *num.* 8. & ita eſt tenendum, quamuis præcipuam concluſionem impugnent Bald. Dec. & alij apud Pinel. *vbi ſupra*, Gomez *in d. §. Item Seruiana, num.* 19. Bolaños *la Curia, part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 6. *in fine.*

3 Idem quod de mercibus, & de pecunia dicendum eſt, Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *num.* 45. *C. de bon. matern.* Menoch. *dict. lib.* 4. *præſ.* 156. vbi plures caſus diſtinguit: & *conſ.* 407. *n.* 16. *in fine.* Pecunia enim, quæ non præſidij cauſa eſt repoſita, ſed vt celeriter expendatur, habetur potiùs venalis computatur, eaque ac merces à pari procedunt; Bald. *in l. certi, quæſt.* 6. *C. locati.* Alexand. *in addit. ad Bart. in d. l. generali, §. Vxori*, Montepic. *d. l. numer.* 112. *in fine*, Pinel. *vbi proximè, numer.* 47. *verſ. Quam æquiparationem*, Menoch. *dict. conſ.* 407. *num.* 11.

Hucuſque dicta procedunt, etiam ſi teſtator bonorum mobilium duntaxat meminerit; nam & merces & pecunia erunt legatario præſtandæ, vt præfati DD. aduertunt, veluti ſi quis dixerit: *Omnia bona mea mobilia Caio relinquo.*

4 Quæ omnia non ſolùm in legatis, ſed & in donatione, alijſque contractibus erunt obſeruanda, Bald. *in rubric. C. de verbor. ſignificat.* Alexand. *in l. ſi conſtante, num.* 27. *verſ. Sed reſponde, ff. ſolut. matrim.* Iaſ. *in* . *Item Seruiana, num.* 49. *Inſtit. de actionib.* Pinel. *in d. rubric. part.* 1. *num.* 45. Neguſant. *ſupra, num.* 15. In vniuerſitate namque bonorum merces venire, regulare eſt, Surd. *deciſ.* 283. *num.* 18. Quid de legato generali, in quo terminus vniuerſalis non eſt additus? paulò inferiùs, cum *D. Couarr.* oſtendemus.

Verſ. *Secunda concluſio.*

5 Legatum certi generis bonorum, veluti frumenti, vel ſeruorum, etiam vniuerſaliter relictum, aſſerendo: *Lego omne frumentum, vel omnes ſeruos meos*: non extenditur ad ea, quæ paterfamilias cæremoniæ gratia parauerat; quoniam non intelligitur de illis, quæ vt aliò diſtraheret, habebat, cogitaſſe; & cum limitata ſit voluntas, ſtrictius interpretatur, quàm cum bonorum vniuerſitas relinquitur, ſub qua venalia comprehendi, nuper diximus. Ita probat *l. pediculis* 34. *§. Item cum quæreretur, ff. de aur. & argent. legat.* Pinel. *d. part.* 1. *in rubric. num.* 42. Menoch. *d. præſ.* 135. *num.* 2. Pic. *ſupra*, Bart. *in l. Diuus, ff. de bon. damnat.* Bald. *in rubric. C. de legat.* Alexand. *in d. l. ſi conſtante, num.* 24. *verſ. Præterea*, Roman. *in §. fin. eiuſdem leg. num.* 8. Pet. Peck *de teſtament. coniug. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 1. Idem conſequenter dicendum eſt, ſi quis habens pecuniam loco præſidij reconditam, & aliam quantitatem vt ſtatim diſtribuat, omnem ſuam pecuniam reliquerit; quoniam hæc non debebuntur: ſecus ſi nulla alia teſtatori ſit, quo caſu ipſa præſtabuntur; vt planè colligitur ex traditis per Menoch. *dict. præſ.* 138. *per totam.*

Ad Num. 2.

6 In generali obligatione expreſſa, vel ſi certum genus bonorum obligetur, vt vinum, non venire merces, viſum eſt Iacobo de Arena *in d. §. Vxori*, Roman. *in d. leg. ſi conſtante, num.* 83. Bald. *in d. l. certi iuris, quæſt.* 6. *num.* 12. *verſ. Quid de mercibus, C. locat.* Socin. *in l. qui Romæ. §. Callimachus, num.* 4. *ff. de verbor. obligat.* Alberic. *de ſtat. quæſt.* 718. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 36. & alijs, quos referunt Caroc. *d. deciſ.* 117. *num.* 1. Gait. *de credito, cap.* 4. *q.* 5. *num.* 118. Pinel *d. n.* 45.

Hæc verò ſententia communiter reprobatur: & contraria, eſt omnino certa, & amplectenda; quam tuentur Merlin. *d. quæſt.* 45. *num.* 7. Com. *ſupra, num.* 28. vbi Mynſinger. *num.* 16. Stracha *ſupra, num.* . Neguſant. *d. memb.* 2. *num* 14. Caroc. *d. num.* 1. *verſ. Sed bene*, Pinel. *in d. rubric. n.* 45. 46. Gail. *obſ. prat. lib.* 2. *obſeruat.* 5. *num.* . Bertaz. *de clauſul. inſtrument. clauſ.* 1. *Ioſ. num.* 4. *verſ. Præterea*, Bolaños *d. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. Gait. *ſupra, num.* 12. . 126. 13 . Put. *d. deciſ.* 97. *num.* 1. Pacific. *de Salviano, inſpect.* 3. *c.* . *n.* 82. & *cap.* 5. *num.* 89. Rota apud eundem *deciſ.* 12 . *num.* 3. & *deciſ.* 126. Molin. *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 528. *num.* . Mareſcot *d. cap.* 24. *num.* 1. vbi teſtatur, Rotam dixiſſe, hanc opinionem magis communem, ac veram eſſe; cui accedunt & alij Doctores, quos congeſſit Merlin. *vbi proximè, num.* 9. *verſ. Et hanc ſecundam.* 7

Quod ſimiliter eſt ampliandum ad tacitam hypothecam, cui etiam venalia ſubiacent; Pinel. *d. num.* 46. Stracha *n.* 4. Neguſant. *memb.* 4. *part.* 2. *num.* 216. 217. Mareſcot. *lib.* 2. *cap.* 118. *num.* 31. *cum ſeqq.* Merlin. *d. quæſt.* 46. *num.* 1. Menoch. *de adipiſcend. poſſeſ. remed.* 3. *num.* 128. Pacific. *d. cap.* 5. *n.* 83. Connan. *commentar. iur. ciuil. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 8. Zaſ. *in §. Item Seruiana, num* 20. *Inſt. de actionib.* vbi Gomez. *num.* 5. Iaſ. *num.* 48. & ita eſt tenendum; quamuis Ceuall. *d. q.* 444. *in fine*, contrarium verius, ac receptius dicat, atque ita in praxi ſeruari. 8

Pecunia autem, ſiue expendibilis, ſiue recondita loco præſidij, tam expreſſa, quam tacita generali hypotheca continetur. Ita de expreſſa docent Merlin. late *d. l. lib.* 2. *quæſt.* 48. Pacific. *d. inſpect.* 3. *cap.* . *num.* 324. Stracha *ſupra n.* 5. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 4. *numer.* 9. Theſaur. *quæſtion. forenſ. lib.* 2. . 16. *n.* 1. 2. Afflictis *deciſ.* 190. *num.* 4. Neguſant. *d. memb.* 2. *num.* 11. Bertaz *ſupra.* Bald. *in l. cum tabernam, §. vlt.* vbi etiam Bart. *ff. de pignorib.* quò loci hoc expreſſim probatur. De tacita idem ſuſtinent Neguſant. *d. memb.* 4. *part.* 2. *num.* 166. Merlin. *vbi proximè, num.* 14. qui benè probant: quamuis contradicant Alexand. ad Bart. *in d. l. cum tabernam, §. vlt.* Pacific. *d. inſpect.* 3. *cap.* 5. *num.* 112. *cum ſeqq.* Excipitur autem pecunia, cuius cauſa hypotheca contrahitur, quæ obligationi non eſt obnoxia; non enim veriſimile eſt, contrahentem, qui recipit pecuniam mutuam ad ſua expedienda negotia, velle ipſam obligationi ſubijcere; quod à contrario ſenſu probat *d. §. vlt.* Sic Merlin. *dict. quæſt.* 48. *num.* 10. 11. Mantic. *vbi proximè*, Bald. *in dict. §. fin. verſ. Sed nunquid* Stracha, *dict. num.* 5. Neguſant. *dict. memb.* 2. *numer.* 12. Bolaños *vbi proximè, numer.* . Vide omnino Merlin. *à num.* 24. 9

Ibi: *Non appoſita loci reſtrictione.*

Si quis generaliter obligauerit omnes oues ſuas, vel bona, quæ in tali domo, vel loco habet, merces ibi exiſtentes obligatæ non remanent. Ita tenet Communis per textum *in l. debitor pactus* 32. *ff. de pignorib. & in l. in prædijs* 7. *ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contr.* quibus probatur, non videri in loco eſſe, quòd ſtatim eſt auocandum. Ex quo planè infertur, quod cùm merces non ſint in domo aſſignata ad permanendum ibi, ſed vt quanto celerius ſit poſſibile, veneant, & amoueantur, non veniunt in obligatione ad locum reſtricta; quamuis vniuerſaliter ſit concepta; Bald. *in d. l. cum tabernam, num.* 2. *in fine*, Bart. *in d. §. Vxori*, Alexand. *in d. l. ſi conſtante, in princip. num.* 27. Neguſant. *d. memb.* 2. *num.* 14. Stracha *ſupra, num.* 3. Crot. *in d. l. ſi conſtante, num.* 66. *verſ. Fatendum*, Pacific. *d. cap.* 5. *n.* 92. Montepic. *dict. num.* 112. Mantic. *dict. cap.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 145. Bolaños. *dict. cap.* 3. *num.* 8. Rota apud Pacific. *dict. deciſ.* 126. *num.* 2. quòd apertiùs D. Couarr. tradit *infra, num.* 9. *verſ. Quinta concluſio.* 10

Quoad pecuniam in hoc caſu diſtinguendum eſt; nam reſeruata in ſubſidium veniet in obligatione, non ſic, quæ vt mutuo detur, vel ad ſumptus quotidianos parata eſt, vt ex ratione tradita apertè colligitur, & ex Menoch. *d. præſ.* 138. *num.* 2. & 8. & tenet Pacific. *dict. cap.* 5. *numer.* 112. per textum in *l. ſi chorus* 7. *§.* 1. *ff. de legat.* 3. vbi optimè Conſultus hanc differentiam pecuniæ tradit: ſed ſi dubitetur de pecuniæ deſtinatione, præſumendum eſt, celeri diſtributioni eſſe expoſitam, quoniam eius natura eſt, vt expen- 11

datur;

datur; Menoch. *n.* 12. Hieronym. Gabr. *conſ.* 98. *n.* 27.

12 Sed à communi ſententia recedit Merlin. *d. quæſt.* 45. *ex num.* 16. probans, merces contineri ſub obligatione, etiam ad locum certum reſtricta, quod ſenſiſſe Ripam in *l.* 1. *num.* 9. *ff. de pignorib.* affirmat, & conſentiunt. Gait. *dict. quæſt.* . *num.* 155. Pat. Molin, *de iuſt. & iur. diſp.* 203. ſaltem cum verbis vniuerſalibus vſus eſt creditor: & quidem verior videtur hæc ſententia *Merlini*, cum adiecto loci non eo tendat, vt merces excludantur, ſed alia bona, quæ extra locum nominatum ſunt, vel vt demonſtretur quod debitor obligat: quare contra mentem contrahentium, qui vt plurimùm has iuris ſubtilitates ignorant, non eſt obligatio generalis coarctanda; argumento *l. non omnis* 19. *ff. ſi cert. petat.* Præterea quamuis merces in loco permanent identitatiue, per ſubrogationem tamen aliarum perſtant, ſicut dicimus eandem Ciuitatem, vel Collegium idem extare pluribus ſæculis, etſi omnes ciues, aut collegæ primi ſint extincti; nam & merces vniuerſitas quædam eſt, ſubrogationis capax: Merlin. *dict. quæſt.* 45. *numer.* 27. Neguſant. *dict. memb.* 2. *ex numer.* 17. atque ita licet ſingula corpora alienentur, eædem merces manere dicuntur in loco. Tandem his accedit, quòd inſpecta natura hypothecæ, quæ in mercibus regulariter contrahitur, nihil intereſt, vt illæ in loco ſint permanſuræ, néc ne, quominus ſub generali obligatione ad certum locum reſtricta comprehendantur; nam vt ſtatim probabimus, hypotheca in his venalibus tamdiu conſiſtit, quamdiu non alienantur: vndè cum quis obligat res, quas domi habet, merces quoque complectitur, dum ibi permanſerint, nec per alienationem amoueantur, neque ex eo, quòd perſiſtentiam non habent, dicendum eſt, obligationem in ipſis non ſubſiſtere, ſufficit enim quod in loco deſignato permaneant, dum ipſa hypotheca non extinguitur.

13 Hæc autem opinio maximè locum habebit, ſi debitor in obligatione aliquam rem venalem exceperit, vt ſi dixerit: *Obligo res, quas domi habeo præter purpuram venalem.* Nam tunc cætera omnia venalia continebuntur ex doctrina, quam refert D. Couarruuias. *infra, numer.* 4. & ita tenent Merlin *dict. quæſt.* 45. *numero vigeſimo ſecundo.* Gait. *ſupra, numer.* 185. Molin. *dict. diſp.* 205. *numer.* 1.

Ibi: *Textus optimus in l. cum tabernam.*

De interpretatione *d. l. cum tabernam, videndus eſt* Pinel. *d. rubric. part.* 1. *n.* 46.

Ibi: *Modò res venales ſint penes debitorem.*

14 Speciale eſt in mercibus, vt hypotheca per earum alienationem extinguatur, nec detur actio contra tertium poſſeſſorem creditori, quoniam ipſarum natura aliud non patitur, atque ita videntur contrahentes tacite conuenire, vt diſtrahi irreuocabiliter poſſint, ne alioqui commercium impediatur, Stracha *num.* 7. Put. *dict. deciſ.* 297. *numer.* 1. Mareſcot. *dict cap.* 24. *numer.* 7. Ripa *in l.* 1. *numer.* 8. *ff. de pignorib.* Merlin. *dict. quæſt.* 45. *numer* 35. Bald *in l. vbi adhuc, col.* 1. *verſ. In contrarium videtur. Cod. de iur. dot.* Bart *in dict. l. ſi conſtante, quæſt.* 2. *verſ. Quamuis principalis,* Neguſant. *dict. memb.* 2. *numero vigeſimotertio,* Rota apud Anton. Auguſtin. *deciſion.* 655. *libro tertio,* & omnes communiter. Quid de pecunia obligata ſi alienetur, docet Merlin. *dict. quæſtion.* 48. *numero decimoſexto.*

15 Circa quæ ſe offerunt nonnulla omninò notanda. Primùm, hypothecam non ſolùm conſiſtere in rebus venalibus tempore obligationis penes debitorem exiſtentibus, ſed etiam in futuris per eundem acquiſitis, quamuis harum mentio facta non ſit, quoniam in locum priorum alienatarum ſubrogantur, Put. *vbi proximè numer.* 3. Mareſcot. *numer.* 5. Stracha *numer.* 6. Neguſant. *num.* 17. 22. Merlin. *dict. quæſt.* 45. *numer.* 26. 27. Bald. *in d. l. vbi adhuc, numer.* 280. Gait. *dict. quæſt.* 5. *num.* 168. Caualer. *deciſ.* 277. *num.* 1. Rota apud Pacific. *de Salvian. deciſ.* 125. 126. quicquid ſentiat Socin. Senior *in l. qui Romæ, §. Callimachus, num.* 2. *verſ. Quinimo ff. de verb. obligat.*

Secundùm, pretium redactum ex mercibus obligatis, dum in bonis fuerit debitoris, in eandem incidere obligationem, Merlin. *num.* 34. Neguſant. *num.* 19. *in fine,* Ripa *in d. l.* 1. *num.* 8. *in fine,* Put. *num.* 1. Pacific. *d. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 189. Gait. *d. quæſt.* 5. *num.* 189. Quia in vniuerſalibus, vt ſunt merces, pretium ſuccedit loco rei, *l. Imperator* 72. *§. fin. ff. de leg.* 2. Merlin. *dict. numer.* 14. Cyriac. *com.* 2. *controuerſiar.* 344. *n.* 8. Neguſant. *memb.* 4. *part.* 2. *n.* 59. *verſ. Ego autem in dote*

Tertium, præfatam mercium ſubrogationem quoad 17
hypothecam, locum duntaxat habere in emptis ab ipſo debitore, qui contraxit, non ab ipſius hærede, qui quamuis merces comparet, hypothecæ minimè ſubiiciuntur; Strach. *numer.* 6. Neguſant. *dict. memb.* 2. *numer.* 22. Merlin. *numer.* 64. Caualer. *deciſ.* 259. *num.* 2. Gait. *d. q. quæſt.* 5. *num* 173. & 174. Quod limitatur, cum hæres explendo negotium à defuncto cœptum, merces comparat; nam & hæ venient in obligatione à teſtatore contracta, ſicut cæteræ, quas ipſe reliquit: Merlin. *num.* 66. 67. Neguſant. *dict. numero vigeſimoſecundo.* Ripa *in dict. l.* 1. *num.* 9. *verſ. Secundò intellige.* Bart. *in d. l. cum tabernam, in fine* Pacific. *d. c.* 2. *n.* 187.

Quartùm, creditorem non prohiberi, hypothecaria ex- 18
perira aduerſum tertium poſſeſſorem mercium, qui eas non minutatim, ſed vt corpus emit, veluti ſi tota taberna, vel horreum fuerit diſtractum, aut pars eius quotitatiua; nam cùm vniuerſitas rerum ſit, cum ſuo onere tranſit in emptorem, ſicut cætera quæ nexu obligationis tenentur; latè Merlin. *d. q.* 45. *à num.* 50. Mareſcot. *d. c.* 24. *n.* 1. Ripa *d. num.* 9. Bald. *in d. l. vbi adhuc, n.* 19. Bald. Nouell. *in d. l. ſi conſtante, n.* 72. Rota apud Pacific. *deciſ.* 126. *num.* 6. Ceſſant enim hic rationes, propter quas mercium obligatarum alienatio eſt permiſſa, vt rectè perpendit Merlin. *n.* 52 & 53.

Quintùm, ſi in generali obligatione merces aliquæ fue- 19
rint deſcriptæ, quoad eas, actionem creditori contra tertium poſſeſſorem non denegari; nam cenſentur ſpecialiter obligatæ, & earum alienatio quocunque modo vetita; Merlin. *n.* 65. Pacific. *c.* 5 *n.* 101.

Sextum, merces obligatas, etiam minutatim venditas 20
poſt inceptum cum debitore iudicium, poſſe per hypothecariam reuocari, Salicet. *in dict. l. vbi adhuc, numer.* 18. *verſ. Sed dubitare videtur,* Bart. *in dict. l. ſi conſtante numer.* 83. Ripa *vbi ſuprà, numero octauo,* Put. *dict. deciſion.* 279. Merlin. *numer.* 50. & 51. vbi bene diſtinguit, ac declarat.

Ex dictis hucuſque duplex oritur differentia inter le- 21
gatum bonorum, & eorum obligationem quoad venalia. Prima eſt, quòd ſi quis leget omne vinum, venale legatario non debeatur; quod ſecùs eſt in obligatione, vt diximus *ſupra, num.* 5. & 6. Secunda, quòd in legato ad certum locum reſtricto, etiamſi verbis vniuerſalibus vſus ſit teſtator, non veniant venalia ibi reperta, vt docet D. Couar. *infrà, n.* 5. vbi diximus, quod aliter in obligatione cum Merlino probauimus, *ſupra, num.* 12. Huius duplicis differentiæ ratio eſt, quoniam in legatis de maiori agitur præiudicio, quàm in hypotheca, quare pleniùs voluntas debitoris, quàm defuncti interpretatur, Merlin. *dict. quæſt.* 45. *numero octauo.* D. Couarruuias, *paulò inferiùs.* Præterea legatarius nullum ſentit incommodum ex legati reſtrictione, qui de lucro agit; ſecùs creditor, qui de damno vitando contendit, nam forſan intuitu mercium mutuauit, quas ſibi obligatas credidit.

Ibi: *Qualis eſt illa rerum inuectarum in domum.*

Controuerſum eſt, num res venales in prædium inue- 22
ctæ, pro mercede locationis, ac damnis ædificio illatis ſint, ſicut cætera bona inuecta, tacitè obligatæ? videre eſt apud Maſcard. *de probat. concluſ.* 10. *num.* 6. & 7. & Merlin. *d. q.* 46. *n.* 5. & 10. qui Authores inter ſe diſſidentes referunt, in quo plures caſus ſolent diſtingui, vt per Menochium, *d. remed.* 3. *de adipiſc. à num.* 156. Mareſcot. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 18. *cum ſeqq.* Merlin. *vbi proximè, ex num.* 11.

Pacific. *dict. inſpect. 3. capit. 5. numer. 85. cum alijs*; ſecundùm quos aliquando merces inuectæ proculdubio obligantur, vt ſi domus ad exercendam in ipſa mercaturam conducatur, aut ſi nihil præter venalia in prædium inducatur, vel ſi deſcribantur merces tempore inductionis, quia cenſentur expreſſim obligatæ; vltra quos caſus, venalia tacitæ hypothecæ non ſubijci, illi docent. Fructus quoque ex proprijs agris percepti quamuis venales pro parte habeantur, cum inter merces non computentur, pro mercede domus, in quam inuchuntur, tacitè obligantur, Mareſcot. *d. cap.* 118. *n.* 32. Menoch. *vbi proximè, n.* 131. Meſlin. *n.* 17. Pacific. *n.* 110. *verſ. Quintus caſus.*

23 Sed vt conſequenter ad ea, quæ diximus *ſupra, num.* 12. in hac quæſtione procedamus, ea traditis ibi rationibus, quæ etiam hoc caſu militant; magis placet ſententia eorum, qui abſolutè docent, merces inuectas pro mercede locatæ domus obligari; quam ſequuntur Pacific. *dict. inſpect. 3. cap. 5. num* 89. *verſ. Contrariam verò*, Maſcard. *d. concluſ.* 110. *num.* 6. Gomez *in dict. §. Item Seruiana, num.* 22. & alij, quos hi laudant, eſtque communis opinio, quamuis contraria non paucis placeat, vt videre eſt apud Merlin. *num.* 5. & Maſcard. *num.* 7. Non obſtat, *l. debitor pactus* 32. *ff. de pignorib.* quoniam merces eo animo inducuntur in domum, vt vel ipſæ, vel aliæ, quæ earum loco ſubrogentur, ibi perpetuò maneant, atque ideò iure in illis conſiſtit obligatio, dum ibidem permaneat.

Ad Num. 3.

24 Qui legat omnes res, quas domi, vel in alio loco habet, non cenſetur ſub legato venalia ibi exiſtentia comprehendere, quoniam non videntur illa in eo loco eſſe, quæ, vt ſtatim per alienationem amoueantur, ſunt expoſita; *dict. l. debitor, l. ex facto* 35. *§. vlt. ff. de hered. inſtit. l. prædia* 27. *ff. de fund. inſtruct.* Gloſ. *in l. quæſitum* 76. *§. Prædia, verbo, non le eta, ff. de legat.* 3. Pinel. cum alijs, *dict. part.* 1. *rubric. numer.* 39. *&* 40. Menoch. *dict. præſ.* 137. *numer.* 7. *& conſ.* 407. *numer.* 17. Neguſant. *dict. memb.* 2. *numer.* 14. Beroi *dict. q.* 29. Hieronym. Gab. *conſ.* 98. *numer.* 13. Merlin. *quæſt.* 45. *numer.* 8. Idem in pecunia, quæ vt celeriter expendatur, habetur, tenendum eſt cum Gloſſa *verb. de pecunia, in l. ſi mihi Meuia* 96. *§. vlt. ff. de legat.* 3.

Verſ. *Sed ſi Creius.*

Adde Pinellum, *vbi proximè*, agentem de intellectu *d. §. Vxori*, qui D. Couar. ſequitur.

Ibi : *Sic eodem iure, in d. §. Item cum quæreretur.*

25 Genuinus intellectus ad *l. pediculis* 34. *§. Item cum quæreretur. ff. de aur. & argent. legat.* deducitur ex concluſione ſecunda ſupra tradita per *D. Couar.* nam vbi certum genus bonorum relinquitur, etiam per verba vniuerſalia, venalia ad ipſum pertinentia legato non cedunt; cum igitur in eo textu, ita legatum fuerit: *Filia mea dulciſſima è medio ſumito, tibique habeto ornamentum meum omne muliebre cum auro, & ſi qua alia muliebria apparuerint.* ideò Conſultus reſpondit, non deberi argentum, quod mercimonij cauſa paratum erat. Ex quo infertur, quòd licet verbum, *meum*, fuiſſet omiſſum, nihilominus argentum venale minimè deberetur ſecundùm prædictam doctrinam.

Ibi : *Ego contrarium in iure verius eſſe cenſeo.*

26 Si legentur indefinitè bona, vel res, aut bona mobilia teſtatoris, etiam merces legatas videri cum *D. Couar.* ſentiunt Menoch. *dict. præſ.* 137. *numer.* 6. Pinel. *in dict. rubric. part.* 1. *numer.* 38. Pariſ. *in addit. ad Decium, in l.* 1. *numer.* 18. *ff. de reg. iur.* & alij apud Pinellum ipſum. Sed ratio, cui hæc ſententia innititur: quia ſcilicet, indefinita æquiualet vniuerſali; congrua non videtur, ſiquidem quoties aliqualis diuerſitas reperitur inter contenta ſub vniuerſali, æquiualentiæ illi non eſt locus, vt probauimus *ſupra, lib.* 1. *capit.* 13. *numer.* 33. Inter venalia autem, ac cætera bona maximum eſt diſcrimen, vt ex dictis conſtat; & ea *l. ſeruos* 75. *in fine, ff. de legat.* 3. vndè illa indefinita: *lego res meas*, vel *vſumfructum bonorum meorum*, æquipollere nequit vniuerſali, propter dictam diuerſitatem, quæ in bonis venalibus, & alijs conſideratur: ad quod eſt textus elegans in *l. ſi cui lana* 68. *ff. de legat.* 3. vbi, lanâ legatâ, tinctam non deberi, Vlpianus decernit, ſufficitque differentia coloris (quamuis vtraque verè lana ſit,) vt indefinita non æquipolleret vniuerſali: compertum enim eſt, quòd ſi legaretur omnis lana, tincta quoque contineretur, *l. pediculis* 34 *§. Labeo, ff. de aur. & argent. legat.* Quamobrem non eſt contemnenda diſtinctio inter legatum vniuerſale, & generale, quam conſtituit. Bart. *in dict. §. Vxori*, quem ſequuntur Dec. *in l. omnin, numero ſecundo, ff. Si cert. petat.* Menoch. *conſ.* 129. *numero octauo, conſ.* 407. *numer.* 16. *verſ. Secundus caſus, & verſ. Tertius caſus, conſ.* 1007. *numer.* 48. *&* 49. Crauetta, *conſ.* 290. *numero quarto, verſ. Similiter, conſ.* 194. *numer.* 1. *conſ.* 297. *numer.* 6. *verſ. Secundò reſpondeo*, Curt. Iun. *conſ.* 45. *numer.* 4. Gozadin. *conſ* 14. *numer.* 22. *conſ.* 16. *n.* 6. *conſ.* 82. *n.* 4. Rub. *conſ.* 135. *n.* 3. Natta *conſ.* 159. *n.* 24. *lib.* 1.

Ibi : *Caterum hac quarta concluſio.*

Idem repetit Menoch. *dict. præſ.* 137. *numero octauo*, 27
ſemper enim, maximè vbi verba ſunt dubia, menti diſponentis ſtandum eſt, cum illa intentioni deſeruiant, *libro tertio, §. Conditio, ff. de adimend. legat. capit. humanæ* 11. 22. *quæſt.* 5. Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verb. libertis, à numer.* 47. Brun. à Sede *in loc. commun. verbo, Verba numer.* 20.

Verſ. *Primò, ſi quidem.*

Si ita ſit relictum: *Lego res, vel frumentum, quod do-* 28
mi eſt. Venalia quoque debebuntur, ſi alia bona in ea non reperiantur; quoniam de illis ſenſiſſe teſtatorem, manifeſtum eſt, cuius voluntas, ſi aliud diceretur, illuſoria fieret, Menoch. *vbi proximè, numer.* 9. Pinel. *dict. part.* 1. *rubric. numer.* 40.

Verſ. *Secundò conſtat.*

Legatum particulare argenti ſcilicèt, vel rerum, quas 19
quis in certo loco habet, comprehendit venalia, ſi verbum, *quocunque modo*, adijciatur, Menoch. *numero decimo*, Pinel. *numer.* 41. Neguſant. *dict. membr.* 2. *numer.* 57. Put. *deciſion.* 20. *numer.* 3. *lib.* 3. Gozadin. *dict. conſ.* 14. *numero vigeſimoſecundo*, Afflictis *dict. deciſ.* 106. Ruin. *conſ.* 31. *numer.* 5. *lib.* 2. Aym. *in l.* 1. *ff. de legat.* 1. Rub. *dict. conſ.* 135. *numero ſecundo.* Curt. Iun. *conſil.* 45. *numero quarto.* De quo tamen dubitant Dec. *conſ.* 93. *numer.* 3. Hieron. Gabr. *conſ.* 98. *num.* 16.

Verſ. *Tertiò, apparet.*

Fructus collecti ex proprijs agris, etſi fuerint vendi- 30
tioni expoſiti, non computantur inter venalia, vt merces; cùm non negotiationis cauſa, ſed quoniam ſuperſunt, diſtrahantur. Vndè ſi legetur vinum, vel oleum, quod eſt in certo loco, etiam debebitur venale, quod ex proprijs vineis, vel oliuetis teſtator percepit, Menoch. *numero decimo primo.* Pinel. *numer.* 44. licèt dubitet.

Sed contrarium aliquibus fundamentis probat Hieron. 31
Gabr. *ſupra, num.* 36. cui fauet apertè Scæuola *in dict. l. generali, §. Idem quæſijt. ff. de vſufruct. legat.* vbi decidit, ſalis percepti ex proprijs ſalinis vſumfructum vxori non competere, quæ vſufructuaria earum à teſtatore relicta eſt: & rationem ſubdit his verbis: *Reſpondi de ijs legandis, quæ venalia ibi eſſent, non ſenſiſſe teſtatorem.* Vndè colligitur, fructus ex proprijs rebus collectus venditioni deſtinatos, cæteris rebus venalibus, ac mercibus æquiparari, ac per conſequens ad legatarium in caſu, de quo agimus, non pertinere & quamuis *D. Couarruuias* aliter hunc textum interpretetur aſſerens, ideo vxori ſalis vſumfructum non deberi, quia, fundi vſufructu legato, fructus iam

collecti

collecti non debentur; tamen Conſultus non ea nititur ratione, ſed quod ſal venalis habebatur, innuens, ſalem ad proprium vſum domus teſtatoris, ſi ibi eſſet, deberi; quod forſan ſpeciale eſt in ſalinis, vt non cenſeantur fructus collecti donec aliò ſal adſportetur, qui vt plurimum non cohæret ſolo, ſed ſupra ſuperficiem terræ conficitur, vnde amouetur, vt aceruus fiat, vt in Hiſpania euenit; hinc ſal in ſalinis ipſis coaceruatus, inter fructus pendentes poteſt computari; quare ſub vſufructu ſalinarum ipſum contineri ſenſit Scæuola, niſi venalis eſſet. Hæc autem mea conſideratio aliorum iudicio ingenuè ſubijcitur.

Præmiſſa quæſtio nullo modo ad fructus ex gregibus perceptos attinet; nam ipſi greges negotiationis cauſa comparantur, mercisque appellatione ideò continentur; Merlin. *d. quæſt.* 45. *n.* 31. Nihilominus prior ſententia magis arridet, admiſſa *D. Couar.* interpretatione ad Scæuolam, qui ideò ſalem venalem non comprehendi aſſeruit, quia iam coacervatus erat, & deductus à loco, in quo conficiebatur, vt veniret; quare ad vſufructuariam ſpectare non poterat, cum fructus pendens eſſe deſineret.

Ad Num. 4.

32 Si relinquantur res in certo loco repoſitæ, aliqua venali excepta, cætera omnia venalia, quæ ibi reperiantur, ad legatarium pertinebunt; nam ex eo, quod teſtator aliquid venale excepit, præſumitur reliqua comprehendiſſe venalia ſub generali diſpoſitione, cum exceptio debeat eſſe de contentis ſub regula. Ita Menoch. *num.* 12. Ruin. *conſ.* 32. *numer.* 7. *verſ. Ponderanda*, *lib.* 2. Idem de hypotheca agentes tenent Merlin. *dict. quæſt.* 45. *n.* 22. Gait. *d. c.* 4. *q.* 5. *n.* 155. Molin. *d. diſp.* 203.

33 Quibus coniecturis, & aliam adijcit Menoch. *num.* 13. ſcilicet propter qualitatem perſonarum legatum ad venalia ampliari, vt ſi teſtator diues liberis ſuis res, quæ domi ſunt, reliquerit; *l. quæſitum* 12. *§. Sed & Papinianus, ff. de fund. inſtruct.* Roman. *ſingul.* 649. Pur. *d. deciſ.* 20. *in fine.* In quo Iudicis verſabitur arbitrium, qui quantitate mercium, & alijs defuncti facultatibus penſatis, æſtimabit, an ſit veriſimile, quòd voluerit venalia quoque liberis relinquere, vt Conſultus inquit.

Ibi: *Conſtat etenim, & pendet ab illa eleganti quæſtione.*

34 Exceptio debet eſſe de illis, quæ ſub regula comprehenduntur, atque ita ex eo, quod excipitur, quid regula contineat, declaratur: *l. ſed an vltro* 10. *§.* 1. *ff. de negot. geſt.* Pareja *de instrument. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſolut.* 6. *num.* 362. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 36. *num.* 19. Argel. *de acquirend. poſſeſ. quæſt.* 3. *art.* 9. *num.* 12. Cagnol. *in l.* 1. *num.* 31. *&* 34. *ff. de reg. iur.* Afflict. *deciſ.* 45. *num.* 2. Surd. *deciſ.* 234. *num.* 13. Chartar. *deciſ.* 67. *n.* 35. *&* 55. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 207. *num.* 21. Mareſcot. *ſupra, lib.* 2. *cap.* 94. *num.* 67. Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.* 76. *num.* 31. Gutier. *practicar. lib.* 4. *quæſt.* 54. *numer.* 1. Amat. *variar. lib.* 2. *reſol.* 74. *num.* 5. Tuſch. *lit. E. concluſ.* 423. *num.* 6. & dixi *ſup. lib.* 1. *capit.* 6. *numer.* 13.

Verſ. *Et ideo hac ratione.*

35 Regula ſolet ampliari, adiecta exceptione, ad ea, quæ alioqui non comprehenderet, *l. quæſitum*, *§. Idem reſpondit, domo; verſ. Denique Neratius, ff. de fund. inſtruct.* Menoch. *d. lib.* 2. *præſ.* 116. *num.* 74. *cum alijs, & conſ.* 87. *num.* 36. Alexand. *in l. vlt. ff. quod quiſque iuris*, Iaſ. *in l. properandum, in princip. num.* 7. *C. de iudic.* Dec. *in l.* 1. *num.* 25. *ff. de reg. iur.* Socin. Iun. *conſ.* 34. *num.* 7. *lib.* 1. Tiraquel. *de retract. lignag. ad finem, n.* 24. Cyriac. cum alijs *tom.* 1. *controuerſ.* 196. *n.* 11. Merlin. *d. q.* 45. *n.* 22. quod declara, vt *infra, n.* 49.

Ad Num. 5.

36 Pro interpretatione *l. nam quod liquida, §. vlt. ff. de pen. legat.* præmittendum eſt, quòd licèt regula per exceptionem regulariter declaretur, vt nuper dicebamus; aliquando tamen diſpoſitio, quæ alioqui plana foret, propter id, quod excipitur dubia redditur, prout euenit in mandato generali, quod quos caſus contineat, non dubitatur; ſed ſi in eo excipiatur cauſa aliqua ſpeciale mandatum deſiderans, quid ſub ipſo comprehendatur, maximè controuertitur; vt conſtat ex traditis per D. Couar. *infra*, *ex num.* 8. Similiter *in d. §. fin.* manifeſtum erat, quid, omni penu legata, deberetur; erat enim penus vbique relicta præſtanda, at propter illam exceptionem, *Excepto vino, quod Romæ erit*, cœpit ambigi de regula, & mente teſtatoris, vtrùm ſcilicet penus omnis, vel ſola, quæ in Vrbe erat, fuiſſet relicta. Dubitandi occaſionem præbuit, quod teſtator excepit vinum, quod Romæ habebat, & non alibi, cuius ratio cùm lateret, Conſultus tanquam in re obſcura, quod minimum eſt, nempè penum Romæ repoſitam duntaxat deberi, reſpondere iuxta iuris regulas, *l. ſemper in obſcuris* 9. *ff. de reg. iur.* exiſtimantes ideò vinum in Vrbe relictum excepiſſe, quia de penu ibidem exiſtenti tantùm legando cogitauit teſtator. Cui fauet itidem, quod ſemper in dubijs præſumendum eſt, teſtatorem velle quanto minus poſſibile ſit hæredem onerare; *l. vnum ex familia* 69. *§. Si rem, ff. de legat.* 2. Menoch. *conſ.* 395. *numer.* 86. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 283. *numer.* 25. Surd. *conſ.* 7. *num.* 56. Quare ea interpretatio voluntatis debet amplecti, per quam magis hæres releuetur, *l. ſi ita ſit ſcriptum* 14. *ff. de legat.* 1. *l.* 1. *ff. de liberat. legat.* *l. cum alienam* 10. *C. de legat.*

Verſ. *Nam cum exceptio.* Ibi: *Mihi tamen iſthac conſideratio.*

Interpretatio etiam *Bartoli* ex eo reijci poteſt, quòd ſi 37
relatiuum, *illud*, referretur ad penum, non poneretur in terminatione neutra, ſed in alia, quæ verbo *penus*, & non verbo *vinum*, conueniret, vt ſic loquutionis amphibologia vitaretur.

Ibi: *Vt congrua ſit exceptio ſat eſt, quòd ſit de regula.*

Adde Cyriac. *tom.* 3. *controuerſ.* 531. *n.* 15. Cagnol. *in l.* 1. *numer.* 30. *ff. de reg. iur.* Cephal. *conſ.* 153. *n.* 58.

Verſ. *Quintò, communis*, Ibi: *Et Oldrad.* conſ. 8. *Dec.* in cap. ſedes.

Hæc ratio *Oldradi* difficultate non caret, ſiquidem re- 38
ſtrictio ad locum adiecta vni ex rebus, quæ legantur, facit coniecturam, vt intelligatur teſtator etiam in alijs eandem reſtrictionem facere voluiſſe, quo caſu loquitur Conſultus *in l. quæſitum* 76. *§.* 1. *ff. de legat.* 3. quæ pro Oldrado adducitur; & comprobatur ex *l. fin. §. vlt. ff. De tritico, vin. & ol. leg.* Sed aliud eſt, quod per reſtrictionem exceptionis ad locum, regula quoque generalis coarctetur, cùm potiùs ex limitatione exceptionis ampliatio regulæ inducatur, ſiquidem proprium eſt exceptionis, in non exceptis firmare contrarium; *cap. domus*: 32. *quæſt.* 7. *l. quæſitum* 12. *§. Idem reſpondit, domo, ff. de fund. inſtruct.* Thom. Delbene *de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 16. *dubit.* 8. *num.* 4. Argel. *ſupra, quæſt.* 18. *art.* 4. *num.* 3. Menoch. *d. lib.* 4. *præſ.* 83. *num.* 41. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 55. *num.* 9. Vndè reſtrictio exceptioni addita, non videtur ad non excepta extendi poſſe, niſi ea ratione, quam nuper tradidimus, *n.* 36.

Ibi: *Primùm, vbi regula obſcura.*

Per exceptionem enim regula declaratur, *d. l. quæſitum. §.* 39
Idem reſpondit, Menoch. *conſ.* 318. *num.* 11. *conſ.* 624. *num.* 10. Bart. *in d. §. Idem reſpondit*, Dec. *in l.* 1. *num.* 21. *ff. de reg. iur.* Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 69. *num.* 34. Surd. *d. deciſ.* 234. *n.* 12. Caualcan. *deciſ.* 5. *num.* 5. *part.* 1. Cæſar. Barz. *Bononienſ. deciſ.* 83. *n.* 9. *& deciſ.* 125. *n.* 3. Valenzuela *conſ.* 83. *à n.* 88. Plot. *in l. ſi quando, n.* 207. *verſ. Quia exceptiones, C. unde vi*, Pareja *ſupra, tom.* 1. *tit.* 3. *reſolut.* 13. *n.* 17.

Ibi : *Quartò, ſi qua ratio.*

Similiter ad § *Vxori*, reſpondendum eſt, vt *ſupra, n.*38. ad *l. quaſitum, §.* 1. *ff. de legat.* 3. vbi hanc rationem Oldradi impugnauimus.

Ibi: *Quintum, etſi Iuriſconſulto his, vel alys.*

40 Difficile quidem eſt reſponſum Conſulti in *d. l. nam quod liquide, §. vlt.* tamen fauore hæredis, ob præſumptam teſtatoris affectionem erga illum, in dubio contra legatarium deciſum eſt, vt diximus *ſupra, n.*36.

Ad Num. 6.

41 Exceptio firmat regulam in contrarium, vltra laudatos *ſupra, n.*38. *in fine*, hoc ipſum probant Roman. *ſingul.* 337. *n.*8. Gratian. *diſceptat. forenſ. c.*598. Giurba *conſ.* 120. *n.*18. Carleual. *de iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 16. *n.*40. Euerard. *in loc. legalib. loc.* 9. *ab except. ad regul. & loc.* 99. *ab ſpeciali*, Matienz. *in l.* 1. *gloſ.* 15. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopilat.* Mieres *de maiorat. part.* 1. *quæſt.* 22. *à num.* 2. Simon de Prætis *de interpretat. vltimar. volunt. lib.* 4. *interpret.* 2. *dubit.* 3. *per tot.* Mantic. *de tacit. & amb. conuent. lib.* 7. *tit.* 16. *à num.* 30. Pareja *d. tom.* 1. *tit.* 2. *reſolut.* 5. *num.* 43. Flamin. *de reſignat. beneficior. lib.* 5. *quæſt.* . *num.* 186. Tuſch. *lit. F. concluſ.* 421. *per tot.* Seraphin. *deciſ.* 980. *numer.* 7. Auguſt. Barboſ. *de axiomat. iur. axiom.* 84. *num.* 4. qui *num.* 5. limitat, quando alia interpretatio capi poteſt, Federic. de Senis *conſ.* 235. *n.* 3. *verſ. Non obſtat.*

Ibi : *Exceptio tamen ipſa ad ſimilem extenditur.*

Exceptio non confirmat regulam in caſibus excepto
42 ſimilibus, imò ad ipſos extenditur, D. Couar. *in cap. alma mater part.* 1. *§.* 11. *num.* 15. *verſ. Tertiò etiamſi in his : de ſentent. excommunicat. in* 6. Aug. Barboſ. *in collectan. ad c. cum dilecta, n.* 4. *de confirmat. vtil. vel inut.* Menoch. *conſ.* 250. *n.* 57. Delbene *ſupra, c.* 19. *dubit.* 11. *n.* 16. Guttier. *Canonicar. quæſtion. lib.* 1. *c.* 34. *n.* 9. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 34.

Similes verò caſus illi dicuntur, in quibus eadem, vel
43 maior ratio, quàm in expreſſo reperitur, Cyriac. *tom.* 1. *controu.* 96. *n.* 39. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 84. *n.* 8. vbi alij, Bald. *in l. illud, col.* 2. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Carleual. *d. tit.* 3. *diſp.* 5. *n.* 19. & iſti quidem caſus comprehenſi ſub diſpoſitione non minus cenſentur, quàm expreſſi, Bald. *in l. per diuerſas, n* 6. *Cod. mandati*, Menoch. *d. lib.* 4. *præſ.* 67. *n.* 16. latè Cyriac. *tom.* 5. *controu.* 478. *à n.* 57. Argel. *ſupra, qu.* 17. *art.* 6. *n.* 5. quare propriè non dicitur extenſio, ſed comprehenſio, vt, pluribus relatis, aſſerit Cyriac. *nu.* 79. qui *n.* 70. ex Fachinæo *conſ.* 47. *n.* 31. *lib.* 1. rationem reddit; nam ſicut genus propriè ſuas ſpecies continet, ita & ratio caſus ſimiles non expreſſos complectitur.

Ibi : *Quibus adſtipulatur, quòd regula.*

In correctorijs extenſio ob identitatem, vel maiorita-
44 tem rationis, non admittitur de caſu ad caſum ; *l. quod contra* 174. *ff. de reg. iur.* Molin. *de primogen. lib.* 5. *cap.* 13. *num.* 40. *verſ. Nec obſtat, ſi dicatur*, Argel. *ſupra, quæſtion.* 6. *art.* 1. *num.* 4. & 14. Menoch. *conſ.* 537. *num.* 4. Iaſ. *in Authent. quas actiones, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Dueñas *reg.* 286. Villalobos *commun. opinion. lit. E. num.* 153. Tiraquel. *de iur. marit. gloſ.* 2. *num.* 21. Viuian. *commun. opinion. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 17. *de legib. num.* 112. Pet. Barboſ. *in d. l. ſi conſtante, in princip. num.* 106. *ff. ſolut. mat.* Farinac. *in fragment. crimin. part.* 1. *lit. E. num.* 75. Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.* 336. *num.* 3. Delbene, *dict. tom.* 2. *cap.* 14. *dubit.* 14. *num.* 1. 11. Idem in exorbitantibus à iure, tenent Bartol. *in l. ſi verò, §. de viro, à num.* 1. *ff. ſolut. matrimon.* vbi Roman. Carleual. *d. tit.* 3. *diſputat.* 28. *num.* 16. Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verb. libertis, numer.* 27. *Cod de reuocand. donat.* Oſalcb. *Pedemontan. deciſ.* 120. *num.* 8. Villadieg. *in rubric. de extenſione leg. exorbitant. num.* 3. Farinac. *ſupra, numer.* 124. Sed cauſarum fauor efficit, vt in his extenſioni ſit locus, Argel. *quæſt.* 4. *art.* 1. *num.* 5. Cramera *de antiquitat. tempor. part.* 4. *in princip. num.* 79. Villadieg. *in rubric. de extenſion. leg. limitatiuar. à num.* 9. & *in d. rubric. de extenſion leg. exorbitan. n.* 3. *in fine, in vlt. ampliat.* Farinac. *n.* 108. 109.

Quod ſi in lege correctoria eius ratio exprimatur, ad 45
caſus ſimiles extendetur correctio, Tiraquel. *in tract. cauſa ceſſante, part.* 1. *num.* 142. & *de retract. lignag. §.* 20. *num.* 3. 8. Hippolyt. *in l. ſi quis viduam, num.* 26. *ff. de quæſtionib.* Menoch. *conſ.* 484. *num.* 8. 9. Menchaca, *lib.* 1. *ſucceſſion. §.* 6. *num.* 6. Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 64. *Cod. de bon. matern.* Mexia *in pragmat. taxa pan. concluſ.* 4. *num.* 8. Pet. Barboſ. *in dict. l. ſi conſtante, in princip. numer.* 102. Pat. Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *diſp.* 1. *n.* 34. Iuan. Valer. *de differens. inter vtrumque for. verb. lex, different.* 5.

Ibi : *Nam & caſus omiſſus manet decidendus.*

Caſus in diſpoſitione qualibet omiſſus ex diſpoſitione 46
iuris communis venit decidendus, *l. ſi cum dotem* 23. *ff. ſolut. matrim. l. ſi extraneus* 6. *ff. de condict. cauſ. data*, Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 210. *num.* 49. Caball. *reſolut. crim. caſ.* 271. *num.* 7. Eſcobar *de ratiocin. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 6. Rota apud Viuian. *in prax. iur. patronat. deciſ.* 62. *numer.* 6. Pareja *ſupr. dict. titul.* 5. *reſolut.* 10. *num.* 4. Tuſch. *lit.* O. *concluſ.* 116. Ferrer. *in conſtitutionib. Cathalon. gloſ.* 3. *n.* 104. Menoch. *conſ.* 76. *num.* 8. Tiraquel. *de iur. primog. quæſt.* 40. *n.* 194. Ceuall. *tom.* 2. *q.* 762. *n.* 10. Mareſc. *d. lib.* 2. *c.* 77. *nu.* 29. Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 34. *n.* 6.

Non autem caſus omiſſus dicitur, qui ſub diſpoſitione 47
aliquo modo tacitè comprehenditur, vel propter rationis identitatem ; aut præſumptam mentem diſponentis, Bald. *in d. l. per diuerſas, col.* 1. *C. mandat.* Crauet. *conſ.* 326. *num.* 9. *verſ. Septimò, conſidero*, Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 301. *num.* 26. & 27. Menoch. *conſ.* 5. *n.* 25. *conſ.* 232. *nu.* 35. *conſ.* 289. *n.* 46. qui alios laudat.

Ibi : *Imò etiam ſi quid excipiatur à regula.*

Vbi aliàs de iure locus eſt extenſionis, dictio taxatiua 48
addita exceptioni, vel diſpoſitioni cuilibet, non impedit caſuum ſimilium comprehenſionem, Delbene *d. tom.* 2. *c.* 19. *dub.* 11. *n.* 11. Ant. Gom. *var. lib* 1. *cap.* 11. *n.* 13. Guttier. *Canonicar. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 5. Padill. *in authent. res, quæ, num.* 81. *C. commun. de leg.* qui communem dicit, Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 36. *nu.* 20. & *conſ.* 166. *n.* 14. Crauet. *de antiquit. tempor. part.* 4. *princip. n.* 112. Socin. Iun. *conſ.* 53. *n.* 6. *lib.* 2. Sanchez *in præcept. Decalog. cap.* 15. *num.* 37. Fontanel. *de pact. nuptialib. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 28 *à num.* 17. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 34. Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad Clement. exiui, num.* 2. *de verbor. ſignificat.* Surd. *conſ.* 443. *num.* 52. *vol.* 3. Cyriac. *d. controu.* 478. *num* 83. Idem quoad perſonas dicendum eſt, vt taxatiua non excludat perſonas ſimiles expreſſis, Bald. *in l. fin. C. de actionib. empt.* Menoch. *conſ.* 705. *num.* 9. Curt. Senior *conſ.* 77. *colum.* 10. *verſ. Quia reſpondeo.*

Ad Num. 7.

Per exceptionem regulam ampliari non poſſe, ſcripſe- 49
runt Tiraq. *de retract. lignag. ad finem, num* 94. vbi latè, Auguſt. Barboſ. *de axiomat. iuris, axiomat.* 84. *n.* 7. Stephan. de Federicis *de interpretat. iur. part.* 2. *num.* 125. Caſan. *conſ.* 8. *n.* 48. Menoch. *conſ.* 416. *n.* 25. Sed dicendum videtur, quòd hæc ſententia tunc vera, ſi de extenſione, ſeu ampliatione ſtrictè ſumpta accipiatur : nam certum eſt propriè non dici regulam extendi ad caſus, qui ſub eadem etiam implicitè continentur, ſicut proximè dicebamus; & notaui Cyriac. ex multis, *dict. controuerſ.* 478. *a num.* 79. Auguſtin. Barboſ. *in collectan. ad c.* 1. *nu.* 8. *de temporib. ordinat. in* 6. Per exceptionem autem regula non ampliatur ad alia, quæ abſque illa non comprehendebantur, ſed ſolùm comprehenſa aperiuntur.

Nec refert, quod ſi exceptio non adijceretur, regula non contineret, quæ, ea appoſita, complectitur ; vt in exemplo quartæ concluſionis *D. Couarruuias*, de iam venali excepta ; hoc enim prouenit

ex

ex ignorata mente proferentis, qui per inepta verba propriam explicat voluntatem, minus dicens, quam ſentit, ac vult; atque ita exceptio regulam non extendit, ſed ſolùm declarat. Ex hoc tamen ab effectu dicitur exceptio regulam ampliare, cum per illam veniamus in cognitionem voluntatis diſponentis, quæ ſtrictius ſecundum verba contra mentem loquentis exequeretur, niſi exceptio ipſam manifeſtaret.

Ad Num 8.

Supra, lib. 1. capit. 6. ex numer. 22. Ancharrani ſententiam latè comprobauimus.

Ad Num. 9.

Similiter ex eiſdem rationibus, quas conſiderauimus, *vbi proximè*, & hoc diſplicet; nam caſus iſte, & præcedens, ſunt ſimiles. videatur Barboſ. *in collectan. ad capit. 1. numer. 8. de offic. Vicarij, in 6.*

Ibi: *Horum ſententia primò ex eo probatur.*

Huic rationi omninò aduerſatur *dict. l. nam quod liquida, §. qui.* per exceptionem vini regula circa penum reſtringitur.

Ibi: *Secundò, ſatis eſt exceptionem.*

50 Hoc verum eſſet, ſi omnia quæ ſub regula ex proprietate ſermonis non comprehenduntur, exprimerentur, ſed cum vna excipitur duntaxat ſpecies, vt lana venalis, nequaquam oſtenditur cætera venalia ad regulam non pertinere; imò contrarium planè colligitur, eo quod exceptio debet eſſe de contentis in regula, vt probat Conſultus in *dict. l. quæſitum 12. §. Idem reſpondit, domo inſtructa*, ibi: *Nam qui hoc, inquit, excepit, non poteſt non videri de cæteris rebus, quæ in ea eſſent, ſenſiſſe, ff. de fund. inſtruct.*

Ibi: *Tertiò, exceptio ad hoc à regula fit.*

51 Licèt quæ tendunt ad deminutionem, non debeant augmentum operari, vt diximus ſupra, *lib. 1. cap. 6. num. 25*, id eſt intelligendum directè, ſecùs per conſequentiam, nam hoc modo ſæpè in iure illa regula fallit, *l. denique 8. §. Interdum, ff. de pecul. legat.* vbi Gloſ. *verb. interpretamur*, ſimiles deciſiones adducit. Exceptio autem non operatur augmentum regulæ, niſi indirectè, quatenus per eandem voluntas diſponentis declaratur.

Ibi: *Nam quoad iuris diſpoſitionem*

52 Neque iſta obſtant, nam exceptio mentem loquentis, à qua regula pendet, optimè manifeſtat; quamuis ipſi regulæ ſit contraria, cùm ea ſit contrariorum natura, vt vno cognito, in alterius cognitionem perueniamus; textus in §. 1. vbi Gloſ. *verb. ſimul. intelligemus, Inſtit. de his qui ſui, vel alien. ſunt.*

Ibi: *Sed id, vt & hoc obiter aduertemus.*

53 Regula & exceptio quamuis inter ſe opponantur, vtraque tamen ſecundùm diuerſam rationem iuri poteſt conuenire.

Ibi: *Quartò, fortis inſtat conſideratio.*

54 Reſpondetur, quòd vt exceptio congrua ſit, neceſſe eſt omninò, quòd exceptum ratione aliqua contineatur in regula, niſi excipiatur, *l. ſed an vltro 10. §. 1. ff. de negot. geſt.* Vndè ne exceptio lanæ venalis inepta ſit, in caſu *d. §. Vxori*, neceſſariò eſt fatendum, venalia cætera ſub legato generali rerum, quæ domi ſunt, teſtatorem voluiſſe comprehendere; cum alioquin venalis lana de contentis ſub regula non eſſet. Nec dicat aliquis, ſufficere, vt bona ſit exceptio, quod defunctus ſub regula lanam venalem comprehenderet, nec opus eſſe, reliqua venalia comprehendiſſe: hoc enim in ſe verum eſt, ſed verba generalia, quibus legatum eſt, apta ſunt, vt ex mente loquentis ad omnia venalia extendantur, non autem ad ſpeciem particularem, vt lanam; atque ita propter verborum generalitatem dici non poteſt, ſolam lanam venalem fuiſſe comprehenſam, ſed ſimul cum cæteris venalibus omnibus, etſi illa tantum fuerit excepta.

Ibi: *Vnde in hac, quam tractamus, quæſtione.*

Quamuis *Ancharrani* ſententiam quoad deciſionem textus in *c. qui ad agendum, de procurat. in 6.* probauerim *lib. 1. c. 6. num. 22. cum ſeqq.* alijs fundamentis ſum motus, quæ *ibi* poterunt videri. Tamen eius rationes proximè impugnaui in defenſionem quarti intellectus per *D. Conar.* traditi *ſupra, n. 4. ad d. §. Vxori*, quoniam mihi verus eſt viſus; vbi enim iura non exigunt aliquid ſpecialiter fieri, ſufficit interpretatiua voluntas, quæ ex exceptione lanæ venalis colligitur, vt cætera venalia cenſeantur legata; cùm ſæpiſſimè in vltimis voluntatibus, etſi verba deficiant, diſpoſitio ex coniecturis ſuſtineatur, *l. cum proponebatur 66 ff. de legat. 2. l. cum auus 101. ff. de condit. & demonſtrat. l. generaliter 6. C. de inſtit. & ſubſtitut.* & alibi paſſim. At ſecùs eſt in *d. c. qui ad agendum de procur. in 6. & in d. cap. 1. de offic. vicarij, eod. lib. 6.* in quibus de actu ſpecialiter faciendo tractatur. 55

Nec refragatur præmiſſis, fateri eſſe, quòd exceptio ſit de regula ſecundum verborum corticem, etſi non iuxta iuris intellectum: Nam reſpondemus hic de iure non quæri, ſed de voluntate defuncti, qui ſi cognouiſſet, lanam ſub verbis cum effectu non comprehendi, minimè eam exciperet; quandoquidem foret ineptum, ac inane præterea; ſi ſolum ad verborum ſonum attenderet, omnia venalia exciperet; cùm hæc ſub illo contineri videantur, ſi vellet, vt non præſtarentur, ſed dum ſolam lanam venalem excepit, cætera venalia legaſſe demonſtrauit. 56

Verſ. *Quinta concluſio.*

De his *ſupra, num. 10. cum ſeqq. & n. 22, 23.*

Ad Num. 16.

De ſignificatione particulæ, *ſeu*, latè Auguſt. Barboſ. *de dictionib. dict. 363.* Tuſch. *lit. D. concluſ. 372.* Caluin. *in lexic. iur.* Alberic. *in ſuo dictionario.* 57

Ibi. *Quia verbum*, ſeu, *ampliandi legati cauſa poſitum eſt.*

Particula, *ſeu*, in legatis ampliatiuè accipienda eſt, vt vltra laudatos hic à *D. Conar.* ſentiunt Barboſ. *vbi proximè, n. 8.* Stracha *de Adiecto. part. 4. q. 1. à n. 4.* Cened. *poſt. lib. Canonicar. & practicar ſing. 15. n. 3* Gomez *in §. Sed iſta, num. 38. Inſt. de actionib.* Natta *conſ. 636. n. 4.* Craυet. *conſ. 205. n. 6.* Roman. *ſing. 552.* Caluin. *ſupra* Contra *infra, n. 60.* 58

Ibi: *Nec refert concipiatur legatum per verba ſingularis.*

Sequuntur Toſch. *ſupra, n. 13.* Franciſc. Cremenſ. *ſing. 56.* Sed contrarium tenent Barboſ. *num. 11.* Bald. *in c. p. inter cæteras, col. fin. de reſcript.* vbi Marian. Socin Euerard *ſupra, loc. à vi numeri, à princip.* Stracha *d. q. 1. n. 8.* 59

Ibi: *Sed in contrariam ſententiam quòd dictio.*

Quòd dictio, *ſeu*, in legatis non ſit regulariter ampliatiua, ſed disiunctiua, niſi aliud de mente teſtatoris appareat, ſentiunt Fachin. *controuerſiar. iur. lib. 5. c. 68. verſ. Sed contrarium*, Canalcan. *de vſufruct. mulier. relict. c. 9. n. 98.* Pro quibus facit, quòd particula hæc, ex vi propriæ ſignificationis, eſt disiunctiua, ſiue alternatiua, *l. 2. §. Sublata, ff. ad Trebellian. l. generali 13. in princip. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Tuſchi *d. concluſ 372. num. 29.* Calepin. *in ſuo dictionario*, Barboſ. *ſupra, num. 2. cum multis*, Strach. *dict. quæſt. 1. à numer 4.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 174. num. 3.* Octau. Vulpel. *de præpoſit. & aduerbior.* 60

verbor. ſignificat. Caluinus *ſupra.* Sed à proprietate verborum in vltimis diſpoſitionibus recedere non licet, niſi manifeſtè apparuerit, aliud ſenſiſſe teſtatorem, *l.non aliter 67. ff. de legat. 3. l. Labeo 7. vlt. ff. de ſupellect. legat.* Igitur dictio, *ſeu,* in ſua propria ſignificatione erit in legatis accipienda; disiunctiuè ſcilicet, quando contrarium ex voluntate teſtatoris non conſtat.

Verſ. *Non obſtat textus.*

61 Quoties particula, *ſeu,* inter duo collocatur, quorum vnum alterum ſub ſe comprehendit, eſt ampliatiuè accipienda, Barboſ. *num.* 12. Ripa *in dict. cap. inter cæteras, num. 44. de reſcript.* vbi Dec. Stracha *ſupra, n.* 9. Cened. *d. ſing.* 15. *n.* 8.

62 Idem eſt, cùm inter genus, & ſpeciem adijcitur, Barboſ. *num.* 13. Cened. *n.* 8. Stracha *n.* 8. *verſ. Sed addes*, Ripa & Dec. *vbi proximè.*

Ibi: *Et quamuis ita eſſet, quòd mundum & ornamenta.*

63 In *l. ſi quis ita, ff. de aur. & argent. legat.* legatum non comprehendere ornamentum, nec mundum, quæ vxoria cauſa parata non ſunt, palam oſtendunt verba illa: *Seu quæ eius cauſa parari.* Quæ præcedentia reſtringunt; argumento, *l. fin. § vlt. ff. de trit. vin. & ol. legato.*

Ibi: *Hic idem intellectus.*

64 Hoc caſu dictio *ſeu,* ponitur expoſitiuè, ſiue declaratiuè, vt ſæpè ſolet, *cap. vnic. de exceſſib. Prælator. in 6. cap. Romana 3. § Cum autem in fine, de appellat. eod. lib* Menoch. *conſ.* 755. *n.* 5.

Ibi: *Sed pro communi ſententia vrget ea ratio.*

65 Licèt communis ſententia ſit vera, ratio hæc ipſi non ſuffragatur; nam ſi alternatiua poſita inter genus, & ſpeciem, aliquo caſu propriam naturam ſeruaret, ſpecies expreſſa ſub genere non contineretur, cùm quoad illam generi cenſeretur derogatum: quod apertè colligitur ex *l. hæres meus 98. § 1. ff. de legat. 3. & l. 1. ff. de aur. & argent. legat.*

AD CAPVT VI.

De diuitiarum & paupertatis qualitate: & cuinam eius probatio in iudiciis incumbat.

SVMMARIVM.

1 *Authores videndi laudantur in hac materia.*
2 *Præſumptio quotuplex.*
3 *De effectu præſumptionis iuris.*
4 *Præſumptio iuris non ſemper onus probationis in aduerſarium transfert.*
5 *Cui iuris præſumptio fauet, liquidam probationem cenſetur habere.*
6 *Præſumptio iuris probat, etſi inſtrumentum ad probandum opus ſit.*
7 *Præſumptio iuris an probet, vbi probatio, vt conditio requiritur?*
8 *Fictio iuris probationem in contrarium reſpuit, ſecus præſumptio.*
9 *Alleganti diuitias, vel paupertatem, onus probationis incumbit.*
10 *Traditur ratio, & num.* 11.
12 *Qui nunc diues, vel pauper eſt, an talis antea fuiſſe præſumatur, & è contra remiſſiuè.*
13 *Paupertatem probare debet, qui eam ad excuſationem allegat.*
14 *Patronus, vt à liberto alimenta obtineat, inopiam probare tenetur.*
15 *Omnes nudi naſcimur.*
16 *Qui alium diuitem aſſerit, id probare debet.*
17 *Vbi notoriè conſtat de diuitijs, vel paupertate, probatio opus non eſt.*
18 *Aſſerenti tot bona eſſe in ſuo patrimonio, vel hæreditate, in quam ſucceſſit, an credatur? & n.* 23. 24. 25.
19 *Præſumptio generalis paupertatis leuiſſima eſt.*
20 *Negatiua etiam ſimplex probari debet ab eo, qui eam pro fundamento ſuæ intentionis allegat.*
21 *Ampliatur, etſi impoſſibilis ſit probationis.*
22 *Quod de Negatiua probanda dictum eſt, declaratur.*
26 *Inteſtatus deceſſiſſe quilibet præſumitur.*
27 *Agens ad ſucceſſionem ab inteſtato, non tenetur probare, quòd defunctus deceſſit inteſtatus, & n.* 31. 32.
28 L. ſi emancipati 9. C. de collationib. *declaratur, & num.* 29.
30 *Coniuncti ad ſucceſſionem tacitè vocati præſumuntur.*
33 *Qui ab inteſtato ſuccedere intendit, quomodò cognationem eſt probaturus, n.* 34.
35 *Subſtitutus, ſi abſque liberis quis deceſſerit, non tenetur probare, liberos non extitiſſe mortis tempore; & num.* 36. *&* 37.
38 *Arrha vſque ad quam quantitatem promitti de iure Regio poſſunt, & cui incumbat probare bona ſufficere ad ſummæ promiſſæ validitatem; vſque ad n.* 41.
42 *Pauper quis ſit? Iudicis arbitrio decernitur: & quæ conſiderari debeat. n.* 43. *Limitatur, n.* 45.
44 *Qui tantum in bonis non habet, quantum litigantium intereſt, in cauſa pecuniaria, minus idoneus teſtis exiſtimatur.*
46 *Pauperibus quanta fides in iudicio adhibenda, & numer.* 47.
48 *Paupertas quomodo probanda, remiſſiuè, & num.* 49. *cum ſequentib.*
55 *De intellectu* l. ſi conſtante, ff. ſolut. matrim.
56 *Negatiua ſimplex nullo loco, vel tempore coarctata, eſt impoſſibilis probationis. Limitatur, n.* 57. *&* 62. *vbi quomodò probari queat.*
58 *Quid notorium cenſeatur.*
59 *Notorium triplex.*
60 Ripæ *aſſertio defenditur.*
61 *Inter notorium tranſiens, & permanens, differentia.*
63 *Notorium dicitur, quod ex actis per legitimas probationes apparet.*
64 *Negatiua coarctata, quæ ſit, & de eius probatione, remiſſiuè.*
65 *Probata paupertate mariti, euidenter apparet, eius bona ad dotis exactionem non ſufficere.*

PRo pleniori cognitione eorum, de quibus in præſenti 1 diſſeritur, videre oportet Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ. 25. & 26.* Pacian. *de probat. lib. 1. c. 36. & 54. cum alijs,* Maſcard. *eod. tract. concl. 526. 1159.* Valaſc. *de priuileg. pauper. part. 1. q. 5.* Afflict. *deciſ.* 377. Cardinal. Tuſch. *practicar. concl. lit. P. concl. 160. cum duabus ſequentib.* Beniocaſ. *de pauper. q. 6.* Feſtas *eod. tract. cap.* 2.

Ad Num. 1.

Præſumptio quamuis diuerſimodè diuidi ſoleat, vt vide- 2
re eſt apud Menoch. *ſupra, lib. 1. quæſt. 2. per tot.* & Gloſſam *verbo, præſumptioni, in l. vlt. ff. quod met. cauſ.* Maſcard. *concl. 10. à n.* 17. Petr. Greg. *ſyntagmat. iur. lib. 48. c. 11. n. 9. 10.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſ. 37. num. 7. q.* 33. Verius eſt, quod alia dicitur præſumptio iuris & de iure; alia, iuris; & tertia, hominis; Menoch. qui magis communem teſtatur, *de quæſt. 2. num.* 11. Pacian, *ſupra, cap. 4. num.* 28. de quarum natura, & effectibus, Menoch. *quæſt. 3. cum duab. ſeqq.* & Maſcard. *d. concl.* 10. Trentacinq. *variar. lib. 1. titul. de præſumpt. reſolut.* 2. Petr. Greg. & Sanchez *ſupra.* Illud autem compertum eſt, iuris præſumptionem nuncupari, cùm lex præſumit aliquid verum, non tamen ſtatuit pedes ex ea præſumptione quicquam ſtatuens; nam vbi hoc facit, oritur iuris, & de iure præſumptio, Trentacinq. *num. 13. verſ. Hæc iuris præſumptio,* Menoch. Petrus Greg. *n.* 9.

Præſumptionis iuris præcipuus effectus is eſt, vt eum, 3
quem ipſa fouet, releuet ab onere probationis, quod in

aduerſarium

aduerſarium tranſit: *cap. vnic. §. Porrò, vt Eccleſiaſt. benefic. cap. vlt. §. Sane, de iureiur. l. ſine poſſidetis 16. Codic. de probat. l. Quintus 1.2 ff. de donat. inter: l. ſi pactum 9. ff. de probat. l. generaliter 24. §. Si petitum, in fin. ff. de fideicommiſſar. libert.* Gloſ. *in l. 2. ff. de probat.* Gloſ. fin. *in l. no codicillis 5. C. de codicill.* Gloſ. vlt. *in cap. 3. de procuratorib.* Menoch. *d. q. 33. num. 1.* Cyriac. *controuerſiar. forenſ. tom. 3. controuerſ. 523. n. 39.* Trentacinq. *d. reſolut. 2 n. 12.* Maſcard. *concluſ. 340. num. 7.* Caſtald. *in tract. de Imperator. q. 51. num. 22.* Argel. *de legitim. contradictor. q. 19. art. 1 num. 20.* Roſental. *de feud. cap. 2. n. 18.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 26. n. 3.* Surd. *de aliment. tit. 4. q. 15. n. 27.* Valenz. *conſ. 178. num. 8.* Hippolyt. *in l. 1. §. Si quis dicatur, num. 10. ff. de quæſtionib.* Pacian. innumeros referens, *cap. 8. num. 1.* qui *cap. 12. num. 13. cum ſeqq.* ex alija notat, hanc præſumptionem, vt proſit, allegandam eſſe. Quod multipliciter limitat à *num. 21.* Sanch. *ſupra.*

4 Quod eſt limitandum, quando lex non omnino pro veritate habet, quod præſumit, ſed leuem coniecturam inducit; quo caſu onus probationis in aduerſarium non transfertur, ſed duntaxat deſeruit in adminiculum pro probatione eius, cui coniectura ſuffragatur, Menoch. *d. quæſt. 33. num. 6.* vbi exemplificat. Bald. *in d. l. ſine poſſidetis, num. 6. C. de probat.* Angel. *in l. ſciendum, col. penult. verſ. Deſcendo ad præſumptionem iuris, ff. de verbor. obligat.* Iaſ. *in l. ſi duo patroni, num. 3. ff. de iureiurand.* vbi bonus textus, iuncta Gloſ. *fin. in fin.* Pacian. *d. cap. 12. n. . cum ſeqq.*

5 Is, cui iuris præſumptio aſſiſtit, liquidiſſimam probationem cenſetur habere, Geuall. *commun. contr. commun. tom. 2. q. 757. num. 117.* Petr. Barboſ. *in prælud. l. ſi mora, num. 33. in ſi. ff. ſolut. matrim.* Menoch. *d. lib. 1. quæſt. 56. n. 8. & quæſt. 81. num. 4.* Argel. *de acquirend. poſſeſ. q. 8. art. 35. n. 3.* Maſcard. *concluſ. 12. & 24. num. 12.* Pacian. *d. cap. 8. num. 2.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancellar. §. 7. proœmij, n. 141.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 318. num. 5.* Afflict. *deciſ. 13. num. 24.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verbo donatione largitus, num. 158. C. de reuocat. donat.* Alciat. *ſup. part. 3. in princip. num. 4.* Crauet. *conſ. 156. num. 15.* Maximè, ſi aliæ probationes haberi nequeant. Maſcard. *d. concluſ. 10. num. 46.* Iacob. Nouel. *ad regulas Duenn. ſi, reg. 160.* Vndè eſt, vt is, cui talis præſumptio adſtipulatur, ſic ſuam intentionem fundatam habeat, vt pro eodem, niſi contrarium apertiſſimis probationibus doceatur, ſit pronunciandum: Maſcard. *concluſ. 214. n. 3.* Argel. *vbi proximè, d. quæſt. 8. art. 35. n. 5.* Alciat. *ſupra, d. reg. 3. præſumpt. 3. n. 3.* Menoch. *q. 32. num. 5.* Pacian. *cap. 51. à n. 16.* quia pro veritate habetur Sanch. *d. num. 7.*

6 Imò etiam ſi lege, vel alia diſpoſitione requiratur probatio per inſtrumentum, præſumptio iuris ſufficiet, vt paritum voluntati Legiſlatoris, vel diſponentis cenſeatur; *l. quicumque 3. iuncta l. 2. C. de apochis public. lib. 10.* Bald. *in l. 1. C. de fideicommiſſ.* Alexand. *conſ. 126. num. 6.* Modet. *in l. pactum, quod dotali, C. de fideicommiſſ.* Alexand. *conſ. 126. n. 6.* Modet. *in l. pactum, quod dotali, C. de pact.* Maſcard. *vbi proximè n. 42.* Nam eam inſtrumento æquiparari, ſcripſere Merlin. *de pignorib. lib. 5 q. 45. n. 15.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 19. num. 1.* Pacian. *cap. 26. numer. 68.* Sed illud verum exiſtimo, quando non apparet inſtrumentum non fuiſſe confectum; nam ſi de hoc conſtaret, iuris præſumptio, quòd actus fuerit geſtus, non prodeſſet, ſiquidem cum aliæ probationes ſint excluſæ, non eſt ratio, ob quam præſumptionem iuris admittamus. At ſi in dubio ſit, actus præſumitur legitimè factus, ac per conſequens inſtrumentum, quod lege deſiderabatur, interueniſſe. Ac ita intelligendus eſt textus *in d. l. 3.* vbi non ſolum præſumitur ſolutio poſt triennium, ſed & apocha, ſiue inſtrumentum ſolutionis confectum.

7 Aliquando tamen iuris præſumptio non eſt ſufficiens, vt onus probationis in aduerſarium transferatur, veluti in cauſa, quæ præſumptiuam probationem non admittunt Maſcard. *d. concl. 10. n. 16.* Dec. *in rubric de probat. n. 17. 166.* Menoch. *d. lib. 1. q. 45. à n. 15.* vbi plures refert caſus, in quibus non eſt locus præſumptioni Verum autem conditio probandi poſſit impleri per ſolam iuris præſumptionem, ſiue in teſtamento, ſiue in ſtatuto adiiciatur, egregiè diſputat Idem Menoch. *quæſt. 37.* qui diſtinguit inter diſpoſitionem hominis, & legis ſiue ſtatuti, vt ſcilicet in hac, præſumptio iuris probet indiſtinctè; ſecus in illa, niſi aliæ probationes fieri propter rei naturam non poſſint; at communis ſententia, vt ipſe fatetur, ſine diſtinctione docet, quod, quoties probatio in vim conditionis deſideratur à lege, vel ab homine, præſumptio iuris, niſi aliter probari non poſſit, non ſufficiat. Ita Pacian. *d. c. 12. à num 9.*

Eſt notanda differentia inter præſumptionem, & fictionem iuris; nam aduerſus illam admittitur probatio in contrarium, Menoch. *quæſt. 31. à num. 2.* & omnes communiter, ſed non aduerſum iſtam, de qua loquitur *l. 1. §. . C. de rei vxor. act.* Ita Trentacinq. *d. reſol. 2. in fine,* Bald. *in Auth. Sed iam neceſſe, C. de donat. propt. nupt.* Felin. *in cap. quanto, num. 10. de præſumpt.* Alciat. *ſupra, in prælud. part. 2. num. 4.* Eucrard. *in loc. legalib. loc. à fictione, num. 5. in fine.* Menoch. *quæſt. 8. num. 41. 15.* 8

Ad Num. 2.

Quoties aliquis diuitias, vel paupertatem allegat, aſtringitur ad onus probationis; Argel. *vbi proximè, numer. 10.* Pacian. *cum plurimis, cap. 54. num. 10.* Menoch. *lib. 6. præſ. 125. n. 14.* Afflict. *in deciſ. 377. n. 4. 5.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 32. gloſ. 1. n. 94.* Maſcard. *516. n. 1. concluſ. 1159. n. 5.* Valaſc. *ſupra, d. q. 5. num. 11.* Villalob. *commun. opinion. lit. D. num. 309.* Herculan. *de Negatiu. proband. num. 12. 13.* Gutierr. *de iuramento confirmat. part. 1. cap. 1. num. 22.* Plaç. *in epitom. delictor. cap. 31. num. 22.* Baeza *de non melior. rat. dot. filiab. cap. 36. n. 14. & 16.* Tuſch. *lit. P. de concluſ. 162. num. 8.* Gail. *practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 142. n. 2.* Farinac. *in prax. crimin. tit. 6. quæſt. 57. à num. 86.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 5. num. 39.* Geuall. *tom. 2. quæſt. 849. in fine,* Ant. Gab. *commun. lib. 1. tit. de probat. concluſ. 7.* Amat. *variar. lib. 1. reſolut. 49. n. 61. & 62.* 9

Ratio eſt, quia vnuſquiſque ſiue actor, ſiue reus, ad ſuæ intentionis fundamentum probandum tenetur, etiamſi illud in Negatiua conſiſtat, *l. penult. §. Docere, ff. Ne quis eum qui.* Menoch. *lib. 2. præſ. 48. num. 2.* Afflict. *vbi proximè, num. 5.* Pacian. *cap. 51. num. 29.* Argel *de acquir. poſſeſ. q. 18. art. 2. n. 47.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 180. n. 13. & 14.* Cacheran. *deciſ. 169. alias deciſ. 171. n. 3.* Maſcard. *d. concluſ. 1159. n. 6.* Noguerol. *allegat. 7. num. 18.* Bart. *in l. 14. §. 1. C. ſi aduerſ. creditor.* Anton. Gam. *variar. lib. 4. cap. 9. num. 1.* Gutier. *conſ. 28. n. 3. 4.* Ioan. Oroſc. *in d. §. Docere, num. 2.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 1. num. 3.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 40. num. 78.* 10

Hoc, licèt fallat, quando allegantis iuris præſumptio aſſiſtit, quæ vt proximè dicebamus, probationis neceſſitatem in aduerſarium transfert, locum habet in eo qui diuitias, vel paupertatem ad ſuam intentionem fundandam allegat, quoniam ius neminem regulariter diuitem, aut pauperem præſumit; Iacob. de Arena, *in l. actor, in fine, C. de probat.* Pacian. *cap. 36. num. 33.* Argel. *d. quæſt. 8. art. 39. num. 12* Menoch. *conſ. 649. num. 10.* Maſcard. *concluſ. 1134. n. 10.* Alciat. *d. reg. 3. præſ. 27. num. 4.* cum diuitiæ fortunæ imperio comparentur, & amittantur; quare nulla hac in re certa præſumptio dari poteſt, Menoch. *lib. 6 præſ. 28. n. 3* Gutierr. *de tutel. part. 3. cap. vlt. n. 9.* faciunt *l. ſi is qui 63. §. 1. ff. de acq. rer. dom. l. planè 4. ff. Vt in poſſeſ. legat.* 11

An qui fuit diues, nunc talis quoque præſumatur, aut qui hodie diuitijs abundat, olim eas habuiſſe præſumatur, & quid de paupertate tractant latè Menoch. *d. lib. 6. præſ. 29. per totam.* Pacian. *d. cap. 54. à num. 20.* Gutier. *vbi proximè, per totum caput.* 12

Ibi: *Nam qui ſe ipſum vt pauperem à muneribus excuſat.*

Qui intuitu paupertatis ſe ab onere aliquo eximere intendit, eam probare debet, Menoch. *d. præſ. 25. num. 15.* Pacian. *c. 54. n. 10.* Alciat. *vbi proximè,* Argel. *ſupra n. 3.* 13

Ibi: *Patronus petens vt pauper.*

Patronus vt alimenta à liberto, vt pauper conſequatur, de paupertate docere compellitur, Menoch. *num. 17.* Argel. *num. 4.* Pacian. *num. 11.* 14

Ibi : *Quia nemo naſcitur diues.*

15 Imò omnes nudi prodimus in lucem, *cap. ſicut ij : 47. diſtinct.* Iob. *cap. 1. verſ. 21. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus illuc reuertar.* Plin. *lib. 9. cap. 35. Nos rerum natura nudos excepit.* Argel. *d. q. 8. art. 34. num. 9.* Menoch. *d. lib. 6. præſ. 18. num.* Luc. de Penna *in l. 2. C. quand. & quib. quart. pars debeat. lib. 10.* Guttier. *ſupra. num. 8.* Afflict. *deciſ. 377. num. 5.* Maſcard. *concluſ. 525. num. 2.* Pacian. *cap. 36. num. 33.* Caualcan. *deciſ. 13. num. 1.* Ex quo diuitiæ naturæ contrariæ dicuntur, Maſcard. *concluſ. 1159. num. 2.* Guttier. *ſupra n. 8.*

Ibi : *Vnde qui diuitias ad aliquid obtinendum.*

16 Similiter qui diuitem eligere tenetur, eum talem eſſe probare cogitur, *l. 1. §. Si magiſtratus ff. de magiſtratib. conueniend. l. non eſt neceſſe,* vbi Fulgoſ. *eod. tit.* & qui aſſerit collegam ſuum fuiſſe diuitem tempore adminiſtrationis officij, ad id probandum tenetur, *l. ex perſona 3. C. de probat.* Menoch. *dict. præſ. 25. num. 18. & 19.* Argel. *d. art. 39. num. 4.*

17 Sed præmiſſa omnia ſunt limitanda cum ita notorium eſt, quemquam diuitem eſſe, vel pauperem, vt nulla tergiuerſatione celari queat: nam probatio opus non erit, Pacian. *cap. 54. num. 18.* Alberic. *in l. ſi vero §. Qui pro rei: verſ. Quid dicemus, col. 2. ff. qui ſatiſd. cogant.*

Ad Num. 3.

De hac quæſtione agunt latè Pacian. *d. lib. 1. cap. 46.* Menoch. *d. lib. 6. præſ. 26.* Argel. *d. q. 8. art. 40. n. 17. & 8. 52. cum ſeqq.*

18 Aſſerens tot bona eſſe ſibi, vel in hæreditate, & non plura, hoc probare neceſſe non habet: nam propriam intentionem fundatam tenet, niſi contrarium oſtendatur, Valaſc. *d. quæſt. 5. num. 23. cum aliis.* Rebuff. *de Nominat. quæſt. 9. num. 47. verſ. Sextò, quæro,* Phanuc. *de iureiurando in litem, part. 2. memb. 2. numer. 24. in fine.* Herculan. *ſupra, num. 255. verſ. Quartò, aduertendum eſt,* Ant. Gab. *lib. 1. tit. de probat. concluſ. 1.* qui magis communem dicit, Hermoſ. *in l. 4. gloſ. 2. num. 53. tit. 4. part. 5.* Crauet. *de antiquitat. tempor. part. 2. princip. num. 56.* Afflict. *deciſ. 370. n. 2.* Caroc. *de remed. aduerſ. ſentent. except. 25.* Butr. *in cap. 1. in fine, de probat.* Peregrin. *de fideicommiſ. art. 39 num. 14.* Cagnol. *in l. fin. num. 173. verſ. Et mulier dicens, C. de pact.* Olaſch. *deciſ. 174. num. 5.* Menoch. *d. præſ. 26. num. 5.* Pet. Barboſ. *in l. maritum. num. 24. verſ. Sed nihilominus, & num. 45. verſ. Ego autem, ff. ſolut. matrimon.* Quæ ſententia prout iacet, non eſt vera, vt dicam *infra n. 23. cum ſeqq.*

Ibi : *Ex eo quod quilibet præſumitur pauper.*

19 Videas *ſupra num. 15.* Hæc præſumptio perleuis eſt, tum quia homo propria induſtria in dies diteſcere creditur, *l. ſi defunctus 10. C. arbitr. tutel.* Guttier. *d. cap. 2. num. 13.* Menoch. *d. præſ. 25 num. 33.* Tuſch. Pacian. *ſupra, cap. 36. num. 33.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 51. num. 2.* Galler. *in pract. tutelar. part. 3. rubric. fin. num. 112.* Peyra *in add. ad Grammatic. deciſ. 103. num. 109.* Eſcobar *de ratiocin. comput. 12. num. 16.* Tum etiam quoniam licet paupertatis qualitas ſit naturalis, quia nudi naſcimur, vt nuper diximus; diuitiarum vero, accidentalis; tamen naſcendo multi diuites inueniuntur, cùm ius in parentum bonis ſtatim acquirant, tam quoad alimenta, quam quoad ſucceſſionem, *l. 1. & per totum ff. de liber. agnoſcend. l. in ſuis 11. ff. de liberis & poſthum.* Ex quo textu planè colligitur, eum cuius pater diuitijs abundat, diuitem dici poſſe, Crauet. *conſ. 154. num. 2.* Pacian. *d. lib. 1. cap. 54. in addit. lit. E.* ſicut filius Ducis vel Comitis, Dux vel Comes iurè, adhuc viuis parentibus, nuncupatur, Gloſ. *in c. vlt. 14. quæſt. 1.* Bald. *in d. l. in ſuis col. 1. in fine,* vbi Iaſ. *col. 3. nu 19.* Didac. Perez *in l. 1. tit. 2. Ordinament.* Chaſſan. *in catalog. glor. mund. p. 5. conſid. 40.* Anton. Gom. *variar. lib. 1. cap. 1. num. 5.* Ex his apparet, præſumptionem paupertatis alijs elidi, ita vt quoad iuris effectus nullius ſit momenti: cum de probatione tractatur.

Ibi : *Probatur etiam ex eo, quod Negatiua.*

Verius eſt, Negatiuam etiam ſimplicem probari debere ab eo, qui ipſam pro fundamento propriæ intentionis allegat, Argel. *d. quæſt. 8. art. 40. num. 45.* Tiraquel. *de retract. lig. nag. §. 13. gloſ. vnic. num. 95.* Olaſch. *deciſ. 171. num. 5.* Herculan. *d. tract. de Negat. proband. in princip. nu. 2.* Barz. *deciſ. 101. num. 19.* Menoch. *lib. 4. præſ. 1. num. 5.* Pacian. *cap. 46. num. 29. & cap. 52. num. 18.* vbi plurimi, Cyriac. *tom. 3. controuerſ. 486. num. 41.* Maſcard. *concluſ. 341. n. 16. & concluſ. 1092. num. 1.* Bernard. Diaz. *reg. 458.* Anebarr. *in ſuis familiar. quæſtionib. quæſt. 14. num. 2. part. 1.* Tuſch. *lit. N. concluſ. 30. num. 14.* Ceuall. *tom. 1. quæſt. 145.* qui contrarium tenentes refert. Negatiua aſſertio, quæ ſit? late explicat Pacian. *c. 15.* 20

Hoc autem ita verum eſt, vt quamuis Negatiua probari non poſſit, adhuc qui eam allegat, aſtringatur ad probationem, ſibique imputet, quòd ad impoſſibile ſe obligauit fundans ſe in Negatiua, Cyriac. Thuſc. *vbi proximè,* Pacian. *c. 51. num. 31.* Mantica, *d. tract. de coniectur. lib. 2. tit. 1. n. 5. verſ. Sed huic;* Maſcard. *d. concluſ. 1092. num. 4.* Tondut. *q. beneficial. part. 2. c. 3. §. 1. A. à num. 10.* 21

Sed quod de Negatiua probanda dictum eſt, cum diſtinctione debet intelligi: non enim omnis, qui negat, probationis onere ſubijcitur, quandoquidem reus negans, quod actor affirmat, vt huius intentionem elidat, probare non tenetur; imò probata Negatiua cenſetur, niſi contrarium doceatur; vt ſi petenti centum ex donatione, reſpondeatur, donatum non fuiſſe, nam donatario incumbit probare, *l. 2. ff. de probat.* Quod ſi negatiua ponatur in vim propriæ exceptionis, non inficiando actoris fundamentum, ſed actionem excludendo; tunc ab allegante erit Negatiua probanda: veluti ſi agenti ex donatione opponat donator, ſe conueniri non poſſe, quia ſibi bona non ſunt, ſuam egeſtatem probare compellitur, quia intentionem actoris, id eſt, donationem non inficiatur, ſed actionem per Negatiuam excludere intendit, Argel. *dict. quæſtion. 8. art. 34. à num. 58.* Pacian. *c. 51. num. 5. cum ſeqq.* 22

Ibi : *Primùm locus eſt Iuriſconſulti.*

Adde Pacianum, *cap. 46. ex num. 13.*

Ibi : *Nec quidem deſunt Authores.*

Sunt enim multi, qui contra Bartolum tenent, non ſufficere aſſertionem, quod tot ſunt bona, & non plura, niſi probetur, Cyriac. *d. controuerſ. 5. num. 37. verſ. Propterea,* Cuman. *in l. decem, col. fin. ff. de verbor. obligat.* Corn. *in l. fin. §. Licentia, in princip. C. de iur. deliberand.* Argel. *d. art. 34. num. 16. verſ. Ad ſecundum, cum num. ſeqq.* Felin. *in c. fin. nu. 3. verſ. Et per hoc examinant, de præſumpt.* Maſcard. *d. præſ. 1159. num. 43.* Pacian. *vbi proximè, ex num. 26.* Molin. *de primogenijs lib. 4. c. 7. num. 35.* quæ ſententia eſt tenenda, niſi aliqua iuris præſumptio ſit pro allegante alia bona non extare, vt ſtatim de hærede dicendum eſt. 23

Ad Num. 4.

Quod hæres allegans, non ſufficere bona hæreditaria ad ſolutionem legatorum, non teneatur id probare, modo inuentarium legitimè fecerit, docent cum *D. Couar.* Molin. *vbi proximè,* Bar. *2. deciſ. 705. nu. 2. verſ. Secundò,* vbi plures laudat Argel. *ſup. art. 40. num. 53.* Peregrin. *d. art. 39. num. 14.* Pacian. qui plures intellectus ad Gloſſam *in l. cum de lege ff. de probat.* refert, ac refellit, *d. cap. 46. à num. 33.* Roland. *de confeſſ. inuentar. part. 4. verſ. Hæres cum inuentario allegans plura bona, num. 1. & 4.* Ant. Gab. *lib. 1. tit. de probat. concluſ. 7. num. 17.* Menoch. *lib. 6. d. præſ. 26. nu 3.* Olaſch. *deciſ. 181. num. 2.* Phanuc. *in tract. de Inuentar. part. 3. n. 59.* Marienç. *in l. 9. gloſ. 5. num. 9. tit. 8. lib. 5. Recopilat.* Gratian. *diſceptat. cap. 170. à num. 19.* Herculan *ſupra, num. 256.* Cyriac. *d. controuerſ. 5. num. 36.* qui magis communem teſtatur, Crauet. *de antiquit. tempor. part. 2. in princip.* Maſcard. *concluſ. 205. num. 20.* 24

Verſ.

Verſ. *Ex his poterit tractari.*

25 Communiter approbatur præſens concluſio, videlicèt requiri iuris præſumptionem, vt hæredi affirmanti non eſſe plura bona in hæreditate, credatur abſque probatione. Ita ſentiunt Matienz. Gratian. Peregrin. Cyriac. *vbi proximè*, Maſcard. *concluſ.* 1159. *n.* 42. Pacian. *num.* 47. Menoch. *num.* 5. Argel. *n.* 52. Herculano. *n.* 255. Gab. *conſ.* 138. *num.* 20. *&* 2. *volum.* 2. Cabal. *conſ.* 11. *num.* 9. *vol.* 2. Coſta *de portion. rata, quæſt.* 140. *n.* 8. Chriſtofor. Torniol. *conſ.* 10. *num.* 4. Iacobin. *in d. l. cum de lege, n.* 2. ex quibus, & alijs laudatis, *n. præcedenti*, colligitur, quod vbi deficit inuentarium, vel alia iuris præſumptio, hæredi incumbit onus probandi bona non extare.

Ad Num. 5.

26 De hac quæſtione conſulendi ſunt Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 1. Mantic. *ſupra, d. lib.* 2. *tit.* 1. Maſcard. *concluſ.* 938. Pacian. *d. c.* 4. *a n.* 3.

In dubio quilibet inteſtatus decedere creditur, quia cùm teſtamentum quid facti ſit, niſi probetur, non præſumitur iure; *l. in bello* 12. §. *Facti ff. de capt.* Ideoque agens ex cauſa inteſtati probare non debet, defunctum vltimum elogium non condidiſſe, Manti. *ſupra, n.* 1. *cum alijs*, Cancer *variar. part.* 1. *c.* 5. *num.* 63. Grat. *conſ.* 146. *n.* 7. *verſ. Etſi dicam*, Natta *conſ.* 166. *n.* 6. *verſ. Nam ſi pluralitas, vol.* 1. Pacian. *c.* 45. *numer.* 3. 4. Bologner. *in l. ſi emancipati, num.* 7. *C. de collationib.* Maſcard. *ſupra, numer.* 3. Gulielm. Mayner. *in l. quandiu, numer.* 43. *ff. de reg. iur.* Boer. *quæſt.* 37. *num.* 9. Menoch *ſupra, n.* 3. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 236. *n.* 27. Pet. Gregor *ſyntagm. lib.* 45. *cap.* 1. *n.* 5.

Ibi : *Hæc verò ratio parùm vrget.*

27 Hanc ſolutionem *D. Couar.* impugnat Menoch. *num.* 2. 3. aſſerens, agentem ex cauſa inteſtati niti Negatiua, quę iuncta cum naturali ſtatu rei, onus probationis in aduerſarium tranſire facit; ſtatum naturalem vocat, quem ſecluſo hominis facto res habet, vt enim quis inteſtatus decedat, nullum factum interuenire neceſſe eſt, ſecùs vt teſtatus moriatur.

Ibi: *Verùm quod magis eandem ſententiam.*

28 Ita *l. ſi emancipati* 9. *C. de collat.* interpretantur etiam Menoch. *d. præſ.* 1. *n.* 3. *verſ. Primò ex dicta lege*, Cagnol. *in ead. leg.* tamen, vt in *meo codice* legitur, minimè refragatur illa conſtitutio, nec ſuffragatur huic opinioni, quoniam ſic ſcripta eſt: *Nec vllum teſtamentum relictum eſt, vel nouiſſimum iudicium communis patris, teque emancipatum probatum fuerit.* Verbum enim, *probatum*, referri non poteſt iuxta hanc lectionem ad teſtamentum, ſed ad emancipationem duntaxat, vt ipſa contextura demonſtrat, niſi tollatur verbum, *eſt*, prout tollitur à *Menochio*, & *D. Couar.* dum verba conſtitutionis tranſcribunt.

29 Verùm retenta lectione cum verbo, *eſt*, validum pro cõmuni opinione conſtitutio illa exhibet fundamentum, ipſius mente ad amuſſim perpenſa. Duo enim ibi requiruntur, vt collationi locus ſit, & quod pater inteſtatus obiret, & quod vnus ex filijs fuiſſet emancipatus. *Primum*, vt probetur, textus non requirit. *Secundum*, probandum eſſe ait, vt ex contextura ipſa apparet: huiuſmodi differentiæ ratio nulla congrua reddi poteſt, niſi quod filius legitimè natus, qualis erat ille, in patris poteſtate eſſe præſumitur, ideóque ipſi onus probandi emancipationem incumbit, *l. ſi filius* 8. *ff. de probat.* Menoch. cum alijs, *d. lib.* 6. *præſ.* 55. *n.* 7. At patrem, ſine teſtamento deceſſiſſe probare neceſſe non fuit, quia illud ius præſumit, quandiu teſtatum fuiſſe defunctum, non oſtenditur. Igitur apertè ex *ea lege* deducitur, allegantem, aliquem non condito teſtamento deceſſiſſe, non teneri ad id probandum, cum pro ſe habeat iuris præſumptionem, quæ onus hoc in aduerſarium transfert;

30 Fauet itidem ratio vrgens præfatæ ſententiæ, quam conſiderat Maſcard. *d. concluſ.* 938. *num.* 5. nam lex ſanguine coniunctos ad hæreditatem vocat ex præſumpta defuncti voluntate, *l. conficiuntur* 8. *ff. de iure codicillor.* atque ita petens bona ex cauſa inteſtati, fundatam habet ſuam intentionem in iure communi, quod onus probationis in aduerſarium reijcit, Gloſ. *verb. actore, verſ. Item fallit, in c. vnic. vt Eccleſiaſtic. benefic.* Pacian. *c.* 8. *n.* 5. vbi alij. Qui contrariam voluntatem defuncti per teſtamenti confectionem probationibus debet oſtendere; alioqui ſuccumbet: nam qui præſumptione iuris nititur, liquidiſſimam probationem cenſetur habere, niſi probetur contrarium, vt alibi dictum eſt *ſup.*

Nec obſtat; quod ita demum lex conſanguineos ad ſuc- 31
ceſſionem vocat, ſi inteſtatus defunctus mortuus fuerit, quæ qualitas probanda videtur, vt poſſint admitti, *l. eius qui in Prouincia, verſ. Quoniam, ff. ſi cert. petat. l. non ignorat* 9. *C. qui accuſar. non poſ.* Ant. Gom. *variar. tom.* 3. *c.* 12. *num.* 44. Gutier. *Canonicar. quæſt. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 20. Vndè Pet. Greg. *ſyntagmat. lib.* 42. *c.* 1. *n.* 1. ſucceſſionem ab inteſtato ſubſidiariam dixit. Nam id verum eſſet, ſi lex in ea qualitate ſe fundaret, quæ autem proximos vocat ad hæreditatem conſanguineos, eo non nititur, quòd defunctus non condidit teſtamentum, ſed naturali affectione prouenienti ex ſanguinis coniunctione, propter quam præſumit, quemlibet velle, ſua bona ad ſibi coniunctos peruenire; tamen hæc præſumptio euaneſcit, vbi teſtator contrariam voluntatem, teſtamento condito, manifeſtat, cùm in claris nullus coniecturis ſit locus: quod vt, lex oſtendat, ne videretur, legitimos hæredes contra teſtamentum venire poſſe, eos ab inteſtato vocari exprimit. Vndè hæc qualitas probanda non eſt ab eo, qui ſe vt legitimum hæredem admitti deſiderat, ſed à teſtamentario ſucceſſore, qui illum excludere contendit, etſi aliter ſentiat Pet. Greg. *vbi proximè.*

Ibi : *Et id allegantem probare plena probatione debere.*

Sed non præſumi aliquem inteſtatum decedere, ac id ab 32
allegante fore probandum, ſentiunt cum *Romano*, Antun. Gab. *dict. lib.* 1. *concluſ.* 7. *de probat. num.* 1. *verſ. Quartò* Niconit. *in capit. quoniam contra, part.* 2. *numer.* 31. *verſ. Quartodecimò moneor, de probat.* Albert. Brun. *in tractat. de ſtatut. fæmin. excludent. in fino, art.* 15. Corn. *conſ.* 125. *in lit. D. col. penult. volum.* 4. Maſcard. *dict. concluſ.* 938. *a numer.* . qui docet, quod, vbi viget conſuetudo quòd homines um teſtamento decedant, facienda eſt inquiſitio vtrum defunctus fecerit teſtamentum, interrogando Confeſſarium, vicinos, familiares, aliáſque perſonas, quibus id notum eſſe veroſimiliter credatur, Iudicis interueniente authoritate: quod limitat, ſi fama ſit, defunctum inteſtatum deceſſiſſe, quia non erit ea inquiſitio neceſſaria. Nihiloſominus à communi ſententia tradita nuper. *num.* 26. deuiandum non eſt, quam limitat Pacian. ex Bartol. Iaſone, & Imola, *c.* 45. *num.* 3. *&* 4. quando communis opinio eſt in populo, quòd teſtamentum fuit conditum; nam tunc præfatæ inquiſitioni locus erit, nam fama hunc operatur effectum.

Ad Num 6.

De hoc plenè Pacian *ſuprà lib.* 2. *capit.* 12. *numer.* 26. *cum* 33
multis ſeqq. Et quidem receptiſſima eſt *Cumani* ſententia, ſcilicèt ſat eſſe ad obtinendam propinqui hæreditatem cognationis probationem, maxime ſi de certo gradu conſtet, nec requiri, vt probetur nullus eſſe proximior agente. Ita Anton. Gabr. *dict. lib.* 1. *tit. de probation. concluſ.* 6. *numer.* 23. *verſ. Quartò infertur*, Rub. *in l. Gallus*, §. *Quidam rectè, col.* 14. *verſ. Sed hic quæro, ff. de liber. & poſthum.* Corn. *conſ.* 197. *in lit. A. verſ. Sed licet hæc videantur, col.* 1. *volum.* 4. Socin. *in l. ſi inter virum. numer.* 7. *verſ. Tertiò colligitur, col.* 2. *ff. de reb. dub.* Alciat. *in l. proximi, ff. de verbor ſignific.* Ripa *in l. in illa, numer.* 26. *verſ. Præmiſſa inducuntur, col.* 5. *ff. de verbor. obligat.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 11. *gloſ.* 1. *numer.* 6. *verſ. At ſi extraneus*, Crauet. *conſ.* 249. *num.* 1. *verſ. Probatio, col.* 1. Pacian. *dict. numer.* 26. *verſ. Sed in contrarium*, Molin. *de primogen. lib.* 3. *capit.* 9. *numer.* 21. Menoch. *conſ.* 816. *numer.* 52. Anton. Sola *in commentar. ad decreta antiq. Sabandiæ, part.* 2. *gloſ.* 3. *numer.* 2. *in fine*, Maſcard. *concluſ.* 124. *num.* 1. 5. *&* 9. & ita ſeruatum eſt, quamuis diſſentiant Fulgoſ. *conſ.* 184. *n.* 1. Alexand. *conſ.* 124. *col.* 7. & alij, quos *D. Couar.* refert paulò inferiùs.

Sed

34 Sed multi ſentiunt, communem ſententiam non aliter procedere, quàm ſi certus cognationis gradus probetur, nec ſufficere genericam, ſiue indefinitam probationem conſanguinitatis, Menoch. *ſupra, num.* 53. Dec. *conſ.* 321. *n.* 13. Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 18. *num.* 9. Tiraquel. *dict. gloſ.* 1. *num.* 9. D. Couar. *infra, in fine huius numeri*, Anton. Gab. *ſupra, num.* 24. & alij apud Pacian. *num.* 29. qui id intelligendum docet, quando ad ſucceſſionem, vel alium actum certus gradus deſideratur, vt in tranſverſalibus, qui intra decimum gradum duntaxat inuicem, ſuccedunt ſibi; ſecùs ſi quis ad maioratum velit admitti: nam in genere agnatione probata obtinebit, niſi alius proximior apparuerit.

Ibi : *Ad idem facit, quod Ripa.*

35 Subſtitutus petens fideicommiſſariam hæreditatem ſibi relictam, ſi inſtitutus ſine liberis decedat; probare non tenetur, ipſum prolem non reliquiſſe; Molin. *vbi proximè*, Vincent. Fuſat. *de ſubſtitutionib. quæſt.* 436. Bart. *l. ex facto*, §. *Si quis autem*, *ff. ad Trebellian* Peregrin. *ſuprà, art.* 43. *num* 51. Socin. *in l. qui duos*, §. 1. *in fine, verſ. Quintum, & vltimùm, ff. de reb. dub.* Mantic *ſupra, lib.* 11. *tit.* 4. *num.* 6. *verſ. Nam primus caſus, & deciſ.* 32. *num.* 2. Maſcard. *concl.* 343. *ex num.* 8. Anton. Gab. *d. concl.* 6. *num.* 25. Ripa *in d.* §. *Si quis autem, num.* 9. *verſ. Pro concordia tamen*, Boer. *deciſ.* 38. *num.* 30. *verſ. Imò ſub correctione*, Beroi. *in cap. in præſentia, num.* 347. *verſ. Non omitto, de probat.* Pacian. *ſupra, lib.* 2. *cap.* 7. *num* 1. quod planè procedit, quoties non apparet, liberos aliquando fuiſſe inſtituto; quòd ſi eos extitiſſe dubium non ſit, maximè controuertitur, an ſubſtitutus, illos patri non ſuperuixiſſe, probare teneatur, de quo fusè Pacian. *ſupra, à n.* 2. & D. Couar. *infra, c. proxim. n.* 6. *verſ. Tertius, agit ſubſtitutus*, vbi nos *n.* 24.

36 Ratio, quæ communiter tradi ſolet ad præmiſſam concluſionem, ea eſt, quia filios procreare, quid facti eſt; facta autem non præſumuntur: ex quo aſſerenti, liberos inſtituto fuiſſe ſuperſtites, onus probationis incumbit. Ita Molin. *dict. num.* 22. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 14. *num.* 7. Pacian. ex alijs, *vbi proximè*, *num.* 3. Verùm ipſa congrua non videtur, nam etſi nemo liberos ſuſcipere, aut relinquere præſumatur, non inde ſequitur, contrarium præſumi: nempè quòd abſque prole quiſquam decedat, vt ſubſtitutus hoc allegans pro ſuæ intentionis fundamento, à probationis onere releuetur. Sic diximus, diuitem neminem præſumi, ſed ex hoc non inducitur præſumptio paupertatis, quominùs qui in ea ſe fondat, ad probationem non teneatur; vt cum Communi *ſupra*, fuit reſolutum: neque enim rectè infertur: Filij alicui eſſe non præſumuntur; Ergo præſumitur ipſos non habere: cùm ius, vt plurimùm, etiam in contrarijs pro nullo præſumat, & probationibus omninò ſtetur, quæ iuxta illius regulam, ab allegante debent exhiberi. Quo argumento ad ſimile vſus eſt D. Couar. *ſupra, numer.* 5. vndè videtur, quod cum ſubſtitutus pro ſe iuris præſumptionem non habeat, Negatiuam, ſcilicèt filios inſtituto non ſuperuixiſſe, in qua ſe fundat, probare compellatur, ex regula tradita *ſuprà. num.* 20.

37 Quaptopter aliter defendere oportet præfatam concluſionem, aſſerendo, quod cum Negatiua naturali rei ſtatui conuenit, eam allegans ad probationem non obligatur; ſed aduerſarius, niſi contrarium verificauerit, ſuccumbet; naturalis ſtatus hic vocatur, in quo res eſſet, nullo facto, aut qualitate extrinſeca accedente. Hinc eſt, vt, cum ad filiorum procreationem factum hominis, multaque extrinſeca, vt notum eſt, deſiderentur; qui allegat quemquam prolem non ſuſcepiſſe, ad hoc probandum non teneatur, quoniam ſe fundat in Negatiua ſtatui hominis naturali conueniente, quod onus probationis transfert in aduerſarium. Ita in ſpecie Pacian. *ſupra, num* 14. & Menoch. *in ſimili d. lib.* 4. *præſumpt.* 1. *n.* 2. & 3.

Ad Num. 7.

38 Nota obiter limitationem inſignem ad hanc *l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 5. *Recopilat.* nam poteſt vir vxori ſuæ arrhas conſtituere vltrà decimam bonorum, quæ tempore promiſſionis habet, ſi eas de facultatibus præſentibus, ac futuris expreſſim promittat; quo caſu mulieri optio datur, vt tempus aſſignat, iuxta quod computatio quoad decimam eſt facienda, nec ampliùs eidem variare licebit, etſi vir locupletior poſteà efficiatur; Roderic. Suar. *in l.* 1. *verſ. Nota vlterius, tit.* 2. *lib.* 3. *for.* Matienç. *in d. l.* 2 *gloſ.* 1. *num* 5. Ant. Gom. *in l.* 50. *Taur. num.* 13. *ad finem*, Pat. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 29. *num.* 5. vbi alij.

Dubium tamen pulchrum eſt, an ſi maritus, iam diſſoluto matrimonio per mortem vxoris, ad pinguiorem fortunam peruenerit, arrhæ debeantur hæredibus iuxta bona poſtea quæſita, cum priùs non elegerint, ſuper quo conſultus negatiuè reſolui cum Ayora *de partit. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 18. idemque ſentire videntur Caſtill. *In l.* 50. *Taur. n.* 5. Palac. Rubios *in rubric. de donat. int.* §. 24. *num.* 1. *verſ. Si autem vir.* Sed promiſſio arrharum excedens legis metas, non omninò eſt irrita; ſed ſolùm quoad exceſſum, Guttier. *de matrimon. capit.* 19. *numer.* 24. Sanch. *ſuprà*, *numer.* 14. Ant. Gom. *vbi proximè.*

Ibi : *Dubitari enim ſolet, vxore agente.*

Quod vxore petente arrhas ſibi à viro promiſſas, hæres 39
exceſſum probare teneatur, docent Guttier. *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 40. *a numer.* 4. Pat. Sanch. *ſupra*, *diſp* 35. *num.* 4. Bacza *de non melior. rat dot. filiab. c.* 36. *num.* 19. Ayora *d. c.* 7. *à n.* 27. quod verius eſt, prout. *D. Couar.* videtur.

Ibi : *Contrariam ſententiam probare conatur.*

Sed contrarium, ſcilicèt mulieri agenti incumbere pro- 40
bationem, cum Roderico Suar. ſentiunt Ant. Gom. *ſupra*, Matienz. *in dict. l.* 2. *gloſ.* 2. *numer.* 9. Gomez Vaio *in prax. lib.* 2. *quæſt.* 89. *numer.* 16. Villadieg. *in Politic. cap.* 7. *numer.* 8. Azeued. *in d. l.* 1. *Recopilat. num.* 19. Mieres *de maiorat. part.* 2. *quæſt.* 52. *numer.* 13. & 17.

Ibi : *Quandoque tamen ſolet hæres.*

Adde Guttier. *de matrimon. dict. capit.* 19. *numer.* 38. *verſ. Verum his, in fine*, Sanch. *dict. diſp.* 35. *numer.* 5. Matienz. *ſuprà, numer.* 7.

Ibi : *Et idem ſeruatur, quando vxor arrhas.*

Muliere poſſidente, agens ad repetitionem arrharum 41
quoad exceſſum, illum proculdubio probare compellitur, Sanch. Guttier. Villadieg. Azeued. & Mieres *vbi proximè*, Vaio, *numer.* 17. Valdes *in addit. ad Suar. in dict. l.* 1. *numer.* 21. *tit.* 2. *lib.* 3. *fori.*

Ad Num 8.

Quando aliquis pauper cenſeatur iudicis nris arbitrio 42
relinquitur; Maſcard. *concluſ.* 1159. *num.* 7. & 8. Flores de Mena. *variar. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 130. Pacian. pluribus laudatis, *d. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 44. Mangil. *de imputat. quæſt.* 138. *n.* 4. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 9. *num.* 10. Beniucaſ. *de paupertat. quæſt.* 6. *num.* 17. *cum ſeqq.* Gab. Valaſc. *de priuileg. pauper. part.* 2. *quæſt.* 42. *num.* 43. Marta *in ſumm ſucceſſion. legal. part.* 3. *quæſt.* 12. *art.* 5. *num.* 9. Eſcobar *de ratiocin. lib.* 1. *cap.* 22. *nu.* 18. Fontanel. *de pact. nuptialib. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 9. *nu.* 6. Mynſinger. *cent.* 4. *obſeruat.* 97. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 65. *num.* 7. Giurba *Sicil. deciſ.* 18. *num.* 5. Pareja *de inſtrumentor. edit. tom.* 1. *tit.* 3. *reſolut.* 3. *num.* 51. Pet. Greg. *ſup. lib.* 32. *cap.* 12. *num.* 13. Lotter. *de re beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 36. *num.* 30. Gratian. *diſceptat. cap.* 120. *n.* 14. 15. 80.

In quo Iudex perpendere debet perſonæ qualitatem, de 43
cuius paupertate probanda tractatur; nam Proceres, vel in dignitate conſtituti, aut nobilitate præclari pauperes ſunt habendi, quamuis in bonis tantùm ſit illis, quantum ſufficeret alijs hominibus, vt diuites admodum putarentur, ſi illi careant neceſſarijs ad ſuum ſtatum decorè, ac decenter ſuſtinendum; Maſcard. *ſupra*, *numer.* 14. Menoch. *numer.* 8. Pacian. *numer.* 45. *cum alijs*, Iaſ. *in dict. l. ſi conſtante*, *numer.* 131. & *in dict. authent. præterea*, *verſ. Ex conclusione gloſſæ, col.* 9. eſt enim paupertas, vt Valaſc. definit. *ſuprà, quæſt.* 4.

q.4.num.9. Carentia pecuniæ ſecundum perſonæ, vel negotij qualitatem.

Ibi : *Qua ratione tollitur controuerſia.*

44 Vt quis pauper iudicetur ad teſtimonium in cauſa pecuniaria ferendum, conſiderari itidem oportet valorem litis, ſuper qua deponendum eſt ; qui ſi excedat bona, quæ teſti ſunt, hic minus idoneus ob paupertatem iudicabitur, Gloſ.*verb.ſubſtantiam, in §. Si verò abſint, Authent.de hæredib.& falcid.*Pacian. qui communem teſtatur, *dict. cap. 54. numer.55. verſ.Sed in contrarium*, quod intellige, vt infra *numer.46.*

45 Illud arbitrium , quòd in Iudice eſt , ad diſcernendum, quis pauper cenſeatur ? omnino ceſſat in caſibus , in quibus iure deciſum eſt, cum , qui in bonis certam quantitatem non habet, pauperem eſſe quoad aliquem effectum; vt ſunt exempla in *l.nonnulli 10.ff de accuſat.§.Sed noſtra, Inſt. de ſucceſ. libert.* Bart.*in d.l.ſi conſtante, n.14.verſ.Quid dicemus*, Maſcard.*d.concluſ.1159.num.9.* Pacian.*ſupra, n. 73.* qui *n.77.* Idem iuris eſſe ait, cum à conſuetudine, vel vſu communi loquendi determinatum eſt , quis pauper dicatur? quod prænotauerat Beroi.*in c.1.n.55.verſ.Vnde fortè melius, de accuſat.*

46 Virum pauperes à ferendo teſtimonio in iudicio repellantur, aut quanta fides illis ſit adhibenda? tractant Menoch.*d.caſ.65.n.11,& 12.& caſ.96. per totum.* Ant. Gom. *variar. lib.3.cap.13.n.19.* Farinac *in prax.crim.q.57.à num.1.* Campeg.*de teſtib.reg.113.* Buccaron. *de different. int. iudic. ciuil.& crimin. differens.100.per tot.* Cancer. *variar. part. 1. c.80.n.88.* Gomez Vaio *d.lib.2.quæſt.80.n.6.* Pacian.*d.c.54. à num.54.* Maſcard.*concluſ.1155.* Cotta *in memorabilib verb. Paupertas, pag 662.* Viuian.*commun opinion.lib.4 tit.10. num. 136.417.* Rebuf.*de reprobat.teſt.à num.387.* Montalu.*in l. 9. gloſ. muy pobre, tit.8.lib.2.for.* Morla in *empor.iur.part.1. tit. 12.quæſt.12.* & communis reſolutio eſt, vt perſona honeſta ob paupertatem non ſit prohibita, apud Iudicem ferre teſtimonium, tam in ciuilibus cauſis, quàm criminalibus; Iudex tamen pro qualitate pauperis ei fidem adhibebit, quæ ſanè minuitur ob ſuſpicionem, quòd, neceſſitate vrgente, facilè homines pretio corrumpi , & allici ſolent ad falsò teſtificandum, ſicut & ad alia crimina perpetranda; vt habetur *Prouerbior.cap.30.*ibi : *Mendicitatem , & diuitias ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo neceſſaria , ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum; & dicam: quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei*; & Eccleſiaſtic.*c.27.Propter inopiam multi deliquerunt* , Gloſſ. ad illud D. *Paul.1 ad Theſſalonicenſ.c.5.Rogamus autem vos,&c.* Ait eleganter : *Sicut diuitia negligentiam pariunt, ita egeſtas dum ſatiari quæritur, à iuſtitia declinat:l.2.ibi, Porq ; pobredad trae a los omes a grande cobdicia, que es raiz de todo mal*, vbi Greg. Lop.*gloſ.2.tit.9.part. 2.* atque ita magis diues, quàm pauper vitio carere præſumitur, Menoch.*lib.5.præſ.4.n.8.* Nam paupertas ſordes infert, Pet.Greg.*ſup.lib.45.c.13.num. 7.* & virtutis viam claudit, Horat.*lib.3.od.24.*ibi,

Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quidvis & facere & pati,
Virtutiſque viam deſerit ardua.

Martial. *lib.11.*

O quantùm cogit egeſtas !

De quibus Bobadill.*in Politic.lib.1.c.11.n.21.* Carleual. *de iudic.tom.1.tit.1 diſp.1.n n.8.*

47 Ex hac præſumptione, diuite, & paupere deponentibus, cæteris paribus, magis illi, quàm huic credendum eſt: Bartol.*in l.ex libero, ff.de quæſtionib.* Ripa in *dict.l.ſi conſtante, n. 33.* Socin. Iun.*conſ. penult.n.37.lib 2.* Menoch.*dict.caſ.96.n. 9.* Pet.Greg.*ſup.lib.41.cap.7.n.7.* Nec pauper eſt teſtis omni exceptione maior, Menoch.*ibidem*, Ancharran.*conſ.194. in fine*, Dec. *conſ.310.col.vlt.* Crauet.*conſ.249.n. 11.* Seraphin. *deciſ.1279.* Et quanta mala paupertatis miſeriam comitentur, tradit eruditè Pet.Gregor. *lib.22.cap.11. n.6. & d. c. 7.n.7.* vbi quod ſplendori nocet, ac homines contemptibiles efficit. Hinc *Eccleſ.cap.40.*legitur: *Fili in tempore vita tua non indigeas: meliùs eſt enim mori, quàm indigere; nam vita pauperis eſt in cogitatione victus.* Nihilominus paupertatem miris extollit laudibus Luc.de Penna *in l 2.num 40.C.* *quand. & quib. quart. pars deb. lib. 10.* multáque priuilegia pauperibus iura concedunt, quæ congeſſit Valaſc.& nonnulla refert Pacian.*d.c.54.à num. 61.* & inopiam appetibilem ſibi teſtatus Horat.*ſatyr.1.*ibi:

Semper ego optarim, pauperrimus eſſe bonorum.

Verſ. *Cæterum paupertas.*

Quibus modis probetur paupertas ? latè docent Pacian. *ſupra, ex n.35.* Maſcard.*d.concluſion. 159.cum ſequentib.* Valaſc. *ſupra, quæſtion.5. per tot.* Cardin. Tuſcb. *lit. P. concluſ. 162.* Angel. *in d. l.ſi verò , §. Qui pro rei, n.6.verſ.Qualiter autem probetur, col. fin. ff. Qui ſatiſd. cogant.* 48

Huiuſmodi probationis per teſtes vltra proximè laudatos, meminere Alberic. *in d. §. qui pro rei, n.6* Florian. *in l.2. num.3. verſ. Nec obſtat huic doctrina, col.2. ff de probat.* & Pacian. *d. num.55.* notat , ſufficienter probari paupertatem , ſi teſtes dicant , eum de quo quæritur , diſcalceatum, aut vilibus veſtimentis præ inopia indutum incedere : ſubdítque , quod etſi huiuſmodi probatio concludens omninò non ſit, concludit tamen probabiliter; quod ſufficit , quando rei natura non patitur , vt aliter probari queat. 49

Ibi : *Imò ſatis probatur paupertas.*

Ita Angel. *in d.§. Qui pro rei, in fine*, Salicet. *in authent. præterea, quæſt.4. C. vnde vir, & vxor.* Alba. *conſ.69.num.6. col.3.* & alij iam laudati. Sed hæc probatio per diſcuſſionem concludens non eſt , ſed coniecturalis , ac præſumptiua, quæ ideo admittitur , quoniam paupertas concludenter probari non poteſt ; cùm ſæpiſſimè contingat, bona eſſe debitori , quæ , vt creditoribus ſatisfiat , capi nequeunt; Pacian. *d.lib.1. c.45.n 17.* 50

Ibi : *Quod ſi tractemus de modico præiudicio.*

Paupertas itidem per famam probatur , Pacian.*cap.49. num.44.* Bald. *in d.§. qui pro rei, n.4. in fine.* Angel.*ibi, n.6. verſ. Qualiter autem, col. fin.* Fulgoſ. *ibidem, in fine*, Florian. *in l.2. col.2. verſ. Item probatur ex vulgi, ff.de probat.* Dec. *conſ.120. col.2.* Iacob.de Aren. *in l.paupertas , ff. de excuſat. tutor.* Ancharran. *in c.veniens, col.penult.verſ.Ego etiam dico, de verbor. ſignificatione. in 6.* 51

Quod tunc verum eſt , cum agitur de modico præiudicio; non ſi paupertas cedat in alicuius notabile detrimentum: Pacian. *d.cap. 54. numer. 40. & 41.* Præpoſit. *in cap.2. num.5. verſ. Nota quod pauper, 8. diſtinct.* Iaſ. *in l. ſi conſtante, num. 127. verſ. Alibi quis dicatur , col.23. ff. ſolut. matrimon.* Abbas *in cap.1. num. 11. verſ. Et conclude , col. penult. de accuſationib.* Bald. *in §. Item propter litem , nu.4. Inſt. de excuſat. tutor. & in l. vbi adhuc, num.48. verſ. Quaris hic Gloſſa, col. antepenult. C.de iur.dot.* 52

Vnde mulieri agenti ex *d. l. vbi adhuc* , ad dotem aduerſus maritum , ob inopiam eius , ſatis eſt probare per famam : quoniam ille quamuis damnetur , non multum damni patitur : quod ſi cum tertio poſſeſſore contendat, vt reuocet per viruum alienata , paupertatis probatio per famam non proderit, cum de graui præiudicio tractetur, Dueñas *reg.299. verſ. Limita quinto*, Hippolyt *in l.de minore, §. Plurium , num. 36. ff. de quæſtionib.* Maſcard. *concl. 1019. num.1. cum alijs* ; quoniam fama probat regulariter plenè, quoties de modico præiudicio tractatur, Maſcard. *concluſ.1135. num.30.* Benintendis *Bononienſ.deciſ.68. n.5.* Ioſeph. Ludouic. *Lucenſ. deciſ. 12.num. 14.* Pet. Barboſ. *in d.l. ſi conſtante, in princ. num. 63.* Maximè cum paupertatis probatio, vtpotè quæ in Negatiua conſiſtit , difficilis ſit probationis, & in his fama plenam probationem inducit; Menoch. *de arbitrar.lib.2.caſ.89. num.88.* Ceuall. *tom.1. quæſt.307. num.10.* Bart. *in l. ſiquidem, C.ſol.matrim.* Roman.*con. 66.* Rota apud Verallum *deciſ. 49.* Maſcard. *concluſ.953. num.21.* Farinac. *in prax. part.1.tom.1.tract. de iudic.& tortur.n.90.& 91.* 53

Teſtes autem de fama deponentes , debent & de propria credulitate dicere : ſcilicèt illum pauperem ſe æſtimare ; Pacian. *d.cap.54.numer. 42.* Bald. *conſ.222.num.1. verſ.* 54

Ibi : *Sed & id locum obtinet in Negatiua.*

64 De Negatiua coarctata , eiuſque probatione ; Pacian. *lib.1. cap.40. per tot.* Menoch. *lib. 2. præſ.50.num.13.* Lotter. *de re beneficiar.lib.3. q.26. n.93.& 94.*

Verſ. *Ex his apparet.*

65 Iſtis addenda ſunt tradita *ſuprà, n. 55.* pro interpretatione *d.l.ſi conſtante* ; ex illis enim colligitur, verum eſſe, quod, *Bartoli* ſententia reiecta, hic *D.Couarr.* docet: ex quo enim legitimè paupertas per teſtes probatur, euidentiſſimè conſtat, mariti facultates ad exactionem dotis non ſufficere. *Bartoli* verò opinio recipi poterit, cùm mulier intenderit probare, virum ſuum ad inopiam vergere ; quoniam tunc non erit ſatis, vt teſtes aſſerant, viri facultates ad exactionem dotis non ſufficere , niſi addiderint , id manifeſtum eſſe ; quod *Vlpianus* deſiderat.

AD CAPVT VII.

Pluribus eodem incendio vel ruina peremptis , quis alteri ſuperuixiſſe præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Agentes de materia enumerantur.*
2 *Fœminas maius robur habere in ſuſtinendis vulneribus quam viros, an verum ſit ?*
3 *Maſculo , & fœmina vno partu editis , ille prior egreſſus creditur.*
4 *Si vir & fœmina pro eodem crimine ſint torquendi , ab hac incipit tortura.*
5 L. nihil inter eſt, 32. ff. ad leg. Iul. de adulter. *exponitur. & num. 6.*
7 *Mare , & fœmina eodem conflictu pereuntibus , quis prior deceſſiſſe præſumatur & n.56.*
8 *Cum quid defertur coniugi , qui in matrimonio deceſſerit , vtroque ſimul ruina, vel alio modo extincto, debetur, & num.9.*
10 *Donatio inter virum , & vxorem , vtroque ſimul mortuo, confirmatur.*
11 *Idem eſt inter patrem, & filiumfam.*
12 *Donatio inter coniuges, vt confirmetur morte, traditionem requirit.*
13 *An ficta ſit ſatis ?*
14 *Dominium rei donatæ inter coniuges penes donatarium permanet, etſi tradatur.*
15 *In Hiſpania num donatio inter virum & vxorem ſubſiſtat.*
16 *De ratione,* l.ſi inter, ff. de reb. dub.
17 *Donatio inter coniuges morte ciuili confirmatur.*
18 *De interpretatione* d.l.ſi inter, *& n.19.*
10 *Donationes inter virum & vxorem , an fauorabiles , vel odioſæ habeantur.*
21 *Si vir, & vxor, quorum vnus alteri donauerat, diuerſo loco , aut tempore decedant , & quis prior mortuus ignoretur , ſucceſſori , qui egerit , onus probationis incumbit.*
22 *Donatio inter coniuges priuatiuos morte non confirmatur, imò prorſus eſt nulla Limitatur ibid.*
23 *Nonnulla circa* l. ex facto 17. §. Si quis autem ff. ad Trebellian. *adnotantur.*
24 *Subſtitutus ſi ſine liberis inſtitutus decedat , an teneatur probare, filios non extitiſſe mortis tempore? & n.32.*
25 *Ægyptiorum ratio, propter quam hominis vitam ad centum annorum reſtrinxerunt, & n.26.27.*
28 *Homo ad centum annos viuere an præſumatur? & n.31.34.*
29 *Homo mortuus præſumitur , centum elapſis annis ab eius natiuitate.*
30 *Vitam, vel mortem alicuius allegans, ad probandum aſtringitur.*
31 *Allegans viuere aliquem, quem vixiſſe conſtat, num ad probationem teneatur ?*
35 *Subſtitutus pupillaris an, & quando probare teneatur, eum, de cuius hæreditate agitur, intra impubertatem obiiſſe,* 36. & 37.
38 *Diſtinctio* Bartoli *inter diſpoſitionem legis , & hominis improbatur.*
39 *Quoties ex ſtatuto lucrum aliquod defertur ei, qui ex coniugibus ſuperuixerit, vtroque vnà extincto, nihil debetur. Quod ampliatur ibid.*
40 *De intellectu* l.quòd de pariter, ff.de reb.dub. *& n.41.42.*
43 *Inſtitutus, & ſubſtitutus, ſi eodem caſu ſimul perierint, ſubſtitutio euaneſcit.*
44 *Mortuo ſimul donatore cauſa mortis, & donatario donatio conſiſtit.*
45 *Pluribus pariter extinctis eodem naufragio , aut ruina, nullus prior, aut poſterior obiiſſe creditur.*
46 *Ratio ad* l. ex facto 17. §. Si quis autem, ff.ad Trebel. *redditur.*
47 *Patre cum filijs eodem caſu perempto , quis prior deceſſiſſe præſumatur*
48 *Fauore matris filius patri ſuperuixiſſe creditur, etiamſi ſit impubes, n.49.*
50 *Pubes à pupillo non differt quoad corporis vires, ſi proximus ſit impubertati.*
51 *Infans cum genitrice extinctus, priùs periiſſe præſumitur in caſu* l. inter ſocerum, ff.de pact. dotalib.
52 *Pupillus ſi vnà cum ſibi ſubſtituto pereat , non creditur prior ſpiritum emiſiſſe.*
53 *Filius cum parente liberto ſi ſimul occubuerit , ſuperuiuere fauore patroni non cenſetur.*
54 *Quid in patroni hærede.*
55 *Deciſio* l.ex facto 17.§ Si quis autem, ff Ad Trebellian; *an habeat locum ſi aſcendente ſubſtituiſſet?*

DE his ſcripſerunt latiſſimè Iacob. Menoch. *de præſumpt.lib.6. præſ. 50.* Alciat. *eod.tract. reg.1. præſ. 49.* a Pacian. *de probat.lib.1.c.7.ex n.10.& c.8.* Ludouic. Charondas *veriſimil.lib.1. c.21.* Card. Mantic. *de coniectur.vltimar. voluntat.lib.5.tit 9.à n.6.& lib.11.tit.5. n.6.cum ſeqq.* Coſta *in l.qui duos §.Cum in bello,verb.Diuus Adrianus credid.e.& verb. Patrem prius mortuum ,* Hugo Donel. *in d. §. Cum in bello, & in l.ſi inter ff.de reb.dub.* Fontanel. *de pact. nuptialib. tom.1.clauſ.4.gloſ.7.part.2.à nu. 38.* Gomez Vaio *in praxi, lib.2.c.72.* Marc. Ant. Peregrin. *de fideicommiſ.art.43.* Signorol. *conſ.9.* Vincent. de Franchis *dec.454.* Cacheran. *Pedemont.deciſ.168.*

Ad Num. 1.

Hæc ſententia , etſi communis ſit , improbatur cum multis *infrà, n.35.ſub num. 6. verſ. Nam & hic quintum caſus,* vbi latiùs D. Couar.

Ad Num. 2.

Fœminas poſſe grauiora vulnera , quam viros abſque vitæ amiſſione ſuſtinere , ſentiunt non pauci , Tiraquel. a *de legib connubial.lib.1 9.n.225.* Marſil. *in repetit.rubric.col.83. verſ. Sed ego incidenter, C.de probat.* Signorol. *conſ.67.col.1. verſ.Item intentio mariti ,* Ludouic. Bologner. *in addit. ad Guidon.Zuza. in tract.de tormens. col. 3.* & notant communiter Scribentes in *l.nihil intereſt 32.ff.ad leg. Iul.de adulter.* à quibus diſſentit D. Couar. *de ſponſalib.part.2.cap.3. §.4. n.18.* quoniam compertum eſt fœminæ, maſculum animi, & corporis viribus præualere, vt conſtat ex Ariſtotele *lib.9.de hiſtor.animal.c.1.& de generat.lib.4.c.6.* Tiraq. *ſupra, à n.55.* Plin. *natur.hiſtor.lib.11.c.48.* Menoch. *d.lib.6. præſ.51. num.20.* Ioan. Lecirier *de primogenit. lib. 1. quæſt.11. num. 3.* Pacian. *d.c.8.à n.6.* Gomez Vaio *ſupra, n 2.* Sanch. *de matr. lib.7. diſp.24. n. 8.* & Ouid. *ad Leandrum* cecinit ita.

Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris,
Vt corpus teneris ſic mens infirma puellis.

Quod adeò verum eſt, vt etiam in rebus inanimatis huiuſmodi differentia quoad fortitudinem conſtituatur , vt in magnete, palma, hedera, & ſimilibus; Plin. *lib.36. cap.26.* Pacian. *d. cap. 8. à num.9.* (nam in omnibus , quæ natura gignit , vtrumque ſexum reperiri , ſentiunt Plin. *lib.13. capit 4.* Volaterran. *in lib. 26. Philolog.*) ſiquidem quæ maſculini ſexus ſunt , vi, ac magnitudine ſuperant fœminea; ſed hæc ſexus diſtinctio non à natura prouenit, ſecundùm quam maſculus eſt ille , qui generat, & fœmina , in qua generatur , quod in inanimatis verificari nequit : eſt

tamen ab hominibns inuenta, qui ad ſimilitudinem animaliũ, in ſua ſpecie quæ præualent, mares; & quæ inferiora ſunt, fœminas nuncupant: quod adnotaruot Cœl. Rhodig. *lib.20. lection antiquar.cap.34.* Pacian. *vbi proximè, n.18.* Pet. Greg. *ſyntagm lib 47.cap.11.num.15.*

3 Ex hoc, in iure multa ſunt ſtatuta; nam ſi eodem partu maſculus, ac fœmina edantur, nec appareat quis prior prodiuerit in lucem, mas intelligitur præceſſiſſe, *l.12.* ibi: *Edezimos, que ſi el vno es varon, è el otro fembra, que debemos entender, que el varon ſaliò primero. tit.32.part. 7.* Pacian. *d. lib. 2.cap.11.n.10.* Ioan. Leciriet, *ſupra*, Bald. *in l. idem erit: in princip. ff. de ſtat. homin.* Bart. *in l. ſi ita fuerit §. vlt. ff. de reb. dub.* Gom. Val. *ſupra*, Guid. Pap. *de præſumpt. col.3. verſ. Item ſi in utero*, Dec. *in l.2.n.47. ff. de reg. iur.* Tiraquel. *in dict. l. 1. n.59.67.68.* Ant. Gom. *in l.40. Taur. n.68. verſ. Item etiam dico*, Menoch. *d. præſ.51.n.21. & 23.* Donel. *in d. l. ſi ita, §. fin.* quamuis non omnes banc præſumptionem admittant, vt videre licet apud Menoch. *vbi proximè n.21.*

4 Hinc etiam oritur, vt, ſi pro eodem crimine vir, & fœmina ſint torquendi, incipi ab illa tanquam a fragiliori debeat; vt citius, ac facilius veritas detegatur, Pacian. *d. c.8. n.12.* Paz *in prax. tom. 1. part. 5. c.3. §.12. n.58.* Tiraquel. *ſupra, d. l.9. n.134.* Gandin. *in tractat. de maleſic. rubric. de q. & torment. col.2.* Guid Zuza *cod. tractat. col.4. verſ. Quo ordine*, D. Couar. *in d. §.4. n.17.18.* Greg. Lop. *in l.5. gloſ.2. tit.30. part. 7.* Pat. de Put, *de ſyndicat. verb fortuna, §. Viſo de indicijs, circa medium*, Tiraquellus tamen, *vbi proxime*, multa refert de fœminis in tortura conſtantiſſimis, ſed id præter naturam ſexus contigit, vt ipſe aduertit.

5 Conſtat igitur, nulla ratione defendi poſſe, virum, & fœminam paribus vulneribus affectos, hanc illi ſuperuicturam; Reſtat modò, vt textui in *d. l. nihil intereſt*, quo ea aſſertio nititur, ſatisfaciamus; cui D. Couar. *d. n. 18.* reſpondet, ibi non apparere, vtrumque pariter fuiſſe percuſſum. Sed adhuc aduerſarij vrgebunt quærentes, cur Conſultus propoſuit, adulteram non occubuiſſe, adultero peremptо, cum in vtrumque pater æquali impetu irrueret? etenim ſecundùm virilem fortitudinem adulter potiùs ſuperuiuere præſumeretur, ſed Legiſlator aſſerit, adulteram fuiſſe ſuperſtitem: ergo quia ſexui fœmineo à natura indultum eſt, vt in vulneribus ſuſtinendis virilem ſuperet.

6 Cui obiectioni dicendum eſt, rationem ſpecialem, ad ita ſpeciem proponendam mouiſſe Conſultum, *lege* enim *Iulia de adulterijs* permiſſum fuit patri, vt ſi filiam, quam habebat ſub poteſtate in ipſis rebus venereis domi ſuæ, vel generi deprehenderet, poſſet tam ipſam, quam adulterum vno impetu interficere, *l.14. tit.17. part.7. l. patri 20. l. nec in ea 22. §. Ius occidendi. & §. fin. l. quod ait lex 23. ff. ad leg. Iul. de adulter.* quod ſi filiæ, vel adultero parceret, *lege Cornelia de ſicarijs* tenebatur, *d. l. nihil intereſt*, (non tamen ordinaria, ſed mitiori pœna afficiebatur, *dict. l. parſita, l. ſi adulterium 38. §. Imperatores, ff. eod tit.*) Hinc dubitatum eſt apud Marcellum, an pater in huiuſmodi pœnam incideret, ſi, adultero occiſo, filia grauiter vulnerata ſuperſit, & negatiuè quæſtioni reſpondet; nam ex quo ſic illam percuſſit, colligitur non voluntate, & propoſito percutientis, ſed fato id contigiſſe. Ideo autem (vt iam ad propoſitam difficultatem diluendam accedamus) Conſultus præmittit, potius filiam ſuperuixiſſe, & non adulterum, quoniam caſus hic erat, de quo magis poterat dubitari propter præſumptionem, quæ ex pietate naturali oriebatur in patrem, cuius ingens amor poſſet vindicem gladium detinere, ne adulteram penitus, vt adulterum enecaret; in adultero autem hæc dubitandi ratio ceſſabat, manifeſtumque eſſet, ſi ille viueret, filia extincta, hoc contra votum patris eueniſſe: Marcellus itaque vt vtrumque caſum vnica deciſione definiret, magis difficilem tractauit; nam cum in eo decidat, patrem non teneri, idem à fortiori debet intelligi, ſi forſan adulter ſic vulneratus ſuperſit; qua ratione cognita apparet, nequaquam inferri poſſe ex *d. l. nihil intereſt*, quod *Tiraquellus*, & ſequaces ſupra laudati hallucinantur de maiore robore in fœminis.

Ibi : *Et tunc quatenus ad hunc tractatum.*

7 Ex præfata ſexus fœminei debiliori natura intulerunt Interpretes, viro, & muliere ſimul in eodem conflictu, veluti incendio, terræ motu, aut naufragio pereuntibus, præſumendum eſſe illum huic ſuperuixiſſe, Ægid Bellamer, *in c. dilecti, col.21. verſ. vndecimo, de arbitr.* Franciſc. Cremenſ. *ſing.52.* Marſil. *in rubric. col.13. C. de probat.* Felin. *in c. capitulum Sancta Crucis, num.19. verſ. De duobus natis, de reſcript.* Gom. Val. *ſupra, n.2.* Ioan. Leciriet, *d. quæſt.11. n.3. verſ. Secundum exemplum*: quibus fauet aperte, *d. l. 12. verſ. Otroſi dezimos*, ibi: *Emendemos, que la muger, porque es flaca naturalmente moriria primero, tit.32. part. 7.* De quo cum *D. Couar.* iterum *infra, hoc c. n. 10. verſ. Omnibus his ad amuſſim*, vbi contrarium verius eſſe probabitur *n.5.*

Ad Num. 3.

Si ex legis, vel hominis diſpoſitione aliquod lucrum coniugibus deferatur, ſi aliquis ex ipſis in matrimonio decedat, ambobus eodem caſu ſimul extinctis, ita vt non conſtet, quis ante mortuus fuerit, illud debebitur; quoniam conditio cenſetur impleta; cùm enim eos eodem inſtanti ſpiritum emiſiſſe præſumatur, matrimonium ante mortem ſolutum dici non poteſt, *l. ſi poſſeſſor 32. §. fin. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Menoch. *d. præſ.50. num.3.* Pacian. *d. c.8. num. 21. verſ. Si tamen*, Cremenſ. *ſupra*, Roland. *de lucro dot. quæſt. 60.* Lucas de Penna *in l. Principes, caſ.44. C. de principib. agens. in reb. lib.12.* Marſil. *ſupra, num.416.* Ioan. Baptiſt. Aſin. *in d. l. ſi poſſeſſor, §. vlt.* 8

Verſ. *Secundùm, hinc infertur.*

Conſentiunt Bartol. *in l. ſi inter, in princip. ff. de reb. dub.* 9 Pacian. *n.14.* Signorol. *d. conſ.9. verſ. Hic ſic præmiſſis.* Neque enim ratio decidendi *l. qui duos 10. §. Si maritus*, eſſe poteſt, quod præſumatur fœmina ob fragilitatem ante maritum deceſſiſſe; tum quoniam hoc verum non eſt, vt dicemus *infra, n.56.* tum quòd, vt verificetur conditio, *Si in matrimonio vxor decedat*, neceſſe non eſt, quòd eadem præmoriatur, cùm ſit ſatis, vt eodem momento cum viro ſoccumbat, Palac. Rub. *in rubric. §.74. n.2. ad c. per veſtras, de donat. inter:* vnde licet euidenter ſciretur vtrumque coniugem eodem inſtanti expiraſſe, nihilominus committeretur de dote lucranda ſtipulatio ſiuara *d. §. Si maritus*: quod expreſſim docuit Conſultus *in dict. l. ſi poſſeſſor. §. vlt.* & comprobatur ex eo, quòd ſi vir & vxor ſimul Religionem profiterentur, aut in hoſtium poteſtatem deuenirent, nulluſque reuerteretur, illa conditio, *Si in matrimonio deceſſeris*, verificaretur, & erit locus *d. §. Si maritus*, deciſioni, vt notant Aſin. *in d. §. vlt.* Roland. *ſupra, n.5.* Phanuc. *in commentar. ſup. ſtatuto de luc. dot. in rubric. gloſ. per mortem, n.38.* Menoch. *num. 5.* qui alios refert.

Verſ. *Tertiùm, eadem ratione.*

Sequitur Menoch. *d. præſ.50. n.4.*

Verſ. *Quartùm, ab eadem radice.*

Non pauci cum Accurſio labuntur opinantes, viro & vxore ſimul extinctis, fœminam priùs propter debilitatem perijſſe, quorum aliquos retulimus *ſupra*, & alios laudat Menoch. *num.14.*

Verſ. *Quintùm, verùm inde reſtat.*

Parum quidem ad præſentem tractatum conducit *dict. l. qui duos, in princip.* quandoquidem ibi nihil intererat ſubſtituti, an ſimul, vel diuerſis temporibus inſtituti morerentur, ſat enim illi erat, quod nullus ſupereſſet, vt admitteretur.

Ad Num. 4.

Donatio inter virum & vxorem, traditione interueniente, confirmatur, ſi vterque caſu aliquo, vt bello, vel ruina ſimul pereat, ſiue maritus vxori donet, ſiue è contra; niſi probetur, perſonam, quæ donauerat, ſuperuixiſſe ſaltem per temporis momentum; nam conſtitutione *imperatoris Marci* ſtabilitum eſt, huiuſmodi donationes ſuſtineri, niſi donator ſuperuiuat ei, cui donatum eſt: Menoch, 10

noch. à *n* 6. *& num.* 8. rationem illius conſtitutionis reddit Pat. Sancb. *de matrim. lib* 6. *diſp.* 14. *n.* 21. Donel. *in d. l. ſi inter. ff. de reb. dub.* Fontanel. *ſupra, tom.* 1. *clauſ.* 4 *gloſ.* 7. *part.* 2. *n.* 41. 45. Ant. Gom. *in l.* 50. *Taur n.* 65. *verſ. Si autem ambo,* Coll. *in d.* §. *Cum in bello,* verb. *cum filio, n.* 5. & verb. *patrem prius mortuum, n.* 15. Alex. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit de donat. reſolut.* 6. *n.* 4. Molin. *de iuſt. diſp.* 289. *num.* 11. *verſ. Quod ſi ambo,* Mantic. *ſupra, lib.* 21. *tit.* 9. *n* 2.

11 Idem procedit in donatione inter patrem, & filium ſub poteſtate conſtitutum, quæ morte donatoris confirmatur; nam ſi ambo ſimul pereant, ſuſtinebitur, vt late probat Fontanel. *vbi proximè. a n.* 38.

Ibi: *Donatio, quæ ſemel valuit traditione præmiſſa*

12 Ab omnibus ferè receptum eſt, quòd vt donatio inter coniuges morte confirmetur, traditio prærequiritur; non tamen neceſſe eſt, in ipſo actu donandi interuenire, ſufficit enim ſi poſtea fiat quocunque tempore ante mortem eius, qui donauerit; *l. Papinianus* 24. *ff. de donat. inter*. Ratio eſt, quia cùm hæc donatio, vt iure prohibita, nulla ſit, niſi traditio ſequeretur, nihil eſſet, quod poſſet confirmari; Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 23, *verſ. Requiritur,* Sanch. *d. diſp.* 14. *n.* 6. Hermoſ. *in l.* 2. *gloſ.* 1 *n.* 6. *tit.* 4. *p.* 5. Iul. Clar. *lib.* 4. *recept.* §. *donatio, q.* 9. *verſ. Scias autem.* Pet. Barboſ. *in l. quæ dotis, n.* 67. *ff. ſolut. matrimon.* Farinac. *in prax. crim. tom.* 1. *q.* 25. *n.* 136. 137 Villalob. *commun opinion. lit. D. verb. donatio. num.* 147. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 1: *tit.* 20. *n.* 55. *& lib.* 21. *tit.* 7. *n* 27. Matienç. *in l.* 5. *gloſ.* 2. *n.* 5. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopillat.* Caſtill. *l. b.* 4. *controuerſ. c.* 49. *n.* 25. Molin. *de primogen. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 12. *in fine.* Pet. Greg. *ſyntagmat. lib* 28. *c.* 11. *nu.* 3. Nec ſufficit, donatarium eſſe in rei donatæ poſſeſſione, ſed debet traditio omnino præcedere, Sanch. *ibidem, verſ. Addit Matienςus,* Matienç. *d. n.* 5. Sunt tamen aliqui quos refert Sanch, qui traditionem non eſſe neceſſariam exiſtimant, ſed communis vera eſt proculdubio. Idem dic de donatione inter patrem, & filium: Pet. Greg. *ſup.*

13 Dubium verò in eo verſatur, an ſatis ſit quod traditio ficta intercedat, vt ſi donans conſtituat, ſe donatarij nomine poſſidere? & pars affirmatiua eſt communis, quam ſuſtinent Hermoſ *ſupra,* Anton. Gom. *in d. l.* 50. *num.* 65. *verſ. Verum tamen eſt,* Palac. Rub. *in rubric.* §. 56. *n.* 7. *ad cap. per veſtras, de donat. int.* Sanch. *num.* 12. Menchac. *de ſucceſſion. progreſ. lib.* 1. §. 1. *num.* 137. 138. Tiraquel. *de iur. Conſtitut. part.* 1. *num.* 49. Molin. *d. diſp.* 289. *n.* 5. Trentacinq *ſupra, n.* 2. Borrell. *in ſumm decif. part.* 3. *tit.* 9. *n.* 58. Rota *decif.* 342. *n.* 1. *part.* 1. *in nouiſſim.* licèt negatiuam teneat Pet. Greg. *ſup.* cum Maluer. *in prax. iudicior.* §. *Item donatio facta per patrem, de donat.* & Caſtrenſ. *in l.* 1. §. *Si vir vxori, ff. de acq. poſſeſſ.* quia ficta traditio titulum validum deſiderat, vt poſſeſſionem transferat, argument. *l. quod ſeruus* 24. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & latè probat Anton. Gom. *in l.* 45. *Taur. num* 31. qui *num.* 29. & 30. de præcipua quæſtione agit reſoluens, actum fictum transferre poſſeſſionem, quando præcedit titulus, qui etſi nullus ſit, aliquomodo poteſt deinceps confirmari, vt donatio inter coniuges. Sed verè poſterior opinio iuri magis congruere videtur. In receptocis tamen donationibus inter coniuges nulla deſideratur traditio, quia cùm remuneratoriæ ſint, ſtatim valent, niſi vna a ictâ ſuerit pinguior; nam tunc, vt quoad exceſſum valeat morte confirmati, opus erit traditio. Caſtrenſ. *in l. ſi pater filia, in fine. C. de inoffic. teſtam.* Palac Rub. §. 50. *n.* 17. Villalob. *ſupra, n.* 148. Sanch. *n.* 11.

14 Eſt omninò notandum, per traditionem, ſiue veram, ſiue fictam dominium rerum donatarum minimè in donatarium tranſire, ſed penes donantem permanere; *l. ſi id quod* 29 *ff. de donat. inter:* Pat. Molin. *n.* 8. Ant. Gom. *d. n.* 65. *verſ. Adde tamen.* Clar. *d. quæſt.* 9. *n.* 7. D. Conar. *in rubric. de teſtament. part.* 3. *n.* 6. & 7. vbi cum aliis notat, donationem inter coniuges morte confirmatam, retrotrahi ad tempus, quo fuit facta, quoad fructus interim perceptos, non quoad dominium. Idem docent Anton. Gom. *variar. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 30. *verſ. Tertiò & principaliter,* Palac. Rub. §. 72. *in princip.* Pat. Molin. *n.* 3. Mantic. *d. lib.* 2. *tit.* 7. *num* 24. Pet. Greg. *num.* 1. quod etiam in natis ex ancillis donatis procedit, vt ipſi aduertunt.

Sed iure noſtro attento, hæc omnia ceſſare videntur ex *l.* 4. *tit.* 12. *de las donaciones, lib.* 3. *for.* cuius hæc verba: *Si el marido quiſiere dar algo a la muger, ò la muger al marido, no auiendo fiios puedalo facer deſpues, que fuere el anno paſſado, è no ante. E ſi deſpues deſta donacion ouiere fijo, no vale la donacion fuera quanto en ſu quinto.* Ex quo textu donationes inter virum & vxorem in Hiſpania, illis qualitatibus ſeruatis, validas eſſe, notarunt Ant. Gom. *in d. l.* 50. *n.* 66. *in fine,* Guttier. *de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 16. Palac. Rub. §. 54. *num.* 2. Bernard. Diaz *reg.* 213. *verſ. Quintò, fallit,* Montalu. *in ead. l.* 3. Doeñas, *regul.* 22. *in fine,* Sed Molin. *vbi proximè, verſ. Guttierius de iurament. confirmat.* negat, legem illam vſu receptam eſſe, atque iden iuri communi ſtandum eſſe ait; quoniam leges *fori* non vigent, niſi vbi vſus eas approbauerit; de quo Sanch. *d. lib.* 6. *diſp.* 2. *n.* 3. 15

***Ad Num.* 5.**

Rationem iſtam, ad *d. l. ſi inter,* probant communiter ferè omnes, teſte Menochio, *d. præſ.* 50. *n.* 8. *verſ. Et quidem omnes:* licèt aliqui putent, donationem valere; quia, ne actus pereat, præſumitur, vt prius qui donauit moreretur; quod colligitur ex *d. l. cum hic,* §. *Si ambo.* 16

Verſ. *Secundò, hinc verum eſſe conſtat.*

Quod de morte naturali dicitur, etiam ad ciuilem eſt ampliandum, nam ſi ſimul coniuges profeſſionem emiſerint, ab hoſtibus fuerint capti, vel alio modo ciuiliter moriantur, donatio ſuſtinebitur, cum donator non ſuperuiuat; Sanch. *diſp.* 14. *n.* 21. Siquidem certum eſt, huiuſmodi donationes ciuili morte confirmari, vt videre eſt apud Sanch. latè agentem, *d. lib.* 6. *diſp.* 17. *per totam.* 17

Verſ. *Tertiò eodem iure procedit.*

Adde *l. ſi ij qui* 26. *ff. de donat. cauſ. mort.* Menoch. *num.* 13. Sanch. *d. diſp.* 14. *n.* 25.

Verſ. *Quartò ſatis manifeſtum eſt.*

Accedit Pacian. *d. cap.* 8. *nu.* 14. & ita eſt tenendum, quoniam mulier ob debiliorem naturam non præſumitur antè hominem decedere, ſi ambo eodem caſu pereant; vt dicemus cum D. Conar. *infra, in fine huius capitis.*

Verſ. *Cæterum his.*

Hanc difficultatem ortam ex verbo, *maximè*, poſito in *d. l. ſi inter,* diluere conantur, Sanch *d. diſp.* 14. *num.* 21, *verſ. Nec obſtat argumentum,* Menoch. *à num.* 9. Alciat *d. reg.* 1. *præſumpt.* 49. Pro cuius textus intelligentia libet aliquantulum hic immorari, prænotando, quod verbum, *maximè* quamuis frequentiſſimè in eo ſenſu accipiatur, vt explicans caſum minus dubitabilem, idem iuris eſſe in magis difficili denotet implicitè, l. 1. § *Vel maximè. ff. de collat. bonor. l. illud* §. *fin. ad finem ff. de bonor. poſſ. contr tabul:* Guttier. *Canonicar. lib.* 1. *c.* 20. *n.* 6. Menoch. *conſ.* 1034. *n.* 8. Hoc nihilominus perpetuum non eſt, ſed multoties aliter intelligitur, *l. ſi ire oportet* 55. §. *Alludemiam. verſ Sed etſi maximè, ff. de excuſat. tutor. l. Labeo* 7. §. *fin. ff. de ſupellect. legat. l. in ambiguis* 97. *ff. de reg. iur.* & alibi paſſim. Gloſ. *in d. l. illud,* §. *fin. verbo. maximè,* quæ ait, aliquando particulam illam accipi electiue, ita vt in caſu omiſſo contrarium ſit dicendum. Quibus ex locis conſtat, *maximè,* vſurpari non infrequenter, pro *in primis, plurimum,* ſiue *magnopere*, quo ſenſu vſus eſt Conſultus ea particulà in *d. l. ſi inter,* in qua dubium verſabatur non facile apud Iuriſconſultos circa donationis illius validitatem: & cum vtrinque rationes inuicem repugnantes vrgerent, illa in primis, ſiue magnopere mouit, vt pro donatione reſponderetur, quod non ſuperuiuebat donator, qui rem donatam repetere poſſet; ac ſi diceret Paulus: quamuis multa ſuaderent, vt donatio ſuſtineretur, veluti fauor coniugalis liberalitatis, *d. l. cum hic,* §. *Parentem, ad finem,* verba orationis *D. Marci,* de quibus *in d.* §. *Si ambo.* & quod in dubijs amplectenda eſt ea interpretatio, per quam actus non pereat, *l. quoties* 13. *ff. de reb. dub.* Præ- 18

R 2 his

his omnibus, ratio ibi expreſſa ad ita decidendum induxit, quæ *maximè*, Ideſt, plurimum apud Legiſlatores valuit. Vnde perperam inferretur: Hæc ratio principaliter mouit, vt donatio valida cenſeretur; ergo ſi ipſa ceſſaret, idem iuris eſſet: imò potiùs contrarium colligendum eſt, ſcilicet quod ſi ea deficeret, aliud reſponderetur. Illud autem verbum, *maximè*, denotat, Conſultos non fuiſſe ſola ratione expreſſa in *d.l.ſi inter*: motos, ſed etiam alijs proximè traditis: an verò hæc ſufficeret, ſi illa Legiſlatoribus non occurreret, nobis non conſtat, nec ex illo textu deduci poteſt.

19 Sed cur ea ratione potius quam cæteris Conſulti in eam ſententiam adducti ſunt, non latet; nam prohibitio donationis inter coniuges eorum perſonis proſpexit, ne mutuo ſe ſpoliarent amore, per quod ad paupertatem deuenirent; *l.1.l.ſi id quod 29.§.Si quas ſerui.ff.de donat. inter*, cum autem in ſpecie *dict. l.ſi inter*, vterque coniux eodem conflictu periret, ſolùm diſceptabatur de commodo hæredum, & ideo cauſa prohibitionis ceſſante, in dubio pro coniugali liberalitate reſpondere æquum eſt viſum: ſed non ita facile fauerent donationi, ſi eſſet controuerſia circa alium caſum dubium cum ipſo donatore, qui poſſet rem condicere: ex quo obiter infertur, ibi non loqui *Paulum* de ſuperuiuentia momentanea, quæ contingit, cùm duo eodem bello, vel ruina extinguntur vnus poſt alium: ſed de illa, per quam ipſe, qui donauit, ita ſuperſtes eſt, vt repetere donatum per ſe poſſit.

Ibi: *Cùm hæ donationes odioſæ ſint.*

20 Huic aſſertioni obſtat *d.l.cum hic ſtatus, §. Pœnitentiâ*, ibi, *Quod ſi in obſcuro ſit, procliuior eſſe debet iudex ad comprobandã donationem*. Si enim hę donationes forent odioſæ, magis propendere deberet iudex ad eaſdem in dubio irritandas, argumento *capit. odia*, & quæ *ibi* notantur, de *reg.iur.in 6.* Hæc tamen, diſtinctione facilè conciliantur; nam donationes inter coniuges viuente donatore cenſentur odioſæ, ob rationes, de quibus in *d.l.1.* cum *duab.ſeqq.* eo autem mortuo, cum illæ iam non militent, coniugalis liberalitas fauorabilis habetur; quo caſu loquitur Conſultus in *d. §. Pœnitentiam*, maxime cum nitatur voluntati defuncti, quæ iure fauorabilis eſt; *l.1.C.de Sacroſanct. Eccleſ.l. vel negare §.ff.quemad.teſtam aper.* Hinc fit, vt ſi viuo donatore, de viribus donationis illius dubitetur illis caſibus, quibus valere poteſt, tanquam odioſa aduerſus ipſam iudicabitur; quod ſi cum hærede illius ſit controuerſia, erit vt fauorabilis confirmanda; *d.§.Pœnitentiam*, quæ ad ea, quæ nuper dicebamus circa intellectum *d.l.ſi inter* ſunt obſeruanda.

Verſ. *Primo tamen.*

21 Si vir & vxor, quorum vnus alteri donauerat, non eodem in loco, & caſu; ſed diuerſo decedant, neque ſciatur, quis præmortuus fuerit, illi hæredi, qui agit, onus probationis incumbit, atque ità melior eſt conditio poſſidentis; ſi ergo contra donatarij hæredem agatur, aduerſarius docere debet; donatorem ſuperuixiſſe: quod ſi donatoris ſucceſſores conueniatur, actor probare tenetur, donatarium fuiſſe ſuperſtitem, aut ſaltem ſub idem tempus vtrumque ſuccubuiſſe, eſt communis doctrina, quam tradunt Menoch. *ſupra, nu.6.* Pacian. *d.lib.2.c.7.n.12.* Sanch. *d. diſp.14. n.22.verſ. Alij verò.* Maſcard. *de probat.concluſ.1200.num.15.* Riminald. Senior, *conſ.127.n.8.verſ. Quibus ſic ſtantibus, volum.1.* Guid.Pap. *de præſumpt.ſol. 3.* Molin. *ſup.dict.diſp.289. verſ. Donatio cauſa mortis*, Curt. Sen. *in l.admonendi, n.323. verſ. Quarto mouetur. ff. de iureiur.* Philip. Frob. *in addit. ad Ioan. Monach.in c.ſi a ſede, n.8.de prebend.in 6.* Tiraquel. *de iur primogenit.q.17.opinion.11.n. 12.* Varona *in addit. ad Palac. Rub. in d.rubric.§.75.lit.B.* Cumque ad confirmationem donationis huius, traditio præcedere debeat, hæres donatoris grauamen probationis plerumque ſuſtinebit; ſed ſi à poſſeſſione cadat, qui donatario ſucceſſit, oportet, vt poſſeſſorio agat, antequam ad petitorium perueniatur; Sanch. & Varon. *vbi proximè.*

22 Hæc, quæ de confirmatione donationis inter coniuges dicta ſunt, intelligi debent, cum verum eſt matrimonium; nam donationes inter coniuges putatiuos, penitus ſunt inanes, nec *D. Marci* oratio ad illas ſpectat, *d.l. cum hic ſtatus, §. Si quis ſponſam.* Anton. Gom. *in d.l.50.n.65.verſ. Tertius eſt, ſi donatarius*, Bald. *in l.eam, quam: col.6.n.22. C. de fideicommiſ.* Ancharran. *in cap.fin.de donat.int.* Sanch. *d.lib.6. diſp.1.n.9.* Palac. Rub. *ſup.§.56.n.7.* Roder. Suar. *in l.1.tit. de las ganancias lib.3.for.* Matienç. *in l.2.gloſ.1.n.6.tit.9.lib. 5. Recopilat.* quod etiam procedit in ignorantibus impedimentum, Ant. Gom. & Sanch. *vbi proximè.* Sed hoc eſt limitandum cum D. Couar. *de ſponſalib.part.2.c.7.§.1.n.10.* Coſta *in c.ſi pater, verbo, vxorem, n.6.de teſtament. in 6.* quando donatio fit à coniuge ſciente impedimentum illi, qui illud ignorat, tunc enim valebit ſtatim donatio tanquam inter extraneos facta; cùm ceſſet ratio tum *l.1.ff.de donat. inter*, quia coniuges non ſunt, tum *d.§.Si quis ſponſam*, ſiquidem non donauit; vt coniugi, qui ſciebat nullum eſſe coniugium; quod comprobatur ex *l.50.tit.14.part.5.* vbi mulier conſcia nullitatis matrimonij dotem non repetit à marito putatiuo, qui bona fide contraxit.

Ad Num. 6.

De hoc oportet conſulere Pacianum, *d. cap.7.per totum*, Menoch. *ead.præſ.50.à n.21.* Mantic. *lib.11.tit.4.ex n.6.* Donel. *in d.l.qui duos, §.Cum in bello*, vbi Coſta, *verbo, patrem prius mortuum, à principio*, cui plures intellectus refert ad *leg.ex facto 17.§.Si quis autem, ff.ad Trebellian.*

Hanc interpretationem ad *dict. §.Si quis autem*, probaut Alexand. *conſ.91.n.9.verſ. Et nihil in contrarium, vol. 7.* Pacian. *n.15.* Menoch. *n.28.*

Sed eius textus deciſio non eſt admittenda, quando teſtator, qui conditionem adiecit, erat aſcendens inſtituti; nam tunc ſi liberi eſſent puberes, qui cum patre perierunt, irritaretur ſubſtitutio; ſi verò impuberes, valeret quidem, non quia ſimul mortui cum patre præſumantur; ſed quoniam ante illum deceſſiſſe intelliguntur: *d.l.qui duos. ff. fin. l.cum pubere 23.* cum *l.ſequent. ff.de reb.dub.* Socin. *in d.l.quod de pariter, n.7.* Menoch. *n.28.* Ratio eſt, nam quoties agitur de ſucceſſione inter aſcendentes & deſcendentes, hæc præſumptio eſt admiſſa, & non aliàs, Menoch. *dict.n.28.& 30.* D. Couar. *infra, hoc cap.num.8.verſ. His obſtare*, vbi diximus, *n.47.* 23

Verſ. *Tertiò, eadem ferè.*

Quoties conſtat, inſtitutum aliquando prolem ſuſcepiſſe, ſubſtituto agenti incumbit probare ipſam prius mortuam, quam patrem; aut ſaltem ſimul deceſſiſſe, Molin. *de primogen.l.3.c.9.in fine*, Ant. Gab. *comm.lib.1.tit.de præſ.concluſ.6.n.26* Felin. *in c.quoniam frequenter, §. Porro, in fine, vt lit.non conteſt. & in c.afferte, 3.notab.de præſumpt.* Cachetan. *deciſ.108.* & *ibi* Purpurat. *in conſ. ſubſequenti*: Mantic *dec. 32.n.1.* Fuſar. *de ſubſtitut.q.456.per tot.* Peregrin. *d.art.43. n.51.* Maſcard. *concl. 343.à n.8.* Sed contrarium defendit *Pacian.* ſequutus *Bartolum*, & alios, quos refert *d.c.7.n.5.* Cuius ſententiæ ratio eſt, quia ſubſtitutus ſolùm ſe fundat in morte inſtituti, reus verò pro fundamento ſuæ intentionis filiorum exiſtentiam allegat; quare iuxta iuris regulam, ipſe tenetur oſtendere patrem prius mortuum, vt ſubſtitutum excludat; nec ſat erit, quòd conſtet prolem extitiſſe defuncto, quoniam vita non præſumitur durare, ſed ab allegante probanda eſt; Pacian. *n.17. verſ. Ad cuius rei, & n.18.* Socin. *in d.§.Cum in bello.* Batt. *in l.2.§.Si dubitetur, ff.quemadmod.teſtament.aper.* Menoch. *d.lib.6. præſ.49.n.16.* Alciat. *de præſump.reg.1.præſ.44.* Prior tamen opinio tenenda erit, cum ſubſtitutus agens agnoſcit filios inſtituto fuiſſe, & ipſos ante, vel cum patre deceſſiſſe allegat, hoc caſu ipſe onus probandæ mortis aſſumit, quia in ea ſuam fundat intentionem. Adde dicta *ſup.c.6.n.35.* 24

Ibi: *Vnde licet poſsibile ſit.*

Rationem, quare centum annorum metam præſcripſerint Conſulti vitæ hominis, conatur indagare Pacian. *à n 41.* & poteſt defendi, fuiſſe ſequutos Ægyptiorum placitum: quod probauit etiam *Dioſcorides* ſecundùm Cenſorin. *lib. de natali die, cap.12.de diſtinct.ætat.* qui exiſtimarunt, ideo 25

hominem

hominem vltra centeſimum ſuæ ætatis annum viuere non poſſe; nam cor humanum primo anno à natiuitate duas pendit drachmas, ſecundo quatuor, tertio ſex, & ita augeſcit vſque ad quinquageſimum, à quo vnoquoque anno ſimiliter decreſcit; vnde, corde conſumpto, adueniente centeſimo, hominem ampliùs viuere, impoſſibile eſt, cuius ſententiæ meminit etiam Cæl. Rhodigin. *lectionum antiquar. lib. 9. c. 41.*

26 Sed hæc Paciano diſplicent, tum ex *Auth. vt Eccleſ. Roman.* §. 1. vbi habetur, quòd centeſimus annus plerumque longæuæ vitæ hominis eſt finis, tum ex authoritatibus, quas refert ex Plin. *naturál. hiſtor. lib. 7. cap. 48.* Valer. Max. *lib. 8. cap 14. & alijs*, qui, multos centeſimum annum exceſſiſſe teſtantur, ex quo colligit, falſam eſſe præfatam Ægyptiorum traditionem; nam ſi vera foret, nullus terminum à natura conſtitutum tranſgredi poſſet: quare ipſe exiſtimat, nullam rationem reddi poſſe, niſi quod ita voluerit maiores, argumento *l. non omnium, ff. de legib.*

27 Sed non erit difficile Ægyptiacam opinionem tueri, ſaltem ab eis, quibus ipſam Pacianus impugnat; nam licet aliquando contingat, homines vltra centum annos vitam protelare, non inde neceſſariò ſequitur, falſum eſſe quod illi affirmant, qui loquuntur iuxta communem naturæ ordinem, quæ quotidie in ſuis operibus monſtruoſa quædam, raráque producit, atque ita poteſt aliquorum hominum cordibus tantum roboris conferre, vt diutiùs, quam cæteri, viuere valeant: neque Ægyptios latebat, cùm id tradiderunt, nonnullos poſt centum annos vixiſſe. Et quámuis ex aliis rationibus verum non ſit, quòd illi cogitarunt, ſatius eſt dicere, Iuriſprudentes in re adeo obſcura ſequutos fuiſſe opinionem gentis illius rerum naturalium obſeruatricis, quàm quod nulla ratione ſed pro libito ſtatuerunt, maximè cum illa experientiæ conueniret; adeò enim rarum eſt, vitam humanam vltra centum annos protrahi, vt quos ampliùs viuere ſcimus, vt portentum & naturæ miraculum conſpiciamus, Guttier. *practicar. lib. 2. c. 7. n. 5.* Pinel. *In l. 2. part. 3. c. 4. n. 33. C. de reſcind. vendit.* & Menoch. *d. praſ. 49. n. 17.* poſt Corraſ. *lib. 5. miſcellanear. c. 18. ad finem*, putat fabuloſum eſſe, quod noſtris temporibus aliquis vltra centum annos viuat. Multa tamen de longiſſimis hominum vitis ſcripſerunt Cæſar Baron. *tom. 1. Annal. Eccleſ. anno Chriſti 76. pag. 710.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſ. 12. à d. 76.* Silu. nupt. *lib. 2. c. 11.* Mamph. *hiſtor. Indicar. lib. 11. pag. 492.* Martin. Delri. *diſquiſition. magic. lib. 1. q. 33.* Conſulti igitur moti, tum Ægyptiorum authoritate, tum experientia longiſſimæ vitæ humanæ terminum centum annos eſſe meritò conſtituerunt, nec de illis, quæ rarò eueniunt, curarunt; argumento *l. nam ad ea, ff. de legib.*

Ibi : *Non tamen præſumitur quamquam ad centum annos viuere.*

28 Hanc concluſionem comprobant Pinel. & Guttier. *vbi proximè*, Pacian. *d. cap. 7. n. 24.* Menoch. *d. præſ. 49. n. 2.* Ant. Gab. *ſupra, concl. 16. n. 3. verſ. Contrarium videtur*, Curt. Iun. *in l. ſi emancipati, n. 12. verſ. Conſidera etiam, C. de collationib.* Cagnol. *ibi, n. 92. verſ. Non obſtat quòd quis præſumatur*, Caſtill. *quotidian. lib. 4. p. 1. c. 13. n. 41.* Iaſ. *in l. vlt. col. penult. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Sanch. *ſupra, lib. 1. diſp. 46. n. 1. verſ. Sed hæc ratio*, & ita eſt omnino tenendum; quamuis non pauci contra ſentiant, quorum inferius mentio fiet, *n. 31.*

Ibi : *Qua tamen ita temperanda eſt.*

29 Homo poſt centeſimum annum à natiuitate ſua mortuus præſumitur, Bart. *in l. 2. §. Si dubitetur, ff. quemadmod. teſtam. aper.* Guttier. *vbi proximè, num 4.* Pacian. *n. 30.* Salicet. *in l. ſiquidem, in fin. C. ſolut. matrim.* Capell. Tholoſan. *deciſ. 313. n. 3.* Pinel. *d. c. 4. n. 32.* Ant. Gab. *d. concl. 16. n 4.* Bald. *in l. ex perſona, col. 3. C. de probat.* Farinac. *in fragment. crimin. part. 2. lit. M. num. 326.* Maran. *in l. is poteſt, num. 163. ff. de acquirend. hæredit.* Tuſch. *practic. concl. lit. M. concl. 400. num. 25.* Caſtrenſ. *in l. iura conſtitui, num. 2. ff. de legib.* Ioan. Oroſc. *in l. nam ad ea, ff. eod.* Menoch. *conſ. 345. n. 59.* An verò per hanc præſumptionem mors probetur, Iudicis arbitrio (quod in his plurimum valet) relinquitur, qui, alijs perpenſis circumſtantijs, æſtimabit, virum qui centeſimum iam egit annum mortuus cenſendus ſit, nec ne, Pacian. *num. 31.* Cagnol. *ſupra, d. n. 92. in fine*, Menoch. *dict. præſ 49. num. 28. & d. conſ. 345. n. 60.* Sanch. *d. diſp. 46. num. 7. 12.*

Ibi : *Sic crebriori calculo receptum eſt.*

Allegans pro fundamento ſuæ intentionis vitam, vel 30
mortem alicuius, ad onus probationis aſtringitur, Pacian. *num. 9. & 19.* Alciat. *ſupra, reg. 1. præſ. 44.* Menoch. *d. præſ. 49. num. 26.* Sanch. *vbi proximè, num. 1. in fine*, Guttier. *n. 8.* Ceuall. *commun. tom. 2. quæſt. 900. num. 136.* Maſcard. *concluſ. 78. & concluſ. 1074.* Flamin. *de reſignat. benefic. part. 2. lib. 11. quæſt. vltim. num. 9.* Gregor. Lop. *in l. 14. gloſ. 2. ad finem, tit. 14. part. 3.*

Ibi : *Diſplicet tamen hæc concluſio.*

Quod allegans aliquem viuere, quem vixiſſe conſtat, 31
non tenetur probare, niſi ſpatium centum annorum lapſum fuerit à natiuitate illius, intra quod vita humana durare præſumitur, defendunt Gloſ. *verb. an filius fam in l. ſed & ſi de ſua 34. ff. de acquiren. hæredit.* Gloſ. *verb. liquerit, in d. l. 2. §. Si dubitetur ff. quemadmod. teſtam. aper.* Bart. *in l. ſi quis ex argentarijs, §. Initium, num. 25. ff. de edend. in 2. lect.* Cachetan. *deciſ. 108.* Chaſſan. *in conſuetudin. Burgundiæ, rubric. 6. §. 4.* Viuian. *commun. tom. 2. lib. 16. pag. 457. in magn. col. 2.* Herculan. *de Negatiu. proband. num. 290. verſ. Mors quoque præſumitur*, Ripol. *variar. reſolut. cap. vltim. 7.* Lara *de vit. homin. c. 32. num. 8.* & alij plures, quos refert Menoch. *d. præſ. 49. num. 9.* tamen à contraria opinione nuper tradita, *n. 28.* recedendum non eſt.

Ibi : *Primus, quando ſubſtitutus.*

De hoc caſu diximus, *ſupra, cap. proximo, num. 35.*

Verſ. *Secundus, vbi ſubſtitutus.*

Adde Manticam, *dict. lib. 11. tit. 5. verſ. Secundus caſus*, Pacian. *dict. cap. 7. num. 10. verſ. Secundus caſus*, cum *num. ſeqq. vſque ad 15.*

Verſ. *Tertius, agit ſubſtitutus.*

Accedit Mantica *verſ. Tertius caſus* ſed diſſentit Pacian. *num. 7.* per textum *in l. ſpadonem, §. Qui abſolutam, ff. de excuſat. tutor.* vbi alios allegat, quorum ſententia diſplicet ex illis, quæ diximus nuper, *num. 24.*

Verſ. *Quartus, agit ſubſtitutus.*

Sequitur itidem Mantica. *verſ. Quartus caſus*, Menoch. 32
d. præſ. 50. num. 16. Pacian. verò *à num. 16. verſ. Sed hæc opinio*, hanc concluſionem impugnat, aſſerens *Bartoli* ſententiam veram, ac magis communem eſſe, ſecundùm quam in hac ſpecie ſubſtitutum agentem eſſe omnino admittendum, niſi reus liberos patri ſuperſtites fuiſſe probauerit. Vtraque tamen ſententia vera eſt: Prior, cum ipſe ſubſtitutus agens allegat, patrem & liberos mortuos fuiſſe, quia ſe fundat in morte, quam probare neceſſe eſt. Poſterior, ſi ipſe, nulla mentione facta filiorum mortis, petat bona; quia inſtitutus abſque liberis deceſſit: tunc ſi aduerſarius opponat, prolem à defuncto fuiſſe ſuſceptam, idem tenebitur docere, liberos parenti ſuperuixiſſe, quia fundat ſuam intentionem in vita, quæ de præterito ad futurum non præſumitur, vndè ſatis non eſt probare, quod filij nati fuerint. Quæ conueniunt dictis *ſup. n. 36.*

Verſ. *Quintus agitur.*

Si ſubſtitutus poſſidens conueniatur, vbi apparet filios, 33
& patrem etiam diuerſis in locis ſuccubuiſſe, erit abſoluendus; niſi actor probauerit, patrem prius mortuum,

R 5 Menoch.

Menoch. *vbi proximè* Mantic *verſ. Quintus caſus*. Cacheran. *d. deciſ.* 108. *in fine*, Pacian. *a n.* 151

Verſ. *Nam & hic quintus caſus.*

34 Fundamentum huius contrariæ opinionis eſt, quia quilibet centum annis viuere præſumitur, cui adhærent omnes laudati *ſupra*, *n.* 31. ſentientes hanc præſumptionem iure probari: quod verum non eſſe diximus *ibi*, *& n.* 28.

Ibi ; *Hinc denique apparet.*

35 Pupillaris ſubſtitutus petens impuberis hæreditatem, probare debet, ipſum intra impubertatem deceſſiſſe, Mantic. *lib.* 5. *tit.* 9. *n.* 6. *verſ. Tertiò diligenter*, Pichard. *in §. Maſculo*, *n.* 11. *Inſtit. de pupillar.* Coſta *in d. c. ſi pater*, *verb. defunctis ante tempora pubertatis*, *n.* 5. *verſ. Ego tamen vrinl*, Crot. *in c. Raynutius*, *fol.* 5. *col.* . *de teſtam.* Meneſes *in l. cum acutiſſimi*, *n.* 51. *C. de fideicomm.* Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ.* 23. *n.* 16. Natta *conſ.* 195. *n.* 4 Maſcard. *conc. uſ.* 66 . *n.* 42. 43. Caldas *in l. ſi curatorem*, *verb. infra tempus*, *n.* 20. *C. de in integ. reſtit.* Pacian. *d. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 25. Vitian. *comm. verb.* . Fuſar. *de ſubſtit. q.* 229. Motla *in empor. tit.* 5. *q.* 10. Menoch. *lib.* 2. *præſ.* 50. *n.* 33. *&* 34. Caſtill. *lib.* 4. *contr. c.* 14. *n.* 6. Faclun. *contr. lib.* 6. *c.* 45. ſubſtitutus enim pro fundamento ſuæ intentionis pupillum obijſſe intra tempora impubertatis allegat: quod verum eſſe, omnino tenetur oſtendere; cum nemo, etſi impuberem fuiſſe conſtet, præſumatur intra eandem ætatem deceſſiſſe, Bald. *conſ.* 411. *& conſ.* 455. *vol.* 4. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 367. *n.* 32. Tuſch *lit. M. concluſ.* 112. *n.* 43.

36 Contrarium tamen alijs pluribus placet, putantibus, ſubſtitutum habere propriam intentionem fundatam, aduerſariumque probaturum, eum, de cuius hæreditate diſceptatur, annos impubertatis exceſſiſſe, Marant. *in d. l. is poteſt*: *n.* 157. *ff. de acquir hæredit.* Caccialup. *in l. precibus*, *n.* 88. *C. de impuber. & alijs*, Sapia *in l. cum de ætate*, *n.* 51. *ff. de probat.* Alciat. *ſupra*, *reg.* 2. *præſumpt.* 14. Curt. Iun. *in d. l. precibus*, *n.* 9. Boër. *deciſ.* 38. *n.* 30. 31. ſed prior ſententia, vt communior, ita & verior eſt.

Ibi : *Qua ratione ſiue ſubſtitutus actor.*

37 Præfata vera concluſio ampliatur, vt locum habeat, quamuis ipſe ſubſtitutus poſſideat, Pacian. *vbi proximè*, *verſ. Sed iſta diſtinctio*, Mantic. *verſ. Ego autem*, quicquid teneat Ferret. *in c. in præſentia*, *n* 82. *verſ. In quantum*, *de probat.* Aduertendum eſt tamen cum Maſcard. *d. concluſ.* 667. *n.* 39. quæ dicta ſunt procedere, quando eſt controuerſia inter ſubſtitutum pupillarem, & ſucceſſores ab inteſtato pupilli; ſed ſi lis vertatur cum inſtituto ab eodem, qui deceſſit, tunc ſi iſte egerit contra ſubſtitutum pupillarem poſſidentem, aſtringitur probare, teſtatorem iam puberem mortuum eſſe, imo in eadem ætate fuiſſe tempore conditi teſtamenti; quòd ſi ſubſtitutus agat, huic ætatis probatio ei incumbit.

Ad Num. 7.

Adde Menoch. *d. lib.* 6. *præſ.* 50. *à n.* 17. Pacian. *d. c.* 7. *n.* 38. *verſ. Aut ſumus*, & alios per ſingulas illationes ſtatim referendos *a n.* 39.

Ibi : *Nec mihi placet diſtinctio.*

38 Hanc diſtinctionem *Bartoli* inter diſpoſitionem hominis, & legis, probant Pacian. *à n.* 37. Cachetan. *d. deciſ.* 108. *n.* 4. *verſ. Non obſtat*, Coſta *in d. §. cum in bello*, *verb. patrem prius mortuum*, *n.* 1. *verſ. Septima ſolutio*, & alij, quos ibi referunt. At multis diſplicet, ac commentitia videtur; nam homo præſumitur, dum diſponit, ſe legum diſpoſitioni conformare, *l. hæredes mei* 57. *§. Cum ita ff. ad Trebellian.* Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 12. *n.* 35. Bart. *in l. Gallus*, *§.* 1. *ff. de liber. & poſthum. & in d. §. Cum ita*, Sic *Bartol.* reprobant Menoch. *d. præſ.* 50. *n.* 19. Fontanel. *ſupra*, *d. clauſ.* 4. *gloſ.* 7. *part.* 2. *n.* 28. Peregrin. *d. art.* 41. *n.* 53. *verſ. Accurtius autem*, Purpurat. *in conſ. poſt d. deciſ.* 108. *Cacheran. poſito*, *n.* 5. Socin. *in l. ſed & in illa ff. de reb. dub.* Ioan. Sadolet. *in l. quòd de pariter*, *eod. tit.*

Verſ. *Primò*, *ex hoc infertur.*

Adde Menochium *num.* 17. Roland. à Valle *de lucr. dot. q.* 60. *n.* 6. Caſtrenſ. *in d. l. qui duos*, *§. Si maritus*. Idem euenit, ſi ſimul ciuiliter moriantur coniuges, vt per profeſſionem in Religione, captiuitatem, aliumvè modum, Palac. Rub. *in d. rubric. §.* 74. *verſ. Ex hac infertur ad aliud.* Similiter ſi vir & vxor ſibi inuicem donauerint ei, qui ſuperuixerit, vtroque pariter decedente in eodem conflictu, vel diuerſis in locis, donatio euaneſcit, Pat. Molin. *d. diſp.* 289. Sanch. *d. diſp.* 14. *n.* 22. *verſ. Addit benè Coſta.* 39

Ad Num. 8.

Sequitur Menoch. *vbi proximè.*

Ibi : *Et hæc ſtipulatio eam conditionem habet.*

Maximè Interpretum extorſit ingenia difficultas, quæ oritur ex *d. l. quod de pariter*, *ff. de reb. dub.* quatenus ibi decidit, actionem ex ſtipulatione conditionali in ſtipulatoris hæredem non tranſire, contra textum in *§. Ex conditionali*, *Inſt. de verbor. obligat.* quare omnes diuinare conſtricti ſunt; & Caſtrenſ. *in d. l. qui duos*, *§. Si maritus*, putat de natura illius ſtipulationis eſſe, vt ſtipulator ſuperuiuat ei, quæ in matrimonio deceſſura eſt: quam interpretationem probant Menoch. *d. n.* 17. *verſ. Habes enim*, Pet. Barb. *in l. Caius*, *n.* 17. *ff. ſolut. matrimon.* & alij communiter, vndè cum in *d. l. quod de pariter*, mater vnà cum filia fuiſſet extincta; deficiente conditione à lege ſubintellecta, ſtipulatio commiſſa non eſt, vt hæres matris ad dotem agere poſſet, quamuis conditio explicita, *Si in matrimonio filia moreretur*, fuerit impleta. 40

Sed huic intellectui opponitur de *l. qui duos*, *§. Si maritus*, *ff. de reb. dub.* vbi viro, & vxore ſimul pereuntibus, ſtipulatio de dote, *Si mulier in matrimonio decedat*, committitur; quod non eueniret, ſi ſubintelligeretur ea alia conditio, *Si ſtipulator ſuperuiuat vxori*, quandoquidem ibi maritus ſuperſtes non fuit. Quam obiectionem diluere aliquis poterit aſſerens, in *eo textu*, non fuiſſe ſtipulatum maritum dotem, ſed alium. Hanc ſolutionem non admittit textus *in l. ſi poſſeſſor* 32. *§ vlt. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* vbi probatur, virum fuiſſe ſtipulatum dotis partem, *Si vxor in matrim. moreretur*, & nihilominus reſpondet Conſultus quod ſi vterque coniux ſimul pereat, hæres ſtipulatoris lucrum promiſſum conſequetur. Igitur inficiari non poteſt, in huiuſmodi ſtipulatione non deſiderari, vt prius mulier, quàm ſtipulator decedat, prout *Caſtrenſis*, & ſequaces exiſtimant. Nec replicet aliquis, præfatam deciſionem ex eo procedere, quod muliere & viro eodem conflictu peremptis, præſumitur illa vt debilior prius mortua, quod etſi verum non ſit, multi aſſeuerarunt, vt alibi dicetur; Reſpondendum eſt enim, Conſultum non agere de ruina, naufragio, vel alijs caſibus, in quibus dubium eſt, quis prior obijerit; ſed generaliter loqui de coniugibus eodem inſtanti ſpiritum emittentibus, etiamſi euidenter conſtaret, nullum alteri fuiſſe ſuperſtitem, adhuc enim idem iuris eſſet. 41

Quapropter rectiùs *Bart.* opinatur, *in d. l. quod de pariter*, interueniſſe conuentionem expreſſam, vt ita demum dos ad matrem pertineret, ſi ipſa filiæ in matrimonio decedenti ſuperuiueret: quod etſi non expreſſerit Conſultus, planè colligitur ea ratione quam tradit: quia ſcilicet mater filiæ non ſuperuixit; quem intellectum defendunt, ac probant Fontanel. *d. clauſ.* 4. *gloſ.* 24. *n.* 35. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 21. *num.* 38. Michael. Craſſ. *receptar. ſentent.* *§. Legatum num.* 47. Ferret. *ad conſtitut. de los impuberes*, *gloſ.* 1. *n.* 209. vbi teſtatur, ita fuiſſe iudicatum, Capyc. Latro *deciſ.* 2. *numero* 54. *part.* 1. 42

Verſ. *Tertiò*, *eadem ratione.*

Sic docet Menoch. *dict. lib.* 6. *præſumpt.* 50. *n* 18.

Verſ. *Quartò deducitur ex his.*

Inſtitutus & ei ſubſtitutus ſi eodem caſu ſimul decedant, 43
ſubſtitutio nullius eſt momenti, etſi vnus pubes & alter impubes

impubes ſit. Idemque iuris erit, ſi diuerſis in locis mortui fuerint. Pacian. *d.c.* .n.39. Mantic. *d.lib.5.tit.9.* .7. 12. Socin. *in d.§.cum in bello, n. 6. verſ. Ex quibus plura,* Menoch. verò *ſupra,n.* 19. 20. aliter ſenſit opinatus, *in l.ſed & in illo 19 ff.de reb.dub.* ex qua præmiſſa concluſio probatur; fratres tam inſtitutum, quam ſubſtitutum impuberes fuiſſe; quare in eis præſumi non potuit ſuperuiuentia ſubſtituti, vt tranſmitteret hæreditatem: quod ſecùs reſponderetur, ſi frater ſubſtitutus foret pubes; quæ conſideratio vt diminutoris admittenda non eſt, neque obſtat *d.l.qui duos §.vlt.in fine,* qua ille mouetur, nam ibi pater cum filio perijt, & de reciproca ſucceſſione inter eos tractabatur; at in *d. l.ſed & in illo,* fuerunt fratres, inter quos caſus differentia reperitur, vt paulo inferiùs probabitur, *n.*45.47.

Verſ. *Quintò, hinc oritur.*

44 Mortuo ſimul donatore, & eo, cui mortis cauſa donatum eſt, donatio tenet; & ſi fuerit reciproca, vtrinque firma manet; Fontanel. *d.gloſ.7.part.2.num.* 40. Heimol. *in l. 9. gloſ.4.num. 5.tit.4.part.5.* Mantic. *ſupra, lib. 12.tit.7. num* 10. Angul. *in l.1.tit.de las mejoras, gloſ.1.n.* 5. vbi alij: Menoch. *lib.3.præſ.37.n.45.& conſ.84.n.15.*

Verſ. *His obſtare videtur.*

45 Eſt certa regula, quàm *D. Couar.* præmittit, videlicet, duobus vnà extinctis incendio, naufragio, aliòve caſu, neminem alteri ſuperuiuere intelligi, nulla habita ſexus, ætatis, aut alterius qualitatis diſtinctione, *d.l.ſed & in illo, d. l. ſi inter.* Ad quam duplex ratio reddi poteſt. Prima, quia his caſibus omnia fato eueniunt, ſoletque robuſtus ante mori, quàm debilis, quia magis, aut citiùs opprimitur, quę cùm adeò incerta ſint, nihil in his certò ius conſtituere poteſt, nec præſumptionem inducere. Ita Donel. *in d. §. Cum in bello.* Secunda, nam cum eodem fortunæ impetu aliqui perimuntur, ſimul eos perijſſe, intelligendum eſt, quamuis coniectura aliqualis exiſtat, vt vnus alteri ſuperuixerit, argumento *l.quod ait lex 23. §. fin. ff. ad leg. Iul. de adulter.* & in coniunctis ordo non attenditur, *l. 2. §. Prius,* iuncto *§.Si quis ita ff.de vulgar.* vbi notatur; quæ conſideratio, cum ſimus in dubio contemnenda non eſt, licet ſi de ſuperuiuentia etiam momentanea conſtaret, ad iuris effectus attenderetur. Atque ita *D.Couar.* ſequuntur Ioan. Sadolet *in d.l.quod de pariter,* Coſta *in d §.cum in bello, verbo, quaſi filius ante perijſſet, n.*1.

46 His non obſtat textus in *l.ex facto.17. §. Si quis autem, ff.ad Trebellian.* vbi non dicitur, fideicommiſſum valuiſſe, quia pater liberis, qui cùm eo perierunt, ſuperuixiſſe præſumeretur; ſed ratio vera decidendi ad eum textum eſt, quam inter plures alias refert Coſta *in dict.§.Cum in bello, verbo, patrem prius mortuum, à principio,* ex Caſtrenſi *in d. l. ſi inter, verſ. Tertio fallit, ff.de reb.dub.* nempe quod illa conditio: *Si abſque liberis moriatur,* ex mente defuncti extitiſſe cenſetur, cùm liberi ſimul pereunt cum parente, etſi verba deficere videantur: quid enim intereſt, ſi veritas inſpiciatur, quem abſque liberis omnino decedere, aut ſimul cum eiſdem Interire? cum vtroque caſu ceſſet fauor eorum, quibus teſtator proſpicere voluit, qui ita demum excluſit ſubſtitutum, ſi illi, mortuo inſtituto, bona poſſint habere, & hoc niſi ſuperuiuant, nequit contingere. Nec refragatur, quòd *Coſta* huic intellectui opponit, quod ſcilicet fauor filiorum verſaretur in eo, quòd poſſent bona ad ſuos ſucceſſores tranſmittere: Quoniam hoc in conſideratione haberi non debet, cum repugnet teſtatoris voluntati, qui hoc commodo priuauit inſtitutum, dum ipſi dedit ſubſtitutum, & conſequenter, nec liberi eo gaudere deberent, ipſos enim defunctus cum ſubſtituto concurrentes præpoſuit, non autem ſucceſſores eorum, qui ex liberis non ſint, niſi iam ſubſtitutio eſſet extincta, bonis poſt parentis obitum in eos tranſlatis.

47 Sed à regula ſupra tradita nonnulli caſus excipiuntur, in quibus intuitu humanitatis, vel alia ſpeciali ratione vnus ex ſimul pereuntibus præmortuus creditur, iuxta veroſimiles coniecturas, perſonarum qualitate perpenſa. Hinc, quoties de ſucceſſione reciproca inter aſcendentes & liberos tractatur, qui ita pariter deceſſerunt, admiſſum eſt, vt, ſi filius ſit pubes, ſuperuiuere, ſin autem impubes, præmortuus intelligatur, *l.qui duos, §.vlt.l.cum pubere 23.cum l.ſeq. ff. de reb.dub.* Menoc *num.* 30. *verſ. Idem cenſuit,* Donel. *ſupra,* Caſtrenſ. *in d.l.ſi inter.* Hæc ita conſtituta ſunt, quia ſecundùm ordinem naturæ, ac parentum commune votum, liberi eiſdem ſuperuiuunt, ac ſuccedunt, *l. Iulianus 26.§.vlt. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtament. l. nam etſi parentibus 15.* vbi Glos. *ff. de inofficioſ. teſtament. l.ſcripto 6.§.fin.ff.unde liberi,* quæ coniectura alia vrgentiori cèditur, quando filius eſt impubes, qui ob imbecillitatem tenerrimæ ætatis præſumitur ante patrem in fata conceſſiſſe: quæ ratio communiter traditur ad *d.§.vlt.& leges cum eo proximè allegatas.* Ideo autem ad has coniecturas ventum eſt, quoniam inter has perſonas naturalis ratio, ac pietas ſucceſſionem inducit, vt probant præfata iura, & *l cum ratio 7.ff.de bon. damnator.* Socin. *in d. l. quod de pariter, n 7.verſ. Aliquando,* quem *D.Couar.* ſequitur in præſenti.

Exceptio eiuſdem regulæ eſt, quod habetur in *d. l. qui duos.§.cum in bello.* vbi præſumitur pater ante filium mortuus ex coniectura nuper tradita, etſi de ſucceſſione reciproca eorum, qui deceſſerunt, non agatur, ſed hoc ita ab Imperatore conſtitutum eſt humanitatis intuitu, vt Inſtructioſa hæreditas ad matrem perueniret; Menoc. *n.25. verſ. Tertia itaque,* Curt. Iun. *in l.precibus, num.40.C.de impub. & & alijs,* Alciat. *lib.10.parergon, cap.9.* Coſta *in dict.§.Cum in bello, verbo, Diuus Adrianus credidit.* & alij communiter. 48

Illud autem quod dictum eſt, quoties de ſucceſſione reciproca tractatur inter parentes & liberos, intelligi impuberem prius deceſſiſſe; limitatur, cum ei datus eſt pupillaris ſubſtitutus & extat mater; nam huius fauore contrarium eſt dicendum: ſcilicet patrem ſimul morientem non ſuperuixiſſe pupillo, ne per illum genitrix à filij excludatur hæreditate: quod colligitur ex *dict. §.cum in bello,* Menoch *num.34.* Alciat. *d.c.9.* Sed & idem videtur dicendum, licèt non ſit ſubſtitutus, ſed venientes abinteſtato ad bona patris, quoniam eadem ratio reperitur, & ſic poteſt ampliari, ſeu intelligi *d.§.cum in bello,* vt procedat, licèt filius ſit impubes. 49

Eſt itidem addendum, quòd ſi admittatur quocunque caſu præſumptio, quod impubes ob fragilitatem ante deceſſit, procedet, quamuis iam puberceret, ſi parùm ab impubertate diſtet, nam quoad animi & corporis vires inter pupillum, & qui proximus eſt pupillari ætati, nulla dignoſcitur differentia: atque ita Socin. in *l.mulier.n.10.& in verſ. Præterea, ff.de reb.dub.* tradidit, puellam tredecim annorum ante parentem mortuam eſſe præſumendum, ſi ſimul perierit; ſic Menoch. *num.*33. 50

Ad Num 9.

Alia itidem exceptio ad præmiſſam regulam traditur *in l.inter ſocerum 26.ff. de pact.dotalib.* vbi filius ante matrem mortuus præſumitur, quod ex eo prouenit, quia res aliter expediri non poterat; vndè ad veriſimilem coniecturam venire neceſſe fuit; ſtipulatus enim fuerat vir totam dotem, ſi filius anniculus matri ſuperuiueret, & partem ſi ante ipſam proles periret; caſus autem mortis ſimultaneæ fuit omiſſus: ſed quoniam contrahentes voluerunt omnimodo maritum dotale lucrum percipere, aut tota dos, aut pars eius debebat illi præſtari: in quo dubio Conſultus, ſecundùm quod veroſimilius erat, illum caſum decidit arbitratus, anniculum ante matrem in conflictu perijſſe; ad quod & regula iuris motus eſt, iuxta quam in obſcuris minimum eſt ſequendum, *l.ſemper 9.ff.de reg.iur.* & ſic partem dotis duntaxat deberi reſoluit. 51

Verſ. *Nam id dictum.* Ibi : *Aut planè poſſumus fateri.*

Nequaquam hoc fatendum eſt, etſi plures ſic ſentiant, 52
enim obſtet expreſſus textus in *d.l.ſed & in illo,* vbi pupillus non præſumitur ante ſubſtitutum mortuus, cum vterque ſimul extinctus eſt. Neque audiendus eſt Menoch. *n.19.* ſentiens, ibi etiam ſubſtitutum fuiſſe pupillum; quod mera diuinatio eſt; cùm ex *textu* minimè poſſit colligi, & non eſt, quod nos compellat ad huiuſmodi præſumptio-

nem admittendam, cùm iam rationem aſſignauerimus ſpecialem ad *d.l. inter ſocerum*, quæ maximè in contrarium vigebat: & *D.Couar.* compulit, vt ab ejs, quæ rectè tradiderat *ſupra*, hic deniaret.

Ibi: *Ex quo conſtat Bartolum.*

Hanc *Bartoli* diſtinctionem reiecimus, *ſupra*, *numer.* 38. ex alijs.

Ad Num. 10.

53 Si filius etiam pubes cum patre liberto ſimul decedat, non præſumitur ſuperuixiſſe, quamuis de paterna ſucceſſione tractetur, vt patronus admittatur; cuius fauore huc ita eſt ſpecialiter conſtitutum, Bart. *in d.l. quod de pariter, col.* 2. *verſ. Aut pubes*, Dyn *in d.l. qui duos, §. Si cum filio*, vbi Doucl. Curt. Iun. *in l precibus, numer.* 4. *Codic. de impub.* Menoch. *num.* 37.

54 Quod reſtringitur, vt non habeat locum in hærede patroni, Menoch. *n.* 39. Bart. *in d. § Si cum filio*, Socin. *ibi, col. vlt.* de quo dubitari maximè poteſt, ſi ſit ex liberis, argumento §. 1. *Inſt. de fiduciar. tutel.*

Ibi: *Quo in loco ſentit.*

55 Deciſionem *d. §. Si quis autem*, non procedere, ſi aſcendens fecerit ſubſtitutionem, de qua *ibi*, ſed quod ſubſtitutus excluderetur, admiſſa regula *d.l. qui duos, §. vlt.* docuit Menoch. *n.* 28. *verſ. Hunc caſum:* quod non omnino arridet, cùm in eo caſu ceſſet fauor eorundem aſcendentium, & deſcendentium, & teſtator cæteris omnibus ſubſtitutum prætulerit, vt diximus *ſuprà, num.* 46. de quo *num.* 25.

Verſ. *Omnibus his ad amuſſim.*

56 Quòd viro, & fœmina eodem naufragio, ruina, vel alio infortunio peremptis, præſumatur illa priùs obijſſe propter fragiliorem ſexus naturam, multi ſentiunt, vt Signorol. *conſ.* 155. Speculat. *tit. de procuratorib. §.* 1. *verſ. Vigeſimo quinto*, Dec. *in l.* 5. *n.* 44. *ff. de reg. iur.* Palac. Rub. *ſupra, d. §.* 74. *in princip.* Tiraquel. *de legib connubialib. l.* 8. *num.* 56. & alij laudati, *ſup. n.* 7. Contrarium tamen verius eſt, vt *D. Couar.* docet in præſenti, & tenent Pacian. *d. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 14. vbi diſputat; Menoch. *d. præſ.* 50 *n.* 14. Sadolet. *ſupra*, Fontanel. *d. clauſ.* 4. *gloſ.* 7. *part.* 2 *n.* 45. Nam quod viri robuſtioris naturæ ſint, quàm fœminæ, perpetuum non eſt, cùm paſſim fortiſſimarum mulierum fiat mentio; vt teſtantur Pacian. *n.* 15. Tiraquel. *vbi proximè, l.* 1. *num.* 135. & huc accedunt, qui exiſtimant, fœminam in vulneribus ſuſtinendis viro fortiorem eſſe, quos tamen *ſuprà* reprobauimus. Præterea quamuis concedatur, qualemqualem eſſe coniecturam, quæ dictet, virum diutius viuere poſſe; hæc ſufficiens non eſt, vt iuris præſumptio inducatur; vt in ſimili ratiocinatur Menoch. *d. lib.* 6. *præſ.* 51. *n.* 22. 23. atque ita cuius intereſt ad fundandam ſuam intentionem, fœminam ante virum ſuccubuiſſe, id tenetur probare. His iungenda ſunt, quæ diximus *ſupra, n.* 2. ex quibus omnibus ita eſt tenendum, non obſtante *l.* 12. *tit. penult. part.* 7. quæ expreſſim refragatur, cui *D. Couar.* eo modo, quo poteſt reſpondet, ſcilicet ibi deficere intentionem corrigendi ius commune in Legiſlatore.

AD CAPVT VIII.

Pœnam inſonti pro alterius crimine irrogari, licet omne ſit?

SVMMARIVM.

1 *Qui de materia fusè tractarunt.*
2 *Pœna quintuplex. & n.* 4. *&* 5.
3 *Eius definitio.*
6 *An iuſtum ſit, vt vnus pro alterius delicto coerceatur? cum numer. ſeqq. vſque ad* 7.
8 *Pœna vindicatiua culpam ſemper ſupponit.*
9 *Innocentes puniri, ius, non eſt.*
14 *Bruta etiam ob nefanda flagitia puniuntur.* 18.
17 *Inanimata etiam deſtruuntur.*
19 *Verbum*, viſitare, *in ſacris literis quomodò accipiatur.*
20 *Deum innocentes ob aliorum ſcelera extinxiſſe, demonſtratur.*
21 *Iure humano conſtitui non poteſt, vt quis pro alterius crimine corporaliter plectatur.*
22 *Sententia Imperatorum in* l. quiſquis, C. ad leg. Iul. Maieſtat. *reprobatur.*
23 *Iuſtè lex humana ex cauſa poteſt irrogare pœnam non corporalem liberis delinquentium; & quare? num.* 24. *&* 25.
26 *Nunquam Deus pro alienis peccatis pœnam ſpiritualem infligit: nec ab homine imponi poteſt, n.* 27.
28 *Irregularitas quando pœna cenſeatur.*
29 *Quorundam Sacræ Scripturæ locorum, quæ ſunt apud D.* Couar. *interpretatio remiſſiuè.*
30 *Theodoſij Imperatoris factum refertur.*
31 *Quibus pœnis hæreticorum deſcendentes afficiantur; & quædam notabilia circa id adijciuntur, vſque ad numer.* 37.
38 *De pœnis aduerſus liberos admittentium crimen læſæ Maieſtatis humanæ, & n.* 39. 40.
41 *Quis cognoſcat an officium ſit publicum, ne ad illud deſcendens proditoris admittatur.*
42 *Qua nobilitate priuentur liberi reorum læſæ Maieſtatis.*
43 *Vtrum in maioratum ſuccedant, ad num.* 46.
47 *An filij ob crimen læſæ Maieſtatis à matre commiſſum puniantur?*
48 *Nepotes rei læſæ Maieſtatis plectuntur, & num.* 49.
50 *Qui filij propter crimen læſæ Maieſtatis à parentibus patratum pœna afficiantur, vſque ad num.* 53.
54 *Filij hæreticorum vtrum beneficijs Eccleſiaſticis priuentur? ad n.* 57.
58 *Qui prohibetur officia, vel beneficia obtinere, non cenſetur obtentis priuari.*
59 *Infamia facti qui notatur, etſi beneficia Eccleſiaſtica aſſequi prohibeatur, iam quæſita non perdit.*
60 *Hæretici beneficijs Eccleſiaſticis priuantur, vſque ad numer.* 62.
63 *Filij hæreticorum ante crimen concepti cum pœnis ſubijciuntur? ad num.* 69.
70 *Quid de filijs reorum læſæ Maieſtatis humanæ? & numer.* 71.
72 *Filij vtrum dignitate, vel nobilitate paterna decorentur, ſi ante eam adeptam naſcantur; & an potior in ſucceſſione ſit, qui poſt patris dignitatem editur, quam antea natus? vſque ad n.* 80.
77 *Confirmatio nihil de nouo addit, ſed ijs quæ ſunt, robur & firmitatem præſtat.*
78 *Solutio* D. Couar. *ad argumentum* Calderini *defenditur.*
81 *Valet ſtatutum irrogans pœnam pecuniariam pro alieno crimine ex iuſta cauſa.*
82 *Idem eſt quoad infamiam.*
83 *Iuſte poteſt ſtatuto præcipi, vt pater pro delicto filij intra legitimam teneatur, de quo latè vſque ad numer.* 92.
93 *Parentibus, vel filijs delinquentibus, ſi bona eorum confiſcentur, quæ peculia Fiſco acquirantur, vel non, vſque ad num* 103.
104 *Si bona filij publicentur ob crimen, viuo patre, legitima ad Fiſcum non pertinet: vſque ad n.* 107.
108 *Fiſco mariti bona propter ipſius delictum occupante, dimidia pars bonorum, quæ matrimonio conſtante ſunt quæſita, eidem reſeruatur.*
109 *Statuto caueri poteſt, vt omnia peculia propter filiorum crimen Fiſco addicantur.*
110 *Patre ſoluente pœnam pecuniariam pro filio, quando poſſit ſolutum in legitimam imputari: vſque ad n.* 120.
121 *Nemo poteſt ſe ad pœnam corporalem, vel ſpiritualem, pro alterius delicto obligare.*
122 *Carceratus, cui imponenda eſt pœna pecuniaria, datis fideiuſſoribus, laxatur: ſecùs ſi corporalis, de quo vſque ad num.* 130.

123 *Conſue*

123 *Conſuetudine introduci poteſt, vt quis pro alieno crimine ad pœnam corporalem ſe valeat obligare.*
124 *Idem ſtatuto ſtabiliri poteſt, de quibus videas num. ſequent. vſque ad 136.*
137 *Excommunicationis ſententiam in Vniuerſitatem hominum ferre prohibitum eſt, vſque ad n. 144.*
145 *Excommunicatio maior niſi pro mortali peccato iniungi nequit, vſque ad num. 148.*
149 *Sententia maioris excommunicationis in Vniuerſitatem lata, nec nocentes ligat, niſi proferatur a Pontifice.*
150 *Interdicto Eccleſiaſtico Vniuerſitas perſonarum poteſt affici, & qua comprehendantur, vſque ad n. 161.*
162 *Ciuitas quæ proprium Epiſcopum interemit, Sede Epiſcopali priuatur.*

1 Circa ea quæ hoc capite explicantur, fusè diſſeruerunt D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 87. vbi Theologi communiter, Abulenſ. *in Ioſ. cap* 6. 7. *& in Matth. c.* 5. *a quæſt.* 320. Pat. Petr. Hurt. de Mendoç. *de fide, diſp.* 88. Pat. Sanch. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *cum ſeqq.* Alfonſ. à Caſtro, *de iuſt. hæreticor. punit. lib.* 2. *cap.* 10. *cum alijs*, Gutier. *Canonicar. quæſt. lib.* 2. *cap. vlt.* Simanc. *de Catholic. inſtitutionib. tit.* 29. Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 191. *& de crim. n. læſ. Maieſtat. quæſt.* 116. §. 3. Menoch. *conſ.* 99. *ex num.* 107. Pat. Molin. *de iuſt. & iur. diſp.* 658. *cum ſeq.* Hitton. Gigas *de crimin. læſ. Maieſtat. lib.* 3. *titul. de pœn. quas filij incurrunt*, Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *capit.* 41. *cum alijs*, Iul. Clar. *in prax. crimin.* §. *Hæreſis*, & §. *Læſæ Maieſtatis.*

Ibi: *Quæ pœnam innocenti.*

2 Eſt neceſſariò præmittendum, vt apertiùs procedatur, pœnam eſſe triplicem, medicinalem, ſatisfactoriam, & merè vindicatiuam. *Prima*, nullâ præcedente culpa, ſuſtinetur ad vtilitatem ipſius, qui patitur, vel ob alium bonum finem, de qua *Ioan. c.* 9. *verſ.* 3. *Neque hic peccauit, &c. & c.* 16. *verſ.* 33. ibi: *In mundo preſſuram habebitis.* Habac. *c.* 1. *verſ.* 13. *Quare reſpicis contemptores, & taces, calcante impio iuſtiorem ſe*, Paul. *ad Hebr. cap.* 11. *verſ.* 36. *Alij verò ludibria, & verbera, &c.* De quo D. Auguſt. *de Ciuit. Dei, lib.* 4. *cap.* 3. ibi: *Nam iuſtis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non eſt pœna criminis, ſed virtutis examen.* Pet. Gregor. *ſyntagmat. lib.* 32. *cap.* 4. *num.* 4. Lege etiam humana huiuſmodi pœna ſolet irrogari, veluti cum quibuſdam perſonis rerum ſuarum alienatio interdicitur, *l. ff. de manumiſſionib.* §. *Eadem lege, Inſt. qui & ex quib. cauſ.* §. 1. *Inſt. quib. alien. lic. vel non*, hoc enim, cùm ſit voluntati contrarium, pœnæ rationem habet, vt ex eius definitione ſtatim tradenda conſtabit, & priuantur domini iure ſuo de proprijs bonis diſponendi, in quibus quiſque eſt moderator, & arbiter, *l. in re mandata* 21. *C. mandat.* tamen eorundem gratia ita conſtitutum eſt.

3 Secunda, ſatisfactoria ſcilicèt, culpam ſupponit, ſed non præcisè illius, cui pœna imponitur, quam ſolent innocentes ob aliena peccata ſuſtinere, vt Chriſtus Dominus, Iſaiæ *cap.* 53. *verſ.* 4. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, & verſ.* 5. *Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. & verſ* 8. *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.* Paul. *ad Roman. capit.* 28. *verſ.* 32. *Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* Sic etiam legibus comparatum eſt, vt, qui damnum non dederunt, ad illud reſarciendum teneantur; *l.* 4. *in fin. tit.* 7. *part.* 5. *l.* 1. *& per totum tit. ff. de noxalib. actionib.* & apud plures Reſpublicas ita ſtatutum eſt, quod iuſte fieri poteſt, vt probat D. Couar. *infra, hoc capit. num.* 7. vbi de huiuſmodi ſtatutis agendum nobis erit.

4 Vindicatiua tandem, quæ ſola propriè pœna nuncupatur, regulariter delictum eius, cui infertur, requirit; de qua Iob *cap.* 4. *verſ.* 7. *Quis vnquam innocens perijt, aut quando recti deleti ſunt? quin potiùs vidi eos, qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos, flante Deo periiſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos.* Pſalm. 36. *verſ.* 25. *Iunior fui, etenim ſenui, & nunquam vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.* D. Auguſt. *lib.* 1. *retract. cap.* 9. *omnis pœna, ſi iuſta eſt, peccati pœna eſt.* Huc ſpectant leges, vbi de criminibus coërcendis tractatur, quæ extant ſub *lib.* 47. *Digeſtor.* Hanc pœnæ diuiſionem probant, Pat. Valent. *tom.* 2. *in* 1. 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 7. *de vert. effect. peccati, punct.* 1. Pat. Becan. *in ſumm. Theolog. ſcholaſtic. tom.* 2. *tract.* 2 *capit.* 8. *de pœna, q.* 2. Pat. Suar. *tom.* 1. *in* 3. *tract.* 5. *diſp.* 7. *ſect.* 1. *ex numer.* 5. Petr. Greg. *ſup.* vbi de medicinali, & vindicatiua; & *cap.* 1. agit de etymologia, & docet nomen, *pœna*, à Græco vocabulo deriuari, quod peccati vltionem ſignificat.

Pœna igitur hæc propriè ſumpta (de qua in præſenti 5 ſermo erit) *eſt malum ſiue incommodum aliquod naturæ, aut voluntati contrarium, quod eo fine infligitur, vt culpa vindicetur.* Quam definitionem ex D. Auguſt. & Thom. deducunt, & exornant, Becan. *ſup. quæſt.* 1. *num.* 1. Valent. *d. punct.* 1. *verſ. Igitur*, Suar. *d. ſect.* 1. *num.* 1. aliam definitionem tradit Alfonſ. a Caſt. *de pot. leg. pœn. lib.* 1. *capit.* 3. & aliam vide apud Cuiac. *in parat. ad tit. ff. de pœn.*

Ibi: *Nam iniquas eſſe probatur.*

Iniquum eſſe, vt quis alieni peccati pœnas innocens 6 luat, non paucis Sacræ paginæ teſtimonijs poteſt comprobari, Geneſ. *cap.* 18. *verſ.* 25. *Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio.* Numer. *cap.* 16. *verſ.* 22. *Num vno peccante, contra omnes ira tua deſæuiet?* Ierem. *c.* 31. *verſ.* 30. *Sed vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur.* D. Paul. 2. *ad Corinth. cap.* 5. *verſ.* 10. *Vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.* Et ad Galat. *capit.* 6. *verſ.* 5. *Vnuſquiſque onus ſuum portabit.* Ex quibus, & ſimilibus Sacri Interpretes communiter ſentiunt, nunquam Diuinam iuſtitiam, in inſontes aliena crimina vindicare, de quo D. Hieron. *in Ezechiel. cap.* 18. *ſup. illud: Anima, quæ peccauerit, &c.* Ita diſſerit. *Non ideo filij puniuntur in tertiam, & quartam generationem, quia deliquerunt patres eorum, cum patres potius, qui fuerunt peccatores, puniri debuerint: ſed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum hereditario malo, & impietate in ramos quoque de radice creſcente.* Cui ſententiæ ſe ſubſcribunt D. Chryſoſtom. *homil.* 25. *in Geneſ.* Gregor. *lib* 5. *moral. c.* 34. Anſelm. *de concept. virginal. c.* 25. Thom. 2. 2. *quæſt.* 108. *art.* 4. *ad argument.* Nicol. de Lyra *in illud Exod. cap.* 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, &c.* Suar. *ſup. d. ſect.* 1. *num.* 9. 10. Hect. Pint. *in loc. proximè citat. Ezechiel. pag.* 249. Becan. *d. c.* 8. *q.* 1. *n.* 3.

Id ipſum humanarum legum authoritate poteſt affatim comprobari; *cap. non debet* 22. *cum ſeq. de reg. iur. in* 6. *cap. Iudæi* 7. *& per totam* 1. *quæſt.* 5. *cap.* 1. 24. *quæſt* 3. *l.* 10. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat. l.* 9. *tit.* 31. *part.* 7. *l. filium* 9. *ff. de Senatorib. l. adoptiuum*, 8. §. *fin. ff. de in ius vocand. l ſi maritus* 27. *ff. ſolut. matrimon. l. fin. ff. ad Syllanian. d. poſt legatum* 5. §. *ſi pater, ff. de ijs, quib. vt indign. l cum ratio*, 7. *ff. de bon. damnator. l. ſi pœna* 20. *l. crimen* 26. *ff. de pœn. l.* 2. §. *nullum, l. ſpurij* 6. *ff. de Decurionib.*

Quod nedum in pœnis, ſed etiam in ciuilibus obliga- 7 tionibus placuit: vt ſcilicèt nemo pro alienis debitis teneatur, *cap. vnic. de iniur. in* 6. *l.* 1. 2. 3. 7. *tit.* 17. *lib.* 5. *Recopilat. l.* 15. *tit.* 10. *part.* 7. *l.* 1. *& per totum tit. C. ne fil. pro patr. & ne vxor pro marit. l. prouidendum* 23. *C. de Decurionib. lib.* 10. *l. vnic. C. vt nullus vicaneor. lib.* 11. *l. hac definitione* 12. *C. de omn. agro deſert. eod. lib.* Atque ita iniuſtas eſſe leges, quæ, vt vnus pro alio aſtringatur, præcipiunt; docent Bald. *in* §. *ſancimus, C. de pœn.* Gigas *dict. tit. de pœn. quas fil. incur. c.* 14. *à num.* 12. Menoch. *conſ.* 123. *in addit. num.* 7. Cyriac. *controuerſiar. forenſ. tom.* 2. *controuerſ.* 289. *num.* 2. Luc. de Penna *in l. iure promiſſum, C. de fabricenſib. lib.* 11. Caſan. *conſ.* 1. *n.* 4. Bobadill. *in Politic. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 21. *n.* 250. Dueñas *reg.* 345. Crauet. *de antiquit. tempor. part* 4. *princip. numer.* 157. Viui. *commun. opinion. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 36. *de inoffic. teſtament. num.* 55. Surd. *deciſ.* 49. *num.* 11. Ioann. Igne. *in l. vlt. numer.* 44. *ff. ad Syllanian.* Angel. *in l. fallaciter, C. de accuſationib.* Decian. *ſup. d. lib.* 7. *cap.* 42. *num* 47. 48. Roland. *conſ.* 74. *n.* 20. & 21. *lib.* 3. Bonacoſſ. *commun. tom.* 2. *lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 7. Becci. *conſ.* 8. *num.* 20. Alciat. *emblemat.* 174. cuius inſcriptio eſt: *Alius peccat, & alius plectitur*, & ibi Claud. Minois. Contrarium probatur, *infrà, ex num.* 16.

Ibi : *Cum criminis pœna culpam neceſſariò præmittat.*

8 Pœna vindicatiua ſemper culpam ſupponit, & abſque iſta, illa eſſe non poteſt; *l. aliud eſt fraus 131. ff. de verbor. ſignificat.* D. Auguſt. *ſupra dict. lib. 1. retract. cap. 9.* D. Thom. *2. 2. dict. quæſt. 108. art. 4. in ſolut.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 185. num. 4.* Valent. *dict. punct. 1. verſ. Quo poſito*, Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 133. num. 35. & controuerſ. 258. n. 1.* Surd. *deciſ. 27. num. 1.* Thom. de Thomaſſ. *regul. 283.* Auguſtin. Barboſ. *de axiomat. iur. axiom. 62. & 181.* Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom. 1. c. 2. dubit. 4. ſect. 3. num. 2.* Cened. *ad lib. 6. Decretal. collectan. num. 2.* Carlen. *l. de iudic. tom. 2. tit. 3. diſput. 8. ſect. 2. num. 14.* Mart. Alter. *de cenſur. tom. 1. lib. 5. diſput. 8. cap. 8. verſ. Reſpondeo ſi mercator*, Caramuel *in Theolog. fundament. num. 1058.* qui pœnam à pœnalitate diſtinguit. Imò, pœna culpæ metas excedere nequit, *cap. vlt. §. illud autem, de pœn. in 6.* de quo *infra, cap. prox. in princip.* vbi D. Couarr. doc. 1, nam ſunt correlatiuæ, Caſtr. *ſup. d. cap. 3. verſ. Vltimò additum eſt.* vbi latè præmiſſam probat concluſionem.

Ibi : *Deindè innocentem puniri.*

9 Innocentes pœnis afficere ab omni iure, ac ratione prorſus alienum eſt; quare prohibetur Exod. *cap. 23. verſ. 7. Inſontem, & iuſtum non occides.* (Quam legem Moyſes in extremis agens Populo commendauit, teſte Ioſepho *lib. 4. antiquitat. Iudæor. c. 8.* quem refert Menoch. *d. conſ. 99. n. 215.*) *dict. c. 1. 24. q. 3. l. 12. tit. 14. part. 3.* Guttier. *d. c. 30. n. 15. 16.* Menoch. *n. 216.* Quod adeò intrinſecè malum eſt, vt, ſi tyrannus vrbi exitium minaretur, quod non aliter effugi poſſet, niſi occidendo inſontem, potiùs omnes perire deberent, quam tale flagitium perpetrare, Bonacin. *oper. moral. tom. 2. diſp. 2. de reſtitut. q. vlt. punct. 1. n. 1.* Pat. Molin. *de iuſt. & iur. tom. 4. tract. 3. diſp. 10. num. 4.* Valent. *tom. 3. in 2. 2. diſp. 5. de iuſt. q. 8. punct. 2. col. 1160.* Pat. Hurtad. *tom. 1. de Charitat. diſp. 169. de bello ſect. 13. §. 100.* Diana *reſolut. moral. part. 5. tract. 3. reſolut. 23.* Omnes tamen fatentur, poſſe eo caſu ad liberandum ſe Rempublicam tradere hoſti inſontem, quamuis certò ſciatur, ab eo occidendum. Imò ſi iuſſus Reipublicæ obedire hoc caſu innocens detrectet ſe defendendo, aut ſubtrahendo, iure occidi poterit, quia non obtemperando delinquit, vt obſeruat Dian. *vbi proximè*, cùm debeat ſalutem communem propriæ vitæ præponere, vt ex alijs dixi *ſup. lib. 1. c. 2. n. 81.*

Ibi : *Ex aduerſò non deſunt ſacri eloquij.*

10 Quod iuſtè poſſit aliquis puniri pro delictis ab alio perpetratis, plura ſacra eloquia demonſtrant, Exod. *c. 34. verſ. 7. Qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus in tertiam, & quartam generationem*, Leuitic. *c. 26. verſ. 40. Et propter peccata patrum ſuorum, & ſua, affligentur.* Numer. *c. 14. verſ. 18. Qui viſitas peccata patrum in filio in tertiam, & quartam generationem.* Deuteron. *c. 28. verſ. 46. Et erunt in te ſigna, atque prodigia: & in ſemine tuo vſque in ſempiternum, eo quod non ſeruieris Domino Deo tuo.* Quibus addenda ſunt, quæ refert D. Auguſt. *lib. 6. contra Iulian. c. 21.* ibi: *Quam multa ſunt diuinarum teſtimonia ſcripturarum, quæ parentum peccata obligant filios, enumerare quis poſſit? Cur enim peccauit Cham, & in eius filio Chanaan vindicta prolata eſt? Geneſ. c. 9. Cur pro peccato Salomonis, filius eius deminutione regni punitus eſt? 3. Reg. c. 12. Cur peccatorum Achab Regis Iſrael in eius poſteros pœna dilata eſt? 3. Reg. c. 20.* Hæc Auguſt. Similiter ob peccatum Saulis in Gabaonitas poſteri illius ipſis crucifigendi traduntur, *2. Reg. c. 21.* Pro peccato Achan Populus ab hoſtibus eſt percuſſus, *Ioſ. c. 7.* Et quia deliquit Dauid multi de plebe extincti fuerunt, *2. Reg. c. 24.* Hinc Apoſtoli putauerunt, illum cæcum à natiuitate, de quo *Ioan. c. 9.* potuiſſe pœnam cæcitatis ſuſtinere ob parentum peccata, ideoque Dominum interrogarunt, an ipſe, vel parentes eius peccauerint, vt cæcus naſceretur; de quo alia *n. 20.*

11 Ex quibus multi Sancti Patres, aliique Interpretes tenent communiter, Deum pœnas temporales infligere innocentibus pro peccatis ab alijs commiſſis ob cauſas ſibi cognitas. Ita præter D. Auguſtinum *vbi proximè*, Euſeb. *lib. 12. de præparat. c. 25.* Magiſt. *ſententiar. 2. diſt. 36.* Abulenſ. *Ioſ. 7. q. 32.* Pat. Vazq. *tom. 1. in 1. 2. diſputat. 35. c. 1. n. 4.* Maldonat. *in Euangel. ſup. illud Ioan. c. 9. Rabbi quis peccauit, &c.* Alexand. de Hales *part. 1. q. 37. memb. 3. art. 4. & in 3. part. q. 41. memb. 4. art. 1.* Valent. *ſupra, punct. 2. verſ. Altero modo*, Hurtad. *de Fide, tom. 1. diſput. 88. ſect. 1. §. 2.* vbi eſſe de Fide aſſeuerat, Alfonſ. à Caſtro *d. lib. 2. c. 10.* Guttier. *ſupra, n. 8.* Ojeda *de incompatibilit. beneficiorum, c. 1. n. 104.* Simanc. *d. tit. 29. in princip.* Auguſtin. Barboſ. *in collectanea ad c. non debet, n. 3. de regul. iur. in 6.* Anton. Gomez *variar. lib. 3. cap. 2. num. 13.* Menoch. *dict. conſ. 99. ex num. 212.* Petr. Gregor. *dict. c., num. 4.*

Sic etiam tam Canonicis conſtitutionibus, quàm Ciuilibus, aliena ſcelera in liberis, & alijs coërcentur iuſta de cauſa, *cap. 1. de fil. Presbyteror. capit. non eſt vobis 11. de ſponſa ib. capit. vt gens 10. de hæretic. capit. nobis 27. & ibi Gloſ. de ſimon. cap. §. Hæreticò, capit. ſtatutum 15. de hæretic. in 6. cap. vnic. Contra natos, de ſchiſmatic. cap. vltim. 3. Quòd ſi quis, de pœn. eodem lib. 6. capit. ſi quis 22. §. Filij verò 6. quæſt. 1. capit. cum multa quæſt. 3. l. & 3. titul. 3. lib. 8. Recopilat. l. 3. tit. 8. eod. lib. l. 6. verſ. Elos que dellos deſcendieſen, tit. 27. part. l. 2. titu. 2. l. 9. tit. 31. part. l. quiſquis 5. §. 1. C. ad leg. Iul. Maieſtat. l. Diuo. 11. C. de quæſtionib. l. Imperialis 24. §. His illud, C. de nupt. Authent. Gazaros, C. de hæretic.* 12 Quod iuſtiſſime fieri poſſe probant, *text. in capit. ſine culpa 24. de regul. iur. in 6.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 56. num. 6.* Cardin. Turrecrem. *in cap. vndecunque 3. 56. diſtinct.* Anton. Gomez *vbi proximè*, Caſtr. *ſupr. capit. 11.* Rozas *ſing. 66.* Guttier. *numer. 25.* Simanc. *vbi proximè*, Ceuall. *quæſt. 653.* Petrus Faber *ſemeſt. lib. 3. capit. 8.* Quibus iungendi ſunt laudandi *infra, num. ſeq.*

Ad Num 1.

Quod Diuino, & humano iudicio iuſtis de cauſis poſſit 13
ei, qui non deliquit, pro alieno delicto pœna irrogari, ſatis nuper tradita ſuadent; idemque expreſſim aſſeuerant, Tuſch. *lit. P. conc. 212. num. 41.* Farin. *in prax. qu. 24. n. 154.* Petr. Greg. *ſup.* Caſtil. *controu. lib. 4. c. 103. n. 19.* Guttierr. *ſup. num. 26.* Aug. Barboſ. *in collect. ad cap. renouantes, n. 9. 22. diſtinct.* & quod attinet ad iudicium Diuinum cauſa quærenda non eſt, cum enim Deus ſit abſolutus Dominus vitæ creatæ, poſſitque pro ſuo arbitrio eam donare, vel auferre, poterit ex alieno peccato occaſionem ſumere ad necem alicuius, vt inde ſuæ iuſtitiæ ſecretas leges oſtendat; Hurtad. *dict. 2.* Pat. Vazq. *ſup. diſp. 135. cap. 1. num. 5.* Guttierr. *n. 20. verſ. Præterea, in fine.* In quo eſt animaduertendum, has pœnas temporales, quæ diuinitus pro alienis criminibus infliguntur, ipſis patientibus ad ſalutem ſpiritualem proficere, vt probat D. Auguſtin. *in Ioſ. cap. 8.* ibi: *Viſibiles afflictiones hominum, ſiue mortes, quoniam ijs, quibus ingeruntur, & obeſſe, & prodeſſe poſſunt, nouit Dominus in occulto prouidentia ſua quemadmodum iuſtè quibúſque diſpenſet, etiam cum aliorum peccata in alios videtur vlciſci.* notat Hurtad. *vbi proximè*, Guttierr. *num. 19.* Menoch. *d. conſ. 99. num. 213.* Simanc. *d. tit. 29. num. 3. 5.* Petr. Greg. *d. c. 4. n. 4.* Leges verò humanæ, niſi de cauſa conſtet, ob quam in inſontes vindicent facinus alienum, iniquæ habebuntur, nec ſeruari debent; vt notatur *in d. cap. ſine culpa, de reg. iur. in 6.* Oſaſc. *Pedemont. deciſ. 68. n. 25.*

Ibi : *Sic Leuitic. cap. 20.*

Leuitic. *cap. 20. verſ. 15.* ita legitur : *Qui cum iumento, & pecore coierit, morte moriatur : pecus quoque occidite. Mulier, quæ ſuccubuerit cuilibet iumento, ſimul interficiatur cum eo.* 14
Et hodie idem in praxi ſeruatur, de quo Ant. Gom. *in l. 80. Taur. num. 35. verſ. Aduertendum*, Alfonſ. à Caſtr. *lib. 4. aduerſ. hæreſ. verb. Coitus cum iumento*, Aluar. Pelag. *de planct. Eccleſ. lib. 2. c. 2.* Menchac. *controu. illuſtr. c. 96. n. 11.* Roland. *conſ. 7. à princip. lib. 1.* Clar. *d. lib. 5. receptar. ſentent. §. Fornicatio, n. 27. & §. fin. quæſt. 99. n. 8.* vbi Baiard. *n. 10.* Boer. *dec. 316. ex n. 6.* Roxas *ſingul. 102.* Caball. *reſolut. crimin. tract. de homicid. n. 81.* Tiraq. *de pœn. temperand. cauſ. 49. n. 39.* Tuſch. *practicar. concl. lit. C. concl. 413. n. 30. 31.* Matienç. *in dialog. relator. part. 3. c. 64. n. 6.*

Quo

15 Quo caſu animalis domino pretium ſoluendum eſſe ex bonis Rei; aut ſi non extent, ex pecunia Fiſcali, docet Villar. *in ſyln.reſponſor.lib.1.reſponſ.4.ex num.11.* Petr. Barboſ. *in comment.ad Ordinament. Reg. Luſitan. lib.5. titul.13. §.2.* quamuis contrarium ſentire videatur, Ant. Gom. *in l.1. Taur.n.11.verſ.Item finaliter,in fine.*

16 Sed & ſi homo, vel mulier, quæ ſe bruto turpiter commiſcuit, aliqua de cauſa vltimo non afficiatur ſupplicio, adhuc animal extingui debet, ne ſceleris nefarij memoriam refricet, Tuſch. *d.n.30.* Boer. *ſup. n.4.* etſi diſplicear Clar. *d.q.99.n.8.*

17 Inſenſibilia quoque ob delictum ab homine commiſſum leges perire iubent, veluti domum eius, qui læſæ Maieſtatis reus condemnatur, *cap.fœlicis,in princip. de pæn.in 6.l.6. tit.13.l.6.tit.27.part.2.cap.vnic.§. Receptatoribus, de pac. tenend.in vſib. feudor.* Ant.Gom. *d.cap.2. num.11.* Afflictis *tit. quæ ſint Regalia,verb.& bona committentium,num.57. in 19. ſpecial.* Paradox. *rer.quotidianar.lib.1.cap.vlt.in princip.* Gig. *ſup.tit.de pœn. committent. crim.laſ. Maieſtat. q.35.* Baiard. *ad Clar.d.lib.5.§.Læſæ Maieſtatis,num.25.verſ. Decimumnonum,* Farinac. *de crimin.laſ.Maieſt.q.116.§.1.n.28.* Pet.Greg. *d.lib.32.cap.2. num.12.*

Ibi : *Olim ſanè apud Athenienſes.*

18 Aliquibus in locis animalia, etſi ratione careant, nec delinquere poſſint, puniri vſu receptum eſt; vt teſtantur *Clar.d.n.8.* Guid.Pap.*deciſ. 238.* qui aſſeuerat, ſe vidiſſe in Burgundia ſuem furcâ ſuſpenſum, quoniam puerum necauerat, Toſch. *lit.A,concluſ.332.n.2.* & aduerſus ea ferri ſententiam poſſe, docent poſt Albericum, & Gandin. Gregor.Lop. *in l.24.gloſ.7. tit.15. part.7.* Bobadill. *ſup. tom 2. lib.4.cap.5.num 28.* Pet.Greg. *d.n.12.* vbi ait Athenis, ligna, lapides, & ſimilia exterminata eſſe, quia delapſa homines oppreſſerunt; quæ à iure Diuino originem habuere, *Exod. 21.verſ.28.* cuius loci paulò ſuperiùs meminit D.Couarr.

Verſ. *Secundò quandoque.*

Hanc concluſionem pluribus comprobauimus *ſup. numer.9.cum ſeqq.*

Ibi : *Hic verò locus, etſi variè.*

Ad locum iſtum videas D.Hieronym. *in Ezechiel. c.18.* D.Thom. *1.2.quæſt.87.art.8.* Adrian. *quodlibet.12. part.1.* & alios laudatos *ſup. n. 6.11.*

Ibi : *Siquidem viſitare Deum.*

19 Verbum, *viſitare*, in Sacris literis modò in malam, modò in bonam partem accipitur: nam Deus dicitur viſitare, cum beneficia confert, aut ſubuenit afflictis, Geneſ. 21. *verſ.1.& c.50.verſ.23.* Exod.*cap.3.verſ.16.& cap.4.verſ.31.* Reg.*lib.1.cap.2.verſ.21.* Quibus in locis, & alijs pluribus, *viſitare*, in bonam partem ſumitur. In malam verò verbum idem non minus frequenter vſurpatur, viſitat enim Deus, quando affligit, & tanquam iudex exigit pœnas, *Exod.c.32. verſ.34.* ibi : *Ego autem in die vltionis viſitabo, & hoc peccatum eorum.* Leuitic. *cap.18. verſ.25. Cuius ſcelera viſitabo,* & *cap.26. verſ.16. Viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore,* Iſaiæ *c.23.verſ.17. Viſitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes ſuas.* Ita Maldonat. *ſup. Luc.cap.1. col. 923. lit. B.* Et in hoc vltimo ſenſu accipiunt Expoſitores Sacri illud *Exod.20. Ego ſum Deus Zelotes, &c.* Prout videre eſt apud laudatos *ſup. num. 6. 11.* quos ſequuntur ex noſtris Menoch. *d.conſ.99.num 210.* Guttier *n.2.* Auguſtin. Barboſ. *in collectan.ad c.non debet,n.4.de reg.iur.in 6.*

Ibi : *Eadem ratione conſtat.*

20 Innocentes aliquando ob aliena ſcelera à Deo fuiſſe percuſſos patet. Sic primogeniti Ægyptiorum etiam paruuli interfecti ſunt, *Exod.c.12.* Amalecitarum infantes occidere Sauli præcipitur, *Reg.1. cap.15.* Dauidis puerulus ob eius peccatum moritur, *Reg.2. cap. 12.* Quod latè proſequitur Gratian. *in §.Item peccato, 1. quæſt.4.* vbi ait : hæc ira Deo placuiſſe propter myſterium, aut in deteſtationem peccati, vel in flagellum eorum, qui deliquerunt. Alia exempla adducit Petr. Greg. *ſup. dict. capit.4. numer 4.* aſſerens has pœnas eiſdem innocentibus eſſe proficuas, de quo *ſup. numer. 10. & 11.*

Verſ. *Tertia, humana lex.*

21 Nullo iure humano conſtitui poteſt, vt quis pro delicto non ſuo corporalem pœnam ſubire compellatur; Par.Suar. *de Fide.diſp.22.ſect.3.num.2.* Hurtad. *ſup.§.3.cum ſeqq.* Vazq. *d.diſp.135.cap.3.num.11.verſ. Multò tamen,* Farinac. *in prax. crimin.quæſt.24.num.190.* Tuſch. *lit. S. conſ.618. num.3.* Menoch. *vbi proxime num.115.216.* Guazzin. *de defenſ.reor. defenſ.33.circa prin.num.8.verſ.Tamen dicta iura,* Guttierr. *ſup. ex num.22.* Caball. *reſolut crimin.caſ.149.num.20.* Ant. Gabriel. *commun. lib.3. tit. de iur. quæſito non tollend. concluſ.2. num.19.* Clar. *ſup.§. fin. quæſt.86. num.5.* Cartar. *de exequut. ſent.capt.bannito, in præfat. num.71.* Alfonſ. à Caſtr. *de pot. leg.pænal.lib.1.cap.9.verſ.Reſtat.fol.77.lit.C.* Menchac. *controuerſiar. illuſtr. lib.3.c.96. num 14. verſ. ad prædicta optimè ſeruis.* Hoc enim humanam excedit poteſtatem; licèt Diuina effici iuſtè poſſit, vt ait *Suar.* quamuis non deſint, qui ob publicam vtilitatem valere ſtatuta, quæ in inſontes aliena crimina vindicant, opinentur; de quo Tuſch. *lit.P. conſ.212.num.45.* Cartar. *ſup.ex num.73.* Angel. *conſ.63.* Deci. *conſ.64 num.3.4.* Guazzin. *ſup.* qui Florentiæ tale ſtatutum eſſe referunt. Similis lex fuit apud Macedones, qua omnes propinqui eius, qui in perſonam Principis quicquam molitetur, capite plectebantur, quam vt cruenta acerbitate plenam Alexander Magnus obrogauit, refert Menoch. *d. conſ.99.num.224.ex Quint. Curt.*

Ibi : *Quamobrem ſatis iniquè.*

22 Similiter ſententiam Imperatorum, quatenus ex indulgentia filijs reorum criminis læſæ Maieſtatis vitam concedere iactanter affirmant, *in dict.l. quiſquis, §.1.* carpunt. Pat Hurt. *ſup.§.5.* Vazq. *cap.3. in fin.* Alfonſ. à Caſt. *de inſt. hæretic.punit.lib.2.cap.11. num.6.* Guttier. *num.25.* Menoch. *num.216.* Eam tamen minus rectè probant Bald. *in dict. l. quiſquis, in princip.verſ.Filijs, de miſericordia,* Decian. *dict. lib.7.cap.41.num.1.* Farinac. *in prax.tit.de crimin.laſ. Maieſt. quæſt.116.§.3.num.74.* Ratio etiam, qua Legiſlatores vtuntur, futilis eſt, ibi : *Paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt, hæreditarij criminis exempla metuuntur.* Tum quia hæc præſumptio, quòd liberi parentum mores imitentur; non eſt efficax, cum ſæpiſſime fallat, vt propter eam innocens occidatur; Simanc. *ſup.tit.50. numer.11.* Menoch. *de præſumpt.lib.1.quæſt.15.num.25.* Alciat. *eod.tract. lib. 1. præſumpt. 24.* Tum etiam quoniam pœna præcedere culpam non debet, nec pro futuro crimine quiſquam puniri poteſt, vt fusè probat Alfonſ. à Caſt. *de pot. leg. pænal. lib.1. cap.2. verſ. Vltimò additum eſt, à princip.* Imò *dict.l. quiſquis*, dum in filios ſtatuit, iniquam, nec in foro conſcientiæ ſeruandam, ſentiunt Merlin. *de Legitim.lib.3.tit.1. quæſt.30.num.26.27.* Farinac. *dict.q.116.§.3.num.145.* Ceuall. *d.q. 653. ad finem :* qui plures referunt, quod probat Pat. Hurtad. *ſup.§.5. cum ſeq.*

Verſ. *Quarta, poterit ſanctiſſimè.*

23 Poteſt lex humana pœnam bonorum, vel aliam; quæ corporalis non ſit, liberis ob parentum crimina irrogare, iuſta interueniente cauſa; quam concluſionem probant iura cumulata *ſup.num.12.* Pat. Vazq. *dict. cap.3. numer.11.* Suar. *ſect.1.numer.3.* Menoch. *d. conſ.99. num.218.* Guttier. *num.15.* Alfonſ. à Caſt *d.cap.11.* Simanc. *tit.29.* Ant. Gom. *d.cap.2.num.13.* Auguſt.Barb. *in collect.ad cap.ſine culpa, de reg.iur.in 6.* Clar. *d.q.86. num.7.* Farin. *in prax.q. 24.n. 158.* Tuſc. *lit.P.conc.212.num.50.* Afflict. *in conſtitut.Regn.Neapol. lib.1.rubric.2.num.82.* Dueñas *reg.345 iun fallent. 14.* Dec. *in l.filius,n.1.C.de pact.* Boer. *deciſ.127.* quicquid placeat Pat. Hurtad. *ſup.§.6.* & alijs, qui ſentiunt, filios directò puniri non poſſe amiſſione bonorum, vel alia ob parentũ delicta.

Rationem

24 Rationem proximæ aſſertionis, quæ hic à D.Couarr. probatur, tradidit Cicer. *lib. 1. epiſtolar. ad Brut. epiſt.13.* ibi: *Nec verò me fugit, quàm ſit acerbum parentum ſcelera filiorum pœnis lui; ſed hoc clarè legibus comparatum eſt, vt charitas liberorum amiciores parentes Reipublica redderet.* Eamque amplectuntur, Menoch. *de præſumpt. lib.5. præſ.33. ex num.6.* vbi hanc potiſſimam eſſe aſſeuerat, Guttier. *vbi proximè,* Sanctarel. *de hæreſ. c.34. dub.3. num.23. verſ. Octauo,* Farinac. *d. quæſtion.* 116. §. 3. *numer.* 73. Caball. *ſup. caſ.147. num.22.* Neapodan. *in conſtitutionib. Sicil. verb. ipſorum filij, verſ. Credo, quod Legiſlator,* Ambroſ. Vigna *in tract. de hæretic. quæſt.20. num.* 208. Simanc. *d. tit.* 29. Alfonſ. à Caſt. *vbi proximè,* Pichard. *in §. Publica autem, nu.15. Inſt. de public. iudic.* Lotter. *de re beneficiar. lib.3. quæſt.28. a num.67.* homines enim cum ſciant, ſupplicium etiam poſt mortem permanſurum in liberis, in quibus magis, quam in ſe ipſis terrentur, & cruciantur. Menoch. *num.8.* & dictum eſt *ſup. lib.1. cap. 2. num.* 94. ab his facinoribus promptius abſtinebunt, quæ in poſteros ſuos ſunt vindicanda.

25 Huic alia ratio communiter addi ſolet deducta ex *d. l. quiſquis, §. Filij* ſcilicet filios ſceleſtata parentum veſtigia repetituros, quibus ſimiles futuri eſſe creduntur; *Ioan. cap. 8. verſ. 44. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri facere, vultis,* Matth. *cap.7. verſ.18. Non poteſt arbor mala &c.* Authent. *de Referendar. ſac. palat. §. 1. ad fin. collat.2.* Fabius *lib.5. inſtitut. orator. cap.* 10. *Nam ſimiles,* inquit, *parentibus, ac maioribus ſuis filij plerumque creduntur, & nonnunquam ad honeſtè, turpiterque viuendum inde cauſa fluunt,* Cæl. Rodigin. *lib.3. lection. antiquar. cap.29. in fine,* ſic ait: *A flagitioſis geniti ad delinquendum procliuiores, magiſque lubrici euadunt,* Ouid *lib.4. metam.*

Et patrum in filios abeunt cum ſemine mores.

Vnde oportet ipſos egeſtate, & abiecta ſorte ſordeſcere, vt minùs audaces euadant: quàm rationem admittunt *Sanch.* putans priore eſſe potiorem, *d. lib.2. cap. 27. num.* 13. Ceuall. *dict. quæſt.653.* Farinac. *ſupra;* Menoch. Simanc. Caſt. locis nuperrimè allegatis, Ant. Gom. *dict. cap.2. num.13.* Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad cap. non imputantur, num. 11. quæſt. 4.* & alij communiter. De quo vide *infra, num.68.*

Verſ *Quinta, pœna æterna.*

26 Nunquam Deus pro alienis peccatis pœnam ſpiritualem imponit. Hoc probatur ex adductis *ſup. num.6.* nam ea Sacra teſtimonia de huiuſmodi pœna debent intelligi, de quo D. Auguſtin. *d. quæſt. 8. ſup. Ioſ.* ibi *Pœnas verò inuiſibiles quia nocent, & prodeſſe non poſſunt, ita nullus, Deo iudice, pro alienis peccatis luit.* Idem probatur, *ex cap. iam itaque 8.1. quæſt. 4. cap.1.24. quæſt.3.* Pat. Valent. *ſup. punct. 2. in princip.* Becan. *d. quæſt.8. cap.3. n.3.* Suar. *ſup. diſp.22. ſect.1. num.9.* Vazq. *d. diſput.* 135. *cap 1. num.* 5. Alfonſ. à Caſt. *aduerſ. hæres lib.12. fol.92. col.1.* Guttier. *n.18.* Menoch. *d. conſ.90. num 207.208.* Ojed. *ſup cap.13. num.104.* Simanc. *tit.19 num.* . Ant. Gom. *in l.40. Taur. num 9. verſ. Tertiò, & principaliter,* Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. ſine culpa, de reg. iur. in 6.* Petr. Greg. *d.c.4.n.4.*

27 Similiter ab homine nemo puniri poteſt pro alieno peccato, ea pœna, quæ animæ directò noceat ad ſalutem ſpiritualem, vt excommunicatio, *cap non imputantur 10.1. quæſt.4. cap.1. 24. quæſt.* . Tuſch. *d. concl.212 num.30.* Pat. Suar. *d. diſp.22. ſect.3. num.1.* Guttier. *vbi proximè,* Menoch. *num 209.* Alfonſ. à Caſt. *de iuſt. hæretic. punit. lib.2. c.11.* D. Couar. *in cap. alma mater, part.1. §. 9. num. 3. verſ. Hæc & alia, de ſentent. excommunic. in 6.* Barboſ. *in collect. ad d. cap. non imputantur, num.1.*

Ibi: *Qualis eſt irregularitas.*

28 Irregularitas, aut prouenit ex delicto, aut ex defectu: cùm ex culpa procedit, pœna dicitur, cùm ex defecto, pœnæ rationem non habet; D. Couar. *in Clement. ſi furioſus in princip. de homicid.* Alfonſ. à Caſt. *de pot. leg. pœnal. lib.1. cap.3. verſ. Vltimò additum eſt, fol.* 18. Sanch. *in Decalog. lib.1. cap.10. num.42. ad medium, verſ. Dices eam irregularitatem;* & omnes communiter. Hæc autem pœna rectè ſpiritualis dici poteſt, non quòd animæ ſaluti directè officiat, ſed quoniam per illam homo inhabilis redditur ad Ordines Eccleſiaſticos ſuſcipiendos, vel exercendos, qui ſpirituales ſunt; quemadmodum pœnam pecuniariam appellamus, quæ damnatum pecunia priuat; atque ita intelligenda eſt Gloſſa, quam *D. Couarr.* impugnat. Sic pœnam ſpiritualem inhabilitatem ad beneficia Eccleſiaſtica, dixit Sanch. *ſup. d. lib.2. cap.28. n.13.*

Verſ. *Primum, hinc conciliantur.*

De intelligentia, ac conciliatione huiuſmodi locorum, 29
ſunt conſulendi D. Chryſoſtom. *homil. 1. & 4. in Iſaiam, & ſup. Pſalm.3.* Abulenſ. *in Ioſ. cap.6. & 7.* Pat. Suar. *tom.1. in 1.2. tract.5. diſp.7. ſect.1. à n.11.* Pat. Vazq. *d. diſp.135. c.1. & 2.* & alij, quorum memini *ſup. n.6.11.*

Verſ. *Secundò, infertur.*

Cum apud Theſſalonicam impetu furentis populi mi- 30
les fuiſſet occiſus, Theodoſius tunc Imperij gubernaculum tenens, hoc exceſſu nimium concitatus iuſſit, Theſſalonicenſes ad ludos Circenſes conuenire, militibus imperans, vt ex ipſis quemcumque ſibi obuium trucidarent, de qua immanitate cum ab Epiſcopis Italiæ redargueretur, indumentis Imperialibus depoſitis, publicæ pœnitentiæ ſe ſubmiſit, legémque ſanctiſſimam condidit, qua cautum eſt, vt quoties Imperator præcipitanter in quemquam mortis pœnam ſtatueret, præcepti executio ad trigeſimum diem differretur; *l. ſi vindicari 10. C. de pœn.* quæ habentur *in cap. cum apud Theſſalonicam 69. 11. quæſt.3.* & referuntur ab Euſeb. *hiſtor. Eccleſ. lib. 11. cap.* 18. Cardin. Baron. *tom.4. annal. Eccleſ. anno Chriſti* 390. Moral. *hiſtor. Hiſpan. part. 1. lib. 10. cap. 45.* Bobadill. *in Politic. lib.2. cap.10. num.76.* Menoch. *conſ. 98. num.64.* Chaſſan. *in catalog. glor. mundi, part.1. conſider.a.24. verſ.96.* Pat. Suar. *de charit. diſp.13. ſect. 7. num.15.* Farinac. *in prax. part. 1. de pœn. temperand. q. 97. n.34.* Auiles *in cap. 1. Prætor. verb. mandamiento, num.19.*

Verſ. *Tertiò, ab eadem reſolutione.*

Cum de hæreticorum pœnis ſit diſſerendum quis hæ- 31
reticus ſit, expedit agnoſcere ex tradendis *infra, lib.3. cap.1. à num.6.* Filij, ac nepotes eorum, qui Diuinæ Maieſtatis læſæ crimen perpetrant (de offendente humanam *infra dicendum eſt à num. 38.*) ſunt inhabiles ad omnia munera, officia & beneficia Eccleſiaſtica, ſiue ſæcularia, *l.3. & 4. tit.3. lib.8. Recopilat.* Pat. Suar. *de fide, diſput. 24. ſect. 3. à num.4.* Hurtad. *ſup. ſect.2. §. 10.* Molin. *de iuſt. diſp.* 658. *num.19. verſ. Filij tamen,* Sanch. *in Decalog. lib.2. cap.27. ex num.2.* Diana *reſolut. moral part.4. tract.8. reſol.73.* Molin. *de primogen. lib.4. cap. 11. num.* 50. Guttier. *de delict. quæſt.51. num.1.* Parlador. *different.108. num.4.7.* Pet. Greg. *ſyntagmat. lib. 33. cap. 8. numer.3.* Lotter. *de re beneficiar. lib.3. numer.70.* Menoch. *conſ. 898. num.5. cum ſeqq.* Ant. Gom. *d. cap.2. num.4.* Decian. *lib.5. cap.45. num.5. verſ. Et hoc intellige,* Clar. *ſup. §. Hæreſis, num.29.* Simanc. *d. tit.20. num.15.* Greg. Lop. *in l.2. gloſ.1. tit. 26. part.7.* Marcſcot. *variar. lib.1. cap.35. num.10.* Merlin. *de Legitim. lib.3. tit. 1. quæſt.31. num.8.* & ſi aliqua obtineant beneficia, ſuos fructus non faciunt, quia eis iure ipſo priuantur, Dian. Hurt. *ſup.* Ricciul. *de iur. perſonar. extra grem. Eccleſ. exiſtentium, lib.5. cap.19. n.2.* Sanctarel. *ſup. c. 35. dub.22. n.21.* Peña *in director. inquiſit. part.3. comment.63.*

Circa quod pernecceſſe erit hic adnotare nonnulla. *Pri-* 32
mum, hos filios hæreticorum, & nepotes irregularitatem contrahere, ita vt nec prima tonſura poſſint initiari, nam ſub verbo, *officium publicum*, quo vſus eſt Pontifex *in cap. 2. §. Hæretici. de hæreticis, in 6.* etiam ab hac ſicut ab omnibus Eccleſiaſticis. Ordinibus remoti cenſentur; Hurt. *vbi proximè,* Pat. Suar. *num.* 3. Guttier. *ſup. qu. 52. num.1.* Simanc. *num.17.* Bonacin. *oper. moral. tom. 1. tract. de cenſur. diſp. 7. de Irregularit. quæſt. 3. punct. 7. num.* 9. Salced. ad Bernard. Diaz. *in prax. c.21. n.21.* Farinac. *d. q.191. num. 62.*

*num.*62. Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. 2. num. 5. de hæretic. in* 6. Couinch. *de Sacrament. diſp.* 18. *dub.* 7. *n.* 51. Dian. *part.* 4. *tract.* 2. *reſolut.* 45. Sanch. *ſup. cap.* 28. *n.* 7. qui plures congeſſit, ſed in Ordine ſuſcepto ante patris condemnationem poterunt miniſtrare, Sanch. *n.* 10.

33 Secundùm, ſicut à beneficijs, ita & à penſionibus Eccleſiaſticis iſti repelluntur, ne eas valeant obtinere, Sanch. *n.* 35. Dian. *vbi proximè, verſ. Notandum*, Garcia *de benefic. tom.* 2. *part.* 11. *c.* 10. §. 1. *n.* 74. Gigas *de penſionib. q.* 94. *n.* 7. Farinac. *n.* 60. Lotter. *n.* 82. *verſ. Nihilominus.*

34 Tertium, propter hæreſim parentum liberos iuris infamiam non incurrere, quia nullibi reperitur talis pœna ipſis impoſita; Pat. Suar. *ſup. num.* 7. Hurtad §. 7. Menoch. *d. conſ.* 408. *num* 44. Sanch. *cap* 28. *n.* 4. 5. vbi diſputat: quæ ſententia etſi iuris principijs valdè conueniat, oppoſita communiter recepta eſt, eamque amplectuntur cum D. Couar. *in præſenti*, Farinac. *d. quæſt.* 191. *num.* 2. Merlin. *vbi proximè*, Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. num.* 91. *verſ. Tertiò & principaliter*, Molin. *de primogen. lib.* 4 *cap.* 11. *nu.* 50. Simanc. *tit.* 9. *num.* 68. Cantera *in quæſtionib. crimin. tit. de quæſt. tangentib. punition. delict. c.* 1. *num.* 11. Pat. Molin. *ſup. num.* 25. Peña *in directior. part.* 1 *comment.* 4. *verſ. Hac autem infamia.* Azeued. *in l.* 1. *num.* 17. *& in l.* 3. *n.* 34. 35. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recopilat.* Enriquez *lib.* 14. *de irregularit. cap.* 5. *num.* 4. Caſtr. *de iuſt. hæretic. punit. lib.* 2. *c.* 9. Param. *de origin. Inquiſition. lib.* 3. *qu.* 9. *n.* 106. Pichard. *ſup. n.* 16. Dian. *vbi proximè*, Tuſch. *lit. H concluſ.* 101. *n.* 9. Pet. Greg. *ſup.*

35 Quartùm, nepotes hæretici ex filia huiuſmodi pœnis non teneri, vt deciſum eſt in *cap. ſtatutum* 15. *de hæretic. in* 6. ſed ſi mulier in hæreſim inciderit ſolùm filij non autem nepotes, etiam ex filio puniuntur, Ant. Gom *d. c.* 2. *n.* 4. Menoch. *conſ.* 128. *num.* 11. Azor. *inſtit. moral. lib.* 8. *cap.* 13. *poſt quæſt.* 8. *in* 8. *pœna hæretic.* Pat. Molin. *num.* 19. *verſ. Filij tamen.* Pat. Suar. *tom.* 5. *in* 3. *part. diſp.* 41. *ſect.* 3. *numer.* 1. Peña *ſup. part.* 3. *comment.* 194. *in princip. verſ. Quantum ad primam*, Gutierr. *d. quæſt.* 52. *num.* 5. Parlador. *ſup. d. num.* 4. Lotter. *ex num.* 61. vbi latè, Farinac. cum plurimis, *nu.* 51. Sanch. *d. cap.* 27. *num.* 2. Rationémque *ibi* reddit, quia infectio viri deterior eſt, quam fœminæ, & liberi potiùs patrem, quàm matrem repræſentant; ac quemadmodum paternæ familiæ honores, nobilitas, & dignitas aſcendentium per maſculinam lineam poſteris deferuntur; ita & infamia, ac pœnæ aliæ eiſdem plùs nocere debent. An verò filia hæretici, vel neptis ex filio, infamia, vel alia pœna afficiatur? docent Pat. Hurt. *dict. diſp.* 88. §. 27. Farinac. *in prax. dict. quæſt.* 116. §. 3. *numer.* 97. etſi in crimine læſæ Maieſtatis humanæ loquatur.

36 Quintùm, nedum hæreticorum liberos, ſed etiam credentium, defenſorum, receptatorum, ac fautorum eorum his pœnis ſubijci, *d. cap.* 2. §. *Hæretici, de hæretic. in* 6. Sanch. *vbi proximè*, Merlin. *d. q.* 32. *num.* 9. Farin. *num.* 49. Pat. Hurtad. *ſup.* §. 38. Clar. *d.* §. *Hæreſis, num.* 16. Lotter. *num.* 73. qui autem cenſeantur credentes, defenſores, & docent Pat. Suar. *de fid. diſp.* 24. *ſect.* 1. *à princip.* Simanc. *tit.* 15. Sanch. *c.* 10. Peña *part.* 2. *quæſt.* 50. *cum alijs*, Hurtad. *ſec.* 2. *à* §. 28. Farin. *q.* 182. §. 1. §. 4. §. 5. § 9. *à princip.*

37 Vltimùm, filios eius, qui vt ſuſpectus de hæreſi damnatur, ab his pœnis immunes eſſe, Pat. Hurt. §. 23. Farinac. *d. q.* 116. *num.* 67. Put. *deciſ.* 400. *lib.* 2. Peña *ſup. comment.* 164. *verſ. Nam filij ſuſpectorum*, Sanch. *cap.* 27. *num.* 29. Zanchin. *de hæretic cap.* 28. *n.* 3. 4. Lotter. *ſup. num.* 97. *cum ſeqq.* Dian. *part.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 75. *verſ. Notandum eſt tamen*, Pat. Suar. *de fide, diſp.* 24. *ſect.* 2. *n.* 6. Idem eſt de filijs denunciantibus patrem hæreticum, Hurtad. *ſup.* Sanch. *n.* 10. Farin. *n.* 37. Decian. *ſup. lib.* 5. *c.* 45. *n.* 5. Dian. *vbi proximè*. Similiter, ſi pater hæreticus reſipiſcat, nulla pœna eius poſteris irrogatur, Hurtad. §. 20. Bonacin. *ſup. punct.* 7. *n.* 9. Sanch. *c.* 27. *num.* 20. Carrer. *de hæretic. num.* 141. Merlin. *d. quæſt.* 31. *num.* 18. Surd. *conſ.* 168. *num.* 4. Cantera *ſup. tit. de hæretic. cap.* 2. *num.* 17. Mangil. *de impmat. q.* 4. *num.* 38. Ricciul. *ſup. d. lib.* 5. *cap.* 30. *num.* 41. Pat. Molin. *dict. diſput.* 658. *num.* 19. *verſ. Filij tamen* Azeued. *in l.* 3. *num.* 26. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recopilat.* Thuſc. *d. conſ.* 102. *num.* 10. Gutierr. *d. quæſt.* 52. *num.* 2. *&* q. 55. *ex num.* 2. Lotter. *num.* 74. *cum ſeqq.* quorum plerique aſſerunt, hoc procedere, quamuis reus nondum ſit ad pœnitentiam receptus, modò ad eam recipiendam paratus decedat. Idem pluribus laudatis, tenet Farinac. *n* 64. per textum *in c. ſtatutum* 15. *de hæretic. in* 6. Huc tamen non procedit in hæretico, qui brachio ſæculari comburendus traditur, nam etſi vt Catholicus obeat, nihilominus filij eius pœnas non euadunt, Bonacin. *vbi proximè*, Dian. *d. reſolut.* 75. *in principio*, Sanch. *n.* 23. Simanc. *d. tit.* 29. *n.* 17. *verſ. Sed re attentius perpenſa*, Ricciul. *d. c.* 30. *n.* 52. *cum ſeq.* Param. *ſup. lib.* 3. *q.* 9. *n.* 209. Farinac. *n.* 65. Peña, *d. comment.* 164. *verſ. Circa ſecundum, cum ſeqq.* Parlador. *different.* 108. *n.* 12. quamuis aliqui contra ſentiant, quos referunt *Sanch. & Farinac.* de quo videndus Gutierr. *q.* 56. *per totam*, vbi probat, filios eorum, qui in hæreſim ſunt relapſi, ideóque comburuntur, ſi hi pœniteant, pœnis non aſtringi; & Lotter. *ex n.* 77. His addere libet, quòd ſi dubitetur, an aliquod officium ſit publicum, vt ad illud hæreticorum filij non admittantur, Inquiſitores cum Epiſcopo de hoc ſunt cognituri, Dian. *reſol.* 775. *verſ. Et aduerte*, Peña *part* 3. *comment.* 8. Narbon. *in l.* 2. *gloſ.* 20. *n.* 108. *tit.* 1. *lib.* 4 *Recopilat.*

Filij, & nepotes per virilem ſexum eius, qui Crimen læſæ Maieſtatis perpetrat, iuris infamia notantur, & nulla munera, vel officia publica poſſunt obtinere, Ant. Gom. *d. c.* 2. *n.* 13. Sanch. *c.* 25. *num* 1. Gutier. *n.* 30. Molin. *d. c.* 11. *n.* 50. Menoch. *conſ.* 99. *n.* 218. Gigas *ſup. tit. de pœn. quas fil. incur. q.* 1. Decian. *d. lib.* 7. *c.* 31. Farin. *contron. lib.* 7. *c.* 23. Gratian. *diſceptation. c.* 368. *n.* 7. Boſ. *in prax. crimin. tit. de crimin. læſæ Maieſtat. n.* 134. 137. Pat. Molin. *d. diſp.* 658. *n.* 26. Merlin. *ſup. q.* 30. *n.* 3. Farinac. *in prax. qu.* 116. §. 3. *num.* 83. Has tamen pœnas, & alias ſtaturas in *d. l. quiſquis*, non incurrunt fœminæ filiæ, vel neptes proditoris ſecundùm communem, Clar. *d.* §. *Læſæ Maieſtat. num.* 10. Decian. *ſup. c.* 41. *n* 12. Gigas *eod. tit. q.* 14. Sanch. *c.* 28. *n.* 3. Farinac. qui & alios refert *n.* 97. quod apertè probat *l.* 2. *tit.* 2. *p.* 7. ibi *Sus fijos que ſean varones.* Et vt locum habeant, requiritur quod pater admiſerit crimen in perſonam Principis ſupremi, qui in temporalibus nulli ſubijcitur, vel in Rempublicam; aliàs quamuis quicquam faciat contra ea, quæ diuerſis capitulis legis Iuliæ Maieſtatis continentur, filij pœna non afficiuntur, Greg. Lop. *in d. l.* 2 *gloſ.* 5. *in fine*, Farinac. *n.* 123. Merlin. *n.* 18. *cum ſeqq.* Peregr. *ſup. lib.* 3. *tit.* 9. *n.* 4 Clar. *n.* 14. vbi ait, *Angelum* referens, huiuſmodi pœnas in filios in deſuetudinem abijſſe. 38

Concluſio proximè tradita ampliatur, vt etiam filij 39 proditorum ſint incapaces ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda propter infamiam, *c. infames* 6. *q.* 1. Ojed. *de incompatibilit. beneficior. par.* 2. *c. penult. n.* 93. 102. Dec. *d. c.* 41. *n.* 11. Gig. *q* 9. *n.* 3. 4. Sanch. *c.* 28 *n.* 23. 24. Farinac. *n.* 118. infames enim ſecundùm ius ciuile, niſi aliud expreſſim diſpoſitum reperiatur, tales de iure Canonico etiam habentur, *c. omnes verò*, 7. *q.* 1. Quod eſt intelligendum, ſi erant laici tempore, quo pater de eo crimine fuit damnatus: nam ſi Clerici iam eſſent, nullam contrahunt infamiam, nec legibus Principum ſæcularium in filios proditorum ſtatuentibus aſtringuntur; Gloſ. *in cap. ſatis peruerſum*, 56. *diſtinct.* Greg. Lop. *in d. l.* 2. *gloſ.* 7. Decian. *vbi proximè*, Sanctarel. *de hæreſi c.* 34. *dub.* 2. Sanch. *c.* 28. *n* 19. 24 Baiard. *ad Clar ſup. num.* 19. Farinac. *n.* 117. 118. ſed limitatur, ſi pater Clerici delinquat in Pontificem, vel Cardinales; nam talis filius pœnas luet, iuxta *cap. vlt.* §. *Quod ſi quis, de pœn in* 6. Farinac. *n.* 119. Sanch. *n.* 20. Turrecremat. *in cap. ſi quis, n.* 7 *cauſ.* 6. *quæſt.* 1. Gig. *ſup. q.* 11. *nu.* 12. Decian. *d. c.* 41. *num.* 1. Rum. *conſ.* 17. *n.* 4. *volum.* 5.

Eadem ratione filij laici proditorum fiunt irregulares, 40 ex quo ſententia in parentes lata eſt; ſunt enim etiam Infames quoad ius Canonicum, vt nuper dicebamus; & probant Pat. Suar. *de cenſur. diſp* 48. *ſect.* 1. *n.* 4. Innocent. *in c. qualiter, & quando, el* 2. *de accuſationib.* Bonacin. *d. diſp.* 7. *de irregularitat. q.* 3. *punct.* 1. *n.* 2. infames autem ad Ordines Eccleſiaſticos admitti non poſſunt, *d. c. infames, c. teſtes* 39. 2. *q.* 7. Ita ex his tenent Pet. Suar. *ſup. ſect.* 5. *n.* 2. Bonacin. *n* 13. Dian. *part.* 10. *tract.* 11. *miſcellan reſolut.* 26. *in princip.* Farinac. *d.* §. 3. *n.* 85. Barboſ. *in collectan ad cap. ſatis peruerſum, n.* 2. 56. *diſtinct* Hurtad §. 26.

Sed cum dubium occurrerit, an officium aliquod publi- 41 cum cenſeatur, vt ab eo liberi proditorum excludantur, Princeps, vel Iudices ab ipſo ad hoc deſignati, id decernere debent, Pat. Molin. *d. diſp.* 658. *n.* 12.

42 Nobilitas tamen ſanguinis,vel priuilegij,huiuſmodi filijs non adimitur, niſi ea,quæ ab ipſo delinquente in eos deſcenderet. Idemque de crimine hæreſis dicendum erit, Simanc.*d.tit.*29.*n.*18.Pat.Suar.*d.diſp.*24 *n.*7.Menoch. *conſ.* 1128.*num.* 45. Pat. Hurtad.*ſup.*§. 17. Sanch qui latè agit, *cap.*29. *per totum*.Tiraquel.*de nobilitat.cap.*35.*n.*4. Azeued. *in l.*3.*num.*59.*tit.*3.*lib.*8.*Recopilat.*Villadieg.*in foro iudicum in prolog.leg.*21.*n.*75.Guttier.*q.*53.*n.*8.

43 Prætereà poſſunt ſuccedere in maioratum ab alio,quàm à patre reo Maieſtatis inſtitutum,antequam per ſententiam condemnaretur;etiamſi ſub primogenio iuriſdictio,vel dignitas, vt Ducatus contineatur:quod ſimiliter in filijs hæretici obtinet,*Sanch.*omnino videndus de vtroque latiſſimè agens,*c.*30.*per totum*,Molin.*de primogen.d.c.*11.*ex n.*50. quamuis,*num.*54.relinquat cogitandum,vbi Addition.Menoch.*conſ.*805.*ex n.*45.*&* *conſ.*808.*n.*44.*cum ſeqq.*Pat. Molin.*ſup.n.*25.Villadieg.*vbi proximè,nn.* 76. 81.Simanc.*d.tit.* 29.*num* 57.Sed ſi primogenium fundaretur,patre iam dãnato, filij ad illud admitterentur, modo per donationem inter viuos fuiſſet inſtitutum,nam ex vltima diſpoſitione ſuccedere non poterunt,cùm ex *d.l.quiſquis*, acquirere ex vltima voluntate,non ex contractu, prohibeatur, Sanch. c.59.*num.*10. 11.Gregor.Lop.*in d.l.*2.*gloſ.*10.*column.*2.*tit.* 2. *part.*7.Molin.*dict.cap.* 11.*num.*50.*verſ.Cæterum.*Ideo autem cùm alius,quàm delinquens parens fundauit maioratum, diſtinctionem fecimus in hoc vltimo caſu, quando ſcilicet poſt patrem condemnatum primogenium fit; & non in priori,quoniam filius proditoris ſuccedere poteſt,etiam ex teſtamento,quando ius innatiabile,ſiue ſpes ſuccedendi præcedit patris damnationem, hæc enim per paternum delictum non aufertur;cùmque ad ſuccedendum in maioratum omnes vocati talem ſpem naſcendo conſequantur, lex ius iam quæſitum filijs proditorum non adimit, nec priuat eos bonis, aut officijs ante crimen patris obtentis, Sanch.*cap.*28. *num.*10. Pat.Hurtad.§.18. quæ quidem ſpes à tempore inſtitutionis primogenij cenſetur acquiſita, vt obſeruant Sanch.*cap.*30.*num.*11.Molin.*num.*52.Pat. Molin. *ſup.*quibus accedunt Ant.Gom.*in l.*40.*Taur.n.*91. *verſ.Tertiò,non obſtat*, Anton.Corbul.*tract.de iur.emphyteutic.tit. de cauſ.priuat.ob mort.ciuil.n.* 58. Menoch.*conſ.*805.*n.*31. Ant. Conc.*in d.l.quiſquis,verb.omnium & proximorum ſucceſſione.* Hi enim affirmant,filios proditorum non priuari ſucceſſione, ad quam ſpem certam habebant,antequam parentes damnarentur;atque ideo in priori ſpecie, ſiue maioratus inſtituatur per contractum,ſiue per vltimam voluntatem,ad ſucceſſionem huiuſmodi filij ſunt admittendi. At in poſteriori caſu, non niſi primogenium per contractum fundetur,ſed conſtituatur, quia tempore paternæ damnationis de crimine,nullam ſpem certam ad ſuccedendum in maioratum nondum conſtitutum habere poterant; quare incapacitas ſuccedendi ex vltima voluntate ipſis obeſt. Quæ omnia ex mente DD. quos hìc laudauimus apertè colliguntur.

44 Sed occurrit dubium,ſi poſt condemnationem patris,ei filius naſcatur,num hic poſſit ſuccedere in maioratum antiquum in vltima voluntate inſtitutum?videtur enim nullam ſpem ſucceſſionis quæri ei poſſe, antequam edatur ſit argument. *l.eius,qui in prouincia,ff.ſi cert.petat.*cùmque natiuitatis tempore inhabilis inueniatur ad ſuccedendum ex teſtamento, dici non poteſt, ſpem ſuccedendi fuiſſe ante incapacitatem quæſitam, quo ceſſat ratio *ſuprà* tradita.

Nihilominus idem & de hoc filio,ac de iam natis, cum pater damnabatur, ſentiendum eſt:etenim ex quo maioratus fuit inſtitutus omnibus ſucceſſoribus in infinitum, ſpes ceſſit ſuccedendi;quæ quidem ei, qui in vtero eſt acquiritur,argum.*l.qui in vtero* 7.*&* 26.*ff. de ſtat. homin.* pœnas autem ob paternum crimen non incurrit antequam naſcatur, cùm ius pro natis habeat, qui in vtero ſunt, quando de eorum commodis tractatur,non alias,*d.l.qui in vtero* 7.*l. fin.ff. de collat. bonor.* vnde prius quæritur ius ad ſuccedendum,quàm inhabilitas ſuperueniat, quæ, vt dictum eſt,ſpem iam quæſitam auferre non valet.

Sed videbitur alicui,quòd ſecundũ hęc poterit ſuccedere in maioratũ poſt patris condẽnationẽ inſtitutũ in vltima voluntate,qui naſcitur poſt inſtitutionem, quia prius acquiſiuit ſpem ſucceſſionis, quam pœnam incapacitatis incurreret. Negatur tamen paritas,cùm in prima ſpecie vocatio fuerit facta tempore habili; in ſecunda verò,contra prohibitionem legis fundator vocauerit proditoris filium, atque ideo non conſtitit à principio diſpoſitio ob incapacitatem vocati,*l.ſi alienum* 49.§.1.*ff.de hæredib.inſtituend.* §.*In extraneis,Inſt. de hæred.qualit.*

Verùm,quando parens,qui maioratum inſtituit, Maie- 45
ſtatem Diuinam, vel humanam offendit, eſt diſtinguendum:nam aut cum fecit ante delictum, vel poſt illud; hoc caſu,corruit maioratus; illo,adhuc ſubdiſtinguendum eſt, etenim ſi fuit per contractum reuocabiliter, vel irreuocabiliter primogenium inſtitutum,ſuſtinebitur,filijque fundatoris rei ſuccedent;ſecùs ſi per vltimam diſpoſitionem, quoniam his,vt paulò ante dicebamus, acquirere ex contractu,non ex vltimo elogio, permiſſum eſt.Ita Sanch. *d. c.*30.*num.*13.Ant.Gom.*in l.* 40. *Taur. num.*91. *verſ. Aduertendum tamen*,Molin.*d.cap.*11.*nu.*53.Pat.Molin.*diſput.*659. *per totam.*

Supradicta abſque difficultate procedunt in primo- 46
genijs,quibus iuriſdictio, vel dignitas annexa non eſt,vbi enim maioratui Ducatus,Marchionatus,vel ſaltem iuriſdictio accedit, meritò poteſt dubitari, an liberi hæreticorum,aut proditorum, ſint admittendi; tum propter infamiam, tum quia iure prohibentur officia, vel dignitates obtinere;qua propter eos excludi debere,probat Parlador. *different.*108.§.1.*num.*4.Gregor.Lop. *d.gloſ.*10. *col.*2. Guttier.qui alios laudat,*q.*54.*ex num.*14.vbi teſtatur,per Supremum Caſtellæ Senatum filio hæretici fuiſſe adiudicatum aditum primogenium, vſu dignitatis interdicto, quæ illi erat annexa; & Molin. *num.*54. dubitat: quibus iungendi ſunt, qui abſolutè docent, filios huiuſmodi delinquentium à quocunque maioratu repellendos,vt Did.Per.*in l.*1. *col* 7.*verſ.Sed circa præmiſſa,tit.*7.*lib.*8.*Ordinament.*Burg.de Paz *in quæſtion. ciuilib.quæſt.*7. *à num.*57. ſed DD. relati *ſup. num.*43.reſpondent, hæc procedere, cum dignitas principaliter quæritur;ſecùs ſi per conſequentiam,vt in maioratu contingit,cui dignitas eſt acceſſoria, multa enim, quæ directò fieri non permittuntur, per conſequentiam licet vt fiant,*l.*1.*ff.de authorit.tutor.l.quod dicimus* 7.*eod.tit.l.ſi is, qui* 30.*ff.de liberat.legata:leg.ſi aliena* 10.§.1. *ff. de vſuc. l. in modicis* 54.vbi Gloſ.*verb.acceſſit,ff.de contrah. empt. cap. ex litteris* 7.*de iur.patronat.* Hæc tamen ſolutio ſcrupulo non caret,vt colligitur ex *l.athletas* 4.§.1.*verſ. Siue autem, ff. de ijs,q.notant.infam.l.in fraudem* 10. *ff. de ijs, quib. vt indign.* Nihilominus quamuis dubia ſit quæſtio prior ſententia *Sanch.*& aliorum tradita *ſuprà,d. numer.*43. amplecti ex eo debet,quod *dict.l.quiſquis*, & omnes; quæ pro alienis criminibus pœnas non delinquentibus irrogant,ſunt odioſæ, & quantum fieri poſſit,reſtringendæ,*cap. odia, de reg. iur. in* 6.Merlin.*d.quæſt.*30.*numer.*16. Ceuall. *dict. quæſt.*633. *ad finem*,Tuſch.*lit.P.conc.*515.*num.*33.Guazzin.*de defenſ.reor. dict.defenſ.*33.*num.*9.Caball.*reſolut.criminal.caſ.*149.*nu.*19. Menoch.*de arbitrar.caſ.*345.*numer.*11. Surd. *deciſ.*167.*numer.* 14.

Solet quæri,an propter crimen læſæ Maieſtatis à matre 47
commiſſum filij incidant in pœnas, de quibus in *d.l.quiſquis*,& partem affirmatiuam ſequuntur, Gloſ. *verb. minus auſuras,in d.l.quiſquis*,vbi Cyn.Alexand.*in tract. de maleſic. verb.che ay tradito la patria,num.*12.Iul.Clar.*d.*§.*læſæ Maieſtatis,num.*13.*verſ.Quæro etiam*,Pat.Molin.*d.diſp.*658.*nu.*11. Negatiuam verò magis communiter DD. tenent: Greg. Lup.*in dict.l.*2.*gloſ.*6.Alber. *in dict.l. quiſquis*, Hoſtienſ. *in cap.vergentis,de hæretic.*Decian.*ſup.dict. capit.*41. *numer.*14. Merlin.*dict.quæſt.*30.*num.*11. Farinac. *d. quæſt.*116. §.3. *numer.*100.Gigas *ſup. quæſt.*17. *à num.*3. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.*3.*tit.*9.*num.*6.conſtitutio enim *d.l. quiſquis*, quæ ſolum loquitur de patre delinquente, ad matrem, cùm illa odioſa ſit,extendenda non eſt; maximè vbi diuerſitatis ratio reperitur; nam filij matrem non repræſentant, nec ſunt de ipſius familia,*l.pronunciatio* 195.*in fine, ff. de verbor. ſignificat.*nec tam ſimiles matri, quam patri quoad mores exiſtimantur, propter perfectionem ſeminis, quæ in eo ſolo eſt;Lotter.*numer.*66.69.nam fœminam cum ipſo non concurrere in generatione, docuit Ariſtotel. *de generat. lib.*1.*capit.*1.Federic.de Senis *conſ.*302. *numero primo*, *verſ.*

iſta opinio, Lotter. d. quæſt. 28. num. 66. Sanch. de matrimon. lib. 2. diſp. 21. num. 10. 11. vbi plures, etſi contrarium probabile ſentiat, fœminæque non ita audaces ſunt, vt viri, ad facinus arduum proditionis aggrediendum, d. l. quiſquis, §. Ad filias, in fine: quare oportet, vt hi magis, quàm illæ pœna in liberos ſtatuta, terreantur. Sed cùm communis DD. ſententia probet, filios hæreticæ pœnas incurrere, quæ ſunt in filios hæreticorum ſtabilitæ, vt conſtat ex allegatis, ſup. n. 55. quare aliud eſt dicendum in crimine læſæ Maieſtatis humanæ? Cui obiectioni poteſt reſponderi, tum quod fœminæ paſſim labuntur in hæreſim, vt experientia docet; pertarò humanam Maieſtatem offendunt, notant Greg. Lop. Clar. & alij proximè adducti; atque ita acrius puniendum eſt ſcelus, quòd frequentius patratur, l. aut facta 16. §. vlt. ff. de pœn. l. 8. tit. 31. part. 7. vbi Greg. Lop. gloſ. 10. Tum infectio ſanguinis materni, quantùm influat in liberos, vt in hæreſis prauitatem incidant, neminem fugit; quapropter cum in eis materni flagitij exempla metuantur, iuſtè coërcentur; ſed an vitio matris, quæ in humanam Maieſtatem deliquit, eius deſcendentes afficiantur, vt materna ſequantur veſtigia, nullus ſcire poteſt, cùm mulieres tale crimen committere, ferè nunquam eueniat.

Ad Num. 2.

48 Nepotes ex filio eius, qui Maieſtatis reus damnatus eſt, eaſdem pœnas incurrunt, quas filij, ex d. l. quiſquis; quæ extenſio innititur conſtitutioni imperatoris Federici, cuius hic D. Couar. meminit; verba eius ſic ſe habent: *Reos læſæ Maieſtatis in perſonis eorum, & liberorum ſuorum exhæredatione damnamus. Multò fortius, iuſtiuſq; contra Dei blaſphematores, & Catholicæ fidei detractores procedimus; eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum ſuorum hæredes, & poſteros vſq; ad ſecundam progeniem beneficijs cunctis temporalibus, publicis officijs, & honoribus Imperiali authoritate priuantes.* Quæ conſtitutio edita fuit Paduæ anno 1254. extatque apud Sanctum inquiſitionis Tribunal ſub Bulla Pontificia, quam referunt Peña in director. ad finem, int. litter. Apoſtolic. pro Offic. Sanct. Inquiſit. Cyn. in d. l. quiſquis, in fine quæſtionum, Albetic. ibi col. 3. quam ampliationem tuentur Ant. Gom. d. c. 2. num. 14. & in l. 40. Taur. num. 91. verſ. Tertiò principaliter, Sanch. cap. 28. num. 2. Molin. d. cap. 11. num. 10. Iul. Clar. ſup. num. 13. Menoch. d. lib. 5. præſ. 34. ex n. 1. Guttier. ſup. cap. 30. num. 30. Gig. dict. tit. de pœn. quas filij incur. quæſt. 15. num. 17. Farin. num. 89. Greg. Lop. etſi dubius, in d. l. 2. partit. gloſ. 5. poſt medium, Pat. Molin. ſup. num. 20. Buttigar. in dict. l. quiſquis, col. 2. in fine, verſ. Modò quæro, Ioan. de Platea in §. Publica autem, col. 2. verſ. Item habet locum in nepotibus, Inſt. de public. iudic. Peregrin. ſup. lib. 3. tit. 9. num. 5. ſecùs in auia delinquente, Farin. ſup. Ant. Gom. dict. numer. 15.

49 Sed de iure Regio talis ampliatio non procedit, cum in d. l. 2. tit. 1. p. 7. nulla nepotum mentio fiat, vt notant Gregor. Lop. Pat. Molin. & Sanch. vbi proximè, Guttier. ſup. d. q. 52. n. 6. quibus accedunt idem ſentientes Pichard. in d. §. Publica autem, ex num. 14. Gom. Vaio in prax. quæſt. vlt. n. 58. & probatur ex l. 3. ad medium, tit. 8. lib. 8. Recopilat. Nec refragatur l. 6. tit. 13. part. 2. vbi dicitur, omnes deſcendentes notari ob proditionis crimen; nam debet intelligi de infamia facti, prout aduertit ibi Gregor. Lop. gloſ. 2. quem Pat. Molin. & Sanch. ſequuntur, qui omnes dubitant, an de iure communi, opinio contraria vera ſit? ſecundum quod nepotes non teneri pœnis d. l. quiſquis, docent Decian. dict. lib. 7. c. 41. num. 7. Merlin. d. quæſt. 30. num. 15. quibus conſentit Pichard. ſup. qui generaliter loquitur.

Ad Num. 3.

50 Filij, ac nepotes hæreticorum illegitimi, etiam ex quocumque damnato complexu procreati, modo pater certus ſit, pœnas iure impoſitas non aliter, ac legitimi ſuſtinent; nam cùm in illis eadem ratio militet, non debent melioris eſſe conditionis, quam iſti; Menoch. d. lib. 5. præſ. 33. ex num. 9. Sanch. cap. 27. num. 1. Simanc. dict. tit. 29. n. 16. Pat. Suar. de cenſur. diſp. 43. ſect. 3. num. 2. Surd. conſ. 386. num. 6. Iacob. de Graff. in aureis deciſ. lib. 2. cap. 11. num. 19. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 13. quæſit. 8. in §. hæreticor. pœna, Farinac. dict. quæſt. 191. num. 54. Sanctarel. ſup. cap. 36. dub. 1. nu. 5. Ricciul. dict. cap. 30. num. 1. Peña part. 3. comment. 163. Pat. Hurtad. ſup. §. 24. Dian. part. 4. tract. 8. reſol. 76. verſ. Nota etiam, Lotter. ſup. n. 71.

Idem iuris eſt de liberis reorum Maieſtatis humanæ; Molin. c. 11. num. 56. Sanch. & Menoch. vbi proximè, Gregor. Lop. d. gloſ. 5. ad medium, Gig. d. tit. de pœn. quas fil. incur. q. 7. Pat. Molin. d. diſp. 658. n. 12. Clar. num. 11. Farinac. dict. §. 5. num. 86. 51

In adoptiuis verò, cum ceſſent rationes dilectionis paternæ, ac ſanguinis infectionis, ob quas filij ob parentum ſcelera pœnas dant; d. l. quiſquis, locum habere non poteſt, imò eiſdem legitima debetur, cum alias de iure præſtetur, niſi delictum adoptionem præcedat: quod etiam in hæreſi intelligendum eſt, vt per Farinac. nu. 116. Sanctarel. ſup. Ricciul. ex n. 7. Gig. quæſt. 7. n. 6. Decian. vbi proximè, n. 6. Quando autem adoptatis, vel arrogatis liberis legitima debeatur? fusè tradit Merlin. ſup. lib. 1. tit. 1. quæſt. 2. per totum. Quæ concluſio videtur amplianda, etſi auus maternus nepotem adoptauerit in filium, poſteàque in crimen Maieſtatis inciderit; eam cauſam, & proximitas naturalis debet attendi, nec veritas imagine naturæ, qualis eſt adoptio, poteſt obumbrari; l. filio, quem pater 23. ff. de liber. & poſthum. 52

Sed emancipati filij pœnis præfatis ſubijciuntur, ac ſi in 53
poteſtate exiſterent delinquentis, ex rationis identitate, vt notat Greg. Lop. in d. l. 2. gloſ. 5. in princip.

Ad Num. 4.

An filij hæreticorum beneficijs obtentis, antequam pa- 54
rentes notorietate, aut ſententia hæreſim commiſiſſe conſtet, priuari debeant? eſt quæſtio ſatis controuerſa; de qua fusè Sanch. d. c. 28. num. 27. Ojeda de incompatibil. beneficior. cap. 23. ex num. 100. & alij ex eis, quos ſtatim laudabimus. Suntque duæ oppoſitæ ſententiæ. Affirmatiuam tuentur Flamin. de reſignat. beneficior. lib. 3. q. 1. n. 24. Decian. ſup. lib. 5. cap. 20. num. 5. & cap. 45. num. 6. Gig. ſup. lib. 3. quæſt. 11. in fine, Peregrin. d. lib. 3. tit. 10. num. 2. Roman. ſing. 603. Garcia de benefic. tom. 2. part. 11. cap. 10. num. 72. 73. Lambertin. de iur. patronat. lib. 2. part. 1. quæſt. 9. num. 7. a ... 1. Caſtald. de Imperator. quæſt. 118. num. 13. Beroi. in cap. item cum quis, num. 43. de reſtitut. ſpoliator. Muſcatell. in prax. crimin. tit. de crimin. læſ. Maieſtat. Diuin. & human. in fine, Graffis, ſup. lib. 2. cap. 11. num. 11. & ſecundùm hanc ſententiam iudicaſſe Rotam poſt longam diſcuſſionem, teſtis eſt Mateſcot. variar. lib. 2. cap. 35. n. 10. quamdiu ibi iudicium ſuum non interponat, Tuſch. lit. H. conc. 101. num. 3. Lotter. de re beneficiar. lib. 3. quæſt. 28. à num. 81. vbi num. 99. quid ſi mater ſit hæretica?

Negatiuam verò partem, & ſic quod filij hæreticorum, 55
nec iure ipſo, nec per ſententiam poſſint prædictis beneficijs priuari, cum D. Couar. amplectuntur, Pat. Suar. d. diſp. 24. ſect. 3. num. 5. Hurtad. § 13. Sanch. n. 28. Menoch. conſ. 808. num. 36. Dian. part. 4. tract. 8. reſolut. 76. verſ. Verùm contraria, Rebuf. in prax. benefic. tit. de mod. amittend. benefic. num. 25. Guttierr. ſup. quæſt. 53. à num. 3. Montalo. in l. 4. verb. dignidad, ad finem, tit. 26. part. 7. Zechi. in ſumm. com. 1. tit. de fid. c. 11. n. 16. Carter. de hæretic. n. 141. Azen. in l. 1. num. 206. tit. 3. lib. 8. Recop. Azor. ſup. in §. hæreticor. pœna, Afflict. lib. 1. feudor. tit. quæ ſint regal. §. Et bona committentium, Ojeda ſup. Param. de origin. inquiſit. lib. 3. q. 5. num. 203. Iul. Clar. d. §. Hæreſis, nu. 6. Otalor. de nobilit. part. 4. cap. 9. num. 9. Simanc. d. tit. 29. n. 2. & in enchirid. iudic. tit. 63. num. 9. Salced ad Bernard. Diaz in prax. cap. 124. verſ. Quintimò filij hæreticorum, Peña d. comment. 163. col. penult. verſ. Sententiam ſuperiori oppoſitam, & quicquid de iure ſit, conſuetudine obtinuit, vt beneficijs non priuentur obtentis, vt notant Tuſch. ſup. n. 4. Simanc. d. tit. 29. n. 7. Clar. vbi proximè, Guttier. Canonicar. lib. 2. cap. 38. n. 38. Ojed. ſup.

Quæ aſſertio ampliatur ad beneficia, quæ filius habuit 56
poſt paternum crimen, priuſquam ſententia de eo fuiſſet lata, vel alias confeſſione in iudicio, aut notorietate patrem hæreticum eſſe apparuiſſet; nam ipſa, iure poterit retinere, cùm ad hoc hæreſis aſcendentis non officiat,

niſi poſtquam modis præfatis manifeſta ſit; Sanch. *num.* 31. Simanc. Peña *vbi proximè*, Pat. Suar. *de cenſur. diſp.* 41. *ſect.* 3. *num.* 2. Hurtad. §. 25. Fallit tamen ſi ad preces patris hæretici, etiam occulti, beneficium filio fuerit datum, Sanch. *n.* 29. 31. Montalu. *ſup.* Pet. Gregor. *ſintagmat. part.* 3. *lib.* 33. *num.* 31. Quod generaliter ſtatutum eſt *in cap.* 2. §. *Ad hæc, de hæretic. in* 6. Etenim, is qui precibus hæretici Eccleſiaſticum conſequitur beneficium, etiam ignorans, eo priuatur; quòd ſi ſciens, ad alia obtinenda itidem inhabilis redditur. Ita Azor. *vbi proximè*. Sanch. *dict. num.* 29. Gonçal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 15. *num.* 68. Mareſc. *ſup. num.* 9. Aug. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 230. Pet. Gregor. *ſupra cap.* 8. *n.* 3.

57 Poſtquam autem patris crimen notoriè detectum eſt, filius, ſi aliquod beneficium adipiſcatur, ipſo iure priuatur eodem, Sanch. *num.* 32. Hurtad. §. 25. *ad finem*. Hinc eſt, vt poſt notorietatem hæreſis paternæ, nequeat filius beneficium, quoad antea obtinuerat, licitéque retinet, permutare; cùm inhabilis ſit ad acquirendum beneficium alterius permutantis; quare ſi permutatio fiat, eueniet, quòd vtroque careat; obtento, quod poſſidebat, quia illud dimiſit per reſignationem; obtinendo, propter incapacitatem, Sanch. *n.* 33. 34. Flamin. *ſup. lib.* 11. *q.* 5. *n.* 27. quod intellige etiam de notorietate facti, Dian. alios referens, *d. reſolut.* 76. *verſ. Notandum eſt etiam*, Sanch. *d. c.* 27. *n.* 28.

Ibi: *Cui quæſtioni præmittendum eſt.*

58 Quoties prohibetur aliquis, ne poſſit ad officia vel beneficia accedere, non cenſetur illis, quæ iam poſſidet, ſpoliari, Gloſ. *verb. obtinenda, in Clement.* 1. *de pœnis*, Sanch. *c.* 28. *num.* 28. Cardinal. *in dict. clement. verb. ipſius, num.* 3. *quæſt.* 2. Imola *numer.* 18. *verſ. Gloſſa, obtinenda*, Bonifac. *numer.* 34. Pet. Barboſ. *in l. cum prætor*, §. *vlt. numer.* 186. *ff. de iudic.* Lotter. *ſup. numer.* 60.

Ibi: *Sic licèt infamis.*

59 Infamia facti notatus quamuis prohibeatur Eccleſiaſtica adipiſci beneficia, ea, quæ poſſidet tempore, quo illam incurrit, non amittit, Petr. Barboſ. *vbi proximè*, Henriq. *in ſumm. lib.* 13. *cap.* 38. §. 3. *ad medium*, Campanil. *in diuerſor. iur. Canon. rubr.* 12. *numer.* 3. *in fine*, Garc. *de benefic. part.* 7. *capit.* 8. *numer.* 35. 36. ſed infamia iuris aufert obtenta, Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 33. *ex num.* 59. vbi quod deſideratur ſententia priuationis.

Ibi: *Quo in loco adnotandum eſt.*

60 Hæreticos beneficijs, etiam ante crimen poſſeſſis priuari, nulli dubium eſt per text. *in c. ad abolendam* 9. §. *Præſenti, de hæretic.* Illud verò ſolet diſputari, num talis priuatio ipſo iure contingat, vel ſententiam contra eoſdem ferri deſideretur? & hoc vltimum ſuſtinent Simanc. *de Cathol. inſtit. tit.* 45. *num.* 71. 72. Gomez *ad Regul. Cancellar. reg. de annal. poſſeſſ. quæſt.* 32. Pat. Vazquez 1. 2. *diſp.* 172. *c.* 1. *num.* 11. Henriq. *ſup. lib.* 33. *de excommunicat. cap.* 56. *num.* 2. Salced. *ad Bern. Diaz ſup. c.* 114. *lit. A.* quibus accedere videtur Hurtad. *d. tract. de Fide, diſp.* 87. *ſect.* 2. §. 16. ac de iure poſſe defendi, fatetur Aug. Barboſ. *ſup. d. allegat.* 57. *n.* 37. à quibus non omnino diſcedit Pat. Suar. *de Fid. diſp.* 21. *ſect. vlt. n.* 18.

61 Nihilominus oppoſitum; ſcilicet ſententiam opus non eſſe, communiter placet; vt docent Bernard. Diaz, *d. c.* 114. *num.* 2. Peña *ſup. part.* 3. *q.* 133. *comment.* 162. Sanch. *c.* 26. *n.* 6. Mareſcot. *d. c.* 33. *n.* 1. Garc. *ſup. part.* 11. *c.* 10. *n.* 6. Farinac. *de hæreſ. q.* 189. *ex n.* 69. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 416. *n.* 61. Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ.* 12. *rubric. n.* 45. Azeued. *in l.* 2. *n.* 203. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recopilat.* Flamin. *ſup. lib.* 3. *q.* 1. *n.* 32. Rebuf. *d. tit. de mod. amittend. benefic. num.* 4. Ricciul. *ſup. lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 19. Reginald. *in prax. for. pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 318. Rot. *deciſ.* 707. 718. *lib.* 3. *part.* 3. *diuerſor.* Lotter. *ſup. d. q.* 28. *ex num.* 10. vbi quod idem eſt in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, de quo latè *q.* 30. *per tot.* & quid de Principe ſæculari, *ex n.* 142.

62 Eſt tamen adnotandum, etiam iuxta hanc poſteriorem ſententiam, hæreſis reum ante ſententiam, qua vt talis damnetur, aſtrictum non eſſe ad dimittendum beneficium, ſuoſque interim poſt ſcelus admiſſum fructus facere, Sanch. *n.* 7. Menoch. *num.* 62. *cum ſequentib.* Flamin. *n.* 48. & alij apud Sanch. qui *num.* 8. ait, idem eſſe poſt ſententiam antequàm per Iudicem exequatur; niſi in ea præcipiatur hæretico, vt illicò beneficia dimittat: Sed poſt condemnationem, ſeu exequutionem, fructus perceptos ex die, qua in hæreſim lapſus eſt, reſtituere compellitur, Sanch. cum alijs, *numer.* 10.

Ibi: *Ipſi verò hæreticorum fautores.*

Fautores, vel receptatores hæreticorum, beneficia iam ante delictum obtenta ipſo iure non amittunt; ſed ſententia prius in eos ferenda eſt: Sanch. *n.* 3. Peña *d. comment.* 162. *n.* 13. Hurtad. *d. diſp.* 88. §. 38. Pat. Suar. *vbi proximè, diſp.* 24. *ſect.* 1. *n.* 15. Decian. *ſup. lib.* 5. *cap.* 51. *n.* 3. Sanctarel. *c.* 11. *n.* 32. Grilland. *in tract. de hæretic. q.* 9. *n.* 1. Lotter. *d. q.* 28. *n.* 29. 63

Ad Num. 5.

Percelebris quæſtio eſt, vtrùm filij hæreticorum ante 64
paternum crimen concepti comprehendantur ſub *cap.* 2. §. *Hæretici, de hæretic. in* 6. & alijs, quæ in liberos eorum ſtabiliuntur? de qua, vltra paulò inferius allegandos, diſſerunt latiſſimè, ac rectè Sanch. *d. cap.* 27. *ex num.* 6. Eſcob. *de purit. ſanguin. p.* 2. *q.* 4. §. 4. *n.* 34. *cum ſeqq.* Gutier. *de delict. q.* 51. *a n.* 3.

Eſt obiter prænotandum, quòd licèt DD. communiter 65
in hac controuerſia loquantur de filijs natis ante hæreſim, ſunt intelligendi etiam de conceptis, nam qui in vtero eſt, quoties de eius commodis, vt in præſenti, diſputatur, pro nato habetur; *l. qui in vtero* 7. & 26. *ff. de ſtat. homin. l.* 2. §. *Si ad tempus ff. de Decurionib.*

In hac igitur controuerſia, eſt pro vtraque parte com- 66
munis opinio; & negatiuè reſponderunt benignè Tiraq. *de iur. primogenitur. q.* 71. *n.* 4. Eman. Soar. *in Theſau. receptar. ſentent. lit. H, verb. Hæreſeos condemnati, n.* 117. Clar. *d.* §. *Hæreſis, num.* 17. *in fin.* Bonacoſ. *commun. verb. Hæreticorum bona*, Mieres *de maiorat. p.* 1. *q.* 4. *illat.* 2. *n.* 7. *in prim. edit.* Torreblanc. *de Magia, lib.* 3. *c.* 12. *n.* 48. Molin. *d. c.* 11. *n.* 54. D. Ioan. Vela *de pœn. delictor. cap.* 21. *verſ. Secundò puniuntur*, Villadieg. *in foro iuzgo ad prolog. l.* 11. *n.* 29. Pat. Molin. *d. diſp.* 618. *n.* 21. Simanc. *in Enchirid. iudic. tit.* 63. *n.* 10. Sanch. *ſup. n.* 10. Hurtad. *ſect.* 2. §. 20. vbi teſtatur, filium hæretici combuſti ex ſententia Supremi Regij Senatus Caſtellæ, paternum Comitatum obtinuiſſe, & ad egregiam militarem dignitatem aſſumptum fuiſſe: quod ideò ita contigiſſe, obſeruat, quoniam ante patris delictum fuerat genitus, Tuſch. *ſup. d. conc.* 102. *n.* 37. Sanctar. *c.* 34. *dub.* 2. *n.* 11.

Affirmatiuam tamen, videlicet prolem conceptam priuſ- 67
quam parens hæreſis labem contraheret, pœnas non effugere: ſequuntur cum *D. Couarr.* Menoch. *dict. præſump.* 33. *ex n.* 17. Gutierr. *d. c.* 30. *num.* 37. & *d. quæſt.* 51. *n.* 5. Lotter. *d. q.* 28. *num.* 72. Farinac. *dict. quæſt.* 191. §. 2. *n.* 57. 58. Caſtr. *de leg. pœnal. lib.* 1. *c.* 7. *docum.* 2. *corollar.* 1. Didac. Perez *in l.* 1. *col.* 6. *tit.* 7. *lib.* 8. *Ordinam.* Dian. *ſup. reſol.* 74. Petr. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 4. *n.* 85. *ff. ſolut. matrim.* Ant. Gomez *d. c.* 1. *num.* 16. Azor. *lib.* 6. *c.* 4. *quæſt.* 3. *verſ. Dubia quæſtionis eſt*: Merlin. *d. tract. de Legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 31. *n.* 19. Pat. Suar. *de cenſur. diſput.* 43. *ſect.* 3. *n.* 2. Menchac. *de ſucceſſion. pro. reſ. lib.* 1. §. 1. *n.* 168. Auendañ. *in l.* 4. *Taur.* Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad c. ſtatutum* 15. *n.* 3. *de hæretic. in* 6. Peña *d. comment.* 163. *verſ. Omiſſis tamen*: Rota apud Ricciul. *d. c.* 30. *n.* 27. & apud Mareſcot. *d. c.* 35. *n.* 9. *verſ. Rota tamen*. Sicque ſeruari in Sanctæ inquiſitionis Tribunalibus affirmant Roxas *de hæretic. part.* 2. *n.* 356. Peña *vbi proximè*, Oled. *ſup. part.* 1. *c. penult. n.* 90. Perez *in l.* 3. *verſ. Deſpues que fizo la traicion tit.* 2. *lib.* 4. *Ordinam.* Simanc. *d. tit.* 29. *n.* 22. Et ita per Supremum Caſtellæ Senatum in cauſa graui fuiſſe iudicatum teſtis eſt, Gutier. *d. quæſt.* 51. *n.* 9. *verſ. Poſtea paucis diebus.*

Ratio huius amplectendæ opinionis eſt, quia cum ideò 68
filij puniantur ob paternum crimen, vt homines magis à delictis abſtineant metu pœnæ liberorum, in quibus vehementiùs, quàm in ſe ipſis terrentur ac cruciantur, Dian. *d. reſol.* 74. & dictum eſt *ſup. n.* 24. Hæc cauſa puniendi pa-

riſurmatur

difformiter reperitur in filijs natis ante hæreſim, ac poſt ipſam procreatis, quare in vtriſque eadem iuris diſpoſitio ſeruari debet *l. illud* 32. Cum *vulgaris*, *ff. ad leg. Aquil.* Quamuis *Sanch.* & ſequaces ſentiant, filios ideò puniri, quoniam in eis propter ſanguinis infectionem paterni ſceleris exempla metuuntur; vt inquiunt Cæſares *Iudic. l. quiſquis*, §. 2. quæ infectio in iam natis, vel conceptis tempore admiſſæ hæreſis conſiderari non poteſt: etenim verius eſt, hanc non eſſe præcipuam rationem, ſed primò traditam, quod expreſſim notauit Menoch. *d. præſ.* 33. *n.* 8. & rectè: quia cum hæc præſumptio parum ſit efficax, ſæpiſſimeque fallat, Simanc. *de Catholic. inſtit. tit.* 30. *n.* 21. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *q.* 15. *n.* 25. tanti habenda non eſt, vt ex ea inſontes filij pœnis afficiantur, ſiquidem quotidiè euenit, ex optimis parentibus ſceleratos filios naſci, vt ex Abraham Iſmael, ex Iſaac Eſau, ex Samuele Ioel, & Abia, ex Fideli Dauide rebellis Abſalon, ex Imperatore Marco Aurelio Commodus, ex Scipione Africano tam indignus filius ortus eſt, vt de eo Valer. Maxim. *lib.* 3. obſcuritatem ex maximo ſplendore exortam dixerit. In quo eſt maximè obſeruandum, nullum ex claris, illuſtribuſque viris Romanis ſibi ſimiles, ſed viliſſimos filios reliquiſſe; vt teſtantur Auid. Caſſ. *in vita Imperat. Seueri*: Pog. Florent. *lib. de infælicit. Princip.* Petr. Crinit. *de honeſt. diſciplina, lib.* 21. Per contrarium ex prauis, turpibuſque genitoribus probi, & inclyti filij prodierunt, vt à Saüle Ionathas procreatus eſt, ab Achaz Rege Iuda Ezechias, ab Amon, qui etiam regnauit in Iuda, Ioſias, à Leuigildo Gotho Hiſpaniæ Rege Ermenegildus, & Reccaredus: de quo D. Chryſoſtom. *ſuper illud Matth. cap.* 3. *verſ.* 9. *Patrem habemus Abraham, &c.* Vbi ait: *Quid Timotheo nocuiſſe creditur, quòd patrem habuit Tharam Luteorum Deorum cultorem; nonne ſeparatus à genere ſuo poſitus eſt in caput Fidelium, vt non iam diceretur filius peccatorum, ſed Pater Sanctorum? nec potuerunt eius gloriam ſordidare paterni errores.* Virgil. *lib.* 7. *Æneid.* de Mezentio, & Lauſo eius filio agens ita canit,

Dignus, qui Latior eſſet,
Imperijs & cui pater haud Mezentius eſſet.

Similiter pater idem non immutatis moribus filios peſſimos, ac optimos ſolent generare, prout communi contigit parenti Adamo, Abraham, Iſaac; Imperatori Veſpaſiano, & inumeris alijs frequentiſſimum eſt, vt notant Menoch. *ſup. lib.* 6. *præſ.* 58. *n.* 10. *cum ſeqq.* Tiraq. *de legib. connubialib. l.* 7. *n.* 9. Aug. Barboſ. *in collectan ad c. non debet* 22. *ex n.* 5. *de reg. iur. in* 6. Indè non præſumptionem, ſed ſuſpicionem, quòd filij parentes imitaturi ſunt, ſentit Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſ.* 24. *n.* 1. quem refert, & ſequitur Menoch. *nu.* 10. Atque ita ratio puniendi filios ob delictum patris, non eſt timor paternæ imitationis, aut ſaltem præcipua haberi non debet, ſed quòd parentes puniuntur in liberis, qui eorum pars cenſentur, ex Philoſoph. *Ethicor.* 5. *c.* 6. *& mat. moral. lib.* 1. *c.* 34. notat Lotter. *ſup. n.* 65.

69 Licèt autem contraria ſententia cum *Sanch.* tenenda foret; Ampliatio, quam idem tradit *ibidem*, *nu.* 15. non poſſe admitti videtur: ait enim filium genitum, poſtquam pater hæreſim mente conciperet, priuſquam ad actum externum perueniret, non incurrere pœnas in liberos hæreticorum ſtabilitas. Sed hoc ipſius potiſſimo fundamento deſtruitur; nam ſi filij plectuntur eo quod ex ſanguine infecto ſunt procreati, infectio non prouenit ab actibus externis, ſed à prauitate animi, qui cùm per mentalem voluntatis actum ſit contaminatus, propenſio ad imitandum paternum facinus in prolem transfundetur. Nec placet, quòd in probationem adducit: ſcilicet leges in imponendis delictorum pœnis non inſpicere ſolam infectionem internam, cum propter illam, nec ipſi delinquentes teneantur, vndè multò minùs filij inſontes puniri debent. Nam, ſi, vt ipſe opinatur, ideo filij ante delictum concepti pœnas non incurrunt, quia infecti ſanguinis vitium non contrahunt, neceſſariò attendendum eſt ad actos etiam internos, ad dignoſcendum an ſanguis ſit infectus, nec ne, cum hoc ſolùm cauſa animaduertendi in liberos culpæ expertes ſit: Ipſe verò delinquens propter infectionem ſanguinis non patitur, ſed ob proprium ſcelus, quòd niſi per actus externos manifeſtum fiat, ſenſibuſque percipi poſſit, punibile non eſt; *l. cogitationis* 18. *ff. de pœn.* quare nec in hæreticum mentalem iura ſtatuunt, cùm Eccleſia de occultis iudicare non valeat, *cap. vnic.* §. *Porrò vt Eccleſiaſtic. benefic.* Gloſ. *verb Tolerare, in cap. litteras* 13. §. *Quod ſi non habeat, de reſtic. ſpoliat.* Thom Delbene *de imm. mu. Eccleſiaſt. to.* 1. *c.* 19. *dubit.* 59. *ſect.* 1. *n.* 10. Ricciul. *de perſon. extra grem. Eccleſ. lib.* 4. *c.* 10. *n.* 10. cui ſolum de manifeſtis iudicium datum eſt, vt ait Pontifex *in cap. tua nos* 34. §. *vlt. de ſimon.* Lotter. *ſup. lib.* 3. *q.* 29. *n.* 15.

Verſ. *Secundò, pro Calderino.*

Proximè quæſtioni hæc adeò affinis eſt, vt ſimul à DD. 70
de vtraque ſoleat diſputari, cum ex eiſdem ferè fundamentis earum pendeat reſolutio, vt videre eſt apud Sanch. *ſup.* Anton. Gom. *d. n.* 16. Ceuall. *q.* 653. Dubitatur itaque num filij proditorum in Principem incidant in pœnas *d. l. quiſquis*, præſcriptas in filios reorum læſæ Maieſtatis, qui iam erant concepti tempore facinoris perpetrati? Partem negatiuam amplexi ſunt Sanchez, *n.* 10. *cum ſeqq.* Ceuall. *ex n.* 14. Suarez *in ſuo Theſaur. lit. F. verb. filij*, *n.* 226. Clar. *in d.* §. *Læſæ Maieſtatis*, *n.* 12. Gothofred. *in gloſ. lit. Q. in d. l. quiſquis*: Bonacoſ. *ſup. verb. Filij ante delictum patris.* Oroſc. *in l. emancipatum*, *n.* 4. *ff de Senatorib.* Olan. *in concor. iur. lit. F. verb. Filius*, *n.* 68. Ciſuent. *in l.* 4. *Taur. num.* 3. *verſ. Secundo modo limitatur*, Molin. *dec.* 11. *n.* 55. Ojed. *ſup. d. cap.* 21. *n.* 98. Pat. Molin. *vbi proximè*, Guttier. *d. c.* 30. *n.* 32. Medices *in tract. mors omn. ſoluit*, *n.* 118. Vela *de pœn. delict. cap.* 21. *verſ.* 2. Et plurimi apud *Sanch. & Ceuall.* qui hoc de iure Regio indubitabile dixit, & ab omnibus Hiſpanis Interpretibus teneri, teſtatur Guttierr. per leges Regni, quas D. Couar. refert, lexque Ordinamenti inſerta eſt nouæ Recopilationi, quæ eſt *l.* 5. *tit.* 8. *lib.* 8. Vndè non pauci quamuis de iure communi contra ſentiant, hanc de iure noſtro veram opinionem profitentur, vt Ant. Gom. *d. n.* 16. *in fin.* Villalob. *in antinom. iur. ciuil. & Regn. lit. F. verb. Filius*, *n.* 45. D. Couar. *infra, verſ. Quarto ſolet*. ab his tamen receſſit Greg. Lop. *in d. l.* 2. *gloſ.* 5. *ad medium.*

Sed oppoſitum, & ſic quod omnes filios *d. l. quiſquis*, 71
comprehendat, tuentur Greg. Lop. *vbi proximè*, Ant Gom. *ſup.* Menoch. *d. præſ.* 33. *n.* 16. Merlin *d. q.* 50. *n.* 17. *verſ. In puncto iuris*, Farin. *de crimin. læſ. Maieſt. q.* 116. *n.* 91. Gig. *d. tit. de pœn. quas fil. incur. q.* 5. *n.* 2. Afflict. *in conſtit. Regn. Sicil. rubric.* 2. *n.* 39. Boer. *dec.* 7. *n.* 6. Dec. *ſup. lib.* 7. *c.* 41. *n.* 8. Canterain *quæſtion. crim. tit. de quæſtion. tangent pœnis delictor. c.* 2. *n.* 11. Villadieg. *de hæretic. q.* 23. *ad finem*, Suid *de alim. tit.* 1. *q.* 31. *in fin.* Bellapertica *in l. nullus. C. ad leg. Iul. Maieſt.* Roland. *conſ.* 74. *n.* 2. *vol.* 3. Platea *in* §. *Publica autem*, *n.* 27. *Inſt. de public. iudic.* Quæ ſententia quoad ius commune verior eſt, prout ſentit D. Couarr.

Verſ. *Tertiò, opinioni Calderini.*

Filium Regis, vel Ducis, aut alterius in dignitate conſti- 72
tuti dici non poſſe, nec prærogatiuis, vt talem gaudere, qui ante adeptum Regnum, aut Ducatum natus eſt; potioremque eſſe filium minorem natu in ſucceſſione Regni, ſi poſtquam pater illud obtinuit, editus ſit, ſentiunt Didac. Per. *in addit. ad Segura, in* ... *ex familia*, §. *Sed ſi fundum*, *n.* 72. *ff. de leg.* 2. *& in l.* 5. *verb. No gozen*, *tit.* 1. *lib.* 4. *Ordinament.* Cremenſ. *ſing.* 50. Ceuall. *q.* 651. *n.* 21. Coſta *in memorabilibus*, *verb. Primogenitus*, *verſ. Sed quid ſi Rex*, Sanch. *d. c.* 27. *n.* 14. *in* 9. *argum.* Ciſuent. *in l.* 40. *Taur in* 4. *q.* Mart. Laudenſ. *in tract. de primog. q.* 3. & alij, quos laudat Cald. *de nominat. emphyteuſ. q.* 13. *n.* 45. *verſ. Neque abs re*, & Guilhel. *in c. Raynutius, verb. in eodem teſtamento, el primero, num.* 200. Hinc in Perſia inter Artaxerxem, & Xerxem Darij filios mota controuerſia ſuper Regni ſucceſſione; nam ille, licèt primogenitus eſſet, ante patris dignitatem eſt natus, hic verò, qui erat minor ætate, à patente iam Rege fuerat genitus, huic Regnum adiudicatum eſt, iudice Demarato Spartanorum Rege, vt refert Iuſtin. *lib.* 11. *de bell extern.* Herodot. *lib.* 7. Roder. Suar. *in l. quoniam in prioribus*, *limit.* 11. *n.* 22. *C. de inoffic. teſtam.* Simili modo deciſa eſt cauſa de Mediolanenſi Ducatu inter Ludouicum, & Galeatium fratres, Rainald. Corſ. *lib.* 3. *Indagation. iur. c.* 6. Guicciardin. *lib.* 3. *hiſtor.*

§ 3 Ibi:

Ibi : *Hanc profectò opinionem.*

73 Contrarium verò probatur *ex l.2.§.In filiis, ff. de Decurionib.l.moris 9.§.Parentes,ff.de pœn.*& cum *D. Couar.* plurimi ſentiunt,qui exiſtimant nihil intereſſe,filium ante, vel poſt dignitatem patris naſci,Ant.Gom. *in l 40. Tau. n.*47. P.Molin. *diſp.*624. *num.*1.*verſ. Porrò in maioratib us*, Greg. Lop.*in l.2.gloſ.*10.*tit.*15.*p.*2.Molin.*de primog.lib.*3.*cap.*1.*n.*3. vbi Addition. notaut, hoc iam propter receptam conſuetudinem eſſe extra controuerſiam; Menoch. *de præſumpt. lib.*4.*præſ.*91 *numer.*5. Mier.*de maior.at.part.* 2.*quæſt.*5. *illat.*5. Cuiac.*in l.ſi Senator,C.de dignitatib.lib.*12.Petr.Greg.*ſyntagm.lib.*45.*cap.*3.*num.*5.Hotom.*in illuſtrib.q.*1,Duaren. *lib.*2. *diſp.anniuerſ.c.*29. Ioan.Mili. *in repertor. verb. Filius primogenitus*,Salycet.*in l.Imperialis,§.Illud,C.de nup.* Azeu. licèt diſtinguat,*in l.*1.*n.*83.84.*tit.*1.*lib.*6.*Recop.*

Ibi : *Quibus accedit ; & conuenire videtur.*

74 Filius nobilis non eſt, poſt cuius natiuitatem parenti priuilegium nobilitatis conceditur,*l.*1.*tit.*1. *lib.*6. *Recop.l. vlt.C.de Decurionib.lib.*10.Guttierr.*d.c.*30.*n.*36.P. Molin.*d. diſp.*658.*n.*21.*verſ.Tertiò ex lege*,Menoch. *conſ.*26. *num.*11. Auguſt.Barboſ.*in collectan.ad Auth.quòd eis num.* 7.*verſ.Dum textus,C.de nupt.*Otalor.*de nobilit.part.*4.*princip.cap.*2.Sanch.*vbi proxime*,Ceuall.*ſup.n.*22.Azeued.*in d.l.*3.*n.*82.Aliud eſſet ſi poſt conceptionem ante natiuitatem pater nobilis efficiatur,argum.*l.qui in vtero* 7.cum *ſimilib.ff.de ſtat.homin.*

75 Quæret aliquis, cur quoad dignitatem non conſtituitur ea differentia, quæ quoad nobilitatem admittitur inter liberos ante, vel poſt eam adeptam procreatos? Cui reſponderi poterit, ad nobilitatem non ſufficere, vt quis filius nobilis ſit, ſed neceſſariò deſiderari, vt ex generoſo patre procedat;vndè qui ante priuilegium patri conceſſum naſcuntur plebei ſunt, quamuis filij Nobilis iam dici poſſint.Poſteà vero progeniti ex nobilitato genitore oriuntur, atque ita Nobilium numero adſcribuntur.At vt quis gaudeat priuilegijs paternæ dignitatis, in ipſamque ſuccedat, opus non eſt quòd à Rege, Duce, aut Senatore gignatur, nam ſat eſt ex eo natum eſſe,qui aliquando ad aliquod honoris faſtigium euehitur,*l.Senatoris filium* 5 *ff.de Senatorib.* nec ſuperueniens ſtatus paterni mutatio ius filiationis, & vinculum diſſoluere poteſt. Hinc prouenit, vt liberi poſt dignitatem quæſiti melioris conditionis non cenſeantur, etſi à clariori parente procreentur, quia ſolùm, an filij ſint? attenditur.

Ibi : *Imò ego idem reſponderem.*

76 Hanc ampliationem ad concluſionem proximè traditam, vt ſcilicèt priuilegium nobilitatis conceſſum alicui, eiuſque poſteris liberos iam natos non comprehendat, tuetur P.Molin.*vbi proximè*,Azeued *ſup. d n.*82.

Ibi : *Quin,& illud,ni fallor.*

77 Ratio huius declarationis ad legem Regiam manifeſta eſt;nam confirmatio eſt iuris quæſiti corroboratio, quæ nihil de nouo tribuit, niſi aliud de mente confirmantis appareat,*cap.inter dilectos* 6.*§.Cæterum, de fide inſtrum. cap. quia diuerſitatem* 5.*§.Mandamus,de conceſſ.prabend.l.& quia* 6.*ff.de iuriſdict.omn iud.l.Aurelius* 29.*§. Teſtamento,ff. de liberat.legat.*Tuſch.*lit.C.conc.*705.*&* 708.Guttier.*pract. lib.*3. *c.*17.*n.*43.Seſſe *Aragon.decis.*15 *n.vlt.*Azeued,*vbi proximè, n.*72.*&* 73.Rot.apud Farinac.*deciſ.*124.*n.*5.*p.*1.*recens.* Menoch.*conſ.*191.*n.*46.Pacian.*de probat.lib.*2. *c.*30.*n.*13. Deci. *in rubr.de confirm.vtil.vel inut.*Maſcard.*variar.lib.*1. *c.*19.*n.* 5,6.Lotter.*ſup.lib.*2.*q.*54.*n.*64.

Verſ.*Quartò ſolet pro Calderino.*

78 Hanc ſolutionem *D.Couar.* quæ veriſſima eſt,impugnant Sanch.*d.c.*27.*n.*14.*col.*3.*in fin.verſ.Sextò, ex l.*2. Molin. *d. diſput.*658.*n.*5. Qui reijciunt differentiam inter delicta, ex quibus filij ob paternum crimen plectuntur,& alia;vt antea nati teneantur, ſed immeritò; nam in alijs criminibus præter læſæ Maieſtatis,liberi poſtea procreati prærogatiua paternæ dignitatis non gaudent; non in pœnam, ſed quoniam ab homine priuato ſunt geniti qui dignitate ob proprium ſcelus caret.Hæc autem ratio in eis,qui a patre in honore conſtituto,ante delictum ſcilicèt ſunt progeniti,omninò ceſſat,adeóque hanc diſtinctionem iura ſæpiſſimè admittunt;*l. emancipatum* 7. vbi Conſultus rationem reddit,ibi: *Nec enim propriè Senatoris filius dicetur is, cuius pater Senatu motus eſt,antequam ipſe naſceretur;ff.de Senatorib.l.*2.*§.In auo,ff.de Decurionib.*Sed cum leges propter facti atrocitatem in liberos ſtatuunt, eum tam ante, quàm poſteà nati,quàm pater deliquerit, liberi ſint, omnes comprehendunt, quandoquidem ſine diſtinctione loquuntur, maximè ea ratione decidendi admiſſa ad eas conſtitutiones,quam probauimus *ſup. n.* 68. Ex quibus conſtat differentia rectè à D.Couar.*in præſenti* conſtitui,vt argumentum *Calderini* diluat. Ad quod eſt text. *in l.moris 9. §. Parentes, ff. de pœn.*

Ibi : *Huiuſque opinionis cenſentur eſſe.*

Sequentibus,& alijs fundamentis, quæ aduerſus *Calderinum* ipſi adducunt,reſpondent Sanch. *n.*17. & Molin.*ſup.* 79

Ad Num. 6.

Adde Guttier.*d.c.*30.*n* 46.At Sanch.*n.*24. *poſt. princip.in* 3. *argum.* licèt fateatur, verba *d.c.non impuiantur.*1.*q.*4. non reperiri in loco, qui a *Gratiano* citatur; nihilominus ex alijs D.Auguſtini locis eandem ſententiam probat, & *D. Couar.* ſolutionem hic traditam refellit; ſed authoritates, quas adducit,palam agunt de peccato paterno quoad pœnam ſpiritualem, probantque nullum peccatum parentum officere poſſe filijs iam natis; ſiam originale duntaxat afficit poſt illud procreatos: quod ex eo apparet, quia in prædictis locis,ſemper eximius Doctor de peccato originali verba facit;& quidem ex Sacris litteris conſtat,filios iam natos ob patris culpam temporaliter plecti,ſic Cham delinquente, puer Chanaan filius eius maledicitur, *Geneſ. cap.*9.*verſ.*25.Similiter Acham ob peccatum filij,quos habebat tempore,quo deliquit,igne extinguuntur, *Ioſ.cap.*7. *verſ.*24.quidquid contra communem opinetur Vazq. *tom.* 1.*in* 1.2.*diſp.*135.*c.*3.*n.*13. 80

Ad Num. 7.

Poteſt quis iuſtè ex cauſa ob alienum factum pœna pecuniaria puniri, non corporali: quare Statutum illam imponens valet,Guttier *an.*27. Ojeda,*d.cap.*23.*n.*107.Cacher. *Pedemont.deciſ.*88.*num.*18.Clar. *d. lib.*5.*§.fin. quæſt.*86. *n.*5. Magon.*Lucenſ.deciſ.*17.*n.*2.3.*part.*1. Farinac. *in prax. crimin.q.*14.*num.*189.Caball.*reſolut.crimin.caſ.*149.*n.*18.Card. Tuſch.*lit.S.conc.*605.*& conc.*618. Ant. Gab. *commun. lib.*3. *tit.de iur.quaſit.non tollendo,conc.*1.*num.*18.*verſ. Quartò amplia.*Ioan.de Platea *in rubric.verſ.Quod autem, C. de decret. Decurion lib.* 10. Cartar. *de exequut. ſentent. capt. bannit. à num.*71.Luc.de Penna *in l.*1.*verb.conuenit,C.de omni ag. deſert.lib.*11.Cyriac. *tom.*2. *controuerſ.*356. *num.*46. Menoch. *de arbitrar.lib.*2.*caſ.*346.*nu.*10. latè Guazzin.*ſup. defenſ.*33. *cap.*2. *num.*8. Idemque conſuetudine poteſt introduci,Roman.*conſ.*30.Menoch.*num.*11. qui alios refert aſſerens, ea ſtatuta rigore eſſe plena,& ideò ſtrictiſſimè interpretanda: idem docent Dec.*in l.extra territorium,num.*5.*ff.de iuriſd.&. omn.iudic.*Marſil.*ſing.*224.Tuſch. *d.conc.* 605. *num.*20. Cyriac.*ſup.num.*43. Merlin.*ſtatim laudandus,num.*10. Maſcard. *de ſtatut. conc.*4 *ex num.*91. vnde cum quis pro alieno crimine puniendus venit, illud plenè probari oportet per veras probationes; nec ſufficit, vt reus pro confeſſo propter contumaciam habeatur;Card.Tuſch. *lit.P. conc.*212. Maſcard.*ſup.conc.*10.*num.*19.Guazzin.*n.*9.& dixi *ſup.* de liberis hæreticorum agens. 81

Ibi : *Nihilominus verum eſt.*

Valet ſtatutum, vt quis propter delictum ab alio commiſſum infamia notetur, ſi iuſta ſit cauſa: Tuſch. *lit. P.* 82 *conc.*212.

*conc.*112. *num.*48. Clar. *vbi proximè*, Farinac. *d. quæſt.*24. *num.*192. qui fatentur hoc duriſſimum eſſe, & in crimine læſæ Maieſtatis duntaxat ob immanitatem ſceleris tolerari; quare talia ſtatuta non valere, docuit Bald. *in rubric. C. rei vxor. actio. act.*

Verſ. *Hinc apparet.*

83 Statutum tenet, quo cauetur, vt pater ſit aſtrictus ad ſoluendam pœnam pecuniariam pro filio delinquente intra Legitimam, Toſch. *d.conc.*618. *num.* 9. Bon.co*. *commun.tom.*1. *lib.* 4. *tit.* 6. *num.*10. Mich. Craſſ. *in tract. de ſucceſſ.* §. *Legitima*, *quæſt.* 12. *num.* 3. *verſ. Sed diuerſum*, Merlin. *de Legitim.lib.*3. *tit.*1. *quæſt.* 33. *ex num.* 7. Clar *d. quæſt.*86. *num.*8. Surd. *deciſ.*314 *num.*1. Farinac. *num.* 160. Caball. *ſup.caſ.*150. *num* 1. Gomez *in* §. *Actiones,num.*24. *Inſt. de actionib.* Chaſſan. *in conſuetud.Burgund.rubric.*7.§. 2.*num.*5. Dueñas *reg.* 356. *num.* 2. Cagnol. *in l. vlt.n* 287. *C.de pact.* Suar. *receptar. ſentent. verb. Legitima*, *num.*67. Padill. *in l ſi emancipata,num.*34.*C.de iur. & fact. ignorant.* Menchac.*de ſucceſſion.creat.*§.20. *num.*286. Ioſeph. Ludouic. *Peruſ.deciſ.*11.*num.*24 Gutier. *de delict.quæſt.*42.*num.*8. *& in* §. *Sui,num.*90. *Inſt.de hæred. qualit.* vbi ampliat, etiam vltra legitimam. Quod Statutum ea nititur ratione, quia parentes ita magis ſtudebunt, vt filij bonis moribus imbuantur, ac potiùs in bono quam in malo verſentur, Caball. *vbi proximè*, Roman. *in l.ſi filiofam.* la 2.*num.*1 .*verſ. Quoad vltimum. ff. ſolut. matrimon* Ruid. *conſ.* 8. *num.*1.2. *lib.*5.

84 Sed præfato ſtatuto locus non erit, vbi pater delinquentis habet nepotem ex eo, quia minime ad ſolutionem condemnationis pecuniariæ tenebitur, Bald. *in l.ſi qua pœna, in prim. lectur. verſ. Quæro, pater habet filium, ff. de his qui ſui vel alien. iur.ſunt*, Toſch. *num.*11. Ioſeph. Ludou. *ſup. num.*27. *cum ſeqq.* Craſſ. *num.* 4. Surd. *deciſ.*167. *per totam*, Baiard. *ad Clar. d. quæſt.*86. *num.* 23. Ruin. *num.*6. Merlin. *latè, ſup. quæſt.* 36. *per tot.* Caball. *num.* 23 Farinac. *ſup. num.*172. Quod tamen fallit in crimine læſæ Maieſtatis, Baiard. *vbi proximè*, Farinac. *ſup.num.* 172. Merlin. *qu.*36. *in fine.*

85 Similiter locus non erit ſtatuto, ſi filius, qui deliquit, ſoluendo ſit, Caball. *num.*32. vbi alij. Neque in nepote delinquente, quamuis pater eius de medio ſit ſublatus, Caball. *num* 11. Merlin. *ſup. quæſt.*37. *num* 5. vbi diſputat, Ruin. *n.*51 Dyn. *in l.lege Iulia,*§.*Hoc capite,ff. de rit. nupt.* Nell *in tract.de bannit.*1 *q.*34. *in fine*, de alijs limitationibus conſulas Caball. *d.c.ſ.*250 & Clar. *d.*§ *fin. quæſt.*86.

86 Præter quas aliam à ſe primùm excogitatam tradit Merlin. *d.q.*34. *in fine, & lib.*4.*tit.*1.*quæſt.*4.*nu.* 11. quando ſcilicet crimen admittit, propter quod filius poteſt exhæredari, vt hæreſim, nam pater exhæredando illum, pœnæ pecuniariæ ſolutionem effugiet, ad quam ex ſtatuto tenebatur: dicitur ea ratione, quoniam per delictum filij fuit ius quæſitum patri ad excludendum illum à legitima, cui per ſtatutum non cenſetur fieri præiudicium; atque ita præueniendo fiſci petitionem, eodem potior erit; quæ ſententia licèt humanitate, ac æquitate fulciatur, vt idem *Merlinus* aſſeuerat, difficultatibus non caret; nam cùm fiſcus ſtatim, filio damnato, legitimam illi competentem extorqueat, ipſe ita præuenit, vt iam exhæredationi locus non relinquatur, quæ in tempus mortis exhæredantis confertur, ſicut cætera, quæ teſtamento diſponuntur, *l.*1 *ff. de teſtament.* cùm exhæredatio niſi in teſtamento facta non teneat, §. *Codicillis, Inſt. de codicill.* Nec intereſt, quod pater antequam fiſcus agat, filium reum exhæredem faciat; quia non inſpicitur tempus, quo diſponitur, ſed illud ad quod diſpoſitio confertur: *l. in tempus* 62. *ff. de hæred. inſtit. l.ſi is qui hæres* 21. *ff. de vulgar. l. Titio cùm morietur* 56. *ff. de vſufruct.* Bald. *in l.ſi res, C. de iur. dot.* Menoch. *conſ.*770. *num.*2. Tiraquel. *de primogen. quæſt.*40. *num.* 174. Vnde cum fiſcus præoccupet legitimam filij, nihil ſupereſt, quod per exhæredationem pater poſſit eidem adimere.

87 Deinde in contrarium mouet, quòd donatio ingratitudine in præiudicium Tertij non reuocatur, *l.ſi poſt diuortium* 70. §. *patrona. ff. de iur. dot. l. ſi dotem* 24. *C. eod.* Bald. *in d.* §. *Patrona*, Salycet *in d. l. ſi dotem*, Rip. *in l. vlt. quæſt.*51. *C. de reuocand. donat.* & alij, quos refert Menoch. *conſ.*723. *numer.*2. diximuſque *ſup. lib.*1. *c.* 1. *in fine*, ergo eodem modo pater non valebit in præiudicium fiſci, cui ius quæſitum eſt, filium ſuum propter ingratitudinem, aliámve cauſam exhæredare, cùm eadem ratio in vtroque caſu reperiatur.

Tandem idem ſuadet, quòd ſi patri liceret per exhæredationem impedire confiſcationem legitimæ filij, inane foret ſtatutum, quo caueretur, vt pater ſolueret pecuniariam condemnationem illis caſibus, quibus filius poſſet exhæredari, cùm in poteſtate patris eſſet, ſtatutam pœnam euitare, ac mentem ſtatuentium eludere; lex enim niſi in inuitos reddatur, nullius erit momenti, atque ideo eius virtus eſt punire, & coercere; *l.* 1. *l. legis virtus* 7. *ff. de legib.* Igitur ſtatutum, per quod pater cogitur ſoluere pro filio condemnationem, locum habebit, etſi de iure delinquens poſſit exhæredari. Alioquin quod vna via denegatur patri, ſcilicet legitimæ filij retentio, alia permitteretur: aduerſus iuris principia, *c. vnic. de Cleric. coniugat. in* 6. *& c. cum quid* 84. vbi notatur, *de reg. iur. eod. lib.* Menoch. *conſ.*285. *numer.*41. Cyriac. *tom.*3. *contron.* 437. *n.*12. ex quibus & alijs conſultò omiſſis, quæ facilè occurrent, dubia redditur *Merlini* ſententia: quæ tamen probari rectiùs poterit, cùm pater ex delicto, vel ingratitudine præcedenti, filium exhæredem fecerat, ac poſtea fuit damnatus filius ex nouo crimine pœna pecuniaria, quam pater ſoluere deberet; tunc enim præuenit cauſam fiſci, nec ſuo iure priuari æquum eſt: maximè cum alias poſſet filius in odium patris, a quo ſe exhæredatum cognouit, tale ſcelus admittere, ex quo veniret pœna pecuniaria plectendus, vt ita fiſcus legitimam patri auferret. Quod, cùm huiuſmodi ſtatuta odioſa ſint, erit faciliùs admittendum. 88

Ad tradita paulò ſuperiùs ſunt aliqua obſeruanda. Primum ad computationem legitimæ, vt pater eam ſoluat pro filio delinquente, inſpiciendum eſſe tempus ſententiæ, perinde ac ſi tunc ille moreretur; nec ampliùs tenebitur fiſco, aut filio, etſi, adaucto patrimonio, decedat; quemadmodum nec repetere poterit, ſi exhauſtis facultatibus obeat; Tell. Fernand. *in l.* 2.. *Taur. num.* 14. Caball. *d. caſ.*250. *num.*26. Nell. *ſup. part.*1. *temp* 2. *quæſt.*35. Merlin. qui de praxi teſtatur, *d. lib.*3. *tit.*1. *quæſt.* 39. *num.* 3. vbi tres refert opiniones, de quo etiam videre oportet Farinac. *dict. quæſt.*24. *num.*187. Mangil. *de imputat quæſt.*41. Guttier. *in cap. quamuis pactum, verbo, a filia*, *num.*13.14. *de pact. in* 6. Secundum; filium poſſe poſt delictum renunciare ſuæ legitimæ ante condemnationem, atque ita non erit locus confiſcationi ex ſtatuto, Merlin. *q.*38. *n.*4. Mag. *q.*4. *num.* 6. Quod limita, ſi in fraudem fiat, vel in crimine, quod delinquentem priuat bonis à die delicti, vt Maieſtatis, *argument. l. ſi donationes* 32. §. *vlt. ff. de donationibus.* Tertium; patrem non teneri, ſi filius vt contumax, & non ex legitimis probationibus condemnetur, Merlin. *quæſt.* 35. *à princip.* Farinac. pluribus laudatis, n.176. Alciat. *de præſumpt. reg.* 9. *præſumpt.*22. *num.*1. Sim. de Prætis, *conſ.*65. *n.* 1. Berraz. *conſ.* 83. *n.*14. *lib.*1. Quartum; non eſſe neceſſarium, vt pater citetur in cauſa, quæ aduerſus filium delinquentem tractatur, ad ſolutionem legitimæ, niſi quando filius abeſſet, & propter eius contumaciam iuxta formam ſtatuti pater teneretur, tunc enim citari debet, vt ſententia ei præiudicium pariat, Farinac. *n.*183. Merlin. *vbi proximè*, *n.*7. 89

Ibi: *Quamuis ſecluſo ſtatuto.*

Secundum ius commune, pater non eſt aſtrictus ad ſoluendam legitimam filij delinquentis, vt pecuniariæ pœnæ illi impoſitæ ſatisfiat; Farinac. *ſup. n.*16. Caball. *d. caſ.* 250. *n.*2. Clar. *d. quæſt.*8 .*num*... Dueñas *ſup reg.*356. *num.*2. Craſſ. *quæſt* 12. *n.*2 Padilla *ſup. num.*13. Merlin. *quæſt.*33. *n.* 2. Menchac. *d.*§.20. *n.*285. Boer. *deciſ.*22. Ruin. *conſ.*149. *nu.* 3. Viu. *commun. tom.*1. *lib.* 3. *tit.*16. *de inofficioſ. teſtament. num.*55 *verſ. Et hinc eſt*, Suar. *vbi ſupra*, Valdes *in addit. ad Roderic. Suar. in l. poſt rem iudicatam, notab.*13. *ff. de re iudicat.* Valaſc. *de partitionib. cap.*21. *num* 2. Surd. *d. deciſ.* 167. *n.*1. Ioſeph. Ludouic. *vbi ſupra*, Tuſch. *lit. P. conc.*212. *n.*15. Gutier. *d. q.* 42. *num.*1.2. 90

Quod limitatur, ſi filius veniret capite plectendus, niſi 91
pecuniaria pœna ſolueretur, Valaſc. *vbi proximè*, vel ſi in

 vinculis

vinculis publicis detineatur dum ſoluat, Farin. *n*.21. Dueñas *limit*.5. Merlin. *ſup. lib*.2. *titul*.2. *quæſt*.25. *numer*.3. Guttier. *numer*. 7.

Ibi : *Et quod publicatis ob crimen bonis.*

92 Bonis filijſfam. ob crimen fiſco addictis peculium caſtrenſe, vel quaſi, patri relinquitur, Menoch *de recuperand. remed*.9. *num*.70. Sanch. *d. lib*.2. *cap*.15. *num*.4. vbi diſputat; Emman. Suar. *in addit. ad Ant. Gom. lib*.2. *variar. c*.15. *n*.15. *lit. D*. Clar. *d*. §. *fin. quæſt*. 78. *num*.13. Fachin. *lib*.9. *controuerſiar. cap*.49. *in fine*, Dueñ. *reg*. 275. *limit*.7. Mier. *de maiorat. in prim. edit. part*.4. *quæſt*.23. *num*. 9. Ioan. Oroſc. *in l*.3. §. *Si filius meus, verb. in magiſtratu, num*.8. *ff. quod quiſq. iur*. Farinac. *ſup. num*.11. *cum ſeqq*. Roderic. Suar. *in d. l. poſt rem iudicatam, notab*.13. *num*.1. Marania *in prax part*.6. *in vlt. act*. *num*.36. Coſta *in l. qui duos*, §. *Cum in bello, verb. patris*, *num*.1. *ff. de reb. dub*. Boët. *deciſ*.7. *num. vlt*. Bernard. Diaz *in prax. cap*.132. *num* 6. *in non. edit*. Guttier. *de delict. quæſt*.41. *ex n*.14. vide infrà. *n*.95.

93 Hoc ampliatur, quamuis filius, cuius bona publicantur, prolem habuerit; nam adhuc peculium illud patri quæritur, Alexand. *in l. ſi finita*, §. *Si de vectigalibus, verſ. Adde, quod gloſſa, ff. de damn. infect*. Salycet. *in l*.3. *num*.2. *C. de bon. proſcript*. Benedict. de Plumb. *in l. poſt dotem, num*.27. *ff. ſol. matrimon*. Sanch. *num*.5. Emman. Suarez *vbi proximè*, Peregrin. *de iur. fiſc. lib*.5. *tit*.1. *n*.130. & hæc eſt de iure vera ſententia, quamuis contrarium ſuſtineant Bald. *in l. exequutorem, n*.3. *in fine, verſ. Si verò ſit Caſtrenſe, C. de exequut. rei iudicat*. Bald. *in d. l. poſt dotem, num*.26. Iaſ. *ibi, num*.95. Bald. Nouell. *de dot. part*.8. *princip. priuileg*.10. *n*.3.

Ibi : *Sicut nec publicatis bonis.*

94 Bonis patris ob eius crimen publicatis, peculium etiam profectitium non publicatur, ita reſoluit, pluribus cumulatis, Sanch. *d. lib*.2. *c*.16. *a n*.21. vbi latiſſimè de hac materia, *per totum*, ibique de peculio Caſtrenſi, & de vſufructu aduentitiorum. De quo etiam Farinac. *dict. q*.24. *ex num*.25. Pat. Molin. *diſp*.9. Ant. Gom. *num*.16.17. Azeued. *in l*.1. *tit*.3. *lib*.8. *Recopilat. num*. 209. Clar. *num*. 14. Menoch. *num*. 93. Dueñ. *ſup*. Roderic. Suar. *vbi proximè, num*.6.9. Eſt tamen communis opinio, quod ob crimen læſæ Maieſtatis profectitium peculium publicatur, quam tenent Farinac. *ſup. & quæſt*.116. *de crim. læſ. Maieſt*. §.3. *num*.115. Decian. *d. c*.41. *num*.23. Canicra *in quæſt. crimin. tit. de quæſt. tang. punit. delict. cap*.1. *num* 37. Peregrin. *d. tit*.21. *num*.126. Quemada *in quæſt. Fiſcalib. quæſt*.19. Gig. *ſup. tit. de pœn. commit. hoc crim. quæſt*.13. *num*.4. Alex. *in l. ſi finita*, §. *Si de vectigalibus*, *num*.44.46. *ff. de damn. infect*. etſi contradicat Sanch. *num*.23. de quo etiam Guttier. *ſup. quæſt*. 40.

Ibi : *Contrariam ſententiam hodie.*

95 Sed quod peculium Caſtrenſe cedat Fiſco, & non patri, bonis filij publicatis propter delictum, ſentiunt non pauci exiſtimantes, *l. ſi filius* 3. *C. de bon. proſcriptor*. (quâ oppoſita opinio apertè probatur) correctam iſſe per *Authent. de hæred. ab inteſt. venientib*. §. *Si quis igitur*, *collat*.9. ex quo deſumpta eſt *Authent. defuncto*, *C. ad Tertyllian*. Ita Ant. Gom. *d. cap*.15. *num*.15. Gig. *de crimin. læſ. Maieſt. lib*.2. *tit. de pœn. committent. hoc crim. q*.12. *num*.2. Simanc. *ſup. tit*.9. *à num*.13. Cald. *in l. ſi curatorem habens*, *verb. læſis num* 112. *verſ. Sed in oppoſitum*, *C. de in integ. reſtitut*. Azeued. *in l*.1. *num*.210. *tit*.3. *lib*.8. *Recopilat*. Vald. *ſup. num*.1. *verſ. Sed in peculio Caſtrenſi*. Azor. *inſtit. moral. tom*.1. *lib*.5. *cap*.7. *quæſ*.8. *& tom*.2. *li*.2. *cap*.22. *quæſ*.8. Pat. Vazquez 1. *part. q*.96. *art*.5. *diſp*.169. *c*.1. *num*.9.

Non tamen eſt à priore ſententia recedendum ob fundamenta, quæ ſunt apud Sanch. *d. num*. 4. quibus addi poteſt, quod cum fauore militum fuerit inductum, vt filijfam. poſſent de Caſtrenſi peculio liberè diſponere, hic fauor non debet in eorundem damnum retorqueri; *l. quod fauore* 6. *C. de legib. l. nulla iuris* 25. *ff. eod. cap. quod ob gratiam* 61. *de reg. iur. in* 6. prout retorqueretur, ſi peculium Caſtrenſe potiùs ad fiſcum, quàm ad patrem pertineret. Aliqui hoc limitant in crimine læſæ Maieſtatis, vt Farinac. *num*. 14. Gig. *d. quæſt*.12. Oſaſch. *deciſ*.91. Quemada *in ſuis q. Fiſcalib. q*.11. Guttier. *d. q*.41. *num*.19. contra Sanch. *d. c*.15. *n* 4. *in fine*, & hoc magis iuri conforme eſt.

Verſ. *Ex his patet.*

In publicatione bonorum filijſfam. non venit eius peculium aduentitium, in quo pater vſumfructum habet, ſed hunc etiam quoad proprietatem omninò quæritur; Menoch. *ſup. ex num*.66. Sanch. *num*.9. Ant. Gom. *num*.14. Clar. *d*. §. *fin. quæſt*.78. *num*.12. Farin. *num*.5. Carleual. *de iudicijs, tom*.2. *tit*.3. *diſp*.20. *num*.6. Roderic. Suar. *ſup. notab*.13. Aſcan. Clementius *de patr. poteſt. cap*.6. *effect*.2. *num*.36.37. Bern. Diaz *ſup. c*.132. *num*.6. *in nou. edit*. Boët. *d. deciſ*.7. *num. vlt*. Marania *in prax. part*.6. *in vlt. act. num*.145. Peregrin. *ſup. d. tit*.1. *n*.128. Tuſch. *d. conc*. 212. *n*.16. Mendes *in l. cum oportet, num*. 85.92. *C. de bon. q. liber*. Azeued. *in l*.1. *n*.212. *tit*.3. *lib*.8. *Recopilat*. Boſſi. *in prax. tit. de bonor. publicat. num*.71. Guttier. *d. qu*.41. *num*. 31. *cum ſeqq*. licèt contra ſentiant aliqui ſtatim recenſendi *n* 99. 96

Quod ampliatur, quamuis filius ex conſenſu patris aduentitia liberè adminiſtret, Roman. *in l. filiofam. ls* 2. *ff. ſolut. matrimon*. Guttier. *num*.10. Abbas *conſ*.66. *num*.5. *volum*.2. Boët. *num*.16. Baiard. *ad Clar. d. quæſt*.78. *n*.55. Farinac. *n*.8. *verſ. Verùm ego*, pro quibus facit *l. creditor* 60. §. *Lucius. ff. mandat*. etſi contrarium magis placuerit, Bart. *in l. ſi finita*, §. *Si de vectigalibus, n*.13. *ff. de damn. infect*. Alexand. *ibidem, num*.51. Pariſ. *conſ*.157. *num*.15.17.18. Menoch. *ſup. num*.90. ſed ampliationem præmiſſam admittit Sanch. *nu*. 12. etiam quando orta inter patrem, & filium controuerſia, arbitri decreuerunt, vt filius peculium id adminiſtret, quamuis vſusfructus ad parentem ſpectet, nam adhuc non confiſcari reſoluit. 97

Ratio præcipuæ concluſionis eſt ſecum cùm commune DD. placitum, quia ſicut non poſſunt filijfam. aduentitia alienare, in quibus patri eſt vſusfructus, niſi ipſe conſentiat, *l. vlt*. §. *Filijs autem*, *C. de bon. quæ liber*. Ita nec delinquendo permittuntur illa in fiſcum transferri, Sanch. *nu*.9. *verſ. Secundò quia alienatio*, Guttier. *num*.3. Clar. Carleual. & alij *ſup. n*.96. laudati. Eſt enim iuris principium, vt qui ex contractu prohibetur in præiudicium alterius alienare, etiam ex delicto ei alienatio cenſeatur interdicta, Sanch. *ibidem* Molin. *de primogen. lib*.4. *cap*.11. *num*.7. Bart. *in d*. §. *Si de vectigalibus, n*.12. Farinac. *num*.5. Roxas *de ſucceſſionib. cap*. 7. *num*.6. Carleual. *d. tit*.3. *diſp*. 19. *n*.16. Peregrin. *vbi proximè*, *n*.90.99. 98

Non deſunt tamen, qui peculium illud Fiſco cedere contra communem teneant, vt Cald. *ſup. num* 112. *verſ. Sed in oppoſitum*, & *num*.152. *verſ. Sed in propoſita ſpecie*, Ripa *in cap. ſæpè. num*.76. *quæſt*.11. *de reſtit. ſpoliator*. Vald. *ad Suar. ſup. d. notab*.13. *num*.2. *verſ. Ex quo ſequitur*. At à communi recedendum non eſt. 99

Dubium autem eſt, an peculium aduentitium, cuius vſumfructum pater non habet, propter delictum filij publicetur cum reliqua eius ſubſtantia? Negant Farinac. *d. quæſt*.24. *num*.6. *verſ. Quibus non obſtantibus*, Ruin. *conſ*. 14. *num*.7. *vol*.5. Socin Iun. *conſ*.77. *à numer*. 10. Clar. *vbi ſup*. Guttier. *num*. 7.8. At rectiùs affirmant Cald. *num*. 153. *verſ. Ex ſupra dictis iam infertur*, Mend. *ſup num*.88. Gigas *vbi proximè, quæſt*.15. *num*.2. Crot. *in l. frater a fratre*, *num*.35. *ff. de condict. indebit*. Pariſ. *con* 159. *à num*.11. Sanch. *nu*. 4. Menoch. *d. remed*. 9. *num*. 81. Peregrin. *ſup. num*.128. qui duo dubitant. Quæ vltima ſententia apud nos eſt proculdubio recipienda extante *l*. 5. *Taur*. quæ eſt *l*. 4. *tit*.4. *lib*.5. *Recopilat*. qua permittitur filijfam. condere teſtamentum, nam prima contraria defenditur ex eo, quod filiifam. de iure communi teſtari de aduentitijs non poterant, etſi in eis pater vſumfructum non haberet, *l. penult. C. q. teſtam. fac. poſ*. vt videre eſt apud Authores, qui illam tuentur. Quibus autem caſibus vſusfructus patri non quæratur, tradit Dicaſtill. *de iuſt. tom*.2. *lib*.2. *tract*. 3. *n*.304. 100

Quod ſi pater carens vſufructu, ſpem habuerit illius conſequendi, veluti ſi penes Tertium fuerit; nam cùm eo mortuo, aut aliàs iure fruendi extincto, rediturus ſit vſusfructus ad proprietatem per conſolidationem patri filij 101

proprietarij

proprietarij acquiretur ? & hoc ſufficiet, vt, ſi interim bona ob delictum filij Fiſco addicantur, peculium reſeruetur parenti, cum propter talem ſpem prohibita ſit filijs eorum bonorum alienatio; vt colligunt communiter DD. ex d. §. *Filijs autem*, poſt Gloſ. *ibi, verb. duntaxat* : & conſequenter confiſcatio, ea regula *ſupra* tradita, *numer.* 98. ita Menoch. *num.* 87. Ruin. *ſup. num.* 13. *verſ. Tertiò prædicto*, Sanch. *num.* 13. Socin. Iun. *ſup. n.* 13. 14. Farinac. *nu.* 7. Gutier. *n.* 9.

102 Maximè controuertitur, quid iuris erit, ſi filius læſæ Maieſtatis crimen admiſerit ? In quo triplex reperitur opinio. Prima docet, tam vſumfructum ad patrem ſpectantem, quàm proprietatem, illico ad Fiſcum transferri: hanc tenent Simanc. *de Catholic. inſtitut. tit.* 9. *nu.* 18. Azor. *inſtitut. moral. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 7. *quæſt.* 8. *& lib.* 8. *cap.* 13. *num.* 15. Pat. Vazq. 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 5. *diſp.* 169. *c.* 1. *nu.* 9. Secunda, proprietatem duntaxat publicari, vſufructu penes partem permanente: Ita Azeued. *d. nu.* 212. Cacheran. *deciſ.* 94. *num.* 9. Farinac. *num.* 9. Baiard. ad Clar. *d. q.* 86. *num.* 51. Gutier. *num.* 4. Pancirol. *conſ.* 18. *num.* 12. Tertia, quæ magis veritati videtur accedere, ſic diſtinguit; aut bona ſunt quæſita ante delictum, & tunc locus eſt proximæ ſecundæ ſententiæ: aut poſt, & erit prima admittenda, quam diſtinctionem tradunt Sanch. *n.* 11. Sayr. *in Claui Reg lib.* 9. *c.* 7. *n.* 7. *verſ. E contra*, Pat. Molin. *diſp.* 9. *n.* 16.

Verſ. *Sic delinquente filio.*

103 Confiſcatio bonorum filijfam. peculium eius profectitium minimè comprehendit, Suar. *d. notab.* 13. *num.* 5. vbi *Vald.* Menoch. *num* 74. Clar. *d. quæſt.* 78. *num.* 11. Azeued. *ſup. num.* 110. Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 4. *dubit.* 3. *nu.* 12. Cantera *in quæſtion. crimin. tit. de quæſt. tang. punition. delictor. cap.* 1. *num.* 39. Simanc. *vbi proximè*, *num.* 80. Dueñas, *reg.* 275. *limit.* 7. Gig. *ſup. quæſt.* 10. Bernard. Diaz, *d. c.* 132. *num.* 6. Nell. *in tract. de bannis part.* 1. *temp.* 2. *n.* 15. Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubric.* 2. §. 2. *in princip. n.* 20. Aſcan. Clemens *effect.* 2. *num.* 37. Suar. *commun. verb. Confiſcatio num.* 266. Farinac. *num.* 3. Boſ. *ſup. nu.* 71. eſtque omnium concors ſententia, quæ obtinet, quamquam pater liberam, & abſolutam adminiſtrationem, etiam cum facultate diſſipandi conceſſerit filio, Farinat. *vbi proximè*, Angel. *in l. ſi filius*, *num.* 3. *ff. de damn. infect.* Palac. Rub. *in rubric. de donat. inter* : §. 66. *num.* 24. *verſ. Præſuppoſito ſine veritatis præiudicio*, Ant. Gom. *ſup. num.* 16. Cald. *d. verb. læſis*, *n.* 118. *in fine*, Baiard. *vbi proximè*, *d. quæſt.* 78. *num.* 49. Peregrin. *d. tit.* 1. *n.* 125. Guttier. *q.* 41. *n.* 1. 2. 5.

Ibi : *Et his addendum, quòd publicatis bonis.*

104 Bonis filijfam. viuo patre publicatis, Legitima eius in confiſcationem non includi: Peregrin. *num.* 97. 133. Merlin. *ſub. d. quæſt* 33. *per totam*, Azor. *d. lib.* 5. *cap.* 7. *quæſtion.* 8. Carleual. *d. diſp.* 20. *num.* 5. Guttier. *in* §. *Sui*, *num.* 94. *Inſt. de hæred. qualit. & d. quæſt.* 42. *num.* 1. Speculat. *tit. dict. exequut. ſentent.* §. *Sequitur videre*, *num.* 11. Menoch. *conſ.* 77. *n.* 18. Baiard. *ſup. num.* 48. Gig. *quæſt.* 9. Padilla *in l.* 3. *num* 33. 34. *C. de iur. & fact. ignorant.* Boſ. *num* 27. Azeued. *in l.* 3 *n.* 145. *tit.* 10. *lib.* 1. *Recopilat.* Cotta *in memorabilib. verb. Pater obligatus ſoluere*, *verſ. Sed quid erit*, Cagnol. *in l. fin. n.* 86, *ff. de pact.* Ducñ. *reg.* 356. *in princip.* Viui. *commun. verb. Legitima non debetur filio*, *num.* 5. Sanch. *num.* 19. Aſcan. Clem. *ſup. effect.* 16. *num.* 16. Farinac. *nu.* 16. *verſ. Hoc ideo*, Roland. *conſ.* 97. *num.* 5. *vol.* 2. Clar. *d. quæſt.* 86. *n.* 3. & de hoc aliquot Interpretes in *cap.* 2. *de delict. puer. & in l. ſi quis pœna* 7. *de ijs, q. ſui. vel alien. iur. ſunt.* Quod dicitur de Legitima, extendit ad alimenta *Sanch.* poſt alios *ſup. num.* 12. Atque præmiſſa locum habent, filio crimen læſæ Maieſtatis perpetrante, Farinac. *num.* 17. Gig. *d. quæſt.* 9. Guttier. *quæſt.* 42. *num.* 3.

105 Dictum eſt in proxima aſſertione *viuo patre*; quia ſi filius damnatus fuerit poſt eius obitum, etiam nondum diuiſa hæreditate, Legitima ad fiſcum pertinebit, Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 49. Menoch. *vbi proximè*, *verſ. Tertium caſum*, idemque inſinuant Farinac. *numer.* 20. Merlin. *num.* 5. dum aſſerunt, Legitimam non publicari, cùm filius damnatur, viuente patre; quia confiſcatio non trahitur ad futura, conditionalia, & nondum delata, nam hoc ceſſat, mortuo iam patre tempore publicationis, cum ſit delata ſucceſſio, ſitque filio quæſitum, vt conſiderat Menoch. *ſup.*

Extenditur principalis concluſio, ſeu declaratur, vt Legitima fiſco non debeatur, nedum ſtatim poſt condemnationem filij, verùm etiam nec poſt mortem patris; nam fiſcus manet omnino excluſus, ſiquidem, vt nuper diximus, publicatio non extenditur ad futura. Ita docent Specular. Boſ. Padill. Guttier. Farinac. Baiard. *vbi proximè*, Sanch. *d. cap.* 15. *n.* 21. Gig. *q.* 18. *n.* 2. Merlin. *n.* 4. 106

Eadem verò concluſio limitatur, ſi pater filio ante condemnationem aſſignaſſet, tradidiſſetque legitimam, cum enim iam plenè delinquentis ſit, nihil impedit, vt in fiſcum transferatur, Sanch. *vbi proximè*, *nu.* 10. contra Baiardum, *d. num.* 48. 107

Ibi : *Eodem pacto, ratione ſumpta.*

Fiſco occupante bona mariti propter ipſius delictum, reſeruatur vxori dimidia pars bonorum, quæ, matrimonio conſtante, ſunt quæſita; nam ex alieno facinore non eſt auferendum ab ea, quod de iure ſibi competit. Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 4. Ant. Gom. *in l.* 77. *Taur.* vbi Caſtill. *num.* 1. Baiard. *ſup. num.* 77. Azeued. *in l.* 10. *num.* 6. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat.* Matienç. *ibi gloſ.* 2. *in princ.* Morquech. *de diuiſ. bonor. lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 16. Pater Vazq. *in* 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. *diſp.* 169. *cap.* 2. *num.* 14. 108

Ibi : *Et tamen poterit omnibus in his caſibus.*

Statuto caueri poteſt, vt ob filij delictum, peculium eius quodcunque publicetur; Farinac. *num.* 161. vbi Marchiæ tale ſtatutum eſſe teſtatur. 109

Ibi : *Sed ſi pater pœnam pecuniariam.*

Eſt circa hoc egregia *Bartoli* diſtinctio *in l. Stichum*, *n.* 2. *ff. de pecul. legat.* aſſerentis, patre inuito ſoluente pœnam pecuniariam pro filio, eſſe, quicquid expenderit, in legitimam computandum: ſecùs ſi ſpontè ſoluat, quia donare videtur. Quoad primam partem abſque controuerſia recipitur: quoad ſecundam, duæ reperiuntur oppoſitæ, communeſque opiniones, teſte Ceuall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 513. vna eſt eorum, qui *Bartolum* ſequuti ſentiunt, non debere in Legitimam imputari condemnationem pecuniariam, quam pater vltro perſoluit propter filij delictum, vt Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 36. *num.* 138. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 50. *num.* 1. Ruin. *conſ.* 149. *num.* 13. *verſ. Nec etiam videtur*, *lib.* 3. Ant. Gom. *in l.* 29. *Taur. num.* 20. Gutier. *in dict.* §. *Sui*, *num.* 95. *Inſt. de hæred. qualit.* Paul. de Montepico *in l. in Quartam*, *num.* 286. *ff. ad leg. falcid.* Rot. apud Merlin. *de legitim lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 25. *n.* 2. & alij, quos refert Ceuall. *ſup. d. q.* 513. *in princip.* Hiſque accedere videtur D. Couarr. *in præſenti*, quia ſe refert ad *Gutier. Gom.* & alios huius ſententiæ Authores, pro quibus facit, *l. liber captus* 17. *C. de poſtliminio reuerſ.* 110

Sed à *Bartolo* diſcedunt alij docentes, imputationi locum eſſe, quamuis volens pater pro filio ſatisfaciat: Ita Bald. *in Auth. ſi captiui*, *num.* 9. *C. de Epiſcop. & Cleric. & in Auth. quod locum*, *num.* 3. *C. de collationib.* Craſſ. *in d.* §. *Legitima*, *q.* 11. *num.* 1. *verſ. Contrarium*, Merlin. *vbi proximè*, *num.* 2. *verſ. Sed imo*, Dueñas *reg.* 121. *limit.* 4. Ripa *in d. l. in quartam*, *num.* 185. Menchac. *de ſucceſſion. creat. lib.* 3 §. 30. *à num.* 220. Fabian. *in Auth. nouiſſima*, *num.* 106. *C. de inoffic. teſtament.* Ceuall. *num.* 5. *verſ. Sed his non obſtantibus*, Ayora *de partitionib. part.* 2. *quæſt.* 17. etſi limitet, quando quid exiguum ſolutum eſt; quam limitationem improbant Ceuall. *n.* 7. Gratian. *n.* 3. 111

Huius ſententiæ rationem tradit *Merlin* ex alijs *num.* 3. quia ſcilicet cauſa pietatis compellit; nam pater, qui pro filio ſoluit, ſanguinem proprium redimit, cum pars ipſius cenſeatur; dixi *num.* 68. *in fine*, magiſque parentes in liberis, quàm in ſemetipſis crucientur, vt probauimus *ſup. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 94. Nec ſatisfacit *Peregrini* reſponſio aientis, hanc neceſſitatem non eſſe iure obligatoriam: Quoniam ſufficit 112

ad excludendum animum donandi, liberalitatiſque exercendæ, quod ob cauſam ſoluatur, vt inquit Bald. *in dict. auth. ſi captiui.* Vltra quæ conſiderandum eſt, patrem, non ſolum ex paterna dilectione, ſed etiam ex honeſtate, ac pudore compelli ſoluendum pro filio: nam illi imputaretur ad auaritiam, & impietatem, ſi pateretur, filium in vinculis detineri, aut aliter vexari, ac puniri, ne pecuniam expenderet. Non vrget text. *in d. l. liber captus* cum ibi calamitas filij, qui in hoſtium poteſtatem miſerè deuenit, parentes mouit ad liberalitatem; quæ ratio in filio delinquente non militat.

113 Sunt nonnulli caſus, in quibus præfata ſententia, nullo ferè diſcrepante, verior eſt, ac omnino tenenda. *Primus* eſt, quando pater proteſtatur, ſe non animo donandi ſoluere filij condemnationem, quæ proteſtatio quocumque tempore facta nocebit, argum. *l. 1. C. de negot. geſt. l. at ſi quis 14. § Sed interdum ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Peregrin. *d. num. 138.* Ruin. *ſup. n. 4. in fine,* Merlin. *n. 5. 6.*

114 Secundus, de iure Regio ſi poſt meliorationem Tertij, & Quinti factam irreuocabiliter, pater condemnationem ſoluerit; nam etſi velit donare, quod pendit, non poteſt; *l. 12. tit. 6. lib. 5. Recopilat.* atque ita neceſſario imputabitur in Legitimam. Ita Gutier. *in d. § ſui, n. 94.*

115 Tertius, quando filius, pro quo ſoluitur, habet peculium profectitium, aut aduentitium; quia cum eo, quod in peculio eſt, compenſatur, reliquumque in Legitimam computabitur, Bart. *in d. l. Stichus, num. 3.* Ceuall. *num. 3.* Merlin. *num. 7.* Ant. Gom. *vbi proxime,* Ruin. *num. 14.* Peregrin. *d. num. 138.* Nam quoties aliquis alienum patrimonium penes ſe habens, quicquam pro domino illius expendit, nunquam creditur ex proprio largiri, quamuis perſonæ coniunctæ ſint: *l. Neſennius, 56. ff. de negot. geſt. l. cum poſt 44. § 1. ff. de adminiſtrat. tutor.* Merlin. *num. 8.* Gratian. *d. cap. 50. num. 5.* Ant. Gom. *ſup.*

116 Quartus eſt, ſi poſt mortem patris ex cumulo hæreditatis pro filio damnato aliquid penderetur, nam totum ex ipſius Legitima detrahetur, Bart. *in d. l. Stichus 2.* Molin. *n. 11.* Mangil. *de imputat. q. 40. n. 19. 20.*

117 Præterea habet locum eadem ſententia, quando filius damnatus non fuit, ſed pater ſoluit ne damnaretur ob delictum commiſſum, ſiue fiſco, ſiue parti offenſæ tranſactionis cauſa; iuxta *l. transigere 18. C. de tranſactionib.* ſatis enim eſt, quod filius damnari poſſet, & ad hoc in vinculis eſſet, Merlin. *num. 9.* Ruin. *d. num. 14. verſ. Aut eſt timor condemnationis.*

118 Ampliatur itidem, quod dictum eſt in patre, in filio ſoluente pro patre; in fratre pro fratre, in liberto pro patrono; & in alijs perſonis, quibus Legitima debetur, Merlin. *n. 12. 13.* Craſſ. *d. q. 30. in fine,* Menchac. *ſup. n. 125.* Mang. *n. 37.*

119 Sed limitatur principalis concluſio, ſi filius, conſentiente patre, delinquat; quo caſu imputandum non eſt filio, quod pœnæ nomine ſolutum fuerit; Rip. *in d. l. in quartam, num. 18.* Merlin. *num. 16.* Menchac. *num. 24.* Craſſ. *num. 1.* Ceuall. *num. 4.* Gratian. *n. 4.*

120 Limitatur etiam quando pater ſoluit ratione propriæ obligationis, veluti, ſi pro filio fideiuſſerit. Sed hoc eſt intelligendum, vt benè declarat Merlin. *num. 50.* quando pater interceſſit in negotio, quod ad ſe ipſum pertinebat, quamuis per filium gereretur; nam ſi res ad filium prorſus pertinens ageretur, imputabitur quod pater vt fideiuſſor filij ſoluerit: quam limitationem probant Ceuall. *num. 2.* Peregrin. *ſup.* Menchac. *num. 123.* Ioan. Garc. *de expenſ. cap. 4. num. 15.* Mangil. *q. 42. n. 2.* Ripa *vbi proximè.*

Ad Num. 8.

121 Nemo poteſt ſe ipſum pro alterius delicto ad pœnam corporalem aſtringere, Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 303. num. 16.* Bald. *in l. 1. nu. 7. C. ne fil. pro patr.* Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 9. num. 8.* Bobadill. *in polit. lib. 2. cap. 15. num. 04.* Cancer. *variar. part. 1. cap. 5. num. 95. & par. 3. cap. 12. num. 136. 137.* Clar. *in prax. § fin. quæſt. 46. num. 8.* Tuſch. *lit. C. conc. 87. num. 8.* Farinac. *in prax. quæſt. 33. num. 49.* Platea *in l. vnic. Codic. de pericul. eor. qui pro Magiſtrat. lib. 11.* Dueñas *reg. 331. limit. 3.* Girland. *de relaxat. carcerator.* *tit. de fideiuſſor. reor. numero tertio in fine,* Roman. *ſing. 129.* Ratio, quæ ab his communiter redditur, eſt, quia membrorum, vitæve ſuæ nullus eſt dominus, deſumpta *ex l. liber homo 13. ff. ad leg. Aquil.* ſimili ratione non licet homini ſe ad pœnam ſpiritualem, velut excommunicationem, obligare, Menoch. *conſ. 85. num. 125* quoniam animæ ſuæ non eſt dominus, Abbas *in cap. vlt. notab. 1. de pact.* Felin. *in cap. contingit. col. 1. verſ. Idem dicas de anima, de ſentent. excommunicat.* Menoch. *num. 118.* vide limitationes *infra, num. 125. 131. 132.*

Ibi: *Quò fit, vt in cauſis criminalibus.*

Reus carceratus ob delictum, ex quo venit imponenda 122
pœna pecuniaria duntaxat, poteſt idoneis fideiuſſoribus præſtitis relaxari: ſecùs quando corporaliter eſt puniendus: Ita Azeued. *in l. 8. num. 1. tit. 18. lib. 4. Recopilat.* Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ. 6. circa priuileg. carcerator. num. 32.* Farinac. *num. 45.* Carleual. *tom. 1. tit. 1. diſp. 2. n. 750.* D. Salgad. *de Reg. protect. part. 2. cap. 4. num. 157. 164.* Boſſ. *in prax. crim. tit. de carcerat. fideiuſſor. committend. num. 2.* Oſalch. *decis. 18. num. 4.* Paz *in prax. tom. 1. part. 5. cap. 3. § 6. num. 90. 91.* Foller. *in prax. crim. verb. examinari liberè poſt fideiuſſor. num. 4.* Iodoc. *in ſimil. prax. cap. 20. num. 3.* & alij nuper laudati, de quo eſt omnino videndus Farinac. *d. q. 33.* qui latiſſimè agit.

Huius diſtinctionis rationem eſſe putant præfati DD. 123
quia ad pœnam pecuniariam poteſt quis pro alio ſe obligare, cum de rebus proprijs diſponere quilibet ad libitum permittatur, *l. in re mandata 21. C. mandat.* non ſic de vita, aut corpore, cuius dominium nō habet, *d. l. liber homo,* quapropter nulli ſe pœnæ corporali ſubijcere licet. Vndè prouenit, vt fideiuſſores primo caſu admittantur, nam eorum obligatio ſubſiſtit; in ſecundo non vtique, quia obligati non remanent. Hæc autem ratio minus congrua videtur, quia licèt homo dominus membrorum ſuorum eſſet, poſſetque ſe ad pœnam corporalem obligare, non idcirco debebat ſub fideiuſſione relaxari, qui corporaliter erat puniendus, cùm maximum ſequeretur abſurdum, videlicèt vt reus ſupplicium ſubterfugeret, & innocens pateretur, ordine iuſtitiæ penitùs inuerſo; nec veroſimile eſt, reum in libertate conſtitutum a fuga abſtinere, imò compertum eſt, metu pœnæ, qui etiam in viros conſtantiſſimos cadit, *l. nec timorem 7. § fin. ff. Quod met. cauſ.* ſe in locum tutum conferre, cum ſanguinem proprium redimere qualitercunque fas ſit. *l. 3. ff. De bon. eor. q. ant. ſentent.*

Quare dicendum eſt, præfatum diſcrimen inter pœnam 124
corporalem, & pecuniariam, ab earundem pœnarum natura procedere; quoniam corporalis ita perſonam delinquentis afficit, vt per alium, legi pœnam irroganti ſatisfieri non poſſit *l. 12. tit. 5. part. 3.* ibi: *Porque la iuſticia non ſe podria facer derechamente en otro, ſi non en aquel que face el yerro,* Caramuel *in Theolog. fundam. num. 961.* & hoc eſt quod dicitur, crimina ſuos Authores tenere; *l. ſancimus 22. C. de pœn.* Idémque iuris eſt, cùm Iudex ex arbitrio corporis ſupplicium imponi decernit. Aliter verò in pœna pecuniaria contingit, quæ perſonam non ſequitur, atque ita lex non exigit quòd reus ipſe ſoluat, ſed ſatis eſt vt pecunia à quocunque pro eo præſtetur, nec vetitum eſt donare, aut mutuare delinquenti, quod pœnæ nomine ſoluere tenetur: nec dubitatur, quin de natura debiti pecuniarij ſit, nihil intereſſe, vtrum idem debitor, an alius pro ipſo ſatisfaciat, vt ait Iuſtinian. *in princip. Inſt. quib. mod. tollit. oblig.* Ex quibus iam liquet ratio ad vtramque diſtinctionis partem, quandoquidem fideiuſſores nequeunt ſatisfacere, etſi plectantur pro eo, qui corporaliter puniendus erat, ideóque, illis interuenientibus, hic dimitti non debet; at vbi ſola pecuniaria pœna eſt imponenda, cum idonei ſint, & ſoluendo condemnationem plenam ſatisfactionem exhibeant, eis carceratus iure committitur.

Sed antequam hinc diſcedamus, oportet nonnulla nota- 125
tu digna præmiſſis adijcere. Primùm, fideiuſſores, qui in ſe ſuſceperint cuſtodiam rei, vt à vinculis publicis liberetur, teneri ad pœnam etiam corporalem, ſi reus non comparea, quam ipſe foret ſubiturus; Cancer. *d. cap. 5. num. 96.* Menoch. *ſub. num. 37.* Suar. *in tract. de fideiuſſor. in cauſ. crim.*

trim.n.26. verſ. Quintò conſidera, Celſ. Hug. *conſ.121.nu.11.* Salicet. & Cin. *in l. ad commentarienſem*, *C. de cuſtod. reor.* Clar. *vbi proximè*, Farinac.*num.* 76. qui duo vltimi aſſerunt, hoc in praxi admittendum non eſſe; quamuis *Cancer.*de praxi teſtetur. Sed poteſt dici pœnam non infligi ob delictum alienum, ſed ob proprium cuſtodis, qui delinquentem fugere paſſus eſt.

126 Secundùm, quod ſi carceratus, perſona ſit nobilitate & authoritate egregia; poterit fideiuſſoribus exhibitis dimitti, tametſi corporis pœnam ſit ſubiturus, modò delictum atrocitatem non contineat, Guttier. *practicar.lib.4. qu.21. num.4.* D.Salg.*ſup.num.96.* Grillaud. *vbi proximè,q.1. n.8.* Salicet. *in l.ſi quis reum*, *C. de cuſtod.reor.* Guazzin.*d. defenſ.6.num.31.* vbi alios refert, & iudices, vt in hoc cautè ſe gerant, admonet.

127 Tertium, cum fideiuſſoribus committendum, cui relegationis pœna eſt irroganda, Azeued. *in l.8.ex numer.2. tit.18. lib.4. Recopilat.* Carleual. *ſup. num.751.* Ant. Gom. *d.cap.9 num.8.* iunctis, quæ tradit *eod.lib.3. cap.1.num.13.* quoniam relegatio pœna corporalis non eſt, D. Salg. *n.164.* Menoch. *de arbitr. lib.1.quaſt.80. à num.87.* Bobad. *lib.5. cap.1.num.128.* Cancer. *part.3. cap.17.num.167.* Clar. *d.§.fin. quaſt.32. num.5.* & probatur ex *l.2. tit.19. lib.4.Recopilat.* Quod ampliat Azeued. quamuis relegandus quis ſit in perpetuum; cui obſtat *d. l. 12. tit.51 p.3. verſ. Mas ſobre pleito*, quæ exilium perpetuum inter pœnas corporales enumerat, & ita ſentit Ant.Gom. *d.num.13.* Sed contrarium, ſcilicet non eſſe reum relaxandum, quia relegatio pœna corporalis cenſetur, defendunt Farinac. *ſup. num.55.* Boſſ. *num.7.* Auendan. *in ſuo dictionar. verb. criminalis*: & proculdubio hæc pœna ſaltem perſonalis dici debet, cùm perſonam afficiat, non bona; atque ita ſecundùm tradita, *ſup. num.* 124. videtur tenenda *Farinacij* opinio, maximè ſi conſideremus ea, quæ differunt per magis, & minus, quoad ſubſtantiam non differre, *l.vlt. ff. de fund.inſtruct.* Ceuall. *d.qu.* 513. *num.8.* Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.*122. *num.* 29. cumque relegatio corpus affligat, etſi leuiter, pœna corporalis cenſenda eſt. Ex quibus quamuis hæc ſententia defendi poſſet, tamen priorem communem ob eius æquitatem ſuſtinendo, aſſeri poteſt, quod ſiue relegatio pœna corporalis ſit, ſiue non, eſt reus relaxandus ex eo, quod ceſſat periculum fugæ, tum propter pœnæ ipſius leuitatem, tum vel maximè, quia ſi relaxatus aufugeret, ipſe pœnam infligeret quam iudex erat irrogaturus. Ad hæc relegatio pro delictis non grauibus imponitur; & *l.Diuus* 3.*ff.de cuſtod.reor.* conceſſa eſt iudicibus facultas, vt pro ſimilibus factis carceratum, cautione fideiuſſoria accepta, dimittant.

128 Quartùm, ſimiliter relaxari debere qui in vinculis eſt propter crimen, ex quo primario pœna pecuniaria imponitur, & in eius defectum corporalis: iuxta *l.vlt. ff. de in ius vocand.* Barr. *in l.item liberatur*, §. *Qui paratus*, *num.3. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit.* Menoch. *d. caſ.* 303. *num.36.* Suar. *de fideiuſſor. in cauſ. crimin.num.* 23. *verſ. Sed hoc intelligo*, quamuis aliud ſentiant Farinac. *num.* 51. & alij, quos recenſet Menoch. *num.* 31. pœna enim corporalis venit per conſequentiam, quæ non attenditur, ſed pecuniaria, quæ principaliter ſtatuitur: argument. *l.* 1. *cum vulgatis, ff. de authorit. tutor.* Præter quam quod timeri non poteſt, vt pœna corporalis locum habeat caſu, quo reus non præſentetur, cum fideiuſſores idonei interuenerint, vt *Menoch.* aduertit *d.num.* 36. Aliud iuris erit, ſi ſtatutum pœnam corporalem, & pecuniariam alternatiuè impoſuerit, data electione ei, qui iniùriam paſſus fuerit, ſecundum formam *l.1.tit.* 10. *lib.8.Recopilat.* quoniam tunc copia pecuniæ in fideiuſſoribus impedire non valet, ne pœna corporalis, accuſatore volente, inferatur. An dimitti poſſit, cui carceris pœna eſt inferanda, videas apud Paz. *ſup.n.91.*

129 Quintùm, carceratum iuſſu Principis, Senatus, alteriúſve Iudicis ſuperioris, vel etiam ad requiſitionem cuiuſcunque, non licere ſub fideiuſſoribus liberare, *l. 14. in fine, tit.18. part.* vbi Greg.Lop.*gloſ. vlt.* Bobadill. *d.lib.3. cap.* 13. *num.*105.

130 Præmiſſis tandem addendum eſt, quòd quoties iure, vel iniuria contigerit, vt reus, qui corporaliter eſt puniendus, fideiuſſione præſtita, dimittatur, ſi ipſe ſe ſubtrahat pœnæ, fideiuſſores non ſunt eodem ſupplicio, quod delinquens merebatur, coërcendi, ſed pecuniariter; Ant. Gom. *d.cap.* 9.*num.* 8. & ita in ſua patria ſtatutum eſſe teſtatur Farinac. *n.75. in fine*, quod arbitrio iudicantis relinquit, Menoch. *caſ.*504. *num.*1. quæ vera ſunt, niſi certa pœna in fideiuſſores fuerit ſtatuta.

Ibi : *Poſteriori parte Gloſſa conſtat.*

Conſuetudine introduci poſſe, vt innocens pro alieno 131
crimine ad pœnam corporalem ſe aſtringat, docent.Menoch. *ſup. lib.1.quaſt.7.num.12. & lib.2. d.caſ.303. num.35.* Boſſ. *ſup num* 5. Farinac. *d.num.73.* Roder.Suar.*vbi proximè,nu.* 34. *verſ. & tene menti*, Tuſch. *d.concl.87. n.8.* Dueñ. *ſup.limit.* 3. Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubric.* 1. §. 5. *nu.*167. Per. de Vbald. *in tract. de pace Conſtant. num.* 75. Ioan.Moſolon.*in promptuar. iur. verb.fideiuſſor.*

Idem ſtatuto caueri poſſe affirmant Menoch.*num.*21.22. 132
vbi tale ſtatutum Neapoli eſſe teſtatur, Baiard.ad Clar. *d. quaſt.46. num.*25. Foller. *ſup.num.7.* Boſſ. *num.5.*

Ibi : *His accedit quod Decius.*

Ad hoc eſt exemplum aptiſſimum in eo, qui ad pretium 133
participandum ſe vendi patitur; nam quamuis homo liber ſuo conſenſu ſolo effici ſeruus non valeat, *l. nec ſi volens 6. l. liberos 10. l. interrogatam*, 24. *C. de liberal. cauſ.* tamen legis authoritate concurrente cum ipſius voluntate, ſeruilis conditionis efficitur, *l. 1. tit. 21. p. 4. §. Serui autem, el* 2. *Inſt. de iur. perſonar.*

Ibi : *Ego verò non video.*

Hanc D.*Couar.* ſententiam contra communem, de qua 134
*ſup.num.*131. tenet Viu.*deciſ.*215. *num.*13. Cancer. *ſup. dict. c.3.n.95.in fine*, Matienç.*in l.10.gloſ.1.num.*23.*tit.* 16. *lib.5. Recopilat.* vbi alij, & quidem valde rationi, ac æquitati naturali eſt diſſonum, vt innocens pro alieno crimine pœnis corporalibus afficiatur; quod fieri non poſſe oſtendam præmittens, duplici ex capite non licere, vt inſons pro alieno crimine ſe pœnæ corporali ſubijciat. Primum quia cum dominus vitæ ſuæ, aut membrorum non ſit homo, Deuteronom. *cap.* 32. *verſ.* 39. vbi inquit Dominus: *Ego occidam, & ego viuere faciam: & conſtat ex dict.l. liber homo.* Sot.*de iuſt.lib.3. quaſt.3. art.* 5. Pat. Valent. *tom.* 4. *diſp.5. q.8. punct.2. verſ. Tertia ratio*, Menoch. *d.caſ.*303.*num.*16. Bobadill. *d.cap.15.num.*104 Leſſ. *de iuſt.lib.2.c.4. dub.10.* Caramuel *in Theolog. fundament. num.* 1649. non valet id, quod ſuo arbitrio, ac diſpoſitioni non ſubditur, in obligationem deducere, argum. *d.l. nec ſi volens*, cum ſimilibus *ſupra* adductis, *C.de liber. cauſ.* Secundùm quod innocens occidi, puniriuè corporaliter non poteſt; & licet ſe obliget ad pœnam, non ideo inſons deſinit eſſe.

Quibus cognitis, dicendum eſt, poſſe quidem lege, vel 135
conſuetudine licitum fieri in foro externo, vt innocens pro reo ſe ad corporis pœnam aſtringat, quia hoc nullam peccati labem continet, cum propria authoritate poſſit homo vitam, corpuſque iactare nedum pro bono, aut perſona publica, ſed etiam pro priuata ſibi æquali; atque ita non peccat qui in naufragio tabulam cedit alteri, vt periculum mortis euadat, quamuis ipſe ſciat certò, ſe ibi periturum; nec qui cibos relinquit proximo, vt vitam ſeruet; cum vterque exiſtat in extrema neceſſitate conſtitutus, maximè ſi neceſſitudine, aliouè ſpeciali vinculo ſint coniuncti, vt docent communiter Theologi, de quo Dian. *part.5.tract.4. reſolut.*42. Pat. Suar.*de fid. ſp. & char. tract.3.diſp.9.ſect.3.per tot.* Bonacin. *in ſumm. tom.* 2. *diſp.3. de charitat. quaſt.4.punct.4.num.* 6.Valent.*tom.3. diſp.3.q.4. punct.3.* Pat.Becan,*tom.3.cap.*19.*q.*2. apud quos plures. Ad quod innocens pœnam mortis, vel corporis ſuſtineat, nulla conſtitutione humana fieri poteſt; nam hoc vlla ratione non licet, vt docuit D.Thom.2.2.*quaſt.*61. *art.* 6. vbi quærit an aliquo caſu licitum ſit inſontem enecare? & reſoluit nullo, niſi ex Diuina reuelatione, aut ſi legitimè reus eſſe probetur; quem ibi ſequuntur Theologi, & refert

Valent.

Valent *dict. diſp* 5. 7. 8. *punct*. 2. *verſ. Tertiò quæritur* : & comprobatur ex eo, quod nulla cauſa vrgentior poteſt excogitari ad licitam innocentis occiſionem, quam exitium imminens Reipublicæ, cuius ipſe pars eſt, impedire; ſed ex hac cauſa nefas eſt, etiam publica authoritate illum interficere, vt eſt omnium communis reſolutio, probantque laudati *ſupra num* 9 Igitur nullo modo licere poteſt, ſicut *in præſen* 11. &c D. Couar. aduertit.

136 Nec videatur alicui, implicare, quòd poſſit aliquis ſe iuſtè ad mortem aſtringere, & quod per publicam poteſtatem licitè perimi nequeat; ſiquidem hoc euenit in caſu, de quo inſpect actum eſt. Quoniam extra dubium eſt ciuem etiam inſontem teneri ad ſubueniendum ſuæ Reipublicæ in extrema neceſſitate cum propriæ vitæ detrimento : vt cum D. Thom. 2. 2. *q*. 26. *art*. 4. aſſeruit Valent. *vbi proximè, verſ. Sed an tunc*, Pat. Suar. *d. diſp*. 9. *ſect*. 3. *num*. 1. & omnes Theologi & diximus *ſup. lib*. 1. *cap*. 2. *n*. 81. Sed tamen interfici, nec publica authoritate poteſt, vt probauimus *hoc c. num*. 9. Ex quibus omnibus concludendum eſt cum D. Couar. *hic*. non poſſe Statuto caueri, aut conſuetudine introduci, quod homo innocens ex proprio conſenſu ad pœnam corporalem pro alterius crimine teneatur; non quia actus ipſe ſe obligandi ſit illicitus, ſed quoniam executio talis pœnæ in innocentem iure naturali ſit vetita, aduerſus quod conſuetudo, aut humana conſtitutio præualere non poteſt, *cap. fin. de conſuetud*. vbi notatur, *§. vlt. Inſt. de capit. deminut*.

Ad Num. 9.

137 Excommunicatio ferri non poteſt in vniuerſitatem perſonarum, vt in Collegium, aut Ciuitatem, Pat. Suar. *de cenſur. diſp*. 18. *ſect*. 2. *n*. 2. Mar. Alter. *eod. tract. lib*. 5. *diſp*. 10. *c*. 6. *verſ. in hac difficultate*, Tuſch. *lit. V. concluſ*. 266. *n*. . Viuian. *in prax. iur. patronat. lib*. 8. *c*. 4. *n*. 15. Menoch. *conſ*. 207. *num*. 45. *& de arbitrar. caſ*. 598. *n*. 19. Bonacin. *tom*. 1. *tract. de cenſur. diſp*. 1. *quæſt*. 1. *punct*. 4. *num*. 11. Gonçalez *ad reg*. 8. *Cancellar. gloſ*. 57. *num*. 7. Thom. Delbéne *de immunit. Eccleſiaſtic. tom*. 2. *cap*. 17. *dubit. vlt. n*. 11. Nauarr. *in manual. c*. 27. *n* 16. Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de excommunicat. dub*. 17. *n*. 8. Auiles *in c*. 1. *Prætor. gloſ. de ninguna manera*, Filliuc. *in ſumm. tract*. 11. *cap*. 5. *quæſt*. 6. *num*. 138. Cened. *ad lib*. 6. *Decretal. collectan*. 25. *num*. 1. Valent. *tom* 4. *diſp*. 7. *q*. 17. *de poteſt. Clau. punct*. 4. Cardoſ. *in prax. iudic. verb. Ciuitas, n*. 1. Dian. *part*. 5. *tract*. 9 *reſolut*. 38.

138 Quod procedit ſiue excommunicatio feratur in Vniuerſitatem tanquam perſonam fictam, & politicam, animæ rationiſque expertem, ſiue in eam quatenus perſonas complectitur, quas excommunicans ligare intendit; nam in vtroque caſu prohibitio *cap. Romana, §. In vniuerſitatem, de ſentent. excommunic. in* 6. locum obtinet, vt notat Suar. *vbi proximè*, Alter. *vbi ſup. verſ. Tertiò colleginm*.

Ibi : *Præterea ipſa vniuerſitas.*

139 Vniuerſitas perſonarum capax eſt, vt in delictum incidat, vel admittat peccatum propter quod poſſet pœna excommunicationis inferri, *c. quanquam* 4. *§*. 1. *de cenſib. Clement*. 1. *§*. 1. *verſ. Ciuitas autem, de pœn*. Pat. Suar. *d. nu*. 2. Bart. *in l. aut facta, §. Nonnunquam, n*. 9. *ff. de pœn* Menoch. *conſ*. 1. *ex n*. 32. Boer. *tract. de ſeditioſis, q. vlt*. Mar. Alter. *ſup verſ. Secundò tota vniuerſitas*. Quod verum eſt in concreto conſiderata, non in abſtracto, quæ diſtinctio ſtatim explanabitur. De quibus late Menoch. *d. caſ*. 598. *per tot*. vbi quando Vniuerſitas dicatur delinquere, & quomodo puniatur?

Ibi : *Hæc autem ratio ſufficiens non eſt.*

140 Vniuerſitas huiuſmodi dupliciter poteſt concipi, vel vt ſic, ſiue in abſtracto (vt Philoſophi aiunt) ideſt per ſe, quatenus eſt perſona ficta, à ſubiectis, ex quibus conſtat, ſeparata; aut in concreto (quod materialiter *D. Couar*. appellat) hoc eſt iuncta hominibus, qui eiuſdem ſunt partes, quemadmodum de hæreditate ſolemus dicere. In prima acceptione à perſonis ſub ſe contentis differt, *l. ſed ſi hac* 10. *§. Qui manumittitur, ff. de in ius vocand. l. ſicut* 7. *§. Si quid, ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nomine, l. in tantum* 6. *§. Vniuerſitatis, ff. de rer. diuiſ. l*. 1. *§. Seruum municipum ff. de quæſtionib*. Caramvel *in Theolog. fundament. n*. 327. Viuian. *ſup. n*. 16. 17. Menoch. *conſ*. 1061. *n*. 31. Felin. *in c. cum acceſſiſſent, n*. 22. *de conſtitutionib*. quare appellatione perſonarum, vniuerſitas ſic accepta non continetur, Bald. *in c*. 1. *§. Conuenticula, de pac. tenend. in vſib. feudor*. Viuian. *n*. 11.

141 In ſecunda verò acceptione, Vniuerſitas identificatur cum illis, quos complectitur, ita vt quod de illa diſponitur, de ſingulis, qui eam componunt, diſpoſitum intelligatur, *l. ſi cognatis* 10. *§*. 1. *ff. de reb. dub* quo ſenſu dicimus Vniuerſitatem delinquere; nam quatenus eſt perſona ficta, delictum perpetrare non poteſt, nam anima caret, & abſque voluntate non delinquitur, *l*. 1. *§*. 1. *ff. ſi quadrup. pauper feciſ. dicat. l*. 1. *§. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de ſicarijs, l. cum autem* 23. *§ Excipitur vel* 1. *ff. de ed. lit. edict*. Sic etiam accipitur, cum agitur de Eccleſiaſtico interdicto, ſiquidem interdicta Vniuerſitate, ſinguli de illa manent interdicti, vt paulo inferiùs probabimus. Nullo tamen modo Vniuerſitas poteſt excommunicari, vt dictum eſt nuper, *nu*. 138. De qua diſtinctione Vniuerſitatis, Alter. *ſup. verſ. Tertiò collegium*.

142 Idem iuris erit ſi excommunicentur omnes ciues alicuius ciuitatis, nam hæc excommunicatio ad Vniuerſitatem refertur, argument, *l. ff. de reb. dub*. Debent igitur ſinguli nominatim excommunicati, aut ſub aliqua certa demonſtratione, per quam ſolum qui deliquerint, comprehendantur, vt ſi dicatur: *Excommunico ciues Mediolanenſes, qui hoc facinus admiſerunt, vel admiſerint*: nam per huiuſmodi formam prouidetur, ne inſontes puniantur; ita P. Suar. *de cenſur. diſp*. 5. *ſect*. 2. *n*. 2. Bonacin. *ſup. d. n*. 11. *verſ. Dixi*.

143 Ex præmiſſis, apparet, rectè à *D. Couar*. vt defectuoſam reijci rationem a Canoniſtis traditam, quam nouiſſimè ſequitur Viuian. *d. c*. 14. *n*. 15. nam etſi Vniuerſitas in abſtracto conſiderata careat anima, tamen in concreto accepta cum homines contineat, qui animum habent, capax eſt excommunicationis, quæ in ſingulos de communitate redundet ſed hoc prohibetur *in d. §. in vniuerſitatem*, vbi Pontifex loquitur de vniuerſitate in concreto, vt patet ex ratione, quæ in eo textu redditur, & aduertit Pat. Suar. *diſp*. 18. *ſect*. 2. *n*. 2.

Verſ. *Fortaſſis ea eſt ratio.*

144 Ratio hæc tradita à Pontifice, *in dict. §. In vniuerſitatem*, quam *D. Couar*. exornat, ab omnibus communiter probatur; quoniam iniquum foret, vt innocentes tam graui pœna ſpirituali tenerentur, P. Suar *d. diſp*. 18. *ſect*. 2. *n*. 4. Bonacin. *d. n*. 11. Alter. *ſup. verſ. Reſpondeo ad dubitationem*, & alij laudati *ſup. n*. 37.

Ibi : *Culpa mortalis criminis perpetratum.*

145 Excommunicatio maior niſi prò culpa mortali nequit imponi. P. Suar. *dict. diſp*. 5. *ſect*. 1. *per tot* Delbene *ſup tom*. 2. *c*. 19. *dub*. 25. *n*. 1. Gutier. *Canonicar. lib*. 1. *c*. 7. *n*. 19. 24. Sanch. *in Decalog. lib*. 2. *c*. 8. *n*. 7. Menoch. *caſ*. 598. *n*. 14. Nauar. *in manual. c*. 27. *n*. 9. Mar. Alter. *de cenſur lib*. 3. *diſp*. 1. *cap*. 1. *in princip* Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. p*. 3. *alleg*. 96. *num*. 28. D. Couar. *in c. alma mater, p*. 1. *§*. 9. *n*. 1. Diu. Thom. *in* 4. *diſt*. 18. *q*. 2. *art*. 1. Salas *de legib. diſp*. 16. *ſect*. 9. *ad fin*. Filliuc. *tract*. 11. *c*. 6. *q*. 2. Bonacin. *d. tract. de cenſur. diſp*. 1. *q*. 1. *punct*. 3. *propoſit*. 3. *n*. 6. Pat. Vazq. *tom*. 4. *in* 3. *p. dub*. 12 *de excommunicat. n*. 2. Dian. *p*. 3. *tract*. 5. *reſolut*. 61. Rationem reddit Mar. Alter. ex D. Thoma, quia ſcilicet cum per excommunicationem homo ab Ingreſſu Regni Cœleſtis excludatur, iuxta illud Matth. 18. ibi: *Quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c.* Quæ verba etiam ad poteſtatem ligandi per cenſuras in foro exteriori referuntur, vt notat *ibidem* D. Auguſtin. Mar. Alter. *p*. 1. *diſp*. 37. *lib*. 1. *c*. 1. *verſ. Et ad dubitationem*, Caſtr. *aduerſ. hæreſ. lib*. 6. *verb. excommunicatio*. Ludou. Magon. *in clyp. militant. Eccleſ. verb. Excommunicatio*, nequit talis pœna infligi, niſi præcedat culpa, quæ illa digna ſit, qualis eſt peccatum lethale.

146 Sed quamuis aliquis peccatum mortale per actum omninò internum perpetret, cenſura hac ligari non poteſt; quoniam Eccleſia ob actus merè internos poteſtatem coërcendi non habet: Mar. Alter. *d. lib*. 3. *diſp*. 1. *cap*. 2. *verſ. Modò his annotatis*, Diana *p*. 5. *tract*. 9. *reſolut*. 48. Vnde ſiquis

quis ita leuiter Clericum percuſſerit, vt dumtaxat venialiter peccet, iuxta actionem exteriorem, excommunicationem non incurret, quanquam ex prauo animo grauiter offendendi culpam mortiferam admittat, Sà *in ſumm. verb. excommunicatio, in explicat. Bull. Cœnæ*, *n.*3. Enriq. *lib.*6. *de pœnitent. cap.*14. *numer.*6. *& lib.*13. *de excommunicat. capit.*17. *num.*2. Sanchez *vbi proximè*, Gutier. *ſup. dict. lib.*1. *capit.*5. *numer.*13. Emman. Rodrig. *in ſumma*, *tom* 1. *capit.*80. *nu.*8. *in* 2. *edit.*

147 Si autem ſententia maioris excommunicationis proferatur pro peccato veniali, erit ipſo iure nulla, Pat. Suarez *d. ſect.*3. *num.*7. Nec valebit, quamuis Pontifex eam ferat, idem Suarez *num.*4.

Ibi: *Ex quibus apparet excommunicationem poſſe.*

148 De hoc diximus *ſup. num.*142. Et ita tenent communiter DD. quia ceſſat ratio *d.* §. *In vniuerſitatem*, cum ſolùm delinquentes pœna afficiantur, Mar. Alter. *d. lib.*3. *diſp.* 10. *cap.*6. *verſ. Dico tertiò.*

Ibi: *Eâdem ratione etiamſi.*

149 De hac quæſtione, an ſcilicet ſententia excommunicationis in Vniuerſitatem prolata teneat, vt nocentes liget, agit latè Mar. Alter. *d. c.*6. & omninò non valere reſoluit, niſi à Pontifice feratur, *verſ. Reſpondeo ad dubitationem*, & *verſ. Dico ſecundo*, quod verius ac receptius eſt; quamuis à quocunque latam tenere culpabiles, ſentiant Ceued. *d collect.*15. *n.*3. Zerol. *in prax. Epiſcop. part.* 1. *verb. excõmunicatio. verſ.*7. quos refert Barboſ. *in collectan. ad d. c. Romana, in fine.*

Ad Num. 10.

150 Interdicto Eccleſiaſtico affici poteſt communitas, vt Collegium, Ciuitas, propter eius delictum, aut Superioris Eccleſiaſtici, vel ſecularis, qua cenſura etiam innocentes ligantur; Decian. *part.*5. *tract.*9. *reſolut.*58. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 7. *q.*17. *punct.*4. Tuſch. *lit. I. concl.*276. *n.*5. *& lit. V. concl.*106. *n.*5. Pat. Suarez. *diſp.*38. *ſect.*2. *n.*31. D. Couar. *in d. cap. alma mater*, *p* 2. §. 1. *num.*4. Bonacin. *ſup. verſ. Dixi*, Coninch. *de Sacrament. tom.*2. *diſp.*13. *dub.*6. *num.*46. Vgolin. *ſup. tab.*2. *cap.*26. Aug. Barb. *in collect. ad capit. ſi ſententia*, *numer.*4. *de ſentent. excommun. in* 6. Mar. Alter. *tom.*... *tract. de interdict. diſp.* 1. *cap.*5. *verſ. Reſpondeo per interdictum*. Menoch. *d. caſ.* 598. *n.*21.

151 Impuberes etiam interdicto aſtringuntur, modò vſum rationis habeant, qui ad peccatum ſufficit; Pat. Suar. *diſp.* 36. *ſect.*1. *num.*7. Delbene *ſup. cap.*13. *dub.*3. *in fin.* D. Couarr. *d. part.*2. §. 4. *num.*5. *verſ. Duodecimò*, Azor *tom.*1. *lib.*7. *cap.*41. *q.*10. Henriq. *lib.*13. *de Irregularit. c.*3. *n.*1. *in gloſ. lit. Z.* Salas *de legib. diſp.*14. *ſect.*13. *num.*215. Sanch. *ſup. lib.*1. *cap.*11. *n.*10. Sed pœnas aduerſus violantes Interdictum iure impoſitas non incurrunt, vt aduertit Delbene *vbi proximè*. Infantes verò, amentes, aliàue rationis expertes, pœnæ non ſubijciuntur, interdictique nullo modo cenſentur; quare poterunt Diuinis adeſſe, nam talis aſſiſtentia rationalis non eſt, quæ ſola prohibetur; Sanch. & D. Couar. *vbi proximè*, Delbene *n.*16. Bonacin. *d. tract. de cenſur. diſp.*5. *punct.*1. *num.*21. Auila *eod. tract. p.*5. *diſp.*1. *dub.*4. *concl.*6. Mar. Alter. *ſup. c.*5. *verſ. ex his*. Dubitatur tamen an cadauera huiuſmodi perſonarum poſſint in Eccleſia non interdicta ſepeliri, cum Interdictum perſonale generale eſt, ſed non locale: Negant Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. quod in te*, *n.*10. *de pœnit.* Alter. *verſ. Secundò dico*, Delbene *vbi proximè*, Bonacin. *punct.*5. *n.*9. qui alios allegant. Sed contrarium tenet Suarez *d. ſect.*2. *n.*8. quod rectè probat, & planè deducitur ex traditis infrà, *n.*161.

152 Interdicta ciuitate, etiam ciues abſentes tempore Interdicti ligantur, Bonacin. *d. punct.*1. *n.*19. Alter. *verſ. Reſpondeo etiam*. Quod fallit, quando quis habet duplex domicilium, vnum in loco interdicto, & alibi alterum; nam ſi non habitet vbi eſt interdictum, eo non innodatur, Bonacin. *n.*10. Syluest. *verb. Interdictum* 1. *nu.*13. P. Suar. *diſp* 32. *ſect.*2. *n.*16. Dian. *p.*5. *tract.*10. *reſolut.*70. De quo videri poſſunt multi, quos laudat Bonacin. Sed populo interdicto Clerus non comprehenditur *c. ſi ſententia* 16. *de ſentent. excommunicat. in* 6. D. Couar. *ſup. p.*1. §. 1. *n.*7. Federic. de Senis *conſ.* 31. Bonac. *punct.*1. *n.*15. Tuſch. *d. concl.*276. *n.*6. Alter. *verſ. Quinto, dubitari*, & alij communiter.

Ibi: *Nam iſthæc pœna ſpiritualis non eſt.*

Interdictum pœnam ſpiritualem communiter DD. dicunt, cum priuet hominem bonis ſpiritualibus, aſſiſtentia ſcilicet Diuinorum, Eccleſiaſtica ſepultura, ac quorundam Sacramentorum perceptione; & ita eam appellant Bonacin. *puncto* 2. *num.*5. Pat. Suarez *diſput.*38. *ſect.*1. *num* 1. qui *diſput.*36 *num.*10. D. Couarr. expreſſim impugnat aſſerens, ideò innocentes hac pœna teneri, quia bona, quæ Interdictum aufert, non ſunt ſimpliciter neceſſaria, & alijs mediis eorum iactura poteſt relaxari, & alia circa hoc videnda tradit; ea *d. n.*10. Adde Gloſ. *in d. cap. ſi ſententia*, *verb. interdicti*. Sed *D. Couar.* aſſertio ſic defendi poteſt, vt dicamus Interdictum non eſſe pœnam ſpiritualem, quia non aufert ea, quæ de neceſſitate ad ſalutem æternam deſiderantur, vt Suarez ait. 153

Ibi; *Vnde ciuibus interdictis.*

Conſtituens domicilium in Ciuitate generali perſonali interdicto affecta cenſuram hanc incurrit, Pat. Suar. *diſp.*38. *ſect.*1. *num.*16. Tuſch. *vbi proximè num.* 131. Bonacin. *punct.*1. *n.*19. Senis *ſup. n.*5. *verſ. Sed ſi non eſſem*; Alber. *verſ. Reſpondeo durante* Palud. *in* 4. *diſt.*18. *q.*8. *art.*1. §. *Quoad ſecundum*. Quod limita, ſi iam omnibus extinctis ciuibus interdictis, alij ad eandem Ciuitatem habitandam accedant, ibique domicilium conſtituant, Alter. *verſ. Reſpondeo, cum diximus.* 154

Similiter puer, qui erat vſus rationis expers tempore, quo cœpit ciuitas eſſe interdicta, quamuis tunc non innodetur cenſura, vt nuper aiebamus; tamen ſi Interdicto durante vſum illum habuerit, Interdicto deinde ſubiacebit; Pat. Suar. *diſp.*36. *ſect.*2. *n.*9. Bonac. *vbi proximè*. Idem de amente dicendum eſt, ſi reſipiſcat, cum eadem militet ratio. 155

Ibi: *Sic è contrario ciuis interdictus.*

Ciuis ſub generali interdicto populi comprehenſus, qui nullam cauſam tribuit, ſeu culpam admiſit, aliò domicilium transferens à cenſura liberatur, Pat. Suar. *diſp.*38. *num.* 6. 18. D. Couar. *ſup. num.*6. *verſ. Quod ſi perſona*, Syluest. *vbi proximè*, *a num.*10. Bonacin. *d. n.*19. Tuſch. *d. conc.* 276. *num.*19. Sen. *ſup. num* 4. 5. *verſ. Simile eſt*, *& verſ. Si non eſſem*. Alter. *verſ. Secundò hoc.* 156

Idem eſt, ſi communitas diſſoluatur, nam inculpabiles ab Interdicto immunes remanent, Pat. Suar. *vbi proximè*, *n.*15. eadem ratione poteſt dici à cenſura eximi, qui durante Interdicto, quo ligatur, in amentiam incidit; nam hic adeſſe Diuinis minime prohibebitur, cum eius aſſiſtentia rationalis non ſit, quæ ſolùm eſt vetita, vt ex *Sanch.* diximus *ſup. num.* 151. ſepeliri verò propter ſuperuenientem amentiam in loco ſacro non poterit, niſi mentis compos poſſet, quia priuatio ſepulturæ reſpicit cadauer, quod anima, rationeque caret, ſufficitque aliquando hominem hanc cenſuram incurriſſe, vt ſacræ ſepulturæ tradi nequeat eius cadauer, niſi abſoluatur, quamuis in eo, qui à tempore impoſiti interdicti mentis erat impos, aliud probauerimus. *d. n.* 151. quod optimè conuincit ratio quam affert Bonacin. *punct.* 5. *nu.* 9. à nobis laudatus *ibidem*. 157

Aliter omnia præmiſſa ſe habere, familia interdicta, putat Bonacin. *d. punct.* 1. *num.*16. inquit enim, accedentem ad familiam interdictam, vt familiaris fiat, non interdici; è contra qui à familia eadem diſcedit, non eximi cenſura, quamuis ſit inculpabilis; quia hoc Interdictum generale non eſt, Alter. *verſ. Vt ſciamus*. Sed hæc ratio non omnino conuincit, cum quoad perſonas de familia generale ſit interdictum. 158

Ibi: *Primùm quod ſi index.*

Interdicta ciuitate Interdicto perſonali, etiam per conſequentiam cenſetur locus eidem cenſuræ ſubijci, ita vt in eo 159

T nequeant

nequeant, adhuc excluſis interdictis, Diuina celebrari. Hoc tenet itidem, ac latè probat D. Couar. d. §. 1. num. 7. *verſ. Secundo hic eſt adnotandum*; Valent. *tom. 5. diſp. 7. punct. 2. verſ. Quarto*; Nauar. *ſup. cap. 27. num.* 168. Tuſch. *num.* 12. pro quibus facit text. *in cap. quod nonnullis 25. de priuileg.* cui tamen reſponderi poteſt, ibi ſermonem eſſe de Interdicto locali, vt patet ex verbis: *Commune terra*, quæ ad loca referuntur, *cap. cum in partibus, §. vlt. de verb. ſignificat.*

160 Contrarium verò aduerſus *D. Couar.* docet Alter. *ſup. cap. 6. verſ. Verum contraria* Domin. Sot. *diſt. 22. quæſt. 3. art. 1.* Pat. Suar. *diſp. 32. ſect. vlt. num. 32.* vbi late probat adducens *cap. 1. de vſur. in 6.* quod ſane Gloſ. *ibi, verb. ipſorum*, rectè interpretatur; nam illud, *Terra ipſorum*, non denotat, generali interdicto perſonali eſſe locale addendum; ſed quod propter contumaciam Vniuerſitatis interdictæ, cenſura extenditur ad omnes, qui eius iuriſdictioni ſubijciuntur, & ita eueniet, vt propter culpam Superiorum innocentes plectantur. Poſſet nihilominus hæc ſententia vt æquior defendi, ne pœnarum extenſio concedatur.

Ibi: *Secundum is, qui habitat in loco interdicto*

161 Interdicto generali perſonali ligatus, qui culpæ reus non eſt, poteſt in loco Sacro non interdicto ſepeliri, Gloſ. *in clement. 1. verb. nominatim, de ſepultur.* Dian. *part. 5. tract. 10. reſolut. 66.* Pat. Suar. *diſp. 35. ſect. 3. num. 2.* vbi probat *ex extrauagant. ad euitanda*, Coninſ. *de interdict. diſp. 3. §. 5. q. 2.* Mar. Alter. *diſp. 6. c. 5. verſ. Si autem loquamur*, Bonacin. *dict. punct. 5. n. 4.* Vgolin. *tab. 5. c. 9. §. 4.* & alij. Atque ita ampliandum eſt; quod *D. Couar.* docet in præſenti; nam à fortiori qui nullo modo interdictus eſt, etſi decedat in loco, vbi eſt interdictum generale locale, non perſonale, poterit ad locum non interdictum deferri, vt ibi ſacræ ſepulturæ tradatur, ſic tenent Alter. *vbi proxime, diſp. 1. verſ. Dicimus ſecundo*, Bonacin. *n. 5.* Henriq. *lib. 13. c. 44. n. 4.* Regioald. *lib. 32. tract. 3. c. 28. n. 57.* Pat. Suar. *diſp. 35. ſect. 1. n. 3.*

Verſ. *His omnibus accedit.*

Cùm Scyllaceni duos Epiſcopos ſuos continuò interfe-
162 ciſſent, Gelaſius Papa *in cap. ita nos. 25. q. 2.* decreuit, vt ciuitas illa dignitate Sedis Epiſcopalis priuaretur; ex quo textu notant communiter DD, quamcunque ciuitatem, quæ proprium occiderit Paſtorem, ſimiliter eſſe puniendam; modò ille iam fuiſſet in Epiſcopum conſecratus, de quo Ricciul. *de iur. perſonar. extr. grem. Eccleſ. lib. 3. cap. 7. n. 9.* Bonacin. *ſup. punct. 6. n.* Farinac. *in prax. tom. 1. q. 112. inſpect. 2. num. 31.* Baiard. *in addit. ad Clar. §. fin. quæſt. 77. num. 29.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 398. n. 22.* idem docet, ſi communitas Cardinalem interficiat, Farinac. *quæſt. 24. numer. 122.* ſimiliter plectitur, ſi impediat Inquiſitores munus ſuum exercere, vel Summi Pontificis electionem fieri, *capit. ad abolendam, §. Ciuitas, de hæretic. capit. vbi periculum 3. §. Ciuitas, de elect. in 6.* Menoch. *num. 23. & 24.*

AD CAPVT IX.

Pœna quomodo commenſuranda delicto facti, & perſonarum qualitate perpenſa.

SVMMARIVM.

1 *Pœna eſt commenſuranda delicto.*
2 *De Talionis pœna, & n. 3. 4. 5.*
6 *Iudex qua pœna teneatur, qui perperam iudicat in cauſa criminali, & n. 7. 8.*
9 *Quando obijcientes crimina in iudicio ad inſcriptionem tenebantur.*
10 *Inſcriptio quid ſit, & qua forma fiebat.*
11 *Accuſatores olim non probantes pœnam obiecti criminis ſatiſfaciebant: hodie iudicis arbitrio coercentur.*
12 *Calumniator punitur ex actis iudicij, in quo calumniatus eſt.*
13 *Teſtis qui in cauſa ex qua pœna corporalis eſt irroganda, falſo contra innocentem deponit, quomodo plectatur? & num. 14. 15.*
16 *Homicidium qua pœna ſit dignum, & an valeat ſtatutum pecuniariam taxans pro illo inferens? vſque ad n. 21.*
22 *In coercendis delictis potius in lenitatem, quam in rigorem propendendum.*
23 *Grauiora delicta acriùs punienda.*
24 *Iactura maxima patrimonij grauis pœna exiſtimatur.*
25 *Occidens in rixa extempore, quomodo puniatur, & n. 26.*
27 *Pro defenſione honoris licet iniuriantem occidere in continenti.*
28 *Pœna minuitur ei, qui poſt multum temporis punitur, vſque ad n. 34.*
35 *Sacri eloquij interpretatio traditur.*
36 *Nobilis quando mitiùs, vel acriùs puniatur, quàm plebeius, ad n. 40.*
41 *Quæ perſonæ torqueri non poſſint? ad n. 45.*
46 *Quæ probatio requiratur nobilitatis, vt reus non torqueatur.*
47 *Torqueri qui non poſſunt, quando metus torturæ eis licitè inferatur.*
48 *Confeſſio tormentis, aut metu eorum extorta a perſona priuilegiata, non tenet.*
49 *Nobilis ſuo priuilegio renunciare non poteſt, vt torqueatur.*
50 *Priuilegiati pro quibus delictis tormentis ſubijciantur.*
51 *Nobiles ignominioſe plectendi non ſunt, Limita, n. 53. 57. 58.*
52 *Reus læſæ Maieſtatis torquetur nullo obſtante priuilegio.*
54 *Nobilis reus læſæ Maieſtatis in Hiſpania decapitatur.*
55 *Furcarum ſupplicium decapitatione leniùs, ſed turpiùs.*
56 *Diuites Nobilium priuilegijs num gaudeant?*
59 *Mandans, & exequens delictum, pariter puniuntur. Limitatur ibi, & etiam quoad conſulentem & auxiliantem, num. 60.*
61 *Qui non habet in bonis, vel honore caret, luit in corpore. Limitat. n. 64.*
62 *Habens in bonis non auditur volens potiùs corpore luere, quàm pœnam ſoluere.*
63 *Nobilibus pœna pecuniaria propter inopiam, in corporalem commutanda non eſt.*
65 *De pœna abſciſſionis manus, aut alterius membri, & numero 66. 67.*
68 *Reo in aliqua arte, vel ſcientia inſigni, pœna mortis irroganda non eſt; vſque ad n. 72.*
73 *De pœna furti latiſſimè agitur ad n. 100.*
94 *Delinquentes publica authoritate interficere licet.*
101 *Iudex poteſt, iuſta exiſtente cauſa, pœnas legis lenire, vel aggrauare, de quo ad n. 119.*
116 *Iudices Eccleſiaſtici an poſſint pœnas pecuniarias pro delictis irrogare? ad n. 121.*
121 *Quibus applicandæ, vſque ad n. 124.*
125 *Epiſcopi vtrum fiſcum habeant, & n. 126.*
127 *Epiſcopus, eiuſve Vicarius Fiſcalem creare poteſt.*
128 *Bona Clerici hæretici cui applicentur, ad n. 130. Quid in Hiſpania, n. 136.*
131 *Bona hæreticorum cui applicentur, ad n. 137.*
138 *Iudex Eccleſiaſticus ſi confiſcationem bonorum hæretici in ſententia omittat, poteſt Fiſcus eius bona occupare.*

INter delicta, & pœnas, proportionem eſſe ſeruandam, ne 1
ſtatera iuſtitiæ perperam in lenitatem, aut ſæuitiam inclinet, ratio naturalis ſuadet. Sic primus homicida, qui fratrem peremerat, ſe occidendum pertimuit, ſupplicium ſimile ſceleri expectans, *Geneſ. 4. verſ. 14. Omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me.* Quod vtique, tum Diuino, tum humano iure cernimus comprobatum, *Leuitic. 24. verſ. 19. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum, ſicut fecit, ſic fiet ei.* Apocalypſ. *cap. 13. verſ. 9. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet.* & cap. 18. verſ. 7. *Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.* Idem in iure Pontificio, *c. 2. in fine, de ijs, q. fiunt a maior. part. Capit. cap. vlt. §. Illud autem, de pœn. in 6. Clement. 1. §. Nec ſuper, eod. titul. capit. non afferamus 21. 24. quæſtion. 3. capit. quæras hic, 44. de pœnitent. diſt. 3.* Trident. *ſeſ. 24. capit. 8. Iure Regio, l. 3. in fine. titul. 9. lib. 3. Recopilat. l. vltim. tit. 6. part. 7. l. 8. titul. 31. ead. part. Iure Ciuili, l. reſpiciendum 11. ff. de pœn. Leuic. §. Quæ multo, C. de rapt. virgin. Authent. omnes peregrini,*

grini, in fine, C. commun. de ſucceſſion. Notant. D. Thom. 2. 2. *q. 39. art. 2. ad* 1. Pat. Suar. *de cenſur diſp.* 36. *ſect.* 3. *num.* 5. *& in opuſcul. diſp. de iuſt. Dei, ſect. 5. num.* 17. vbi de iuſtitia Diuina, Card. 1. Fuſch. *practicar. concluſion. lit. P. conc.* 211. *n.* 1. Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom. 2. cap.* 10. *dub. 4. n.* 22. Card Lug. *de iuſt. & iur. diſp. 1. ſect. 3. num.* 58. Menocb. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 266. n.* 1. Pat. Vazq. *in* 1. 2. *to.* 2. *diſp. 173. c. 3. n.* 15. Mat. Alter *de cenſur. tom. 1. lib. 5. diſp.* 21. *c. verſ. Secundò confirmatur ex illis,* Guttier. *practicar. lib.* 4. *q. 16. n.* 9. Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ. 33. c. 4. n.* 3. Ant. Gom. *variar. lib. 3. c. 6. n.* 7. Surd. *deciſ. 7. n.* 30. 31. Caball. *de homicid. n.* 209. Carleual. *de iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 3. n.* 29. *ad finem*, Paz *in prax. tom.* 1. *part. 5. c.* 3. §. 3. *n.* 18. Cicer. *lib.* 1. *officior. num.* 2. *Cauendum eſt etiam*, inquit, *ne maior pœna, quàm culpa ſit*, Luc. Apulei. *lib.* 7. *aſin. aur.* ibi. *Nec ſecte collegij, nec manſuetudini ſingulorum, ac nec mea quidem modeſtia congruit, pati vos vltra modum, delictique ſæuire terminum,* Horat. *lib. 1. ſatyr.* 3.

Adſit
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas,
Nec ſcutica dignum horribili ſectare flagello.

Ad Num. 1.

2 Talionis meminere multi eam iuſtam eſſe aſſerentes apud Bobad. *in Polit. lib. 5. cap. 2. num. 93. lit.* L.

Ibi : *Sic & lege Moſaica.*

3 Similiter legitur *Leuit.* 24. *verſ.* 20. *Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente reſtituet, qualem inflixerit maculam, talem ſuſtinere cogetur.*

Ibi : *Item, & lex duodecim tabularum.*

4 Hanc duodecim tabularum legem aliter legendam eſſe. poſt *Cuiac.* & *Feſtum*, aſſerit Iacob. Rævard. *ad leg. duodec. tab. c. 25. de iniur. & famoſ. libell.* eamque in hunc modum reſtituit : *Si membrum ruperit, ne cum eo pacit. Talio eſto.* Circa quam eſt aduertendum, eum, cui membrum rumpebatur, cogi poſſe iuridicè, vt cum effractore tranſigeret quòd ſi renueret ille, Iudex reum pecuniæ damnabat, qua offenſo perſoluta, Talio euitabatur, vt teſtatur Sextus Cæcilius apud Aul. Gellium *noct. Atticar. lib.* 20. *c.* 1. Pet. Greg. *ſyntagmat. lib. 31. c.* 10. vbi latè de Talionis pœna.

Ibi : *Nam licet eam exiſtimet acerbam.*

5 Talio acerba quoque viſa fuit Senecæ *de ira, lib. 2. cap.* 32. *Inhumanum, ait, verbum eſt, & quidem pro iuſto receptum, vltio, & talio non multum differt, niſi ordine.* Ea ſanè acerbitas forſan propter duritiam cordis Hebræorum fuit opus, *Marc.* 10. *verſ.* 5. quos in virga ferrea regere oportebat, *Pſalm. 2. verſ.* 9. nam & leges Diuinæ eis, quibus imponuntur, adaptantur, nec ſemper fuit præceptum, quod per ſe melius erat, ſed quod magis expediebat intra iuſtitiæ ac rationis naturalis limina; vt patet in repudio, & alijs, de quibus *Matth. c. 5. à verſ.* 20.

Ibi : *Imò, & nunc hanc Talionis pœnam.*

6 Iudex, qui omiſit iuxta criminis qualitatem pœnam imponere delinquenti, ſupplicium idem ſuſtinet, quod in alium exequi neglexit, *l. 2. tit. 6. lib. 3. Recopilat.* Greg. Lop. *in l. 25. gloſ. 3. tit. 22. part.* 3. Clar. *in prax. crimin. lib. 5. §. fin. q. 85. n. 10. verſ. Caueant.* Maranta *de ordin. iudicior. part.* 6. *num* 191. Didac. Perez *in l. 1. verſ. Vtrum autem, tit. 1. lib. 8. Ordinam.* Ioan. de Platea *in l. quoties, C. de exactorib. tributor. lib.* 10. Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 51. num.* 26. Auil. *in cap. 2. Prætor. verb. en juſticia, num.* 7. 8. Tiraquel *de pœn. tempor. in præfat n.* 9. Bobad. *d. lib. 5. c. 3. n.* 30. Guttier. *de delict. q. 64. n.* 28. Abbas *in c. 2. n. 5. de maledic.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæſt. 96. numer.* 11. Tuſch. *lit. P. conc.* 155. *num.* 35.

7 Similiter Talioni ſubiicitur Iudex, qui pœnam grauiorem, quàm delictum poſtulat, impoſuerit, aut innocentem damnauerit, *l.* 25. *tit.* 22. *p.* 3. *l.* 11. *tit.* 8. *part.* 7. *l.* 3. §. *Præterea, l. lege* 4. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Bald. *in l. 1. col. 5. C. ex delict. defunctor* Bobad. *vbi proximè*, Gregor. Lop. *ſup.* Auendañ. *de exequend. mand. cap. 2. num. 2. verſ. Siquidem,* Matienç. *in dialog. relator, part. 3. c. 33. num.* 6. Paz *d. tom.* 1. *part. 1. tempor. 1. n.* 62. Ant. Gom. *ſup. cap. 13. n.* 6.

8 Sed in praxi iniquè iudicans Iudicis arbitrio coërcetur, vt reſoluunt Menoch. *d. lib. 2. caſ.* 341. 342. Bobadill. *to.* 1. *lib. 2. cap. 11. num.* 27.

Ibi : *Olim ſanè accuſatores regulariter.*

9 Olim accuſatores per inſcriptionem ad probanda delicta aſtringebantur, Pet. Greg. *lib. 32. cap. 7. num.* 6. Non ſic inſcribebantur denunciantes, vel per exceptionem crimen in iudicio obijcientes, vt obſeruat Barbol. *in collect. ad cap. ſuper his* 16. *n. 1. de accuſat.* vbi probatur Paz *d. part. 5. c. 2. §. vnic. n.* 3. Quamuis per calumniam denunciantem plectendum eſſe, verum ſit; Aldrete *de religioſ. diſciplin. lib. 3. c. 23. n.* 8. Bern. Diaz *in prax. crimin. c.* 6. Paz *vbi proximè*. Nec non qui calumniosè crimen obijcit excipiendo, vt probauimus *lib. 1. c. 11. num. 56. in fine.* Vnde denunciatores in Gallia debent ſe ſubſcribere libro denunciationum, Pet. Gregor. *n.* 7.

10 Quid ſit inſcriptio, & qua forma fiebat? diſces à Conſultis *in l. libellorum 3. l. ſi. cui 7.* iuncta Gloſ. *ibi, verb. Perſeueraturos ff. de accuſat.* & à Cuiac. *in paratit. ad eundem titul.* Pet. Gregor. *ſup. d. c. n.* 2.

11 Quoniam de iure accuſatores ſi in accuſatione deficerent, criminis obiecti pœnam patiebantur, ſeſe ad eam ineundam per inſcriptionem aſtringebant; ſed hæc iam ab aula receſſerunt, & [illegible] Iudicis arbitrio coërcetur, vt aduertunt Greg. Lop. *in d. l.* [illegible] *penult. tit. 1. part.* 7. Menoch. *ſup. caſ. 322. n.* 3. Pichard. *in princ.* [illegible] *Inſt. de public. iudic.* Pacian. *de probat. lib. 2. c. 21. n.* 14. [illegible] *de pac. public. lib. 1. c. 9. num.* 3. Bobadill. *d. lib. 5. c. 2. num.* 93. Paz *d. part. 5. cap. 3. §. 6. à num.* 51. Farinac. *in prax. crim. qu.* [illegible] *à princip.* Ant. Gom. *lib. 3. variar. cap. 11. nu.* [illegible] *verſ. Item adde, & in l. 83. Taur. num.* 7. Parlador. *differens. 159. n.* 2. Clar. *ſup. quæſt. 81. num.* 3. Tuſch. *lit. P. conc. 231. num.* 3. Pet. Gregor. *d. c. 10. n.* 3. Guazzin. *ſup. defenſ. 3. c. 13. à princip.* Caball. *quæſt. crim. caſ. 167. n.* 1. 2. Scacc. *in tract. crimin. c. 51. à num.* 7.

12 Eſt adnotandum ad punitionem calumniatoris non deſiderari nouam cauſæ cognitionem, ſed ex eiſdem actis accuſationis, quam per calumniam inſtituit, plecti poſſe, Clar. *q. 69. nu.* 9. Parlador. *ſup. num.* 3. & probatur ex *l. 1. C. de calumniatorib.*

Ibi : *Quæ iuſtiſſima, & hodie ſeruabitur.*

13 Teſtis, qui in cauſa, ex qua corporalis pœna venit infligenda, aduerſus innocentem falſo depoſuerit, Talionem debet ſuſtinere. Sic legitur Deuteronom. 19. *à verſ.* 18. *Cumque diligentiſſimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit.* & paulò inferiùs, *verſ.* 21. *Non miſereberis eius, ſed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges*, Daniel. 13. *verſ.* 61 *cap. ſatis.* 33 *quæſt.* 5. *l.* 4. *tit* 17. *lib.* 8. *Recopilat. l.* 5. *tit.* 14. *part.* 2. *l.* 26. *tit.* 22. *p.* 3. *d. l.* 11. *tit.* 8. *part.* 7. notat Ioſeph. *lib. 4. antiquitat. cap.* 6. Ant. Gom. *d. verſ. Item adde*, Menoch. *caſ. 306. à princip.* Bobab. *ſup. lib. 3. cap.* 2. *num.* 78. Gregor. Lop. *in d. l.* 26. *gloſ.* 3. Dueñas, *reg.* 27. *ad fin.* D. Couar. *in cap. quamuis, part. 1. §. 7. num. 9. in fine*, vbi latè, & eruditè de pœna falſi teſtis, *à n. 6. de pact. lib.* 6. Clar. *ſup. d. lib. 5. §. Falſum, n.* 3. & *ibi* addit. *lit. G.* Moncada *ad Grotium de teſtib. part. 9. n.* 38. Boſ. *ſup. tit. de oppoſit contr. teſtes n.* 104. Simanc. *de Catholic. inſtit. tit. 64. rubric. de teſtibus, n.* 160. *verſ. Quæ pœna locum habet*, Azeued. *in d. l. 4. n. 49. cum ſeqq.* Gom. Arias *in l. 83. Taur. n.* 8. Peguera *dec. 19 n.* 5. Petr. Greg. *ſyntagmat. lib. 36. q. 5. n.* 12. Baiard. ad Clar. *§. fin. q. 81. n.* 1. Guazzin: *defenſ. 28. c. 18. à princip.* vbi latè, Pet. Caball. *ſup. caſ 165. à nu.* 12. Idemque de inducente falſos teſtes in huiuſmodi cauſis docet Guazzin. cum alijs, *n.* 7. 8.

14 Sed, ſeclusſo ſtatuto, ſecundùm ius commune dubitatur,

an non ſequuto effectu punitionis in inſontem, falſus teſtis pœnam Talionis debeat ſuſtinere? De quo per Farinac. *de teſtib.q.67.§.1.à n.15.*qui *num.* 17.reſoluit, pœna arbitraria eſſe puniendum, Guazzin.*n.*3.Caball.*n.*14.*cum alijs.*

15 Quæ æquè procedunt, ſiue teſtis falſum dicat, ſiue interrogatus, per dolum veritatem occultet, qua detecta, reus à pœna corporali liberaretur; Tindar.*tract.de Teſtib. part.* 1, *c.* 9. *num.* 5. Farinac. *vbi proximè,n.*14. Nam vtroque modo falſitatis crimen perpetrat, D. Couar. *vbi proximè,n.* 6. Angel.*in l.argentarius,§.fin.n.*3.*ff.de edend* Alex.*ibidem, col.* 1.Pacian.*ſup.lib.*1.*c.*66.*n.*157.& diximus,*lib.*1.*cap.*2.*n.* 16.

Ad Num. 2.

16 Homicidium vltimo ſupplicio plectendum eſt, Apocalypſ.13.*verſ.*10.*Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi,cap.vlt.*3.*diſt.*1.1.*l.*3.*cum alijs,tit.*23.*lib.*8.*Recopilat.l.*6.*tit.*8.*part.*7.*l.penult.ff.ad leg.Cornel. de ſicar. l. ſi quis aliquid* 38.§.*Qui abortionis,ff.de pœn.l.penult.C.ad leg. Cornel. de ſicar.l.quoniam multa* 6.*C.ad leg.Iul.de vi,.§ Item lex Cornelia de ſicarijs,Inſt.de public. iudic.* Tuſch.*lit. H, conc.* 148.*n.* 1. Azeu. *in d.l.*3.*Recopilat.n.*2.Ant.Gom.*d.lib.*3.*c.*3.*n.*1. Menoch *caſ.*279.*in fine,*Iul.Clar.*in prax §.Homicidium.n.* 18. Cyriac.*controuerſiar.tom.*2.*contron.*355.vbi ſic ſtatutum eſſe Mantuæ teſtatur, Greg.Lop.*in l.*15.*gloſ.*1.*tit.*8.*part.*7.Boſſ. *ſup.tit.de homicid.nu.* 109.Carrer.*in prax.eod.tit.fol.*272.Pichard.latè,*in d.§.Item lex Cornelia,ex n.*4.Cancer. *variar. part.*2.*c.*11.*n.*73.Pet.Gregor.*ſyntagmat.lib.*36.*c.*15.*n.*10.Caball.*de homicid.nu.*106.Farinac.*in prax.tom* 2.*quaſt.* 116. *numero* 41.

17 Apud Ægyptios homicidæ mortis pœnam ſuſtinent, Diodor.*lib.*1 *cap.*16.Braſilienſes reum ſtrangulandum tradunt occiſi propinquis, quibus de iure vindicta competit quod ſi haberi nequeat, eius filiæ, aut ſorores, vel cognatæ ipſis in ſeruitutem dantur, *Theat.vit.hum.verb pœna,* vbi de pœna homicidij. Brutum quoque propter hominem occiſum ſimiliter punitur, Exod.21.*verſ.*28.*Si bos cornu percuſſerit virum, aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, &c.* In Burgundia ita ſeruari, teſtis eſt Guid.Pap.*deciſ.*238. qui aſſerit, ſe vidiſſe ſuem furca ſuſpenſum, quia puerum peremerat. Imò inanimata ex eadem cauſa perire iubentur, nam ſtatua quædam cum hominem oppreſſiſſet, vt in mare deijceretur fuit damnata, vt refert Pet. Greg. *vbi proximè,n.*9.

Ibi: *Deinde quod pœna pecuniaria.*

18 Non valere ſtatutum, quod ſola pœna pecuniaria homicidas coërceat, ſuſtinent Iul.Clar. *ſup.n.*19.Tuſch.*n.*12. Guazzin.*de defenſ.reor.defenſ.*3. *c.*6.*num.*4.Roland.*conſ.*98. *n.*26.*lib.*1.*& conſ.*3.*n.*39.*lib.*2. Iacob. Ayrer. *in repet. l. vt vim,part.*2.*à n.*10.*ff.de iuſt.& iur.* Igne.*in l.lege Cornelia,§. vlt.n.*61.*ff.ad Syllanian.*& plurimi alij, quos refert *Farin.* quem videas *in prax.tom.* 2.*q.*119.*inſpect.*: .*n.*27.Ex quibus conſtat, hanc opinionem valdè communem eſſe, cui ſuffragatur illud *Num.c.*35.*verſ.*31. *Non accipietis pretium ab eo, qui reus eſt ſanguinis.*

19 Quòd, cùm delicta ſolùm pecuniæ mulcta puniuntur, homines præſertim diuites facilè delinquant, notant Bobadill.*tom.*1. *lib.*2.*c.*11.*n.*17.*in fine,* Farinac.*d.q.*119. *n.*36. Huc ſpectat quod de Lucio Neratio refert Gell. *d.c.*1. his verbis: *Lucius Neratius fuit eg.egiè homo improbus atque immani vecordia. Is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus ſua palma verberare: eum ſeruus ſequebatur, crumenam plenam aſſibus portitans & quemcunque depalmauerat, numerari ſtatim ſecundum duodecim tabulas quinque & viginti aſſes iubebat.* Etenim acerbitas plerumque vlciſcendi maleficij benè atque cautè viuendi diſciplina eſt, vt inquit Gell.*vbi proximè,in fine,* Socrates apud Plutarchum *lib.* 2. *de legib.* aiebat, ciuitates optimè gubernari, cum iniuſti dant pœnas; nam facilitas veniæ incentiuum exhibet delinquendi, *cap.vt Clericorum* 13.§.1.*de vit. & honeſt. Cleric.* Petr.Greg.*lib.*32.*c.*2.*n.*3. Lotter.*de re beneficiar.lib.*3. *q.*18. *num.*198.

20 His accedit, pœnam pecuniariam omni corporali leuiorem eſſe, *l.in ſeruorum* 10,*in fin.ff.de pœn.*Bart.*in l.*1 *in fin.ff.* eod.Iaſ.*in repet.l. admonendi,n.*221.*ff.de iureiurand.* Deci. *in l.ſi quis id quod,n.*24.*ff.de iuriſdict.omn.iudic.* Grammat. *vot.* 17.*n.*17.*& vot.*23.*n.*21.Menoch. *de arbitr.lib.*1.*q.*90.*nu.*39. Vndè iniquum videtur, illam duntaxat irrogari pro homicidio, quod inter grauiſſima crimina numeratur, Bernard Diaz *in prax. c.*97.*n.*1. Eſt enim deteſtabilius periurio, Leſſ. *de iuſt.lib.*2.*c.*42. *dub.*75.Bellamer. *in c.duo mala, n.*3.*diſt.*13. Angel. *in ſumm.verb.periurium,n.*8.Horribilius adulterio, *c.ſi quod veriùs* 9.33.*q.*2. vbi Gloſ. *verb. adulterium,*D.Thom.1.2.*q.*100.*art.*6.*in corpor.in fin.*Sot.*de iuſtit. lib.*5.*q.*1.*art.*3.Corraſ.*lib.*2.*miſcellanear.c.*11.De cuius delicti atrocitate egit latè Pichard.*in d.§.Item lex Cornelia.*

Ibi : *In contrarium adducitur textus.*

At ſtatutum iuſtum eſſe, ac validum, quo homicida 21 duntaxat pecunia mulctetur, communi itidem opinione defenditur, quam tenent Bald.*in l.data opera,n.*22.*C.de iis, q.accuſ.n.poſ.*Azeued. *in rubr.n.*28. *tit.* 23. *lib.* 8. *Recopilat.* Addit. ad Abbat.*in c.fin.verb.pronitatem peccandi, col.*4.*de conſuetud* Alex.*in l.*1.*num.*13.*ff quod quiſq.iur.*Carrer.*ſup.§. Circa ſecundum,iuxta legem Moyſi,nu.* 18. Bolognet.*in l.*1. *n.*24.vbi probat late,*ff.quod quiſq.iur.* Dec.*tract.crim. lib.*9. *c.*20.*n.*26.Addit.ad Rom.*ſing.*714.& alij non pauci, quos congerit Farin.*ſup. n.* 28. Sic Longobardi conſtituerunt, *lib.*1.*tit.de homicid.liber.homin.l.*1.4.13.*cum alijs.* Similiter & Dani, Saxo *lib.*10.Germani certo pecorum numero homicidium luebant, Sab.*lib.*1.*En.*6. Memphitæ verò homicidas ab oppidis, & commercio exterminabant, donec à Gymnoſophiſtis expiarentur, Diodor. Sicul. *de reb.antiq. lib.*2. Apud Anglos pro primo homicidio reo in manu ſiniſtra ſub pollice litera M.inuritur; nam illi homicidium, *Murdre,* vocant; vt ſi poſtea idem ſcelus repetat, debitas pœnas det, Polydor.*lib.*26.*Anglic.hiſtor.* Petr.Greg.*ſup.lib.* 37*cap.*2.

Verſ. *Quamuis culpa & delinquentium ſcelera.*

Sed cum humano iudicio æquilibrium inter culpam, & 22 pœnam exactè conſtitui, pene impoſſibile ſit (Deus enim eſt qui ſuppliciorum metas agnoſcit, *c.quarat hic de pœnit. diſt.*3.) propter circumſtantiarum multiplicem varietatem, ex quibus pœnas quoque varietati neceſſe eſt, *c.ſicut dignū* 6.*de homic.l.aut facta* 16 *ff.de pœn. l.*8.*tit.*31.*part.*7.vbi Greg. Lop.*gloſ.*1.Caball.*vbi proximè,n.*109.Ant.Gom.*d.lib.*3.*c.*6. *n.*7.Leotard.*de vſur.q.*38.*n.*20. vbi de pœna conuentionali pecuniaria. In mitiorem partem beniguè nobis propendendum erit, maximè vbi non reperitur atrocitas, *c.in pœnis* 49.*de reg.iur.in* 6.*Clement.*1.§.*Nec ſuper hac,de pœn.cap. diſciplina* 9.*cum ſeq.*45.*diſt.c.pœna* 18.*de pœnit diſt.*1.*l.reſpiciendum* 11.*l.penult ff.de pœn* Notant Caball.*reſolut.crimin. caſ.*275.*n.*6. Gail. *practicar.obſeruat. lib.*2.*obſeruat.*138. *n.*9. Guazzin. *ſup.defenſ.*33.*c.*11.*n.*5.Surd *deciſ.*48 *n.*13.Cyriac. *tom.*2.*contron.*289.*n.*21. Pacian.*de probat.lib.*2.*c.*14.*n.*9. Paz *ſup.tom.*1.*tempor.*5.*n.*65. cum melius ſit, delictum aliquantulum impunitum relinquere, quàm modum iuſtæ vindicationis excedere; argument.*l.abſentem* 5.§ 1 *ff.de pœn.* Vnde fit, vt minus peccet qui intuitu miſerationis, quàm propter ſeueritatem à iuſtitia deuiat; *c.alligant:*26.*q.*7. ibi: *Deindè, etſi erramus modicam pœnitentiam imponentes; nonne melius eſt propter miſericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem?* Simanc.*de Catholic.inſtitut.tit* 46.*n.*85.Ant.Gom.*vbi proximè,*Paz *d.tom.*1.*part.*5.*c.*3.§.12.*n.*.04.Bald.*conſ.*403.*volum.*3.

Illud verò in pœnis imponendis maximè eſt attendendū, vt grauiora crimina acerbo ſupplicio, ac maiori coërceantur; leuiora minori: quem ordinem ipſa iuſtitia Diuina obſeruat, quæ tametſi non ad æquilibrium plectat hominum ſcelera, tamen quanto grauiora ſunt illa, tanto acriùs coërcet iuxta geometricam, vel arithmeticam proportionem, vt docet Pat. Suar. *in opuſcul. diſp.de iuſt. Dei, ſect.*5.*n.*17. Caramuel *in Theolog.fundament.n.*1670. vbi ait, hoc verum, etſi delicta eiuſdem ſint ſpeciei; quapropter ex qualitate pœnæ, grauitas, vel leuitas delicti cognoſcitur; *c.non afferamus,in fine,*14.*q.*1.Caball.*caſ.*197.*n.*5.Farinac. *in prax.q.*18.*n.*83. 23

Verſ.

Ibi : *Primùm , poſſe contingere.*

24 Eſt de mente omnium DD. quos laudauimus *ſup. n.* 16. ad iuſtitiam ſtatuti punientis ſola pecuniaria pœna homicidium, deſideratur, quòd quantitas ſoluenda non ſit contemptibilis, ſed tanta, vt poſſit homines deterrere, & præterea iuſtam cauſam debere interuenire, cum *D. Couar.* affirmant Dec. *ſup n.* 25. Farinac. *n.* 36. Nec quidem leue ſupplicium exiſtimandum eſt, ſi forte homicida tota, aut maiori parte ſuæ ſubſtantiæ priuaretur, per quod in paupertatem incideret; argument. *l. quiſquis* §. *C. ad leg. Iul. Maieſtat.* prout cautum eſt Longobardorum legibus in caſu ſpeciali, *l.* 19. *d. tit. de homicid. liber. homin.* Pecunia namque adeò ad vitam neceſſaria æſtimatur, vt aliquando hominis anima nuncuperur, iuxta illud Heſiodi.

Pecunia eſt anima miſeris mortalibus.

Quod refert Baeza *de inop. debitor. cap.* 1. *num.* 31. Roiz. *Lusitan. decis.* 3. *num.* 51. Aliquando vita dicatur, gloſ. *verb. vitam, in l. Aduocati* 4. *C. de Aduocat. diuerſor. iudicior.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verb. facultatum, num.* 1. *C. de reuoc. donat. & de Nobilitat. c.* 31. *n.* 364. Gigas, *conſ.* 50. *n.* 36. Clar. *d.* §. *Homicidium, n.* 25. D. Couar. *de matrimon. part.* 2. *c.* 7. §. 4. *ex n.* 30. & apud Plutarch. *in libel. an adoleſcenti liceat audire poemata* :

Pergunt alij mihi rodere vitam.

Vbi vitam pro facultatibus vſurpat. Græci eodem verbo *vitam*, ac *pecuniam* ſignificant, teſte D. Couar. *vbi proximè*, qui ex hoc infert amiſſionem omnium, aut magnæ partis bonorum, incutere metum cadentem in conſtantem virum; & Bald. *in l. parentes. C. de teſtibus* probat, arduam cauſam pecuniariam ſimilem eſſe capitali: quod poſt illum adnotauit Menoch. *de arbitrar. caſ.* 80. *num.* 5. Aliquando ſanguis appellatur, Iaſ. *in l. nec quicquam*, §. *Vbi decretum, num.* 2. *ff. de offic. Proconſ.* Menoch. *conſ.* 175. *num.* 5. Afflict. *deciſ.* 24. *num.* 4. Marienç. *in dialog. relator. part.* 3. *cap.* 30. *num.* 3. Caball. *vbi proximè, caſ.* 170. *num.* 4. Ripa *in cap.* 1. *num.* 18. *de iudic.* Ad hæc pecunia munitiſſimum præſidium eſt, Prouerb. 18. *verſ.* 11. *Subſtantia diuitis vrbs roboris eius, & quaſi murus validus circumdans eum.* Vnde tanti apud homines habetur, tantùmque diligitur, vt ibi cor collocent, vbi theſauros deponunt, *Matth.* 6. *verſ.* 19. quapropter ſicut pro vita, ita & pro defenſione bonorum occidere licet aggreſſorem, vt latiſſimè probat D. Couar. *in clement. ſi furioſus, part.* 3. §. *vnic. num.* 6. per *l.* 4. *tit.* 23. *lib.* 8. *Recopilat.* & alia iura, quæ ibi allegat, Caram. *in Theolog. fundam. num.* 1577. *verſ. Secundò, poteſt* & *num.* 1581. *verſ. Diuitiæ*, Dicaſtill. *de iuſt. tom.* 1. *lib.* 3. *tract.* 1. *ex num.* 50. Bonacin. *in ſumm. tom.* 2. *tract. de reſtitut. diſputat.* 2. *quæſt. vltim. punct.* 10. *num.* 1. (qui ampliat ad Clericos, & reſpondet ad *cap.* 2. *de homicid.* quod ibi Clericus modum exceſſit in defenſione bonorum) & ita tenent communiter Theologi. Ex quibus colligitur, maximam pœnam eſſe pecuniariam, ſi per illam reus ingentem patrimonij iacturam ſuſtineat, atque ideò poſſ. ſtatuto ſic homicidium puniri, maximè iuſta exiſtente cauſa, (Quod æque in conſuetudine admittendum eſt.) cum alijs probat Farinac. *n.* 30. Ad quæ faciunt tradita per me de paupertate *ſup. c.* 6. *n.* 46. 47.

Ibi : *Idem profectò erit.*

25 Occidens non præmeditato conſilio, ſed in rixa, iniuria laceſſitus ad tuendum honorem, non mortis pœnam, ſed mitiorem ſubibit, *l.* 3. *tit.* 8. *part.* 7. faciunt, *l. qui cum maior* 14. §. *Si libertus*, ibi: *ignoſcendum eſt ei, qui voluit ſe vlciſci prouocatus: ff. de bon. libertor. l. ſi adulterium* 38. §. *Imperatores*, ibi: *Difficillimum enim eſt iuſtum dolorem temperare, ff. ad leg. Iul. de adulter.* qui caſus cenſetur comprehenſus *l.* 4. *tit.* 23. *lib.* 8. *Recopilat.* ſub illis verbis: *O ſi lo matare en otra manera, que pueda moſtrar que lo mato con derecho.* Nam qui prouocatus delinquit, miſeratione dignus eſt, de quo præclarum extat exemplum apud Valer. Maxim. *lib.* 8. *c.* 1. Eſmirnea enim fœmina honeſta coram Publio Dolabella, qui Athenis præerat, cum accuſaretur, quòd maritum ſuum, ac filium eius occideret, quoniam illi filium, quem ex alio viro pepererat, interfecerant, rem grauiſſimum Areopagitarum Senatum conſuluit, qui reſpondit, ac decreuit, vt poſt centum annorum accuſatorem, & rea ſententiam auditari comparerent, atque ità ob iuſtum dolorem mulieri etiam atrociter delinquenti indultum eſt. Præmiſſam concluſionem probant Ant. Gom. *d. l.* 3. *c.* 3. *n.* 24. Parlad. *rer. quotidian. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 38. Bort. *deciſ.* 168. *n.* 7. Guazzin. *ſup. defenſ.* 29. *c.* 4. *n.* 53. Plaça *in epitom. delictor. li.* 1. *c.* 1. *n.* 21. Iul. Clar. *d.* § *fin. q.* 60. *n.* 7. 18. Caball. *de homicid. ex n.* 105. Azeued. *in l.* 2. *nu.* 95. *tit.* 10. *lib.* 8. *Recopil.* Vrſil. *ad Afflict. deciſ.* 189. *num.* 34. Baiard. ad Clar. *d.* §. *Homicidium, à n.* 110. Farin. *in prax. qu.* 126. *à n.* 47. vbi diſputat, vtrum occidens in rixa pœna ordinaria homicidij teneatur; & quamuis pro vtraque parte multos alleget; ipſe reſoluit, non teneri; niſi homicida prouocauerit, & animum habuerit occidendi. Sed apud nos eſt *l.* 3. *tit.* 23. *lib.* 8. *Recop.* qua diſponitur, vt occidens in rixa, mortis pœna afficiatur, niſi aliqua iuſta cauſa ſe poſſit excuſare. Et maxima eſt, defenſio honoris, qui quanti habeatur, dixi *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 9.

Quæ concluſio erit amplianda, vt procedat, quamuis 26 homicidium committatur, poſt ſedatam rixam, veluti ſi qui iniuriam paſſus eſt, recedat ad arma ſumenda, vel amicos conuocandos ad vindictam; cum quibus reuerſus rixam ſuſcitet, aduerſariumque perimat; nam adhuc à pœna ordinaria liberabitur, de quo Farinac. *quæſt.* 125. *numer.* 335. Imò licet non eadem die, ſed ſequenti inimicus occidatur, idem iuris eſſe tenet Menoch. *conſ.* 107. *numer.* 30.

In foro quoque animæ licitum eſt, inferentem iniu- 27 riam, nedum ante, ſed etiam poſt eam acceptam occidere in continenti, non animo vindicandi, ſed honorem proprium illibatum ſeruandi cauſà, maximè ſi aggreſſor factum armis tueatur, nec fugiat. Ita docent Victor. *in relect. in bell. num.* 5. Henriq. *in ſumm. lib.* 14 *cap.* 10. *numer.* 3. Nauarr. *in manual. cap.* 15. *num.* 4. *ad fin.* Bonacin. *in ſumm. tom.* 3. *diſp.* 2. *de reſtitut. q. vltim. ſect.* 1. *punct.* 10. *numer* 8. Petr. Nauar. *de reſtitut. cap.* 8. *numer.* 383. Hurtard. *de fid. ſp. & char. tom.* 2. *diſp.* 170. *à* §. 153. Dian. *p.* 2. *tract. miſcellan. reſolut.* 15. *& part.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 11. & alij. Quamuis contrarium multi ſentiant, quos hi referunt, maximè *Diana*, quorum plerique loquuntur, quando aggreſſor fugit & priorem ſententiam etiam in fugiente probabilem docet *Caramuel*, plures laudans *in Theolog. fundament. numer.* 601. Dian. *p.* 8 *tract.* 7. *reſol.* 48. qui contrariam ſatis probabilem, & conſulendam monet. Et an Clerici, & Religioſi poſſint proprium honorem armis tueri? Vide apud Caram. *n.* 1575. 1594. *cum ſeqq.*

Ibi : *Vbi ſtatim ipſe delinquens*

Qui poſt multùm temporis, à quo deliquit, pœnas dat, 28 leuius puniri debet, quam admiſſi qualitas poſtulabat, Ant. Gom. *d. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 7. Iul. Clar. §. *fin. q.* 60. *nu.* 32. Cened. *ad Decretal. collect.* 16, *num.* 4. Tiraq. *de pœnis temperand. cauſ.* 29. *num.* 1. Guazzin. *ſup. defenſ.* 2, *cap.* 1. *num.* 1. Farinac. *in prax. q.* 10. *num.* 84. Fachin *controuerſ. lib.* 9. *c.* 38. Aug. Barboſ. *in collect. in, ad cap. fin. num.* 2. *de conſuetud.* Anton. Theſaur. *Pedemont. deciſ.* 76. *num.* 1. Cald. Pereir. *in l. ſi curatorem habens, verb. læſis, num.* 17. *C. de in integrum reſtitut.* Afflictis *deciſ.* 287. *à princip.* Villadiego *in Politica, c.* 3. *num.* 172. Ad quod tranſcurſus decem, aut ſaltem octo annorum requiritur, Farinac. *n.* 8. Grammatic. *conſ.* 9. Guazzin. *n.* 3. Barboſ. *vbi proximè*, Baiard. ad Clar. *d. quæſt.* 60. *num.* 106.

Hæc concluſio, vt aliqui maximè ex antiquis exiſtimant, 29 deſumitur ex Iureconſulto *in l. ſi diutino* 25. *ff. de pœn.* & defenditur, eo quod ſicut per viginti annos pœna delictorum prorſus aboletur, *l. querela* 12. *C. ad leg. Cornel. de falſ.* ita per lapſum decennij minuitur, quoniam iniuria Reipublicæ, ac priuatis illata, ſit ſopita, etſi non omnino deleta. Adhæc cùm ſupplicium ad id principaliter ſit inuentum, vt delinquentes cohibeantur; hoc ſic neceſſario deſideratur, quando apparet, reum eſſe emendatum, qui tandiu à criminibus abſtinuit (ſupponitur enim, ſua ſcelera repetentibus pœnam non eſſe ſubleuandam, vt omnes fatentur: & dicitur *infra, n.* 31.) ita Fachin. *ſup.* Tiraq. *nu.* 1. Farin. *n.* 84.

30 Dubium eſt an præfata locum habeant, quando reus fuit in abſentia accuſatus: & negant Bart. *in d. l. ſi diutino,* Panormitan. *in c. cum haberet, col. 2. de eo, qui duxit in matrim. quam pol. per adult.* Anchar. *ibidem, col. 3. num. 8.* Baiard. *ſup. num.* 107. Ant. Gom. *in l. 76. Taur. num. 6. & in dict. c. 11. num.* 8.

Sed contrarium & ſic affirmatiua pars verior videtur; quoniam pœna, vt patet ex proximè traditis, non minuitur ratione præſcriptionis, & negligentiæ accuſatoris, vt Anton. Gom. *d. n. 6.* exiſtimat; ſed eo quod cauſæ propter quas delinquens plecti debet, non ita vrgent poſt diuturnum temporis tranſcurſum, acſi ſtatim ſupplicio afficeretur, quæ ratio non tollitur per inſtitutionem accuſationis. Quod etſi ſententia in abſentem fuiſſet prolata, ſi eius executio diu differretur, adhuc pœnam temperari æquum eſt, hoc tamen fieri nequit, niſi conſulto Principe, nam ſententiam, quamuis iuſta cauſa ſuperuenit, immutare iudici non licet, *l. 1. §. vlt. ff. de quæſtionib. l. Diui 27. ff. de pœn.* Ita tenet Farinac. *numer.* 87. Guazzin. *ſup. numer.* 17. qui *numer.* 10. idem tenet in carceratos qui poſt ſententiam diu detinetur.

31 Illud autem compertum eſt, huiuſmodi lenitate indignum eſſe, qui in idem genus delicti, de cuius punitione tractatur, reincidiſſe probatur, quia ſic emandatum non eſſe, apparet, Ant. Gom. *d. num.* 8. Farinac. *numer.* 85. Guazzin. *num.* 4. 13. Idem eſt, ſi aliàs delinquat, Guaz. *n.* 13.

Ibi: *Quamuis à Iuriſconſulti reſponſo id perperam deducatur.*

32 Concluſionem traditam *ſup. num.* 28. non probari *in. d. l. ſi diutino,* quamuis illam admittant, Neoterici communiter adoptant; nam ibi *Modeſtinus* agit de eo, qui diu in vinculis eſt, cui miſerationis intuitu aliquid ex pœna, quam meretur, remittendum eſt: Ita Fachin. *ſup.* Parlador. *different. 51. num. 2.* Guazzin. *n.* 18. Franch. *deciſ.* 17. *n.* 4. *part.* 2. Tiraquel *d. cauſ. 29. num.* 7. Caball. *reſol. crimin. caſ.* 42. *n.* 1. Farinac. *num.* 88. 89. Calepin. *in ſuo diction. verb. reatus,* Caluin. *lexic. iur. eod. verb.* Nam reatus (nouum quidem verbum à Meſſa primò inuentum, vt ex *Plinio lib. 8. cap. 3.* obſeruant Calepin. Caluin. & alij) nihil aliud ſignificat, quàm miſerandum illum ſtatum; in quo carceratus iacet, poſtquam inter reos receptus eſt. Olim enim cum quis de crimine publico arguebatur, carceribus mancipatus ante omnia ſuas præſcriptiones, ſiue exceptiones dilatorias proponebat, vt iudicium ſubterfugeret; & ſi id aſſequi non poſſet, tunc inter reos recipiebatur, *l. ſi maritus 15. §. Præſcriptiones, ff. ad leg. Iul. de adulter.* Parlador. *num.* 3. ex quo nomen rei in codice ad hoc deſtinato deſcribebatur inter cæteros, pulla, ſordidaque veſte induebatur, capillos, ac barbam promiſſam geſtabat, quem habitum mutare donec cauſa diſcutiebatur, nefas erat, Parlador. *vbi proximè,* Iacob. Rævard. *lib. 1. coniectaneor. cap. 10. de veſt. lugub.* Liu. *lib.* 45. vbi ſic de Rhodijs ſcripſit: *Exemplo veſte ſordida ſumpta, domos Principum cum precibus, & lachrymis circumibant orantes, vt prius cognoſcerent cauſam, quam condemnarentur,* Quintilan. *in declamat.* cui titulus eſt, *Diſcordes fratres; Reum,* inquit, *me detulit, ſordes mihi induit, ad iudicem vocauit,* Martial. *lib.* 2.

Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum
Squalidus herebo, pallidiorque reo.

Aul. Gell. *lib. 3. cap. 4. Eumque, cum eſſet reus, neque barbam deſiſſe radi, neque non candida veſte vti, neque fuiſſe cultu ſolito reorum.*

33 Hinc Vlpianus in *l. 3. ff. de cuſt. reor.* carceris pœnam dixit, quæ ſi diutina ſit, cum debito delicti ſupplicio ex parte compenſatur, vt pietate ſuadente, in *d. l. ſi diutino,* æquiſſimè conſtitutum eſt iuxta veriorem eius intellectum, atque in praxi ſeruari teſtatur Bobadill. *in Politic. tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 8. in fine,* quamuis inſinuet, Modeſtinum, & Vlpianum in his iuribus agere de quodam carcere, cui quondam non tam ad cuſtodiam, quam ad pœnam rei mancipabantur: nam triplicem fuiſſe carcerem ibi probat, quæ diſtinctio verbis Conſultorum non aptatur. Ex quibus omnibus deducitur, delinquentem mitiori pœna, quàm ordinaria eſſe coercendum, vel ſi longum tempus effluxerit poſt crimen admiſſum, vel ſi diu carceris ærumnas ſuſtinuerit, prout notat *Fachin.* & à Farinario, Guazzino, & alijs communiter vtrumque probatur, qui hac de re latiſſimè diſſerunt.

Quæ hucuſque de pœnarum moderatione diximus, neutiquam ſunt admittenda in enormibus delictis, vt hæreſis læſæ Maieſtatis, ſimoniæ, falſæ monetæ, apoſtatatos, ſuppoſiti partus, & ſimilibus, Guazzin. *num.* 16. Farinac. *num.* 90. Baiard. *num.* 108. qui iudices admonent, vt ad pœnæ moderationem conſulat Principem, maximè in delictis non leuibus, Baiard. *n.* 111. 34

Verſ. *Secundò hinc conſtat.*

Hoc Sacrum Eloquium diuerſimodè exponitur à D. 35
Hieronymo, Beda, Origene, Euthymio, & alijs, quorum interpretationibus omiſſis, dicendum eſt cum Theophilacto *ibidem,* ac D. Auguſtin. *in quæſtion. veteris & nou. Teſtament.* per illa verba ſolùm ſignificari, homicidam pœna mortis dignum eſſe, non quod eam ſemper cum effectu ſubiturus ſit. Sed Pat. Maldonat. eximius noſtra ætate Euangeliſtarum interpres exiſtimat, Chriſtum Dominum memoraſſe legem, quæ homicidis mortem minabatur, *Geneſ. 9. verſ.* 6. vt ita Petros à percuſſione abſtineret.

Ad Num. 3.

Nobilis, aut conſtitutus in dignitatẽ, cum de pœnis 36
corporalibus agitur, mitius coercetur quam ignobilis; ſed quoad pecuniarias, ſecus eſt; nam illi magis, quam vulgares homines onerantur, *l. 6. tit. 28. part. 2. l. 5. tit. 4. l. 15. tit. 8. l. 12. tit. 9. l. 8.* ibi: *Cu mas crudamente deuen eſcarmentar al ſieruo que al libre; è al ome vil, que al fidalgo, tit. 31. part. 7. c. fin. §. vlt. de pœn. c. qui contra 32.* vbi Gloſ. *verb. ignobiles, 24. quæ 1. l. 1. §. Quamquam ff. de abigeis, l. 1. in fine ff. de furib. balneur. l. 1. §. Expilatores, ff. de effractorib. l. ſtellionatus §. Pœna, ff. de crimin. ſtellionat. l. ſi adulterium 38. §. Imperatores, ff. ad leg. Iul. de adulter. l. nemo 4. §. vlt. C. de ſumm. Trinit. l. properandum 12. §. Sin autem vtraque, C. de iudic. cap. 1. §. Si quis vero, de pac. tenend. in vſib. feudor.* Gloſ. *verb. An Diuino, ad finem, in cap. 1. §. Si miles ruſticum, de pac. tenend. & eius violatorib. in vſib. feudor.* Gregor. Lup. *in l. 1. gloſ. 9. tit. 17 part. 2.* Gutier. *practicar. lib. 4. quæſt. 16. num.* 3. Matienç. *in l. 9. gloſ. 2. num 1. tit. 17. lib. 5. Recopilat.* Farinac. *in prax. q. 98. n.* 93. Cened. *ad Decretal. collectan. 64. in princip.* Chriſtoph. de Paz *ad leg. ſtyl. l. 43. num.* 24. Tiraquel. latè *de pœn. temperand. cauſ. 31. à princip.* Baiard. ad Clar. *§. fin. q. 60. n.* 94. Auiles *in c. 1. Prætor. gloſ. 1. verb. derechamente, n. 28. in fine,* Murla *in empor. iur. part. 1. tit. 1. in prælud. num.* 44. Spin. *in ſpecul. teſtament. gloſ. 16. in princip. num.* 75. Tuſch. *lit. N. conc. 47. nu.* 4. Sed hæc diſtinctio duntaxat in pœnis arbitrarijs obſeruatur, non in legalibus, quas Iudex ex perſonarum qualitate immutare nequit, Auiles *ſup.* Baiard. *num.* 95. Tiraquel. *num.* 34. qui tamen aſſerit licere Iudicibus ex magna & iuſta cauſa legales pœnas temperare, *l. quid ergo 13. §. Pœna grauior, ff. de ijs, q. not. infam. l. etſi ſeuerior, C. ex quib. cauſ. infam. irrogat.* Quod verum eſt in Supremis Iudicibus, maioribuſque Magiſtratibus; nam inferiores id non poſſunt, vt latè per Menoch. *de arbitrar. lib. 1. q. 96. ex num.* 10. vbi idem diſcrimen ſtatuit inter delegatum Principis, & alios, omnes verò, Principe conſulto, pœnas temperare non prohibentur, Menoch. *n.* 19. 21. De quo videndus Bobadill. *lib. 2. cap. 21. à n.* 158. & D. Couar. *infr. n.* 8.

Quoad pœnas autem ſpirituales ſeueriùs cum Nobilibus 37
aliiſque perſonis egregijs agendum eſt, quia grauius peccant; *cap. homo Chriſtianus, 40. diſtinct.* Nauar. *in cap. conſideret, in princip. num. 49. de pœnitent. diſt.* 5. Mocla *ſup. num.* 45. Tiraquel. *num.* 37. Gloſ. nuper citata *in d. c. qui contra.*

Ratio differentiæ proximè traditæ inter Nobiles, & 38
plebeios quoad primam partem eſt quia pœna corporalis ſecum affert ignominiæ notam, qua æſtimatio patientis ſugillatur, quæ acerbior eſt claris hominibus, vt potè qui pluris honorem æſtimant, quàm obſcuro loco nati, *l. iſti quidem 8. §. Quod ſi dederit, ff. quod met. cauſ.* Farin. *q. 26. n.* 22. Quapropter iniquum foret, ſi pro eodem facto Nobilis, & plebeius pari pœna corporali afficerentur; nam ſic multò

magis

ſragia,vnus pateretur,quam alter,temperató itaque nobilis ſupplicio patitet,ac ign hi is plectitur.

Contra,homines abiecti vt iam ad ſecundam partem ratio innoteſcat)plerumque cùm paupertate laborent, auari ſunt,ac vehementer pecuniam diligunt,vt obſeruat Accurſ. in l.illicitas,§.Et ne tenuis,verb.Lumine,ff.de offic.Præſid. vbi inquit, huiuſmodi homines non pote ſtem, quam ocu us cuſtodire ; quem referunt Bald. & alij apud Tiraquel. ſup.num.28. Nobilis non ſic,qui vt frequenter diuitijs abundant , ita ipſas pa uendunt , vnde liberales præſumuntur , cap. 1.de dona. vbi DD. Menoch. de præſumptionib. lib.6.præſ. 9.num. . vbi cum alijs probat,donationes in Nobilibus præſumi, qui mus negotiarntur non præſumantur, vt ſup.lib. 1.cap.7 num.73. ex alijs notatum. Hinc idem abſurdum , quod modò perpendimus, eueniret , ſi Nobilis , & ignobilis ad æq n pecuniæ ſummam pro pari crimine damnarentur , nam hic ſeuerius, quàm ille coërceretur. Oportet igitur in pœnis irrogandis perſonarum conditionem aduertere , vt illis eam ipſæ exaſperentur , aut leuiantur , quo paria delicta pari ſupplicio plectantur, quemadmodum iuſtitia depoſcit, capit ſane 15. quæſt.3.l.ſi quegni 29.in fine.C.de Epiſcop. & Cleric. Quam rationem reddit Tiraquel. vbi proximè; cui addendum eſt, priuilegium Nobilium eſſe , vt mitius puniantur corporaliter ob perſonæ excellentiam.

39 Non eſt perpetuum , vt Nobiles , aut qui dignitatibus decorantur melioris conditionis ſint quoad pœnas corporales,quam cæteri,fallit etenim, quoties ratione nobilitatis,vel dignitatis delictum deterius fit, quo caſu non leuiùs, imo acriùs puniri etiam corporaliter debent; quod contingit , quando circa officium , aut eius prætextu delinquunt ; nec non ſi facinus in dedecus dignitatis , vel nobilitatis cedat, Tiraq. num. 19. qui à num. 21. exempla adducit, quæ etiam ex iuribus, & DD. iam alle gandis deſumi poſſunt, cap. cum quidam 12.de iureiurand. l.1. tit.17. p.5. l.Presbyteri 8.C. de Epiſcop. & Cleric. l.vnic. in fin.C. de conductor. & procuratorib.lib. 11. Bart. in l. quædam de-lict.uſ de pœn. Greg Lop. in d l.1. gloſ.1.9. Bald. in c.1. §. Siquis vero,de pac.tenend.& iuram.firm.in vſib.feudor. Tiraq. num.17.18. Ioan.de Platea in d.l. vnic. n.12. F in. in can. Paſtoralis.col.2.verſ.Quartò fallit de offic.de e. Bobadill. ſup. n 95.verſ. Item adde quod licet,Bobadill. tom.1. lib.2. c.10. 12. n.Guazzin. ſup.defenſ.33.c.4.n.1.

40 Præterea nobilitas non auxiliatur ei,qui in parrem nobilem delinquit, l.15.tit.22.p.3. vbi Greg.Lop.gloſ.5.quia priuilegiatus contra pariter priuilegiatum ſuo priuilegio non gaudet , l. ſed & milites 0. in princip. ibi : Cœ tas enim honoris fortior eſt omni militum priuilegio , ff. de excuſat. tutor.& notauimus ſup.lib.1.c.16. n.38.

Ad Num 4.

41 Nobilis, ſiue hidalgus, aut in dignitate poſitus, torturæ ſubiici non poteſt, l.61 tit.4. lib.5. Recopil. l.4.5. tit.2. lib. 6. Recop. l.24.tit.18. p.2. l.2. tit.30. p 7. l. . §. Pœna , §. is qui ad hoſtes, ff.de re militar.l. neram 10. C.de dignitatib. lib.12. Greg Lop. in d.l.2. gloſ.4. Tiraq d.cauſ.51. nu 5. Mol. in prælud. num.44. Farinac. in prax.quæſt.41.num. 4. Ioan.Garcia de nobilitat. gloſ. . in princip. num.10. Tuſch. lit.T. conc.328. num. 0. Ant.Gomez. variar. lib.3. cap.13. num.3.Gutier. practicar.lib.4.quæſt.15.n num.5.& quæſt.18. num.15. Menoch. conſ.94.num.40. Giiond. de priuilegior. explicat. num.223.Otalora de nobilit.p.5. principal. ap.fin. num.4. Boſſ in prax. crim. titul. de indic.& conſideratione tort.numer.113. Azeued.in d l.4. Recopil.num. 34. Clar. in prax.§.fin. quæſt. 64. n m. 19. Narbon: in d.l.61. Recopilat. gloſ.1.num.5. Carraſc. i i,n.m.3. Carrer. in prax.tit. de indic. & tort.§. Circa tertium,num.1. Bobadill. lib.3. cap.15. num. . Paz in prax. tom.1. p.5.cap.3. §.15.num. 44. & 47. Quod non eſt verum in obtinentibus minores dignitates, qui torqueri poſſunt,nam deſideratur ad hoc priuilegium, quod ſint ex Clariſſimis ; notant Anton.Gomez, vbi proximè, Gutier. d.num.15. Tauri ic.cum alijs num.71. Guazzin.ſup. defenſ. 30. cap. 17. à princip. omnino videndus; qui num.4.ſubdit,multis in locis priuilegium hoc Nobilibus conceſſum non ſeruari, vt in Gallia , in ſtatu Eccleſiæ , & Mediolani ; ſecùs apud nos.

42 Filij etiam,ac nepotes Clariſſimorum, torturæ cruciatum non patiuntur, l.2.tit.30.p.7. vbi Greg.Lop. gloſ.7.l. Diuo 11.C.de quæſtionib. Ant. Gomez.vbi proximè. Gutier. d.quæſt. 8. n. . Dn alios referens reg. 190. numplius.2. Qui priuilegio liberi Decurionum honorantur , de quibus late Gutierez. d.q.18. à princip.Guazzin. num.5. Farinac.n.88.

43 Similiter vxores eorum, qui torqueri nequeunt, ſunt à tortura immunes , quamuis ex plebeis ortæ, quoniam maritorum ſuorum priuilegia participant, l. fœmina 8. ff.de Senatoribus.l.mulieres 13. C.de dignitatib.lib.12: ita docent Platea in d.l. mulieres,Pichard. de nobilitat. communic.num 44. Plaça in epitom. delictor. lib.1. cap num.21. Azeued in l.9. num. . tit.1.lib.2.Recopilat Carraſc.ſup num 10.qui num.61. idem priuilegium poſt mortem viri,viduæ ſeruandum, ait: quoniam prærogatiuas, quas mulieres per maritos conſequuntur, ſi in viduitate honeſte permanſerint, retinent; vt probatur in mox adductis legibus, & in l. vlt.C.de incol. lib.10. Pichard. fuſe probans ſup.num.55.56. 72. Ant.Gom. in l.79. Taur.in fine.

44 Idem de parentibus eorum,qui propter dignitatem non torquentur, reſoluunt Farinac. num. 101. Gutier. num.8. Carrer. num. 15. Brun. de indic. & tortur. part. 2. quæſt.4. num.21.

45 Quæ aliæ perſonæ ob priuilegium,vel alias cauſas torqueri prohibeantur ; plene docent Gutier. d. q. 15. cum ſeqq.Farinac. d.q.41. Clar.d.q.64. à n.15. Paz. ſup.à num.43. Ant.Gomez Carraſc vbi proximè Guazzin. d. defenſ. 30. cap.4 c. cum multis ſeqq.

46 Vt autem Nobilis huiuſmodi prærogatiua gaudeat, neceſſe non eſt exacta nobilitatis probatio ; nam ſufficit, quod de illa ſummariè cognoſcatur,ac per famam de quaſi poſſeſſione doceatur, Bobadill. d.cap.15.num.1. Gutier. practicar.lib.1.quæſt.15. num.1. Narbon. ſup.num.10.Vtrùm per officium vile nobilitas a maioribus proueniens ſua amittat priuilegia quoad illud exercentem , tractat Narbon. in l.14.gloſ. num.46.verſ. Verum quidem, vbi negatiuè reſoluit tit.2.lib.6.Recop Giiond. num.83. Sed Nobilis ex priuilegio per exercitium talis officij, nobilitatis prærogatiuis priuatur, ſecundum ipſos,& plures alios,quos ſequitur Azeued.in l.8. num.1 .12 tit.1 lib.6.Recopilat.

47 Eſt aduertendum, eis , qui torqueri non permittuntur, metum inferri non poſſe comminatione tormentorum, vt fateantur; nam terror ipſe cruciatui æquiparatur, l. nouiſſime 7.ff. quod falſ. tutor. Quod intelligitur de terrore vehementi, vt ſi ad actus proximos torturæ accedatur,nam leuis comminatio verbalis non reddet irritam confeſſionem, quæ potius ſpontanea, quam violenter extorta cenſebitur, Iul.Clar. num.31. Azeued. in d. l. 4. num. 34. Ant. Gom d.cap.13.num.4. Farin. num.104 Gutier. d. q.15. à num.14. Boſſ. ſup.num.20. Narbon. in d.l.61. nu.4. Villar. in ſylu. reſponſor.lib. . reſp.9 num.17.Guazzin. cap.18.n.3. Idem in reo,contra quem indicia legitima non vigent, vt ſcilicet terreri non poſſit, obſeruant Farinac. q.57. nu 96. Greg.Lop. in d l 2. gloſ.2. Cyriac.tom.1. controuerſ.380.n.6. Quamuis aliud ſit in illis, qui propter ætatem, aut infirmitatem tormentis affici non poſſunt, Ant.Gom.vbi proximè,verſ.Ego tamen,Guazzin. d.n.3.Farinac.d.q.41.n.105. niſi in prægnante.

48 Vndè, ſi Iudex tormentis, aut eorum metu confeſſionem à priuilegiatis de facto extorqueat, nulla erit , ita vt quamuis ſpontanea ratificatio ſubſequatur , non conualeſcat , Ant. Gom. d.n.4. verſ. Et ita debet, vbi alij, Narbon. in d.l.61. gloſ 1.n . Villadieg. in Politic.cap.3.n.353: Carraſc. ſup.num.37. Villar. num.18. Greg.Lop. ſup.gloſ.6. Carrer. vbi proxime num 3. Guazzin. num. 1. qui num.5. ait licere reo reſiſtere de facto Iudici, idem tenet Farinac. d.q.41.n.99.

Hinc dubitari poteſt, ſi Nobilis priuilegium ſibi competens ignoret,ac ſe torqueri patiatur, an audiatur veniens aduerſus id, quod in tormentis confeſſus poſteà ratificauit , quanquam Iudex legitimè proceſſerit ? & negatiuè reſpondendum videtur; nam quod legitimè factum eſt, ſubſiſtere debet, etſi deueniatur ad caſum à quo incipere non poſſet , argument. cap. factum 73 de reg. iur. in 6. l.

patre furioſo 8 *ff. de iis, qui ſui* , *vel alien. iur.* & vtrobique Gloſ. id plan bus comprobat.

49 Illud Nobilium priuilegium renunciatione tolli non poſſe, qu mus finitetur intamento, ut quod nemo ſit dominus membrorum ſuorum, *l. liber homo* 13 *ff. ad leg. Aquil.* tum quia tali prærogatiuæ , quæ toti corpori Nobilium conceſſa eſt, nequit renuntiari, *arg. l. ſi diligenti* 12 *de for competent.* probant Narbon. fuse *in d. l.* 1. *gloſ.* 1. *n.* 1. 18. 3. *tit.* 1. *lib.* 6. *Recopil.* Azeued. *in d. l.* 4. 5 *eod. tit.* 2. Dueñas, *reg.* 190. *limit.* 1. Cattale. *n.* 7. & renunciationes priuilegiorum nobilitatis nullius eſſe momenti, ſtatuitur *d.* 15. *Recopilat.* licet Girond. *n.* 145. ſenſerit , poſſe Nobilem ex priuilegio, ſuæ prærogatiuæ renunciare,

50 Sunt tamen crimina, in quibus propter atrocitatem omnis priuilegiatus torqueri poteſt , vt hæreſis, crimen læſæ Maieſtatis, falſæ monetæ, parum ſuppoſitio, ſtuprum, veneficium, griſſatio, ſiue in terra, ſiue in mari , ſodomia, apoſtaſiatus, & ſimilia, quæ in iuvinum congerunt Azeued *in d. l.* 4 *n.* 5 . Baiard. ad Clar. *d. q.* 64. *n.* 61. Conrad *in prax. tit. de Negat. crimin. n.* 37. Narbon. *in d. l.* 61 *gloſ.* 1. *n.* 62. Farinac. *d. q.* 41. *num.* 100. Gutier. *d. quæſt.* 15. *ex n.* 17. Gregor. Lop. *in l.* 2. *gl. of.* 4. *tit.* 30. *part.* 7. Guazzin. *n.* 3. vbi limitat in muliere prægnante , & alijs. Sed cum caſus occurrerit, quo iudex dubitet, num priuilegiatus ſit, torquendus debet Principem conſulere, de cuius conſenſu priuilegiati ſunt torquendi, Farinac. *n.* 110. Azeued. *vbi proximè, in vltimo caſu*, Gregor. Lop. *d. gloſ.* 4. *poſt medium*, Dueñas *n.* 4. Narbon. *num.* 13. 14. Guazz. *n. on.* 5. qui cum alijs docet, ſemper eſſe Principem conſulendum, niſi Iudex vicem, aut Brachium Regium habeat. Illis autem caſibus , quibus Nobiles torqueri permiſſum eſt, non ita acriter, ac plebei cruciandi ſunt , Narbon. *n.* 36. Baiard. *n.* 63. Barbat. *conſ.* 4. *n.* 28. Decian. *reſponſor tom.* 1. *reſponſ.* 94. *n.* 135. & præmiſſæ limitationis meminit D. Couar. *infra, verſ. Proximo.*

Verſ. *Quintò, ob eandem rationem.*

51 Inter cætera nobilitatis priuilegia illud conceſſum eſt, ne Nobilibus ignominioſum ſupplicium inferatur, vt furcarum, fuſtigationis, aut triremium, *l.* 8. *tit.* 31. *part.* 7. *l.* 2. *tit.* 28. *part.* 2. Bobad. *lib.* 1. *c.* 4. *num.* 34. Barb. *in l.* 1. *ff. rer. amotar.* Azeued. *in l.* 2. 0. 5. *tit.* 23. *lib.* 8. *Recopilat.* Iul. Clar. *§. fin. q.* 60. *n.* 4. Tiraq. *ſup. cauſ.* 31. *n.* 3. Tuſch. *lit. N. concl.* 49. *n.* 5. Caball. *de homicid. n.* 6. 0. Gareia *ſup. gloſ.* 1. *in princip. n.* 13 Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ.* 33. *cap.* 11. Gutier. *d. lib.* 4. *q.* 16. *n.* 4. Otalor. *vbi ſupra.* Franciſc. Marc. *deciſ.* 675. Afflict. *in conſtitut. Regn. part.* 1. *rubric.* 43. *n.* 49. Gom. Arias *ad l.* 77. *Taur. n.* 34. Dueñas, *reg.* 190. *n.* 6. circa quæ cft obiciendum, tam D. Couar. *hic*, quam cæteros præallegatos conſultò aſſerere, Nobiles ad triremes damnari non poſſe , vt remigent, inſinuantes, aliquando illus fuiſſe , vt in eis miliret , etiam nullo ſtipendio recepto, inuitum, quoniam hoc infamiam nullam irrogat.

Ibi : *Hæc tamen duo.*

52 Nobilis , vel alius priuilegiatus de crimine læſæ Maieſtatis poſtulatus, tortura poteſt affici, à qua nulla dignitas eximere valet, *l.* 3. *§. ſi. qui ad hoſtes, ff. de re militari*, *l. nullus* 4. *C. ad leg. Iul. Maieſtat. l. Decuriones* 16. *C. de quæſtionib.* Gloſ. *in l. fuerant, C. de dignitatib. lib.* 12. Notant præter laudatos *ſup. n.* 50. Tuſch. *dict. conc.* 338. *n.* 8. Decian *tract. crim. lib.* 7. *c.* 37. *n.* 30. Paz. *d. §.* 12. *n.* 50. Baëza *de inop. debitor. c.* 16. Gig. *de crimin. laſ. Maieſt. lib.* 2 *tit. quomod. & per quos crim. laſ. Maieſt. prob. num.* 28. Villadieg. *d. cap.* 3. *num.* 323. Quòd ſolùm in eis, qui perduellionis rei fiunt quicquam aduerſus Principem, aut Rempublicam machinantes, admittendum eſſe, non in alijs, qui contra cætera legis Iuliæ capita veneriunt, tenet Cifuentes *in l.* 79. *Taur. verſ. Sextò limitatur*, à quo diſcedit Cattolc. *in d. l.* 61. *n.* 60. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopilat.* cuius opinio probatur *ex d. l.* 3. *§. Is, qui ad hoſtes*, nec leges, quæ hoc crimen excipiunt diſtinctiuncvtuntur, quam nec nos adhibere debemus, *l. de pretio* 10. *ff. de Publician. in rem act.* cum omnia delicta, quæ lege Iulia continentur, atrocitate præſtent , proptereaquam Nobiles ex alijs cauſis torqueri ſolent, vt dixi *n.* 50.

Ibi : *Et altioribus furcis ſuſpenditur.*

Nobilis proditionis aduerſus Principem , vel Rempublicam reus ſuſpendi , petitæ débet , nam cùm facinus hoc omnium deterrimum, ac turpiſſimum ſit , quæ in homines perpetratur, *l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 8. *Recop. l.* 1. ibi : *E traicion es la mas vil coſa, e la peor que puede caer en coraçon de ome* , *tit.* 2. *p.* 7. Nobilium priuilegiis redditur indignus. Ita docent Greg. Lop. *in d. l.* 2 *gloſ.* 4. Gutier. *d. q.* 16. *n.* 13. Caball. *de homicid. n.* 24. Tiraq. *d. cauſ.* 31. *num.* 21. Matil. *ſing.* 16. *poſt princip. verſ. Item licet alias nobilis*, Clar. *d. q.* 60. *n.* 24. *in fin.* 53

Ibi : *Si quidem apud Hiſpanos.*

In Hiſpania Nobilis reus læſæ Maieſtatis, etiam in perſonam Principis, non vt plebeius ſuſpenditur, ſed caput ei abſcinditur a tergo, *l.* 14. ibi : *Aſſi como raſtrandole, e enforcandole, o deſterpandole. Mas ante de deſtabeçar por derecho : tit.* 21. *d.* 2. ibi : *Que les corten las cabeças : ſi fueſſe fijoſdalgo*, *tit.* 28. *part.* 2. & ita ſeruari teſtantur Gregor. Lop. *in d. l.* 24. *gloſ.* 5. Narbon. *in d. l.* 61. *gloſ.* 1. *num.* 12 Baez. *vbi proximè*, & itade conſuetudine ſeruari generaliter docet Franchis, *deciſ.* 509 *part.* 1. ſi ò honeſto habitu, & equitatu vadit ad locum ſupplicij, ſicut ex alijs communibus non ignominioſis damnati generoſi duci ſolent, vt aduertit Azeued *in l.* 3. *num.* 6 *tit.* 23. *lib.* 8. *Recopilat.* Sic in Regno Neapolitano differentia conſtituitur quoad genus ſupplicij inter nubilem, & plebeium committentem furtum, teſte Baiardo , *d. quæſt.* 64. *num.* 98. qui Afflictum contra docentem increpat. Quamuis de iure nobilitati in furto non deferatur, quominus ignominioſe plectatur , vt ſtatuus probabitur. Quibus adde Guazzin. *vbi proximè.* 54

Et obiter adnotandum, pœnam decapitationis acerbiorem eſſe ſtrangulationis ſupplicio , quamuis hæc grauior illa propter infamiam, & ignominiam cenſeatur, quod cum alijs ex Phyſicorum ſententia obſeruat Guazzin. *ſup. n.* 3 *in fine.* Et quam ſæpe furcarum ſupplicium ſit, oſtendit eruditè Tiraquel. *d. cauſ.* 31. 55

Prædicta Nobilium priuilegia extendit ad diuites Gutier. *d. quæſt.* 16. *à num.* 19. Bart *in l. capitalium*, *§. Solent. verſ. Serui, ff. de pœn* Palac. Rub. *in rubric. de donat. inter. §.* 9. *n.* 19. Gregor. Lop. *in l.* 4 *gloſ.* 6. *tit.* 29. *part.* 7. nam diuitiæ nobilitatem, latè per Tiraq. *de nobilit. cap.* 3. Couall. *commun. tom.* 1. *q.* 688. *num.* 12. Garcia *de nobil gloſ.* 48. *§.* 3. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 1. 6. *num* 2. Cyriac. *tom.* 2. *controverſ.* 261. *n.* 201. 56

Ibi : *Quinimo Nobiles torqueri poſſe, & furca ſuſpendi*

Poſſe Nobiles torqueri, ſi de turpiſſimis & atrociſſimis ſceleribus arguantur, dictum eſt *ſup. num.* 50. qui ſi graſſatores, piratæ, fures exiſtant, aliúdque ſimile facinus vile perpetrent , per quæ nobilitatis ſplendorem offuſcent , ſuo priuilegio deſtitui plebeiorum pœnis ſubijci poſſunt, Caball. *ſup. caſ.* 95. *à num* 105. *& de homicid. num* 611. Greg. Lop. *in l.* 18. *gloſ.* 9. *tit.* 14. *part.* 7. Tuſch. *lit. N. conc.* 49. *num.* 6, Gutier. *d. quæſt.* 16. *n.* 17. Paris de Puteo *de ſyndicat. verb. pœna capitis, cap.* 10 *num* 6.7. Clar. *d. q.* 60 *nu.* 14. Gareia *ſup. gloſ.* 1. *in princip. à num.* 12. Boſſ. *in prax. tit. de ſacrileg. num.* 6. *verſ. Sì tamen*, Matil. *in repet. l. vnic. n.* 119. *C. de rapt. virgin.* Baiard. *d. q.* 54. *n.* 97. Farinac. *q.* 98. *num.* 116. 57

Verſ. *Sextò, his omnibus.*

In pœnis relatiuis, vt in Talione , qualitas perſonarum non inſpicitur, ſed Nobilis eodem afficitur ſupplicio , quo plebeius eſſet coercendus, Farinac. *in prax. q.* 16. *n.* 11. Tuſch. *lit. P. conc.* 231. *n.* 7. Auſlés *in c.* 1. *Prætor. verb. derechamente, n.* 28. Angel. *in l. athletas, §. Item calumniator, in fine* , *ff. de his, q. not. infamia.* Maſſil. *in prax. crimin §. Diligenter. n.* 166. Solycet. *in l.* 1. *in fin. C. de fid. inſtrument.* Clar. *d. §. fin. q.* 81. *n.* 2. Tiraq. *ſup. cauſ.* 31. *n.* 30. 58

Sed contrarium cum *D. Couar.* tenent Guttier. *de delict. q.* 133. *num.* 5. Plaça *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 23. *verſ. Longè quidem aliter.* Pro quibus facit textus notandus in *l.* 25. *tit.* 22. *part.* 3. & ita tenendum eſt ex ratione tradita *ſup. num.* 58.

Verſ.

Verſ. *Septimò illud hinc.*

59 Eſt pro regula conſtituendum, mandantem, & mandatarium, pro delicto commiſſo pari pœna teneri; *cap. mulieres, 6. §. illi verò, de ſentent. excommunicat. cap. ſi quis 31. 23. quæſt. 8. l. non ſolùm 11. §. Qui mandato, ff. de iniur.* vbi Bart. *num. 19.* Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 3. num. 39.* Clar. cum multis *d. §. fin. quæſt. 89. num. 1.* Caball. *reſolut. crimin. caſ. 241. num. 1.* Ceuall. *q. 166.* Guttierr. *vbi proximè, quæſt. 132. num. 4.* quia mandans fieri delictum, illud verè committit, vt ait Pontifex in *dict. cap. mulieres, §. illi verò, cap. qui facit 72. de reg. iur. in 6.* textus elegans *in c. perniciosè 23. de pœnit. diſt. 1. l. 1. §. Deieciſſe, ff. De vi, & vi armat.* Imò actus magis tribuitur mandanti, quam exequenti, *c. vt famæ 35. in fine, de ſentent. excommunicat. l. eiteni 6. §. 1. ff. quod cuiuſq. vniuerſitatem.*

Sed præmiſſa regula ſuas paritur limitationes, de quibus laté diſſerit Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 353.* inter quas connumerat *num. 5.* quam in præſenti *D. Couar.* tradit; nam ſi mandans; & mandatarius non ſint eiuſdem conditionis, pœna pro perſonarum qualitate variabitur, iuxta regulam, de qua *ſup. num 36.* vt tenet etiam Bald. *in l. non ideo minus, num. 11. C. de accuſationib.* Decian. *tract. crimin. lib. 9. cap. 33. num. 8.* vbi poſt *Aretinum & Decium* diſtinguit inter qualitatem, per quam delictum aggrauatur, & eam, quæ pœnam auget: Bart. tamen *in l. ſi, qui opem, ff. de furt.* contrarium docuit, ſcilicet qualitatem augentem pœnam in mandatario, nocere mandanti, & è contra; quod probat Plaça *de delict. lib. 1. cap. 15. num. 12.* Sed *Deciani* diſtinctio vera eſt, nam ſi homo liber mandet ſeruo vt delinquat, non eadem pœna afficientur, ſed mandans mitiori, cùm propter mandatarij conditionem pœna augeatur; *l. in ſeruorum 10. ff. de pœn.* Quod ſiquis mandauerit filio, vt patrem occidat, qualitas mandatarij efficiet, vt mandans parricidij pœna coerceatur, *l. vtrum 6. ff. ad leg. Pompei. de parricidiis*, hic enim delictum ipſum augeſcit. De quibus videndi Tiraq. *ſup. cauſ. 35. numer. 31.* Farinac. *quæſt. 135. numer. 34.* Carrer. *ſup. titul. de homicid. §. Sequitur, ex numer. 7.* Conrad. *in prax. rubric. de mandantib. homicid. numer. 7.* Caualcan. *de Brach. Reg. part. 4.*

60 Hæc *D. Couar.* vera ſententia locum itidem obtinet in auxiliante ad delictum, quia delinquens, & opem ferens diuerſimodè pro qualitate perſonæ vnuſquiſque coercebitur, Farinac. *quæſt. 131. num. 44.* Bald. *vbi proximè*, Dec. *in l. conſilij, num. 16. ff. de reg. iur.* Menoch. *caſ. 349. num. 18.* Idem iuris eſt in conſulente, Bart. *in l. qui ſeruo. §. Item placuit, ff. de furt.* Dec. *in cap. 1. num. 10. verſ. Octauo fallit, de offic. delegat.* Farin. *q. 129. num. 101.*

Verſ. *Octauò, quamuis regulariter.*

61 De axiomate hoc videnda ſunt, quæ dixi *ſup. hoc lib. c. 1. ex num. 100.* Quibus adde, quod delinquens non habens in bonis, luit in corpore, omni iure; Exod. 22. *verſ. 3. Si non habuerit, quod pro furto reddat, ipſe venumdabitur.* Lege duodecim tabularum cautum eſt ita: *Si membrum ruperit, ni cum eo pacit, talio eſto.* Nam ille tantum, qui pecuniam non exſoluebat ad talionem tenebatur, vt probatum eſt *ſup. an. cap. finem, 5. §. & ſi ſoluendo, de dol. & contumac. cap. vlt. de maledic. cap. 1. 14. q. 6. l. 2. tit. 7. l. 2. tit. 10. lib. 8. Recopilat. l. 12. tit. 9. part. 7. l. vlt ff. de in ius vocand. l. fin. C de ſepulch. violat. l. quicumque 4. C. de ſeru. fugitiu.* notant Pet. Gregor. *lib. 38. c. 1. num. 10.* Ricciul. *in prax. for. Eccleſiaſtic. reſolut. 251. nu. 1.* Tuſch. *lit. D. conc. 53. à princip.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 26. num. 55.* Bobad. *lib. 2. cap. 18. n. 143.* Menoch. *de arbitrar caſ. 447. n. 1. & conſ. 447. in princip.* Paz. *in prax. tom. 1. part. 4. c. 5. num. 18.* Clar. *ſup. q. 5. num. 2.* eodem modo qui in honore luere nequit, quia illo caret, corporaliter eſt puniendus, *l. ſi quis iniuriam 35. ff. de pœn. l. 2. §. 1. C. vt intra cert. temp. crim. q. terminet.* Sed quâ pœnâ corporali iudicis arbitrio relinquitur, quæ non grauis eſſe debet, Menoch. *dict. caſ. 447. num. 25.*

62 Eſt notandum, quod ſi reus habeat vndè ſoluere poſſit, malitquè corporaliter plecti, quàm pecunia priuari, non eſt audiendus, ſed pœna extorquebitur; Guazain. *dict. defenſ. 33. cap. 5. num. 6. & de confiſcat. bonor, conc. 31. n. 28.* Dec. *in l. ſiquis id quod, n. 22. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Caball *reſolut. crimin. caſ. 78. n. 13.* Paz *ſup. part. 5. c. 9. §. 12. n. 124.* Imò hoc procedet quando lex alternatiuè pœnam pecuniariam, vel corporalem imponeret; nam reus eligere nequibit iſtam, ſi illam ſoluere valeat, Caball. *caſ. 236. num. 24.* quia corporis ſui non eſt dominus, *l. liber homo. ff. ad l. Aquil.* & lex creditur pœnam corporalem in defectum pecuniæ irrogare, non electionem reo tribuere. Adde Menoch. *d. caſ. 447. num. 16.*

Quæ commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem prohibetur in Nobilibus, ſicut *d. num. 100.* ex alijs probauimus: quibus accedit Farinac. *q. 26. num. 21.* Menoch. *n. 31.* Ratio eſt, quia quoad eos, qui nobilitate inſigniuntur, longè acerbior eſt pœna vel leuiſſima corporalis, quàm maxima pecuniaria, vnde iniquum eſſet, talem commutationem fieri, nam cùm vtraque pro vno eodemque delicto imponatur, debet inter eas proportio, & æqualitas obſeruari; de quo Farinac. *num. 22.* Guttier. *ſup. quæſt. 17. num. 9. 10.* Bart. *in l. 1. §. fin. ff. de pœn.* Tiraq. *d. cauſ. 31. n. 29.* Bobadil. *lib. 5. c. 3. num. 76.* Menoch *ſup. lib. 1. quæſt. 80. numer. 39.* & diximus, *ſup. num. 38.* facit *l. in ſeruorum 10. in fine*, ibi: *Quia ſolum fuſtium ictus grauior eſt, quam pecuniaria damnatio, ff. de pœn.* Quod in Nobilibus maximè verum eſt. 63

Sed mulcta; aut pœna pecuniaria pro leui delicto, nec plebeiis eſt in corporalem commutanda, Bald *in l. quicunque. col. 2. C. de ſeru. fugitiu.* Greg. Lop. *in l. 4. gloſ. 3. tit. 22. p. 3.* Bobadill. *lib. 4. cap. 5. num. 68.* Quam pœnæ commutationem de pecuniaria in corporalem, & è contra, ſolùm ſupremis Iudicibus permiſſam, docet poſt *Guidon. Pap.* Pet. Greg. *ſup. lib. 31. c. 3. n. 6.* Menoch. *d. caſ. 447. n. 6.* 64

Ad Num. 5.

Cùm de pœna abſciſſionis manus agendum ſit, oportet prænotare, Statutum imponens pœnam mutilationis membri, intelligi de manu; *Authen. ſed nouo iure, Cod. de ſeru. fugitiu.* vbi Paul. de Caſtr. Caball. *d. caſ. 236. num. 29.* Barat. *ſup. quæſt. 69. num. 1.* Guazzin. *d. cap. 5. n. 4.* Quod ſi ſtatuatur, vt manus amputetur, ea truncabitur, quæ ſit debilior, vt ſiniſtra, vel arida, Gloſ. *verb. vna ſola, in d. Authent. ſed nouo iure*, Guazzin. *num. 5.* Caball. *num. 33.* Carrar. *de exequut. ſentent. cap. fin. nu. 282. cum ſeqq.* Menoch. *caſ. 589. num. 1.* Tuſch. *lit. M conc. 77. num. 1. 2.* Clar. *qu. 69. num. 4.* Nec aliud fieri licet, etſi ipſe reus conſenſerit, qui membrorum ſuorum dominus non eſt, nec valet humanitati renunciare; Salycet. *in d. Authent. ſed nouo iure, q. 5. num. 4.* Caball. *num. 37. 80.* Guazzin. *num. 3.* Imo, etſi lex expreſſim alterius membri abſciſſionem iubeat, in manus truncationem commutatur, vt ex *d. Authent. ſed nouo iure*, notat Pet. Greg. *ſup. lib. 31. cap. 16. num. 6.* vbi refert delicta ex quibus manus amputationis pœna irrogatur, poſt *gloſ. 1. in d. Authent. ſed nouo iure.* 65

Circa dubium præſens de habente vnicam manum, qui pœnam abſciſſionis manus incurrit, triplex reperitur opinio, & vltra duas, quas *D. Couar.* refert, eſt tertia ſic diſtinguens; aut reus manum ſua culpa amiſerat, vel caſu, aut à natiuitate illa carebat: in illa ſpecie manus amputabitur, non ſic in iſta, ſed pœna commutabitur. Verius tamen, mitius, ac communius eſt, quòd indiſtinctè manus non abſcindatur, ſed alia pœna reo inferatur, nec enim veroſimile eſt, Legiſlatorem de hoc cogitaſſe, voluiſſeque hominem vtraque manu mutilum fieri; ſed ad ea, quæ frequentiùs accidunt, legem condidiſſe; argument. *l. nam ad ea 5. ff. de legib.* atque ita tenent Caball. *num. 42.* Clar. *num. 5.* Caualcan. *de brach. Reg. part. 4. num. 121.* Guazzin. *d. num. 3. verſ. Si verò*, Carrar. *ſup. num. 287.* Tuſch. *num. 4. & lit. P. conc. 224. num 31.* At ad huiuſmodi pœnæ commutationem, vt iudex conſulat Principem, ſi commodè poſſit, mouent *Clar. Carrar Guazzin.* & alij. Hæc vtique ſunt ſeruanda, cum reus manus duas habet, vnam aridam & omnino inutilem, & alteram ſanam, ſiue dexteram, ſiue ſiniſtram, quæ lege abſcindi præcipitur; quia idem eſt vnicam habere manum, ac duas, quarum altera vti non poteſt; argum. *l. idem Ofilius 10. ff. de ædilit. edict.* Sicque aut manus inutilis truncabitur, aut alia pœna ſubrogabitur. 66

Ibi:

Ibi : *Ex quibus expendere.*

67 De hoc Bobadill. *lib.5. cap. 1. num. 94.* Pet. Greg. *dict. cap.10. num. 4.* qui meminère legis *Charenda*, quam iniuſtam monoculus quidam aſſerebat, eò quod ſibi eruebatur oculus, quem vnicum habebat, cum ipſe duos habenti alterum tantùm eruiſſet, quo maius detrimentum quàm intuliſſet, ſuſtinebat, quandoquidem viſu penitus priuabatur. Simili ratione *Locrenſium* lex dura nimis videtur, quoniam eruens oculum monoculo, ſi ſibi duo ſuffodiantur maiorem dolorem patitur, quàm ille, quanquam vterque luce pariter orbatus exiſtat, atque ita Talionis acerbitatem illa conſtitutio tranſgrediebatur.

Ad Num. 6.

68 Reus, in aliqua arte, vel profeſſione inſignis, non eſt pœna mortis, aut alia, per quam inutilis efficiatur, coercendus, ſed Principe conſulto, pœna erit remittenda per Iudicem, aut commutanda *l.1.tit.32.part.7.* vbi Gregor. Lop. *gloſ.5.* Ant.Gom. *variar. lib.3. cap.13. num.36. verſ. Tertius caſus.* Marant. *de ordin. iudicior. part.6.§ Executio ſententia, nu.60.* Tiraquel. *ſup. cauſ.50. num.1.* Clar. *§. fin. quaſt.60. numer.26.* Baïza *de inop. debitor. cap.16. in fine*, Tuſch. *lit. E. conc.486. num.19.* Cœpol. *caut.2.* Carrer. *in prax. tit. de homicid. §.7. n.72.* Narbona *in l.35. gloſ.5. num.55. tit 3. lib.1 Recopilat.* Farinac. *in prax. q.98. num.134.* Plaça *de delict. lib 1. cap.33. num.1.* Auiles *in cap.1. Prætor. verb. mandamientos, num.24.* Hotar *de priuileg. ſcholar. cap.83.* Villadieg. *in Politic. cap.3. num.313.*

69 Similiter nec poterit torqueri, ſi periculum ſit, vt peritus moriatur, aut inutilis fiat, Ant. Gom. *ſup.* Ghiſland. *tract. de quaſtionib. & tort. cap.6. nu.9.10.* Gom. Vaio *in prax. lib.1. cap.23. num.26.* Villadieg. *ſup.* Curia Philip. *part.3. §. Sententia 17. numer.20.* Farinac. *quaſt.41. numer.88.* vbi refert alios.

70 Excellentia autem artificis teſtibus eſt probanda, nec minùs quam quindecim ſufficiunt, Baiard. ad Clar. *d.q.60. n.97.* Farin. cum alijs, *d.q.98. n.139.* & probatur ex *l. vnicuique 7 C. de proxim. ſacror ſcrinior. lib.12.*

71 Limitatur præcedens concluſio, ſi propter ſeditionem, latrocinium, aliudue crimen ſimile veniat puniendus reus; nam magis Reipublicæ motibus nocebat, quam arte proficiet. Farinac. *d.q.98. num.135.* Baiard. *n.98.* Tiraquel. *n.2.* Cœpol. *caut.3.* Vaio *vbi proximè.*

Ibi : *Ego verò exiſtimo.*

72 Docent communiter DD. neceſſariò Principem eſſe conſulendum à Iudice, maximè poſt ſententiam, ad huiuſmodi commutationem, vel remiſſionem pœnæ; vt ex nuper allegatis conſtat. Sed Clar. *dict. num.26.* Farinac. *n.158.* & alij diſtinguunt inter ſuperiores Iudices, & inferiores; atque ita intelligendum eſt, quod in præſenti tradit *D. Conar.* de ſupremis Iudicibus.

Ad Num. 3.

73 Fur pro primo furto nequit de iure capite plecti, aut membro mutilari, ſed arbitrio Iudicis vltra pœnam pecuniariam corporaliter eſt puniendus, Menoch. *de arbitrar. lib.2. caſ.295. n.7. &* 8. Ant. Gom. *dict. lib.3. cap.5. numer.4.* Gregor. Lop. *in l.18. gloſ.5. tit.14. part.7.* Gutier. *de delict. q.154. num.33.34.* Clar. *in prax. §. Furtum, num.7.* Pet. Gregor. *ſyntagmat lib.37. cap.2. num.7.* Farinac. *in prax. quaſt.13. num.1.* Tuſch. *lit. F. conc.564. num.6.* Peguera *deciſ.27. num.1.* Cauall. *commun. tom. quaſt.741. num.* Pichard. plures cumulans *in manuduction. ad prax. part.3. §.4. lit. F. num.60.61.* Boet. *deciſ.173. num.7.* Quod limita cùm furtum fit aleatori tempore, quo luditur, iuxta *l.1. ff. de alea vſu, & aleatorib.* vbi Alberic. *num.3.* Florian. *num.5.* Pacian. *de probat. lib.2. cap.25. n.101.* quia nulla pœna ſubtrahenti infligitur. Quod de furto maximo, vide infra *num.91.92.*

74 Præmiſſa concluſio non obtinet ſi furto aliud admiſceatur delictum, tunc enim etiam pœna mortis pro primo furto poterit imponi. Sic ſurripiens rem Sacram de loco Sacro, ſine diſtinctione capitis pœnas dat, niſi rei paruitate, aut minore ætate excuſetur, Farinac. *quaſt.172. num.11.* Menoch. *ſup. caſ.389. num.2. cum ſeqq.* Bart. *in l. ſacrilegij pœnam, ff. ad leg Iul. peculat.* Boll. *in prax. tit. de ſacrileg. num.6.* Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.1. cap.1. dub.1. ſect. 4. in fine*, Gregor. Lop. *in l.18. gloſ.9. tit.14. part.7.* Anton. Gom. *num. 11.* Sic etiam furans quinque ſolidos, vltimo ſupplicio damnatur, *cap.1. §. Si quis quinque de pac. tenend. & eius violat in vſib. feudor.* quia per tale furtum pax violabatur, vt notant omnes ferè, quos *num. precedenti* laudamus, pleriſque aſſerunt de conſuetudine illud non ſeruari. Sic abigei ſummo ſupplicio afficiuntur, quamuis ſemel tale crimen admiſerint, vbi illud frequenter ſolet patrari, *l.19. titul.14. part.7. l.1. ff. De abigeis*, vbi qui ſint abigei, iuncta *l.3. eod. tit.* Ita Ant. Gom. *numer.13.* Pichard. *lit. A. num.1.* Pet. Greg. *dict. lib.37. cap.5.* Alios caſus recenſet *l.18. titul. 14. part.7.*

75 Graſſatores verò, qui in mari, vel terra ex propoſito ad deprædandum ſe conſtituunt; pro primo delicto, niſi mors hominis ſubſequatur, ſuſpendi non debent, nam frequentia maleficij deſideratur, ſed aliter Iudicis arbitrio coërcendi ſunt iure communi attento, *l. capitalium 28. §. Graſſatores, ff. de pœn.* Greg. Lop. *in dict l.18 gloſ.6.* Boët. *deciſ.173. num.7.* Ant. Gom. *nu.10.* Tuſch. *lit. F. conc.564. n.20.* Molin. *de iuſt. & iur. tom.3. diſp.695. numer.31.* Gutier. *ſup. quaſt.156. ex num.3.* Peguera *deciſ.40. num.6.* Farinac. *q.167. num. 24.* Sed dubium inter Noſtrates eſt, vtrum per *l.18. titul. 14. part.7.* ius commune ſit correctum, ita vt latrones iſti & piratæ pro primo admiſſo, etiam citra necem hominis ſuſpendi debeant? Affirmant Ant. Gom. *vbi proximè*, Auil. *ſup. in dict. cap.1. verb. derechamente, num.15.* Azeu. *in l.7. num.108. tit.11. lib.8. Recopilat.* Salazar. *de vſu & conſuetud. cap.5. num.24.* Contrarium verò placet Gregor. Lop. *in d.l.18. gloſ.6.7.* Molin. *vbi proximè*, Gutier. qui bene probat, *vbi ſup. à num.7.* Si verò bis latrocinium perpetrent, ſummum ſupplicium indiſtinctè ſuſtinebunt, Molin. *n 30.* Ant. Gom. cum alijs, *d. num.10.* Gutier. *num.7.* Greg. Lop. *ſup.* Sufficitque ſola aggreſſio, Gutier. cum alijs, *num.9.*

76 Fures itidem, ſiue effractores, qui rupto pariete, vel oſtio domos violenter furandi cauſa ingrediuntur, pro primo furto morti non ſunt tradendi, ſed Iudicis arbitrio plectuntur; Farinac. *num.27.* Gutier. *quaſt.157. num.4.* Ant. Gom. *num.12.* Molin. *num.27* Gregor. Lop. *in d.l.18. gloſ.8.* Pet. Greg. *d. lib.37. cap.14. n.2.*

Ibi : *Dicitur autem latro famoſus.*

77 Quis dicatur famoſus latro: non omninò expeditum eſt propter opinionum varietatem; de quo latiſſimè per Farinac. *quaſt.166. ex num 7.* Decian. *tract. crimin. lib.9. cap.29.* Gutier. *dict quaſt.156. à numer.1.* Gregor. Lop. *in dict. l.18. gloſ.5.* & licet non pauci ſentiant, eos ſolus latrones cenſeri, qui ſpolijs non ſatiati, ſpoliatos interficiunt, iuxta illud Horatij, *epiſtol. lib.1. epiſt.2.*

Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones,

Verius tamen eſt ac communius, omnes, qui vias publicas obſident cum armis, vt iter facientibus bona auferant, quãuis non occidant, latrones nuncupari, qui à conſuetudine latrocinandi *famoſi* appellantur. Verùm iuxta *d. l. capitalium, §. Famoſos*, aſſeuerari poteſt, famoſos etiam dici ob enormitatem facinoris, illos, qui, vitam cum bonis auferunt. Plura iura, in quibus latronum mentio fit, cumulantur in *lexic. iur. verb. latrones*, vbi vnde dicti ſunt, nempe à latendo.

78 Hinc fit, vt quanquam cum D. Couar. *in præſenti*, multi doceant latronem famoſum eſſe, qui ſæpe clanculùm furatur; tamen tenendum eſt, hunc furem famoſum eſſe, non latronem, quia per repetitionem eiuſdem actus furtum in latrocinium, quorum natura diuerſa eſt, tranſire non poteſt. Notant Angel. *in l Prætor ait, §. Aduerſus, ff. de ſepulch. violat.* Gutier. *vbi proximè.* Greg. Lop. *d. gloſ.* Molin. *num.8.* Farin. *q.167. num.5.* Bald. *in d. Auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugitiu. num.3. notab.30.*

ibi:

Ibi : *mò pro ſecundo furto apud Hiſpanos.*

79 Hanc legem *Fori* imponentem pœnam mortis pro ſecundo furto, in vſu non eſſe profitentur Azeued. *ſup. n.* 94. Guttier. *q.* 154. *n.* 45. Greg. Lop. *d. gloſ.* 5. *col.* 3. *verſ. Pro ſecundo verò furto* Ant. Gom. *n.* 6. *in fine*, Molin. *n.* 12. quamuis in Regno Neapolitano ſeruetur conſtitutio, vt pro duobus furtis noctu commiſſis, de rebus, etiam viliſſimis, vt gallinis, reus moriatur; vt refert poſt *Afflictis* Caball. *reſolut. crimin. caſ.* 19. *in fine*, quod ſibi durum videtur.

80 De iure communi pro ſecundo furto pœna aggrauatur iudicis arbitrio præter mortem, aut membri mutilationem, Greg. Lop. *d. gloſ.* 5. *in fine*. Azeued. *nu.* 93. Ant. Gom. *vbi proximè*, Molin. *n.* 7. *verſ. Diſpoſitionem*, Farinac. *dict. quæſt.* 167. *num.* 42. & 44. Cantera *in quæſtionib. crimin. c.* 8. *num.* 10. Quamuis alij contradicant, quos recenſet Farinac. *num.* 45. Lege Regia pro ſecundo furto pœna mortis infligitur, ſi belli tempore committatur, *l.* 6. *tit.* 28. *p.* 2. vbi Greg. Lop. *gloſ. vlt.*

Ibi : *Sed priorem ſententiam ſequitur.*

81 Quanquam verum ſit, de iure communi fures non teneri ad pœnam capitis pro tertio furto, quia *d. l. capitalium*, §. *Famoſos*, ad eos non ſpectat, vt conſtat ex dictis *proximè, n.* 78. tamen de generali conſuetudine apud omnes ferè gentes obſeruatur, vt qui triplex furtum admiſerit, ſuſpendio pereat. Ita tenent Greg. Lop. *d. gloſ.* 5. Menoch. *ſup. caſ.* 295. *n.* 17. Ant. Gom. *n.* 7. Clar. *d.* §. *Furtum, n.* 8. Guttier. *q.* 154. *n.* 48. Farinac. *q.* 23. *n.* 4. & *q.* 167. *n.* 48. Azeued. *num.* 95. Baiard. ad Clar. *vbi proximè, num.* 27. Molin. *vbi proximè*, & *num.* 8. Caball. *ſup. num.* 2. Cantera, *d. num.* 10. *verſ. Nunc eſt videndum*, Tuſch. *lit. F. conc.* 564. *num.* 16. *cum ſeqq.* Pet. Greg. *d. lib.* 37. *cap.* 2. *n.* 3. Peguera *deciſ.* 16. *num.* 3. Fachin. *controuerſiar. lib.* 9. *c.* 91. *in princip.* Pichard. *ſup. d.* §. 4. *lit. F. num.* 61. Maſcard. *de probat. conc.* 838. *n.* 6. Vulpel. *reſp.* 16. *n.* 3.

82 Quæ concluſio debet temperari; primò, vt non procedat in furtis rerum vilium, ac contemptibilium, pro quibus perdurum eſſet, morti hominem tradi, Molin. *num.* 8. *verſ. In Regno*, Iaſ. *in l. ſi ſeruus, num.* 6. *ff. de condict. cauſ. dat.* Caball. *ſup. n.* 3. Tuſch. *vbi proximè, num.* 27. Azeued. *n.* 102. Vulpel. *ſup. n.* 5. Cœpol. *in Auth. ſed nouo iure nu.* 94. Greg. Lop. *vbi proximè, col.* 3. Farinac. *n.* 79. Guttier. *n.* 49. Ex quorum mente videtur neceſſarium, vt tria illa furta ſint circa rea æſtimatione dignas; ſiquidem nec pro furto exiguo licet corporalem pœnam imponere, vt reſoluunt Greg. Lop. *d. gloſ.* 5. *col.* 3. Molin. *n.* 10. *verſ. Conueniunt*, Guttier. *nu.* 40. Salazar. *ſup. d. c.* 5. *n.* 20. *verſ. Verberandi verò.* Sed pro tribus furtis etiam paruis ad mortem reum damnari poſſe, quia conſuetudo attenditur, & non quantitas, defendunt Menoch. *vbi proximè*, Ioan. de Platea *in L.* 1. *C. de grege dominic. lib.* 11. & alij apud Farinac. *num.* 80. A priore tamen opinione recedendum non eſt.

83 Secundò, temperatur in furtis improprijs, & interpretatiuis, vt cum commodatarius, aut depoſitarius re commodata, aut depoſita contra domini voluntatem vtitur: nam etſi hi furtum admiſiſſe dicantur, §. *Furtum autem, Inſt. de obligat. q. ex delict. naſcunt.* hæc furta ad pœnam mortis inferendam nunquam computantur, Farin. cum alijs, *n.* 84.

84 Tertiò, in furtis eodem tempore commiſſis; nam tria furta debent eſſe diſtincta, diuerſiſque diebus patrata, Farinac. *n.* 71. Azeued. *n.* 101. Molin. *n.* 8. *verſ. In Regno, ad finem*. Boër. *deciſ.* 219. *n.* 3. Tuſch. *d. conc.* 564. *n.* 29. Menoch. *n.* 20. Clar. *n.* 14. Cœpol. *ſup n.* 95. Guttier. *q.* 155. *n.* 6. quamuis teneat tria furta eodem die admiſſa ſufficere, vt quis capite damnetur, ſi diuerſis temporibus, & non continuò fiant, pro quo allegat Didac. Perez *in l.* 7. *gloſ. azares, verſ. Sicut ſiquis pluries furtum, tit.* 10. *lib.* 8. *Ordinam.* Sed verius credo, quòd ad inducendam conſuetudinem furandi, deſideratur, vt ſaltem nox inter delicta interponatur; nam actus, qui eodem die fiunt, moralem continuationem videntur habere.

85 Quartò limitatur, quando agitur de punitione primi furti, quoniam poſteà commiſſa non conſiderantur ad pœnam mortis imponendam, Greg. Lop. *col.* 3. *ad finem*, Molin. *vbi proximè*, Bertaz. *conſ.* 39. *num.* 20. *lib.* 1. Ant. Gom. *n.* 9. *verſ. Sed his non obſtantibus*, Farin. *num.* 60. Guttier. *vbi proxime, n.* 5. Tuſch. *lit. S. conc.* 560. *n.* 22. à quibus diſcedit Baiard. *vbi ſup. n.* 24.

Ibi : *Quæ obtinet etiamſi prima furta.*

Concluſio principalis ampliatur, etſi duo prima furta ſatis fuerint punita, Farin. *num.* 64. Tuſch. *vbi proximè. n.* 60. Gutier. *num.* 4. Cantera *d. nu.* 10. Cœpol. *n.* 100. Greg. Lop. *ſup. verſ. Et aduerte*, Azeued. *n.* 106. Ant. Gom. *n.* 9. 86

Ibi : *Idem erit obſeruandum.*

Quamuis in alieno territorio reus duo prima furta commiſerit, tunc ad mortem damnatur per iudicem loci, vbi tertium patrauit; nam incidenter de illis ad aggrauandam pœnam cognoſcit. Ita Ant. Gom. *n.* 8. Menoch. *n.* 18. Farin. *n.* 51. Guttier. *n.* 2. Boſſ. *in prax. crim. tit. de furt. n.* 14. Molin. *d. verſ. In Regno*, Baiard. *n.* 54. Azeued. *n.* 105. Tuſch. *n.* 19. 24. Clar. *n.* 10. Canter. *vbi proximè.* Quicquid alij ſentiant, quos refert Farinac. *n.* 52. 87

Idem erit obſeruandum, ſi duo prima furta per gratiam fuerint à Principe remiſſa, adhuc enim pro tertio furto ſuſpendi poteſt fur, Molin. *vbi proximè*, Azeued. *n.* 107. Tuſch. *d. conc.* 564. *n.* 31. Clar. *n.* 12. Guttier. *n.* 3. Menoch. *n.* 19. D. Couar. *infra, cap.* 10. *n.* 1. *verſ. Cæterum.* Aliud verò eſt ſi per ſententiam fuiſſet abſolutus, quia de illis curandum non eſt, nec iterum cognoſcendum, Farinac. *n.* 8. 88

Similiter punietur, quamuis actio, vel accuſatio furtorum præcedentium, tempore ſit præſcripta, Molin. *dict. n.* 8. Anton. Gom. *n.* 8. *ad. fin.* Guttier. *n.* 2. Bal. *in Authent. ſed nouo iure, n.* 4. *C. de ſeru. fugitiu.* Farinac. *num.* 62. Clar. *in prax* §. *fin. q.* 51. *n.* 7. 89

Tandem ad hoc, vt fur ſuſpendatur, neceſſe non eſt vt de duobus furtis ſit iam damnatus, ſufficit enim, quod cum de tertio agitur, illa probentur: Ant. Gomez *n.* 9. Baiard. *ſup. n.* 69. Guttier. *n.* 5. Molin. *vbi proximè*, Farin. *n.* 68. qui *nu. ſeq.* contrarium ſentientes laudat. 90

Ibi : *Sit ſanè quibuſdam viſum eſt.*

Vtrùm pro primo furto maximè quantitatis liceat pœnam mortis infligere, maximè controuertitur; & partem affirmatiuam cum his, quos *in præſenti*, C. Couarr. laudat, tuentur etiam Menoch. *d. caſ.* 295. *num.* 9. Cabal. latiſſimè probans *caſ.* 18. *à n.* 4. Bernard. Diaz *in prax. cap.* 90. *col.* 3. vbi de conſuetudine ſeruari in Hiſpaniæ Tribunalibus aſſerit; Alciat. *in cap. cum non ab homine, notab. vlt. de iudic.* Peguer. *deciſ.* 27. *n.* 8. qui de praxi in Catalonia teſtatur, Montalu. *in l.* 6. *gloſ.* 1. *tit.* 5. *lib.* 4. *for.* Padilla *in l. tranſigere, n.* 12. *C. de tranſact.* dicit magis communem eſſe, Salon. *de iuſt. & iur. colum.* 1340. 1341. Ceuall. *com.* 1. *q.* 741. *n.* 6. Guid. *in d. Auth. ſed nouo iure*, Pichard. *vbi ſup.* & alij apud Segura *in l. Imperator.* 133. *ff. ad Trebellian.* Quod autem magnum furtum dicatur iudicantis arbitrio relinquitur: Azeued. *n.* 104. Ceuall. *n.* 7. Menoch. *n.* 10. Marſil. *in l. quæſtionis modum, n.* 48. *ff. de quæſtionib.* Peguer. *vbi proximè, n.* 11. Guttier. *n.* 8. Ant. Gom. *n.* 7. *in fine.* 91

Ibi : *Ideo contrarium pleriſque placuit.*

Sed contraria ſententia, & ſic quod pro primo furto cuiuſcunque quantitatis nequeat pœna mortis imponi, vt benignior, ita apud Interpretes frequentior eſt, quam amplectuntur Farinac. *q.* 25. *num.* 3. Ant. Gom. *vbi proximè.* Fachin. *d. cap.* 91. *in fine*, Guttier. *q.* 154. *n.* 52. *verſ. His tamen non obſtantibus*, Roland. *conſ.* 51. *ex n.* 43. *volum.* 1. Clar. *n.* 9. Molin. *n.* 9. Suar. *in addit. ad Ant. Gom. d. n.* 7. *lit.* D. Padilla *vbi proximè.* Greg. Lop. *d. gloſ.* 5. *col.* 4. *verſ. Similiter ex iſta lege*, Salaz. *d. cap.* 5. *n.* 20. *verſ. Duplici igitur*, Vulpel. *d. reſponſ.* 16. *n.* 1. Azeued. *num.* 103. Tuſch. *d. concl.* 564. *num.* 46. Vela *de delict. cap.* 12. *verſ. Sed ſi vnum*, Salced. ad Bernard. Diaz *d. cap.* 90. Queſada *in ſuis quæſtionib. cap.* 19. vbi latè, Auiles *in capit.* 1. *Prætor. verb. derechamente, à num.* 13. & plures alij. Quæ opinio tunc proculdubio procedit, cum 92

furtum

furtum non eſt qualificatum, ſed ſimplex; nam etſi furti pœna iure communi ſit arbitraria, Farinac. *d. quæſt.* 67. *n.* 6. Azeued. *n.* 90. Olan. *in antinom. iur. lit. F. num.* 152. Pichard. *n.* 61. Iudexque poſſit vſque ad mortem pœnam irrogare, vt late probat Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 86. *per totam*, & eſt communis opinio, vt conſtat ex mox referendis; tamen hoc non procedit, quando lege prohibetur, ne vltimum ſupplicium inferatur, prout fit in *d. Auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugitiu.* Menoch. *vbi proximè, n.* 3. Imò multis communiter contra *Menoch.* placet, arbitrium vſque ad mortem extendere, Iudici non licere, vt videre eſt apud Farinac. *q.* 17. *ampliat.* 12. Guaxxin. *defenſ.* 3. *cap.* 6. *nu.* 1. Caball. *ſup. caſ.* 92. *nu.* 3. Cenall. *q.* 304. Sed hoc iudicibus inferioribus ſolùm vetitum ait rectè Guazzin. ex Maur. Burg. *in tract. de mod. procedend. ex abrupto, q.* 24. *n.* 274.

Ibi: *Quo fit, vt licet Alexander.*

93 Licitum eſſe pro ſimplici furto pœnam mortis ſtatuere, probant Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *c.* 9. *dubit.* 2. *nu.* 4. Tuſch. *d. conc.* 364. *num.* 30. 36. vbi quod furtum debet eſſe non paruum, Molin. *d. diſp.* 695. *num.* 1. qui *Scoti* ſententiam ſuo Authore indignam appellat; *& nu.* 3. *verſ. Quamuis*, Guttier. *d. quæſt.* 154. *n.* 48. *in fine*, Salon. *ſup. col.* 1340. Valent. *in* 2. 2. *tom.* 3. *diſp.* 8. *de homicid. punct.* 2. *verſ. Sed iſta ſententia*, Becan. *de iuſt. in quæſt.* 64. *D. Thom. q.* 3. *num.* 4. Bonacin. *in ſumm. tom.* 2. *tract. de reſtitut. diſp.* 2. *q. vlt. punct.* 2. *n.* 1. *verſ. Reſpondetur.*

Ibi: *His accedit, quod licitum ſit.*

94 Eſt de fide, licere malefactores publica Authoritate perimere, Exod. 22. *verſ.* 18. *Maleficos non patieris viuere*, Pſalm. 100. *verſ.* 8. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de Ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem*, Paul. *ad Roman.* 13. *verſ.* 4. *Si autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt: vindex in iram ei, qui malum agit, c. qui malos* 29. *c. Rex debet.* 40. 23. *quæſt.* 5. Valent. *ſup. verſ. itaque circa*, Victor. *in relect. de homicid. ex n.* 15. Becan. *n.* 1. Aragon. *de iuſt. & iur. q.* 64. *de homicid. art.* 2. *verſ. His ergo interpretationibus*, Bonacin. *n.* 1. Molin. *d. n.* 1. Dicaſtill. *de iuſt. tom.* 1. *lib.* 2. *tract.* 1. *diſp.* 10. *à n.* 3. ex quo reprehenditur error Lactantij *Diuinar. inſtitut. lib.* 6. *c.* 20. vbi aſſerit, nunquam permiſſum eſſe, abſque peccato, hominem interficere.

Ibi: *Nam quod fures.*

95 De pœnis in fures apud diuerſas gentes ſtatutis, latiſſimè agunt Menoch. *d. caſ.* 295. Pet. Gregor. *ſup lib.* 37. *cap.* 2. Molin. *d. diſp.* 695. Guttier. *quæſt.* 154. Farinac. *q.* 107. Henric. Bocer. *de furtor. pæn.* Azeu. *in l.* 7. *tit.* 11. *lib* 8. *Recopilat* Greg. Lop. *in d. l.* 18. *tit.* 14. *p.* 7. *in gloſ. magna*, Velà *de delict. c.* 12. Ant. Gom. *variar. lib.* 3. *c.* 5. *à n.* 4. Ex quibus quædam vtilia, aut ſingularia ſunt obſeruanda.

96 In primis pœna furti de iure Canonico eſt, vt præter infamiam, quæ ſemper contrahitur, Clericus deponatur; & ſi non reſipiſcat, excommunicetur, anathemateque percutiatur; quod ſi ad correctionem non proſit, Brachio traditur ſeculari, vt dignè puniatur, *c. cum non ab homine* 10. *de iudic. c. Presbyter*, 81. *diſtinct.* 61. *tit.* 6. *p.* 1. vbi Greg. Lop. *gloſ.* 2. Molin. *n.* 26. Bernard. Diaz *in prax. c.* 93. vbi Salzed. *lit. A.* Pet. Gregor. *n.* 13. Aldrete *de religioſ. diſciplin. tuend. lib.* 2. *c.* 16. § 1. *n.* 8. Farinac. *n.* 9. Maiol. *de irregularit. lib.* 5. *cap.* 281 *n.* 1. Guttier. fusè, *q.* 161. *per totam*. Hæc tamen in leuibus furtis minimè procedunt, vt notant Guttier. Molin. Greg. Lop. *ſup.* Abbas *in c. tua, de pæn.* & omnes communiter. Et quanquam Clericos tradatur ſeculari Brachio, mitius cum eo, quam cum laicis agendum eſt Molin. *ibidem.*

97 Sed ſi Clericus latrocinium perpetrauerit, deponitur, ac in monaſterium arctum vt pœnitentiam agat, detruditur; *c. tuæ* 6. *de pæn.* vbi Panormitan. Syluest. *in ſumm. verb. Degradatio.* Farinac. *ſup. & in fragment. crimin verb. Clericus, à num.* 116. Molin. *n.* 3. Hoſtienſis *in d. c. tuæ*, Turrectemat. *in d. cap. Presbiter*, Pet. Gregor. *ſup.* & alij apud Guttier. omnino videndum à *n.* 4.

93 De iure noſtro Regio, omiſſis, quæ antiquitas obſeruabat; quæ hodie in praxi recepta ſunt, breuiter exponamus. Qui igitur alienam domum furandi cauſa introierit, aut aliter furtum admittere tentans deprehendatur, Iudicis arbitrio punitur, quod & iuxta ius commune verum eſt, Molin. *n.* 11. Bald. *in l. ſi quis non dicam, in* 3. *oppoſit. C. de Epiſc. & Cler.* Menoch. *ſup. caſ.* 360. *n.* 62. Si delictum perfecerit nulla qualitate aggrauatum, pro prima vice fur ad ignominiam publicè traducitur, triremibuſque in ſexennium mancipatur; quod ſi in Curia furtum fiat, huiuſmodi pœna ad octennium protelatur, *l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 8. *Recopilat.* Quamuis contra hos fures pœna mortis ſit ſtabilita, *l.* 1. *tit.* 23. *eod. lib.* Pro ſecundo furto reus ad centum flagelli ictus publicè ſuſtinendos, perpetuóque remigandum damnatur; quod ſi intra Curiam delictum fiat, ictus duplicantur, *l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 8. *Recopil.* Ad quod neceſſe eſt, vt vtrumque furtum in Curia admittatur, vt notat Guttier. *d. q.* 154 *n.* 47. Pro tertio iuxta communem conſuetudinem, furcarum pœna imponitur, Ant. Gom. *n.* 7. Gregor. Lop. *vbi ſup. d. gloſ.* 5. *col.* 3. Guttier. *n.* 48. Azeued. *n.* 95. Molin. *n.* 16. & alij Regnicolæ, qui de tertio furto Indiſtinctè loquuntur: nam quoad hoc nihil ſpecialiter apud nos cautum reperitur. Pœna verò pecuniaria dupli, quadrupli, aut nouenarum, in vſu non eſt, Molin. *n.* 12. Azeu. *n.* 97. Ant. Gom. *n.* 5. Guttier. *n.* 34. 36. Imo expreſſim ſublata eſt per *d. l* 9. *Recopil.* pœna ſeptupli, quæ Fiſco applicabatur (nam duplũ ad Partē læſam ſpectabat, Guttier. *n.* 36.) Quæ aliter ſe habent, quando furtum ſit rei minimæ, propter quod pœna corporalis non infligitur, ſed fur pecunia mulctatur, aut in vinculis publicis detinetur, Molin. *n.* 12. *verſ. Conueniunt.* Azeued. *n.* 107. Guttier. *n.* 40. Videas *l.* 16. *tit.* 11 *lib.* 5. *Recopilat.* quã pœna pecuniaria furi irrogatur; & *l.* 5. *tit.* 17. *eod lib.* vbi ſtabilitur, vt ſurripiens ea, quæ ad culturam agrorum deſeruiunt pro vno, vndecim pendat; *l.* 2. *tit.* 12 *eod. lib.* Quid in fures iure Luſitano decretum ſit? docet Molin. *n.* 24.

De pœnia eorum qui in itineribus publicis graſſantur, 99 agitur *in l.* 3. *tit.* 13. *& l.* 6. *tit.* 23. *lib.* 5. *Recopil.* de quibus per Guttier. *q.* 156. *per totam.* De eis qui per vim domos alienas furandi cauſa ingrediuntur, in *l.* 6. *tit.* 5. *lib.* 4. *for. l.* 74. *Styli*, & apud Guttier. *q.* 157. Greg. Lop. *d. gloſ.* 5. *col.* 4. Ant. Gom. *num.* 12. & quamuis iſti, & latrones vltimo ſupplicio ſunt afficiendi regulariter, tamen niſi propter immanitatem ſceleris Reipublicæ Interſit eos interfici, Iudices mortis pœnam debent commutare, eos ad triremes damnantes abſque partis offenſæ præiudicio, Ita cauetur *l.* 8. *tit.* 11. *lib.* 8. *Recopilat.* notat Guttier. *vbi proximè, numero* 12.

Iam aliqua de exteris attingamus. Draco, acerbus Athe- 100 nienſium Legiſlator, pro primo furto rei etiam minimæ, mortis pœnam ſtabiliuit, quæ tamen poſtea per Solonem in pecuniariam fuit commutata, Aul. Gell. *lib.* 11. *noct. Attiear. c.* 18. Farinac. *d. q.* 167. *n.* 1, Pet. Greg. *ſup. lib.* 37. *c.* 2. *n.* 9. Menoch. *d. caſ.* 295. *n.* 1. Lege *duodec. tabular.* fures manifeſti nocturni occidi impunè poterant, nec non diurni ſi ſe telo defenderent; deinde ni occiderentur priuata authoritate, publicè verberari addicebantur ei, cui furtum fiebat: ſerui verò verberibus affecti e ſaxo præcipitabantur, Gell. *vbi proximè*: Iacob. Rauar. *ad leg. duodec. tabul c.* 16. *de furt.* Attij furem lapidibus obruebant, Pet. Crinit. *lib* 3. *de honeſt. diſciplin. c.* 3. Menoch. *n.* 4. Guttier. *num* 20. in Prouincia Carintia conſuetudine obtinuit, vt ſuſpectus de furto ſuſpendatur, poſt cuius obitum de cauſa cognoſcitur; Æn. Silu. *cap.* 20. *Europ.* Apud Lycios fur ſeruus efficitur, Stob. *vbi ſupra*, Locrenſes ob furtum oculis priuabantur, Heracl. *in politijs Polit. Locrenſ.* Pet. Gregor. *num.* 10. Apud Scithas nullum grauius peccatum furto, Bonfin. *lib.* 2. *dec.* 1. In Gallia pro primo furto vltrà fuſtigationem aures abſcindun-tur, Pet. Greg. *n.* 11. In Anglia ex conſtitutione Regis Henrici VII. ei qui ſemel furtum admiſiſſe probatur, in manu ſiniſtra ſub pollice inuritur lit. T. nam apud Anglos *theeb.* fur dicitur; vt ſi iterum furetur, debitas pœnas det: Polydor. *lib.* 26. *Anglic. hiſtor.* Pet. Greg. *num.* 18. Guttier. *n.* 33. Actiſanes Ægypti, & Æthiopiæ Rex ſtabiliuit, vt furibus nares amputarentur, ſicque mittebantur in regionem deſertam & valde incommodam, vbi vrbs fuit inædificata, quam eo quod eius habitatores naribus carebant, *Rhinoceram* dicebant, Diodor. *lib.* 2. *bibliot. cap.* 1. Pet. Gregor.

num. 11.

num. 11. Bactriani parum furantes ſputis dehoneſtabant, Pet.Crinit. & Menoch. *vbi proximè.* Sed furta impunita omnino relinquuntur contra ius naturale apud Nationes aliquas, vt Ægyptios, Samios, Perſas, imo apud Lacedæmonios laudabilia erant non ob turpe lucrum ſed quia ita expedire putabant, vt adoleſcentes idonei ad bellum redderentur, nam aſſuetudo, ſolertiáque furandi eorum animos acuebat, & obfirmabat ad inſidiarum aſtus, ad vigiliarum tolerantiam, obrependique celeritatem, Gell. *d.cap.*18. Alex.ab Alex. *lib.*6. *cap.* 10. Plutarch. *problemat.* 168. Menoch. *num* 2. 3. Heracl. *ſup. in Polit. Lacedæmon.* Guttier. *n.*17. *cum ſeqq.* Farinac. *d.q.*167.*n.*5.

Ad Num. 8.

101 Licere Iudicibus, iuſtis de cauſis pœnas legales temperare, vel tranſgredi, probant *l. qui cum maior* 14. *§. Si tamen, ff. de bon. libertor. l. in ſeruorum* 10. *§.* 2. *l. hodie* 13. *ff. de pœn.* Pet.Greg.*lib.*33.*cap.*27. *n.*2. Tiraquel. *de pœn. temper. in præfat. an.*16. Paetan. *de probat. lib.*1. *cap.*21. *n.*30. Ceuall. *commun. tom.*1. *quæſt.*540. *n.*19. Caball. *reſolut. crimin. caſ.*18. *n.*8. Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ.* 33. *cap.*17. *numer.*1. Ant.Sola *ad conſtitution. Saband. tit. de falſ. Notar. gloſ. vl.* *n.*2. Paz. *in prax. tom.* 1. *part.*5. *cap.*1. *§.*12. *num.*97. Marant. *de ordin. iudicior. part.*4. *num.*65. Farin. quamplurimos referens *in prax. crimin. q.*17. *n.*7.10. Guttier. *practicar. lib.*4. *q.*46. *ex n.*9. vbi latiſſime Clar. *in prax. §. fin. q.* 85. *num.* 10. Aod.Gail. *de pac. public. lib.*2. *cap.* 9. *n.*24. Myſinger. *obſeruat. cent.*2. *obſeruat.* 30. *n.*3. Sed ad id regulariter non tenentur, Felin. *in cap. qualiter, el* 2. *n.*43 *de accuſat.* Auendañ. *in cap.*16. *Prætor. n.*11. Guttier. *n.*40. quod in quibuſdam caſibus limitat Auendañ. & videtur, quod, vbi adeſt maxima intrinſeca, & euidens cauſa, tenetur iudex pœnam moderari.

102 Idem quoad pœnas ſtatutarias, ac conſuetudine introductas, ex multis, docet Guttier. *num.*27.58. Farin. *num.*11. 28. qui *nu.* 8. rationem præfatæ concluſionis docet: quia ſcilicèt ex circumſtantijs ita delicta ſolent immutari, vt vel leuiſſima, vel immania fiant; quare cum ſub lege nequeant omnes caſus captiſſim comprehendi, *l. non poſſunt* 12. *ff. de legib.* ius iudicanti hoc tribuit arbitrium, quod pœnam ſtabilitam pro facti qualitate exacerbet, aut molliat, vt ſic ſemper poſſit eam ſcelori commenſurari. Hinc dicitur, omnes pœnas Iudici eſſe arbitrarias, Magon. *Lucenſ. decis.*42. *n.*21. *part.* Guazzin. *cap.*16. *num.* 2. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.*12. *n.* 98. Farin. *n.*27. vbi alij, quod verum eſt, iuſta exiſtente cauſa, alioquin Iudex à legis ſanctionibus reſilire prohibetur, pœna infamiæ, & alijs in ipſum ſtatutis, Menoch. *de arbitrar. lib.*1. *qu.*96. *à n.* 11. Tuſch. *lit.* P. *conc.*255. *n.*35. Farin. cum multis, *n.*5. & dictum eſt *ſup. hoc cap. ex n.*5. Guttier. *n.*24.

103 Cauſæ autem, quibus moueri poſſit Iudex ad pœnas temperandas, traduntur latiſſimè à Farin. *q.*87. *cum multis ſeqq.* Tiraq. *in tract. de pœn. temper.* Clar. *ſup. q.*60. *n. princip.* Bernard.Diaz. *reg.* 371. Guttier. *n.*18. & ab alijs, quos laudat Farinac. *d. quæſt.*17. *n.*10. & Bobadill. *in Politic. tom.*1. *lib.*2. *c.*21. *num.*147. & ſe duo millia earum cumulaſſe teſtatur; qualitates verò, propter quas tranſgredi ſanctiones legis poſſunt, ac ius ſque in maleficos animaduerti colligere licet ex *l. aut facta* 16. *ff. de pœn.* nonnullaſque refert Farinac. *q.*18. *n.*63. & Gail. *ſup. n.*24.

Ibi : *Quibus non obſtat gloſſa.*

104 Hanc Gloſſæ opinionem comprobare videtur Marcianus *in l.* 2. *§. Sed non vtique*, ibi: *Pœna verò perſecutio non eius voluntati mandatur, ſed legis authoritati reſeruatur: ff. ad Turpillian.* & eã tenent Gloſ. *in l. Diuus* 31. *ff. ad l. Cornel. de falſ.* Roman. *ſing.*107. *incipit:* Dixit Baldus: *& in l. ſi verò, §. De viro, ff. ſolut. matr.* Matthil. *in prax. crim. §. Diligenter*, *n.*159. Iaſ. *in §. Ex maleficijs col.*2. *Inſt. de actionib.* Grammatic. *vot.*30. *n.*14. Cœpol. *in Auth. ſed nouo iure*, *n.*78. *C. de ſeru. fugit.* Roland. *conſ.*7. *num.*45. *vol.*1. Auendañ. *in c.*16. *Prætor. p.*2. *ex n.*4. quibus accedere videtur Baiard. ad Clar. *d. q.*85. *n.*38. Sed à priori recedendum non eſt, ſi adſit iuſta cauſa intrinſeca. Quòd ſi extrinſeca ſit, Princeps eſt conſulendus, vt dixi *ſup. n.*72. *& infrà n.*110.

Ibi : *Quia id verum eſt poſtquam iuxta legem.*

Iudex poſt ſententiam nequit pœnam, quam iuxta legem irrogauit, inconſulto Principe augere, aut temperare, etiamſi iuſta interuenerit cauſa, *l. acta* 45. *§.*1. *l. iudex* 55. *ff. de ſent. & re iud. l.* 2. *§. vlt. ff. de qu. l. Diui* 17. *ff. de pœn. l.* 1. *C. ſentent. reſcindi non poſ. l.* 2. *§.* 1. *Cod. de ſentent. ex periculo recitand. l. pœnam* 15. *C. de pœn.* Gloſ. *verb. onerasset in l. quid ergo* 13. *§. Pœna grauior, ff. de iis, qui notant. infam.* Farin. *d. q.*17. *n.*61. Clar. *vbi proximè*, Gail. *d. n.*25. Tuſch. *d. conc.*255. *n.*7 Butr. *in c. niſi ſpeciales, de offic. deleg.* Ant.Gom. *var. lib.* 3. *c.*13. *n.*36. Carrer. *in prax. tit. de homic. §. Circa quartum, & vltimum, n.* 19. Plaça *lib.*1. *c.*33. *n.* 5. *in fin.* Villad. *de hæretic. q.*17. *n.*5. vbi limitat in crimine hæreſis, nam Inquiſitores poſſunt remittere, ſeu commutare pœnam carceris à ſe impoſitam: quod probatur *in c. vt commiſſi* 12. *verſ. Nec non: de hæretic. in* 6. Baiard. ad Clar. *vbi proximè n.*35. amplians quamuis pœna in ſententia non exprimatur, quia intelligitur impoſita, quæ iure eſt ſtatuta, iuxta *l.* 1. *§. ſed non vtique, ff. ad Turpillian* & *n.*32. probat poſt ſententiam non eſſe locum tranſactioni de crimine, Guttier. *n.*10. 11. & *n.*13. limitat in pœna pecuniaria, Petr.Greg. *lib.*33. *c.*27. *num.*3. 105

Ibi: *At prius, quàm iudex ſententiam ferat.*

Iudex ante ſententiam, poteſt ex cauſa pœnam legis reſtringere, vel ampliare, quamquam poteſtatem diſpenſandi in crimine non obtineat, Guttier. *n.*30. Plaça *ſup.* Farin. *n.*29. & alij plurimi ex *ſuprà* laudatis, & *infra* referendis. Etſi contrarium placuerit Carrer. *ſup. n.*18. Eſt tamen dubium, an omnibus Iudicibus talis facultas concedatur? in quo oportet aliquos caſus proponere, quemadmodum hac in re ſe habuit Menoch. *d. lib.*1. *q.*96. 106

Primus eſt, cum Princeps Superiorem non recognoſcens ſententiam fert, qui procul dubio poterit à pœnis legalibus, intra rationis, ac iuſtitiæ metas recedere; quoniam omnes ipſi ſunt arbitrariæ, Cyriac. *controuerſ. forenſ. tom.* 1. *controuerſ.*66. *n.*1. Farin. *n.*60. Ant.Sola *d. gloſ. vlt. n.*1. Caball. *ſup. caſ.*194. *n.*281.293. *cum ſeqq.* Menoch. *vbi proximè*, *n.*6. Quod adhuc poſt latam ſententiam obtinebit, & hoc eſt abſque controuerſia, cùm ille poſſit in criminibus diſpenſare. 107

Secundus, de maioribus Magiſtratibus, vt Epiſcopis, Proceribus, Senatu Principis, & ſimilibus; qui tamen facultatem diſpenſandi ſuper delicto non habent, & alijs, quibus demptis, quorum ſupra meminimus, communiter admiſſum eſt, omnibus illis licere pœnas legales in ipſa ſententia pro facti qualitatibus immutare, vt videre eſt apud laudatos *ſup. n.* 101. & alios quos refert ac ſequitur Farin. *n.*67. & nos ſtatim recenſebimus. Qui autem maiores Magiſtratus dicantur, plenè explicat Guttier. *à n.*33. Ant.Sola *ſup. à num.*12. qui, in *verſ. Secundò quoniam*, limitat prædicta poſt ſententiam, & ita verum eſt. 108

Tertius eſt, in quo non leuis eſt diſſenſio, de Iudicibus inferioribus; & quod adhuc illi valeant pœnas legis variare, iuſta ſuadente cauſa, tenent Ant.Gom. *d. c.*3. *num.*7. *verſ. Verum tamen*, Ant.Sola *n.*16. qui ſic practicari teſtatur, Bobadill. *d. c.*21. *n.*142. Tuſch. *ſup. n.*6. Villadieg. *in Polit. c.*3. *n.*40. Guttier. *nu.*31. & plurimi alij, quos in vnum congerit Bobadill. *n.*139. *lit. H.* Contrarium verò etiam commune eſt, vt ſcilicèt Inferiores Iudices teneantur Principem conſulere, quoties iuſta ſubſit cauſa ad pœnas lege præſcriptas non irrogandas, Gail. *d. n.*18. Menoch. *vbi proximè*, *n.*8.10. Bernard.Diaz. *reg.*433. *ver. Limita*, Gratian. *reg.*108. *verſ. Iura tranſgredi. n.*1 & alij quos refert Farin. *n.*67. Ant. Sola *n.*18. Bobad. *n.*138. *lit. B.* 109

Pro quarum opinionum conciliatione placet diſtinctio Clari, *d. q.*85. *n.*10. Farin. *vbi proximè*, & aliorũ, nam pœna poteſt augeri, aut minui ex cauſa intrinſeca, vel extrinſeca: primo caſu, cum circũſtantia influit in ipſum crimen, ita vt eius malitiam in melius, ſeu deterius immutet notabiliter, vt ſiquis prouocatus occidat, aut ſi ſeruus, ſiue famulus in dominum delinquat, tunc Iudex etiam inferior, Principe inconſulto, poterit rigoris habenas comprimere, vel laxare, nam hoc arbitrium à iure habet, cum ei neceſſario incumbat pœnam pro modo admiſſi decernere, 110

vt ſecundùm iuſtitiam procedat. Secundo caſu, vbi qualitas non delictum reſpicit, ſed perſonam delinquentis, vt peritia inſignis, merita egregia in Rempublicam, vel alia huiuſcemodi, ſolos Princeps, eiúſve Supremi Magiſtratus, aut alius, qui in crimine poſſit diſpenſare, remittere, commutarevè legales pœnas permittuntur; quia in hoc deſideratur ſuperior authoritas, quæ decernat, an venia reus dignus ſit propter excellentiam perſonæ, quod minimè cohæret ipſi iudicio, in quo duntaxat agitur de iuſta criminis punitione, atque ideo iudici cuilibet quoad hoc arbitrium conceſſum non eſt, ſed ſuperioribus, de quo *ſup. num.* 72.

111 Quartus & vltimus eſt caſus de delegato iudice; & Menoch. *n.* 20. 21 quē cum alijs ſequitur Farin. *n.* 66. diſtinguit inter delegatum à Principe, & ab inferiore, vt qui ab illo iuriſdictionem accepit, legis ſanctiones ex cauſa tranſgredi valeat; ab hoc non vtique, niſi delegatus ſit à maioribus Magiſtratibus cum arbitrio ad cauſam, prout ſibi viſum fuerit, decidendam. Poſſet tamen dici iuxta nuper traditam differentiam, quòd ex cauſa intrinſeca quilibet delegatus permittitur ab ordinaria pœna reſilire; nam ea quo ei cauſa commiſſa eſt, omnia cenſentur demandata, ſine quibus illa expediri non poteſt, *l.* 1. §. *vlt. l. fin. ff de offic. eius*: Non autem poterit cauſa iuſte terminari, niſi arbitrium ſit iudicanti pœnam pro menſura delicti præſcribere. Quod ſi cauſa fuerit extrinſeca, omnino verum eſt, quod *Menochio* placet; quanquam dubium ſit, an poſſit maior Magiſtratus demandare, quæ ſibi ſpecialiter competunt, non propter iuriſdictionem, ſed dignitatem; argument. *d. l.* 1. Quæ obtinent, etſi lex iubeat pœnam præcisè irrogari, Guttier. *d. n.* 9. Plaç. *ſup.* Farinac. *n.* 24.

112 Ex quibus apparet D. Gouar. *in præfati* egiſſe de commutatione pœnæ ex cauſa intrinſeca; quapropter eam omni Iudici permiſſam eſſe affirmat: Quæ licet in ſe vera ſint, inferiores Iudices, imò & maiores cautius ſibi proſpicient, ſi ad recedendum ab ordinarijs pœnis, Principem conſulant, dum commodè poſſunt, ne ipſis imputetur ſi quid ſeuerius, aut leuius, quam oportebat, ſtatuerint; prout admonent Clar. *d. n.* 10. Baiard. *ſup. n.* 38. Bobadill. *num.* 142.

113 Præterea admonendum eſt, quod Iudices, maximè inferiores, debent in ſententia ſaltem generaliter cauſam, propter quam pœnā legalem non imponunt, inſerere, notant Farinac. *à n.* 62. Clar. *vbi proximè*, Bobadill, *n.* 40. Menoch. *n.* 17. Gail. *n.* 23. Menchac. *illuſtr. cap.* 14. *nu.* 5. Tiraquel. *in d. præfat. n.* 70. Ant. Sola, *n.* 12. Tuſch. *n.* 8. Alioquin ſi cauſam non expreſſerint, neē ex actis conſtet, ſententia erit nulla, Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 96. Bart. *in l. quid ergo*, §. *Pœna grauior ff. de his, qui notan. infam.* Mynſing. *ſup. num.* 7. 8. Guazzin. *d. defenſ.* 31. *cap.* 17. *n.* 5. & expreſſas ſpecificè, vel generaliter Iudex probare tenebitur, quoties fuerit petitum, vt pluribus adductis, docet Bobadill. Adde Guttier. *à num.* 17. qui inter ſuperiores, & inferiores Iudices diſtinguit. Sed quando ex actis cauſa immutandi pœnam legalem apparet, non eſſe opus cauſam aliquomodo exprimere, rectè docet poſt Scacc. & Mynſinger. Guaz. *ſup.*

114 Verum Iudex, qui ex cauſa ordinariam pœnam non irrogat, ſed mitiorem, poſſit ſubrogare corporalem dubitatur? & quamuis communis ſententia doceat, non licere; tamen aliud in praxi obtinet, de quo videndi ſunt Farinac. *num.* 72. *cum ſeqq.* Guazzin. *num.* 4. Tuſch. *num.* 13. qui plures referunt.

Ibi: *Cauſas verò.*

De cauſis, ex quibus pœnæ augeri, aut minui per Iudices poſſunt, tractant, quos laudauimus *ſup. n.* 103.

Ibi: *Quod iudex.*

115 Idem docet Gutierr. *n.* 15. Direct. iudic. Eccleſ. *part.* 2. *cap.* 11. *n.* 15. *verſ. Vnde Couar.* Clar. *d. q.* 85. *n.* 7. vbi alios refert, qui tamen loquitur in ſtatuto irrogante pœnam pecuniariam intra certum diem ſoluendam, qua non ſoluta, corporalem infert; nam reus poſt lapſum temporis præſcripti admittetur ad purgendam moram, & pœnam corporis euitabit. Contrarium verò ſcripſere Bart. *in l.* 2. *num.* 4. *verſ. Si verò inducitur.* & *nu.* 5. *ff de public. iudic.* Roman. *in l.* 1. §. *Et poſt operis, num* 16. *ff. de nou oper nunciat.* quos laudat, & ſequitur Menoch. *conſ.* 712. *num.* 3. 4. Illud certum eſt iudici licere pœnam pecuniariam exigere, omiſſa corporali; Guazzin. *defenſ.* 33. *c.* 12. *n.* 7.

Verſ. *Poſtremò, illud eſt.*

Adde Tridentin. *ſeſ.* 25. *de reformat. cap.* 3. & 14. qui- 116
bus præcipitur Iudicibus Eccleſiaſticis, vt pœnas pecuniarias pro exceſſibus iniungant, *cap. quamquam, in fin.* 23. *diſt. cap. definiuit* 17. *q.* 4.

Verſ. *Primùm, non eſſe æquum.*

Iudices Eccleſiaſticos perperam facere, ſi pro ſceleri- 117
bus pecuniariam pœnam frequenter imponant, maximè cum per hoc præſtetur occaſio, vt iniqui in ſuis exceſſibus perſiſtant; notant Salon. *de iuſt. & iur. q.* 67. *art.* 4. *verſ. Circa eandem*, Gutiēr. *practicar. lib.* 4. *q.* 46. *n.* 7. Gloſ. *vlt. in c. ſi quis* 15. 83. *q.* 5. Nam vt ait Arnob. *lib.* 7. *aduerſ. gent. Creſcit multitudo peccantium, cum redimendi ſpes datur, & facile itur ad culpam, vbi eſt venalis ignoſcentium gratia*, & ſuprà dicta *ſup. n.* 19.

Verſ. *Secundam ſatis compertum eſt.*

Pro tolerandis criminibus non licere maximè Eccleſia- 118
ſticis Prælatis quicquam percipere, colligunt communiter DD *ex cap. nemo* 14. *de ſimon.* vbi Barboſ. *n.* 2. Idem *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 107. *num.* 19. Sic D. Gregor. *lib.* 5. *in regiſt.* reprehendit eos, qui a peccatoribus dona accipiunt. Senec. *de benefic. lib.* 2. *cap.* 7. refert, Iulium Cæſarem munera Fabiani, qui multa ſcelera patrauerat, reſpuiſſe. Adde Farinac. *in prax. quæſt.* 5. *in princip.* atque D. Bern. *ſuper Cantic. ſermon.* 77. vbi inquit, peccata populi comedere eos Iudices, qui potius de marſupijs euacuandis, quàm de vitijs extirpandis tractant.

Ad Num. 9.

Poſſunt Epiſcopi, alijque iudices Eccleſiaſtici, cùm ſibi 119
viſum fuerit expedire, pecuniarijs pœnis delinquentes coërcere, habetur Trident. *d. cap.* 3. *cap.* 1. *de pœn.* Clar. *in prax. d.* §. *fin. q.* 80. *num.* 5. Guttier. *practicar lib.* 4. *q.* 46. *nu.* 46. Bobadill. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 99. Barboſ. *in collectan. ad cap. irrefragabili, nu* 5. *de offic. Ordinarij.*

Idem de Inquiſitoribus aduerſus hæreticam prauitatem, 120
qui condemnationes Sancto officio iure applicant, docent Farinac. *de hæreſ. q.* 191. *nu.* 108. Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 41. *num* 7. Zauch. *in tract. de hæretic. cap.* 16. *num.* 9 Eymeric. *in director. Inquiſitor. part.* 3. *q.* 103. vbi Peña *comment.* 152. Rojas *ſingul.* 8. *n.* 22.

Verſ. *Quartùm, præ cæteris.*

Pœnæ arbitrariæ pecuniariæ, quas Epiſcopi, alijque 121
Prælati ſuæ Cameræ applicant, debent in vſus pios, non in propriam vtilitatem conuerti, Tridentin. *d. c.* 3. Barboſ. *d. allegat.* 107. *nu.* 18. Quarant. *in ſumm. Bullar verb. pœna pecuniaria.* Bobadill. *n.* 100. Piaſec. *in prax. Epiſcop. part.* 2. *c.* 4. *num.* 99. *in princip.* Galerat. *in margarit. caſ. conſcientiæ, verb. pœna* 5. Aufrer. *in Clement.* 1. *nu.* 101. *de offic. Ordinar.* Clar. *vbi proximè.* Nec poſſunt applicari pro ſalario, Vicario, alijſvè Tribunalis Epiſcopalis Miniſtris, nec expendi in fabricam Eccleſiæ Cathedralis, aut reparationem domus Epiſcopalis; nam ita declaratum eſt per Sacram Concil. Tridentini Congregationem, Aldan. *in comprend. Canonicar. reſolution. lib* 5. *tit.* 1. *n.* 8. 9. Barboſ. *in remiſſion. ad Trident. d. cap.* 3. *n.* 25. *cum ſeqq.* Aloiſ. Ricci. *in prax. for. Eccleſiaſtic. deciſ.* 100. *n.* 3. *in nouiſſ. impreſ.* Stroa *de offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 141. *in addit.*

Verſ. *Quintum, etſi tutius ſit.*

Pœnas pecuniarias iure Iudicibus delatas, licitè Prælati 122
in ſuos vſus expendunt, Salced. ad Bernard. Diaz. *in prax. cap.* 134. *lit.* C. Bobadill. *n.* 200. Barboſ. *d. alleg.* 107. *num.* 18.

Cened.

Cened.*ad Decretal.collect.*170.*nu.*1.Marc.Anton. Genuenſ. *in practicabilir. Eccleſiaſtic. q.* 25. Zerola *in prax. Epiſcop. part.*1.*verb.compoſitio.verſ.Secundo.*

Ibi : *Qui idem eſſe probant.*

123 Epiſcopus pauper licitè percipit, ac in ſuos vſus conuertit, etiam pœnas arbitrarias pecuniarias; quod præfata Sacra Congregatio declarauit, non obſtante *d c.*3. *Concilij.* Ita Ricc.*vbi proximè,* Barboſ.*n.*19. Molfeſ. *ad conſuetudin.Neapol.part.*4.*q.*64.*n.*24.Bobadill. *vbi proximè.*

Ad Num. 10.

124 Adde Iaſ.*in l.tranſigere,n.*41.*C.de tranſactionib.*Barboſ.*in collectan.ad c.*2.*de pœnis,* qui textus, cuius litera aliquantulum immutata, inſertus eſt à Gratiano in Decreto *in c. omnes Presbyteri.*17.*q.*4.Apud Longobardos certa pœna pecuniaria conſtituta erat in occidentes Clericos in Sacris, ſecundum cuiuſque gradus dignitatem *l.* 27. *titul. de liber. homin. homicid.*

Ad Num. 11.

125 Epiſcopis Fiſcum eſſe, negant Bart. *in l.*1.*num.*12.*C. de bon.vacantib.lib.*10.Platea *in rubric.num.*13. *C. de iur. Fiſc. eod.lib.*Bald.*in rubric.ad finem,C.de priuileg.Fiſc.*Azeued. *in l.*12.*n.*5.*tit.*6. *lib.*3. *Recop.* Amaya *in l.*1. *num.*58. *C. de iur. Fiſc.lib.*10.D.Larrea *allegat.Fiſcal.in proœm nu.*5. Qui duo aſſerunt poſſe conſuetudine introduci, vt Epiſcopi Fiſcum cum priuilegijs Fiſcalibus habeant.Et eis adde Pat.Suar.*de Fid.diſ.*22 *ſect.*1.*n.*1.

126 Sed quod Epiſcopi, ac ſimiles Prælati Fiſcum ſiue Cameram teneant, cui pœnas pecuniarias applicent, receptius eſt, vt ſuſtinent Merlin.*de pignorib lib.*3.*q.*33.*n.*13. Barboſ. *d.alleg.*107.*n.*16.Bellet.*diſquiſitor.Clerical. part.*1.*tit. de fauor.Clericor reor.*§.1.*n.*21.Ricc.*in prax.aur. reſolut.*487.*n.*2. Pet.Greg.*ſyntagmat.iur.lib.*3.*c.*4.*num.*3.Clar. *d.*§.*fin. q.*80. *num.*5.vbi Baiard.*n.*1.Auiles *in cap.*12.*Prætor.verb.Camara, n.*4 Bobadill. *n.*199. vbi plurimi *lic.* F. Sed etſi Epiſcopus, vel Eccleſia Cathedralis Fiſcum habere dicatur, non tamen ei priuilegia Fiſci Regij conceduntur, vt aduertunt Merlin.Bobadill.& alij, ac diximus *lib.*1.*c.*16.*n.*3.

Ibi : *Sic prædictam opinionem.*

127 Epiſcopus, aut ipſius Vicarius poteſt Fiſcalem creare, ac publicè conſtituere, qui res Eccleſiaſticas tueatur, ac vitia ſubditorum arguat, vel denunciet, Bernard.Diaz.*in prax. c.*5.Præpoſit. *in c.de accuſatione.* 2.*q.*8. Paz *in prax. tom.*2. *prælud.*4.*n.*4.Debet eſſe in Sacris conſtitus, Paz *n.*6.

Ad Num. 12.

128 Bona Clerici, qui in hæreſim labitur, ex beneficio Eccleſiaſtico acquiſita, Fiſco minimè cedunt; ſed Eccleſiæ, cuius intuitu obuenerunt, reſeruantur; Sanch.*in Decalog.lib.*2. *c.*20.*n.*24.Farin.*de hæreſ.q.*190.§.11.*n.*155. Barboſ. *d. allegat.*107.*n.*17.Clar.*in prax.*§.*Hæreſis,n.*13.Cald. Pereir. *in l. vnic.part.*5.*n.* *C.ex delict.defunctor.*Peregrin.*de iur.fiſc.lib.*5.*tit.*1.*n.*97.Pat.Vazq.*in* 1.2.*q.* 96.*art.*5.*diſp.*196.*c.*2 *n.* 19. Peña *part.*3.*comment.*154.Gutierr.*de delict.q.*43.*n.*1. Cauter.*in quæſtionib.crimin.cap.*1.*de hæretic.* Cened. *ad Decretal.collect.*55.*n* 6.Et ſi pluribus Eccleſijs inſeruierit, debent bona inter ipſas diſtribui, Sanctarel.*de hæretic.c.* 23. *n.* 2. Gutier.*vbi proximè,*Farinac.*n.*157.Ratio eſt, quia in confiſcatione non veniunt ea bona, quæ reus propter alterius præiudicium ad hæredes transferre minimè valet, Pat. Suar.*ſup.ſect.*3.*num.*3.4.Clar.*d.*§.*fin.q.*78.*n* 7.Bart. *in l. cum, qui,in princip.ff.de interdict.& relegat.*Sanchez *ſup.c.*14.*n.*5. *& d.n.*24.Peregrin.*d.tit.*1.*n.*68.Clerici autem in huiuſmodi bonis nullum ſucceſſorem præter Eccleſiam poſſunt habere, *c.cum in officijs* 7.vbi D.Couar.*de teſtament.*

129 Ex quo prætoriſta concluſio limitatur, vt non procedat, quoties conſuetudo obtinuerit, quod Clerici de illis bonis poſſint in vltimo elogio diſponere, prout apud nos obſeruatur, dixi *ſup.lib.*1.*c.*15.*n.*34.nam etiam bona ex beneficio acquiſita Fiſco cedent, Guttier.*ſup. n.* 2. Sanch. *d. cap.* 20. *numer.* 25. Vazq.Peña *vbi proximè,*Azor.*part.*1.*lib* 8 *c.* 12. *quæſt.*14.

Patrimonialia verò, vel quaſi (hoc eſt, quæſita non ex beneficio, ſed aliunde, miniſterio ſpirituali, vt prædicatione, Sacrorum celebratione, aut adminiſtratione Sacramentorum, vt explicat Sanch.*n.*1.Farinac.*n.*154.) ad Fiſcum Eccleſiæ Cathedralis, cui Clericus hæreticus adſcriptus eſt, pertinent de iure, Sanch.*num.*16.Peregrin. *lib.*4. *tit.*5. *n.*31. 130
Guttier.*n.*2.Zabarel. *in Clement.*2.§ .*Porrò, n.*3. *de hæretic.* Bernard.Diaz *cap.*124.vbi Salçed *lit.F.*Bullar.*conſ.*45 *n.*57. 58.*lib* 1.Farinac.*nu.*158.Sanctarel.*vbi ſup.* Bobadill. *nu.*201. Barboſ.*ſup.num.*17.Decian.*tract.crim lib.*5.*cap.*44.*n.*1.Gregor.Lop.*in l.*2.*gloſ.*4.*tit.*26.*p.*7.vbi notat, quod etſi per eam conſtitutionem, & *l.*7. *titul.*7. *p.*6. quibus conſonat *Auth. Idem eſt de Neſtorianis,C de hæretic,* cautum ſit, vt niſi intra annum Eccleſia bona Clerici petierit, Fiſco Regio deferantur; id nullum robur obtinet, quoniam Principes ſæculares nihil in Eccleſiæ præiudicium ſtabilire poſſunt; *c.cap. quæ in Eccleſiarum* 7.*cap.Eccleſia Sancta Mariæ* 10. vbi notatur *de conſtitutionib.*Peña *ſup.q.*109. *comment.*158. Farin.*n.* 174.Quod verum eſt etiam quoad bona quærenda, Thom. Delbene *de immunit.Eccleſ.tom.*1.*c.*8 *ſect.*6.*n.*1.

Ibi : *Bona autem laici.*

Bona hæretici Fiſco Regio applicantur, *cap.excommunicamus, el primero,*§.*Damnati,de hæretic.l.*1.*tit.*3.*lib.*8. *Recopilat.*vbi Azeued.*num.*221.*l.* *dict.l.*7.*Partit.*& *ibi* Greg.Lop. Gutier.*quæſt.*44. *num.*1. Bobadill. *num.*201. *in fin.* Carrer. *tract.de hæretic.num.*135.*verſ.Ita tamen,* Ant. Gom. *variar. lib.*3.*cap.*3.*n.*1.*verſ.Item etiam,*Guid.Pap.*deciſ.*76.*n.*1. Clar. *d.*§ *Hæreſis,num.*13.Farin.*n.*164.Boſſ.*in prax. tit. de hæretic. n.*43.Eymeric.*in director.Inquiſitor p.*3.*q.*118. *verſ. Quod bona laicorum,*Foller.*in prax.crimin.in fragment.n.*10.Nauar.*conſ.* 20.*n.*1.*tit. de hæretic,* 131

Circa hæc notandum eſt, quòd quamuis hæreticus ſit vaſſallus Ducis, Comitis, alteriuſve Proceris, qui ſuperiorem Principem recognoſcunt, bona confiſcata non eiſdem, ſed Fiſco Regio deferuntur, Bobadill.*lib.*2.*c.*16.*n.*110. vbi plures *lit.* B.Guttier.*ſup.n.*3.Azeu.*in dict.l.*1.*n.*222. Simanc.*de Cath.inſtit.c.*9.*n.*128 Canceta *ſup.n.*42.de quo Farin. *n.*167. 132

Prætereà oportet aduertere, vt, ſi reus bona habuerit apud varias Prouincias, quæ diuerſis Principibus Supremis ſubijciuntur, vnuſquiſque percipiat quicquid in ſuo principatu reperiet, Guttier.*numer.*4. Simanc. *nu.*129. Cauter. *vbi proximè.* 133

Ibi : *Sed quòd bona immobilia.*

Hanc & alias DD. opiniones, ac Prouinciarum conſuetudines circa applicationem bonorum, quæ propter hæreſim confiſcantur, refert latiſſimè Farin *ex num.* 175. vbi aſſerit oportere, vt Pontificia ſanctione talis controuerſia decideretur, ambiguitaſque ceſſaret. Et de diſtinctione inter mobilia, & immobilia, Baiard. *num.*2. Farin. *num.*159.Gutier.*n.*3. 134

Ibi : *Quam & ipſe Felinus aſſeuerat.*

Extrauagans conſtitutio, cuius *in præſenti* D.Conat. meminit, incipit: *Ad extirpanda,* fuit edita ab Innocentio IV.*anno* 1252.eiuſque litera a verſ.*Teneatur,* vbi de triplici hac diuiſione agitur, refert Farin.*num* 176.& *n.*178. *verſ. Et de hac,* alteram Pontificiam ſanctionem adducit, qua eadem diſtributio præcipitur. 135

Ibi : *Quod minimè ſeruatur, ſaltem in Hiſpania.*

In Hiſpania, ac nostro Indiarum Orbe, Regio Fiſco quæcunque bona hæreticorum, tam Clericorum, quàm ſæcularium, etiam ex beneficio Eccleſiaſtico acquiſita, ſine diſtinctione deferuntur; nam ita conſuetudine obtentum eſt, quæ quoad hanc bonorum applicationem eſt obſeruanda, vt plurimis laudatis, probat Farinac.*n.* 187. de qua 136

V 2 idem

idem agit, *n.*188. Sanchez *n.*26. Clar. *d. n.*13. Tuſch. *l. H. conc.* 102. *n.*15. Azeued. *n.*121. Simanc. *n.*131. Param. *de origin. offic. Sanct. Inquiſit. lib.*2. *tit.*1. *c.*2. *n.*14. Nauar. *d. conſ.*20. *num.*1. Gutier. *n.*4. *cum ſeqq.* Cant. *ſup. n.*41. & 42. Vela *de delict. c.* 14. *de hæretic. verſ. Apud nos tamen.* Salçed. *vbi ſup.*

137 Reges tamen Catholici nullum ſibi lucrum percipiunt, ſed damnatorum bona liberaliter Sancto Officio ad eius ſumptus concedunt: vt in ſecunda inſtructione Hiſpalenſi diſponitur; & ita obſeruari teſtantur Simanc. *numer.* 132. Cantet. *vbi proximè*, Azeued. *dict. numer.*221. Gutier. *numer.*5. Quo obuiam itum eſt eis, qui minus recte de ea conſuetudine ſentiunt.

138 His pro coronide addendum eſt, quod notaot Bald. *in l.*1. *C. de Summa Trinit.* Decian. *d. lib.*5. *cap.*25. *n.*2. quos, & alios refert Bobadill. *d. cap.*17. *n.*201. *ad fin.* ſcilicet, quòd ſi Inquiſitores, vel alij Iudices Eccleſiaſtici omiſerint in ſententia aduerſus hæreticum bonorum confiſcationem, poterit nihilominus ſecularis Iudex bonorum condemnationem facere, vbi ea ad Fiſcum Regium ſpectant. Sed hoc ſuperfluum videtur, nam ex quo aliquis hæreſis damnatur, omnes pœnas hæreticis legibus impoſitas contrahit, quamuis Iudex nullam expreſſerit, *l.*1. §. *Sed non vtique, ff. ad Turpillian.* Paz *in praxi. tom.*1. *p.*5. *c.*3. §. 12. *n.*96. Maximè cum confiſcatio hæc ipſo iure contingat, *c. cum ſecundum* 19. *de hæretic. in* 6. Sanchez *ſup. c.* 14. *n.*1. Igitur poſtquam Iudex Eccleſiaſticus declarauerit quemquam hæreſim perpetraſſe, etiam nulla confiſcationis facta mentione, poterit Fiſcus eius bona apprehendere: quod in vltimis verbis proximè allegati textus apertè demonſtratur, ibi: *Sententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata.* nec ſpecialis pronunciatio ſuper confiſcatione deſideratur.

AD CAPVT X.

Crimen ſemel in iudicium deductum quando iterum obijci ad punitionem poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Interpretes legendi congeruntur.*
2 *De crimine abſolutus legitimè, vel damnatus, pro eodem moleſtari non poteſt.*
3 *Ea exceptio litis ingreſſum ſecundo accuſatori precludit.*
4 *Abſolutoria ſententia aliquando complici prodeſt.*
5 *Abſolutoria in populari actione cæteris actionem tollit. Idem eſt in eis, quæ aduerſus electum obijciuntur.*
6 *Reus quibus de cauſis definitiuè abſoluatur.*
7 *In dubio præſumitur abſolutus, quod probatum crimen non eſt.*
8 *Ab inſtantia liberatus iure de eodem crimine denuò arguitur*
9 *Quandiu liceat accuſationem repetere.*
10 *An liceat primo accuſatori?*
11 *Quandò definitiuè abſolutus poſſit iterum accuſari, & n.*12. *cum ſeqq.*
17 *Actio ciuilis quando præiudicet criminali accuſationi.*
18 *Liberatus à delicto per Principem, gratia, vel pecunia, deinde moleſtari pro ipſo non poteſt, n.*19.20.
21 *Abſolutio in foro animæ accuſationem non impedit, n.*22.
23 *Blaſphemus in foro exteriori punitur, etſi quoad internum ſit abſolutus.*
24 *Per Baptiſmum delicti præteriti remiſſio quoad forum externum non conceditur.*
25 *Quoad forum poli peccata omnia prorſus delentur.*
26 *Iudice procedente per viam inquiſitionis, vel denunciationis, abſolutus iterum ex eodem delicto inquietari non debet.*
27 *Quid de crimine per exceptionem obiecto, n.*28.
29 *Tranſactione iudicio criminali finito, reus ob idem crimen trahi ad iudicium poteſt, de quo ad n.*32.
33 *Abſolutus virtute proprij iuramenti accuſari deinceps prohibetur.*
34 *Secus ſi ſententia lata non ſit.*
35 *Iuramentum reo ad ſe purgandum, vel de veritate dicenda, in criminalibus quando ſit deferendum.*
36 *Delicta mixti fori quæ dicantur.*
37 *In cauſis mixti fori eſt præuentioni locus: & quando reus in vno foro punitus, vel abſolutus, poſſit in altero coërceri? ad n.*39.
41 *Iniuriam paſſus quatenus in foro conſcientiæ illam remittere debeat? ad n.*49.
50 *Inferens vulnus, vel occidens, ad reſtituendum teneatur? ad num.*59.
60 *Propter deformitatem ex vulnere an ſoluere vulnerans aliquid debeat? & n.*61.
62 *Heredes homicidæ teneantur ad reſarciendum damna, & expenſas vulnerate, aut ſucceſſoribus eius; & n.*63.
64 *In foro animæ an aliquid præſtari debeat propter homicidium, aut vulnus.*
65 *Et vtrum homicida opera pia pro anima defuncti facere teneatur? & n.*66.
67 *Iniurians tenetur in foro conſcientiæ petere veniam ab iniuriato, & hic talem ſatisfactionem admittere, & odium deponere, etiam venia non petita, n.*68.
69 *Non licet inimicis denegare, quæ omnibus proximis præſtare tenemur.*
70 *Limitatur quod dicitur, ſup. n.*67.
71 *Damnum inferens pro iuſta defenſione ad quid obligetur.*
72 *Occidens in duello alterum, qui ſe inuicem ad illud prouocarunt, an ad pecuniariam ſatisfactionem ſit aſtrictus? ad n.*77.
78 *Iniuriam inferens quotupliciter poſſit conueniri; & actio criminalis quando ciuili præiudicet, & è contra.*
79 *Pœna pecuniaria reo impoſita propter iniuriam illatam, eſt applicanda Fiſco ſi pars criminaliter agat.*
80 *Expenſa, & damna per iniuriam illata, incidenter aut principaliter peti poſſunt.*
81 *Æſtimatio damnorum, & iniuriæ quomodo fiat.*
83 *Quando ex vno actu plura delicta procedunt, quomodo reus puniatur? ac de numerica criminum diſtinctione; ad num.*109.
90 *Percutiens ſimul vnum, vel plures Clericos, quot excommunicationes contrahat.*
110 *Reus, qui diuerſis pœnis damnatur, omnes pati debet, niſi incompatibiles fuerint, & tunc Iudex eligit.*
111 *Damnatus ad mortem, & ad membri alicuius abſciſſionem, quando vtramque pœnam ſuſtinebit.*
112 *In cadauer rei in atrociſſimis vindicatur.*
113 *Pœna leg. Pompeia de parricid. in deſuetudinem abijt.*
114 *Viuus de iure comburendus eſt, qui ad mortem ignis damnatur; ſed aliud apud Catholicos obſeruatur.*
115 *Heretici quomodo vltimo ſupplicio afficiantur ad n.*119.
120 *Delinquentes in eremo quo genere ſupplicij in Hiſpania extinguantur.*

Circa materiam capitis huius latè diſſerunt Greg. Lop. *in l.*12. *tit.*1. *part.*7. Farinac. *in prax. crim. tom.*1. *quæſt.*4. Decian. *tract. crimin. tom.*1. *lib.* 3. *cap.* 30. Cardin. Tuſch. *practicar. concl. tom.*1. *lit. A. conc.*35. Caball. *reſolut. criminal. caſ.*93. Octauian. Spatbar. *in aur. method. de mod. corrigend. Regulares, tract.*10. *cap.*12, 13. Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ.*2. *cap.*7. Aug. Barboſ. *in collectan ad cap. de his, de accuſationib.* Iul. Clar. *in prax* §. *fin. quæſt.* 57. & *ibi* Baiard. Seſſe *Aragon. deciſ.* 106. Salced. *ad Bernard. Diaz reg.*6. Ant. Gom. *variar. lib.*3. *cap.* 1. *ex num.* 26. Marant. *de ordin. iudicior. part.*6. *titul. de Inquiſit.* Follet. *in praxi crimin. c.*35. 1

De crimine iudicialiter abſolutus nequit de eodem iterùm accuſari, *l.*10. *ad finem, verſ. Otroſi ſeyendo tit.*22. *part.*3. *l.*12. *tit.*1. *part.*7. *l.*3. *ff. de præuaricatorib. l.*3. §. *Sed etſi mulier, ff. de liber. hom exhib. l. ſi cui crimen.* 7. §. 1. *ff. de accuſat. l. ſiquis homicidij* 11. *C. eod.* Gloſ. *verb. accuſari, in d. l ſi cui crimen,* §. 1. Greg. Lop. *in d. l.*10. *gloſ.*26. Farinac. *n.*1. Pacian. *de probat. lib.*1. *c.*68. *num.*, 8. Ant. Gom. *nota.*26. Caualcan. *de Brach. Reg. part.*4. *n.*240. 273. Clar. *num.*1. Follet. *num.*3. Tiraquel. *in tract res int. alios act. limit.*25. Marant. *num* 49. Scaccia *de iudic. lib.*1. *c.*12. *n.*84. Guazzio. *n.*1. Gratian. Falcon. *reg.*125. Caball. *n.*1. Bernard. Diaz. *de reg.*6. Tuſch. *n.*1. Decian. *n.*1. Villadieg. *in Politic. c.*3. *n.*358. Barboſ. *n.*1. nam vt inquit Paulus *in l. licet* 6. *in fine ff. naut. caup. ſtabular.* de admiſſo eiuſdem hominis ſæpius quærendum non eſt, 2

Gloſ.

Gloſ.vlt.in c.fin. de colluſion.detegend. Ant. Gom.ſup.d.n.26. Boër.cum pluribus, deciſ.289. n.7. maximè cum legitimè abſolutus innocens præſumatur, Menoch. de præſumpt.lib. 1.q.14. n.71. Qua ratione idem dicendum eſt regulariter de eo, qui condemnatus eſt, vt amplius ſuper eodem delicto moleſtandus non ſit, Guazzin. ſup. Tuſch. lit.S. conc. 569.n.1. Marant.n.40. Farinac.n.2. Clar.ſup.& alij communiter. Quod verum eſt, quamuis mitius, quàm oporteba, punitus ſit, Tuſch. d.conc.53.num.17. Guazzin. n.23. verſ. Amplia etiam, Boer ſup.n.5.& ſeq. Cataut.tit.271.num.24. verſ. Etiamſi minus, Bald. conſ.54.in fine, lib.1. Imò neque in diuerſis locis, Guazzin. n.57. niſi Iudices ſeparatam habeant iuriſdictionem, vt ſecularis, & Eccleſiaſticus, Guazzin.n.24. de quo infrà; aut fraus in Iudice mitius puniente probetur, Clar. n.12. Tuſch. ſup.d.conc.53. num.18. Guazzin. n.25. vbi alij.

3 Quæ exceptio abſoluto, vel damnato proficit, vt litis ingreſſus impediatur, Guazzin.n.2. Farinac.num.8.verſ. An hæc exceptio, quæ tamen non ſubueniet ei, qui delictum poſt abſolutionem fuerit confeſſus, vt latè probat Farinac. n.44. Guazzin.n.56. Idem iuris erit, ſi Princeps de abſoluta poteſtate ob atrocitatem facinoris Fiſcum aduerſus ſententiam reſtitueret, vt reus abſolutus iterum moleſtetur, Farinac.n.46. Sed abſolutus ob præſcriptionem, etſi delictum fateatur, non punitur; Guazz.n.53. vbi alij.

4 Aliquando contingit, vt ſententia abſolutoria volunt alteri proſit, ne accuſari queat; veluti quando vir de adulterio poſtulatus abſoluitur, nam fœmina, cum qua delictum admiſiſſe dicebatur, atqui de eodem non permittitur, quandiu nupta fuerit, quod matrimonij fauore inductum eſt, de quo in l.2.§.1.ff.denunciaſſe 17.§. vlt.ff. ad leg. Iul.de adulter.l.27. ad finem, tit.22.part.3.l.9.tit.17.part.7. notant Greg.Lop.in d.l.21.gloſ.vlt. Farinac de delict.carn. q.141.n.108. Cyriac.controu.forenſ.to.2.controu.354.n.1.21. Ant.Gom. in l. 80. Taur. nu. 72. Citra quod eſt ſingularis doctrina Angeli, quam refert Cyriac, ſup. ait enim ille, quod etſi præfata exceptio viduis non competat, l.adulter. 19.§.Si eo,& §.fin.ff.eod. tamen ſi, abſoluto adultero, mulier coniugata accuſetur, ipſaque accuſantem repellat, non poterit ampliùs vexari, adhuc ſoluto matrimonio.

5 Quod de accuſatione dictum eſt, in actionibus procedit popularibus, quia ſemel abſolutus deinde inquietari nequibit; l.eum qui 30. §. In popularibus, ff.de iureiur. l.3.ff. de popularib.actionib. l.50.in fine, tit. 22.part.3. vbi Greg.Lop. gloſ.vlt. Gloſ.in l.2.C.quib.res iudic.non noc. Hoc ipſum debet obſeruari, quando aliquis defectus obiicitur ad irritandam electionem, nam ſemel ſententia lata pro electo, vexari ex eadem cauſa iterum non permittetur, quamuis alius ſit, qui velit opponere, Gloſ.verb. iudicatum, in cap. cum dilect.32.de election. Alexand. in l. ſæpè, col. n. ff. de re iudicat. Greg.Lop. vbi proximè, Tiraquel.ſup.limit.20.

Ad Num. 1.

6 Præmittendum eſt, duplici de cauſa in iudicio criminali quemquam definitiuè abſolui poſſe, vel quia de innocentia rei legitimè conſtitit, vel quoniam crimen probatum non eſt. Primo caſu extra dubium eſt ſecundæ accuſationi viam eſſe omnino præcluſam. Secundo, quamuis perperam faciat Iudex, qui contra receptam in praxi opinionem reum definitiuè abſoluerit, vt ſentit D. Couarr. ſup. lib.1.c.1.n.8.verſ. Ex quibus tandem, Farinac.n.27. Guazzin. n.4. Nihilominus ſic abſolutus ampliùs reus effici prohibetur, quoniam innocens præſumitur, Greg.Lop.in d.l. 12.gloſ.2. Farinac.ſup.verſ. E conuerſo, Caball.n.4. Foller.n. 8. Guazzin.ſup. Tuſch.d.conc.53 n.28.& d.conc. 169. n.4. vbi alij,& n.7. hoc probat, quando terminus ad probandum fuit accuſatori præſcriptus. Contrarium tamen ſuſtinet Clar.n.2. in fine, poſt alios, quos laudat Tuſch.d.conc. 169.n.6.

7 Sed ſi Iudex abſoluat reum definitiuè non exprimens cauſam, quæritur, an cenſeatur abſolutus, quia de innocentia conſtitit, vel quoniam crimen probatum non eſt? Et in primia ad acta recurrendum eſſet, ex quibus ſi liquere nequeat, in dubio præſumendum eſt, Iudicem ex eo abſoluiſſe, quod delictum probatum non eſt, Farinac. n.28. Clar.n.3. Guaz.n.21.36. Tuſch.d.conc.53.n.27. Caball. ſup. à num.11.

Quoties reus abſoluitur ab inſtantia, ſiue obſeruatione iudicij, non prohibetur ſuper eodem crimine iterùm moleſtari; Greg Lop.vbi proximè, Dec.n.27. Menoch.de præſumpt.lib.1.q.93. in fine, Pacian.ſup. c.67. n. 42. Guazzin. n.53. Boſſ. in prax.tit. de ſentent.n.65. Clar, n.3. Villadieg. in politic. c.3.num.338. Farinac. cum aliis, n. 13. Tuſch.d. conc.169.n.12. Baiard ad Clar.d q.57. n 1. Theſaur.dec.81. n.1. Brun.à Sole d.q.17.n.6.9. Caball.caſ.93.n.8.29. 8

Intra quæ tempora liceat accuſationem, aut inquiſitionem inſtituere aduerſus reum, ab obſeruatione iudicij abſolutum non conuenit inter DD. qui in varias ſententias abière, vt videre eſt apud Guaz.n.10. Farinac.n.29. Caball. d. caſ. 93.n.33. qui rectius tenet, ius repetendi accuſationem, aut denuò inquirendi extingui intra id temporis, quo de iure crimen, de quo agitur, obijci ad punitionem poſſet, eſtque computandum à die, quo talis ſententia abſolutoria prolata eſt, nam præſcriptio, quæ cœperat ea quo delictum fuit perpetratum, per primam accuſationem manſit interrupta. 9 [illegible]

Ibi, Quo in loco adnotarunt Marianus.

Hanc Mariani ſententiam de iure Canonico veram dicit Farinac.n.30. de quo poteſt dubitari, quia iura prohibentia, vt inimicus ad accuſandum admittatur, loquuntur de illo, qui primò accuſaturus accedit; aliud verò eſt, accuſationem repetere, & inſtantiam, à qua reus abſolutus fuit ob ineptitudinem libelli, vel aliam ſimilem cauſam inſtaurare, præſertim ſi non poſt multum temporis fiat; argumento l.plerique 31.ff.de rit.nuptiar. l.vir mulieri 65.ff. de donat.inter. Credendumque eſt eodem zelo iuſtitiæ, quo accuſationem primò propoſuit, illam ſuſcitare, non prauo inimicitiæ affectu, ad quod facit l.ſi cui 7.§.1. ff. de accuſat. l.non omnes 5.§. A barbaris ff. de re militar. nam præſumitur quiſque in eadem voluntate, & propoſito, ſiue bono, ſiue malo perſiſtere; Gloſ.in l. cum tacitum, verb.conuenitur, ff. de probat. Quidquid de iure Canonico ſit, iuxta Ciuile nulli dubium eſt, quin idem, qui accuſauit reum ab obſeruatione iudicij abſolutum, permittatur, aut inſtantiam reaſſumere, aut nouum iudicium inchoare, l. aut primum 10. §.1. &c. Senatuſconſulto 15.§.fin.ff. ad Turpillian. Gloſ.verb. alij, in l.libellorum 3 §.vlt.ff.de accuſat. Marian.Socin.in cap. de his, n.52.de accuſat. Farin. vbi proximè, Foller. ſup. nu. 16. Guaz. n.52. 10

Verſ. Secundò, tum demum.

Abſolutus à criminali accuſatione, ita demum de eodem delicto poſtulari permittitur, ſi primi accuſatoris præuaricatio probetur; l.20. tit.1.part.7. vbi Greg.Lop.l.12. tit 1. part.7. Ant.Gom.d.n.26. Dec. n.22. Barbol. num.8.in fine, Guazzin. n.44. Foller. n. 4. Caualcan. ſup.part.4. nu. 174. 184. Tuſch. d.concl.53.n.22. Clar. num.3. Farin. cum aliis, n.13.14. vbi quis ſit præuaricator, & vnde dictus. Similiter dicendum eſt, vbi colluſio cum Iudice Tabellione; aut teſtibus interceſſerit, cap.vlt.de colluſion. detegend. Anton. Gom. Farin. Guazzin. Tuſch. Clar. vbi proximè, Baiard. num.11. 11

Verſ. Tertiò, admittenda eſt.

Reus etiam definitiuè abſolutus, de eodem crimine iterum arguitur ab eo, qui propriam, vel ſuorum proſequitur iniuriam, modò primum iudicium ignorauerit; d. l.12. ad finem, tit.1. part.7. vbi Greg.Lop. gloſ. penult. & ſeq. Farin. n.22. Tuſch.n.7. Decian.n.23. Ant.Gom.ſup. Boſſ. nu.81. Marant. d.tit.de inquiſit.n.54. Foller. n.6. Guazzin nu.46. Villadieg. Gutt. Philip. vbi ſup. Clar n.4. Idem eſt, ſi euim ſciret, impeditus fuerit ad accuſandum, l.ſi maritus.§. vlt.ff. ad leg. Iul. de adult. Anton. Gom.& Farinac. vbi proximè. Quod limitatur in leuibus cauſis, quibus ſemel abſolutus nullo modo vexari ex eadem cauſa permittitur; vt colligitur ea d.l.ſi cui §.1.ff.de accuſat. & tradit. Guaz.in n.48. Clar. vbi proximè, Farin.n.22. Brun.à Sol.in quæſt. leg.d.q. nu. 9. 12

Sed cum quis admittitur aduerſus ſemel abſolutum, qui 13 propriam proſequitur iniuriam, cautionem præſtare

compellitur de reficiendis expenſis reo, ſi in accuſatione ſuccubuerit, Farinac. & Clar. *ſup.* Guazzin. *n.* 48.

Ibi : *Et probabitur ignorantia.*

14 Ignorantia præcedentis accuſationis, vel inquiſitionis præſumitur in abſente, & minore; ſed qui præſens fuit, ignorantiam per iuramentum eſt probaturus, Farin. pluribus laudatis, *n.* 21. Ant. Gom. *ſup.* Guazzin. *num.* 47. Greg. Lop. *d. gloſ. penult.* Villadieg. Cur. Philip. *vbi proximè*, Foller. *num.* 7. Clar. *n.* 4. Tuſch. *n.* 24. Sed contra iuramentum ſcientia probari poterit, Greg. Lop. Clar. *ibidem.*

Ibi : *Facit ad hoc Gloſſa inſignis*

15 In eis, quæ ab animo cuiuſque pendent, vt ſcientia & ignorantia, eius iuramento ſtandum erit, qui ſciuiſſe, aut ignoraſſe aſſeuerat, Gloſ. *verb. propria manu*, *in c. ſi vero* 4. *de ſentent. excommunicat.* Menoch. *de arbitrar. caſ.* 86. *n.* 5. Pacian. *d. lib.* 1. *c.* 39. *n.* 9 Maſcard. *de probat. conc.* 881. Cyriac. *tom.* 1. *contro uerſ.* 128. *n.* 20. Gratian. *reg.* 270. *n.* 4. Sanch. *de matrimon. lib.* 1. *diſp.* 62. *n.* 6. Guazzin. *vbi proximè*, Brun. *n.* 15. Farinac. *d. n.* 21. *verſ. Si vero quæ.* Qui tres vltimi in ſpecie loquuntur, *D. Couar.* rationem hanc probantes.

16 Quod ſi veriſimile non fuerit, quod iurans primam accuſationem ignorauerit, repelletur; Farinac. *ſup. verſ. Sed prædicta:* Guazzin. *n.* 47. Clar. *vbi proximè.* Nam regula nuper tradita limitatur, quando eſt aliqua præſum ptio contra eum, qui iurat, tunc enim fides ei non adhibetur; Menoch. *n.* 7. Vincent Maucin. *de iurament. part.* 4. *effect.* 44. *n.* 14. Maſcard. *conc.* 9. *n.* 17. Cyriac. *n.* 113. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.* 4. *n.* 24. *verſ. Hoc tamen intelligendum*, Tuſch. *lit. I. conc.* 531. *n.* 85. & alij, quos refert Farin. *ſup.*

Verſ. *Quarto eadem deciſio.*

17 Qui ciuiliter conuenitur ad perſequutionem rei familiaris dontaxat, vt ad damna, & expenſas, quamuis iudicialem abſolutionem obtinuerit, iterum pro eodem delicto poterit moleſtari criminaliter tam ab alijs, quam ab ipſo, qui egit, quando ideo fuit abſolutus, quia probatio defecit; ſed ſi abſoluatur, quod de innocentia apparuit, idem, qui primum egit repellitur, alij verò accuſare non prohibentur. Aliud eſt ſi obijciatur crimen in iudicio ad vindictam ciuiliter, veluti, quando qui iniuriam paſſus eſt, agit ad nummariam iniuriæ ſatisfactionem ſibi applicandam; quoniam tunc abſolutio indiſtinctè omnibus obſtat, ciuiliſque actio criminali præiudicat. De quo Decian. *num.* 13. Farinac. *nu.* 40. Tuſch *numer.* 2. Guazzin. *numer.* 34. 35. Clar. *num.* 2. Brun. *num.* 26. 27. Marant. *ſup. num.* 89. Boſſ. *dict. titul. de ſentent. num.* 77. Maſcard. *conc.* 4. *num.* 10. Ponte *conſ.* 49. *n.* 1. Camil. de Medic *conſ.* 159. *num.* 49. 50. & omnes communiter in *l. vlt. C. quand. ciuil. actio criminali præiudic.*

Ad Num. 2

18 Si quis per diſpenſationem, ſiue remiſſionem fuerit ſemel liberatus ab eo, qui in foro externo ſuper crimine valet diſpenſare, ampliùs de eo accuſari prohibetur, Gregor. Lop. In *d. l.* 12 *gloſ.* 2. Decian. *n.* 7. Tuſch *n.* 10. Farinac. *in prax. q.* 6. *n.* 1. Plac. *in epitom. delictor. lib.* 1 c. 38. Clar. *n.* 9. Spathar. *ſup. c.* 13. *n.* 4. Guazzin. *n.* 29. Barboſ. *n.* 6.

19 Idem eſt de eo, qui per compoſitionem factam cum Fiſco, vel Iudice, qui ad id obtinet poteſtatem, abſoluitur; Farinac. *quæſt.* 5. *numer.* 4. vbi latiſſimè per *totam quæſtionem* de huiuſmodi compoſitionibus agit, Spathar. *c.* 12. *num.* 6. Barboſ. *vbi proximè.*

20 Quæ tamen limitantur, quando vnus Princeps, vel eius Iudex remiſit, & in alterius territorio reus accuſatur, quia remiſſio non proderit, Clar. *vbi proximè, verſ. Scias tamen*, Tuſch. *n.* 13.

Verſ. *Cæterum præmiſſa lege, aut conſuetudine.*

De hoc actum eſt *ſup. cap. proximo*, *n.* 88. vbi Authores laudauimus.

Ad Num. 3.

Qui per pœnitentiam publicam, vel occultam quoad forum interius abſoluitur, accuſationem iudicialem ſubterfugere non valebit, quominus in foro externo dignè plectatur; Menoch *ſup. caſ.* 359. *numer.* 31. *cum ſeq.* Tuſch. *n.* 44. Clar. *num.* 10. Farinac. *d. quæſt.* 4. *num.* 5. 6. And. Gail. *de pac. public. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 26. 27. Brun. *num.* 30. Ant. Gom. *d. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 40. Decian. *num.* 28. Spathar. *cap.* 13. *n.* 3. Guazzin. *n.* 49. Guttier. *de delict. quæſt.* 66. *num.* 4. Barboſ. *num.* 8. Pariador. *differens.* 12. §. 2. *num.* 22. etiam ſi grauiſſima pœnitentia imnogatur, Menoch. *n.* 36. Ant. Gom. & Clar. *ſup.* Quamuis in pœnitentia publica contrarium ſentiant Greg. Lop. *d. gloſ.* 2. *in fine*, Caualcan. *ſup. n.* 274. Marſil. *ſing.* 639. & alij apud Menoch. *num.* 41. 42. qui hanc ſententiam contra alios probat. 21

Quæ communis reſolutio obtinet, etiamſi Pontifex abſoluerit, vel qui iuriſdictionem ſimul temporalem haberit, quoniam adhuc abſolutos in foro animæ, non cenſetur remittere pœnam quoad forum contentioſum, Brun. *n.* 30. Farinac. *n.* 3. Menoch. *à n.* 38. vbi de hæretico agit. 22

Ibi : *Quidquid ſit, non poſſum non mirari.*

Blaſphemum poſſe puniri in foro externo, ſiue per accuſationem, ſiue denunciationem, aut inquiſitionem, quamquam in foro pœnitentiali ſit abſolutus, contra *Bartolum* tenent Anton. Gom. & Guazzin. *vbi proximè.* Guttierr. *ſup. à num.* 2. Simanc. *de Catholic. inſtitutionib. tit.* 8. *n.* 28 Farinac. *num.* 6. Azeued. *in l.* 1. *n.* 33. *tit.* 4. *lib.* 8. *Recopilat.* Auil. *in cap.* 25. *Prætor. gloſ.* 1. *num.* 10. Pariador. *ſup.* Menoch. cum pluribus, *num.* 35. Decian. *ſup. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 16. Sunt tamen, qui *Bartolo* accedunt præter relatos *hic* à D. Couar. vt Firmian. *in ſuo repertor. verb. blaſphemia*, *verſ.* 7. Nell. *in tract. de bannit. in* 3. *part.* 2. *tempor. quæſt.* 49. Vulpel. *in tract. de pace*, *q.* 26. Sed à priore recedendum non eſt. 23

Ad Num. 4.

Sacri Baptiſmatis ſuſceptio non impedit, quominus baptizatus ob crimē in iudaiſmo, vel infidelitate commiſſum plectatur, Gregor. Lop. *d. l.* 12. *gloſ.* 1. Guazzin. *n.* 50. Decian. *ſup. d. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 28. Becan. *ſtatim laudandus*, *num.* 3. Sanch. *de matrimon. lib* 10. *diſput.* 3. *numer.* 5. vbi & alij. Tiſaquel. *de pœn. temperand. cauſ.* 25. *num.* 2. 3. Clar. *quæſt.* 51. *num.* 19. Farinac. *quæſt.* 98. *num.* 145. Ant. à Gama *de Sacrament. præſt. vltim. ſupplic. damnat. quæſt.* 3. *num.* 3. Ricciul. *de iur. perſonar. ext. grem. Eccleſ. exiſtent. lib.* 4. *c.* 18. *num.* 17. Quoniam ius Reipublicæ, vel alij quæſitum, per Baptiſma auferri nequit, vt per Cyriac. *tom.* 1. *quæſt.* 86. *per totam.* De quo latè Marquard. *in tract. de Iudeis*, *part.* 3. *cap.* 5. *ex n.* 1. quidquid teneant aliqui apud Sanch. Sed *Becan.* vbi mox laudabitur, *n.* 3. *verſ. Reſpondeo ſecundo*, docet ex *D. Thom.* poſſe Principem ſancte Baptiſmi pœnam criminis antea commiſſi remittere, quod æquum in non atrocibus videtur. 24

Ibi : *Hæc inquam pœna per Baptiſmum.*

Per Baptiſmum peccata, etiam actualia remittuntur tam quoad culpam, quam quoad pœnam in foro animæ; eſt de fide, Trident. *ſeſſ.* 6. *cap.* 14. *ſeſſ.* 14. *c.* 5. Concil. Florent. *in Decret. Eugenij*, Clement. Alex. *lib.* 1. *Pædagog. c.* 6. ibi: *Multis modis vocatur hoc opus lauacrum, quo peccata abſtergimus; gratia, qua remittuntur pœnæ, quæ peccatis debentur*, Pat. Suar. *tom.* 4. *in* 3. *part. diſp.* 26. *ſect.* 1. *n.* 3. Becan. *de Sacrament. c.* 11. *de Sacrament. in ſpecie, quæſt.* 4. *n.* 2. Cyriac. *vbi proximè*, *n.* 3. 6. Pat. Vazq. *tom.* 2. *in* 3 *part. diſp.* 156. *cap.* 3. *per tot.* Bonacin. alios referens *de Sacrament. diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 7. *num.* 5. Sanch. *vbi ſup.* Greg. Lop. *in l.* 3. vbi textus, *gloſ.* 2. *tit.* 3. *p.* 1. 25

Ad Num. 5.

Reos per viam inquiſitionis, vel denunciationis à crimine definitiuè abſolutus, iterum pro eodem, nec iure Canonico, nec Ciuili poteſt vexari. Ita indiſtinctè, imò & diſtinctionem, quam *in præſenti* D. Couarr. refert, reijcientes, 26

rei, docent Farinac. *d. quæſt. 4. num. 3.* Batt. *in l. Diuus, la 2. verſ. Vlterius quæro, ff. de cuſtod. reor.* Tuſch. *d. conc. 53. num. 3.* Baiard. *d. num. 11.* Guazzin. *num 3.* Clar. *num. 7. 8* Caball. *d. caſ. 91. num. 2.* Greg. Lop. *in d. l. 12. gloſ. 3. tit. 1. part. 7.* Dec. *n. 5. 6.* Ant. Gom. *d. cap. 1. nu. 26.* & eſt textus *in cap. vlt. de colluſion. deregend.*

27 Quod ſi delictum per exceptionem in iudicio incidenter obijciatur, & ſubſequatur abſolutio, non ideo minus accuſatio de eodem admittetur, quia cum ſic de crimine cognoſcitur, non fit ad vindictam, nec conuictus punitur; *c. 1. §. vlt. in. de except. c. 2. §. Verum ſpoliatione, de ordin. cognition.* ex quo præmiſſam concluſionem probant Farinac. *num. 39.* Decian. *num. 2.* Marant. *de ordin. iudicior. part. 6. tit. de Inquiſition. numer. 85.* Pacian. *de probat. lib. 1. capit. 68. num. 39.* Follet. *in prax. d. cap. 35. num. 17.* Guazzin. *ſup. defenſ. 2. cap. 7. num. 27. 28.* Bart. *in l. ſi cui crimen, §. 1. n. 5. ff. de accuſat.* Felin. *in cap. de ijs in 3. limit. de accuſat.* Brun. à Sole *d. q. 17. n. 24. 48.*

28 Hinc deducendum eſt, quod ſi crimen in exceptionem oppoſitum poſſet legitima pœna per Iudicem principalis cauſæ coerceri, veluti cùm mulier de adulterio per virum poſtulata, ei exceptionẽ obijcit lenocinij circa idem adulterium, iuxta *l. 2. §. Vnde. quæri poteſt, ff. ad leg. Iul. de adulter.* non minus prodeſt abſolutio, ne iterum accuſari queat, quam ſi principaliter de crimine actum fuiſſet, vt reſolutius Decian. *num. 3.* Farinac. Marant. Foller. Brun. *vbi proximè*, Guazzin. *num. 28.* Caſus autem, in quibus Iudex poteſt punire delictum per exceptionem ad Iudicium deductum, refert Felin. *in d. cap. 1. de except.* Abbas *in cap. 2. de ordin. cognit.* Brun. *num. 24. verſ. Procedit. tamen iſta limitatio.*

Verſ. *Nonò; Idem canon procedit.*

29 Reus delatus de publico delicto, qui cum accuſatore, etiam iure permittente, tranſegit ex *l. tranſigere. 8. C. de tranſact. l. 21. tit. 1. part. 7.* alterius accuſationem effugere nequibit, Farinac. latiſſimè ex *num. 31.* Marant. *num. 55.* Clar. *num. 6. & quæſt. 58. num 4.* Foller. *num. 15.* Brun. *n. 21.* Tuſch. *num. 36.* Padill. *in d. l. tranſigere, num. 51.* Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 3. nu. 55.* Guazzin. *num. 32. & defenſ. 3. c. 6, num. 8.* Greg. Lop. *in d. l. 22. gloſ. 1.* ſed & Iudex de eodem crimine inquirere non prohibetur, Farinac. cùm alijs, *n. 32.* Guazzin. *d. num. 8.* Greg. Lop. *ſup.* vbi ait, idem iuris eſſe poſt *d. legem Regiam*; conſentit Ant. Gom. *num. 56.* & quanquam de iure, neque Iudex, neque priuatus permittatur deſertam inſtantiam poſt triginta dies, à quo tranſactum eſt, ſuſcitare; de conſuetudine verò Iudici non eſt vetitum, eundem proceſſum poſt illud tempus proſequi, Farin. *n. 33.* Ant. Gom. *n. 55.* apud quos alij.

Ibi: *At ſi crimen in iudicium.*

30 Tranſactione facta cum eo, cui primò ius accuſandi competit, quia ſuam vel ſuorum iniuriam proſequitur, nullus remotior, etſi pactionem ignorauerit, accuſaturus admittetur cum prærogatiua, ſed vt quilibet de populo, de quo Farinac. *num. 37.* Iul. Clar. *d. quæſt. 58. num. 2. 3.* Guazzin. *d. cap. 6. num 15.* Decian. *ſup. lib. 3. cap. 30. n. 40.* Marant. *ex n. 58.* Quod de iure controuerſia non caret, ſed de conſuetudine ita ſeruatur, Clar. *ſup.* Farin. *verſ. Tu vero dicas.*

31 Ipſe verò qui tranſegit adeo manet ab accuſando de eodem crimine remotus, vt quamuis tranſactum ſit cum onere aliquid faciendi, vel dandi per reum, ea conditione addita, quod niſi ita adimpleatur, ius accuſandi reuiuiſcat, nihilominus ad accuſationem regredi non poſſit accuſator, quanquam reus promiſſis non ſtet, Guazzin. *d. cap. 6. num. 17.* Guttier. *in Authent. Sacramenta puberum, nu. 137. C. ſi aduerſ. vendit.* & alij, quos refert, & ſequitur Olea *de ceſſion. iur. tit. 8. qu. 1. n. 22.* quanquam contrarium teneat Parlador. *differen. 31. §. 2. n. 8.*

Ibi: *Quibus ad Regiam legem 22.*

32 De intellectu *l. 22. tit. 1. part. 7.* agunt Greg. Lop. *ibidem*, Ant. Gom. *d. num. 56.* Padill. *in d. l. tranſigere.* Qua quoad facultatem accuſandi nihil eſt immutatum, ſed præter ius commune inductum, ne poſt tranſactionem liceat pœnam corporalem irrogare, quod antea ex legibus Iuſtinianeis fuerat controuerſum, reſte Farinac. *num. 34.* Videas Clar. *quæſt. 58.* vbi plenè de *d. l. tranſigere.*

Verſ. *Decimò, eadem Canonis conſtitutio.*

Abſolutus per ſententiam virtute iuramenti ſibi legitimè delati, propter idem facinus iterùm vexandus non eſt; Abbas & Butr. *in cap. ex tuarum, de purgat. Canonica.* Gregor. Lop. *d. l. 22. gloſ. 2.* Decian. *num. 9.* Guazzin. *d. cap. 7. n. 30.* Salicet. *in l. ſi quis homicidij, C. de accuſat.* 33

Ibi: *Sed quod etiam non lata ſententia.*

Hanc ſententiam præfati reprobant DD. quia abſolutio non tam à iuramento, quàm à præſumpta innocentia vires capit ex eo, quod de crimine non erat probatum, & ſic reus erat abſoluendus, etiam abſque iuramento. Ita Salicet. quem refert Greg. Lop. tenétque idem in *l. 10. tit. 11. part. 3.* 34

Ibi: *Quamuis moribus receptum ſit.*

Quando de iure locus ſit delationi iuramenti in criminalibus, conſtat ex *l. 10. tit. 11. part. 3.* de quo latiſſimè Fulu. Pacian. *ſup. lib. 1. cap. 71. per totum*, Boer. *deciſ. 86.* Maſcard. *de probat. conc. 957. num. 38. 39.* Gail. *de pac. public. lib. 2. cap. 7. num. 11.* Clar. *d. §. fin. quæſt. 37.* Ceuall. *commun. q. 300.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 464. n. 10.* & iuramentum deferri reo ad ſe purgandum in vſu non eſſe in Mediolanenſi Ducatu, teſtes ſunt Clar. *num. 6.* Boſſ. *in prax. tit. de ſentent. n. 75.* Iuramentum tamen de veritate dicenda reus præſtare cogitur, vt praxis obſeruat, quamuis periculum adſit peierandi, Ceuall. pluribus laudatis, *quæſt. 301. num. 2.* Suar. *in l. 4. num 14. tit. de las arras, lib. 2. for.* Paz *in prax. tom. 1. cap. 3. § 4. n. 8.* Villadieg. *in Polit. capit. 3. nu. 250.* Ant. Gom. *d. lib. 3. cap. 1. n. 65.* 35

Ad Num. 6.

Eſt prænotandum delicta mixti fori ea dici, quæ nedum ſtatui politico, verùm etiam ſupernaturali fini Reipublicæ Chriſtianæ ſpecialiter repugnant; quare immediate tam iure Canonico, quàm Ciuili prohibentur, Thom. Delbene *de immun. Eccleſiaſt. tom. 2. cap. 10. dub. 1. ſect. 1. ſuppoſ. 1. num. 8. & ſuppoſ. 2. num. 5.* Carlenal. *de iudic. lib. 1. diſp. 2. num. 771.* Balboa *in cap. cum ſit generale, n. 18. de for. competent.* Sunt autem delicta mixti fori, ſacrilegium, vſura, aſſaſſinium, periurium, adulterium, ſponſaliorum violatio, ſortilegium, duplicem coniugem eodem tempore habere, concubinatus crimen, blaſphemia non hæreticalis (nam quæ hæreſim ſapit ad forum ſeculare non pertinet,) & alia, quæ referunt Cardin. Tuſch. *lit. L. M. conc. 29.* Delbene, *d. ſuppoſ. 2.* Dec *ſup. lib. 4. cap. 26.* Parlad. *differen. 9. §. 2.* Clar. *quæſt. 37.* Bobadill. *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 17.* Guaz. *ſup. defenſ. 1. cap. 11. ex num. 2.* Farinac. *ſup. cap. 8. num. 129. cum ſeqq.* Ceuall. *q. 897. n. 573.* Anaſtaſ. Germon. *de Sacror. immunitat. lib. 3. cap. 12. à num. 51.* 36

In his ergo, cauſis, in quibus inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem eſt locus præuentioni, *cap. cum ſit 8. de for. competent.* Tondut. *de præuent. iudic. part. 1. cap. 1. num. 8.* Guazzin. *vbi proximè, cap. 10. num. 2.* ſi reus per Eccleſiaſticum prius ſit abſolutus, poterit nihilominus apud ſecularem per accuſationem, vel inquiſitionem plecti, Farinac. *d. quæſt. 4. num. 7.* Ant. Gom. *d. cap. 1. num. 40. in fine*; Gail. *ſup. d. cap. 11. num. 25.* Foller. *num. 23.* Marant. *num. 97.* Boſſ. *ſup. tit. de competent. num. 84.* Clar. *d. quæſt. 57. num. 12.* Guazzin. *ſup. d. cap. 7. num. 55.* Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 12, n. 81.* Tuſch. *d. conc. 53 n. 40.* 37

Per contrarium, Iudex Eccleſiaſticus non prohibetur procedere aduerſus abſolutum per ſecularem, Tuſch. *num. 41.* Bobadill. *ſup. num. 94.* Clar. *vbi proximè*, Afflict. *deciſ. 219. in fine*, Guazzin. *ſup.* Marant. *n. 55.* Caualcan. *de Brac. Reg. part. 4. num. 242.* Ratio eſt, quoniam illæ prædictæ Poteſtates ſunt diuerſæ ac ſeparatæ; quapropter exceptio 38

rei iudicatæ non obſtat: Ita Clar. Tuſch. Farinac. & alij nuper laudati. Idem eſt de Monacho non ſufficienter per Prælatum punito, in quem Epiſcopus poterit debitam pœnam ſtatuere, ſecundum Guazzin. *d. cap. 7. n. 54.* Decian. *d. lib. 3. c. 30. n. 29.*

39 Quæ autem dicta ſunt de abſoluto, æquè procedunt in punito mitiori pœna, quàm crimen depoſcit; & quod Iudex laicus poſſit punire, quem Eccleſiaſticus non condigna pœna coërcuit, docent Ant. Gom. *ſup.* Ceuall. *num. 576.* Gutier. *Canonicar. lib. 1. cap. 12. n. 15.* Cald. Pereira *de man. Reg. part. 1. cap. 10. num. 12.* Brun. à Sole, *d. quæſt. 17. num. 40.* Germon. *ſup. num. 88.* Clar. *num. 14.* Fuſch. *num. 45. cum ſeqq.* Guazzin. *defenſ. 35. c. 11. num. 9.* Scacc. *nu. 83.* Idem è contra de Eccleſiaſtico, vt plectere poſſit, quem ſecularis non ſufficienter punijt, aſſerunt Clar. Scaccia, *vbi proximè,* Farinac. *num. 12.* Et quamuis contrarium placeat Ant. Gom. *ſup.* Guazzin. *num. 2.* vbi alios refert, eorum opinio nititur præſumptioni, quòd ſcilicèt laici Iudices ſemper pœnas debitas delictis irrogant, cùm poſſint vſque ad vltimum ſupplicium ſeueritatem protelare; at ſi conſtiterit minus, quàm oportet, delinquentes fuiſſe punitos, neque ipſi ſentiunt, Eccleſiaſticum de eodem crimine cognoſcere non poſſe. De his tamen conſulas Tuſch. ea *d. n. 45.* Guazzin. *d. c. 11.* Anton. Gom. Farinac. Scaccia, & alios ſupra laudatos.

Ad Num 7.

40 Odio non proſequi iniuriam nobis inferentes tenemur, *Math. 6. verſ. 15. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra,* Luc. 17. *verſ. 4. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi, & ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te dicens. Pœnitet me; dimitte illi,* Eccleſiaſtic. 28. *verſ. 8 Memorare timorem Dei, & non iraſcaris proximo,* D. Paul. *ad Coloſſenſ. 3. verſ. 13. Supportantes inuicem, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam.*

41 Sed, odio depoſito, licet in foro animæ iniuriam paſſo aduerſus iniuriantem iudicialiter agerint ad pœnam, Molin. *de primogen. lib. 2. c. 5. n. 12.* Comitol. *reſponſor. moral. lib. 4. quæſt. 32. num. 10.* Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 1. num. 29.* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 1. cap. 7. num. 3.* Ceuall. *commun. tom. 1. quæſt. 389. num.* Paz *in prax. tom. 1. part 5. cap. 3. in princip. num. 4.* Azor. *inſtit. moral. part. 3. lib. 3. cap. 1.* Cened. *ad Decretal. collectan. 12. nu. 5.* Valent. *tom 3, diſp. 3. quæſt. 3. punct. 2. verſ. Nec tamen,* Pat. Suar. *de Charit. tract. 3. diſp. 13 ſect. vlt. n. 10* Ioan. Sanch. alios referens *ſelectar. diſp. 2. n. 11.* Pat. Molin. *de iuſt. tract. 2. diſp. 00. n. 6. 7.* Leſſ. *eod. tract. lib. 2. c. 47. dubit. 4. à n. 15.* Nec ius iſtud remittere tenetur, Card. Lug. *de iuſt. tom. 1 diſp. 1. ſect. 3. n. 60.*

42 Ad præmiſſa eſt notandum, quòd iniuriam paſſus tuta conſcientia poterit offenſorem iudicialiter arguere, rancore ceſſante, nedum ciuiliter, vt pecuniariam ſatisfactionem conſequatur, ſed etiam criminaliter, vt iuſtas pœnas det; nam ſi publicum crimen ſit, zelo iuſtitiæ, vt quemlibet de populo accuſare, licitum eſt; necnon ſi fuerit priuatum, non ad propriam vindictam, ſed vt reus timore pœnæ ab iniurijs deinceps abſtineat, atque illud duntaxat nefas eſt, appetitu propriæ vindictæ, odióque inſtigante inimicum per iudicialem authoritatem vexare; quare Pater Suarez, *vbi proximè,* cauendum monet, ne licitæ accuſationi odium miſceatur. Quæ omnia ex præallegatis DD. apertè colliguntur, qui ſolùm vindictam ex rancore quærere improbant: de quo *Eccleſiaſtic. d. c. 28. à verſ. 1. Qui vindicari vult à Domino inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homini reſeruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe cum caro ſit, reſeruat iram, & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius?*

43 Dubium autem non vulgare eſt, ſi iniuriarum actori offeratur nummaria ſatisfactio, ne ad iudicium prouocet, an in foro conſcientiæ deſiſtere teneatur? Et quamquam affirmatiuè reſpondendum videatur, quoniam actor quod ſua intereſt abſque iudicio poteſt conſequi, atque ita ex odio intendet, vt aduerſarius vexetur, ac puniatur, prout placuit Syluestro apud Valent. *ſup. verſ. Videtur autem.* Hic tamen *ibidem* contrarium reſoluit, quia non tenetur eam ſatisfactionem acceptare; quod omnino verum eſt, quando acturus non prætendebat pecuniariam iniuriæ æſtimationem, ſed vt delinquens debitas pœnas daret ob bonum aliquem finem.

Sunt tamen qui ſequuti Gloſſam *vltim. in §. fin. Inſt. de iniur.* exiſtiment, nullo modo licere in conſcientia iniuriantem ad pœnam poſtulare; quos refert Ceuall. *vbi ſup.* Prior, vt communior, ac vera ſententia tenenda eſt. 44

Verſ. *Primùm, licitum eſſe.*

Pœnitentia non impedit delicti antea commiſſi accuſationem, Guttier. *de delict. quæſt. 129. nu. 7.* Tiraquel. *de pœn. temperand cauſ. 25. n. 4.* Tuſch. *d. conc. 55. n. 38.* Clar. *in §. Iniuria, in fine, & in § fin. q. 60. num. 21.* Fario. *q. 91. n. 31.* & faciunt, quæ diximus *ſuprà* de agente publicam, aut priuatam pœnitentiam à Confeſſario iniunctam, *n. 21.* 45

Verſ. *Tertiùm, conſtat ſatis apertè.*

Condonans iniuriam pro ſalute animæ, & ad abſolutionem Sacramentalem conſequendam, non cenſetur actionem iniuriarum, vel ius aliud ad forum contentioſum ſpectans remittere, ſed odium deponere duntaxat, ſignificant Molin. & Lug. *vbi proxime,* Clar. *d. §. fin. q. 58. n. 39. & in §. Iniuria, n. 11.* Guttier. *de tutel. part. 1. c. 7. num 8.* Farinac. *in prax. quæſt. 105. nu. 376.* Iacob. de Graffis *in aur. deciſ. part. 1. lib. 1. cap. 137. num. 4.* Maſcard. *de probat. conc. 902. num. 3.* Nauar. *conſ. 3. num. 2. de pœnit. & remiſſionib.* Didac. Perez in *l. 1. gloſ. Perdonando los enemigos, tit. 11. lib. 1. Ordinam.* Ioan. Valer. *de different. int. vtr. for. verb. remiſſio iniuriam. 1.* Eſcobar *de puritat. ſanguin. quæſt. 1. §. 8. num. 16.* Sanch. *conſil. moral. lib. 1. cap 4. dub. 12. num. 3.* 46

Ibi: *Quod ita accipiendum eſt.*

Præcedens concluſio limitatur, quando apud Confeſſarium ita plenè ac generaliter iniuriam quis remiſerit, vt manifeſte conſtet, etiam quoad forum externum inimico pepercisſe, Farinac. *n. 377.* Ceuall. *vbi proximè,* Sanch. *ſup.* 47

Ratio ſupra traditæ concluſionis eſt, quia actus non poteſt vltra intentionem agentis operari, *l. non omnis 19. ff. ſi cert. petat.* probaui *ſup. lib. 1. cap. 9. num. 47.* qui autem profitetur, ſe iniuriam remittere, ſolùm intendit facere, quod neceſſe eſt ad ſalutem ſpiritualem; cúmque ad eam non deſideretur, præciſè cedere iuri, quod competit aduerſus iniuriantem, vt dixi, *n. 41.* ideò non præſumitur eidem renunciaſſe; nam & regulariter nemo intelligitur iuri proprio renunciare, Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſ. 41. num. 2.* Caſtellal. de iudic. *lib. 2. tit. 3. diſp. 19. n. 14.* vbi rectè ex alijs aſt. requiri expreſſionem voluntatis, aut quod expreſſum aliquid ſit, quod neceſſariam connexionem habeat cum tacita renunciatione, & vtrumque quidem in ſpecie, de qua agimus, abeſt. At cum remiſſio circa forum internum amplis, ac generalibus verbis ſit, animus indicatur condonandi prorſus, etiam quoad externam iniuriam, quæ expreſſa dicenda eſt renunciatio, quoniam, quod ex verbis apertè, ac manifeſte intelligitur, expreſſum cenſetur, Lotter. *de re beneficiar. lib. 3. q. 3 n. 18. cum ſeqq.* Cyriac. *controuerſ. 188. n. 9.* & alij laudati per me, *lib. 1. cap. 19. n. 65.* 48

Verſ. *Quartò, eodem iure.*

Per remiſſionem iniuriæ adhuc in foro externo non tollitur ius exigendi expenſas, alláimque damni reſarcitionem, quod in re familiari offenſus ſuſtinuit, niſi hoc exprimatur; Menoch. *ſup. lib. 3. præſ. 14. n. 3.* Ant. Gom. *d. lib. 3. c. 6. n. 14.* Farin. *ſup. quæſt. 5. n. 11. verſ. Amplia ſecundo,* Greg. Lop. *in l. 4. gloſ. 11. tit. 8. part. 2.* Guttier. *d. c. 7. n. 9.* Pichard. *in §. vlt. n. 19. Inſt. de iniur.* Plaç. *in epit. delictor. lib. 1. cap. 6. n. 40.* Paz *in prax. dict. cap. 3. §. 6. numero 88.* Surd. *deciſ. 261, num. 4.* Sanch. *num. 2.* Fachin. *controuerſiar. lib. 10. cap. 58,* Gratian *diſ. ceptat. c. 318. n. 14.* Clar. *d. q. 58. num. 38.* 47

vbi

vbi Baiard. *num.* 68. qui loquitur de remiſſione iniuriæ pretio interueniente. Quod poſt *Farinac.* & *Plaç.* limitat Menoch. *num.* 6. ſi pleniſſimè facta ſit condunatio; nam damna omnia, & expenſæ remiſſa intelligentur. Ratio nuper tradita, & huic concluſioni, ac limitationi conuenit. Sed notat Card. Lug. *ſup. num.* 61. hanc remiſſionem non valere, nec in conſcientia licitam eſſe in præiudicium filiorum remittentis, niſi intra quantitatem, de qua liberè parentes diſponere poſſunt.

Ibi : *Sed vt hac ipſa communis ſententia.*

50 Iniuriam inferens tenetur reſarcire patienti ſumptus, quos neceſſariò in curatione fecit, deducto, quod ipſe ſi ſanus foret, conſumeret, nec non ſoluere debet lucrum quod propter vulnus percuſſus, ſua induſtria, vel officio non acquiſiuit. Ita iure Diuino ſtabilitum eſt, *Exod.* 21. *verſ.* 18. *Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lectulo. ſi ſurrexerit, & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit, qui percuſſerit, ita tamen vt operas eius, & impenſas in Medicos reſtituat.* Notant Card. Lug. *ſect.* 2. *n.* 32. Menoch. *d. præſ.* 114. *num.* 1. Ant. Gom. *d. c.* 6. *num.* 9. 11. Becan. *de iuſt. & iur. ſub quæſt.* 62. *D. Thom. de reſtitut. quæſt.* 7. *num.* 1. Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de reſtitut. cap.* 2. § 5. *dub.* 5. Plaç. *ſup. num.* 31. 32. Baiard ad Clar. § *Iniuria, num.* 44. *verſ. Item adde quod iniuriatus*, Gail. *obſeruation. lib.* 1. *obſeru.* 65. *n.* 2. Theſaur. *Pedemont. deciſ.* 15. *n.* 8. Pat. Molin. *tract.* 3. *diſp.* 87. *n.* 1. Paz *ſup. d. c.* 3. *in princip. num.* 29. Farinac. *quæſt.* 119. *num.* 107. vbi ampliat etſi iniuriatus non iaceat in lecto & alios refert, & latè agit, *ex n.* 93.

51 Quæritur num remittens expenſas, damna remittere cenſeatur, & è contra de quo videndi ſunt Aug. Barboſ. *in tract. de appellatiua verbor. vtriuſq. iur. ſignificat. appellat.* 68. *n.* 6. & *appellat.* 92. *n.* 3. Plaç. *d. c.* 6. *n* 40. Boer. *deciſ.* 52. *n.* 6. Tuſch. *lit. E. conc.* 637. Surd. *d. deciſ.* 261. *num.* 5. nam variè DD. loquuntur.

Ibi : *Ex quo apparet mercedem operarum,*

52 Operarum æſtimatio ita facienda eſt, vt tantùm præſtetur percuſſo, aut eius hæredibus, quantùm ille laborando lucraretur; neque eſt aliquid detrahendum ex eo, quia infirmus quieſcit, nec laboris moleſtiam patitur, vt *Maiori* viſum eſt, cuius ſententia communiter reijcitur, Sanch. *conſilior. moral. lib.* 1. *c.* 4. *dub.* 2. *n.* 2. vbi alios refert, Card. Lug. *ſup. n.* 53. Nauarra *de reſtitut. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 68. quamuis Bonac. *in ſumm. tom.* 2. *tract. de reſtit. & contractib. diſp.* 2. *q. vlt. ſect.* 2. *punct.* 1. *num.* 8. Leſſio, & Rebello laudatis, opinionem *Maioris* probet, quando percuſſus, vt vacaret otio aliquid ex lucro cederet, cui accedit Dian. *reſol. moral. part.* 3. *tract.* 4. *reſolut.* 53. *verſ. Sed contrariam.* Quod iuſtitiæ congruit, ſi ille ſolebat quieſcendi cauſa laborem intermittere, aliàs non, videas *Card. Lugo.*

53 Delinquens verò nequaquam tenetur ad expenſas factas in funus eius, quem occidit, Sanch. *n.* 3. Bonacin *num.* 11. Card Lug. *num.* 40. Molin. *ſup. diſp.* 83. *n.* 1. Leſſ. *d. c.* 9. *dub.* 24. & omnes communiter contra Nauar. *in ſumm. cap.* 15. *num.* 20. *aliàs* 22. cuius opinio procedere poteſt, quando propter mortis accelerationem, ſumptus iuxta morem regionis maiores, quam ſi domi ſuæ moreretur occiſus, fierent, vt *Sanch. Bonacin.* & alij aduertunt. Idemque dicendum videtur, ſi defunctus in bonis non habuerit, nec ſit aliquis, cui de iure onus incumbat ſepeliendi, nam his caſibus ceſſat ratio, cui ſententia innititur communis.

Ibi : *Item conſtat filios, vel hæredes.*

54 Filij, aut hæredes eius, qui per iniuriam enecatur, poſſunt agere ad ea, quæ defunctus, ſi viueret, arte, vel operis, eſſet acquiſiturus, Ant. Gom *d. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 37. Clar. § *Homicidium, num.* 23. vbi Baiard. *n.* 69. Card. Lug. *ſup. ſect.* 3. *à princip.* Sanch. *dub.* 3. *per totum*, Leſſ. *dub.* 16. *num.* 124. *cum ſeq.* Molin. *vbi proximè, verſ. Deinde inter damna*, Pichard. *in* § *Item lex Cornelia de ſicarijs, n.* 17. *Inſt. de public. iudic.* Cancer. *variar. part.* 2. *c.* 11. *ex n.* 73. Farinac. *in prax. q.* 119. *num* 93. Quamuis Baiardus aſſerat, ſe nunquam vidiſſe, quod agatur ad operarum defuncti æſtimationem.

Circa quæ eſt animaduertendum, hæredibus extraneis 55 nullam dari actionem ad huiuſmodi futurarum operarum æſtimationem, ſed liberis, parentibus, ac vxoribus; nam huiuſmodi perſonis immediatè tale ius, quæritur, quibus præiudicium quoad intereſſe principaliter irrogatur; ſiquidem, & lucrorum quærendorum commodum ſentirent, cum ad alimenta ius obtineant. Secùs tamen eſt de alijs damnis, & expenſis defuncto debitis, quæ etiam ad quoſcunque ſucceſſores ſpectant, vt obſeruat Sanch. *dub.* 3. *n.* 3. 7. Molin. *d. diſp.* 83. *num.* 2. 6. Card. Lug. *ſect.* 4. *num.* 77. & *ſect.* 3. *num.* 63. vbi ex hoc rectè infert, non licere perſonæ vulneratæ, hoc ius, quod ex ſua morte coniunctis eſt competiturum, remittere aliqua ex parte: contra Sanch. *d. dub.* 12. *n.* 5 qui docet, remiſſionem tenere, remittentem verò peccare, ſi perſonæ, quibus alimenta præſtare tenebatur, egerent. Sed dici poteſt, quod ſi vulneratus vltra legitimã aliquid relinquat liberis, poterit in vtroque foro homicidæ ius ſucceſſorum remittere, quos quoad exceſſum legitimæ onerare permittitur; at ſi nihil præter legitimam liberi habuerint, non tenentur ſtare parentis condonationi, quia grauari nequeunt, *l. quoniam in prioribus* 32. *C. de inoffic. teſtam.*

Præterea in computatione hac operarum, non omne 56 lucrum ceſſans integre eſt per homicidam præſtandum; quia lucrum in ſpe, quod multis modis poteſt impediri, minus valet, quàm lucrum præſens; & ad taxationem operarum conſiderare oportet, an mortuus iuuenis, bene valens, bonus artifex, ac labori aſſiduè incumbens fuerit, néc ne, Sanch. *dub.* 2. *n.* 7. Card. Lug. *ſect.* 2. *num.* 42. Bonacin. *ſup. punct.* 1. *n.* 6. Dian. *vbi ſup.*

Ibi : *Iuxta computationem Iuriſconſulti.*

Quamuis controuerti ſoleat, an computatio *l. hæreditatum, ff. ad leg. falcid.* locum habeat extra caſum, de quo loquitur, & conſequenter, an ſit ſecundùm illam æſtimatio facienda eius, quod homicida tenetur reſtituere propter lucrum, quod defunctus ſi viueret, ſuo labore acquireret; receptius inter Theologos eſt, quod ea lex non ſit practicanda, niſi in ſua ſpecie, & quod reſtitutio præfata fieri debeat prudentis viri arbitrio penſatis qualitatibus, de quibus proximè; atque ita docent Becan. *ſup. q.* 8. *n.* 3. Pat. Molin. *d. diſp.* 83. *n.* 9. *verſ. Quia ergo*, Leſſ. *d. c.* 9. *dub.* 20. *n.* 12. Baiard. ad Clar. § *Homicidium, n.* 69. *verſ. Etſi hæredes*, Card. Lug. *d. diſp.* 11. *ſect.* 2. *num.* 46. 47. Ceuall. *quæſt.* 893. Dian. *reſolut. moral. part.* 5. *tract.* 4. *reſolut.* 33. *verſ. Verùm contraria*, vbi contrarium probabile dicit. 57

Sed iuris Interpretes communiter cum D. Couar. *in præſenti*, ſentiunt, æſtimationem præfatam, iuxta *d. l. hæreditatum*, faciendam eſſe, Ant. Gom. *d. cap.* 3. *n.* 38. Cancer. *ſup. n.* 77. Pichard. *in d.* § *Item lex Cornelia, n.* 18. *Inſt. de public. iudic.* Roland. *conſ.* 39. *num.* 14. *vol.* 2. Farinac *d. quæſt.* 119. *n.* 99. Marant. *de ordin. iudicior. part.* 4. *diſt.* 1. *num.* 7. Plaç. *d. cap.* 1. *num.* 32. Franch. *deciſ.* 460. *num.* 6. *part.* 3. Pat. Sanch. *dub.* 2. *num.* 10. Ioſeph. Ludouic. *Lucenſ. deciſ.* 62. *num.* 28. Ad quarum opinionum conciliationem dici poſſet, quod Iudex, vel vir prudens, qui taxaturus eſt, quantum pro futuris operis præſtandum ſit, rectè faciet ſi arbitrium ad computationem *d. l. hæreditatum*, accommodauerit; non tamen ad id præcisè tenetur: quod deducitur ex doctrina D. Couar. *infra, lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 8. vbi aſſerit, Iudicis arbitrio relinqui, verum computatio illa Conſulti in alijs controuerſijs vltra æſtimationem alimentorum, de qua ibi, ſit admittenda, quem referunt, ac ſequuntur Cancer. *n.* 79. Eſcob. *de ratiocin. comp.* 2. *nu.* 4. Molin *de primogen. lib.* 1. *c.* 19. *num.* 39. *verſ. Quamuis*, & dixi *ſup. c.* 2. *in fin.* 58

Ibi : *Vbi ſcribit idem eſſe etiam ſi homicida.*

Homicidæ hæredes, qui mortis pœnam ſuſtinuit ad ſatisfactionem impenſarum, & damnorum occiſi ſucceſſoribus tenentur, Farinac alios laudans, *n.* 93. Sanch. *dub.* 6. *n.* 3. apud quem aliqui Theologi. Ant. Gom. *ſup. n.* 37. Clar. *d.* § *Homicidium, n.* 18. Cancer. *num.* 74. Card. Lug. *ſup. ſect.* 1. 59

num. 26.

num.26.& ſect.2. num. 48. Becan. *quaſt.* 10. *num.*3. Nauar. *in ſumm.cap.*15. *num.*25. Leſſ. *ſect.*22. *num.*138 Pat.Molin. *diſp.* 84. *num.* 7. vbi ait, non teneri in foro conſcientiæ hæredes, niſi petatur ab hæredibus per iniuriam occiſi: quod etiam tenuit *Becan.* & eſt communis Theologorum ſententia, quia videntur vindicta contenti.

Ibi : *Quibus adde, iniuriam paſſum.*

60 Quamuis deformitatis æſtimatio ſoluenda ſit ab eo, qui ſeruum vulnerauit, nihil ex ea cauſa homini libero debetur, quia pecunia æſtimari non poteſt, niſi ex cicatrice, vel vulnere, aliquod detrimentum rei familiaris euenerit; Bart. *in tract. de cicatricib.* Farinac. *num.* 118. Dian. *reſolut.* 54. *verſ. Verùm his*, Sanch. *dub.*1. *num.* 11. Filiuc. *tom.*2. *tract.*32. *cap.*8. *nu.*100 Plaç. *vbi proximè.* Ant.Gom. *cap.*6. *num.*12. Baiard. ad Clar. §. *Iniuria, num.* 44. *verſ. Item adde ſi tali*, Leſſ. *dub.*23. *num.*141. *verſ. Secunda pars*, Nauarr. *de reſtitut. lib.*4. *cap.*1. *num.*80. Quamuis contrarium ſentiat Molin. *diſp.*88. *num.*4. Pichard. plures referens in §. *Item is, n.*28. *Inſt. de obligat. quæ quaſ. ex delict. naſcunt.*

Ibi : *Niſi fœmina ſit.*

61 Si fœminæ nupturæ aliqua iniuria fiat, ex qua deformis efficiatur, debet pecunia hoc damnum reſarciri, quia difficiliùs coniugem inueniet, ni dote aucta defectus corporis suppleatur. Ita tenent omnes DD. nuper laudati.

62 Nota, hæredes homicidæ in vtroque foro teneri ad damna, & expenſas, quæ ex nece, vel iniuria ſequuntur, quia hoc pœna non eſt, ſed reſtitutio damni illati, ad quod intra vires hæreditatis obligantur, Sanch. *dub.* 11. Card. Lug. *ſect.*2. *in princip.* Dian. *d. reſolut.* 53. *verſ. Nota etiam.* Molin. *diſp.* 87. *num.* 9. Leſſ. *d. dub* 19. *num.* 127. Panormit. *in cap. vlt. de ſepult.* Greg. Lop. *in l.*25. *gloſ.*11. *tit.*1. *part.*7. D. Couar. *infra, lib.*3. *cap.*3. *num.*7. Cacheran. *Pedemontan. deciſ.*151. *num.* 8. Quod adhuc de iure ciuili verum eſt; quamuis contrarium dicendum videatur, communi opinione attenta, quæ habet, actiones ex delicto deſcendentes contra hæredes non tranſire, quanquam ad reparationem damni illati pertineant, niſi aut lis cum defuncto fuiſſet conteſtata, aut aliquid ex maleficio quæſitum ad eoſdem peruenerit, per *l. vnic. C. ex delict. defunctor.* & alijs, prout docent Gutier. *Canonicar. lib.*2. *q.*18. *à n.*47. Anton. Gom. *in d. c.*1. *num.* 85. Clar. *d.* §. *fin. quaſt.* 86. vbi Baiard. Roderic. Suar. *allegat.*16. *ex num.*3. Menchac. *illuſtr. lib.*1. *cap.*7. *num.* 15. Ceuall. *quaſt.* 464. Qui differentiam inter ius Canonicum & Ciuile conſtituunt; nam *cap. vlt. de ſepult.* ſtatuitur, vt hæredes teneantur ad reſarciendum damnum, quod defunctus dederit, nec opus eſt, quod lis fuiſſet cum delinquente conteſtata, nec quod penes ipſos lucrum ex maleficio exiſtat.

63 Sed ea communis opinio eſt admittenda, quando intereſſe ſub actione pœnali continetur, vt in actionibus mixtis legis Aquiliæ, quod metus cauſa, & ſimilibus, de quibus Iuſtinianus *in* §. *Ex maleficijs Inſt. de actionib.* de his enim ſermo eſt in *d. l. vnic.* quandoquidem ciuile ius non patitur, vt actiones pœnales aſtringant ſucceſſores, *l.*1. *ff. de priuat. delict. l. conſtitutionib.* 32. *ff. de actionib. & obligat. l.* 2. *tit.*1. *part* 7. *cum alijs.* Secùs tamen eſt, quando actio ſolum continet damni illati reparationem, nec pœnæ coniungitur; nam iſta quanquam à delicto procedat, cùm pœnalis non ſit contra hæredes competit; *l. ſi pro fure* 7. §. *Condictio. ff. de condict. furtiu.* Optimè Iuſtinianus, *in* §. *His autem verbis, Inſt. de leg. Aquil.* notat Gutier. *ſup. num.* 50. Pichard. *in dict.* §. *His autem, numer.* 49. Hinc eſt, vt cùm actio ad damna, & expenſas, quæ iniuriam paſſo datur, pœnalis non ſit, ſed rei perſequutoria, nec actioni iniuriarum commixta ſit, Anton. Gom. *d. cap.* 1. *num.* 85. & conſtat ex dictis, *ſup. nu.*49. contra hæredes iniuriantis competat, quamuis ſecus in actione iniuriarum eueniat, quia pœnalis eſt; *l. iniuriarum* 13. *ff. de iniur.* §. *Non omnes, Inſtit. de perpet. & temp. actionib.*

Ex quibus tandem colligitur, actionem ad damna, & intereſſe in hæredes iniuriantis dari, etiam de iure Ciuili. Quod ampliatur, vt idem ſit ſi Fiſcus bona iniuriantis occupauerit, Clar. *in d.* §. *Homicidium, num.* 18. Sanch. *vbi proximè, num.* 6. Bertrand. *conſ.* 117. *lib.* 8. Nauar. *in ſum. Latin. cap.*15. *num.* 25. Bonacin. *ſup. punct.* 1. *num.*15. *verſ. Addit Nauarrus.* Sed an hæredes teneantur inſolidum, ita vt ſi vnus ſoluendo non ſit, alter integrum ſoluat? videas Cardin. Lug. *ſect.*2. *num.*31. Clar. §. *fin. quaſt.* 51. *num.* 50. Molin. *tract.*4. *diſp.*43. *num.*4.

Verſ. *Tenetur item is.*

Eſt controuerſum, an occidens, vulnerans, vel aliter proximum iniurians, teneatur in foro conſcientiæ ad aliquid reſtituendum ratione mortis, iniuriæ, vel vulneris? In quo ſunt tres ſententiæ communes. *Prima* docet, teneri. *Secunda* huic omnino contraria. *Tertia* aſſerit nihil de iuſtitia deberi, ſed ex charitate duntaxat, de quibus Sanch. late *dub.* . Dian. *reſolut.* 54. Card. Lug. *d. diſp.* 11. *ſect.* 1. *num.*13. 22. Molin. *d. tract.*3. *diſp.*88. Leſſ. *d. cap.*9. *dub.*13. Nauarra *ſup. cap.*1. *num.*80. Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de reſtitut. cap.*2. §.3. *dub.*5. *n.*17. Bonacio. *ſup. num.*10. Becan. *quaſt.*4.11. Nauarr. *d. c.*15. *n.*19.20. 64

Ibi : *Vbi probat, mortuo iniuriam paſſo.*

Similiter extant variæ ſententiæ circa reſtitutionem faciendam per orationes, aliave opera pia pro anima interfecti, & ad id., qui occidit, teneri, ſentiunt Farinac. *d. quaſt.*119. *num.*104. Plot. *de in lit. iurand.* §. 41. *num.*1.3. Clar. *vbi proximè*, Molin. *diſp.*84. *num.*11. Roland. *conſ.*39. *num.*5. *lib.*2. Viguer. *lib. inſtitution. cap.*5. §.1. *verſ.*9. Capua, *lib.*2. *deciſion. cap.* 66. Rebell. *de obligat. inſtit. lib.*3. *quaſt.*14. *num.* 6. & alij apud Sanch. *dub.* 1. *num.* 4. Tuſch. *lit. H. conc.*148. *n.*19. 65

Contrariam verò ſententiam, & ſic quod occiſor nihil facere, aut largiri in conſcientia debeat pro anima illius, quem peremit, receptius eſt, maxime apud Theologos, ita docet Dian. *reſolut.*55. *verſ. Contra*, Leſſ. *dub.*13. *num.*548. Becan. *ſup. quaſt.*13. *num.* 2. Filliuc. *ſup. cap.* 8. *num.* 205. Bonacin. *num.*12. Azor. *part.*3. *lib.*3. *cap.*3. *quaſt.* 12. *quaſit.* 120. Nauarra *ſup. num.*98. Rodrig. *in ſumm. part.*1. *cap.*137. *num* 8. Nauar. *d. cap* 15. *num.*23. Sanch. *num.*5. vbi alij, & ratio eſt, quia reſtitutio tendit ad faciendam æqualitatem in rebus eiuſdem ordinis, vita autem, honor, & aliæ res temporales diuerſi ordinis ſunt, ac ſpiritualia, & ſacra, neque hæc poſſunt earum pretium eſſe. Conſilium tamen pium, ac æquum eſt, vt qui aliter non ſatisfacit, ſuffragijs, alijſque operibus ſatisfactorijs iuuet, quem læſit, vt notant *Bonacin. Sanch.* & alij, reiecta opinione eorum, qui hoc ex charitate neceſſarium eſſe putabant. Quæ omnia procedunt, quamuis iniuria occidens aliàs non ſatisfaciat, vt præfati DD. declarant. 66

Ibi : *Cæterum quibuſdam viſum eſt.*

Ad ſatisfactionem iniuriæ ſufficere, quod petatur ab iniuriato venia; & hoc neceſſariò deſiderari, notant Becan. *d. q.*4. *num.*2. Leſſ. *d. dub.*13. *num.* 145. Sanch. *vbi proximè, num.*9. qui alios refert, & *dub.*11. *num.*5. aduertit, hæredes eius, qui iniuriam intulit, non teneri ad petitionem veniæ, quia onus hoc cohæret perſonæ facientis iniuriam. Sed qui iniuriam ſuſtinuit, grauiter peccabit, ſi huiuſmodi ſatisfactionem iniuriæ non admiſerit, quia internum animi odium oſtendit generans ſcandalum, Pat. Suar. *de fide, ſpe, & charit. tract.*3. *diſp.*5. *ſect.*5. *num.*9. Leſſ *vbi proximè*, Bonacin. *tom.* 2. *tract. de legib. diſp.*3. *q.*4 *de charitat. punct.*3. *num.* 5. qui aſſerit debere offenſum ſigna reconciliationis, ac beneuolentiæ exhibere. Adde notata *infra, num.*70. 67

Ibi : *Quamobrem Ioannes Ananias.*

Hæc opinio, quod iniuriatus non teneatur remittere iniuriam, & odium deponere, niſi aduerſarius veniam petierit, videtur probari Luc. *cap.*17. *verſ.* 3. *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te dicens, Pœnitet; dimitte illi.* Et hanc in- 68

terpreta

terpretationem attuliſſe D. Ang. *ſup. Matth. c. 6.* in illis verbis: *Sicut & nos dimittimus, &c.* refert Maldonat. *ibidem*, qui rectè affirmat, etiam venia non petita, nos aſtrictos eſſe ad diligendum inimicos, ita vt non liceat ipſos odio proſequi. Verba verò *Matthæi* aſſertum non probant, niſi à contrario ſenſu, quod argumentum non valet, vbi reſultat abſonus intellectus; dixi *ſup. lib. 1. cap. 7. n. 52.* vel poſſunt intelligi de remiſſione quoad forum externum, quod tamen præceptum non eſt, ſed conſilium, vt conſtat ex dictis *ſub hoc capite.*

Ibi: *Licet quis non teneatur ſpeciali dilectione.*

69 Inimicis negare non licet ea, quæ communiter omnibus proximis tenemur exhibere, vndè externa beneuolentiæ ſigna, ceſſante ſcandalo, poſſumus non præſtare, de quo Maldonat. *ſup. c. 5. n. 44.* Hurtad. *de charitat. diſput. 53. ſect. 4.* Bonacin. *dict. punct. 3.* Pat. Iuar. *dict. ſect. 5. à num. 60.* Filliuc. *tom. 2. tract. 28.* Valent. *tom. 3. diſp. 3. quæſt. 3. punct. 2. ex verſ. Secundò quæritur.*

Ibi: *Id autem, quod de petitione veniæ diximus.*

70 Quanquam aſſeruerimus veniæ petitionem opus eſſe ad iniuriæ ſatisfactionem; eſt tamen temperandum, ſi prudentis iudicio non oporteat peti, veluti ſi is, qui iniuriam intulit, ſuperior ſit iniuriato, ita vt non deceret, quo caſu ſufficiet per alios actus beneuolentiæ, ac vrbanitatis reconciliari. Ita alijs laudatis Bonacin. *d. tract. de reſtitut. diſput. 2. q. 5. punct. 2. n. 5.*

71 Neceſſariò præmiſſis addendum eſt, eum qui ad iuſtam defenſionem vulnerat, vel occidit, ad nihil teneri; ſed ſi moderamen defenſionis non ſeruet, dubitatur, vtrum integrè reſtituere damna ſequuta debeat, vel pro modo culpæ in exceſſu arbitrio iudicis, vel prudentis viri? Et hoc receptius eſt; quamuis illud etiam commune ſit, ac probabile; vt videre eſt apud Sanchez *dub. 9.* Anton. Gom. *d. c. 1. n. 38.* Bonacin. *diſp. 3. q. vlt. ſect. 2. punct. 1. à n. 3.* Cardin. Lug. *dict. diſp. 11. ſect. 2. n. 50.* Dian. *part. 5. tract. 4. reſolut. 44.* Cancer. *ſup. part. 2. c. 11. n. 75.* Farinac. *q. 119. n. 122. 124.*

72 Similiter, quando aliqui ſe mutuò ad duellum prouocant ſponte, nullus ex homicidio, aut vulnere ad reſtituendum obligatur, Sanch. *dub. 10. n. 1.* Bonacin. *n.* vbi alij. Sed contrarium ſuſtinet Ant. Peregrin. *in tract. de duell. q. 39.* cuius ſententia omninò placet, pro qua conabimur aduerſariorum fundamentis ſatisfacere; & illis cneſſis, propter quæ à generali regula receſſum eſt, conſtabit eandem habere locum, etiam in occidente in duello, vt ſcilicet ad reſtitutionem intereſſe obligetur, quamuis de communi, ſpontaneóque conſenſu ad certamen deueniatur.

73 Non primum adſtipulatur, quod non videtur volenti, & conſentienti iniuria irrogari. Nam reſpondetur, hoc verum eſſe, quando voluntas, & conſenſus verſatur circa materiam, quæ diſpoſitioni conſentientis ſubijcitur; vita autem, & corpus hominis in eius poteſtate non eſt, *l. liber homo 13. ff. ad leg. Aquil.* probaui *ſup. hoc lib. c. 8. n. 121.* Ideóque omne pactum circa illa, niſi lege approbante, non tenet, vt *ibidem* dixi. Vndè cum conuentio illa ad duellum nulla ſit, nullum effectum producere poteſt; *l. 4. §. Condemnatum. ff. de re iudicat.* Cyriac. *controuerſ. 254. n. 22.* Menoch. *conſ. 350. n. 14.* Et corroboratur ea eo, quod duellum eſt prohibitum, Tridentin. *ſeſſ. 25. c. 15. l. 10. tit. 8. lib. 8. Recopilat.* & ſic omnis pactio circa illud non ſubſiſtit, vt pote quæ legibus ac bonis moribus repugnat, *c. fin. de pact. l. pactum 6. C. eod. l. non dubium, C. de legib.*

74 Ad idem etiam poteſt reſponderi, quod cum aliqui ſe mutuò laceſſunt, nemo ex illis conſentit, aut vult ab alio occidi; ſed duntaxat conueniunt circa genus armorum, & locum vbi abſque impedimento certari poſſit, & vnuſquiſque aduerſarium peruincere intendit, exiſtimans, illum perperam operari, iniuriámque inferre, ſi vulnus aliquod inflixerit; ex quo nullo modo conſenſus, aut voluntas colligi poteſt, quæ eneçantem in duello à reſtitutione excuſet; cùm actus vltra intentionem agentium nihil operentur, *l. non omnis 19.* vbi notatur *ff. ſi cert. petat.*

75 Secunda ratio, quæ redditur pro communi, eſt, quod qui mutuo conſenſu ſpontanei ad duellum veniunt, cenſentur ad inuicem ſibi condonare omnem iniuriam, ac damna, quæ ex eo actu ſequantur. Sed hæc præſumpta condonatio admittenda non eſt triplici capite. *Primò*, quia remiſſio proprij iuris non præſumitur, niſi ad actum, qui geritur, ſit omnino neceſſaria; Cyriac. *controuerſ. 323. num. 11.* Cranet. *conſ. 638. num. 9.* Carleual. *de iudic. lib. 2. tit. 3. diſp. 19. num. 14.* Ad duellum autem remiſſio damnorum, & expenſarum ex vulnere, vel homicidio minimè opus eſt, atque ita præſumi non debet. *Secundò*, qui ſe ad dimicandum prouocant, odio accenſi mortem ſibi inuicem exoptant, & hoc ipſum per prouocationem intendunt; quarè veroſimile non eſt, vt de condonatione aliqua iniuriæ inferendæ cogitent, quia inducta ad vnum finem, non poſſunt contrarium operari; *cap. quod ob gratiam 61. de reg. iur. in 6. l. legata inutiliter 19. ff. de legat. 1.* Tertiò, etiam ſi huiuſmodi remiſſio expreſſim fieret, non ſubſiſteret, quia contra bonos mores eſt, condonare delictum committendum, ſiquidem ad peccandum præbetur occaſio, *l. ſi vnus 28. §. pacta, ff. de pact. l. generaliter 26. ff. de verbor. obligat.* Igitur multo minus ex præſumptione inducta valebit. Ex quibus conſtat, duobus ſe mutuo ad duellum laceſſentibus, eum, qui aduerſarium percuſſerit, ad expenſas, & damna obligari, etiam in animæ iudicio, perinde ac ſi extrà duellum idem admiſerit; quam ſententiam teſte Sanch. *ſup.* quidam amplectuntur Neoterici.

Quod ſi quis ad duellum prouocetur, illudque, ne honoris iacturam patiatur, acceptet, ac prouocantē vulneret, aut occidat, nihil reſtituere tenetur, Sanch. *ſup. num. 4.* Crauet. *conſ. 119. num. 1.* Bonacin. *num. 2.* & alij communiter, quoniam hic in defenſionem honoris ad locum deſtinatum exiuit, ibique propriam vitam tuendo vulnus inflixit, aut interfecit, & cum prouocans fuerit in culpa, damnum quod ſenſerit, non intelligitur ſentire, vt reſarciatur; vt loquit Pomponius *in l. quod quis 203. ff. de reg. iur.* Hinc eſt, vt ſi prouocans percutiat ad reſtitutionem obligetur, Sanch. *num. 5.* In dubio quis prouocator præſumatur? Iudicis in arbitrio eſt, de quo latè Menoch. de *arbitrar. caſ. 363. per tot.* 76

Tandem ad ſupra tradita aduertas, quod ſi iniuriam paſſus nobilitate polleat, ceſſat obligatio reſtituendi ex præſumpta voluntate iniuriati, quia inter Nobiles indecorum valde eſſet pecuniam propter iniuriam recipere, Dian. *ſup. reſolut. 61.* Sanch. *dub. 12. num. 6.* vbi plures laudat. Vnde ſi aliud de voluntate offenſi conſtet, reſtitutio fieri debebit. 77

Verſ. *Hæc omnia tendunt.*

Pro iniuria tripliciter reus poteſt moleſtari, criminaliter, vt arbitrio iudicis coërceatur; ciuiliter ad vindictam, vt parti, cui illata eſt iniuria, in ſatisfactionem, pecuniarium emolumentum applicetur ex bonis delinquentis, ac præterea agitur ad expenſas, & damna reſarcienda, quæ in re familiari occaſione iniuriæ contigerunt, quæ qualia ſint, ſatis oſtenſum eſt. Qui ciuiliter actione iniuriarum in iudicio expertus eſt, à criminali remouetur, & è contra. Hæc omnia probant *l. quod Senatuſconſultum 6. l. Prætor edixit 7. §. 1. cum ſeqq. ff. de iniur. l. 21. tit. 9. part. 7.* vbi Greg. Lop. *gloſ. 2.* Anton. Gom. *d. cap. 6. à num. 7.* Clar. *d. §. Iniuria, n. 4.* Pichard. *in §. In ſumma, n. 12. 13. Inſt. de iniur.* Boſſ. *in prax. crimin. tit. de iniur. n. 11.* Paz *ſup. tom. 1. part. 5. cap. 3. in princip. à num. 17.* Azeued. *in rubric. num. 63. cum ſeqq. tit. 10. lib. 8. Recopilat.* Farinac. *ſup. quæſt. 105. ex num. 25.* Gail. *obſeruation. lib. 1. obſeru. 65.* Plaç. *in epitom. delict. lib. 1. c. 6. n. 30.* Surd. *deciſ. 89. n. 10.* 78

Illud eſt obſeruandum, quod ſi criminaliter actum ſit, Iudicique viſum fuerit, reum ad pecuniam condemnare, non eſt iniuriato applicanda, ſed Fiſco, *d. l. 21. Partit. in fine*, & ibi Greg. Lop. *gloſ. vlt.* Gloſ. *in §. In ſumma, verb. extraordinaria Inſt. de iniur.* Pichard. *ibi, n. 22.* 79

Verſ. *Sic iniuriam paſſus.*

Expenſæ, ac damna peti poſſunt incidenter, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur, & principaliter intra viginti annos actione vtili legis Aquiliæ, vel in factum; Gregor. 80

Lop.

Lop.*vbi proximè*, Anton. Gom.*n*.10. Pichard.*n*.17. *In fine*, Pat.Molin.*tom*.4 *diſp*.42.*n*.11.Paz,*n*.31.*cum ſeqq*.

Ibi : *Quinimò plurimùm differt æſtimatio.*

81 Quomodò ſit facienda æſtimatio tam iniuriæ ipſius, quàm damnorum,& expenſarum,docent Ant.Gom. *d.c*.6. *n*.7.Paz *d.cap*.3.§.6.*ex num*.2.Farin.*ſup.num*.49.Clar. *nu*.6. Marant.*de ordin.iudicior. part*.4. *in princip. n*.6. Cardoſ. *in prax. Iudic.verb.expenſa num*.18.Tuſch.*lit. E. conc*.624. *n*.3: & huiuſmodi diſcrimen inter æſtimationem intereſſe, & affectionis,ex pluribus probat Hermoſ.*in l*.8.*gloſ*.8. *nu*.1.2, *tit*.3.*part*.5.Sed meminiſſe hic oportet, *d.l*.21. *tit*.9. *part*.7. qua diſponitur,vt,cum agitur ciuiliter actione iniuriarum, prius Iudex quantum pro iniuria ſit præſtandum, quam pars inter,æſtimet ; notat Gregor. Lop. *gloſ*.9. & probat Clar.*vbi proximè*. In praxi tamen iniuriatus iuramento affirmat,ſe maluiſſe quantitatem,quam exprimit de proprio patrimonio deminui, quam illatam iniuriam ſuſtinere, quam ſummam poſtea Iudex, ſi ſibi viſum fuerit,moderatur.Idem de iuramento in litem, quod eſt affectionis , ſtatuitur in *l*.5.*tit*.13.*part*.1.8.vbi Greg.Lop *gloſ*.4. id notat,& quod de iure communi nihil intereſt, vt in iuramento affectionis præcedat,vel ſubſequatur iuramentum partis Iudicis taxationem.Idem tenet Hermoſ.*d.num*.2. Azeued. *in l*.5.*à num*.19.*tit*.13.*lib*.4. *Recopil*.

Ad Num. 8.

82 Ad hanc *Bartoli* diſtinctionem conſulendi ſunt Farinac.*in prax. quæſt*.22. *per totam* , Bonacin. *in ſumm. tom*.2. *diſp*.1.*q*.4.*punct*.2.Caball.latiſſimè agens . *reſolut. criminal. caſ*.133.137.158.Iul.Clar.*in prax*.§.*fin.quæſt*.84. Plaç.*in epitom.delictor.lib*.1.*cap*.1.Canter.*in ſuis quæſtion.crimin.tit. de quæſt.tangent.punit.delictor.cap. vltim*. Fachin. *controuerſiar. lib*.9.*capit*.46. Cauaican. *de Brach. Reg. part*.4. Tuſch. *lit. D.conc*.169.Guazzin.*de defenſion. reor. defenſ*.33. *capit*. 81. *ex num*.5.

83 Eſt ad præcipuum *huius capitis* tractatum omninò neceſſarium cognoſcere, an vnum, vel plura crimina ex eodem,vel diuerſis actibus reſultent?nam ſi vnicum ſit delictum, & de eo reus fuerit abſolutus iudicialiter , aut alias liberatus,iterum moleſtari prohibetur ; quanquam deducatur qualitas aggrauans , quæ in prima accuſatione fuerat prætermiſſa , ſecus ſi diuerſum crimen per illam conſtituatur,vt per Farinac.*d.quæſt*.4.*n*.4.Guazzin.*defenſ*.2.*c*.7. *num*.21.vbi alij Ant. Gom.*lib*.3.*c*.1.*n*.17. Decian.*ſup.lib*.5. *c*.30.*n*.24.26.At quando multa delicta,etiam ex eodem facto prouenientia reperiuntur, quibus diuerſæ pœnæ iure debentur,nihil impedit,vt pro vno punitus,aut abſolutus, pro alijs poſſit in iudicio vexari; cùm regula *c. de iis* 6. *de accuſat*.in diuerſis criminibus non procedat.

Ibi : *Primum,quoties aliquod.*

84 Delictum toties puniri debet, quoties ex interuallo fuerit iteratum ,imò grauius propter reincidentiam eſt in reum animaduertendum,*c.cum non ab homine* 10.*de iudic.c. accuſatus*. 8.*de hæretic.in* 6.*l*.8.15.*tit*.2 *l*.5. *tit*.4.*l*.4. *tit*.6.*l*.2. *tit*.7.*l*.4.5.*cum alijs,tit*.11.*lib*.8. *Recopilat.lib*.7. *tit*.18. *p*.1.*l*. *non omnes* 5.3.*deſertor ff.de re militar*.Iul.Clar.*ſup. num*.2.4. Baiard.*ibi num*.28.29.Farinac.*nu*.1.Guttier. *de delict.q*.157. *n*.2.Aug.Barboſ.*in collect.ad cap*.1.*de pœn*.Simon de Prætis *conſ*.104 *num*.23. Boer. *deciſ*.82. Caball. *d.caſ*.157. *num*.9. *in fine*. Quod tamen limita vt infrà , *numer*.99. & an propter conſuetudinem delinquendi pœna augenda ſit? latè per Farinac. *quæſt*.13.

Ibi : *His quidem verbis apparet.*

85 Qui eodem impetu quem percutit,& occidit, vnius delicti,homicidij ſcilicet reus ſit, Farinac. *n*.19. Clar. *num*.4.5. Guazzin. *num*.1. Bald.*in l.illud*,§.*Si idem, in lectur ff.ad leg Aquil*.Carrer.*in prax*.§.*Circa ſecundum,n*.66.Plaç. *num*.18. *verſ.Tertio,in hoc tractatu*.Caball.*caſ*.158.*n*.2.5. Sed ſi vnus ſit vulneratus,& alter occiſus in eadem rixa,& ad eundem effectum , veluti ſi volens perimere Caium ; Titium , qui hunc tuebatur,percutiat;ac continuò illum interficiat;duo admittit delicta duplici pœna coërcenda, Guazzin.*num*.6. Salycet.*in l.qui de crimine , num*.15. *cum ſeqq. C. de accuſat*. Caball.*n*.7.nam ex multiplicitate obiectorum,peccata,ſeu delicta multiplicantur , quamuis actos,ſi circa idem obiectum verſarentur , propter continuationem moralem ad vnicum crimen reducerentur;Bonac.*ſup.num*.3. Caramnel. *in Theolog.fundament.n*.740.*verſ. Sit tertia* , & *n*.1706. *verſ. Ad ſecundum*.

Cum verò quis ex interuallo occidit , quem vulnerauerat,tam de homicidio,quàm de vulnere tenetur, Farinac. *num*.5.Canter.*ſup.num*.5.Bald.*vbi proximè,numer*.2. Carrer. *ſup*.Caball.*num*.9. Quoniam interruptio actuum , etiam ad eundem finem tendentium diſtincta delicta efficit. Bonacin.*num*.4. 86

Hinc quæritur,ſi quis animo vulnerandi duntaxat aggrediatur,& vulnere inflicto,commotus ira conſilium mutet , aduerſariúmque in continenti enecet , an de vulnere, ac de homicidio teneatur?Et Bart.*in l.nunquam plura , nu*.5. *verſ.Venio ad aliquas quæſtiones, ff. de priuat. delict*. affirmatiue reſoluit;quam opinionem probant Caball.*num*.17.18. Clar. *num*.5. Bolognin. *conſ. vlt. num*.2.& alij , ſed eam de conſuetudine non ſeruari,vltra *Caball.& Clarum* , aſſerunt Angel.*in.d.l.nunquam plura,n*.7.Auan.*in cap.fin.poſt n*.5. *de colluſion. detegend*. Farin. *n*.31. 87

Ibi : *Tertiùm,quoties vel ſimul.*

Crimina diuerſa ſimul,aut ex interuallo patrata, vt plura plectuntur,nec vnum alterum confundit, Farinac. *nu*.3. Caball.*num*.16. Plaç.*d.c*.1. *num*.18. Guazzin. *num*.6. Clar. *num*. 4. Quæ concluſio abſque controuerſia admittitur, cum delicta,aut ex interuallo fiunt , aut non diriguntur ad eundem finem.At quando delicta ſimul , & ad vnum effectum committuntur,diſſenſio eſt,num maioris delicti pœna cæterorum ſupplicium abſorbeat , vt ſi quis percutiat, vt furetur ; vel muros ciuitatis tranſcendat , vt ſtuprum perpetret;aut arma prohibita deferat ; vt occidat ; de quo Farinac. *numer*. 5.19. *cum ſeqq*. Clar. *vbi proximè* , Caball. *num*.7.16.Alex.de Neuo *conſ*.94. Magon. *Lucenſ. deciſ*.84. *in fine*. 88

Sed ad varietatem opinionum conciliandam ſic diſtingui poteſt cum Bonacina *num*. 8. *verſ. Hæc tamen limita*. Aut delictum,quod ordinatur ad aliud,habet propriam, & peculiarem malitiam diſtinctam ab ea,quæ in ſcelere principaliter intento reperitur,vt cum quis vulnerat ad furandum;& fur tam de vulnere, quàm de furto plectetur , non enim prohiberur percuſſio,ne furetur: Aut talem malitiam non habet diſtinctam , ſed eadem eſt in delicto principali, ac in præparatorio,ſolúmque per magis,aut minùs diſtinguuntur , vt ſi aliquis arma prohibita portet, vt aduerſarium inſultet;hæc enim prohibentur, ne ad percuſſiones, & homicidia perueniatur , atque ita pro delatione talium armorum , aut inſultatione non coërcebitur , qui abſque interuallo alium percuſſerit , vel occiderit;ſed tantùm pro vulnere,vel homicidio.Sed vbi eſt interuallum,delatio armorum,etiam ad actum licitum,vt ad occiſionem banniti, puniri debet:ſecundùm Menoch *de arbitrar. caſ*.574. *nu*.4. de quo poteſt merito dubitari ; nam cùm finis ſit licitus, media punitiona digna non ſunt. Et tam diſtinctionem etſi alijs terminis vtantur, probant iuris Interpretes aſſerentes , quod ſi ex delictis diuerſis diſtincti reſultent effectus,vt plura ſunt punienda ; ſecùs ſi effectus non diſtinguantur, ita varijs exemplis adductis diſſerunt Cabal.*caſ*. 100.*ex num*.12. Bolognin. *dict. conſ.vlt*. Guazzin. *num*.6. Ioſeph. Ludouic. *Lucenſ. deciſ*.61. *à numer*.5. Baiard. *dict. quæſt*.84. *num*.13.& 16.

Ibi : *Quartùm,ſi eiuſdem actus.*

Repetitio criminis eiuſdem,ſi in continenti fiat pro vno admiſſo punitur ; vnde pluries vno impetu percutiens Titium,etſi mors non ſequatur vnica pœna afficitur,grauiori tamen pro numero vulnerum . Farinac. *numer*.7. *cum ſeqq*. & *numer*. 16. *in fine* , de praxi teſtatur Guazzin. *numer*. 5. 89

Bonacin.

Bonacin. *num.* 4. Baiard. *num.* 24. Canter. *ſup. verſ. Aut non ſunt crimina.* Quamquam contrarium, nempè pœnam in ſolidum pro ſingulis vulneribus irrogandam, ſuſtinuerint Clar. *num* 2. Caball. *caſ.* 155. Alberic, *in l. Prætor edixit,* §. *Similis, numer.* 2. *ff. de iniur.* & alij apud Farinac. *num.* 6. Quorum ſententia eſt omninò tenenda, cum quis duos homines, aut plures vno impetu vulnerat; nam quot fuerint percuſſi, tot pœnæ ſunt inferendæ, cùm, vt alibi diximus, ex diuerſitate obiectorum, aut perſonarum, delictorum numerus augeſcat, Guazzin. *vbi proximè*, Caball. *caſ.* 158. *num.* 7. Bonacin. *num.* 3. Imo Caball. *ex num.* 7. & Clar. *n.* 3. ſentiunt, ac probant, percutientem bidente, aut inſtrumento bifurcato eundem hominem, vno ictu, teneri ad pœnam pro quolibet vulnere. Quod limitat idem Caball. *num.* 18. in leuiſſimis vulneribus. Nihilominus vbi eadem perſona quomodolibet in eadem rixa multis vulneribus afficitur, tenenda eſt *D. Couar.* communis opinio, quæ benignior eſt, *argument. l. penult. ff. de pœnis*, & quoad forum animæ ita docet Caram. cum alijs, *ſup. num.* 732. *verſ. Si quis vno ire.*

Ibi: *Nam primò hinc conſtat.*

90 Percutiens plures Clericum eodem impetu, vnicam duntaxat excommunicationem incurrit, Clar. *n.* 2. Pat. Suar. *de cenſur. diſput.* 5 *ſect.* 3. Mar. Alter. *eod. tract. lib.* 3. *diſput.* 10. *cap.* 8. Bonacin. *in ſum. tom.* 3. *tract. de cenſur. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 5. *num.* 3. 5. Vgolin. *in ſimil. tract. tab.* 1. *cap.* 16. §. 3. *num.* 5. Caram. *vbi proximè*, Tuſch. *lit. V. conc.* 382. *num.* 11 vbi loquitur de eo, qui bidente, Clerico vno ictu plura vulnera infligit, Baiard. *q.* 77. *n.* 19.

Sed percutiens ſucceſſiuè plures Clericos, tot excommunicationibus ligabitur, quot fuerint percuſſi; Bonacin. *n.* 6. Alter. *ſup.* Pat. Suar. *n.* 6. Quid ſi vno ictu, quis multos Clericos interficiat? & probabile eſt vnicam excommunicationem contrahi, quamuis communius ſit pro numero occiſorum excommunicationes incurri, Bonacin. *vbi proximè, n.* 7. De quo conſulas Caram. *ex n.* 730.

Ibi: *Secundò ſi quis in alteram.*

91 Eadem verba iniurioſa in aliquem pluries in continenti repetita, pro vna iniuria habentur, ac puniuntur, eſt omnium communis reſolutio; videatur Gutrier. *de delict. q.* 127. *num.* 5. Farinac. *d. quæſt.* 21. *num.* 28. *& quæſt.* 105. *num.* 174. apud quos multi. Dubium verò eſt, quando diuerſæ ſpeciei ſunt, quæ alicui exprobrantur, vt cum iniuriandi animo quia alterum *hæreticum, furem, proditorem* appellat, an iſte ſit puniendus quaſi tot iniurias irrogauerit, quot verba hæc contumelioſa protulerit? Et quamquam Bartolus, & alij aſſeruerint, pro vnoquoque verbo pœnam diuerſam eſſe imponendam, quam opinionem communem dicit Bonacoſ. *commun. verb. iniuria plures.* Nihilominus ex omnibus contumelijs ſimul dictis vnicum delictum effici, vna itidem pœna plectendum, cum *Domino Couarru.* docent Farinac. *vbi proximè*, Azeued. *in l.* 2. *numer.* 51. *tit.* 10. *lib.* 8. *Recopilat.* Gutier. *num.* 6. Plaç. *dict. cap.* 1. *num.* 17. *verſ. Cuius quidem,* Bonacin. *ſup. dict. diſp.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 2. *n.* 12. *verſ. Ex quo patet,* Baiard ad Clar. § *Iniuria*, *ex n.* 8. Tuſch. *lit. A, conc.* 131. *num.* 13. Sed acrius ob repetitionem iniurians coërcebitur, Azeu. *n.* 53.

92 Sed ſi Statuto certa pro qualibet iniuria verbali pœna irrogetur, ſi plures diuerſæ etiam eodem impetu proferantur, pœna pro numero contumeliarum multiplicabitur, Azeued. *num.* 52. Lazar. Fœnut. *in tractat. de momentan. c.* 20. *n.* 12. Baiard. *n.* 10. Vide *infra num.* 94.

Ibi: *Tertiò, eodem pacto.*

93 Qui multas ſucceſſiuè blaſphemias profert, vnum crimen perpetrat, pro quo pœnam ſtatutam, ſeu veriùs grauiorem, non tamen multiplicatam ſubibit, Plaç. *ſup. verſ.* 4. *eod. pact.* Proſp. Farinac. *in praxi criminali, tom.* 1. *quæſt.* 22. *n.* 29. Ioan. Gutiert. *in tractatu de delictis, qu.* 127. *n.* 5. Didac. Simanc, *de Catholicis inſtitutionib. tit.* 8 *n.* 14. Martin. Bonacin, *in ſumm vbi ſupradict. diſput.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 2. *num.* 11. Baiard. *in addit. ad Iul. Clar. in prax.* §. *Blaſphemia*, *numer.* 12. Auiles *in cap.* 25. *Prætor. gloſ.* 1. *num.* 23. Aud. Alciat. *in cap. cum non ab homine*, *num.* 3. *de indicijs*; Azeued. *in l.* 1. *num* 44 *tit.* 4. *lib.* 8. *Recopilat.* Boet. *deciſ.* 381. Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *c.* 1. *num.* 14. qui contra ſentientes refert. Quod ampliat *Baiard.* ex Baldo *in l. ſi duo,* §. *Semel, num.* 2. *ff. de arbitr.* & alijs, quamuis in Deum, & Sanctos blaſphemias iactet. Sed Bonacin. *n.* 3. quoad forum animæ, oppoſitum tenet ſentiens, duo peccata committere, qui ſimul in diuerſos Sanctos blaſphemias profert: quod conſequenter ad tradita *ſuprà, n.* 89. veriùs dicendum eſt. Imo ſi diuerſæ ſint blaſphemiæ in Deum, vel Sanctum, plura peccata committi ſentit Caram. *num.* 741. vbi addit, ob ſcandalum diuerſarum perſonarum multiplicari peccatum blaſphemiæ, licèt eadem ſæpè enuncietur.

Ibi: *Quartò, præmiſſo ſtatuto.*

Extante Statuto, quo caueatur, vt qui alapam dederit, 94
percuſſerit, aut iniuriam verbalem intulerit, certa pœna coërceatur, etſi actus vetitus vno impetu ſæpè repetatur, quaſi ſemel delinquens tenebitur; ſed propter reiterationem pœna aggrauabitur, vt ſtatim probabitur. Sed ſi conſtitutum fuerit, vt pro qualibet alapa, vel alia iniuria delinquens cuidam pœnæ ſubijciatur, tòties erit inferenda, quoties quis aduerſum conſtitutionem venerit, etiam ſub vno actu moraliter continuato; & ita communiter receptum eſt, de quo per Farinac. *d. quæſt.* 22. *ex numer.* 8. Baiard. *vbi proximè*, *à numer.* 9. Hieronym. Ceuall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 417. Alberic. de Roſat. & alij apud eundem, Plaç. *in epitom. delictorum*, *dict. cap.* 1. *numer.* 18. *verſ. Ex quo ſecundo deducitur,* Canter. *ſup. d. c. vltim. num.* 12. Caball. *caſ.* 155. *numer.* 7. Clar. *d. quæſt.* 84. *numer.* 3. Fachin. *dict. lib.* 9. *cap.* 46. Guazzin. *num.* 5. & alij apud Farinac. *d. numer.* 8.

Quæ diſtinctio æquè procedit in illo, qui vno eodémque 95
impetu, & ictu, plura vulnera intulit, vt cum bidente; Canter. *vbi proximè*, & alij, quos refert Caball. *vbi nuper*, qui de hoc latiſſimè agit, & diſtinctioni huic non adhæret, ſed indiſtinctè tenet, vt quomodocunque ſtatutum loquatur, pœna ſit multiplicanda, niſi leuiſſima fuerint vulnera, *n.* 18.

Ibi: *Quintò, ab eadem radice.*

Qui ſimul, aut morali quadam continuatione res di- 96
uerſas ſurripit, etiam ad diſtinctos dominos pertinentes, non cenſetur plura furta committere vt ſtatutum pœnam mortis imponens pro tertio furto locum habeat; quia furandi conſuetudo deſideratur, quæ non inducitur per actus, qui vna eademque animi deliberatione exercentur, Boët. *deciſ.* 219. *num.* 2. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 295. *num.* 20. Tuſch. *lit. D, conc.* 169. *num.* 12. & alij per nos laudati, *ſupra, cap. proxim. num.* 84. qui aſſerunt, furta eodem die patrata non cenſeri diuerſa, vt pro illis, ſi tria fuerint, reus ſuſpendatur: quibus adiunges Caball. *caſ.* 99. *numer.* 49. etſi quoad forum internum plura peccata committi, docuerint Fagund. *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 24. Caram. *num.* 1706. vbi alij.

Ibi: *Sextò, his præmiſſis.*

Quoties pœna propter repetitionem criminis literanda 97
non eſt, augeri debet, Farinac. cum multis, *n.* 7. Gutier. *ſup. n.* 6. Plaç. *d. c.* 1. *n.* 17. *verſ. Cuius quidem ſententia,* Caball. *n.* 50. Canter. *d. c. vlt. num.* 12. *verſ. Sed quicquid Bartolus.* Guazzin. *n.* 5. *ad fin.* Azeued. *in d. l.* 2. *num* 51. Quia reiteratum crimen grauius dicitur, ac delinquentem aggrauat, Gloſ. *in l. ſi diutino, ff. de pæn.* quod pluribus comprobat Caball. *n.* 51. ex quo cum pœna legis ſit extendenda, & exacerbanda, reus arbitrio Iudicis eſt puniendus, Menoch. *ſup. caſ.* 591. *n.* 1.

Eſt hic notandum, quod ſingulariter docet *D. Couar.* 98
& apertius *infra*, *verſ. Vtrùm ſi idem*, & refert Farinac. *d. quæſt.* 25. *num.* 27. ſcilicèt, quod etſi repetitio eiuſdem delicti, quoad vindictam publicam vnica pœna plectatur, & quoad priuatam vnumquodque factum quaſi ſeorſum commiſſum, ſit coërcendum, vt aduertunt Farinac. cũ alijs,

num. 7. Cancer. *num.* 6. Caball. *caſ.* 155. *in fine*, & omnes communiter; tamen pœna, quæ venit parti applicanda, non multiplicabitur, ſed augmentum duntaxat recipiet pro modo iniuriarum.

Verſ. *Quintùm, eſt hoc in tractatu.*

99 Cùm idem crimen ad vnum finem, ac circa eandem perſonam repetitur, antequam de eo reus fuerit delatus, aut punitus, vnica pœna, quanquam acerbiori ad publicam vindictam eſt coercendum; Farinac. *n.* 17. Caball. *d. caſ.* 99. *n.* 50. Roch. de Curt. *in c. fin. in* 1. *notab. de conſuetud.* Grammat. *vot.* 17. *n.* 4. Tuſch. *lit. D, conc.* 169. *num.* 3. Bertaz. *conſ.* 24. 25. *lib.* 1. Quod procedit, etſi ex interuallo idem delictum committatur, ſed non obtinet in criminibus momentaneis, vt in vulnere, ſic in eis, quæ tractum habent ſucceſſiuum; vt quando adminiſtrator publicæ pecuniæ paulatim furatur, quod exemplum eſt apud Caball. *ſup.* & hoc notarunt Farin. Tuſch. & alij. De quo latiùs D. Couar. *infra, verſ. Quod verò diximus.*

Ibi : *Vbi quis ad obtinendam in eadem lite.*

100 Qui in eadem lite plures teſtes falſos, aut inſtrumenta, etiam ex interuallo producit, vnicam pœnam ſuſtinet; quę tamen ob repetitionem ſceleris aggrauatur, Farinac. *n.* 26. Caball. *caſ.* 145. *num.* 2. Baiard. ad Clar. *in §. Falſum. n.* 26. 27. Bertaz. *conſ.* 520. *lib.* 1. Caualc. *ſup. d. tract. de Brach. Reg. fragment.* 76. Monticell. *in prax. reg.* 15. *num.* 160. Guazzin *num.* 1. *verſ. Ac etiam ſciat*, Plot. *in l. ſi quando, n.* 725. *C. vnde vi*, Afflict. *ad conſtitut. Regn. lib.* 3. *rubric.* 40. *in conſt. qui falſitatem, num.* 2. Quod ampliatur, quamuis ſtatutum dicat, in numero ſingulari: Qui teſte, aut inſtrumento falſo vſus fuerit, tali pœna teneatur, Guazzin. Afflict. *vbi proximè*, Caball. *num.* 3.

Ibi : *Hinc ego infero.*

101 Limitatur communiter præmiſſa concluſio, quando ſemel punitus, quia falſis teſtibus, aut inſtrumentis vſus eſt, iterum in eadem cauſa falſitatem huiuſmodi repetit; nam denuo falſi pœna plectendus erit, Guazzin. Caualcan. *vbi proximè.*

Ibi : *Sic ſane ſi quis ſemel percuſſerit Titium.*

102 Clericum eundem ex interuallo pluries percutiens, tot excommunicationibus ligatur, quot fuerint percuſſiones, Pat. Suar. *ſup. diſp.* 5. *ſect.* 3. Vgolin. *de cenſur. tab.* 1. *c.* 16. §. 3. *num.* 5. Baiard. *quæſt.* 77. *num.* 19. Bonacin. *ſup. d. tract. de cenſur. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *numero* 5. 3. Mat. Alter. *eod. tract. lib.* 3. *diſp.* 6. *c.* 8.

Ibi : *Nam ſemel excommunicatus.*

103 Excommunicationis nexu aſtrictus poteſt iterum à iure, vel ab homine excommunicari, quod omnibus cenſuris Eccleſiaſticis commune eſt, vt ex Theologis mox citandis apparet. Ita probant *cap. Engeltrudam*, 3. *quæſt.* 4. *l.* 19. *tit.* 9 *part.* 1. Pat. Suar. *ſup. ſect.* 2. Auila *de cenſur.* 2. *cap.* 4. *diſp.* 5. *dub.* 7. Caball. *caſ.* 57. *in fine*. Baiard. *vbi proximè*, Syloeſt. *in ſumm. verb. Excommunicatio* 1. *n.* 10. Didac. Per. *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 8. *Ordinam* Menoch. *conſ.* 24. *num.* 16. Henric. *in ſumm. lib.* 13. *cap.* 25. §. 4. Filliuc. *tract.* 11. *cap.* 5. *quæſ.* 7. Mat. Alter. *ſup. cap.* 7. Bonacin. *vbi proximè, num.* 1. vbi rationem reddit, quoniam excommunicatus manet capax tranſgrediendi legem, quæ excommunicationem tranſgreſſoribus irrogat; & quanquam ſecunda excommunicatio non habeat effectum eijciendi ab Eccleſia iam excommunicatum, illum tamen detinendi extra ipſam effectum operatur; nam plures abſolutiones deſiderantur, vt ait Gloſ. *in d. c. Engeltrudam.*

Ibi : *Quod multùm refert quantum ad abſolutionem.*

104 Qui pluribus excommunicationibus ligatur, etſi ab vna abſoluatur, cæteris manet irretitus, Pat. Suar. *diſp.* 7. *ſect.* 9. *n.* 4. 6. Greg. Lop. *in d. l.* 9. *Partita*, vbi bonus textus; Bonacin. *vbi proximè*, *q.* 3. *punct.* 6. *n.* 1. Tiraquel. *de retract. tit.* 2. §. 2. *gloſ.* 1. *num.* 21. Pat. Vazq. *in opuſc. mor. tract. de excommunicat. dub.* 18. *num.* 14. Alter. *lib.* 4. *diſp.* 5. *cap.* 4. Pat. Valent. *tom* 4. *diſp.* 8. *quæſt.* 17. *punct.* 8. Gonçal *ad reg.* 8 *Cancellariæ, gloſ.* 11. *nu* 82. 83. Sayr. *de cenſur. lib* 2. *cap* 21. *n.* 13. Quando autem cenſeatur quis vna abſolutione à diuerſis excommunicationibus liberatus, late tradit D. Couar. *in cap. Alma Mater. part.* 2. § 11. *ex num.* 15.

Verſ. *Verùm ſi idem crimen.*

Adde Farinac. *num.* 27. vbi alios refert, & ita ſentiunt 105 omnes, qui requirunt, vt reiteratio fiat ad eundem finem, ſic pœna multiplicetur, nec identitas perſonæ damnificatæ ſufficit.

Verſ. *Quod verò dixi eiuſdem criminis.*

Reiterationem eiuſdem ſceleris ex interuallo, quamuis 106 ad vnicum finem tendat, nouum delictum inducere, dubium non eſt; non obſtante, quòd vnica pœna pro illis actibus imponatur, Farinac. *num.* 17. qui cum alijs *D. Couar.* in omnibus ſub *hoc verſiculo* contentis ſequitur, Caball. *caſ.* 99. *num.* 30. *&* *caſ.* 145. *num* 1. 2. Barboſ. *in collectan. ad c.* 1. *n.* 2. *de pœn.* Tuſch. *d. conc* 169. *num.* 10. Quod vtique verum eſt in diuerſis actibus vnum finem reſpicientibus, qui facti ex interuallo plura ſunt crimina, pro quibus vna pœna infligitur; Caball. *dict. numero* 1. Vide *ſup. numero* 99. 101.

Ibi : *Vbi ex iterata rei furtiuæ contractione.*

Qui rem furto à ſe occupatam ſæpè contrectat, nullo 107 modo plura furta committit, quia primam contrectationem per poſſeſſionem continuat, *l. ei, qui* 9. ibi: *Aſſidua contrectatione, ff. de furt. l. infitiando* 69. §. *Infans, eod. tit.* Caball. *caſ.* 7 Salycet. *in l. adulter num.* 5. *verſ. Quod ſi mulier.* Quicquid dixerit Bart. *in Authent. Sed nouo iure, verſ. Vlterius quæro numquid plura, C. de ſeru. fugitiu. & in d. l. ei qui*, vbi ait, contrectantem eandem rem furtiuam per diuerſa territoria, plura furta committere. At ſi fur à poſſeſſione ceciderit, eandemque iterum recuperet, nouum delictum patrat, non tamen ideo pœna multiplicabitur, vt apertè Conſultus tradit *in d. §. Infans.* Quo caſu locus erit præſenti *D. Couar.* doctrinæ, quod ſcilicet plura delicta repetita ad eundem finem ſpectantia pro vno ad ſupplicium publicum habeantur.

Ibi : *Ad idem, l. maritus*

Quamuis adulterium committens cum vna fœmina per 108 multum temporis, toties delinquat, quoties fuerit cum ipſa luxuriatus; tamen vnicam criminis pœnam, non multiplicem ſuſtinebit; Farin. *vbi proximè*, Clar. *in §. Adulterium, n.* 10. Salycet. *ſup.* Barboſ. *in collectan. ad c. imitare*, *in fin.* 6. *q.* 1. Ex quibus conſtat maximum eſſe diſcrimen, quod *Salycet.* notat *ſup.* inter furem, & adulterum; nam ille per contrectationem plura furta non admittit, hic verò tot adulteria perpetrat, quot acceſſus ad fœminam coniugatam habuerit, licèt quoad pœnam pro vno delicto habeantur. Huius differentiæ rationem eſſe putat *Salycetus*, quia contrectatio fit in re inanimata, quæ actui conſenſum præſtare non poteſt; adulterium autem, conſentiente muliere, committitur. Quæ ratio an congrua ſit, alijs cogitandum relinquitur.

Sed nobis videtur dicendum, quòd in contrectatione rei furtiuæ non reperitur aliqua reiteratio delicti, ſed continuatio quædam, atque ita actus non diſtinguuntur, quod manifeſte probat Conſultus *in d. l. ei, qui, & in d. §. Infans*, nam etſi fur non ſemper rei furtiuæ corporaliter inſiſtat, eam tamẽ animo poſſidet, ac retinet, per quod prima contrectatio continuatur, ac cæteris, quæ poſtea ſubſequuntur, adiungitur; atque ita omnes vnum furtum efficiunt, niſi ea poſſeſſio interrumpatur, quoniam tunc

ſi

ſi denuo furtem furtiuam apprehendat, nouum furtum admittit; vt docuit Conſultus *in d.§. Infans*, a quo præfata deducitur ratio.

109 In adulterio hæc aliter ſe habent, quoniam primus turpitudinis actus, ſi ex interuallo fiat, alijs deinceps ſequutis non coniungitur, nec cum eiſdem continuatur, cùm nulla poſſeſſio in aliena vxore adultero, ſicut furi in re furtiua quæratur; vnde eſt, vt quoties alienum torum quis ex interuallo violat, toties diuerſum crimen perpetrare dicatur; nec ſolus animus perſeuerandi in adulterio prodeſt, vt actus continui cenſeantur, qui re & tempore diſtinguuntur, vt notum eſt; nam quod de fure diximus, prouenit à poſſeſſione, quæ etiam furibus, aliiſque vitioſè rem occupantibus iure competit, ſuóſque effectus operatur, *l. 3. §. Ex contrario, ff. de acquir. poſſeſ. l. 1. §. Qui a me vi, ff. De vi, & vi armat.*

Ad Num. 9.

110 Reus ad diuerſas pœnas damnatus, omnes ſubire debet, ſi inter ſe compatibiles fuerint, Caball. *caſ.* 138. *num.* 22. Clar. *d. § fin. quæſt. 99. num. 9.* quod ſi incompatibiles ſint, vt quando varijs legibus mortis pœna infligitur, diuerſo ſupplicij genere, veluti ſi vnâ ſit comburendus, & altera decapitandus, tunc Iudicis eſt electio, qua morte ille ſit periturus, nec fas eſt ipſi damnato optionem dare, *l. aut damnum, §. Proinde*, vbi notatur *ff. de pœn.* Clar. *ſup.* Guazzin. *defenſ. 33. c. 4. n. 16* Luc de Penna *in l. 1. n. 34. C. de deſertorib. lib. 12.* Baiard. ad Clar. *d. §. fin. q. 67. n. 12.* Si verò pœnæ incompatibiles præter mortem ſint, aliam Iudex pro ſuo arbitrio ſubrogat pro illa quæ infligi nequit; Menoch. *caſ.* 591.

111 Quod ſi morituro membrum aliquod, etiam ſit abſcindendum, communiter docent DD. incipiendum eſſe à pœna minori, & ſic quod membro prius amputato, deinceps ad vltimum ſupplicium perueniatur, & ſic de conſuetudine obſeruatur, Clar. *vbi proximè*, & *ibi* Baiard. *n. 13.* Peguer. *deciſ. 28. in fine*, Guazzin. *d. defenſ. 33. cap. 21. in fine*, Farin. *ſup. q. 22. n. 51.* Caball. *d. q. 138. n. 24.* Franc. Marc. *deciſ.* 738. Sed tamen hoc non ſeruari, niſi in delictis atrociſſimis, teſtantur Caballus, & Fatinac. in quo *D. Couar.* conſentiunt.

Ibi: *Cum & poſt mortem in criminis pœnam.*

112 Quanquam regulariter in reorum cadauera ſæuire non liceat; ſolent tamen ob immanitatem facinorum in aliorum terrorem ſuſpendi, comburi, ac dilacerari: vt notant Caball. *caſ. 194. n. 450. 451.* Clar. *q. 51. n. 13.* Ant. Gom. *variar. lib. 3. c. 3. n. 79.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 285. n. 7.* Guazzin. *defenſ. 18. c. 6. n. 1.* Medic. *in tract. mors omn. ſoluit, part. 2. conc. 52. n. 86.* Farinac. *q. 10. n. 78.* Sed hoc in arbitrio iudicis eſt, Menoch. *vbi proximè*, Guazzin. *verſ.* Et erit etiam arbitrarium, Farinac. *d. n. 78. & q. 128. n. 10.* & vt hæc in cadauera fieri poſſint, neceſſario requiritur, quod tempore mortis defunctus fuiſſet damnatus, aut ita conuictus, vel confeſſus, vt nulla illi defenſio ſupereſſet; Guazzin. *n. 2.* Farin. *d. q. 10. n. 79.* Boſſ. *in prax. crimin. tit. de accuſation. n. 33.*

Ibi: *Atque ita ob effugiendam impietatem.*

113 Quoniam pœna legis Pompeiæ de parricidijs Chriſtianæ pietati, ac humanitati contraria omnibus viſa eſt, in deſuetudinem abijt, ſed alijs pœnis pro locorum ſtatutis, aut conſuetudinibus parricidæ plectuntur; vt teſtantur Caball. *caſ. 15. n. 11.* Clar. *§. Parricidium, num. 3.* Decian. *tom. 2. lib. 9. cap.* 16. in Hiſpania obſeruatur, vt parricida ſtrangulatus dolio includatur, atque ita in mare, vel flumen proijciatur, vt Docet D. Couar. cui ſuffragantur, Clar. *vbi proximè*, Ant. Gom. *ſup. cap. 1. num. 3. verſ. Item etiam illud*, Gregor. Lop. *in l. 12. gloſ. 7. in fin. tit. 8. part. 7.* Menoch. *caſ. 356. num. 7. 8.*

Ibi: *Eodem pacto apud Chriſtianos.*

114 Etſi de iure, qui ad mortem ignis damnatur, viuus ſit flammis tradendus, *l. vniuerſi 9. C. vbi cauſ. Fiſcal.* Curſet. *ſing. 51. verb. pœna*, Baiard. ad Clar. *in §. Hæreſis, num. 15.* apud Chriſtianæ fidei profeſſores pia viget conſuetudo, vt rei Catholici prius alio genere ſupplicij occidantur, ac poſtea cadauera eorum ignis abſumat, Clar. *d. § fin. q. 99. n. 7.*

Ad Num. 10.

Hæretici, qui Brachio ſeculari traduntur, ſunt omninò mortis pœna afficiendi, *l. 2. tit. 26. part. 7.* Simanc. *de Catholic. inſtit. tit. 46. num. 42.* Pat. Suar. *de fid. diſp. 23. ſect. 1.* Guttier. *de delict. quæſt. 33. num. 34* Pet. Gregor. *ſyntagmat. lib. 3. cap. 8. num. 20.* Clar. *in §. Hæreſis, num. 7. & in §. fin. quæſt. 96. num. 7.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 13. q. vlt. verſ. Vltima Pœna*, Pat. Hurtad. *de fid. diſp. 86. ſect. 2. §. 33.* ignéque extingui debent; quam pœnam Iudex laicus commutare minimè permittitur, Guttier. & Clar. *vbi proximè*, Boſſ. *tit. de hæretic. n. 37.* 115

Ibi: *Libri item hæreticorum.*

Eſt pœna excommunicationis ſtatuta in Bulla *in Cœna Domini*, aduerſus legentes, aut retinentes libros hæreticorum, quam latiſſimè explicat Sanch. *in Decalog. lib. 2. c. 10. ex n. 20.* qui *n. 36.* aſſerit cum Azor. *ſup. d. lib. 8. c. 16. q.* 8 non licere hæreticorum libros propria authoritate cuiuſque comburere, ſed Inquiſitoribus neceſſariò fore tradendos, etſi aliquibus contrarium placuerit. Non tamen qui cumburit præfata cenſura ligabitur, vt idem Sanch. aduertit, quia non retinetur, quod igne conſumitur. 116

Ibi: *Quamobrem in primis obſeruandum eſt.*

Hæreticos iuſtè vltimo ſupplicio damnari, ac flammis tradi, probant Hurtad. *ſup. ſect. 1. & 2.* Guttier. *d. quæſt. 33. num. 38. cum ſeqq.* Simanc. *tit. 46. num. 41. cum alijs*, Meneſ. *in l. tranſigere, n. 98. C. de tranſact.* Decian. *lib. 5. cap. 42. nu. 4.* Iodoc *in prax. cap. 61. n. 19.* 117

Ibi: *Hac verò ignis pœna.*

Quod hæretici flammis extinguantur generalis obſeruat conſuetudo, Clar. *§. Hæreſis, num. 7.* Anton. Gom. *lib. 3. c. 2. num. 1. verſ. Item pro qualitate*, Villadieg. *de hæretic. quæſt. 15. num. 3* Guttier. *n. 41.* Bertrand. *conſ. 282. num. 4. lib. 2.* Decian. *ſup verſ. Hoc autem.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 374. n. 2.* Gregor. Lop. *in l. 2. gloſ. 9. tit. 26. part. 7.* Roxas *ſing. 91.* Sebaſt. Medic. *in ſumm. omn. hæreſ. part. 1. quæſt. 13.* Ant. Scapp. *de iur. non ſcript. lib. 5. cap. 32. num* 8 Sanctarel. *de hæreſ. cap. 27. n. 4.* Azeu. *in l. 1. n. 176. tit. 3. lib. 8. Recopilat.* 118

Verſ. *Tandem in Hiſpania.*

Hæretici qui Iudici ſeculari traduntur in Hiſpania, ſi reſipiſcant, etiam in eodem patibulo priùs ſtrangulantur, quàm flammis dentur, quod ſi pertinaciter in ſuis erroribus perſiſtant, viui exuruntur; Hurtad *ſect. 2. §. 19.* Guttier. *n. 40.* Cened. *ad Decretal. collectan. 55. n. 3.* Mart. Delrio *diſquiſit. magic. lib. 5. ſect. 16.* Didac. Per. *in l. 3. verſ. Eſt alia pœna, tit. 4. lib. 8. Ordin.* Simanc. *in enchirid. tit. 67. ex num. 1.* Farin. *de hæreſ. quæſt. 189. §. 1. num. 4. & quæſt. 193. num. 13.* Sed ſi hæreticus fuerit negatiuus; qui ſcilicèt conuictus hæreſis crimen negat, & ſic Iudici ſeculari tradatur, mortuus comburitur, Hurtad. *§. 28.* qui §. 29. 30. agit, an ſint negatiuis præſtanda Sacramenta Pœnitentiæ, ac Euchariſtiæ; & contra Pat. Suar. *de fid. diſp. 23. ſect. 1. num. 5.* docet poſſe negatiuum Sacramentaliter abſolui, & Sacerdotem ad hoc teneri, quando prudenter credit, illum verè eſſe pœnitentem, quod priuatim faciendum eſt; nam Iudices tenentur prohibere, ne Sacramentum aliquod illis miniſtretur; cæteris verò hæreticis, qui vel propter recidentiam, vel quia ſerò, ſcilicet poſt ſententiam conuerſi ſunt, Sacramenta prædicta non denegantur, quanquam ſint comburendi; Simanc. *de Catholic. inſtit. tit. 57. n. 16. 17.* Syluest. *in ſumm. verb. hæreticus 1. n. 14. 17.* Guttier. *num. 50.* Schilac. *in tract. de Fide Catholic. cap. 27. num. 4.* Sanctarel. *ſup. c. 42. dub. vnic. n. 17. in fine*, Farinac. *d. n. 35.* Decian. *ſup. c. 36. n. 7.* 119

Verſ. *Hinc ad effugiendam inhumanam pœnam.*

110 In Hiſpania delinquentes in eremo, ſi pœna mortis ſint digni, ac per Iudices, qui, *de la hermandad*, noſtro idiomate nuncupantur, ſint puniendi, ſagittarum ictibus enecabantur, ſed hodie prius faucibus compreſſis occiduntur, ac in cadauera ſagittæ mittuntur, vt notat Greg. Lop. *in l.12. gloſ.7. in fine, titul.8. part.7.* Pradilla *de pœn. delictor. part.1. cap.28. num.7.*

AD CAPVT IV.

De exequutione publici, vel priuati instrumenti, traduntur aliqua: & num exequi poſſit quod liquidam quantitatem non continet.

SVMMARIVM.

1 *De exequutione publici instrumenti qui tractent.*
2 *Exequutio an peti poſſit ex instrumento, quo quid liquidum non debetur; ad n.10.*
3 *Tutor, vel alius administrator, exequutiuè non conuenitur ante rationum diſpunctionem.*
11 *Instrumentum exequibile eſt, quo certa quantitas vini, vel frumenti debetur, etſi pretium incertum ſit.*
12 *Exequutiuè agi poteſt pro debito non liquido, ſi culpa debitoris liquidari non poſſit.*
13 *Ex instrumento conditionali quando exequutiuè agi poſſit, & num. 14.*
15 *Qua forma in exequutione ſeruetur, remiſſiuè.*
16 *De proclamatibus ad diſtractionem bonorum, in quibus exequutio facta eſt; ad n.19.*
20 *Bona diſtracta quando reſtitui poſſint debitoribus, debito perſoluto? remiſſiuè. Et an liceat Iudicibus inferioribus reſtitutionem facere, n.21.*
22 *Vtrum instrumentum de iure Regio habens paratam exequutionem exequendum ſit, ſi ei clauſula guarentigia inſerta non ſit, ad n.25.*
26 *Instrumentum confectum, vbi paratam exequutionem habet ex ſtatuto, an exequibile ſit in loco in quo tale ſtatutum non eſt; & è contra, & n.27.*
28 *Chirographum à debitore recognitum paratam habet apud nos exequutionem.*
29 *Secùs ſi non fuerit recognitum, etſi obligatus conſenſerit, vt via exequtiua ex eo agi poſſit.*
30 *Chirographum recognitum, quando & à quo tam recognoſcenti, quàm alijs eius creditoribus præiudicet, ad num. 32.*
33 *De recognitione priuatæ ſcripturæ, ad num.35.*
36 *De promiſſione ſoluendi tribus terminis, die non expreſſo? remiſſiuè.*

1 DE iudicio exequutiuo, ac de interpretatione legum Regiarum, quæ paratam exequutionem publicis tribuunt instrumentis, videndi ſunt Roderic. Suar. *in l. poſt rem iudicatam, ff. de re iudicat.* Anton. Gom. *in l.64. Taur.* Guttier. *practicar. lib.1. quæſt.110. cum ſeqq.* Auiles *in cap. 10. Prætor. verb. execution.* Parlador. *rer. quotidianar. lib.2. cap. fin.* Carleual. *de iudic. tom.2. tit.3. diſp.1. cum alijs*, Aucudañ. *in c. Prætor. part.2. c.30. & in declarat. ad l.4. & 5. tit. de las excepciones, lib.3. Ordinam.* Amad. Rodrig. *in tract. de exequut.* Anton. Canar. *eod. tract.* Cancer. *variar. reſolut. part.2 c.3. de instrument. guarent.* Azeued. *in l.1. & ſeqq. tit.21. lib.4. Recopilat.* Pichard. *in manuduct. ad prax. part. 2.* Paz *in prax. tom.1. part.4.* Didac. Per. *in l.4. gloſ.1. tit.8. lib.3. Ordinament.* Villadieg. *in politic. capit.2.* Cur. Philipp. *part.2.* Coler. de *proceſſ. exequtiu.* Aſin. *de exequutionib.*

Ad Num. 1.

2 Ex instrumento publico, vbi paratam habet exequutionem, poteſt peti exequutio, quamuis incertam quantitatem contineat, vt damna, vel intereſſe, modò ante omnia in limine litis exequutiuæ quantitas liquidetur, Menoch. *in l.1. n.47. ff. de legat.2.* Cachetan. *deciſ.129. ex num.10.* Canar. *ſup. quæſt.14. n.33.* Barz. *de guarentig. quæſ.2.* Scacc. *tract. de appellat. quæſ.17. limit.9. à num.14.* Didac. Per. *d. gloſ.1. verſ. Vtrum autem exequutio*, Peralt. *in d. l.1. num.82. ff. de legat. 2.* Carleu. *ſup. diſputat.3. n.46.* Hermoſ. *in l.10. gloſ.4. n.448. tit.1. part.3.* Guttiert. *practicar. lib.3. quæſt.39. à num.16.* Paz *ſup. cap.1. num.15. cum ſeqq.* Ceuall. *commun. tom.1. quæſt.662.* Cur. Philipp. *§.8. nu.1.* Azeued. *in d. l.1. n.55.* Galleſ. *ad form. Camer. obligat. q.35. à n.6.*

Ibi: *Item ſententia plerumque fertur.*

Nota, dupliciter poſſe tutorem, vel alium administratorem conueniri ex instrumento administrationis, paratam exequutionem habente, vel vt redditis rationibus reliqua tradat, vel vt ante earum diſpunctionem, quæ in inuentario deſcripta ſunt, cum effectu reſtituat. Amat. *variar. lib.2. reſolut. 59. n.12. 13.* Primo caſu exequutiuè agi poterit, vt in eadem via exequutiua computatio fiat, antequam ad capturam pignorum, aut perſonæ, deueniatur; & facta, administrator reſidua ſoluat, Parlador. *ſup. part.1. §.12. limit. 4 num.34.* Cur. Philipp. *num.2.* Secundo, exequutiuè agere nullo modo licet; nam tutor rationes offerens liberabitur à via exequutiua, Carleu. *diſput.7. num.9.* Guttierr. *de Tutel. part.3. cap.1. num.53.* Amat. *vbi proximè, n.24.* omninò videndus *per tot. reſolut.* vbi tradit diſtinctionem inter bona mobilia, & immobilia deſcripta in inuentario, ac docet, quibus caſibus poſſit tutor exequutiuè conueniri ante rationum computationem. 3

Verſ. *Contraria opinio,*

Sed quod non liceat viam exequutiuam intentare, quoties debitum liquidum non eſt, docent Suar. *ſup. in declarat. leg. Regn. lim.4. à num.1.* Cap. *deciſ.17.* Menoch. *de adipiſcend. remed. 5. nu.59.* vbi magis communem dixit, Oroſc. *in l.1. num. 9. ff. de edend.* Caballio. *milleloq. 623.* Aſinius *ſup. §.1. cap.29. à n.8.* Rodrig. *cap.1. art.4. num.29.* Cancer. *ſup. part.1. cap.17. num.34. & d. c.3. numer.9.* Cataut. *tit.167. à num.4.* Intriglíol. *lib.2. ſingul. 50. n.1.* Colet. *ſup part.3. cap.1. num.2. cum alijs*, Amat. *num.16.* vbi plurimi Parlador. *vbi proximè, num.28.* Noguerol. *allegat.33. num.46.* Villadieg. *d. cap.2. num.21.* Quæ ſententiæ, quoad effectum in quo inter ſe differant, ſtatim dicemus; hæc tamen magis iuris rigori conuenit, vt probabitur *infra n.9.* 4

Ibi: *Quod Regia lex expreßim exigit.*

Idem iuris eſſet ſi id expreſſum non fuiſſet, nam quoties ſtatutum paratam instrumentis tribuit exequutionem, ſubintelligitur pro quantitate liquida, Menoch. *ſup. remed.3. num.190.* Galleſ. *ſuprà, tit. de liquid. n.11.* Aſin. *d. c.29. n.8. 18.* Aut. Amat. *n.17.* Carpan. *ad ſtatuta Mediolan. lib.1. c.42. n.29.* Amat. *deciſ. 9. n.39.* 5

Verſ. *In ſumma instrumenti non liquidi.*

Adde Hermoſ. *n.442. cum ſeqq.* Guttierr. *d. q.39. ex nu.13.* Suarez *d. lim.4. à num.1.* Paz. Galleſ. *vbi proximè*, Carleual. *dict. diſput.3. n.41. cum ſeqq.* Ex quibus conſtat, omnes ferè in hoc conuenire, vt antequam debitum liquidetur, nequaquam pignora, aut perſona debitoris capi poſſint: differunt tamen, quia ſecundùm primam ſententiam, cauſa celeriùs expeditur, ſiquidem, rationibus diſcuſſis, ſtatim abſque aliqua Iudicis pronunciatione mandatum exequutiuum decernitur. At iuxta ſecundam, ſententia ſuper liquidatione deſideratur, à qua reus appellationem interponere non prohibebitur, etiam quoad effectum ſuſpenſiuum, Cancer. *d. cap.17. num.36.* Menoch. *d. remed.3. n.192.* Galleſ. *d. tit. de liquidat. n.3.* Celſ. Hug. *conſ.45. num 4.* & ita omnes communiter, quidquid dicat Parlador. *n.32.* 6

Illud eſt obſeruandum, vt quomodocunque de liquidatione tractetur, neceſſe eſt Rei citationem interuenire Parlad. *n.30.* Suar. *vbi proximè*, & alij. 7

Verſ.

Verſ. *Cæterùm Paulus Caſtrenſis.*

8 Hanc *Pauli Caſtrenſis* ſententiam, vt ſcilicèt ante liquidationem debiti poſſent pignora capi, ac perſona debitoris carcerari, quando via exequutiua experitur, probat Guttier. *dict. quæſt.* 39. *n.* 19. vbi ait, *Hanc praxim poſſe ſuſtineri:* Roman. *in l.* 1. *ff. de edend.* Auiles *in d.c.* 10. *Prætor. verb. execucion. num.* 53. Boer. *deciſ.* 295. *num.* 15. Hieronym. de Leon *Valent. deciſ.* 64. *num.* 9. D. Larrea *allegat. fiſcal. tom.* 2. *allegat.* 78. *num.* 23. eamque communem dixere Iaſ. *in l.* 1. *ff. de edend. n.* 31. Viui. *commun. libr.* 1. *opin.* 305. Emman. Suar. *eod. tract. verb. inſtrumentum.* Ipſam tamen impugnant cum *D. Couarruu.* nedum illi, qui abſolutè inficiantur, locum exequutioni eſſe pro non liquido, verumetiam, qui viam exequutiuam admittunt, vt Parlador. *n.* 28. Suar. *in d.l. poſt rem iudicatam, limit.* 4. Peralt. Hermoſ. Pax, Carleual. Guttierr. & alij *ſupra* allegati. Nec qui pro *Paulo Caſtrenſi* laudantur, omnes expreſſim ipſius ſententiam probant; non enim aſſerunt, poſſe ad capturam pignorum, non liquidato debito, veniri; ſed quod inſtrumentum eſt exequibile, modo in proſequutione viæ exequutiuæ de certa quantitate conſtet; & ita loquuntur D. Larrea, Leon, & Boer. De quo iterum *n. ſeq.*

Verſ. *Primam, ex his conſtat.*

9 Ad circuitus vitandos, qui primæ ſententiæ adhærent, monent Iudicem, vt, cum via exequutiua agitur, à pronuntiatione ſuper liquidatione abſtineat, ne ad appellandum reo pateat aditus, Guttierr. *d. quæſt.* 39. *n.* 4. Hermoſ. *n.* 450. Carleual. *n.* 44. Paz *n.* 17. At quando via ordinaria ad liquidationem proceditur, ſententia omnino opus eſt; vt ex pluribus Carleual. *vbi proximè.* Sed quidquid praxis obſeruet, de iure verior videtur, agi non poſſe exequutiuè virtute inſtrumenti, quo certa quantitas non continetur, niſi prius via ordinaria liquidetur; quoniam cauſa liquidationis diſtincta eſt à principali ſuper exactione debiti, Menoch. *ſup. d. remed.* 5. *n.* 71. Galleſ. *tit. de liquidat. n.* 3. & cùm Statutum concedens inſtrumentis paratam exequutionem, requirat, vt debitum ſit liquidum, Tuſch. *lit. S. con.* 532. *n.* 55. & dixi *ſup. n.* 5. priùs ea qualitas, ſecundùm communes iuris regulas verificanda eſt, quàm beneficio legis creditor vtatur, iuxta communem DD. opinionem; qui hoc generaliter tradunt, Bald. *in l. mancipia, C. de ſeru. fugitiu.* Bertaz. *conſ. crimin.* 145. *n.* 8. Cyriac. *tom.* 2. *controu.* 216. *n.* 18. Vnde quamuis fiſcus priuilegium habeat conueniendi via exequutiua ſuos debitores, intelligitur, ſi debitum ſit liquidum; Tuſch. *n.* 68. atque ideò tenetur via ordinaria agere ad liquidationem, antequam ad exequutiuam accedat; Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 7. *tit.* 7. *n.* 5. *verſ. Si verò debitum non eſt liquidum,* Surd. *deciſ.* 18. *ex n.* 2. Mozon. *de cauſ. exequutiu. ampliat.* 8. *n.* 12. 13. Nouar. *ad leg. hi qui, num.* 3. 4. *C. de conueniend. fiſc. debitor. lib.* 10. Tandem cum hoc, quòd inſtrumenta paratam exequutionem habeant, ſit aduerſus ius commune, Tuſch. *n.* 86. Parlador. *d. part.* 1. *§.* 21. *in princip.* Azeu. *in d.l. in princip. tit.* 21. *lib.* 4. *Recopil.* & omnes præmittunt; eſt potius reſtringendum, quàm ampliandum; Ant. Theſaur. *deciſ.* 26. *à n.* 1. Cancer. *d. cap.* 3. *num.* 2. vbi alios refert.

Verſ. *Secundò, deducitur.*

10 De hac diſtinctione inter iudicium vniuerſale, & particulare, quoad viam exequutiuam, agit Tuſch. *ſup. nn.* 63. Mynſinger. *centur.* 2. *obſeruat.* 6. vbi ait, ſecundum eam, Imperialem Cameram iudicaſſe, Theſaur. *vbi proximè, n.* 6. Quam magis communiter DD. præallegati reijciunt.

Verſ. *Quartò, omnibus his.*

11 Certa quantitate frumenti, vel olei debita, poteſt fieri exequutio pro pretio, ac pignora capi, etſi illud ſit incertum; quoniam ſufficit in proſequutione viæ exequutiuæ liquidari, D. Larrea *d. allegat.* 78. *n.* 23. Cancer. *ſup. num.* 12. Guttier. *d.c.* 39. *n.* 23. vbi ſubdit, cautos creditores ſolere in prima petitione maiorem vini, vel tritici valorem proteſtari, ac deinceps exhibere teſtimonialeſ literas Tabellionis teſtificantis de maiori pretio, vt iuxta illud pecunia ſoluatur, Paz *ſup. n.* 8. *in fine.*

Eſt & alius caſus, in quo æquiſſimum erit, præfatam *Pauli Caſtrenſis* ſententiam practicari; cùm ſcilicet per ipſum debitorem ſtat, ne quod debet, liquidetur; quoniam tunc pignora capi poterunt vſque ad ſummam Iudicis arbitrio præſcriptam, D. Larrea *n.* 24. 12

Ad Num. 2.

Inſtrumentum publicum conditionale poteſt exequutioni mandari, modò priùs de exiſtentia conditionis apud Iudicem doceatur, Ant. Gom. *in d.l.* 64. *Taur. n.* 7. Parlad. *§.* 12. *limit.* 5. Guttierr. *n.* 12. D. Larrea *n.* 25. Carleual. *n.* 42. Paz *vbi proximè*, Auil. *dict. verb. Exequutio, num.* 57. Azeued. *num.* 40. Villadieg. *ſup. numer.* 23. Cur. Philipp. *§.* 7. *num.* 7. 13

Id ipſum in conditione tacita locum obtinet, vt ſi maritus agat ad dotem ſibi promiſſam, qui non alias exequutiua via vti poterit, niſi nuptias contraxiſſe priùs oſtendat; ſed ſi notorium fuerit, ab onere probationis liberabitur; ſi verò reus non appellauerit, & in proſequutione iudicij actor matrimonium initum eſſe probet, proceſſus valebit, Suar. *d. limit.* 4. *num.* 2. Parlador. Cur. Philipp. *vbi proximè*, Azeued. *n.* 37. 40. 14

Verſ. *In hac tamen.*

De forma, qua exequutio fit, ac perficitur, agit *l.* 19. *titul.* 21. *lib.* 4. *Recopilation.* vbi latè Azeued. Carleual. *dict. tit.* 3. *diſput.* 1. *à num.* 27. Amad. Rodrig. *cap.* 5. Guttier. *d.c.* 1. *qu.* 13. *cum ſeqq.* Parlador. *d. cap. fin. part.* 5. *per tot.* Paz *part.* 4. *cap.* 2. 7. Villadieg. *ſup. à num.* 67. Cur. Philipp. *§.* 14. *cum alijs.* 15

Quibus diebus præconizandum ſit ad diſtractionem captorum pignorum, docet Paz *d.c.* 2. *n.* 39. Cur. Philipp. *§.* 17. *num.* 4. ex quibus conſtat, triginta dies in venditione immobilium lapſuros, & in mobilium decem dinumerandos à primo proclamate. 16

Aliquando termini præſcripti *d.l. Regia*, ad ſubhaſtationem rerum diſtrahendarum, non obſeruantur; nam fauore Fiſci conſtitutum eſt, vt bona mobilia fiſcalium debitorum vendantur tribus proclamatibus intra triduum ſucceſſiuè præmiſſis, immobilia verò intra nouem dies, vt habetur *in l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 9. *Recopil.* Ita vt primo caſu quatuor, ſecundo decem dies præterrant: Cur. Philipp. *vbi proximè*, quod notat Parlador. *ſup. part.* 5. *§.* 8. *n.* 4. Carleual. *n.* 28. Cur. Philipp. *n.* 2. Paz. *n.* 40. Idem conſtituit *l.* 43. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recopil.* circa ea, quæ venduntur ſub haſta pro fraternitate, vulgò *Hermandad*, Parlador. Cur. Philipp. *vbi proximè*, Auendañ. *in dictionario, verb. almoneda.* & *in c. Prætor. part.* 2. *c.* 12. Similiter delegatum, vel exequutorem, cui tempus præfixum eſt, poſſe terminos proclamatum coarctare, ne alioquin propter termini lapſum perficere executionem impediatur, docent DD. *in c. de cauſis, de offic. delegat.* & notat Parlador. *vbi proximè.* 17

Quod ſi nulla ex cauſa termini proclamatum reſtringantur, vitiabitur exequutio quoad ſubhaſtationem, & reliqua poſtea facta, quæ denuò erunt iteranda, ſed antea geſta in ſuo robore permanebunt, Parlad. *n.* 7. 8. Paz *n.* 39. Cur. Philipp. *n.* 7. vbi *n.* 5. notatur, quod ſi ſimul capiantur bona mobilia, & immobilia, neceſſe non eſt, niſi tria proclamata pro omnibus, eo ſcilicèt ordine, qui ad immobilia deſideratur. Prorogatio verò terminorum nullum præiudicium affert exequutioni, vt præfati aduertunt. Ratio differentiæ in promptu eſt; nam etſi vtroque caſu contra formam legis Regiæ fiat, tamen in primo ſolùm nullitas locum habet, eo, quòd reo expedit, vt proceſſus in ſe factus irritetur, in cuius fauorem dilationes tot dictum ſunt introductæ. At in ſecundo nullitas obeſſet actori, cum iterùm agendum foret, ſoluióque differretur, cui lex proſpexit, dum terminum ad certos dies reſtrinxit. Vnde ſi nullum eſſe proceſſum quoad ſubhaſtationem diceremus, quia Iudex amplius tempus ad diſtrahenda bona conceſſit, eueniret, vt quod fauore actoris inductum eſt, in eiuſ- 18

dem damnum tetnqueretur;contra regulam *l. quod fauore, cum vulgaris, C. de legib.* & quod actus geſtus contra formam legis teneat,quando nullitas eſſet nociua ei, cui lex conſultum voluit, dum formam dedit, prob.t mirabilis textus exactè intellectus,*in l.ſi duobus 12.§.Si prius,ff.de bonor.poſſeſſ.cont.tabul.*

19 Sunt aliqui caſus, in quibus ſolemnitas præconiorum non obſeruatur. *Primus* eſt,ſi præco ad diſtrahenda pignora non reperiatur, nam per edictà ſuppleri poterit, vel erit, vt licitatio per Iudicem, aliúſve iuſtitiæ miniſtrus fiat;Parlador *num.5.* Auendañ. *d. cap.12. num.2. Secundus*, quando reus ei ſolemnitati renunciat, ſed non ideò cenſetur terminis præconiorum renunciare; qui præterire debent,antequam ad vltimam citationem addictionis deueniatur;Carleual.*d.tit.3.diſp.2.num.5.*Rodrig.*ſup.c.5.n.*5.
Cur.Philip.*num.*8.Quamuis Paz,*vbi proximè*,ſentiat, proteſtationem in renunciatione requiri ad gaudendum proclamarum dilationibus. *Tertius* eſt, cum res quæ capitur vendenda non eſt ad ſatisfactionem creditoris, veluti ſi ſit pecunia,aut quid in ſpecie debitum;nam ceſſante venditione proclamata ſuperflua ſunt, ac per conſequens terminorum lapſus non deſideratur, Cur.Philip.*ibidem*,Carleual.*d.diſp.2.n.15.*vbi per totam explicat, quomodo exequutio in pecunia facta debeat expediri.

Ad Num 3.

20 Adde Parlador.*part.5.§.16.n.7.8.*Carleual. *d. tit.3. diſp. 24.numer.7.*Paz,*cap.3. num.48.49.* Guttier. *practicar. lib.2. quæſt. 161. à numer. 2.* Didac. Perez. *in dict. l.4. col. 1072. verſ. Dubitari præterea.titul.3.lib.3. Ordinam.* Ceuall. *tom.1. quæſt.655.numer.7.8.* Cur. Philippic. *§.22. numer.18.19.* & alios apud Carleual.

Ibi : *Quod ſi ſubhaſtatio.*

21 Videas proximè laudatos,præſertim *Parlador*; qui hoc quod de Supremis Iudicibus dicitur, ad inferiores extendit,qui reprehenſione digni non ſunt,ſi Maiorum veſtigia ſectantes, æquitate eadem erga debitores vtantur.

Verſ. *Illud ſanè omittendum.*

22 Ad hoc vt Inſtrumentum publicum habeat de Iure Regio exequutionem paratam,clauſula guarentigia non eget, Ant.Gom.*in l.64.Taur.n.4.*Parlador.*part.1.§.11. amplia.2. à n.10.*D.Larrea,*d.allegat.78.n.5.*Didac.Perez. *d.l.4 gloſ.1. tit.8.lib.3.Ordin.*Olan. *in antinom.iur. lit.I. n.4.* Azeued. *in dict.l.1.numer.53.54.tit.21. lib.4.Recop.*Palac. Rub.*in l.63. Taur.*Auendañ. *in dictionar. verb.ſcriptura, & in l.4.& 5. tit.de las excepciones,nu.22. circa finem*,Hermoſ. *in l.6.gloſ. vltim.n.3.in fine,tit.5.part.5.*Salaz.*de vſu,& conſuetud. c.3. nu.4.*Gratian.Falcon, *reg.179.n.9.*Carleual.*d.tit.3. diſp.6. n.9.*Marienq.*in l.10.gloſ.9.tit.17.lib.5.Recopil.* Cur.Philip. *§.7.n.1*,quod magis arridet.

23 Eſt autem clauſula guarentigia,per quam contrahentes præſtant facultatem omnibus Iudicibus, vt in ſe exequutio fiat,perinde ac ſi quod inſtrumento comprehenditur, re iudicata fuiſſet definitum,vt cum plurimis probat Carleual. *vbi proximè, num.7.* Parlador. *ſup.ampliat. 1. num.5.* Azeued. *num.53.* quamuis alio ſenſu inſtrumentum clauſulam guarentigiam habere dicatur, vt videre eſt apud Cancer. *d.cap.3.num.6.7.* Manoch. *de arbitr. lib 2. cnſ.171 n.6.*Azeued. *n.54.*

24 Contrariam verò partem cum *D.Couar.* tuentur Menoſ. *in l.1.num.21.C.de iur.& fact.ignorant.* Felician.*de cenſib.lib. 3.cap.1.ex num.3.* Segura *in l.ſi ex legati cauſa, num.71.78. ff.de verbor. obligat.* Valdes ad Suar. *ſup.in declarat. leg. Reg.num.10.* Rodrig. *vbi ſup. cap.1.art.4. num.19.* Paz *c.1. num.10.* Ceuall. *quæſt. 690. num.5.* Baëza, *de inop. debitor. cap.1.num.31.* Guttier. *practicar. lib.1.quæſt.120.& de iuramento confirmat.part.1.c.62.n.6.*Queſada *in ſuis quæſtion.Fiſc. q.9.*Girouda *de gabell.part.2.§.1.n.15.*

25 Quæri ſolet ſuppoſito,quod hæc opinio vltima in praxi recepta ſit,vtrum cenſeatur adiecta,quamuis omiſſa ſit, clauſula guarentigia,cùm hodie de conſuetudine in vniuerſis inſtrumentis apponatur;& affirmatiuè aliqui reſponderunt, iuxta *l.quod ſi nolit,§.Quia aſſidua, ff. de ædilit.edict.* Contrarium tamen verius eſt, vt ex alijs reſoluit Ceuall.*d.q.690 in fine*,pro quibus facit *l.quicquid 99.ff.de verbor. obligat.*

Illud prætermittendum non eſt,inſtrumenta,quæ apud nos paratam habent exequutionem,exequi non poſſe, ſi agatur vbi tale Statutum non viget;& è contrario,ſi conficiantur, vbi paratam exequutionem non obtinant ac in Hiſpania experiatur; via exequutiua reus poterit conueniri, ſi inſtrumenta eas qualitates contineant, quæ apud nos deſiderantur ad agendum exequutiuè;nam etſi quoad litis deciſionem ſtandum ſit legibus loci, in quo obligatio contrahitur; quoad ordinem iudicij attenditur, quod obſeruatur,vbi petitur;Ant.Gom.*in d.l.64.num.8.9.*Parlador. *part.1.§.11.ampliat.3.num.13.* Didac, Perez *in d. l. 4. Ordinam.*Gregor.Lop. *in l.8.gloſ.fin.titul. 18. part. 3.* Cur. Philip.*§.7.num.3.*Paz, *ſup.d.part.4.cap. 3. num. 19.* Quanquam inſtrumentum confectum, vbi paratam exequutionem non habet,exequi non poſſe,licet petatur in loco,in quo eſt exequibile ex Statuto,defendat Cancer *dict.cap.3. num 19.* ſequutus Mart.Monter. *decis.9. num. 52.* qui alios refert. 26

Sed quod inſtrumentum exequendum non ſit,vbi non eſt exequibile,etſi conficiatur vbi exequutionem paratam habet,ampliatur,licèt Iudex procedat ex litteris requiſitorijs, v.g. ſi Iudex Caſtellæ requireret Iudicem alterius prouinciæ,vt exequeretur publicum inſtrumentum, non poterit requiſitus annuere requirenti, ſi ibi tale inſtrumentum paratam non obtineat exequutionem; ita Cancer. *num.10.* 27

Ad Num. 4.

Chirographum, ſiue priuata ſcriptura à debitore iudicialiter recognita, de iure Regio paratam exequutionem meretur,*l.5.tit.21. lib.4. Recopilat.* Parlador. *dict. cap.fin. part.1.§.5 à princip.*Carleual. *ſup.tom.2. tit.2. diſp. 8. n 2. & tit. 3. diſp.6.n.39.* Guttier.*d.lib.1.practicar. q.121.à n.1.* Azeued. *in l.2.num.2. tit.21.lib.4. Recopilat.* Greg. Lop. *in l. 119.gloſ.4.tit. 18.part.3.* Paz *d.part.4.cap.1.n.21.* Auendañ.*in cap.Prætor.part.2.c.31.num.1.*Cur.Philippic.*§.6.n.1.* Auiles *ſup.d. verb. execution.n.13.*Villadieg. *d. cap.2.n.28.* Quæ recognitio fieri poteſt de mandato Iudicis coram apparitore,vel Tabellione,*l.6.tit.21.lib.4.Recopilat.*vbi Azeued.Paz *d.cap.1.n.24.*Cur.Philip.*vbi proximè.* 28

Sed chirographum non recognitum exequutioni mandari non poteſt,quamuis contrahentes expreſſerint, vt ex eo via exequutiua experiri liceat,Amat. *variar. lib.1. reſolut.8.num.20.*vbi alij, Azeued. *in l. 5. num. 2.tit. 21. lib 4. Recopilat.*Cancer.*vbi ſup.num.5.* Caualcan. *deciſ.27. n.18. 19.part.2.* 29

Ibi : *Cur illud adijciendum.*

Quando priuata ſcriptura præiudicet alijs creditoribus debitoris,latè traditur per D. Couar.*practicar.c.22. num.5.* Tiraq.*de retract.conuent.§.1.gloſ.7.n.45.* 30

Ibi : *Vndè hac recognitio non retrotrahitur.*

Quamquam priuatæ ſcripturæ recognitio retrotrahatur ad tempus obligationis contractæ in præiudicium ipſius debitoris recognoſcentis,D. Larrea *Granatenſ. deciſ. diſp. 49. n. 14.* Tamen quoad creditores alios hypothecarios, qui contraxerunt ante recognitionem, non admittitur retrotractio,ſed à quo recognitum eſt chirographum,habet creditor in hypotheca temporis prioritatem,Guttier *d. lib.1.q.125.n.5.*Didac.Perez *in d.l.4.column.1090. verſ. Contrarium,in fine*,Paz *ſup.c. .n.31.*Rebuſ.*ad leg.Galliæ, tom. tract.de chirographor.& ſchedular.recognit. in præfat. n.16 & n.81.cum ſeqq.*Villadieg.*d.c.2.n.32.* Heuia Bolaños *in commerc.terreſtri.lib.2.c.12. de prelat.n.50.* 31

Quod limitatur, ſi ſcriptura recognita habuerit debitoris, ac trium teſtium maſculorum ſubſcriptionem, quoniam tunc recognitio retrotrahitur ad tempus confectionis, in detrimentum aliorum creditorum habentium publica 32

inſtrumenta

inſtrumenta quoad prælationem in hypotheca; nam huiuſmodi chirographum, ſubſequuta recognitione, vim obtinet publici inſtrumenti, vt habetur *in l. ſcripturas. §. Sin autem. C. qui potior. l. 31. tit. 13. part. 5.* Sic docent Guttier. & alij proxime laudati. Merlin. *de pignorib. lib. 4. tit. 3. quæſt.* 15. *n. 4* Gail. *de credit. cap. 4. num.* 1331. Ant. Fab. *in ſuo Cod tit. in quibus cauſ. pign. tac. contrah. & de erroreib. pragmaticor. decad. 1. error. 1. num.* 17. *& error.* 3. Gratian. *diſceptat. forenſ. c. 501.* Decian. *conſ. 109. n. 19. lib.* 2. de quo plene Alexand. Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de fid. inſtrument. reſol.* 12.

33 Recognitio autem huiuſmodi fieri debet tam à debitore ipſo, quam à tribus teſtibus, qui propria manu ſubſcripſerunt, D. Couar. *d. cap. 22. num. 5. in princip.* (quamquam in *verſ. Hinc ſanè*, cogitandum relinquat, an ſufficiat ſola teſtium recognitio ad præfatum prælationis effectum?) Merlin. *ſup. num. 4.* Guttier. *vbi proximè*. Heuia Bolaños, *d. c. 12. num. 52.* Imò hoc ipſum requiritur, vt via executiua agi aduerſum debitorem poſſit; nam ſi teſtes duntaxat recognoſcant, via ordinaria erit agendum: Azeued. *in l. 5. nu. 20. & 21. lib. 4. Recopilat.* Auendañ. *in capit. Prætor. part. 2. c. 30. num. 5.* Guttier. *ſup.* Paz, *d. cap. 1. n. 30.* Villadieg. *d. c. 2. n. 28. verſ. Ac proinde.*

34 Hinc quæritur, ſi tempore recognoſcendi chirographi vnus teſtis ex tribus deceſſerit, vtrùm debitore, ac duobus ſuperſtitibus recognoſcentibus, præiudicium alijs creditoribus generetur, iuxta ſupra tradita? & quamuis diuerſæ reperiantur opiniones, quarum Authores congerit Trentacinq. *d. reſolut. 11. num.* 11. Ipſe affirmatiuè reſoluit; nam etſi lex omnium recognitionem poſtulet, hoc debet intelligi, quando omnes ſuperſunt, poſſuntque ſuas ſubſcriptiones agnoſcere; alioquin duorum comprobatio ſufficiet, qui regulariter ad probationem in quocunque negotio fidem faciunt: *cap. in omni negotio 4. de teſtibus, l. vbi numerus 12. ff. eod.* Quæ ſententia verior videtur, ac menti legis conformis.

Ibi : *Quid autem dicendum erit.*

35 Si debitor priuatam ſcripturam recognoſcere iuſſus non compareat, aut patère detrectet, habetur chirographum pro recognito, vt exequi poſſit, modò ad hoc perſonaliter citetur, niſi dolosè lateat, nè citari queat. Eſt communis reſolutio, quam ſuſtinent. Azeued. *ſup. ex n.* 13. Guttier. *quæſt. 122. num. 1. verſ. Sed his non obſtantibus*, Rebuff. *ſup. num. 26. 98.* Auendañ. *n. 4.* Auil. *num. 34.* Bocr. *deciſ. 205. num. 19.* Parlador. *ſup. part. 1. §. 5. n. 11.* Villadieg. *n.* 19. Quicquid teneat Paz, *d. cap. 1. n. 23.* Cut. Philippic. *part 2. §. 3 num. 3.* & Parlador. *d. cap. fin. part. 5. n. 10.* vbi ait, ſufficere quod citatio fiat ad domum, vt reus pro recognoſcente habeatur.

Ad Num. 5.

36 Videas ad hæc, quæ ſequuntur; Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 53.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de ſolutionib. reſolut. 25. per totam*, vbi de hac materia latè agit; Borgnin. Caualcan: *deciſ. 26. num. 63. part. 2.*

AD CAPVT XII.

Vtrum à ſententia ſiue laudo Arbitri, vel Iudicis, qui eius loco petita reductione ſubrogatur, Appellatio iure permittatur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrorum triplex differentia.*
2 *Quæ remedia competant aduerſus arbitrorum ſententias, ad num. 4.*
5 *Reductioni ad arbitrium boni viri vtrùm renunciari poſſit?*
6 *Intra quod tempus peti debeat.*
7 *Coram quo Iudice ſit poſtulanda? ad n. 15.*
16 *Arbitrorum ſententia, ſiue laudo, nemo infamis efficitur.*
17 *Vbi locus appellationi à ſententia arbitri eſt, eius Superior eſt adeundus.*
18 *Quando ab arbitris appellatio permittatur.*
19 *Si iudex ordinarius, vt arbitrator, controuerſiam dirimat, eius Superior ſuper reductione ad arbitrium boni viri cognoſcit.*
20 *Iudex vtrùm Arbiter, vel Arbitrator eligi queat?*
21 *Seculares prætextu appellationis, aut reductionis, ad Eccleſiaſtica Tribunalia trahendi non ſunt, remiſſiuè.*
22 *Vtrum à ſententia Iudicis cognoſcentis de reductione ad arbitrium boni viri liceat appellare? & n. 23. 31. cum ſequentibus.*
24 *Appellationis auxilium competit ſemper, niſi iure interdictum reperiatur. Quibus caſibus denegetur? remiſſiuè, num. 25.*
26 *Regula ſtandum eſt, niſi exceptio probetur.*
27 *Appellatio an permittatur ab eo, qui pro ſuo arbitrio de cauſa cognoſcit; & num. 28. 29.*
30 *Iudex appellationis an leges loci, in quo primò iudicatum eſt, teneatur obſeruare.*
35 *Iudex de reductione cognoſcens, eadem æquitate, ac Arbitrator, procedere debet.*
36 *Appellatio, quæ vni ex litigatoribus licet, alteri non denegatur; & è contra.*

PRo intelligentia eorum, quæ ſub hoc capite ſunt pertractanda, atque vt diſtinctè in re ſatis ambigua procedamus, in qua ſanè non pauci interpretes obſcuritatis vitium incurrerunt, præmittere oportet, Arbitrorum triplicem differentiam agnoſci. Alij ſunt iuris Arbitri, qui, iubente lege, à partibus ipſis, vel ab alijs creantur, vt ſecundum legales regulas decidant controuerſias, de quibus in *cap. ſuſpicionis 39. de offic. delegat. l. arbitro 9. ff. qui ſatiſd. cogant.* Alij Arbitri compromiſſarij dicuntur, qui ex mera voluntate contendentium ab eiſdem eliguntur, vt iuxta ius, ex bono tamen & æquo, lites dirimant, quorum mentio fit *in cap. Quintaualle 18 de iureiur. l. 23. tit. 4. part. 3. l. ſocietatem 77. §. Arbitrorum, ff. Pro ſocio.* Alij denique Arbitri inueniuntur, à iuris Interpretibus vulgo Arbitratores nuncupati, qui velut amici conſtituuntur ad diſſidia pro ſuo arbitrio de facto potiùs, quàm de iure componenda; de iſtis agitur in *d. l. 23. & d. §. Arbitrorum, & l. rem non nouam 12. §. 1.* ibi: *Qui arbitrium peragunt, C. de iudic.* Quam diſtinctionem admittunt omnes & videre licet apud Cancer. *variar. reſolut part. 1. cap. 21. à princip.* Parlador. *in ſeſquicentur. different. 43.* Azeued. in *l. 4. tit. 21. lib. 4. Recopil.* Aug. Barboſ. *in collectan. ad Decret. tit. de Arbitr. in rubric. ex num. 6.* Rebuff. *ad leg. Galliæ. tit de Arbitr. art. 1. gloſ. 1.* Cardinal. Tuſch. *practicar. concluſion. lit. A. conc. 448.* Pat. Molin. *de iuſt. & iur. tract. 5. diſp. 30. 31.* Pet. Greg. *ſyntagmat. iur. lib. 47. cap. 39. n. 3. cum ſeq.* 1

Inter cæteras differentias, quæ inter huiuſmodi Arbitros reperiuntur, illa ad rem facit, quæ verſatur circa remedium competens ad corrigendum, ſi quid per illos iniquè definitum eſt. Et in primis ſcire debemus, ab Arbitris iuris non minùs, quam à Iudicibus appellationem eſſe permiſſam, *cap. ab arbitris 11. de offic. delegat. d. l. arbitro 9.* Bart. *l. 1. §. Interdum, num. 8. ff. à quib. appellar. non lic.* Scaccia *de appellat. quæſt. 17. limit. 13. num. 5.* Parlador. *different. 43 in princip. num. 2.* Cancer. *num.* 30. Maranta *de ordin. iudicior. part. 6. tit. de appellat. num.* 272. Villadieg. *in Politic. cap. 4. num. 63.* Guttier. *in l. nemo poteſt, num. 445. ff. de legat. 1.* A lege enim iuriſdictionem accipiunt delegatam, vel mixtam, Molin. *d. diſp. 31. num* 2. vbi extraordinariam dixit, quarè eorum ſententiæ actionem producunt iudicati, Bart. *in l. vlt. C. de iudic.* Abb. *in cap. 1. num. 21. 22, de reiudicat.* Cancer. *vbi proximè*, Marant. *ſup. part. 4. diſt. 6. num.* 22. Bottell, *de compromiſſo, §. 3 gloſ. 1. à num. 61.* Parlador. *num.* 1. ſic ab eiſdem ad Principem eſt interponenda appellatio, *d. cap. ab arbitris*, Cancer. *vbi proximè*. Scacc. *ſup. n.* 109. 2

Ab arbitris ex compromiſſo omninò interdicitur appellatio, *l. non diſtinguemus 31. §. Et idem, ff. de recept. arbitr. l. 1. C. eod. l. vlt. tit. 4. part. 3.* quia iuriſdictionem nullam habent, nec actio naſcitur iudicati ab eorundem ſententijs, prout exprimitur in *d. l. 1.* Ita docent Scacc. *d. limit. 13. cum ſeq.* Parlador. *rer. quotidianar. lib. 2. cap fin. part. 1. §. 2. n. 23.* Sforc. Odd. *de in integ. reſtitut. part. 2. quæſt. 72. num. 44.* Menoch. *conſ. 406. num 32.* Cancer. *num. 5.* Villadieg. *ſup.* Imò 3

nec reductionem ad arbitrium boni viri petere conceditor, Speculat. *tit. de Arbitr. §. 1. num.* . Cancer. *vbi proximè*, Azeued. *in d. l. 4. num.* 51. Parlador. *d. differen.* 43. §. 1. *num.* 1. facit *l. diem proferre, §. Stari, ff. de recept. arbitr.* Doli tamen exceptione ſe tueri damnatus poterat, ne Arbitro pareret, aut pœnam ſoluere cogeretur, *l.* 34. *tit.* 4. *part.* 5. *dict. l. non diſtinguemus, §. Cum quidam, & ſeq.* Per. Greg. *ſup. numer.* 7. Iure autem Canonico non prohibetur ab huiuſmodi Arbitris prouocare, ſecundùm receptiorem opinionem, Guttier. *ſup. num.* 425. Blanc. *de compromiſ. q.* 10. *n.* 9. Menoch. cum alijs *conſ.* 06. *n.* 42.

4 Aduerſus Arbitratorum deciſionem, quæ *laudum* nominatur, reductio ad arbitrium boni viri datur, vt quod perperam arbitratum eſt, reformetur; *l.* 13. *tit.* 4. *part.* 5. vbi Greg. Lop. *gloſ.* 15. Bott. *in d. §. arbitrorum, num.* 19. Cancer. *n.* 22. Parlad. *vbi proxime*, Menoch. *conſ.* 217. *num.* 9. Azeued. *ſup.* Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 2. *tit. de arbitr. reſol.* 3. Tuſch *ſup. conc* 407. *num.* 15. Appellatio verò prohibetur, Molin. *diſp.* 35. *num.* 4. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 70. *num.* 11. Cancer. *ſup.* Surd. *conſ.* 106. *num.* 2. & rationem reddit, quia cum iuriſdictionem non habeant, laudum actionem parere nequit, Cyriac. *vbi proximè*,

5 An autem renonciatione, vel alia cautela fieri poſſit, vt reductio ad arbitrium boni viri non competat? latè agit Trentacinq. *d. reſolut.* 3 *per tot.* & de renunciatione videndi ſunt Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.* 87. Molin. *vbi proximè*, *n.* 10. & conſtat receptius eſſe renunciari validè poſſe, ſed ſi quis enormiter ex laudo læſus fuerit, aut doloſe arbitrator verſetur, non obſtante renunciatione, etiam iuramento vallata, audiendus erit; vt ijdem docent.

6 Circa hæc quæritur, ſi quis per errorem a laudo appellauerit, atque ita tempus legitimum ad reductionem petendam labatur, vtrum laudum emologatum cenſeatur, ne contra illud amplius dicere valeat? & negatiuè reſpondit Bald. *ad Speculator. tit. de appellat. col.* 6. *verſ. Sed pone quæſtionem*, quem ſequitur, Surd. *ſup. num.* 4. Tempus ad petendam reductionem huiuſmodi de iure communi eſt tricennale, de Regio decendium, *l.* 23. *l.* 35. *tit.* 4. *par.* 3. Cancer. *num* 28. vbi ait in Cathalonia decem dies dari, Azeued. *in d. l.* 4. *num.* 143. 144. Ceuall. *tom.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 3. Guttier. *ſup. nu.* 444. Hermoſ. *in l.* 9. *gloſ.* 5. *num.* 14. *titul.* 5. *part.* 5. Parlador. *dict. capit. fin. part.* 1. §. 2. *num.* 24. & *dict. diff.* 43. §. 1. *numer.* 3. Villadieg. *dict. numer.* 63.

Ad Num. 1.

7 Quibus præiactis, quæſtio anceps admodùm eſt, quam *in præſenti* D. Couar. propoſuit, nempè apud quem Iudicem reductio ad arbitrium boni viri aduerſum Arbitratorum laudum debeat poſtulari? De qua aliquid dictum eſt *ſup. lib.* 1. *cap.* 18 *num.* 31. ſuntque plures diuerſæ opiniones, quas refert Theſaur. *deciſ.* 14. *a princip.* ex quibus illa magis recepta eſt, vt aſſerit Laurent. Kirchouij *commun. opinion. verb. reductio*, quæ, Bartolo doce, tenet, Iudicem eſſe adeundum, qui de cauſa cognoſceret, ſi non fuiſſet compromiſſum, quam tuentur Præpoſit. *in rubric. de appellat. n.* 84. Marant. *d. part.* 6. *act.* 2. *n.* 116. Ceuall. *d. q.* 89. *n.* 7. Ruin. *conſ.* 7. *in princip. lib.* 4. Hermoſ. *ſup. num.* 12. Gail. *practicar. concluſion. lib.* 1. *obſeruat.* 149. Mynſinger *obſeruation. cent.* 2. *obſeruat.* 6. qui duo de praxi teſtantur, Vital. de Camban. *in tract. clauſularum clauſ. de reduction. §. Videamus quis eſt index*, *num.* 3. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 100. *n.* 52. Gutier. *conſ.* 51. *in fine*, Theſaur. *ſup. n.* 4. 5. 8. vbi ait, contrarium ſuſtineri non poſſe, Molin. *d. diſp.* 35. *n.* 8.

Ibi : *Contrarium ſententiam, ſine hanc reductionem.*

8 Sed aduerſus *Bartolum* extat opinio etiam communis, quæ habet, reductionem eſſe poſtulandam à Iudice eius, cui laudum fauorabile fuit, cum rei partes gerat, quod vt *D. Couar.* placuit Cancer. *vbi proximè*, Sfore. Odd. *ſup. q.* 52. *num.* 109. Caual. *in reſolut. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 1. Azeued. *ſup. n.* 147. Roland. *conſ.* 26. *n.* 30. *volum.* 2. Auendañ. *de exequend. mandat. part.* 1. *c.* 1. *num.* 27. Cyriac. *ſup. tom.* 1. *controuerſ.* 380. *n.* 66. Surd. *d. conſ.* 106. *n.* 14. 17.

Ibi : *Ex his tandem apparet.*

Hanc ſententiam ſcilicet, quod Superior arbitratoris 9 ſit Iudex competens ad cognoſcendum de reductione, probabilem dixi, *ſup. d. cap.* 18. *num.* 31. & ita ſenſère non pauci apud Surdum, *d. num.* 17. nec diſplicet Theſauro, *ſup. nu.* 2. vbi illam rationibus corroborat; & *num.* 10. probat omninò, quando perſona illuſtris vt Præſes, aut Senator laudum tulit; duæ tamen præcontſæ ſententiæ longè ſunt receptiores, de quo vide *infrà, n.* 19.

Sed quicquid de iure communi ſit, apud nos ſeruari de- 10 bet opinio Speculatoris *tit. de Arbitr. §.* 1. *verſ. Sed quis, num.* 4. cuius meminit Theſaur. *num.* 18. qui docuit petendam eſſe reductionem coram Iudice loci, vbi laudum fuerit latum, nam ita cautum eſt, *l.* 3. *tit.* 4. *part.* 3. ad cuius obſeruationem nos eſſe adſtrictos notant Gregorius Lopez, *ibi, gloſ.* 14. 15. Hermoſill. *vbi proximè*, Theſaur. *d. deciſ.* 14. *num.* 9. *verſ. Sexto*, Azeued. *num.* 148. Per. Barboſ. *in l. heres abſens, §. Proinde, num.* 39. *ff. de iudic.* Ceuall. *vbi proximè*, Auendañ. *d. num.* 27. *verſ. Et ex his infero*, Villadieg. *d. cap.* 4. *num* 63. Circa quam legem duo ſe offerunt adnotanda. Primùm, quod etſi in *d. conſtitutione* iubeatur, vt Iudex bonos viros eligat ad cognoſcendum de reductione, non obſeruatur; Gregor. Lop. *d. gloſ.* 14. Azeued. *numer.* 147. Secundùm, ſi reperiantur plures Iudices eiuſdem loci, quorum vnus ſit Iudex Partium, & alter Arbitratoris, hunc, & non illum eſſe adeundum, Gregor. Lop. *gloſ.* 15. Azeued. *numer.* 148.

Verſ. *Primò etenim.*

Vbi laudum paratam exequutionem ex ſtatuto meretur, 11 Superior arbitratoris de reductionis cauſa cognoſcere debet. Ita frequentiſſimo Scribentium conſenſo deciſum eſt, ac docent Marant. *num.* 114. 126. Gregor. Lop. *d. gloſ.* 15. Auendañ. *ſup.* Cyriac. *num.* 68. 69. Amad. Rodrig. *de exequution. art.* 1. *num.* 19. Blanc. *de compromiſ. quæſt.* 10. *num.* 13. Dec. *in rubric de appellat. num.* 14. Cagnol. *in l.* 2. *num.* 280. *C. de pact. int. emptor. & venditor.* Sfor. Odd. *vbi proximè*, Azeued. *d. numer.* 148. & alij plures; quorum ratio eſt, nam ex quo lex paratam exequutionem tribuit laudo, videtur iuriſdictionem Arbitratoribus conceſſiſſe, per quod eorum ſententia actionem producit.

Ad Num. 2.

Contra communem tamen ſentiunt, Molin. *dict. diſp.* 35. 12 *num.* 7. Theſaur. *d. num.* 9. quod etſi laudum paratam exequutionem habeat, reductio ad arbitrium boni viri a Superiore arbitratoris non eſt poſtulanda.

Ibi : *Quibus ſuffragatur textus.*

Sed pro communi reſponderi poſſet ad *cap. venerabilibus* 13 7. §. 1. *de ſentent. excomm. in* 6. ibi loquutum eſſe Pontificem in caſu, in quo ſpecialis militat ratio, quoniam iure conſtitutum eſt, vt Archiepiſcopi non aliter de cauſis ſubditorum ad ſuffraganeos Epiſcopos ſpectantium cognoſcant, quàm per legitimam appellationem; ne alioquin homines iuriſdictioni proprij Epiſcopi abſque occaſione ſubtrahantur, *cap. cum in Eccleſia* 38. *de appellat.* vbi DD. Stephan. Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Archiepiſcopi authoritas, numer.* 18. *num.* 19.

Ibi : *Nec refert quicquam.*

Adde Surd. *d. conſ.* 106. *num.* 5. Molin. *vbi proximè*, & 14 quanquam concedatur, legem tribuentem paratam exequutionem laudo, non cenſeri iuriſdictionem arbitratoribus dare; tamen ſufficit, quod præſtet authoritatem rei iudicatæ quoad exequutionem Arbitratorum ſententijs, nam per hoc Iudicibus ſimiles ſunt, argument. *l.* 1. *C. de recept. arbitr.* propter quam ſimilitudinem, regulæ ſtatutæ in appellatione, in reductione obſeruantur. Nec nouum eſt, aut iuri diſſonum, vt quod in vno caſu definitum eſt, ad ſimiles extendatur; *l. non poſſunt* 12. *iuncta*

Gloſ.

Gloſ. *ibi, ff. de legib.* Quod faciliùs procedit attentis dicendis, *infra, n.* 18

15 Nec obſtat dicere, laudo Arbitrorum non dari paratam exequutionem de iure Regio vt ſententiæ, ſed vt inſtrumento publico. Nam hoc reſiſtitur ex *l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recopilat.* cui obiecto innititur; vbi expreſſim dicitur, ſententiam Arbitrorum confirmari; ac præterea ibi ſtabilitur, quod ſi fuerit confirmata per Iudices Supremos, nullum appellationis, vel ſupplicationis auxilium ſuperſit, nam ſi Arbitratorum deciſio pro ſententia non haberetur, nequaquam tolleretur recurſus, & remedium reuiſionis, qui in Regalibus Cancellariis regulariter non denegatur, *l.* 1. *& per tot. tit.* 19. *lib.* 4. *Recopilat.* nec vnica ſententia cuiuſcunque Iudicis, vel maxima dignitate præfulgentis, ſolent cauſæ terminari, Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 70. *num.* 22.

Ibi: *Hinc ſanè Panormitanus.*

16 Adde Surd. & Molin. *vbi proximè.* Et quidem *Panormitani* ſententia æqua pariter, ac vera videtur; nam etſi Statutum Arbitrorum ſententiis paratam tribuat exequutionem; tamen cum priuati permaneant, eorum ſententia rigoroſe talis non eſt, vt poſſit infamiæ notam irrogare damnato; aliud enim eſt, aliquid eſſe tale, & aliud haberi pro tali quoad aliquos iuris effectus; Bart. *in l. ſi maritus, §. Legis, numer.* 1. *ff. ad leg. Iul. de adulter.* Alciat. *in l. mercis, ff. de verbor. ſignific.* Socin. Senior. *conſ.* 275. *col.* 4. *verſ. Sed pone, lib.* 2. Menoch. *conſ.* 33. *num.* 21. Atque ita quanquam ſententia Arbitrorum rei iudicatæ authoritatem præſtet, quoad exequutionem, quoad reliqua manet in diſpoſitionem iuris communis; iuxta quod, ex compromiſſo lata ſententia non infert infamiam, *l. quid ergo, §. Ex compromiſſo, ff. de iis q. notant. infam.*

Ibi: *Quoties verò de reductione non agitur.*

17 Hoc de natura appellationis neceſſariò requiritur, & in terminis docent Cancer. *num.* 26. Azeued. *n.* 149. Parlador. *d. cad. fin. §.* 3. *num.* 23. Hermoſ. *d. gloſ.* 5. *n.* 13. Greg. Lop. *in l. fin. gloſ.* 1. *in fine, tit.* 4. *p.* 3.

Ibi: *Quod plerumque contingere poteſt.*

18 Quando liceat ab Arbitrorum ſententia appellare, videndum eſt apud Bart. *in l. nemo poteſt, quæſt.* 7. *ff. de legat.* 1. & Guttier. *ibidem, à nu.* 127. Illud verò receptum eſt, licitam eſſe apppellationem, quoties ex Statuto paratam exequutionem habet; Ripa *in d. l. nemo poteſt num.* 91. Guttier. *ibi, num.* 424. Surd. *ſup. num.* 25. Parlador. *vbi proximè,* Molin. *ſup. num.* 5. Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad l.* 1. *num.* 3. *C. de recept. arbit.* Greg. Lop. *vbi proximè.* Cancer. *d. c.* 21. *num.* 10. Tuſch. *ſup. concl.* 414. *nu.* 18. An pacto fieri poſſit, vt à ſententia Arbitri permittatur appellatio? docet Bart. *vbi proximè,* Guttier. *num.* 445. qui reſoluunt affirmatiuè; intelligentes non de rigoroſa appellatione, ſed de quadam reuiſione, ſiue reductione.

Ibi: *Idem eſſe cenſeo.*

19 Quoties reductio ad arbitrium boni viri poſtulatur contra laudum, quod Iudex ordinarius, vt amicabilis compoſitor tulit, neceſſariò eius Superior adiri debet, Theſaut. *d. n.* 9. *verſ. Quintò fallit.* Azeued. *in l.* 1. *n.* 24. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recopil.* Vital. de Camban. *vbi ſup.* Molin. *d. diſp.* 35. *num.* 7.

20 Circa quæ animaduertendum eſt, Iudicem ordinarium, ad quem cauſæ cognitio pertinebat, in Arbitrum eligi non poſſe, *l.* 9. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopilat. l.* 24. *in fine, tit.* 4. *part.* 3. *l. ſed etſi* 9. *§. Siquis iudex, ff. de recept. arbitr.* Sed Arbitrator bene conſtitui poteſt. Idem de delegato ſentiunt aliqui apud Greg. Lop. *in d. l.* 24. *gloſ.* 8. qui contrarium probat. De iure Canonico, etiam Iudex ordinarius Arbitri munere fungi permittitur, de quo Abbas *in cap. cum tempore, n.* 5. *de Arbitr.* Azeued. *in d. l.* 9. *n.* 4. Olan. *in concord. verb. Iudex, num.* 64.

Ibi: *Cauendum tamen eſt.*

Adde Theſaur *ſup. num.* 9. *verſ. Secundo limita,* Bobadill. 21
in Politic. tom. 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 93. Azeued. *in d. l.* 1. *n.* 95. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recopilat.* Molin. *ſup. num.* 8. vbi hoc *D. Couar.* affectum reprobat.

Ad Num. 3.

De hac quæſtione videndi ſunt ex profeſſo agentes, Re- 22
buff. *d. tom.* 3. *tit. de Arbitr. art.* 1. *gloſ.* 9. *n num.* 4. Ceuall. *tom.* 3. *quæſt.* 73. *per tot.* Boët. *deciſ.* 184. *num.* 16. *cum ſeqq.* Vital. de Camban. *d. tract. clauſul. clauſ. de reductione, §. Poſtremò videndum, pag.* 717. Tuſch. *d. conc.* 414. Molin. *ſup. n.* 9.

Verſ. *At ab eo.*

Quod à ſententia Iudicis cognoſcentis ſuper reductio- 23
ne ad arbitrium boni viri, non admittatur appellatio, tenent. Tuſch. *vbi proximè, num.* 17 Zabarell. *conſ.* 139. *n.* 22. *& conſ.* 40. & plures refert Tuſch. *d. n.* 1. & Boët. *n.* 16.

Verſ. *In contrariam ſententiam.*

Appellationis auxilium non denegatur, niſi fuerit iure 24
interdictum; atque ita regulariter appellans ſemper audiendus eſt. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 60. *num.* 1. Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabilib. Eccleſiaſtic. q.* 319. *num.* 2. Ceuall. *tract. de cognit. per viam violent. gloſ.* 6. *n.* 30. Tiraq. *de priuileg. pia cauſ. priuileg.* 153. Azeued. *vbi proximè, num.* 71. Amat. *deciſ.* 75. *n.* 4. Pax *in prax. to.* 1. *part.* 6. *in proœm. à n.* 17. vbi diſtinctè probat in omnibus cauſis, omnibus perſonis, & à quocunque Iudice appellare licere. Sic in dubio appellationi deferendum eſt. Menoch. *conſ.* 1074. *n.* 5. Ceuall. *d. gloſ.* 6. *n.* 16. Tuſch. *l. A. conc.* 369. *n.* 4.

Caſus, quibus de iure prohibetur appellatio, congeſ- 25
runt Matant. *d. tit. de appellat. à n.* 6. Bernard. Diaz, *reg.* 35. Rebuf. *d. tom.* 3. *tit. de apellat. art.* 7. *per tot.* Damhouder. *in prax. c.* 230. *cum aliis* Dueñas, *reg.* 41. & aliqui exprimuntur *in l.* 3. 4. 6. 9. *tit.* 18. *lib* 4. *Recopilat. l.* 16. *tit.* 23. *part.* 3. *l.* 1. *& per tot. C. quor. appel. non recip.*

Ad Num. 4.

Iuris regulæ ſtandum eſt, donec probetur limitatio, Me- 26
nuch. *de recuperand. remed.* 14. *nu* 32. Cyriac. *controuerſ.* 254. *n.* 58. *cum ſeqq.* Argel. *de legitim. contradict. quæſt.* 22. *num.* 38. Carleual. *de iudic. tom.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *num.* 310. Mouet. *de ſtribut. quotidian. part.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 56. Guttier. *de iuramen. confirmat. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 64. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. Surd. *deciſ.* 255. *n.* 2. Vndè is, pro quo eſt regula, habet fundatam intentionem & aduerſario onus probationis incumbit; Pacian cum pluribus *n.* 14. Marc. Ant. *variar. lib.* 2. *reſolut.* 39. *caſ.* 12. Cyriac. *vbi proximè,* Argel. *n.* 37. Bernard. Græuæ. *ad prax. Camer. Imperial. lib.* 1. *conc.* 56. *conſid.* 1. Arias Pinel. *in l.* 1. *part.* 3 *n.* 23. *C. de bon. matern.* Nec recedendum eſt à regula niſi apertiſſimè, limitatio probetur, Bald. *in l. precibus, n.* 23. *C. de impuber. & aliis,* Iaſ. *in l. non hoc, n.* 15. *C. vnde legitimi,* Molin. *de primogen. lib* 3. *c.* 4. *n.* 34. Menoch. *conſ.* 102. *nu.* 2. Imò nullam eſſe ſententiam aduerſus iuris regulam, niſi in ea aliquid exprimatur, per quod appareat in caſu fallentiæ latam fuiſſe, ait Pacian. ex alijs *n.* 16.

Ad Num. 5.

Vtrùm à Iudice liceat appellare circa id, quod ipſius 27
arbitrio commiſſum eſt, maxime controuertitur; de quo latiſſimè Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 70. *per tot.* vbi pluribus pro vtraque laudatis negatiuam ſectatur opinionem; cui adhærent Riec. *in praxi, deciſ.* 115. *n.* 1 *part.* 1. Argel. *de acquir. poſſeſ. q.* 2. *art.* 7. *n.* 52. 53. Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.* 15. *n.* 2. D. Salgad. *de protect. Reg. tom.* 1. *part.* 3 *c.* 13. *num.* 36. Magon. *Lucenſ. dec.* 42. *n.* 21. *part.* 1. Paul. Granat. *in ſuis communib. theor.* 13. *in fine,* Amat. *variar. lib.* 2. *reſolut.* 80. *n.* 4. Gratian. *diſcept. c.* 170. *n.* 6. Quod limitat *Menoch.* in enormi læſione, aut ſi ad Principem recurratus.

Sed

28 Sed oppoſitum rectè ſentiunt Fario. *in prax.q.17. n.28.* Sanch. *de matr.lib.3.diſp.*10.*n.*2. Ceual. *d.q.*73.*n.*7. Peralt. *in l.1.num.*35.*ff.de legat.*2.Bernard.Diaz,*reg.*40. Ant.Gom. *variar.lib.3. c.1. n.*63. Octauian. *de decret.tit.*1. *lib.*1. *nu.*8. Bonacoſ. *commun. part.*2.*verb. Iudex in eis,quæ eius arbitrio committuntur,pag.*41.Rebuff. *de Congrua port.verſ.Vltimo,ſi Epiſcopus.*

Ibi : *Niſi libero eius arbitrio.*

29 Idem tenent Ant.Gom.*ſup.* Menoch.*n.*13. vbi alios refert, & plures ex proxime laudatis;ſed adhuc appellatio erit admittenda, ſaltem ſi enormiter Iudex liberum arbitrium habens læſerit, vt fatetur cum alijs Menoch. *dict. n.*13.16.

Ibi : *Nec tenetur Iudex appellationis.*

30 Appellationis Iudex proprij Tribonalis leges, quoad ordinem iudiciarium, ſeruat; non eius,a quo appellatum eſt;Molin. *d.diſp.*35.*n.*9.*verſ.Bartolus verò*,Aug.Barbol.*in collectan.ad c.licet Canon,numer.*19. *de election. in* 6. Secùs quoad deciſionem.

Ibi : *Quo fit,vt licet à priori Iudice.*

31 Hoc ita verum eſt, quamuis iudex de reductione tanquam vir bonus cognoſcat,Ceuall.*q.*453. *per tot.* quandoquidem eadem Arbitratoris æquitate, vt *infra* dicemus, vti debet. Nec refragatur,quod ſubrogatus ſapit naturam eum omnibus ſuis qualitatibus eius, cuius loco ſubrogatur. Quoniam id limitatur, quando ſubrogatum, eſt diuerſæ conditionis; quo caſu ſubrogatio duntaxat fit,quatenus ſubiecta materia patitur; Bart. *in l. pater* 14. *in repetit. n.*13.*verſ. Non obſtat,ff. de inoffic.teſtam.*Cyriac.*contr.* 325.*n.*7.vbi alij. Arbitrator autem ,& Iudex diuerſæ conditionis ſunt, cum ille iuriſdictione careat, quam hic habet; vnde prouenit, vt quamuis à laudo prouocari per appellationem nequeat, à ſententia ſuper reductione lata permittatur. Quam ſententiam cum *D. Couarr.* ſuſtinent Camill. Borrel. *in tract. de compromiſſ.* §.8. *gloſ.*4. Pat. Molin. *d.diſp.*35.*n.*9. Ceuall.*d.q.*453. *& tom.* 3.*q.* 73. Pet. Beniuteodis, *deciſ.*15. Guttier. *in d.l. nemo poteſt*, *nu.*429. 430.*ff.de legat.*1. Boër. *deciſ.*284.*n.*18. *in fine.* Azeued *in l.*4. *n.*150. *tit.*21.*lib.*4.*Recopilat.* Menoch. *conſ.*217.*nu.*30. Villalob. *commun.verb. reductio*,Rebuff. *ad leg.Gall.tit. de arbitr.art.*1.*gloſ.*9. *n.*8. ſentit Gregor.Lop. *in l.*23. *gloſ.*14. *tit.* 4.*part.* 3. dum ſe refert ad Imulam. Et ita tenendum eſt.

Verſ. *Tandem lector optime.*

32 Sunt qui in hac opinionum ambiguitate diſtinctionis fœdere ipſas conciliare conentur, aſſerentes, vbi modica læſio contingit,auxilium appellationis denegari; ſecùs ſi graue detrimentum ex ſententia proueniat: cuius ſententiæ,etſi eam non probent, meminère Rebuff. *vbi proxime n.*7.Boër *n.*18 qui Authores laudant,& faciunt, quæ tradit Menoch.*d.quæſt.*70.*num.*16.

Verſ. *Primùm, ſi Authorum.*

33 Sed ſi hodie Authorum numerus inſpiciatur, non minus, imò magis communis ſententia eſt contra *Bartolum*, vt teſtantur Menoch.*vbi proxime*, Ceuall.*dict.quæſt.*453.& alij ex nuper laudatis.

Verſ. *Secundò, veriorem eſſe.*

34 Ratio eſt, nam Iudex ſuper reductione pronuncians, proculdubio ſententiam fert, quæ actionem iudicati producit;ex quo appellationi locus fit,argument. *l.*1. *C. de recept. arbitr.* Aliud iuris erit, ſi diſcordantibus Arbitris, Tertius pro libito partium eligatur, à quo appellare non licebit;Imol. *in cap.Quintauallis,n.*32.*verſ. Quid autem de Tertio electo,de iureiurand.* Menoch. *conſ.*310. *n.* 42. ſed reductio ad arbitrium boni viri aduerſus laudum poſtulabitur,Boër. cum alijs,*d.deciſ.*284.*n.*19.

Verſ. *Tertiò,illud eſt.*

Iudex qui ſuper reductione aditur,eadem æquitate,qua 35
Arbitrator vti debet,Gratian.*diſceptat.cap.*524.*n.*22. Alexand.*in l.penult. ad finem,num.*15.*ff.de legat.*2.Præpoſit. *in c.de appellationibus,poſt medium, de appellat.*Molin. *d. diſp.* 35.*num.*9.*verſ.Bart.verò*,Ramon.*conſ.*161.*num.* 3. Hermoſ. *in d.l.*9.*gloſ.*5.*num* 13.*tit.*5.*part.*5.Quia ſubrogatum naturam ſequitur eius,cuius loco ſubrogatur.*l.*1.§.*Hæc actio,ff. ſi quis teſtament.lib.eſſe iuſ.fuerit,l. ſi eum* 10.§.*Qui iniuriarum,ff.Si quis cantion.*Cancer.*ſup.part.*1.*cap.*2.*n.*146.Cyriac. *controuerſ.*397.*num.* 40.41.Menoch.*conſ.*320.*num.*45.

Verſ. *Quartò,etiam ſi communem.*

Adde Tuſch.*tit.lit. A,conc.*414.*n.*14.Fulgoſ.*conſ.*112.*n.*2. 36
ſed diſcrimen hoc inter eum, qui petijt reductionem, & illum contra quem fuit petita,quoad appellationem, non videtur admittendum;tum quia,vt ſupra probauimus, auxilium illud omnibus conceditur,niſi iure reperiatur denegatum;tum nam quoties actori denegatur,& reo cenſetur interdictum.Contard.*in repet.l.vlt.limit.* 17. *num.* 916. *C.ſi de momentan. poſſeſ.* Put.*deciſ.*316. *lib.*2.Ceuall.*tom.* 2. *quæſt.* 897.*num.* 891. Nec viget in contrarium textus *in cap. à Iudicibus.*2. *quæſtion.* 6. cum alijs allatis: Nam etſi prohibita ſit appellatio ab eo Iudice, quem quiſque ſibi vltro elegit; qui reductionem poſtulat, non optat, ſed competentem de iure Iudicem adit neceſſario; & aliud eſt electione propriæ cauſæ Iudicem conſtituere,& aliud ad iudicium prouocare:illud appellationem tollit,hoc nó vtique, alioquin nulli actori liceret appellare; cùm regulariter nemo inuitus agere compellatur,*l.*1.*& per tot.C.vt nemo inuit.ager.vel accuſ. cogat.* Vndè cum in cauſa reductionis nihil ſpeciale inueniatur,propter quod appellatio actori prohibeatur, quæ reo permittitur,dicendum eſt, quacunque opinione admiſſa,aut nulli, aut vtrique ſubſidium prouocationis competere:& ita conuincitur ex adductis per D.Couar.tam pro Bartolo,quam pro Baldo,*ſup. à num.* .quæ æque in actore, ac in reo militate pluſquam manifeſtum eſt; & comprobatur ex eo, quod prohibita appellatione vni ex litigantibus, alteri etiam appellare non licet, vt cum pluribus docuit Amat.*variar.lib.*2.*reſol.* 65.*num.* 60.Scac.*de appellat. lib.*3. *cap.* 2. *quæſt.* 17. *limit.* 7. *num.*24. Caſtill. *Sicil. deciſ.* 30. *num* 13. nam ita poſtulat æqualitas iudicij.

Ad Num. 6.

Hæc notant Azeued. *in l.*4.*num.*150.*tit.*21.*lib.* 4. *Recopilat.*Molin.*d.num* 9. Cur Philippic.*part.*5.§.3.*num.*7.& quidem lege Regia quoad appellationem aſſertio noſtra comprobatur,vt *D.Couar.*agnoſcit:quoad ſupplicationem verò, contraria eſt admiſſa;& ſic differentia inter petentem reductionem,& eum,contra quem petitur, conſtituitur:quod ideo in ſupplicatione placuit, quia eſt auxilium ſubſidiarium,& ex benignitate potius, quàm de iure conceſſum; atque ita facilius denegatur, quam appellatio, prout frequenter contingit;& conſtat ex *tit.*19.*lib.*4. *Recopilat.*& notat per *l.*17.*tit.*23.*p.*3.Curia Philip. *part.*5.§. 4. *num.* 1. 37

AD CAPVT XIII.

Teſti vnico non iurato,vel vario,num credatur? Et de inſtrumentorum per teſtes reprobatione.

SVMMARIVM.

1 *Ad legitimam probationem ſaltem duo teſtes requiruntur.*
2 *Vnus non ſufficit qualibet dignitate præfulgens.*
3 *Statutum an valeret iubens,vt ſtetur vnius teſtimonio.*
4 *Quando vnius teſtimonio ſtandum ſit? remiſſiuè.*
5 *Quid de partium conſenſu,& n.*9.
6 *Ferri poteſt ſententia ſecundū vnius partis declarationē, ſi ita inter partes conuenerit. Quid circa intereſſe, n.*8.

7 Iuramentum

9 *Iuramentum cauſa deciſiuum cuilibet litiganti licet deferre.*

30 *Teſtis abſque iuramento deponens an fidem faciat, ad numerum 14.*

15 *Producens, vel aretrahans teſtem, an poſſit opponere aduerſus eius perſonam, vel dictum, ad n. 17.*

18 *Quando is, qui aduerſario defert iuſiurandum, poſſit probare contrarium? & n. 19.*

20 *An valeat teſtimonium vbi de iuramento in actis non conſtat, niſi per aſſertionem Notarij, & n. 21.*

22 *Pro Notario in dubio præſumendum.*

23 *Notario aſſerenti in inſtrumento renunciationis Senatuſconſulto Velleian. certioraſſe mulierem de illius beneficio, num ſit credendum, & n. 24.*

25 *Cum ex conuentione vni ex Partibus credendum eſt, intelligitur iuramento præmiſſo.*

26 *Electus vltro a Partibus, vt pro ſuo arbitrio aliquid decernat; iurare non compellitur.*

27 *Periti ſecundum artem depoſituri iurare debent, ad num. 31.*

32 *Iurare debet is, cui ex legis præcepto credendum eſt.*

33 *Deponere peritum, vel teſtem, parte abſente, & non citata, an poſſit?*

34 *Peritis a Iudice electis ad declarandum, quomodo Partes citandæ? ad n. 37.*

38 *Teſtimonium in ſcriptis an valeat? ad n. 44.*

45 *Confeſſio Sacramentalis per ſcripturam an fieri poſſit? vbi de mutis, ad n. 54.*

55 *Nemo ſcribere peccata tenetur; ne in confeſſione omittantur.*

56 *De teſte contraria aſſerenti in iudicio, vel extra, latè agitur, ad n. 66.*

67 *De declaratione vulnerati ad excuſandum, vel onerandum reum; ad n. 76.*

77 *Teſtis contraria ſimul deponens nullam fidem meretur, & qua pœna teneatur? vſque ad n. 79.*

80 *Teſti quando liceat proprium dictum corrigere? ad numero 87.*

88 *Cui teſtimonio credatur, vbi teſtis contraria reſpondet in diuerſis depoſitionibus, ſiue cum tortura, ſiue abſque illa, ad n. 97.*

98 *In cauſa hæreſis poteſt teſtis dictum ſuum corrigere ex interuallo ad criminis detectionem; & n. 99.*

100 *Teſte negante depoſuiſſe prout conſtat ex actis, an ei, vel Notario ſit credendum ad n. 102.*

103 *Receptio teſtium ad quem ſpectet, & quando poſſit Notarijs demandari, ad n. 110.*

111 *De publici inſtrumenti reprobatione, vſque ad fin.*

1 Eſt præſciendum Diuino, & humano iure, vnius teſtimonium non ſufficere, ſed ſaltem duorum regulariter ad legitimam probationem requiri; Numer. 35. *verſ. 30. Homicida ſub teſtibus punietur: ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur*, Deuteronom. 17. *verſ. 6. In ore duorum, aut trium peribit, qui interficietur. Nemo occidatur, vno contra ſe dicente teſtimonium*, & 19. *verſ. 15. Non ſtabit teſtis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit: ſed in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum*. Idem habetur Matth. 18. *verſ.* 16. Ioann. 8. *verſ.* 17. *cap. in omni negotio* 4. *cap. licet* 23. *de teſtib. cap. admonere* 33. *qu. 2. l. 32. tit. 16. part. 3. l. vbi numerus* 12 *ff. de teſtibus. l. iuriſiurandi* 8. *C. eod.* notant Menoch *de arbitrar. lib* 2. *caſ. 99. n. 19.* Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap.* 11. *num.* 9. Cyriac. *controuerſiar. forenſ. tom. 1. contr. 61. num* 41. Ceuall. *commun. tom. 1. q. 494. num. 1. 2.* Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ. 33. cap. 14. nu. 0.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 47. numer. 33.* Gutier. *in l. nemo poteſt, num* 138. *ff. de legat. 1. & de gabell. quæſt. 124. a num. 6.* Paz *in prax. tom. 1. temp. 8. num. 11.* Farinac. cum pluribus *in prax. de teſtib. q. 62. n.* . Caram. *in Theolog. fundam. n.* 1105. latè Leotard. *de vſur. q. 93. ex n. 2.*

2 Quod verum eſt, quamuis teſtis quacunque præfulgeat dignitate, *cap. cum a nobis* 28. *de teſtib. d. l. 32. partita.* Pacian. Guazzin. Gutier. Leotard. *vbi proxime.* Farinac. *num. 3. cum ſeqq.* vbi alios laudat, ac contrarium tenentium meminit; tandemque pro conciliandis opinionibus diſtinguit, inter cauſas maximi, aut parui præiudicij. Quid de Cardinali? explicat *cap. 2. à num. 55.* quid de Principe? *cap. 3. ex num. 79.* & regulariter, nec Principis ſuperiorem non recognoſcentis teſtimonio ſtandum eſt, vbi agitur de graui præiudicio Tertij, maxime ſi quis ad pœnam corporalem eſſet damnandus; de quo Farinac. *à n. 151.* Guazzin. *ſup.* Iul. Clar. *in prax. §. fin. qu. 53. num. 21.* Mohedan. *deciſ.* 271. Seraphin. *deciſ.* 972. ex quo Guazzin. *num. 9.* infert, vt non poſſit pœna corporalis imponi, ſi Statutum ſit vt vnico teſti credatur.

3 Nec valeret Statutum vt vnius teſtimonio plena probatio fiat; vt tenent Tiraquel. *in tract. de iudic. in reb. exig. in princip. verſ. Secunda ratio eſt*, Maſcard. *de probat. in proœm. quæſt. 11. num. 10. verſ. Primum igitur.* Rodolphin. *de ſupr. abſolut. Princip. poteſt. cap. 6. a num. 24.* Farinac. *à num.* 0. vbi limitat, niſi ex eo nulli præiudicium generetur, aut ſi in aliquibus cauſis ſpecialiter ex cauſa Princeps id conſtituat, vt in fœneratitio crimine admittit Leotard. *nu. 30. 31.* Sed quando agitur de graui detrimento, vt de pœna corporali infligenda, nulla humana conſtitutione effici poteſt, vt vnius teſtimonium ad condemnationem ſit ſatis; Scaccia *de iudic. cauſ. ciuil. lib. 2. cap. 9. dub. 9. num. 432. 438. 440.* Bucearon. *de differen. inter iudic. ciuil. & crimin. differens.* 82. *num.* 3. 8. Barard. ad Clar. *vbi proxime n.* 44. Guazzin. cum alijs, *ſup. a num.* 7. Nam in pecuniarijs cauſis, præſertim ſi exiguæ ſint, paſſim per leges, atque ſtatuta cauetur, vt vnius teſtimonio credatur; ſic apud nos ad probandum in exactione gabellæ, ſtatur depoſitioni emptoris ſolius, aut proxenetæ, modò integræ famæ ſint; *l. 28. tit. 19. lib. 9. Recop.* facit *cap. cum dilectus* 9. *de fid. inſtrument.*

4 Sed regula ſupra poſita ſuas limitationes admittit, quas pleoè proſequuntur Speculator, *tit. de teſt. §. Reſtat de numero teſtium, à num.* 8. Farinac. *num. 18. cum ſeqq.* & nouiſſimè Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. in omni negotio, ex n. 4. de teſtib.* Inter quas recenſetur, vt vni teſti fides plena adhibeatur, cum non agitur de alterius præiudicio, Caram. *ſup.* Diecaſtill. *de iuſt. tom. 1. lib. 2. tract. 1. dub. 8. n. 55. 56.* vbi quod vnicus teſtis regulariter ſemiplenè probat.

Ad Num. 1.

Quæſtionis eſſe conſtat, num ex partium conſenſu vnius teſtimonium ſolum plenam faciat probationem, vt iuxta illud Iudex cauſam definire poſſit, ac debeat? & Gloſſam *in l. Theopompus, ff. de dot. prælegat.* ſequuti, negatiuam partem amplectuntur Bero. *in cap. quoniam contrà, num. 32. de probat.* Burſat. *conſ.* 369. *per tot. vol.* 4. Pet. Surd. *conſ. 327. num. 21. vol. 1.* Guazzin. *num.* 8. Cephal *conſ.* 438. *num. 35. lib. 3.* Riminald. Iun. *conſ. 554. n. 35.* Quorum opinio communiter reijcitur, vt patebit *infra n. 9.* 5

Ibi : *Illud ſanè verum eſt.*

Poteſt inter contrahentes conuenire, vt ſecundum partis declarationem iudicium fiat, *l. iuſiurandum* 1. *ff. de iureiur.* Caroc. *de iuramen. deciſiu. quæſt.* 5. *& quæſt. 9. nu. 5.* Amat. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 17. num.* 18. Caſtill. *deciſ. 112. numer.* 16. Plut. *de in lit. iurand. §.* 84. Phan. *eod. tract. part. 2. cap. 1.* Mareſcot. *variar. lib. 2. cap. 16. num. 8.* Maſcard. *de probat. conc. 935. num. 35.* Tuſch. *practicar. concluſ. lit. A, conc. 4.* Maſtrill. *deciſ. 60. num.* 112. Straccha *de mercatur. rubric. de contract. lib. mercator. num.* 6. Felic. *de ſocietat. c. 14. num. 72.* Caualcan. *deciſ. 2. numer. 31. lib. 1.* Interighol. *ſing. 324. lib. 1. & ſing. 101. lib.* . Menoch. *conſ. 217. numer. 7. 0.* Cyriac. *tom. 3. contr511. 517. num.* 2. Quæ conuentio intelligitur, ſi veroſimilia iurentur; alioquin electioni iurantis ſtandum non eſt, Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg. 31. à num. 9.* Cyriac. *ſup. num.* 3. & iuramentum iſtud dicitur *voluntarium, ſiue conuentionale*, Menoch. *num.* 8. Hermoſil. *in l. 10. gloſ. 4. num. 369. tit. 1. p. 5.* 6

Ibi : *Nam, & actor vel reus poteſt.*

Cuilibet litiganti regulariter permiſſum eſt, aduerſario iuramentum controuerſiæ deciſiuum in iudicio deferre, de quo *in l. 1. l. admonendi* 31. *in fine, l. manifeſtæ* 38. *ff. de iureiur.* 7

iureiur. l. cum proponas 6. *C. de reb. credit. l.* 1. *ad fin. titul.* 11. *part.* 3. Ceuall. *ſup. tom.* 1. *quæſt.* 449. *à princip.* Hermoſ. *d. gloſ.* 4. *num.* 373. Pacian. *d. lib.* 1. *cap.* 70. *per tot.* Marant. *de ord. iudicior. in rubric. de iurament. numer.* 11. *verſ. Secunda ſpecies*, Pichard. *in §. Item ſi quis poſtulante, Inſt. de actionib.* Mynſinger. *ibidem, à num.* 15. Paz *in prax. tom.* 3. *c.* 2. §. 7. *num.* 10. 1. 14. & hoc iuramentum *iudiciale* nuncupatur, Menoch. *numer.* 4. 5. Amat. *vbi proximè*, quod ſubire is, cui defertur, aut illud referre deferenti, alioqui pro confeſſo habebitur; *d. l. manifeſta*, Greg. Lop. *in dict. l.* 2. *gloſ.* 9. Pacian. *num.* 7. Ceuall. *quæſt.* 309. *per tot.* De effectibus ac vi tam conuentionalis, quam iudicialis iuramenti, latè per Hermoſ. *ſup. à num.* 370.

Ibi : *Ex qua hac in re duci poteſt.*

8 Eſt controuerſum an paciſci liceat, quod ſtetur ſimplici aſſertioni, aut iuramento creditoris quoad intereſſe, quando à principio taxatum non fuit, de qua ex profeſſo agunt vtriuſque ſententiæ Authores cumulantes, Carleual. *de iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 8. *ſect.* 6. *num.* 107. *cum ſeqq.* Hermoſ. *ſup. à num.* 342. Ex quibus conſtat, communiter receptum eſſe, vtramque pactionem ſobſiſtere, niſi in contractibus de vſura ſuſpectis, iudici tamen incumbere, ſi non veroſimiliter aſſeratur, vel iuretur, ſummam pro ſuo arbitrio moderari, Mareſcot. *ſup. num* 10. Herm. *nu.* 351. Parlador. *rer. quotidianar. lib.* 2. *cap. fin. part.* 1. §. 11. *limit.* 4. *num.* 57. Carleual. *num.* 85. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 302. *num.* 19. Felic. *ſupra, cap.* 24. *n.* 73. Fontanel. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 9. *num.* 3. Menoch. *conſ.* 1181. *in fine*, Amat. *ſup. num.* 32. *verſ. Demùm nec reſiſtit*, Guttier. *de iurament. confirmator. part.* 1. *cap.* 37. *n.* 16. Stracca *ſup. part.* 4. *n.* 6. *fol.* 133. Padilla *in l.* 1. *n.* 9. *ff. de legat.* 2.

Verſ. *Cæterum quod conſenſu.*

9 Poteſt ex partium conuentione, & conſenſu vnius teſtis dicto cauſa definiri iudicialiter; Farinac. cum innumeris *d. quæſt.* 63. *à num.* 18. Pacian. *ſup. cap.* 48. *num.* 77. Mynſinger. *obſeruation. cent.* 5. *obſeruat.* 26. Hermoſ. cum alijs *ex n.* 426. Turzan. *commun. opinion. tom.* 1. *lib.* 4. *tit. de reb. credit. nu.* 104. Padilla *vbi proximè*, Suar. *in theſaur. receptar. ſentent. lit. T. num.* 108. Ant. Gab. *commun. lib.* 1. *tit. de teſtib. conc.* 1. *nu.* 31. *verſ. Vndecimò limita*, Guttierr. *in d. l. nemo poteſt, num.* 138. Menchac. *vſufrequent. cap.* 29. *num.* 4. Cancer. *variar. part.* 1. *c.* 20. *num.* 73. *verſ. Quamuis*, Maſcard. *ſup. in proœm. quæſt.* 11. *num.* 11. Card. Pereira *in l. ſi curatorem, verb. vel aduerſarij dolo, C. de in integ. reſtitut.* & ita verum eſt contra laudatos, *ſup. numer.* 6.

Ibi : *Poſſe remitti iuramentum.*

10 Teſtis abſque iuramento deponens fidem non facit, *cap. nuper.* 51. *de teſtibus, cap. hortamur.* 9. 9. *cap.* 6. *teſtes*, §. *Item iuriſiurandi.* 4. *quæſt.* 3. *l.* 6. *tit.* 6. *lib.* 4. *Recopilat. l.* 23. *tit.* 16. *part.* 3. *auth. de Sanctiſſim. Epiſcop.* §. *Nulli verò, collat.* 9. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 1. *quæſt.* 81. *num.* 5. Iul. Clar. *d.* §. *fin. quæſt.* 81. *num.* 11. Azeued. *in d. l.* 6. *num.* 4. Guttier. *vbi proximè, num.* 118. *cum ſeqq.* Guazzin. *defenſ.* 11. *cap.* 3. Pacian. *cap.* 47. *num.* 20. Fr. Emmanuel *quæſtion. Regular. tom.* 2. *quæſt.* 23. *art.* 8. Farinac. *ſup. quæſt.* 74. *num.* 1. vbi plures. Rebuff. *de reprobat. teſtium, numer.* 284. Morl. *in empor. iur. pars.* 1. *titul.* 11. *in prælud. numer.* 10. Seraphin. *ſup. priuileg.* 30. Bobadill. *in Politic. tom.* 2. *libro quinto, capit.* 8. *in fine*, Cur. Philippic. *part.* 1. §. 17. *numer.* 17. Paz *dict. tomp.* 8. *numer.* 104. vbi quod iuramentum præcedere debet depoſitionem, aut ſaltem poſt eam incontinenti præſtandum; de quo latè Guazzin. *dict. capit.* 3. *à numer.* 4. Farinac. *vbi proximè, à num.* 38. Nec dignitas teſtem à iuramento releuat, quæcunque ea ſit, Farinac. cum multis, *num.* 66. *cum ſeqq.* Guazzin. *num.* 8. 9. quod de Papa, & Principe ſcripſit Angel. *in d. l. iuriſiurandi, in fine, C. de teſtib.* à quo diſcedit Pacian. *d. cap.* 47. *num.* 33. Sed prior ſententia verior videtur, quando de graui præiudicio Tertij tractatur; maximè ſecundùm eos, qui ſentiunt, iuramentum hoc eſſe de iure Diuino; quod probant ex *cap.* 31. *Geneſ.* vt teſtatur Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 26. *num.* 3. Guttier. *ſup. num.* 121. 122. An lege, vel ſtatuto conſtitui poſſit, vt teſti non iurato credatur; vide apud Farinac. *quæſt.* 74. *à num.* 55. & vtrum poſſit Pontifex, in hoc diſpenſare; tradit Menoch. *d. q.* 26. *num.* 4. Athenienſes tantum Xenocrati detulerunt, vt eius dicto abſque iuramento fidem adhiberent, vt obſeruat ex alijs Leotard. *ſup. q.* 93. *n.* 29.

Ibi : *Deinde licèt Reipublicæ interſit.*

Adde Amat. *d. reſolut.* 27. *num.* 28. Guttier. *vbi proximè, n.* 136. 137.

Ibi : *Quamobrem dictum vnius.*

Vbi accedit conſenſus partium, teſti non iurato ſecundùm eius qualitatem credendum eſt, *cap. tuis* 39. *de teſtib.* 11
Farinac. *d. q.* 74. *num.* 83. vbi de more multos refert, Guttier. *num.* 126. *cum ſeqq.* Bernard. Græue. *ad prax. Camer. Imperial. lib.* 1. *conc.* 101. *conſiderat.* 2. Pacian. *vbi proximè, in addit. lit. F.* Menchac. *de ſucceſſion. creat.* §. 5. *num.* 12. 13. Paz *ſup. num.* 104. Maſcard. *in proœm q.* 5. *num.* 103. Villadieg. *in Politic. cap.* 1. *num.* 35. Boer. *deciſ.* 1. *num.* 48. Cur. Philippic. *vbi proximè*: Roland. *de commiſſar. lib.* 6. *c.* 20. *n.* 5. Guazzin. *ſup. n.* 16.

Sed dubium eſt an ſufficiat cõſenſus eius, in quem teſtis 12
producitur, vel requiratur etiam producentis? & veriùs eſt vtrumque conſentire debere, vt probatur *in cap. tertio loco* 5. *de probat.* vbi Ioan. And. Zabarell. & Abbas, Felin. *in d. c. tuis*, Rebuff. *de reprobat. teſt. num.* 30. Campeg. *de teſtib. reg.* 167. *ad fin. verſ. Secundo fallit*, & alij apud Farinac. *n.* 86. Licet contrarium tenuerit Iaſ. *in d. l. admonendi, in repetit. num* 196. *ff. de iureiurd.* Pacian. *vbi proximè.* quibus parùm ſuffragatur text. *in d. cap. tuis.* Nam etſi *ibi* dicatur conſenſus partis aduerſæ efficere, vt valeat teſtimonium abſque iuramento, non ideò negatur producentis non deſiderari; ſed ſolùm illius meminit, quia difficilius eſt, vt aduerſarius conſentiat in ſe abſque iuramento teſtem deponere; neque enim ex eo quod aliquis teſtes producat, videtur iuramenti ſolemnitatem remittere, licèt enim perſonas approbet vt idoneas, teſtimoniis non omnino conſentit; imò ea poterit impugnare, prout *infrà* dicendum eſt. Hic autem conſenſus vtriuſque litigantis expreſſius eſſe debet, nec ſufficiet, quod litigantes ſciant, teſtem omiſſo iureiurando deponere, notat Farinac. poſt alios *n.* 84.

Hæc iuramenti remiſſio non admittitur in cauſis arduis, 13
maximè vbi pœna corporalis venit imponenda; Farinac. *num.* 85. Caualcan. *de brach. Reg. part.* 3. *num.* 47. Campeg. *ſup.* Maſcard. *d. q.* 5. *à n.* 107. & alij.

Licèt autem teſtimonium eorum, qui abſque iureiurando 14
depoſuerunt, non valeat ad probationem plenam; aliquam tamen ſecundum perſonarum qualitatem faciunt præſumptionem, vt obſeruat ex alijs Farinac. *num.* 109. Menoch. *d. q.* 16. *num.* 7. Guazzin. *num.* 13. Caſus, in quibus teſti non iurato fides integra adhibetur, refert Pacian. *d. lit. F*, Farinac. *ex n.* 83. & data paritate probationis, teſtibus non iuratis deferri poſſe, tenet Menoch. *n.* 5.

Verſ. *Item & illud obſeruandum eſt.*

Approbans expreſſim, vel producens in iudicio teſtem, 15
nihil in ipſius perſonam poteſt objicere; teſtimonium tamen improbare non prohibetur, Bart. *in l. ſi quis teſtibus, C. de teſtib.* Cancer. *ſup. d. verſ. Quamuis*, Menoch. *conſ.* 343. *num.* 28. *& conſ.* 396. *num.* 20. Marant. *ſup. part.* 6. *art.* 13. *à num.* 10. Magon. *Lucenſ. deciſ.* 46. *num.* 32. Cyriac. *tom.* 3. *controuerſ.* 409. *num.* 194. Guttier. *in d. l. nemo poteſt, nu.* 233. Farinac. *quæſt.* 63. *num* 241. (vbi plurimi; & *num ſeqq.* refert aliquos aſſerentes, nec contra dicta teſtium opponere poſſe: qui eos produxit:) Paz *ſup. d. tom.* 1. *temp.* 9. *num.* 26. 29. Villadieg. *ſup. nu.* 46. Pareja *de inſtrument. edit. tom.* 2. *tit.* 7. *reſolut.* 3. *n.* 12. Carleual. *de iudic. to.* 2. *lib.* 1. *tit.* 2. *diſp.* 3. *n.* 37.

Adeò verùm eſt, quod producens teſtem nequeat in eius perſonam defectum opponere, vt procedat etiam in diuerſis cauſis, nam cum idem, quem aliquis in vna cauſa produxit, in alia contra ſe producatur, non audietur volens illum, vt inhabilem à teſtificando repellere, Marant. *vbi proximè*,

proximè, n. 11. Maſcard. *conc.* 1235. alias 1241. *n.* 9. Seraphin. *deciſ.* 295. *num.* 16. Farinac. cum alijs, *d. quæſt.* 62. *num.* 216. *& num.* 220. ampliat; etſi a diuerſa perſona producatur teſtis ab ea, in quam prius fuerat in alia lite productus. Sed limitatur, ſi noua cauſa poſt productionem ſuperueniat, quæ teſtem inhabilem reddat, Campeg. *ſup. reg.* 292. *in* 2. *fallen.* Nell. *de teſtib. n.* 57. Pax *ſup. n.* 28. Marant. *vbi proximè,* Boer. *deciſ.* 245. *n.* 4. *in fine,* & alij apud Farinac. *n.* 240. & *n. ſeqq.* alias limitationes tradit, & rem hanc dilucide explanat.

Ibi : *Poſſe probari contrarium.*

17 Approbans perſonam teſtis, admittitur ad probandum contra id, quod ille declarauerit : Cancer. *ſup. dict. verſ. Quamuis,* Afflict. *deciſ.* 91. *num.* 10. Gutier. *in dict. l. nemo poteſt, num.* 138.

Ibi : *Vnde fortaſsè quibuſdam videtur.*

18 Hæc poſſunt intelligi, vel de eo, qui ex conuentione iurat, quod ſibi debetur, vt cum debitor promiſit ſtare iuramento creditoris; & hoc caſu poſſe probari contrarium docent communiter DD. Paul. de Caſtr. *in l. in huiuſmodi, n.* 4. §. *De prætor. ſtipulat.* Felic *ſub n.* 30. Guzman *de euictionib. q.* 14. *n.* 4. Carleual. *ſup. d. diſp.* 8. *ſect.* 6. *num.* 29. Hermoſil. quam plurimos laudans, *d. l.* 10. *gloſ.* 4. *n.* 365. vbi latiſſimè materiam explicat; & *n.* 415. cum alijs hanc tuetur ſententiam; etſi contrarium alijs verius videatur, quos refert, *n.* 366. Idem eſt de iuramento, quod ex lege, ſtatuto, vel à Iudice in ſupplementum probationis defertur, vt probat ex alijs Hermoſ. *n.* 414. *cum ſeqq.*

19 Vel de iuramento iudiciali litis deciſiuo, quod pars aduerſario defert in iudicio, Iudice approbante; & contra hoc probatio in contrarium admitti non poteſt. Idemque iuris eſt, ſi tale iuramentum extra iudicium voluntariè ad controuerſiæ deciſionem deferatur; nam ſic tranſactum inter Partes cenſetur, vt de vtroque agens fusè probat Hermoſ. *à num.* 372. vbi plures refert, quibus accedit Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 116. *num.* 5. Marant. *ſup. part.* 6. *act.* 6. *de iurament. num.* 22. Caroc. *ſup. quæſt.* 9. *num.* 5. Burſat. *conſ.* 285. *in* 1. *dub. num.* 1. qui *n.* 2. addit, Iudicem debere probationem contra huiuſmodi iuramentum non admittere, licèt Pars non opponat: quod refert, ac ſequitur Cyriac. *n.* 6.

Ad Num. 2.

20 Quæri ſolet, vtrùm valeat teſtimonium, ſi Notarius teſtificetur, teſtem, iuramento præſtito, depoſuiſſe, quanquam formam, qua iuratum eſt, non expreſſerit? Negat Campeg. *ſup. d. reg.* 167. *fallen.* 4. Maſcard. *in proœm. num.* 113. Caputaquen. *deciſ.* 123. *alias* 5. *n.* 1. *part.* 3. *& deciſ.* 185. *alias* 22. *part.* 3. Ferentil. *in addit. ad Burat. deciſ.* 48. lit. *A.* Cauallet. *deciſ.* 322. *num.* 3. & alij laudati per Farinac *dict. quæſtion.* 73. *numer.* 73.

21 Contrarium ſcilicèt ſatis eſſe, quod Notarius aſſerat, iuratum depoſuiſſe teſtem, vt fidem faciat, magis communiter placet; atque ita docent Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 13. *num.* 4. Canalcan. *de teſtib. part.* 3. *num.* 53. *verſ. An autem,* Theſaur. *deciſ.* 46. *nu.* 18. Cæſ. de Graffis, *deciſ.* 28. *aliàs* 13. *num.* 63. Burſat. *conſ.* 35. *num.* 14. *lib.* 1. Guazzin. *d. defenſ.* 14. *cap.* 5. *n.* 4. *verſ. Ac etiamſi,* Viui. *commun. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 113. *verſ. Et licet,* Rebuff. *ſup. num.* 30. Bonacoſ. *commun. crimin. part* 1. *verb. Notarius, fol.* 53. Hippolyt. *in l.* 1. §. *Si quis dicat. n.* 13. *&* §. *Diuus* 4. *ff. de fideiuſſorib.* Crot. *de teſtib. n.* 227. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſion. collectan.* 164. & alij, quos refert Farinac. *num.* 74. qui vtramque opinionem, quibuſdam adhibitis declarationibus, probabilem putat. Tamen magis vera eſt ac communis hæc vltima ſententia, cui *D. Couar.* adhæret; nam qui iuraſſe dicitur, præſumitur cum omnibus ſolemnitatibus iuramentum præſtitiſſe; Menoch *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 132. *n.* 8. Alciat. *in l. ſciendum, n.* 8. *ff. de verbor. obligat.* Quæ proculdubio procedit, quando ſumus in antiquis, Guazzin. *vbi proximè* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 82. *n.* 5. Farin. poſt alios, *n.* 76. idemque erit, ſi Notarius dixerit; *Iurauit in forma,* Menoch. *vbi proximè.*

Ibi : *Si quidem pro Notario præſumitur.*

In dubijs pro legalitate, & veritate Notarij, & quod rectè munere ſuo fungatur, præſumitur; Cyriac. *tom.* 3. *controuerſ.* 406. *n.* 13. Flamin. *de reſignat. beneficior. lib.* 8. *q. vlt. n.* 50. *& lib.* 9. *q.* 22. *n.* 8. Menoch. *ſup. li.* 2. *præſ.* 79. *n.* 1. Farinac. *prax. q.* 156. *n.* 138. Maſcard. *conc.* 625. *n.* 26. Caſtrenſ. *conſ.* 371. *col.* 1. *vol.* 1. Alciat. *vbi proximè, n.* 1. 22

Ibi : *Sic ſanè creditur Tabellioni.*

Notario teſtanti in inſtrumento, ſe notum feciſſe mulieri fideiubenti auxilium Velleiani, cui renunciauit; credendum eſt: Menoch *d. præſ.* 79. *num.* 5. vbi plura huc ſpectantia tradit, Molin. *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 540. *num.* 8. Gutier. *de iuram. confirmator. part.* 1. *cap.* 20. *num.* 3. 4. Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.* 315. *num.* 2. Padill. *in l. fin. num.* 13. *C. de iur. & fact. ignorant.* Gregor. Lop. *in l.* 3. *gloſ.* 4. *tit.* 12. *part.* 5. Cæpol. *cau.* 149. & ita eſt tenendum; etſi plurimùm dubitauerit Iaſ. *in l. ſi duo patroni,* §. *Idem Iulianus, ff. de iureiurand.* vbi tandem contra tenet. 23

Ibi : *Cautius tamen.*

Huiuſmodi cautela vt in ipſo inſtrumento fiat expreſſim mentio nedum certiorationis, ſed etiam quod declarent, quid Senatuſconſulto Velleiano in fauorem mulierum cautum fuerit, probant Gutier. *num.* 3. Ceuall. *num.* 3. qui teſtantur ita apud noſtros Tabelliones obſeruari; imò eam omninò neceſſariam eſſe ſenſit Cyn. *in l. fin. num.* 2. *C. ad Velleian.* Quæ clauſula ſaltem proderit ad excludendum illud, quod communiter notatur: nempè quod ſi Notarius, qui de certioratione fidem fecit, interrogetur, quid Senatuſconſulto Velleiano contineatur, & hoc ignoret, renunciatio mulieris nullius erit momenti; vt videre eſt apud Greg. Lop. *vbi proximè,* Ceuall. *num.* 4. Marſil. *in rubric. n.* 49. *ff. de fideiuſſorib.* Bertrand. *conſ.* 33. *ad finem, lib.* 1. Caguol. *in l. ſi librarius, num.* 37. *ff. de reg. iur.* licet contrarium tenuerint aliqui, quos refert Ceuall. *ſup* & eos ſequutus Menoch. *conſ.* 47. *num.* 145. non inquam hoc locum habere poterit, ſi in inſtrumento expreſſum ſit quod Senatuſconſulto caueatur. 24

Ad Num. 3.

Adde Farinac *d. quæſt.* 74. *num.* 70. vbi alios laudat, & *n.* 71. non paucos pro contraria opinione refert.

Ibi : *Eadem profectò ratione.*

Quoties ex conuentione ſtandum eſt aſſertioni vnius ex contrahentibus, intelligitur, interueniente iuramento; aliàs ei credendum non eſt, Carleual *d. ſect.* 6. *n.* 110. Hermoſ. *in d. l.* 10. *gloſ.* 4. *n.* 425. *tit.* 1. *p.* 5. vbi plures Pacian. *dict. cap.* 47. *num.* 28. 29. 25

Verſ. *Tertia concluſio.*

Cum quis, nullo legis aut Iudicis præcepto cogente; à Partibus eligitur, vt non ſecundum alicuius artis peritiam, ſed iuxta proprium iudicium arbitretur; neceſſe non eſt, vt iuret, Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 58. *n.* 1. Pacian. *ſup. n.* 21. Afflict. *deciſ.* 371. *n.* 7. quanquam contrarium placuerit Iaſoni, Angel. & Caſtrenſ. *in l. de pupillo,* §. *Qui opus, ff. de nou. oper. nunciat.* Marſil. *ſing.* 214. *prope medium,* Guzman *de euict. cap.* 14. *num.* 36. 26

Ibi. *Quin & ipſe Bartolus ſenſit.*

Videas ſtatim laudandos *ad n.* 4. qui latè agunt de iuramento à peritis præſtando.

Ibi : *Nam etſi prior pars admitti poſſit.*

Ratio differentiæ inter eum, qui pro ſuo arbitrio rem definiturus eſt, & qui iuxta artis peritiam declarare aliquid 27

debet, hæc eſt, nam illius perſona eligitur ob probitatem, & idoneitatem, quæ ipſis eligentibus nota eſt; quare eiuſdem conſcientiæ ſeſe committunt, atque ita iurare non tenetur, cuius fides approbata eſt. At cum peritus conſtituitur, vt pro peritia quod ſenſerit, referat, non eſt perſona, aut fides approbata, ſed tantum ſcientia rei, de qua agitur. Vnde nulla ſubeſt cauſa, propter quam iuramentum remittatur, cum poſſit peritiſſimus non tamen æque probus à partibus haberi.

Ad Num. 4.

28 De hoc fusè differunt Farinac. *d. quæſt. 74. à num. 95.* Pat. Sanch. *de matrimon. lib. 7. diſp. 113. num. 13. cum ſeqq.* Hermoſill. *in l. 56. gloſ. 6. ex num. 39. tit. 5. part. 5.* Ceuall. *tom. 1. q. 1. à num. 25.* Pacian. *d. cap. 47. nu. 21. cum alijs*, & crebrior, ac verior ſententia docet, peritos ſiue à Iudice, ſiue à litigantibus electos iureiurando eſſe aſtringendos, quod generaliter tradunt Gutrier. *in d. l. nemo poteſt. num. 124.* Cyriac. *controuerſ. forenſ. tom. 3. controuerſ. 459. num. 23.* Bobadill. *in Politic. tom. 2. lib. 5. cap. 8. in fine*, Menoch. *d. q. 58. num. 4.* Pinell. *in l. 2. part. 3. cap. 4. num. 3. C. de reſcind. vendit.* Suar. *in Theſaur. recep. ſent. lit. P, num. 93.* Garcia *de expenſ. cap. 34. n. 18.* Matienç. *in l. 1. gloſ. 2. n. 21. cum ſeq. tit. 11. lib. 5. Recopilat.* & alij innumeri, & qui contra tenent, referuntur à Farinac. *n. 95.* à quibus ipſe recedit.

Ibi : *Hoc autem iuramentum.*

29 Periti ſi res, quæ eorum aſſertioni committitur, ſenſu corporeo percipi, ac diſcerni queat, vt agrorum dimenſio, rationum computatio; de veritate dicendâ iuramentum debent exhibere, alioquin duntaxat de credulitate iurabunt, vt cùm Medicorum Iudicio committitur, an vulnus ſit lethale, necne, ita docent Farinac. cum aliis, *n. 99. 100.* Guttier. *vbi proximè*, Pacian. plurea referens *ſup. num. 17. 18.* Menoch. *de adipiſcend. remed. 3. n. 164.* Sanch. *ſup. n. 15.* Garc. *vbi proximè*, Maſcard. *conc. 1174. num. 48. 49.* Ratio eſt, quia in ijs, quæ ſenſu corporeo non percipiuntur, certitudo haberi non poteſt, nec cum ea poterunt atteſtari periti, vt aiunt Sanch. & Gutriert.

30 Illud in praxi frequenter obſeruatur, vt periti apud Iudicem ſub iureiurando promittant, ſe legaliter, ac bona fide quod ſenſerint, relaturos; quo caſu nullum aliud iuramentum tempore depoſitionis deſideratur; nam præcedens ſufficit, vt obſeruat Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ. 6. num. 42.* Bald. *in leg. hac edictali, §. Hu illud, num. 3. C. de ſecund. nupt.* Maſcard. *n. 50.* Pacian. & Menoch. *ſup.*

Ibi : *Poterit tamen probari contrarium.*

31 Contra depoſitionem peritorum probatio admittitur: Pacian. *num. 87. cum ſeqq.* qui hoc ampliat; etſi ſententia ex tali depoſitione feratur, quoniam illa in rem indicatam non tranſit; imò bis poteſt fieri electio peritorum ad ſententiam retractandam, & non amplius, ne detur in infinitum proceſſus; ſed Herm. omnino videndus *à n. 57.* aſſerit *n. 60.* ſemel tantùm permiſſum eſſe, vt periti eligantur, vt rem, de qua alij depoſuerunt, iterùm examinent, & pro præcipua concluſione plurea refert *n. 59.*

Ibi : *Nam quoties ex lege.*

32 Quamuis ex lege, vel ſtatuto ſit alicuius iuramento credendum, benè probatio admittitur in contrarium, Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 46. num. 111.* Auguſtin. Barboſ. *in collectan. ad cap. 2. n. 9. de temporib. Ordin in 6.* Ceuall. *q. 7. nu. 8. 9.* Guttier. *de gabell. q. 163. numer. 7.* Menoch. *de recuperand. remed. 15. n. 356.* Iul. Clar. *dict. §. fin. q. 82. n. 1.* Hermoſ. cum aliis *in l. 8. gloſ. 8. n. 7. tit. 3. p. 5.* Maſcard. *conc. 955. n. 1.* Farinac. *in fragment. lit. l, n. 1130.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 538. n. 60.* Marescot. *variar. lib. 2. c. 1. n. 149 150.* Quod procedit, quanquam per verba ampliſſima iubeatur, vt plena fides iuranti adhibeatur; Farinac. Ceuall. Hermoſ. niſi lex expreſſim probationem in contrarium prohibuerit, Seraph. *ſup. priuileg. 31. n. 92.* vbi Benechend. *n. 49.* Herm. *n. 9.* Maſcard. *n. 15.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 4. gloſ. 1. n. 3.*

Ad Num. 5.

Cum perſona teſtis, vel periti approbatur ab eis, quorum intereſt, poteſt teſtificari abſque præſentia, aut citatione eorundem, Menoch. *conſ. 217. in fin.* Sanch. *ſup. nu. 14.* Hermoſ. *d. gloſ. 6. n. 45.* Garcia *ſup.* Pacian. *num. 124.* vbi alij. Adhuc contraria *Panormitani* opinio rationibus perpenſis, quibus nititur contemnenda non eſt, quam ſuſtinet Farinac. *quæſt. 72. num. 50.* qui *nu. 49.* plures contra ſe pro *Bartolo* allegat. Sed *Bartoli* ſententia eſt omnino amplectenda, ſi peritus, vel teſtis ſuum dictum dubium declaraturus accedat, quo caſu nequaquam citatio, aut præſentia Partium erit opus, Hippolyt. *in l. de vnoquoque, num 71. ff. de re iudicat.* Borrel. *in ſumm. deciſ. tit. de citation. nu. 445.* Rota *dec. 92. n. 4. part. 1.* Anton. Gabr. *ſup. lib. 2. tit. de citation. conc. n. 170. 351.* Maſcard. *concl. 182. n. 31.* Boſſ. *in prax. tit. de oppoſit. contra teſt. numer. 352.* Quo caſu nec requiritur nouum iuramentum, Farinac. cum aliis *quæſt. 74. numer. 50.* Idem etiam quoad citationem contra communem tenet *d. q. 72. num. 67.* 33

Verſ. *Sexta concluſio.*

Si Iudex peritum eligat, vt iuxta artis regulas quicquam declaret, prius ſunt citandi ij, ad quos res ſpectat, vt ſi voluerint nominationi adſint; ſufficiet tamen, quod poſtea citentur eo tempore, quo poſſint aduerſus electum obiectiones proponere, Pacian. *num. 20.* Hermoſ. *ſup. num. 43. 44.* Sanch. *vbi proximè.* 34

Verſ. *Septima concluſio.*

Citatio etiam deſideratur, vt partes aſſiſtant tempore, quo periti præſtant iuramentum, Alexand. *in l. 1. §. Sed excipiuntur, numer. 7. col. 2. ff. de ferijs,* Hermoſ. *num. 44.* Pacian. *num. 121.* Sanch. *ibidem.* 35

Verſ. *Octaua concluſio.*

Non eſt opus citatio, aut præſentia partium, cùm peritus, quod ſentit, deponit; imò nec volentes adeſſe permittuntur, Hermoſ. *n. 43.* Pacian. Sanch. *ſup.* 36

Verſ. *Nona concluſio.*

Partes citandæ ſunt die præfinito; vt interueniant, cùm agrimenſores, aliiue periti inſpecturi ſunt rem, ſuper qua iudicium ſuum interponere debent: Pacian. *numer. 122.* Alexand. de Neuo *in cap. quia indicante, numer. 8. verſ. Sed tandem dic, de præſcript.* Aug. Barboſ. *in collect. ad l. 3. numer. 4. C. finium regunder.* Hermoſ. *numer. 44.* Cardol. *in prax. Iudic. verb. diuiſio, n. 7.* 37

Ad Num. 6.

Valere teſtimonium, quod in ſcriptis traditur per teſtem Tabellionis vel Iudicis, placuit paucis quibuſdam, quos refert Farinac. *q. 80. n. 18.* quod verum non eſt. 38

Ibi : *Sed Baldus in* l. iuriſiurandi.

Quod poſſit teſtes per ſcripturam teſtificari, modò dictum ſuum ipſe apud Iudicem, aut Notarium prælegat, cum *Baldo* tenent Gregor. Lop. *in l. 31. gloſ. 1. tit. 16. part. 3.* C. ſ. *in addit. ad Lanfranc. de teſtib. num 8.* Practic. Corrad. *tit. de teſtib. in rubric. de premeditat. ſermon. n. 44.* Viui. *ſup. opinion. 949. num. 5.* 39

Sed contra *Baldum* ſentiunt Farinac. *num. 38. 41.* Pedemontan. *deciſ. 128. num. 7. ad finem, iuncto num. 9.* Arnald. Albert. *de agnoſcend. aſſertionib. Catholic. & heretic. q. 34. n. 54.* Sed prior ſententia poteſt defendi, cum factum eſt inuoluntarium, vt dicetur *n. 41.*

Et quod in ſcriptis teſtimonium fieri non poſſit, abſolutè docuerunt Farinac. *n. 28. in fine,* Guazz. *ſup. defenſ. 15. cap. 7. à princip.* Pacian. *dict. cap. 47. num. 80.* Baiard. ad Clar. *dict. quæſt. 26. num. 2,* Maſcard. *in proœm. quæſt. 5. à num. 11. & concluſ. 149.* 40

*concluſ.*149. *numer.*28. Magon. *Lucenſ. deciſ.*39. *numer.*22. Beroard. Græuæ *ad prax. Camer. Imperial. lib.*1. *concluſ.*100. *conſiderat.*3. *numer.*7. Rebuff. *de reprobat. teſtium, à numer.* 541. Boer. *deciſ.*1. *numer* 38. Fr. Emmanuel *quæſtion. Regular. tom.*2. *quæſtion.*13. *articul.*4. Similiter nec per nuntium deponere quis permittitur, Guazz. *num.*1. quæ pariter procedunt, quando teſtes à loco, vbi deponendum eſt, abſunt; Guazz. *num.*2. Farin. *num.* 30. Ad quæ videas *d. l.* 31. *tit.*16. *p.*3.

41 Præfata regula, vt teſtis per ſcripturam deponens non probet, ſuas limitationes admittit, quas quaſi currenti calamo recenſebimus; quoniam nonnullas *D. Couar.* inſinuat. *Prima* eſt, quando teſtis loqui non valet, D. Couarr. *hic*, Gregor. Lop. *vbi proximè*, Farinac. *num.*39. qui & alios refert in ſingulis limitationibus. *Secunda*, ſi res, de qua agitur, valdè ſit implicita, & inuoluta, Farinac. *num.*43. Guazz. *num.*6. nam poterit dictum ſuum prius per ſe lectum Iudici, aut Notario tradere, quod *D. Couarr.* admittit. *Tertia*, ſi aduerſarius non objiciat, Guazz. *numer.*7. Farinac. *numer.*40. *Quarta*, quando viget teſtificandi eo modo conſuetudo, Guazzin. *num.*8. Farinac. *num.*48. *Quinta*, cùm Iudici videatur, vt ſic deponatur, expedire, Farinac. *num.*49. Guazz. *num.*10. quod & *D. Couarr.* ſentit. *Sexta*, ſi de probanda ætate tractetur, quod tamen referendum eſt, vel ad certificationem Parochi deductam ex libro, quo baptizati ſcribuntur; vel ad codicem, in quo à patre dies aſſignatur, quo ſibi filij naſcuntur, Guazz. *num.*11. Farinac. *num.*46. Sed hæc propriè limitatio non eſt, quia neque parocho, neque parenti, vt teſtibus fides adhibetur. *Septima*, ſi in arte periti iudicium ſuum referant, Guazz. *num.*12. Pacian. *ſup. n.*41. Farinac. *num.*42. *Vltima*, in cauſa Arbitro commiſſa, cum facultate procedendi de iure, & de facto, iuris ſolemnitatibus omiſſis, apud quem in ſcriptis teſtificari quiſque poterit, Farinac. *num.*52. Dec. *conſ.*51. *num.*101. *ad finem*, *verſ. Quinto, vt tollatur, & n.*107. *lib.*2.

Ibi: *Nec Bartolo ſuffragatur.*

42 Ad textum in *leg. Theopompus*, videas Padilla *in l. ſiquis maior, num.*20. *C. de tranſact.* Menoch. *de arbitrar. lib.*1. *quæſtion.*58. *num.*3. Auguſt. Barb. *in collect. ad cap. teſtes*, 15. *n.*2. 3. *quæſt.*9. qui omnes aſſerunt, in *eo textu* legendum eſſe, *Rogatus ſcripſit*, non, *Iuratus*. Sed etſi concedatur, iuramentum interueniſſe, non inde ſequitur, teſtimonium in ſcriptis per teſtem ferri poſſe, quoniam Pollianus metus teſtis non fuit, ſed propalator voluntatis defuncti ab eodem electus; quare quod ſentiebat ex voluntate teſtatoris, potuit in ſcriptis deponere; neque intereſt quod iurauerit, nam & periti iurant, vt *ſupra* diximus, & tamen per ſcripturam deponunt, vt nuper dicebamus; quia teſtes propriè non ſunt, vt latiſſimè probat Pacian. *dict. cap.*47. *ferè per tot.* pluribus differentijs adductis.

Ibi: *Nam ex vocis pronuntiatione.*

43 Plurimum intereſt ad veritatem indagandam, quòd teſtes abſque ſcriptura deponant, vt ex prolatione ipſa verborum, trepidatione, mutatione coloris, alijſque affectibus, prudens examinator agnoſcat, an verum, aut falſum feratur teſtimonium; de quo Pontifex *in cap. cum Eccleſia Sutrina* 3. *§. Nos igitur, in princip. de cauſ. poſſeſ. & propriet.* Conſult. *in l. de minore* 17. *§. Tormenta, verſ. Plurimum, ff. de quæſtionib.* Cicer. *in Topic. Pallor vultus, inquit, rubor, & titubatio faciunt, vt minus fidei alicui adhibeatur.* Senec. *in Thieſt. multa ſed trepidus ſolet Detegere vultus*, & in Oedip, *Effare; dubitas? cur genas mutat color? Quid verba quæris?* Nam vt vulgò ex Ouidio *lib.* . *metamorphoſ.* fertur, *difficile eſt crimen non prodere vultu*: cum per exteriores actus, quæ in pectore latent, pateſiant prudentibus, Prouerbior. 27. *verſ.*19. *Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium; ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.* & ex trepidatione falſum teſtimonium præſumi tradit Menoch. *ſup. q.*14. *n.*35 quia trepidatio, aut titubatio non eſt memoriæ vitiū, ſed conſcientiæ iudicium, vt ex Quint. Curt. *lib.*7. *in princip.* & Cicer. *in epiſt. famil.* ait Menoch *q.*89. *n.*73. de reo agens.

44 Notant Guazzin. *ſup. n.*1. Bobadill. *in Polit. tom.*2. *lib.*5. *c.*3. *n.*41. Caraoit *tit.*87. *n.*5. Iul. Clar. *vbi proximè, n.*1. Nell. *de teſtib. num.*90. Gregor. Lop. *in l.*26. *gloſ.*5. *tit.*16. *p.*3. Dec. *reſpon.* 51. *n.*4. 5. *vol.*2. Farin. *d. q.*80. *n.*17. *in fine, & n.*44. & alij, quorum nuper meminimus, *n.*40. Quæ trepidatio alij-ve affectus, per quos teſtium fides tollitur, aut minuitur, ſunt in actis referendi, tum vt de iuſtitia ſententiæ conſtet, quæ iniqua videretur, latente cauſa, ob quam teſtibus plenè probantibus ſecundum verba non crediderit Iudex, Bart. *in l. Lucius, in fine, ff. de iis q. notant. infam.* Greg. Lop. *ſup.* Menoch. *de arbitrar. lib.*2. *caſ.*9. *num.*5. Abbas *in cap. quoniam contra, n.*34. *de probat.* Oroſc. *in l. illicitas, §. veritas, n.*20. *ff. de offic. Præſid.* Tum, ne ſi alius ab examinante cauſam ſit deciſurus, fallatur dicta teſtium ſequutus, cum circunſtantias depoſitionum ignoret, Bobad. *vbi proximè*, & quod de iuſtificatione ſententiæ dictum eſt, Iudici inferiori eſt valde neceſſarium, ac vtile, iuxta notata per Bobadill. *ſup. cap.*3. *n.*58.

Verſ. *Hinc obiter perpendi poterit.*

Eſt ſupponendum cum omnibus ſub *hoc verſiculo* referendis, quod etſi olim fuerit controuerſum, an inter abſentes Sacramentum pœnitentiæ poſſet miniſtrari, iuſta exiſtente cauſa? hodie dubium hoc penitus eſt ſublatum per Bullam Clement. VIII. editam *anno* 1602. qua affirmatiuam ſententiam vt falſam, temerariam, & ſcandaloſam damnauit, prohibens legi, imprimi, aut defendi, ad praximve reduci ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, abſolutione Sedi Apoſtolicæ reſeruata, cuius ſeries extat apud Ioan. Valer. *de different. int. vtrumq. for. verb. Pænitentia, differ.*9. *in fine*, & apud Barboſ. *in collectan. ad cap. quem pœnitet, de pœnit. diſt.*1. *nu.*5. Quæ opinio, & prius fuit approbata, *l.*30. *tit.*4. *p.*1. eſtque intelligenda ita, vt Sacramentum inter abſentes confici non poſſit, vt declarat P. Suar. *tom.*4. *in* 3. *part. diſp.*19. *ſect.*3. Ex quo aduertendum eſt, quod omnia dicenda de confitente per ſcripturam intelligantur, pœnitente, ac Confeſſario præſentibus. 45

Non licet per ſcripturam peccata confiteri tradendo ſchedulam, in qua ſcripta ſunt Sacerdoti legenda, quamuis de illis pœnitens ſe accuſare profiteatur; nam etſi de eſſentia Confeſſionis Sacramentalis non ſit, vt viua voce ſingula delicta explicentur, eſt tamen hic modus valde conueniens, ac vſu Eccleſiæ approbatus, atque ita illum non ſeruare nefas eſt. Sed non conueniunt Theologi in aſſignando quale peccatum ſit, quod confitendo ſic per ſcripturam committitur? nam lethale eſſe vult Fagund. *in præcept. Eccleſ. præcept.* 2. *lib.*3. *c.*1. *n.*8. cui aſſentit Dian. *reſolut. moral. part* 2. *tract.*4. *reſolut.* 127. At ſolùm veniale eſſe placuit Villalob. *in ſumm tom.*1. *tract.*9. *difficult.*31. *num.*1. Bonac. *tom.*1. *tract. de Sacrament. diſp.*5. *de pœnitent. quæſt.*5. *ſect.*2. *punct.*2. *§.*1. *n.*23. 46

Licitum eſt per ſcripturam modo præmiſſo confiteri, vbi adeſt rationabilis cauſa, & inter alias connumeratur nimia erubeſcentia pœnitentis, Cardin. Lug. *de pœnitent. diſp.*15. *ſect.*5. *num.*80. Pat. Suar. *ſup. diſp.*21. *ſect.*3. *num.*7. Bonacin. Dian. Fagund. *vbi proximè*, Coninch. *de Sacrament. diſp.*6. *dub.*1. *conc.*3. Layman. *in Theol. moral. lib.*5. *tract.*6. *cap.*6. *num.*3. Molfeſ. *in ſumm. tom.*1. *tract.*7. *cap.*11. *num.* 9. Barboſ. *ſup. num.* 3. Gregor. Lop. *in d. l.*30. *gloſ.* 1. Villalob. *ſup.* Nec opus eſt, quòd pœnitens ſe de peccatis ſcriptis accuſet, ſed ſat eſt, quod ſchedulam tradat Sacerdoti in ordine ad Confeſſionem, & quod ſigna contritionis emittat, vt docet Suar. quamuis Eminentiſſ. Lug. ſenſerit, neceſſariò requiri, vt pœnitens poſt lecta per Sacerdotem peccata, aſſerat, de eiſdem ſe accuſare, nec poſſe hanc accuſationem ante lectionem præmittere, quod latè probat. 47

Ibi: *Etiamſi ab ipſo pœnitente ſcripta legantur.*

Ex nuper laudatis DD. colligitur, eorum rationibus perpenſis, omnino licitum eſſe confiteri in ſcriptis, legente ipſo pœnitente coram Sacerdote peccata, quia viua voce fatetur, nec meritum erubeſcentiæ abeſt, atque ita ſic confiteri poſſe, affirmat Vazq. *tom.* 4. *in* 3. *part.* 48

q.91.art.4.dub.4 quæſt.1. ad 2. Nec refert, quod de teſte dicitur, in quo diuerſa ratio eſt.

Ibi : *Quibus & illud addendum eſt.*

49 Dubium non eſt, quin mutus, vel aliàs impeditus loqui, poſſit per ſcripturam, vel ſigna propria confiteri peccata, cum ſibi placuerit; nam vt nuper dicebamus, vbi ſubeſt cauſa, licitum eſt, Confeſſionem in ſcriptis fieri; quod in ſpecie aduotant Cardin. Lug. *num.* 77. Vazq. *d.n.* 7. *in fin.*

50 Dubium autem in eo verſatur, vtrum ſcilicet teneatur, vt præcepto Confeſſionis ſatisfaciat mutus, vel alius, qui viua voce ſcelera explicare non valet, eadem ſcribere, vt Sacerdoti innoteſcant? & quoniam duplex eſt præceptum Confeſſionis, vnum de iure Diuino, & alterum de Eccleſiaſtico; oportet de vno quoque ſigillatim diſſerere. Igitur circa præceptum Eccleſiaſticum duplex eſt communis opinio: vna negat, impeditum loqui obligatum eſſe ad confitendum in ſcriptis; quam defendunt Sot. *in* 4. *diſt.* 18 *quæſt.* 2. *art.* 6. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 11. *punct.* 1. Ioan. de la Cruz *in director. conſcient. part.* 1. *de Sacrament. Pœnitent. quæſt.* 3. *dub.* 7. *concl.* 2. Dian. *ſup. reſolut.* 128. *verſ. At his*; Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 7. *num.* 63. Henriq. *in ſum. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 4. *in gloſ. lit. A.* Villalob. *ſup. diff.* 31. *num.* 5. Ratio eſt, quia præceptum non obligat iuſtè impeditum, qui non tenetur medium extraordinarium ad illud implendum adhibere, maxime cum poſſit eſſe periculum, vt peccata reuelentur.

51 Contrarium verò verius videtur D. Thom. *in* 4. *diſtinct.* 17. *quæſt.* 3. *art.* 4. Vazq. *ſup. dub.* 3. *num.* 1. Suar. *diſp.* 36. *ſect.* 6. *num.* 7. Trullench. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *dub. vlt. n.* 6. Becan. *de Sacrament. cap.* 37. *quæſt.* 7. *num.* 1. Cardin. Lug. *num.* 88. Bonacin. *vbi ſupra punct.* 5. *num.* 6. *verſ. Secunda ſententia, & verſ. Sed mihi*, vbi limitat, niſi incommodum ſentiat pœnitens, vt ſi immineat periculum, vt peccata reuelentur; quod etiam ſequutus eſt Trullench. *ſup.* & cum iſta limitatione hæc opinio, & ſecurior, & probabilior cenſetur; quia vt præfati DD. notant, varijſque comprobant exemplis, homo aſtringitur media, quæ non ſunt valde onerosa adhibere ad implementum præceptorum, ſcribere autem peccata ad Confeſſionem, neque difficile, neque onerosum eſt. Nec obſtat, quod imminet periculum, vt peccata reuelentur; nam regulariter illud remotiſſimum eſt, alioquin ſi aliquo caſu ſpeciali proximum timeretur, obligatio ceſſaret, vt nuper cum Trullench. dicebamus.

52 Quoad Diuinum præceptum confitendi, quod obligat in mortis articulo, ſecunda ſententia admiſſa, dicendum eſt a fortiori teneri non valentem loqui in eo periculo conſtitutum in ſcriptis peccata confiteri. At qui primam ſequuntur, ita diſtinguunt: Aut quis probabilem exiſtimationem habet, quod ſit contritus, aut dubitat; primo caſu, omittere Confeſſionem poterit; ſecundo, non vtique; nam ſibi debet ſubuenire quomodocunque, ne ſe exponat æternæ damnationi, atque ita non ex vi præcepti, ſed lege charitatis aſtringitur: Ita poſt alios Dian. *reſolut.* 129. qui etſi de Confeſſione per interpretem loquatur, idem ſentit de ea, quæ in ſcriptis fit, cùm in calce proximè præcedentis reſolutionis de hoc agens, ſe ad ſequentem remittat. Videantur allegati, *n.* 50.

Ibi : *Tenetur tamen mutus confiteri per ſigna.*

53 Mutus, aut quiuis alius, qui aliter non poteſt præceptum Diuinum, vel Eccleſiaſticum Confeſſionis implere, obligatur per ſigna, aut nutus propria peccata Sacerdoti explicare, Pat. Suar. *diſ.* 21. *ſect.* 3. *num.* 2. Valuoa *in cap. omnis vtriuſque ſexus, num.* 37. *de pœnitent.* Ioan. Sanch. *in ſelect. diſp.* 32. *num.* 8. Rodrig. *in explicat. Bullæ* §. 2. *dub.* 5. Nauarr. *in manual. c.* 21. *num* 36. Caietan. *in ſumm. verb. Confeſſio, verſ. Expedit autem*, Dian. *part.* 5. *tract.* 6. *reſolut.* 3. qui alios refert, & *in fine* docet, mutum eſſe abſoluendum, quando confeſſionis præceptum inſtat, quamuis Sacerdos non percipiat peccata in ſpecie per ſigna. Idem pluribus laudatis probat Bonacin. *ſup. d. quæſt.* 5. *ſect.* 2. §. 4. *num.* 6. vbi etiam de eo, qui idiomate incognito confitetur; quamuis Medina hoc duntaxat admittat in mortis articulo, *lib.* 2. *c.* 7. *ad fin.* Eadem ſunt obſeruanda cum ex parte Sacerdotis eſt impedimentum, *Ioan. Sanch.*

Per interpretem verò minimè quis aſtringitur confiteri, 54
vt præcepto Eccleſiaſtico ſatisfaciat; ſed in articulo mortis obligatur, niſi moralem certitudinem habuerit de ſua contritione, vt proximè de confitente per ſcripturam dicebamus; de quo Dian. *d. part.* 2. *tract.* 4. *reſolut.* 129. Bonacin. *ſup. punct.* 5. *num.* 5. Suar. *diſp.* 36. *ſect.* 6. *a num.* 3. Pat. Vazq. *ſup. art.* 4. *dub.* 3. Coninch. *de Pœnitent. diſp.* 5. *dub.* 10. *num.* 77. Valent. *d. quæſt.* 11. *punct.* 1. Circa quod eſt notandum, poſſe qui per interpretem confitetur, aliquibus peccatis in ſpecie declaratis, de alijs, quæ ſibi notabilem infamiam afferre poſſent, ſeſe in genere accuſare, quia non tenetur cum incommodo manifeſtandi huiuſmodi crimina duobus ad Confeſſionis exactam integritatem. Ita Suar. Dian. Coninch. *vbi proximè*, Cardin. Lug. *num.* 63. Imo aliqui apud *Dian.* ſentiunt, ſat eſſe, quod accuſetur tantum de venialibus in ſpecie, & de lethalibus in genere. Sed *Card. Lug.* opinatur, omninò teneri in articulo mortis ad confitendum per interpretem, quando aliter non poteſt, ne ſe periculo damnationis exponat; nam poſſet decipi, quamuis probabilem exiſtimationem de ſua contritione moriens habeat.

Ibi : *Is verò qui loqui poteſt.*

Hoc à nemine dubitatur; ſed etſi quis ita obliuioſus ſit, 55
vt probabiliter timeat, ſe non recordaturum tempore Confeſſionis omnium peccatorum, etiam exacto examine facto, non ideò obligatur ad ſcribenda ſua peccata, quia præceptum non eſt de omnibus confitendis, ſed de illis, quæ in memoriam venerint, conſcientia, vt oportet examinata; Cardin. Lug. *diſp.* 15. *ſect.* 3. *num.* 41. *verſ. Dices qui poſtea*, Suar. *d. diſp.* 36. *ſect.* 5. *num.* 6. Henriq. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 8. Trullench. *ſup. dub.* 2. *num.* 9. Coninch. *diſp.* 7. *dub.* 9. *num.* 71. Filliuc. *tract.* 7. *cap.* 4. *quæſt.* 10. *n.* 115. licet contrarium aliquibus placeat, quos refert *Henriq. & Suar.* quibus accedit Bonacin. *d. ſect.* 2. *punct.* 5. *in fine*, vbi docet, tempore Confeſſionis neceſſariò eſſe peccata ſcribenda ei, qui alias ob memoriæ defectum omnia referre Sacerdoti non poſſet.

Ad Num. 7.

Cum quis aliud abſque iuramento extra iudicium aſſe- 56
rit, & aliud deinceps ſibi contrarius iudicialiter interrogatus deponit, iudiciali depoſitioni pro Iudicis arbitrio fides adhibetur, Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 108. *numer.* 22. Boër. *quæſt.* 108. *num.* 3. Menchac. *vſuf. frequent. c.* 32. *a num.* 4. Fachin. *controuerſiar. lib.* 9. *cap.* 85. *verſ. Alij magis communiter*, Roland. *conſ.* 40. *ex n.* 2. *lib.* 5. Viu. *commun. tom.* 2. *lib.* 4. *tit.* 10. *num* 54. Farinac. *in praxi, quæſt.* 66. *à num.* 193. vbi plurimi, Iul. Clar. *in praxi*, §. *fin. quæſt.* 53. *num.* 12. Gail. *obſeruation lib.* 1. *obſeruat.* 104. *num.* 18. Boſſ. *in prax. crim. tit. de oppoſit. contra teſt. num.* 3. Ant. Gab. *commun. lib.* 7. *conc.* 31. *ex num.* 1. Aug. Barbos. *in collect. ad cap. literas* 14. *n.* 6. *de præſumptionib.* Ceuall. *commun. tom.* 2. *quæſt.* 803. *num.* 12. 21. Ratio eſt, tum propter iuriſiurandi Religionem, ac Iudicis authoritatem; tum quia aſſertiones extraiudiciales plerumque in gratiam amicorum proferuntur, multique profusè, & abſque conſideratione extraiudicialiter loquuntur ad fauorem Partis; qui in iudicium adducti, cautiùs, & maturius deliberant, atque veritatem dicunt; vt ex Felino *in c. cum in tua, in fine, verſ. Item qui aſſertiones, de teſtib.* obſeruat Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 23. Vide infra, *numer.* 64.

Contra communem tamen ſententiam *Bartolum* ſe- 57
quuntur, quos refert Farinac. *num.* 194. Ant. Gab. *ſup.* ſentientes, nec priori extraiudiciali, nec poſteriori iudiciali credendum eſſe. Prior ſententia recepta in praxi, ac vera eſt.

Ibi: *Nec punitur hic falſi pœna.*

Adde Farinac. *num.* 85. Menoch. *ſup. caſ.* 312. *num.* 2. 58

Aug.

Aug.Barboſ *in collectan. ad c. ſicut nobis,n.4. de teſtib.* Alban. *in tract. ſtatutor. part.2. q.* 147. Sed qua pœna teneatur teſtis ſic varius ? videas apud Farinac. *num.*87. *cum ſeqq.* vbi diuerſas ſententias refert, veriuſque videtur, nulla pœna teneri , niſi ex ſuo mendacio aliquod detrimentum litiganti ſequatur, ipſéque doloſè verſatus ſit : quo caſu locum habet quod *Farinac.* docet *num.* 87. ſcilicet hunc teſtem ſtellionatus reum eſſe,& ad damna,& expenſas Parti obligari, Ceuall. *ſup. num.* 13. vbi quod puniri teſtis non poteſt.

Ibi : *Poſſet ſanè Bartoli ſententia.*

59 Si teſtis extraiudicialiter iuratus quicquam affirmet , ac poſtea in iudicio contrarium deponat , neutrum teſtimonium vires habet, ſicque limitatur communiter concluſio tradita *ſup. n.*56. Aretin. *in cap. per tuas, n.*34. *de teſtib.* Corrad. *in practic. tit. de teſtib. rubric. de contrariet. teſt.* Menoch. *dict. caſ.*108. *num.*53. Ruland. *ſup. n.*10. Ferrat. *cant.*13. Boër. Clar. *Vbi proximè,* Farinac. *num.*211. 214. vbi plures alij.

60 Sed iſte propter huiuſmodi contrarietatem pœnâ falſi puniri non poterit, ſolúmque aliàs extra ordinem pro periurio coërcebitur, vt reſoluit Farinac. *n.*95. Menoch. *d. caſ.* 315. Tindar. *de teſtib. lib.2. part.2. c.4. n.* 2. Quicquid ſenſerint alij apud Farinac. *num.*90. quoniam non conſtat falſum, apud Iudicem depoſuiſſe, etſi peierauerit.

Verſ. *Ex quo apud me ſatis dubium eſt.*

61 Qui in iudicio nullo teſtimonium tulit , ac poſteà coram legitimo Iudice contrarium dicit , nullam fidem meretur , Menoch. *d. caſ.*108. *num.*30. vbi rectè limitat , ſi prius abſque iuramento declararet, & hoc verius videtur, quanquam quod ſecundo dicto ſtandum ſit , communiter teneant DD. vt videre eſt apud Farinac. *num.* 155. vbi aliquos laudat. Ratio tamen, cui *D. Couar.* nititur, plurimùm vrget, cui ægre poterit ſatisfieri. Quo quidem caſu, à pœna falſi teſtis immunis erit ob prioris iudicij nullitatem, Farinac. *num.* 71. *cum ſeqq.* maximè quando illam tempore depoſitionis agnouit, ſed ob periurium aliter punietur.

Verſ. *Eſt & aliud conſiderandum.*

62 Adde Menoch. *d. caſ.*108. *num.*24. Cyriac. *tom.*1. *controuerſ.* 80. *num.*20. Roland. *ſup.* Farinac. *num.*216. *cum ſeqq.* Ceuall. *num.*22. qui plurimus referunt, reſoluentes , primo dicto extraiudiciali ob veroſimilitudinem credendum , quod probatur *ex cap. literas* 14. *de præſumptionibus.*

63 Idem iuris eſt, quando prius dictum , etiam non iuratum , vallatum ſubſcriptione, aut ſigillo dicentis, ſeriò emanauit , quoniam tunc fides potius illi, quàm ſecundo iudiciali adhiberi debet; Menoch. *num.*25. Ceuall. *n.*21. Farin. *num.* 223. *cum ſeqq.*

Ibi : *Imò arbitrio iudicis.*

64 Quoties quis iudicialiter deponit contra id, quod extrà iudicium dixerat, eius fides ob variationem iuxta iudicantis æſtimationem minuitur; Menoch. *num.*27. Roland *n.*12. Ceuall. *num.*10. 11. Cyriac. *ſup. num.* 19. Alciat. *de præſumpt. reg.*1. *præſ.*29. *num.*4. *verſ. Debilitatur tamen;* Gab. *d. lib.* 7. *conc.*31. *num.*8. Clar. *vbi ſup.* Farin. *num.*256. Ex quo notatur ex huiuſmodi teſtimonijs non licere Iudici ſententiam ferre, reum tormentis ſubmittere, aut iuramentum ſuppletorium deferre , Farinac. *ibidem* , Roland. *numero* 11. *cum alijs* , Bertaz. *conſ. crimin.* 3. *numer.* 9. 11. *volum.* 1. Cyriac. *numer.*18.

Ibi : *Quia prius teſtimonium iudiciale.*

65 Teſtimonio iudiciali ſtandum eſt, licèt teſtis contrarium extraiudicialiter deinceps affirmet ; nam ius Parti quæſitum per legitimam depoſitionem, auferri nequit ; maximè cum iudicialis authoritas , & iuramenti vis priori dicto ſuffragentur , *Farinac.* cum plurimis , *numer.* 190. Menoch. *num.*19. Clar. *d. quæſt.* 53. *num.* 12. Ant. Gab. *ſup. conc.*30. *num.*1. Ceuall. *num.*14. Cyriac. *tom.* 2. *controu.*230. *n.*17. And. Gail, *d. obſeruat.*104. *num.* 7. Simanc. *de hæretic. tit.*64. *rubric. de teſtib. n.*57. 58. Sed neque hoc caſu pena falſi teſtem eſſe plectendum, ſcribit Farinac, *n.* 85. Præmiſſam concluſionem ampliant, Farinac. *num.* 203. Menoch. *n.*20. Surd. *deciſ.*326. *num.*50. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*192. *à n.*9. quamuis teſtis expreſſim fateatur, ſe falsò in iudicio depoſuiſſe, licèt autem ex his prius teſtimonium non tollatur, minus fidei propter varietatem apud Iudicem conſequitur , Menoch. *num.*21. Felin. *in cap. cum in tua , n.* 6. *de teſtib.* Ceuall. *n.*15. 16.

Ibi : *Facit ad hæc quod Baldus.*

Idem, quod nuper diximus, obtinet, quamuis in articulo mortis conſtitutus aliquis, aut , contra quod in iudicio prædixerat, veniat, aut ſe falſum depoſuiſſe declaret , Menoch. *n.*20. *& de præſumpt. lib.*5. *præſ.*5. *num.* 18. Cyriac. *vbi proximè,* Caualcan. *in practic. de teſtib. part.*3. *n.*59. Ant. Gab. *vbi proximè, num.*2. Pacian. *ſup. d. lib.*1. *cap.*53. *num.* 46. Gail, & Clar. *vbi proximè,* Simanc. *num.* 56. Maſcard. *de probat. conc.*359. *num.*102. Farinac. *num.*204. 205. quoniam morienti in præiudicium Tertij credendum non eſt: Pacian. *ibidem,* vbi plura adducit exempla. 66

Ad Num. 8.

Aſſertio vulnerati in mortis articulo dicentis ſe à Caio percuſſum, non probat contra ipſum , imò nec indicium ſufficiens ad torturam cenſetur, Ant. Gom. *variar. lib.*3. *c.*13. *num.*16, Menoch. *de præſumpt. lib.*1. *quæſt.*89. *ex num.*77. Cyriac. *d. controuerſ.*250. *num.*6. 7. Clar. *d. §. fin. quæſt.*21. *num.* 14. *& quæſt.*52. *num.* 5. Peguer. *deciſ.* 17. *num.* 5. Maſcard. *ſup. conc.*234. *n.*10. *& conc.*1129. *cum ſeq.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.*29. *num.*163. Plaça *in epitom. delictor. lib.*1. *cap.*23. *n.* 15. Boer. *quæſt.*90. *num.*7. Ioſeph. Ludouic. *deciſ.*60. Farinac. *in prax. quæſt.* 46. *num.*7. Fachin. *controuerſiar. lib.*9. *cap.* 9. licèt contra ſentiant aliqui , quos laudat Farinac. *vbi proximè, num.*1. 67

Quod limitatur in crimine Raptus , nam raptæ aſſertio operabitur, vt raptor torqueri poſſit. Ita docet poſt *Carrer. & Afflict.* Menoch. *d. q.*89. *num.*82. 68

Sed etſi præfata vulnerati declaratio per ſe indicium non ſit ſufficiens ad torquendum oneratum , inducit tamen qualemqualem præſumptionem , quæ cum alijs indicijs, etiam leuibus efficiet , vt indiciatus tormentis ſubijciatur, Farin. *n.*17. Menoch. *n.*81. Cyriac. *n.*15. maximè in delictis occultis , Cyriac. *dict. contr.* 80. *n.*3. Farinac. *n.* 33. Maſtrill. *deciſ.*232. *num.*5. *part.*3. Quod ſingulariter limitat Cyriac. *dict. controuerſ.*80. *in fine* , quando moriens loqui non poteſt, ac per ſigna oſtendit , à quo ſibi vulnus illatum fuerit ; nam de hoc curandum non eſt. 69

Ibi : *Quod nemo in mortis periculo præſumatur immemor ſuæ ſalutis.*

Adde Menoch. *dict. præſumpt.* 5. *nu.*2. Alciat. *ſup. reg.* 3. *præſ.*4 *num.* 2. Farin. *num.* 16. 113. Elcob *de ratiocin. lib.*1. *cap.* 11. *num.* 30. At hæc præſumptio non attenditur ad Tertij præiudicium: Bart. *in l. ſi quis in graui, §.*1. *ff. ad Syllanian.* Menoch. & Alciat. *vbi proximè.* 70

Ibi : *Forſan ſufficiens hinc deducetur indicium.*

Is , à quo ſe vulneratum moriens affirmat , poteſt in carcerem ex hac ſola præſumptione detrudi , Idem eſt, ſi ante articulum mortis id aſſerat , ſi in ſua declaratione vſque ad vltimum vitæ ſpiritum perſiſtat; Ant. Gom. cum alijs *vbi proximè,* Clar. *quæſt.*21. *n.*14. Farinac. *num.*18. Plaç. *num* 15. Maſcard. *d. conc.*1129. *num.*53. Peguera, *num.*6. Nam ad capturam non deſiderantur indicia, ſicut ad torturam, Pacian. *d. lib.*2. *c.*72. *n.*25. Bald. *in leg. etſi certus, in princip. ff. ad Syllanian.* 71

Ibi : *Si verò vulneratus.*

72 Si vulneratus in extremis agens profiteatur, ſe à Titio non fuiſſe enecatum, hoc ei proderit, ne torqueri poſſit; etſi adſint legitima indicia, ex quibus aliàs veniret torquendus, Ant. Gom. *n.* 17. Menoc. cum pluribus, *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 90. *à princip* & *d. præſ.* 5. *n.* 15. Guaz. *de defenſ. reor. defenſ.* 30. *c.* 4. *n.* 23. Gig *de crimin. læſ. Maieſtat. lib.* 1. *tit. quomod. & per quos crim læſ. Maieſtat. prob. q.* 26. *n.* 5. Plaç *n* 17 18. Farin. *n.* 104. Clar. *d. q.* 52 *n.* 5. & alij, quidquid ſentiat Pacian. *n.* 38. *n.* 22. qui poſt nonnullos alia adminicula cum aſſeueratione vulnerati ad hunc effectum deſiderat. Vide *inf. num.* 74.

73 Quod ampliat Farinac. *n.* 106. etiam in tacita exculpatione. & *n.* 108. poſt alios, quamuis defunctus dixiſſet prius, ſe à Titio percuſſum, ac vltimò eundem exculparet, adhuc enim torqueri ex legitimis indicijs nequibit.

Ibi : *Qui admonet non eſſe ſeruandam.*

74 Concluſio verò proxima limitatur, ſi aduerſus exculpatum vrgentiſſima indicia extent, ex quibus poterit, non obſtante exculpatione, torqueri; Pacian. *n.* 24. Plaç. *n.* 17. Clar. *ſup. d. q.* 52 *n.* 6. Menoch. *d. q* 90. *in fine* Hoc tamen totum à iudicantis arbitrio pendet, qui perpenſis indicijs, ac exculpationis qualitate, æſtimabit, an reus tormentis ſit ſubijciendus, vt notant Farinac. *n.* 118. Clar. *d. n.* 6 *in fine*; Pacian. *n* 25 26. Illud obſeruando, quod ſi cum exculpatione aliæ etiam coniecturæ indiciatum tueantur, non erit torquendus, quamuis plurimùm vrgeant in contrarium indicia, Farinac. cum alijs, *n.* 117.

75 Secundò limitatur eadem concluſio, cùm crimen plenè probatum fuerit; nam exculpatio vulnerati reo non proderit: vt poſt alios obſeruat Farinac. *n.* 110. Menoch. *vbi proximè, num.* 2, qui *num.* 3. *ad finem*, cum Bartolo *in l. inter omnes*, §. *Rectè, ff. de furt.* docet, tales poſſe concurrere coniecturas cum exculpatione, vt reus poſſit abſolui.

Verſ. *Ex his tandem apparet.*

76 Adde Cyriac. *dict. controuerſ.* 250. *numer.* 19. 20. Ceuall. *num.* 15. 16. Menoch. *dict. caſ.* 108. *num.* 28. Farin. *ſup. quæſt.* 66. *ex num.* 206. qui contrarias opiniones referens tandem *D. Conarr.* ſequutus eſt.

Verſ. *Cæterum ſi teſtis.*

77 Teſti, qui in eadem depoſitione inter ſe pugnantia, ſiue contraria reſponderit, credendum non eſt, *l.* 41. *in fine*, *tit.* 16. *part.* 3. Clar. *d. q.* 33 *n.* 15. Menoch. *d. caſ.* 103. *n.* 2. Roland. *conſ.* 72. *n.* 30. 31. *lib.* 1. Menchac. *vſufrequent. lib.* 1. *c.* 33. *n.* 23. Maſcard. *conc.* 1361. *n.* 2. 3. Brun. à Sole, *in loc. legal. verb. teſtis*: Farinac. *d. q.* 66. *n.* 13. Ceuall. *n.* 24. Cyriac. *n.* 30. Noguerol. *allegat.* 25. *n.* 82.

78 Sufficit autem, quod contrarietas in vna parte dicti contingat, vt totum vitietur, *cap. pura.* 3. *q.* 9. facit *cap. ſi ad ſcripturas* 7. *diſtinct.* 9. Bern. Diaz. *reg.* 148. & *ibi* Salced. Clar. *d. q.* 33. *n.* 8. Bobadill. *in Politic. tom.* 2. *lib* 5. *c.* 2. *n.* 37. 58. Farinac. cum alijs, *n.* 19. Noguer. *allegat.* 26. *n.* 70. niſi ſit in omnino extrinſecis, & ad cauſam non ſpectantibus, in quibus contrarietas teſtimonio fidem non detrahit, Farinac. *n.* 28. de quo latiſſimè Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 22. *per tot.* Maſcard. *conc.* 743.

79 Tunc contrarietas in teſtimonio reperitur, quando duo teſtis aſſerit, quorum vnum neceſſariò falſum eſt, quia vtrumque ſimul verum eſſe non poteſt; ita explicant communiter Interpretes, quorum plures refert Farinac. *n.* 5. Quo caſu pœna falſi ſic deponenti irrogatur, Ceuall. *n.* 24. 23. Farinac. latiſſimè *à n.* 56. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 23. *n.* 7. Clar. *in prax.* §. *Falſum*, *n.* 5. quod tamen multipliciter limitatur per *Farinac.* & *Menoch.* qui concludunt, tunc teſtem hac pœna teneri, quando dolo inexcuſabili circa ſubſtantialia negotij falſum dixiſſe apparet. Poterit itidem propter contrarietatem torqueri, de quo Guazzin. *ſup. defenſ.* 19. *cap.* 2. *per tot.*

Verſ. *Secundò, ſi teſtis.*

Teſtis in continenti dictum ſuum corrigere permittitur, 80
eiſque adhibetur fides, quæ vltimò depoſuerit; Menoch. *d. caſ.* 108. *n.* 4. Sanch. *de matrimon. lib.* 2. *diſp.* 45. *n.* 6. Greg. Lop. *in l.* 30. *gloſ.* 2. *tit.* 16. *part.* , Cyriac. *d. controuerſ.* 250. *n.* 32. Ruccaron. *de differens. int. iudic. ciuil. & crimin. differens.* 88. *n.* 7. *& differens.* 98. *n.* 18. Boſſ. *in praxi, tit. de publicat. proceſſ. n.* 28. Didac Pater *in l.* 1. *gloſ.* 13. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordinament.* Ant. Gab. *ſup. conc.* 27. *n.* 4. Rota *de teſtib. in nouis, deciſ.* 19. *in fine*, Nell. *de teſtib. n.* 107. *verſ. Aduertendum, tamen*, Farinac. cum multis, *n.* 227. *& ſeqq.* vbi rem hanc fuſiſſimè, prout ſibi moris eſt; per tredecim concluſiones elucidat. Ex interuallo verò correctio permiſſa non eſt, Farin. ex pluribus, *n.* 228. niſi errore probato, vt *infrà* dicetur, *n.* 85.

Ibi : *Dicemus autem hanc correctionem ſtatim fieri.*

Adde Menoch. *vbi proximè*, *n.* 5. Ant. Gab. *n.* 5. Alciat. *de* 81
præſumpt. reg. 1. *præſ.* 29. *n.* 1. *verſ. Et dicitur in continenti.* Mathelilan. *ſing.* 71. *verſ. Et in quantum dicitur hic*, Farinac. cum alijs, *n.* 229. vbi ait, dictum in continenti corrigi ſi teſtis ſe retractet antequàm a conſpectu Iudicis diſcedat; quod probat *l.* 30. *verſ. Mas ſi el teſtigo, tit.* 16. *p.* 3.

Ibi : *Idem erit quando teſtis.*

Teſtimonium ſuum quis corrigere poteſt, quandiu Par- 82
tibus colloquutus non fuerit, quia ceſſat ſubornationis periculum *d. l.* 30. *partita*, vbi Gregor. Lop. *gloſ.* 2. Menoch. *vbi proximè*, Clar. *d. q.* 33. *num.* 15. Farinac. *n.* 232. verum correctio admittenda non eſt, ſi teſtis ſit loquutus perſonæ, per quam Pars de depoſitione teſtis poſſit certiorari, cum in effectu idem ſit, ac ſi immediatè Parti ſit colloquutus, Farinac. *n.* 234. Ant. Gab. *ſup. n.* 7. præſumitur autem Partem alloquutus teſtis, ſi poſt triduum ſe retractaturus accedat, Farinac. *num.* 238. Ant. Gab. *n.* 11. ſed ſi teſtis fide, & authoritate polleat, ac iuratus affirmet, ſe cum Partibus non eſſe loquutum, ei creditur: ſecùs ſi perſona ita idonea non ſit, Farinac. *num.* 235. *cum ſeqq.*

Ibi : *Vel prius quam ipſe ſubſcripſerit.*

Teſtis antequam ſe ſuæ depoſitioni ſubſcribat, dictum 83
ſuum corrigere non prohibetur, Farinac. *numer.* 230. 231. Menoch. *num.* 5.

Ibi : *Quod arbitrio Iudicis relinquendum eſt.*

Vtrum teſtis ad corrigendum, quod depoſuerat; ſit ad- 84
mittendus? Iudicis arbitrio relinquitur, qui animaduertere debet, an veroſimilis ſit correctio; an teſtis potuerit Partem alloqui; an talis ſit perſona, vt ſuſpicari non poſſit, quod pecunia fuerit corruptus. Ita Menoch. *num.* 6. Alciat. *dict. præſ.* 29. *numer.* 2. Ant. Gab. *conc.* 27. *num.* 12. Farinac. cum alijs, *num.* 239.

Ibi : *Sed etſi teſtis oſtenderit ſe erraſſe.*

Quanquam correctio teſtimonij ex interuallo reijcia- 85
tur, benè tamen admittitur, ſi teſtis legitimè docuerit, ſe errore deceptum, mendacium in prima depoſitione dixiſſe, Menoch. *numer.* 7. Alciat. *num.* 3. Farinac. *numer.* 145. Capyc. *deciſ.* 51. *n.* 12.

Ibi : *In continenti verò reuocatio permittitur.*

Adde Menoch. *n.* 6. Ant. Gab. *ſup. n.* 1. Farinac. *n.* 240. qui 86
num. 241. docet, quod etſi iuſtus error non ſit neceſſariò probandus ad corrigendum in continenti teſtimonium, allegari tamen debet, ad quod etiam alios laudat.

Eſt ad præmiſſa addendum, non licere Notarijs, teſtes ad 87
correctionem ſuarum depoſitionum admittere, ſed Iudicis authoritatem omninò interuenire debere; Gregor. Lop. *d. gloſ.* 1. Præterea correctio poſt publicationem atteſtationum non admittitur. Farinac. poſt alios, *num.* 254. quoniam

niam teſtis corruptus pecunia creditur, niſi is vir fuerit notæ fidei, & authoritatis, nam in cauſis modici præiudicij, quæ inter perſonas viles tractentur, poterit etiam, publicatis atteſtationibus, ſe retractare, Farinac. *n.* 149.

Verſ. *Tertium eſt, quod maiorem.*

88 Licèt teſtis, qui legitimè in iudicio depoſuit, contra ſuum dictum etiam iudicialiter teſtificetur, primæ depoſitioni ſtandum eſt, quia in illius poteſtate non eſt, tollere ius quæſitum ei, ad cuius fauorem primo reſponderat, Farinac. *num.* 124. *cum ſeqq.* vbi multipliciter ampliat, & limitat: Menoch. *d. ca.* 108. *à num* 9. Ceuall. *dict. q* 805. *per tot.* Guazzin. *d. defenſ.* 19. *cap.* 16. *num.* 1. Fachin. *controuerſ. lib.* 9. *cap.* 84. Menchac. *ſup. d. lib.* 1. *cap.* 52. *num.* 2. Clar. *d. quæſt.* 53. *n.* 15. Boer. *deciſ* 81. Dueñas, *reg* 59. Guttier. *conſ.* 55. *num.* 20. Vide *infra*, *n.* 91.

89 Sunt tamen nonnulli ſentientes, nullam fidem huiuſmodi teſti eſſe adhibendam, quos refert Ceuall. *num.* 1. *cum ſeqq.* Alciat. *ſup. reg.* 2. *præſ.* 29. *num* . Menoch. *num.* 0. Ant. Gom. *d. lib.* 7. *com.* 29. *num.* 1. Decius vero *conſ.* 429. *num* 7. ſingulariter tenuit ſecundum teſtimonium primo præferendum; & Fachin. *ſup.* concludit hoc arbitrio Iudicis eſſe relinquendum.

90 Sed his opinionibus omiſſis, prima recepta, quæ vera eſt, communitérque recepta, venit limitanda, *Primo*, cum prius teſtimonium abſque iuramento emanauit, quia ſequenti iurato credendum eſt, Farin. *num.* 148. Secundò, ſi de falſitate prioris teſtimonij conſtiterit Iudici. Idem Farinac. *num.* 147. Tertiò, quando vltimum eſt veriſimilius; *n.* 151. Quartò, ſi teſtis prius depoſuit in iudicio nullo, ac poſtea in valido, *n.* 156. Clar. *num.* 15. Quintò, cum teſtimonium præcedens fuit coram Arbitro, ſequens vero apud Iudicem, *n.* 162. Sexto, ſi per dubia verba antea prædixerat, ac poſtea verbis claris, & aſſertiuis teſtificatur, *n.* 163. Clar. *ſup. num.* 16. Crot. *de teſtib. num.* 343. Septimò, & vltimò, quando in diuerſa cauſa teſtimonium contrarium teſtis tulit; nam cum ex eo nullum ius; ei, qui in alio iudicio agit, quæſitum ſit; ceſſat omninò ratio, cui concluſio innititur, ſcilicèt ne ſit in poteſtate deponentis, ius, quod per ſuum teſtimonium alius acquiſiuit, auferre: quam limitationem admittit cum alijs, Ant. Gab. *ſup. n.* 5. 19. quamuis Farinac. *n.* 55. Felin. & alios ſequutus contra ſentiat.

91 Circa quæ obſeruandum eſt, quod quoties teſtimonium primum non præualet, nec vltimo credendum eſt; quando teſtis ex variatione periurus conuincitur; cui nulla fides adhibenda eſt, argument. *cap. teſtimonium* 54. *de teſtib.* vbi notatur, Menoch *de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 60. *num.* 10. D. Couar. *ſup. hoc cap. n.* 7. *verſ. Ex quò apud me.* Præterea etiamſi priori teſtimonio ſtandum ſit, eius fides minuitur propter contrariam depoſitionem poſteriorem, Farinac, *n.* 164. Ceuall. *n.* 10. Clar. *ſup. d. n.* 13. 15.

Ibi: *Eum periurum eſſe, & falſi reum.*

92 Qui contraria, etiam in diuerſis depoſitionibus aſſerit in iudicio, periurus eſt, ac falſi pœna debet coërceri, Farinac. cum pluribus, *num.* 60. Clar. *d. quæſt.* 55. *num.* 14. *&* *d.* §. *Falſum. n.* 5. Menoch. *num* 9. Guttier. *d. conſ.* 35. *ex num.* 17. Ceuall. *ſup. n.* 11. Cyriac. *d. controuerſ.* 250. *n.* 26.

Ibi: *Quod autem Bartolus ſcripſit.*

93 Teſtimonium vltimum in tormentis latum, potius eſt primo etiam iudiciali, extra torturam, Clar. *d. quæſt.* 53. *n.* 15. Farinac. *num.* 165. *cum ſeqq.* Guazzin. *d. defenſ.* 9. *c.* 16. *n* 2. 8. Ant. Gab. *lib.* 7. *conc.* 26. *n.* 1. Alciat. *ſup. præſ.* 29. *in fine*, Trentacinq. *conſ.* 20 *num* 18. *lib.* 2. Menoch *num.* 14. Caualcan. *de teſtib. part.* 4. *n.* 148. De quo tamen vide Clar. *num.* 15. Farin. *ſup.*

94 Quod ſi vtrumque dictum fuerit in tormentis latum, cui credendum ſit, controuertitur: & verius eſt, primum potius eſſe, niſi ſecundum emanauerit per acerbiora tormenta, aut ex alia cauſa ſecundum arbitrium iudicantis præferendum videatur, de quo Farinac. *à n.* 172. Guazzin. *n.* 7. 8. Clar. *vbi proximè.*

Ibi: *Secùs etenim dicendum eſt, vbi de ſe ſimul & alijs.*

Quamquam communis ſit hæc limitatio ad concluſionem traditam, *ſup num.* 91. ſuos impugnatores habet, inter quos rectè Marſil. *in l.* 1. §. *quæſtioni, num.* 1. *verſ. Vellem tamen, ff. de quæſtionib.* aſſerit, ſibi non liquere rationem differentiæ, ob quam teſti torto deponenti in cauſa aliena credatur aduerſus primum teſtimonium extra tormenta in iudicio latum; & ſecùs ſit, ſi in cauſa propria, vel communi eodem modo fateatur? Imo dicendum videbatur hoc caſu magis præſumendum eſſe pro ſecunda depoſitione, quam in illo? nam extra tormenta facilè quiſquam mentiretur vt ſe ipſum exoneret; in cruciatibus verò veritas, etiam in proprium caput ſolet extorqueri, vt experientia compertum eſt; & ad hoc ferè ſemper de reis quæſtio apud Iudicem habetur. At de his conſulas Farinac. ex *num.* 181. Menoch. *d. caſ.* 108. *num.* 15. Ant Gab *vbi proximè*, *num.* 4. Guazzin. *à num.* 12. apud quos plurimi. Sed ſi veroſimilitudo, ſiue coniecturæ ſecundo teſtimonio ſuffragentur, proculdubio *Marſilij* ſententia eſt amplectenda, Farinac. *num.* 183. Vulpel. *reſponſ.* 104. *num.* 3. Guazzin. *num.* 14. *verſ. Vel poſſumus.* 95

Ibi: *Imò ſententia Bartoli in* d. l. eos.

Hæc limitatio ad eandem concluſionem difficilis eſt admiſſu; plurimum enim regulam reſtringit, ſi ſolùm ea in cauſis ciuilibus locum habere dicatur; eſtque contra communem DD. ſententiam, qui etiam in criminalibus, aut indiſtinctè præfatam concluſionem approbant: quare limitationem reijciunt Farinac. *n.* 184. *cum ſeqq.* Guazzin. *num.* 16. 19. quamuis contra ſentiant Menoch. *vbi proximè*, & alij, quos præfati DD. recenſent. 96

Præterea alias limitationes patitur prædicta concluſio. *Prima* eſt, ſi teſtis legitimè tortus non eſt, quia dicto ſic extorto non creditur contra primum; Farinac. *num.* 177. 180. vbi & alij, Guazzin. *num.* 22. Menoch *num.* 14. Secunda, ſi prima depoſitio abſque tormentis veroſimilior iudici videatur, Farinac. *num.* 178. Menoch. *num.* 27. Guttier. *conſ.* 35. *num.* 22. Guazzin. *num.* 10. Caualcan. *ſup. num.* 150. 151. Tertia, quando aſſertio præcedens in mortis articulo emanauit, Guazzin. *num.* 17. Ant. Gab. *ſup num.* 11. Crauet. *conſ.* 6. *num.* 51. Farinac. *num.* 187. quia, vt hi aiunt, mortis anguſtiæ, ac metus damnationis æternæ non minus, imò magis premunt ad dicendam veritatem, quam tortura. Cæteras limitationes conſultò omittimus, quæ examen, altiorémque indaginem poſtulant, quod inſtituto noſtro non conuenit, de quibus per *Farinac. & Guazzin.* 97

Ad Num. 9.

In cauſa hæreſis permiſſum eſt fidei fauore, vt teſtis ex interuallo, non probato errore, dictum ſuum corrigere valeat, modo correctio ad detegendum delictum tendat, quod prius celabatur, vt expreſſum eſt *in cap. accuſatus.* §. *Licet, de hæretis. in* 6. & notatur per Farinac. *n.* 137. Simanc. *de Catholic. inſtitutionib. rubric. de teſtib. tit.* 64. *num.* 56. Menoch. *de caſ.* 108. *num.* 13. Rebuff. *de reprobat. teſtium*, *n.* 145. *verſ Fallit primò*, Maſcard. *ſup. conc.* 837. *num.* 4. Declan. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 35. *num.* 5. Cened. *ad ſext. Decretal. collect.* 5. *nu.* 2. Camil. Borrel. *in ſumm. deciſion. tit.* 62. *n.* 62. Anton. Gab. *d. lib.* 7. *conc.* 29. *n.* 51. 98

Ibi: *aduertendum tamen eſt.*

Sequitur Menoch. *vbi proximè*, Aug. Barboſ. *in collectan. ad d. c. accuſatum.* § *licet. num.* 15. Farinac. *num.* 159. Simanc. *ſup. n.* 58. Bertazol. *conſ.* 158. *n.* 4. *lib.* 1.

Ibi: *Et quamuis DD. ſentiant.*

Adde Farinac. *n.* 158. Menoch. *ſup.*

Ibi: *Sed ſi prima teſtificatio.*

Idem notat Menoch. *ibidem*, Farinac. *num.* 160. Barboſ. *num.* 17. Simanc. *num.* 60. & dixi *ſup. num.* 98. Ratio 99

huius aſſertionis patet; nam cùm correctio teſtimonij ex interuallo permiſſa ſit in fauorem Fidei, vt compertum eſt, admitti non debet, vbi ille non verſatur; imò contra eandem retorqueretur, ſi liceret dictum corrigere ex interuallo ad celandum crimen hæreſis, quod per primam depoſitionem fuerat detectum; ſed vtrum diſpoſitio d. §. *Licet*, obtineat in crimine læſæ Maieſtatis humanæ dubitatur, negant Felin. *in cap. per tuas vl. 1. n. 3. de Simon. & ...* ranuet. *d. conſ. 6. n. 58.* affirmat Gigas *de crimin. laſ. Maieſtat. tit. quomod. probet. crim. laſ. Maieſt. q. 31.* quod magis placet.

Ad Num. 10.

100 Si quis neget etiam cum iuramento ſe depoſuiſſe prout in actis ſcriptum reperitur, ei non creditur, ſed Notario fides adhibetur, Pacian. *ſup. lib. 1. cap. 48. num. 56.* Farinac. pluribus laudatis *tract. de falſitat. & ſimulat. q. 158. n. 187.* Menoch. *de preſumpt. lib. 2. praſ. 79. n. 15.* Buccaron. *differ. 69. num. 2.* Caball. *reſolut. crimin. caſ. 3t. num. 1.* Guazzin. *ſup. defenſ. 28. cap. 15. num. 4.* Bobadill. *tom. 2. lib. 3. cap. 14. num 4c.* Boſſ. *in prax. crimin. tit. de falſ. num. 16.* Maſcard. *conc. 1094. num. 7. 8.* Clar. *in d. §. Falſum, num. 10. & d. quaſt. 53. num. 17.* Paz *in prax. tom. 1. adnotat. vlt. num. 33.* Sed ſi plures teſtes Notario contradicerent, variè ſentiunt Interpretes; alij pro teſtibus, alij pro Notario reſpondentes: in qua contrarietate diſtingui ſolet, vt ſi Notarius ſit bonæ famæ, illi credatur, alioquin teſtibus; quod Iudicis arbitrio committitur, de quo latè per Farinac. *num. 167.* quam diſtinctionem approbauit noſtra lex 115. *tit. 18. part. 3.* & ex ea DD. Hiſpani. Ex eo tamen quod plures teſtes negent ſe dixiſſe, quemadmodum reperitur ſcriptum, Notarius puniri, aut torqueri nequibit, ſed tantùm oritur indicium, vt Iudex inquirere contra illum poſſit, Farinac. *num. 105. 106.* Capyc. *deciſ. 94.* Boſſ. *num. 17.* Natta *conſ. 392. lib. 3.*

Ibi: *Quo loco Panormitanus ſcribit.*

101 In cauſis criminalibus principalis proxima concluſio non procedit, nam ob inficiationem teſtis, fides inſtrumenti ita vacillat, vt Notario ad pœnam irrogandam minimè credatur; Menoch. *num. 16.* Guazzin. *num. 1.* Paz *vbi proximè*, Baiard. ad Clar. *in d. §. Falſum, num. 56.* Farinac. *num. 190*, Grammatic. *vot. 30. n. 11.* vbi quod in criminalibus magis creditur teſti, quàm Notario, Villadieg. *in Polit. c. 3. n. 28.* Caball. & Buccaron. *vbi proximè*, Capyc. *num. 1.* Quod nedum verum eſt, quando cauſa, ſuper qua teſtimonium latum fuit, eſt criminalis; ſed etiam ſi ageretur criminaliter ad imponendam pœnam Notario, vel teſti ob falſitatem; quorum nullus fidem meretur propter mutuam repugnantiam, Farin. ex plurimis, *n. 204.* Bobadill. *vbi proximè*, Pacian. *ſup. verſ. Qua illationes*; Clar. *d. §. Falſum, n. 10. & q. 53. num. 17.*

102 Vbi verò præter Notarium extaret ſcriptor, qui de eius mandato teſtimonium ſcripſerat, adhuc in criminalibus ſtaretur ſcripturæ, Guazzin. *num. 5.* Maſcard. *d. conc. 094. num. 8.* Menoch. *ſup.* Farinac. *num. 191.* Baiard. *ſup. num. 57.* Præterea quando teſtis dicit apud Iudicem, ſimiliter eis, quæ ſcripta reperiuntur, in quacunque cauſa fides adhibetur, Guazzin. *num. 7.* Pacian, Villadieg. Clar. *vbi proximè*, Maſcard. *num. 11.* Farinac. *num. 189.* Bobadill. *d. nu. 46.* quod & D. Couar. *in præſenti* ſupponit.

Ibi: *Quamobrem prouidè, & cautè.*

103 Quando liceat tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus receptionem teſtium abſentium, vel præſentium, Notario, vel alij committere? latiſſimè oſtendit Farinac. *d. tract. de teſtib. q. 77. à principio*, vbi *num. 175.* pro regula, quamplurimis laudatis, conſtituit, ad Iudicem in omni cauſa ſpectare teſtium examen: & hoc adeò verum eſt, vt Notarius cauſæ etiam de conſenſu partium nequeat teſtes recipere, ſed neceſſe eſt Iudicis commiſſio; Farinac. *n. 176.* qui addit, *num. 181. 182.* hanc commiſſionem fieri non poſſe, niſi ex cauſa, veluti ob multitudinem negotiorum, in quo creditur ſimplici Iudicis aſſertioni; Menoch. *de recuperand. remed. num. 352.* Non tamen Iudex facilis eſſe debet ad committendum examen Tabellioni: Farin. *numer. 192.*

104 Circa hæc ſolet dubitari, vtrùm Notario in actis teſtificanti, ſe teſtimonia recipere de mandato Iudicis, ſit credendum? Et licet communis ſententia ferat, iuxta iuris rigorem, commiſſionem coram alio Tabellione eſſe faciendam; in praxi contrarium obtinet, nam ſtatur teſtimonio ipſius Notarij, qui teſtes examinat; vt teſtatur Paz *ſup. n. 36.* Ceuall. *tom. 1. qu. 376.* de quo videndus eſt Farinac. *n. 105. cum alijs*, Guazzin. *defenſ. 1. cap. 6. n. 3. & defenſ. 32. c. 27. num. 2.*

105 Hæc in ciuilibus controuerſijs procedunt; nam in criminalibus Iudicem per ſe ipſum teſtes examinare debere, cauetur *in Auth. apud eloquentiſſimum, C. de fid. inſtrumentor.* & apud nos, *l. 15. tit. 7. lib. 2. & l. 28. tit. 6. lib. 3. Recopilat.* vbi pœna tam Iudici, quàm Tabellioni ob tranſgreſſionem imponitur. Etenim cum de graui præiudicio, ac ſæpè de vita hominis tractetur, cautius quàm in pecuniarijs cauſis vt agatur oportet; argument. *l. 1. §. Sed & ſi quis, ff. de Carbonian. edict.* etenim multum intereſt, quod idem, qui ſententiam eſt laturus, aſpectum teſtium, modúmque deponendi conſideret, vt apertius veritatem percipiat, vt notatum eſt *ſup. n. 43.* Ita docent Farin. cum multis, *n. 196.* Azeu. *in d. l. 28. Recopil.* Bernard Diaz, *reg. 437.* Capyc. *deciſ. 90. n. 15.* Clar. *d. §. fin. q. 26. n. 3.* vbi Baiard. *n. 3.* Gail. *practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 96. n. 10.* Rebuf. *ad leg. Gallia. tom. 2. tit. de liter. requiſitor. in praſat. num. 29.* Bernard. Græuæ. *ad prax. Camer. Imperial. lib. 1. conc. 96. conſid. 1. n. 1.* Paz *ſuprà, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 1. n. 10.* Villadieg. *d. c. 3. n. 23. 24.* Bobadill. *ſup. lib. 5. c. 2. n. 42.* Quod maximè eſt obſeruandum circa teſtes, qui pro reo examinantur, propter fraudes, & auaritiam Notariorum; vt aduertunt Clar. *n. 1.* Baiard. *vbi proximè*, & alij.

106 Idem iuris eſt in cauſis ciuilibus arduis (quæ plerumque criminalibus æquiparantur) vt habetur *in d. l. 28. Recopil.* & notant Farinac. *n. 199.* Bobadill. & alij proximè prælegati.

107 Limitantur nihilominus prædicta, quando adeſt magna, & neceſſaria cauſa, quæ impedit, ne teſtes coram Iudice comparentes deponant, tunc enim iure poterit Iudex, etiam in cauſis criminalibus, examen teſtium Tabellioni demandare, Farin. *n. 198. 201.* Menoch. *de remed. 15. n. 358.* Clar. & Villadieg. *vbi proximè*, in quo plurimum arbitrio Iudicis deferendum eſt, Farinac. *d. n. 198.*

Ibi: *Sic in quæſtionibus.*

108 De his receptoribus probationum agitur *titul. 22. lib. 2. Recopilation.* & nota quod iſtis non permittitur, teſtes torquere ad eruendam veritatem, quamuis varij ſint, poſſéntque à Iudice torqueri; vt obſeruat Bobadill. *tom. 1. lib. 2. cap. 21. num. 78.*

Ibi: *In cauſis nobilitatis.*

109 Vbi de nobilitate principaliter apud ſuprema tribunalia vertitur controuerſia, ipſi Regij Iudices, vulgo, *Alcaldes de hijoſdalgo*, teſtes examinant; nam ita cautum eſt *l. 14. l. 33. l. 37. tit. 11. lib. 2. Recopilat.* notat Bobadill. *d. lib. 5. c. 2. n. 42.* Imò idem ſeruatur in teſtibus, qui recipiuntur ad probanda aliorum impedimenta, ne perſonaliter in Cancellarias venire compellantur, *d. l. 33. cap. 8. d. l. 37. c. 2.* Sed & ad examinandos teſtes impeditos, vel mittitur vnus ex præfatis Iudicibus, vel receptor, prout negotij qualitas poſtulat, *d. l. 37. c. 6.* & hic nequit per ſe ſolum teſtes examinare, ſed apud Iudicem Regium proximiorem loco, vbi teſtis habitat, *dict. l. 37. cap. 3.*

Ibi: *Expediret profectò.*

110 Adde Bobadill. *vbi proximè.* Sic in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis in cauſis fidei, duo Viri Eccleſiaſtici adeſſe debent teſtium examini, *c. vt officium 11 §. verum, de hæretic. in 6.* cuius meminere Farinac. *de hæreſ. q. 188. §. 1. n. 33.* Deciſn. *d. lib. 5. cap. 35. num. 4.* Menoch. *conſ. 149. num. 18.* Bobadill. *ſuprà, num. 46.*

Ad

Ad Num 11.

111 Ad ea, quæ ſequuntur, videas tradita per Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ.* 105. Ceuall. *tom. 1. quæſt.* 45. Maſcard. *concluſ.* 619. Gomez Vaio *in prax. lib. 1. quæſt.* 140. Farinac. *de falſit. & ſimulat. quæſt.* 158. *a princip.* vbi hanc materiam confuſam, & intricatam aſſerit.

112 Eſt præmittendum cum præfatis DD. & omnibus infra referendis inſtrumenta publica poſſe directè, vel indirectè per teſtes reprobari, non ſolùm per deſcriptos in inſtrumento, ſed etiam per alios, vt probatur *in cap. tertio loco 5. de probat. cap. cum Ioannes 10 de fide inſtrument. l.* 115. *l.* 117. *tit.* 18. *part.* 3. *l.* 32. *tit.* 11. *part.* 5. *l. cum precibus* 18. *C. de probat. auth. de inſtrumentor. caut. & fid. §. Sed etſi quis, cum ſeq.* Ita docent Bald. *in d. c. tertio loco, numer.* 11. Innocent. *ibidem, in fin.* Morla *in empor. iur. part. 1. tit.* 11. *de fid. inſtrument. quæſt. 5. num.* 1. Cyriac. *tom. 2. controuerſ.* 335. *n.* 28. Maſcard. *in præfat. quæſt. 6. num.* 36. Farinac. plurimos laudans, *num.* 2, 29. Directò autem inſtrumentum dicitur impugnari, cùm probatur, actum inſtrumento comprehenſum, geſtum non fuiſſe, vel aliter geſtum quàm ſcriptum eſt, indirectè verò, cùm teſtes affirmant eo die quo inſtrumentum confectum narratur, alibi contrahentem fuiſſe, ita vt nullo modo actui illi intereſſe valeret, quod D. Couar. *infra, ſup. n.* 12 explicauit.

113 Difficultas igitur ſolùm verſatur quoad numerum, & qualitatem teſtium, per quos inſtrumentum reprobetur, & priùs veſtigia *D. Couar.* ſectando, de teſtibus non inſtrumentariis agendum nobis eſt præmittentibus, omnes in hoc conuenire, quod vnus teſtis ex his nullo modo fidem inſtrumento tollit, aut minuit, vt poſt multos affirmat Farinac *num.* 31. Menoch. *num.* 36. quod ſi plures extent contra inſtrumentum, quot ſufficiant ad reprobationem inſtrumenti? hoc opus, hic labor eſt; vt inquit Farinac. *num.* 32. qui *numer. ſeqq.* octo diuerſas opiniones recenſet, ac tandem *num.* 48. concludit, duos teſtes omni exceptione maiores inſtrumento præualere; quam ſententiam pluribus comprobauit, *num.* 32. eandem tuentur etiam D. Couarr. *practicar. cap. 20. n. 6. verſ. Prima concluſio*, Azeued. *in l. 13. num. 36. tit. 25. lib. 4. Recopilat.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ.* 289. *num.* 18. Guttierr. *conſil.* 38. *nu.* 10. Gratian. *diſcept. c.* 192. *nu.* 22. Vela *de pæn. delict. c. 24. verſicul.* 2. Flamin. *de reſignat. beneficior. lib. 9. quæſt. 27. n.* 18. Auguſtin. Barboſ. *in collectan. ad leg. in exercendis, num. 7. C. de fide inſtrumentor.* Grammatic. *deciſion.* 60. *num.* 4. Maſcard. *concluſion.* 919. *num.* 9. Cur. Philippic. *p. 1. §. 17. num.* 35. Paz. *in prax. tom. 1. temp. 8. n.* 7. Morla *ſup. n. 4. verſ. Attamen.* Vide *inf. n.* 117. 118.

Ibi : *Et licèt quibuſdam viſum fuerit.*

114 Quod arbitrio Iudicis commiſſum ſit, quot teſtes ſint neceſſarij ad reprobationem publici inſtrumenti, nam ex qualitate teſtium, perſona Tabellionis, alijſque circunſtantijs æſtimabit, vtrùm credendum ſit magis inſtrumento, quam teſtibus, vel è contra; tenent Menoch. *n.* 42. Barboſ. *in collectan. ad cap. tertio loco, in fine, de probat.* Farinac. *vbi proximè, nu.* 48. Cyriac. *tom. 3. controuerſ.* 407. *n.* 291. 293. Alberic. *in d. l. cum precibus, n. 3. verſ. Alij dicunt, C. de probat.* Angel *in l. 2. §. diem autem, num. 4. verſ. Non tamen nego, ff. quemadmod. teſtament. aperiant.* Maſcard. *dict. q. 6. num.* 63. *& conc.* 919. *num.* 10. Ceuall. *ſup. num.* 13. & alij quamplurimi ex antiquis, quam ſententiam D. Couar. *d. n. 6. verſ. Prima concluſio*, ac Menoch. *ſup.* communem appellat: quæ opinio nequaquam ſuperiori opponitur, cùm vtramque aliqui admittant, vt Farinac. Maſcard. Cyriac. & alij, nam etſi ex teſtimonio duorum teſtium fides inſtrumenti tollatur, non ſemper Iudex aſtringitur illis credere, cùm poſſit ex coniecturis, vel alia cauſa fidei Tabellionis potius ſtare; nam & regulariter dicitur, probationes eſſe in iudicantis arbitrio, vt latè probat Menoch. *ſup. caſ.* 90. *ex nu.* 2. quod ſi perperam intelligatur, & ſic quod Iudex pro libito valeat duorum teſtimonium, etiam omni exceptione maiorum, aduerſus inſtrumentum reijcere, præfatæ ſuperiori concluſioni aduerſatur, nec ſuſtineri poteſt; prout *D. Couar.* inſinuat in præſenti, & tenent quos laudat Farinac. *n.* 47.

Ibi : *Quo fit, vt in pari cauſa probationis.*

Adde Menoch. *d. caſ.* 193. *n.* 39. Ceuall. *num.* 3. Morla, qui 115 late diſputat, *vbi proximè, dicto tit.* 11. *in prælud. num.* 8. *& q. 5. n.* 3. vbi ſibi videtur contrarius. Sed probationem per viuam vocem cæteris potiorem eſſe, inquit Iuſtinian. *in d. auth. de inſtrument. cautel. §. Si vero, el.* 1. ibi: *Tunc nos quidem exiſtimauimus, ea, quæ viua dicuntur voce, & cum iureiurando, hæc digniora fide, quam ſcripturam ipſam ſecundum ſe ſubſiſtere* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 2. num.* 6. gloſ. *in rubric. de teſtib. in Decretal.* Felin *in cap. cum Ioannes, n. 35. de fid. inſtrument.* Paz *ſup. n.* 6. Gom. Vai. *n.* 12. De quo videnda ſunt quæ notantur *in d. cap. cum Ioannes. & in l. in exercendis* 15. *C. de fid. inſtrument. & in l. cum precibus* 18. *C. de probat.* Atque etiam Maſcard. *d. q. 6. n.* 43. Boer. *deciſ.* 118. *n.* 6. Afflict. *deciſ.* 66. *n.* 6. Tiraquel. *de præſcriptionib. §. 1. gloſ. 4. num.* 38. Menchac. *de ſucceſſion creat. lib. 2. §. 8 n.* 25. Borrell. *in ſumm. deciſ. tom. 2. tit. 18. à n.* 137.

Illud ſanè apud omnes compertum eſt, in antiquis efficaciorem eſſe inſtrumentorum probationem, quam teſtium *l.* 115. *ad finem*, vbi Gregor. Lop. *gloſ. vlt. tit. 18. part.* 3. Roderic. Suar. *allegat.* 6. Gom. Vai. *n.* 6. Maſcard. *conc.* 140. *n.* 13. Cabed *de patronat. Reg. Coronæ, cap. 34. num.* 1. Farinac. cum multis, *ſup. n.* 55. Quod autem tempus in materia probationum dicatur antiquum: Iudicis arbitrio relinquitur, vt videre eſt apud Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ.* 4. vbi plures refert opiniones. Sunt & alij caſus, in quibus de iure inſtrumentis magis creditur, quam teſtibus; *l. cenſus* 10. *ff. de probat. l. 3. C. ſi min. ſe maior dixerit, l.* 1. *C. de iur. emphyteutic. l. vnic. §. Quod ſi prædia, C. de ſuffrag.* & alia iura congeſſit Gloſ. *verb. ſecundum ius, in l. pactum* 17. *C. de pact.* Farin. *dict. quæſt. 158. n. 49. cum ſeqq.*

Ibi : *Inſtrumentum minimè improbari.*

Vbi vnus teſtis inſtrumentum coadiuuat viua voce de- 116 ponens, illud non niſi per tres poterit impugnari; Farinac. *n.* 272. Boſſ. *in prax. tit. de falſ. n. 32. in fin.* Menoch *d. caſ.* 105. *n.* 43. Marſil. *ſing.* 61. Franc. Marc. *deciſ.* 486. *n. 19. in fine, part.* 1. Cur. Philip. *vbi proximè.* Paz *ſup. num.* 9. Guttierr. *d. conſ.* 38. *n.* 10. vbi cum D. Couarr. *hic* monet, ad authoritatem inſtrumenti opus non eſſe, quòd Tabellio pro eo teſtificetur. Quibus teſtibus magis credendum ſit, an reprobantibus, vel coadiuuantibus inſtrumentum? fusè examinatur per Farinac. *vbi proximè, n.* 142. *cum multis ſeqq.*

Ibi : *Hac verò prima concluſio.*

Quod ad reprobandam fidem publici inſtrumenti, plu- 117 res, quam duo teſtes non inſtrumentarij deſiderentur, defendunt plurimi apud Farinac. *num.* 34. *cum ſequentib.* quorum alij tres, alij quatuor, aut quinque neceſſarios eſſe, opinantur, quibus adde Gloſſ. *verb. per teſtes, in l. optimam* 14. *C. de contrah. & committend. ſtipulat.* Ceuall. *ſup. a num.* 5. Bobadil *tom. 2. lib 3. cap. 14. n.* 48. quæ ſententia approbatur *l.* 117. *tit.* 18. *p.* 3. Vide *ſup. n.* 113.

Quibus addendum eſt, inſtrumentum apud Principem 118 confectum non poſſe teſtibus impugnari, Menoch. *dict. caſ.* 105. *num.* 46. Zaſi. *lib. 2. ſingular. reſponſor. c. 23. in fine.*

Verſ. *Secunda concluſio.*

Duo teſtes inſtrumentarij ad impugnandum inſtrumen- 119 tum, in quo deſcripti reperiuntur, ſunt ſatis; Farinac. *num.* 4. *cum alijs*, qui plurimos refert, Menoch. *à num.* 24. Cyriac. *d. controuerſ.* 289. *num.* 19. Pet. Caball. *reſolut. crimin. caſ.* 83. *num* 1. Ceuall. *num.* 4. qui communem dicit, Maſcard. *dict. quæſt. 6. num.* 36. 45. Mayner. *in l. vbi pugnantia, num.* 24. 25. *ff. de reg. iur.* Pacian. *ſup. lib. 1. cap. 48. num. 10. vbi plures*, Baiard. ad Clar. *in. §. Falſum, n. 100. cum alijs*, Laurent. Tennin. *in prax. cam.* 119 *n.* 1. 5. Quod eſt accipiendum, ſiue teſtes dicant actum deſcriptum non fuiſſe celebratum, vel aliter quam ſcriptura comprehenſum eſt, geſtum eſſe; ſiue negent duntaxat ſe fuiſſe præſentes, vt ex pluribus probat Farinac. *n.* 47. quamquam hoc caſu vltimo aliqui ſentiant, Inſtrumentum non omninò, vt falſum reprobari, ſed ſolùm

fieri

h;ri ſoſpectum ; Menoch. cum alijs *num.* 24. fundamentum eſt quia putant, hos ſic teſtificantes, eſſe teſtes ſingulares ; quod verum non eſt, Baiard *ibi proxime*, Farin. *num.* 82.

Ibi : *Etiamſi præter Tabellionem vnus teſtis.*

120 Licèt pro inſtrumento vnus teſtis non inſtrumentarius deponat, adhuc duobus inſtrumentarijs contradicentibus illud fide caret, Farinac. *num.* 73. vbi alios allegat, de quibus *numer.* 155. quo loci eandem hanc doctrinam refert.

121 Eſt ad hæc ſciendum, quod dubitatur, an ex depoſitione huiuſmodi duorum teſtium, aut plurium, qui probent falſum eſſe inſtrumentum, poſſit Notarius condemnari? de quo per Farinac. *à n.* 14. qui concludit negatiue; quamuis multi, à quibus ipſe non videtur recedere, teneant, tres, aut plures teſtes ſufficere ad condemnationem Notarij, quos refert, *n.* 66. Sed ad torquendum Tabellionem, vel inquirendum contra ipſum, duos ſufficere probat, *ex num.* 67. Nota itidem quod etſi teſtes non inſtrumentarij debeant eſſe omni exceptione maiores ad impugnandum inſtrumentum, hæc qualitas in inſtrumentarijs non requiritur, Menoch. *num.* 6. 33. Farin. *num.* 92. 106. qui concordantes, & contradicentes congeſſit, in hac ſententia reſidens; & qualitas illa probari debet, Farinac. *num.* 98. Menoch. *conſ.* 380. *num.* 11. Ceuall. *num.* 10. etſi de iure præſumatur, Farin. cum alijs, *num.* 99. nam quoties lege in teſtibus expreſſim aliqua qualitas poſtulatur, probanda eſt; quamquam eam ineſſe ius præſumat, Matienç. *in l.* 1. *gloſ.* 5. *n.* 21 *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopilat.* Cancer. *variar. part.* . *cap.* 5. *n.* 68. Villadieg. *in Politic. cap.* 1. *numer.* .. *verſ. Y es de derecho*, cum *ſeq.* Morl. *ſup. num.* 5. Molin. *de prim gen. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 30.

Ibi : *Imò vnum tantùm teſtis ex his.*

122 Si vnus ex teſtibus neceſſarijs ad negotium, quod inſtrumento continetur, contra illud deponat, licet inſtrumentum non reijciatur in totum, vt falſum; eius fides vacillat; atque ita actum non probat; Farinac. plurimis congeſtis, *num.* 13. *cum ſeqq.* Menoch. *ſup. à num.* 13. Cyriac. *dict. controuerſ.* 189. *num.* 27. Borell. *ſup. d. tit. de fide inſtrument. num.* 142. Valaſc. *conſ.* 83. *num* 43. Pacian. *d. cap.* 48. *n.* 16. Gutieres. *conſ.* 38. *num.* 11. Boſſ. *d. tit. de falſ. à numer.* 28. Afflict. *deciſ.* 166. *num* 5. Zaſi. *d. cap.* 13. *num.* 11. Maſcard. *ſup. q.* 6. *num.* 43. Ioſeph. Ludouic. *Luceuſ. deciſ.* 13. *num.* 16. Franc. Marc. *d. deciſ.* 486. *numero octauo.* Quod procedit, etiamſi teſtis ſolum neget, ſe fuiſſe præſentem actui, de quo agitur, Farin. *num.* 15. Imò, ſi teſtis hic inſtrumentarius ſuam abſentiam tempore conditi inſtrumenti legitimè probet, illud falſum reputabitur, licèt centum teſtes affirment, ſe intereſſe actui, de quo inſtrumento; Farin. *num.* 161. Quid autem ſi vno teſte inſtrumentario contradicente, alij inſtrumentum comprobauerint? Vide Menoch. *à n.* 16. Farin. *ex num.* 160. Cyriac. *tom.* 3. *contr.* 407. *num.* 170. *cum ſeqq.*

Ibi : *Quaſi ſecùs reſpondendum ſit in eo teſte.*

123 Teſtis vnicus etiam in inſtrumento deſcriptus, qui eſt ſupernumerarius, quoniam eo ſublato, remanent qui ſufficiunt ad validitatem actus, inſtrumenti fidem non debilitat; etſi contra ipſum deponat, Farin. ex pluribus, *num.* 87. qui contrà tenentes laudat *n.* 88 Menoch. *n.* 11. 12. Bart. *in l.* 3. §. *Si quis neget, num.* 2. 7. *ff. quemadmod. teſtam. aper.* Maſcard. *d. quæſt.* 6. *num.* 44. Franc. Marc. *ſup. num.* 9. Villalob. *commun. lit. l, num.* 73. Laurent. Tenniu. *de cauſ.* 319. *num.* 4. Boſſ. *ſup. num.* 30. quod limita ex Farin. *n.* 161. quando talis teſtis aſſerit, ſe non interfuiſſe inſtrumenti confectioni, & abſentiam probat.

Ad Num. 18.

124 Eſt communis opinio iuxta Imperiales conſtitutiones iuris ciuilis, quæ ad reprobandum publicum inſtrumentum, tres, aut quatuor teſtes neceſſariò deſiderat; cuius authores cumulat Farinac. *num.* 35. 37. eámque leges Hiſpaniæ, quarum *in præſenti* D. Couar. meminit, approbarunt, ex quibus noſtrates Iuriſperiti eidem ſubſcripſere; ad quarum intellectum videndi ſunt Greg. Lop. *in l.* 11. *gloſ. tit.* 18. *part.* 3. Morla *d. quæſt.* 5. *num.* 4. *verſ. Nec obſtat*, Montalo. *in l.* 18. *tit.* 8. *lib.* 2. *for.* Ceuall. *d. quæſt.* 43. *num.* 9. Auend. *in cap.* 27 *prætor. part.* 2. *num.* 27. Bobad. *d. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 48. Queſada *in ſuis quæſtionib. cap.* 20. *n.* 4. Debentque eſſe omni exceptione maiores teſtes etiam de iure noſtro, Ceuall. & Greg. Lop. *ſup.*

Ibi : *Quod ſi inſtrumentum priuatum ſit.*

Inſtrumenti priuati fides tollitur duobus teſtibus contra ipſum deponentibus, tam de iure communi, quam Regio, Farinac. *num.* 28. Ceuall. *vbi proxime*, Boſſ. *ſup. n.* 26. Greg Lop. *in d. l.* 117. *gloſ. vlt.* 125

Ibi : *Sed ſi tractetur de inſtrumento publico*

Adde Gregor. Lop. *in l.* 115 *tit.* 18. *p.* 3. Bobadill. *vbi proxime*, Gutierrez, *d. conſ.* 38. *num.* 12. Ceuall. *num.* 10. 11. Cur. Philippic. *d.* §. 17. *num.* 33. quod ampliat Greg Lop. *gloſ.* 7. vt *d. l.* 115. procedat in teſtibus etiam neceſſarijs ad actum, de quo in inſtrumento; adhuc enim omnes conuenire debent aduerſus illud, aliàque requiſita legis debent interuenire; ſequitur Guttier. Sed Gregor. ipſe notabiliter *ibidem* limitat eandem conſtitutionem, aſſerens ſolùm procedere, quando Tabellio pro inſtrumento à ſe confecto deponit: nam ſi mortuus fuerit, vel alias non ferat teſtimonium pro illo, regulæ iuris communis ſunt obſeruandæ circa reprobationem publicæ ſcripturæ per teſtes inſtrumentarios, quod etiam adnotat Ceuall. *n.* 14. 15. teſtificans iuxtà iſtam opinionem in Pinclana Cancellaria fuiſſe deciſum, in cauſa, cui ipſe patrocinabatur. 126

AD CAPVT XIV.

Sub liberatione generali quæ cenſeantur remiſſa ; & an dolus remitti queat?

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator quibus de cauſis domino teneatur.*
2 *Liberatio generalis teſtamento relicta tutori non continet bona extantia, quæ poſſunt vindicari, ad n.* 4.
5 *Liberatione debitoribus relicta, non liberatur qui actione in rem poteſt conueniri.*
6 *Remiſſa actione depoſiti, vel commodati, res depoſita, vel commodata debet reſtitui.*
7 *Renunciatio generalis non comprehendit quæ vindicari poſſunt.*
8 *Liberatio generalis inter viuos non extenditur ad illa, quæ rei vendicatione poſſunt auocari, etſi iuramento firmetur, num* 9.
10 *Iuramentum obligationem non ampliat, ſed corroborat.*
11 *Liberatio ampliſſimis verbis concepta, etiam in rem actionem complectitur.*
12 *Idem eſt, cum debitor ſola actione reali tenetur.*
13 *Obligatio rationum reddendarum pro adminiſtratione præterita remitti poteſt.*
14 *Liberatus debet reliqua reddere. Limitatur, n.* 23 *& declaratur, n.* 31.
15 *Idem eſt de liberato ab actione.*
16 *Quid ſi filius patri remittat, & n.* 22.
17 *Quid ſi matri, vel auo.*
18 *Quid ſi ſocero, aut patruo.*
19 Bartoli *diſtinctio reprobatur.*
20 *Debitor, cui liberatio legata eſt, quod ius contra heredem acquirat.*
21 *Per liberationem à reddendis rationibus, quid remittatur.*
24 *De intellectu* l. ſi quis rationes 10. ff. de liberat. legat. *ad num.* 31.

17 L,

27 L. Aurelius, §. Titius, el 2. ff. de liberat. legat. *declaratur, & n.28. cum ſeqq.*
32 *Liberatione à reddendis rationibus pro futura administratione quid contineatur, & n.33.*
34 *Dolum pro futura adminiſtratione remittere non licet.*
35 *Inuentarium conficere poteſt Iudex, aut cogere tutorem vt faciat ex cauſa, etſi à patre pupilli ſit remiſſum.*
36 *Idem eſt in patre adminiſtrante aduentitia filij.*
37 *Iudex poteſt impedire ſi oportuerit, ne fiat inuentarium, quod aliàs de iure fieri debebat.*
38 *Cui inuentarij confectio remiſſa eſt, debet bona deſcribere, & cum ſolemnitate.*
39 *Inuentarij confectio nequit remitti in præiudicium creditorum, aut legitima filiorum.*
40 *Dolus verus non præſumitur remiſſus, & quare, n.41. Quid ſi nihil doloſè adſit, n.42.*
43 *Dolo agit qui non reſtituit, quod ex adminiſtratione debet.*
44 *Dolus præteritus tacitè, vel expreſſe remitti permittitur.*
45 *Dolus quoad futuram adminiſtrationem remitti nequit. Quid ſi accedat iuramentum, n.46.*
47 *Dolus verus futurus num tacitè remitti poſſit? & n.48.*
49 *Dolus futurus præſumptus remitti iure poteſt.*
50 *Dolus verus, & præſumptus qualis ſit.*
51 *Reliqua, ex quibus adminiſtrator locupletior factus non fuerit, pro futura adminiſtratione, remitti poſſunt; remiſſiuè.*
52 *Tutori dolus verus pro futura adminiſtratione remitti nequit, ſecus præſumptus, ad num.54.*
55 *Contra tutorem, qui omiſit inuentarium, aut non rectè fecit, iuratur in litem; etſi ſit ex parentibus, ad n.58.*
56 *Excuſatur, ſi ſit iuſta cauſa.*
60 *Non iuratur in litem contra tutoris heredes.*
61 *Nec heredes pupilli iurare poſſunt.*
62 *Ex dolo vero vel præſumpto defuncti non iuratur in litem contra heredes, niſi cum illo lis fuerit conteſtata, & num 63.*
64 *Ex dolo præſumpto an in litem iuretur? & n.65.*

1 OPortet hic præmittere, tutores, aliosque alieni patrimonij adminiſtratores triplici ex cauſa conueniri poſſe, nam vel poſſident res, quæ in dominio pupilli ſunt; & rei vendicatione tenentur: *l. Aurelius* 29. §. *Mauius, ff. de liberat. legat.* iuncta *leg. in rem* 24 *ff. de rei vendicat.* vel aliquid ex ſubſtantia, quam adminiſtrant, perceperunt, quod conſumptum eſt, non tamen in vtilitatem pupilli verſum, ſed in proprios vſus tutoris, & hoc *Reliqua* vocamus, quam ex computo rationum conſtat deberi, *l. ſi quis rationes* 10. *ff. de liberat. legat. d. l. Aurelius.* §. *Titius, el 2. ff. eod.* Aut tandem nihil ad eius manus peruenit ex bonis adminiſtratis; aliquid vero culpa, vel dolo tutoris deperditum, aut non acquiſitum pupillo eſt, *l.1. ff. de tutel. & rationib. diſtrahend. l. qui plures* 42. *ff. de adminiſtrat. tutor.* Hinc frequentiſſimè dubitari contingit circa liberationes, quæ adminiſtratoribus, ſub varijs verborum formulis tam inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus conceduntur, Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib.9. tit.8. à num.* 1. Eſcobar *de ratiocin. lib.1. c.40. à princip.* à quibus liberati cenſeantur. Qui tractatus omnibus perdifficilis ſemper eſt viſus, vt fatentur, qui de eo diſſerere aggreſſi ſunt.

Ad Num. 1.

2 Liberatio generalis teſtamento relicta non prodeſt tutori, quominus rei vindicatione conueniri poſſit, vt bona extantia pupilli reſtituat; Menoch. *de præſumptionib. lib.4. præſ.*164. *num.*12. *& conſ.*22. *num.*1. Ant. Gom. *variar. lib.*1. *cap.*12. *num.*83. Mantic. *ſup. num.* 14. Gregor. Lup. *in l.*30. *gloſ.* 4. *tit.*11. *part.* 5. Cyriac. *controuerſiar. forenſ. tom.*1. *controuerſ.* 73 *numer.* 26. 29. Cancer. *variar. reſolut. part.*1. *cap.*7. *num.*91. 92. Card. Tuſch *practicar. concluſion. lit. L. conc.*326. *num.*46. 110. Gutier. *de tutel. part.*3. *cap.*1. *n.*34. Surd. *conſ.*112. *n.*96. Eſcob. *ſup. c.*5. *nu.*5. Ioſeph. Ramon. *conſ.*36. *n.*29. Damauder. *de tutor. c.*3. *n.*41.

3 Ampliatur præmiſſa concluſio, quòd etſi tutori liberatio à reliquis præſtetur, adhuc tenebitur bona prædicta reſtituere, quæ ab eo per vindicationem poterant auocari; nam ſolùm videntur remiſſa, quæ ſola actione perſonali repeterentur, Mantic. *num.*14. Alexand. *conſ.*170. *n.*14. *verſ. Præterea, lib.*2. Tuſch. *vbi proximè, num.*62. Cancer. *d. n.*92. D. Couar. *infra, n.* 2 *verſ. Hoc ipſum*, ibi: *Si quidem reliquis remiſſis.*

Nec obſtat, liberationem eſſe fauorabilem, quæ ampliari debet, *l. Arrianus* 46. *ff. de actionib. & obligat.* Tuſch. *ſup. conc.*325. *num.*11. Valençuela ex alijs, *conſ.*140. *nu.*17. Quoniam extenſio non admittitur aduerſus mentem diſponentis, qui ſolùm remiſit adminiſtratori illa, quæ vt talis debet: rei autem vindicatione, non vt adminiſtrator, ſed vt poſſeſſor conuenitur; quod pro ratione ad præmiſſam concluſionem tradit Gloſ. *in d. l. Aurelius*, §. *Mauius, in verb. Pupillus* Menoch. *d. num.*12. *verſ. Confert & ratio*, D. Couar. *verſ. proximo*; cui accedit, quod agitur de donatione, & iuris proprij remiſſione, quæ ſtrictè debet intelligi, itavt verba, quanto minus poſſint, comprehendant; argumentu *l. cum de indebito* 25. *ff. de probat. l.6. tit.* 14. *part.*3 Carleual. *de iudic. tom.*2. *tit.*3. *diſp.*23. *num.* 43. Cyriac. *tom.*1. *controu.*22 *num.*4. vbi alij, Fontan. *de pact. nuptial. lib. tom.*3. *clauſ.*4. *gloſ.*21. *part.*2. *n.*14. 4

His conſequens eſt, vt ſi quis liberationem ſuis debitoribus reliquerit, non cenſeantur liberati, qui actione in rem teſtatori tenebantur Anton, Gom. *ſup. num.*82. *verſ. Item, adde quod in tali remiſſione*, Surd. *deciſ.*174. *n.*2. 3. Ramon. *d. conſ.*36. *n.*32. Bald. *in l. cum neceſſitatem, num.*2. *C. de fideicommiſ.* Mantic. *d. lib.*9. *tit.*4 *num.*3. Nec enim illi propriè debitores ſunt, Gloſ. *verb. quod ſibi debetur, in princip. Inſt. de actionib.* Mantic. & Surd. *vbi proximè.* 5

Verſ. *Primò deducitur.*

Remiſſa actione per teſtatorem ei, cui aliquid commodauit, aut apud quem depoſuit, non videtur legare rem ipſam depoſitam, vel commodatam, penes depoſitarium, commodatariúmve exiſtentem, quæ nihilominus poterit vindicari; Tuſch. *d. conc.*326. *num.*55. 77. Greg. Lop. *ſup.* Eſcobar *d. cap.*5. *num.*20. Idem in locatione probat, *l. ſi in lege* 17. §. *fin. ff. locat. l. ſi ei, cui* 17. *ff. de liberat. legat.* Tuſch. *num.*56. Sed his locus non erit in depoſito irregulari; cum ſcilicet res, quæ functionem recipit in genere ſuo, vt pecunia, ita deponitur, vt depoſitarius tantumdem, & non idem reddere obligetur; de quo *in l. Lucius* 24. *cum ſeqq. ff. depoſit.* Ita ſentit Alexand. *d. conſ.*170. *num.*14. *verſ. Ad ſextum*, Tuſch. *numer.* 63. vbi generaliter docent; quod cùm actio remittitur illi, qui erat debitor generis, penitus liberatur, quia in nullo alio liberatio verificari poteſt; ſed cùm eſt debitor ſpeciei, qui ex dolo, aut culpa tenetur, præter reſtitutionem rei, quamuis actio remittatur, vindicatio in eum competit, quia condonatio referri poteſt ad id, quod doli, vel culpæ nomine debeteтur. Ex his deduci videtur, quod ſi res periſſet apud depoſitarium; vel commodatarium, dolo, vel culpa, & ſic ad æſtimationem eius eſſent aſtricti, omnino liberarentur, ſi dominus ſciens illis remitteret actionem. 6

Verſ. *Secundò, ab eadem ratione procedit.*

Adde Bald. *in princip. Inſt. de actionib. col.*2. *verſ. In gloſſa finali*, Surd. *ſup. n.* 3.

Verſ. *Tertiò, hinc apparet.*

Adde Tuſch. *ſup. num.*53. Similiter obſeruatur in generali renunciatione, ſub qua non veniunt, quæ vindicare renuncians poſſet; Bald. *in l. pactum, num.*8. *quæſt.*12. *C. de collationib* Surd. *conſ.*125. *n.*96. Ramon. *ſup. n.* 34. 7

Ibi: *Sed ſi actio realis.*

Adde Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.*26. *tit.*6. *num.*10. Aug. Barboſ. *in collectan. ad leg. ſub prætextu* 29. *num.*10. *C. de tranſact.*

Verſ.

Verſ. *Quartò ſi diligenter.*

8 Liberatio generalis per viam contractus inter viuos conceſſa, non extenditur ad res proprias creditoris, quæ vendicari a debitore poſſent; Farinac. *in fragment. crimin. part. 1. lit. D, num. 156. verſ. Et ex prima parte*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 131. num. 33.* Menoch. *d. conſ. 22. num. 2.* Surd. *vbi proxime*, plures referens; Tuſch. *num. 50.* Iaſ. *in l. ſub. prætextu 19. col. 2. verſ. Secundo mouetur, C. de tranſact.* Mantic. *vbi proximè, n. 5.* Cancer. *d. c. 7. n. 89.* Eſcob. *d. c. 40. n. 15.*

Verſ. *Quintò idem eſſe exiſtimo.*

9 Quæ de liberatione dicta hucuſque ſunt, vt res, quæ vendicari poſſunt, non comprehendat, procedunt etiamſi iuramentum accedat creditoris; Menoch. *d. præſumpt. 164. n. 13. 14.* Eſcobar, *d. c. 5. num. 9.*

Ibi : *Iuramentum etenim non auget.*

10 Iuſiurandum non immotat, vel ampliat naturam obligationis, cui accedit; ſed ei intra proprios limites robur, ac vinculum adijcit religionis; vt cum pluribus dixi *ſup. c. 4. n. 5.* quibus adde Menoch. *conſ. 14. n. 31.* Mareſcot. *variar. lib. 1. c. 61. n. 4.* Hermoſ. *in l. 3. gloſ. 8. n. . 2. tit. 2. part. 5.*

Verſ. *Sextò illud eſt conſiderandum.*

11 Quoties liberationem concedens vtitur ampliſſimis verbis, etiam in rem actionem cenſetur remittere, Gratian. *d. c. 131. num. 35.* Tuſch. *num. 59.* Menoch *dict. præſ. 164. num. 15. 16.* De quo tamen videas Tuſch. *num. 47. cum alijs* Surd. *dict. conſ. 112. per tot.* Abbat. *conſ. 88. col. 2. verſ. Circa ſecundum, lib. 2.*

12 Idem iuris erit, ſi quis generaliter eum liberes, quem ſcit ſibi nulla obligatione perſonali eſſe aſtrictum, ſed reali duntaxat poſſe conueniri; Tuſch. *vbi proximè.* Paul. de Caſt. *conſ. 193. num. 2. verſ. Secunda ratio, lib. 1.* quoniam euidens eſt, remittentem de actione in rem ſenſiſſe, cùm aliam non haberet; argument. *l. 2. ff. de liber. & poſthum. l. prædialis 34. §. Item cum quæreretur, ff. de aur. & argent. legat.* vbi Gloſſa, *verb. non videri*, quibus probatur, ex hac ratione, ea diſpoſitione comprehendi, quæ aliàs minimè continerentur.

Verſ. *Poſtremò opportunè quæritur.*

De his conſulendi ſunt Cancer. *ſup. dict. cap. 7. à num 86.* Menoch. *dict. præſ. 164. a princip.* Guttier. *de tutel. part. 3. capit. 1. ex num. 32.* Eſcobar. *ſup. cap. 5. num. 1. cum ſeqq.* Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 8. tit. 8. nu. 19. cum alijs,* Baeza *de decim. tutor. c. 2. n. 160.*

Ad Num. 12.

13 Reddendarum rationum obligatio pro adminiſtratione præterita remitti iure poteſt, Ant. Gom. *variar. lib. 3. c. 12. num. 83.* Menoch. *ſup. num. 10.* Cancer. *num 87.* Mantic. *numer. 19.* Cyriac. *dict. controuerſ. 73. num. 27.* Guttier. *num. 37. verſ. Sed nihilominus,* Eſcobar. *n. 18.*

Ibi : *Hæc vero remiſſio.*

14 Liberatus à reddendis rationibus reliqua debet reſtituere, etiam pro adminiſtratione præterita, Menoch. *conſ. 22. n. 2.* Anton. Gom. & Eſcobar. *vbi proxime,* Cancer. *n. 91.* Guttier. *n. 32.* Tuſch. *lit. L, conc., 28 n. 1.*

Verſ. *Hoc ipſum verum eſt.*

15 Is, cui teſtamento liberatio ab actione tutelæ, aut alterius adminiſtrationis relinquitur, reliqua ſoluere compellitur, Eſcobar. *num. 20.* Menoch. *d. præſ. 164. n. 17.* Guttier. *n. 33. verſ. Eſt igitur caſus,* Mantic. & Ant. Gom. *vbi proximè.* Vide *infra, n. 25.*

Ibi : *At tamen hæc concluſio non procedit.*

Si filius patri, qui bona ſua adminiſtrauit, actionem tutelæ ſuæ, vel curæ remiſerit, præſumitur reliqua eidem condonare, ob filiorum erga parentes charitatem; Mantic. *n. 20.* Tuſch. *d. conc. 328. n. 44.* Menoch. *n. 18.* Guttier. *d. n. 53.* Bona tamen extantia filij reſtituere compellitur, vt paulò inferiùs cum *D. Couar.* dicetur. 16

Ibi : *Idem ſi matri, ob eandem affectionis rationem.*

Proxima reſolutio æquè in matre procedit, Mantic. *numer. 23.* Menoch. *num. 19.* Guttier. *vbi proximè:* ſed intelligitur quoad adminiſtrationem præteritam; nam reliqua ex futura adminiſtratione parentes perſoluere compelluntur, quamuis à liberis liberationem ab actione tutelæ gerendæ obtinuerint, Menoch. *num. 3.* Mantic. *num. 21.* Paul. de Caſt. *conſ. 445. num. 3. in fine, lib. 2.* Eſcobar. *num. 5.* Quæ omnia nedum in patre, ſed etiam in auo propter eandem rationem ſunt obſeruanda: quod ita verum eſſe, ex immediatè dicendis conſtabit. 17

Deciſionem *l. Aurelius 29. §. Titius, el 2. ff. de liberat. legat.* locum habere in patruo tutore, cui a fratris filio remiſſa eſt tutelæ actio ob affectionem, opinantur Menoch. & Guttier. *vbi proximè,* qui idipſum ad ſocerum extendunt, Alciat. *de præſumpt. reg. 1. præſ. 6.* Deci. *conſ. 178. col. penult.* Pariſ. *conſ. 87. num. 25. lib. 1.* De quo maximè poteſt dubitari, cùm non par affectionis ratio in huiuſmodi perſonis reperiatur, & ſimus in materia remiſſionis iuris proprij, quæ ſtrictam recipit interpretationem, vt nuper dicebamus; atque ita contra tenet Mantic. *dict. titul. 8. num. 24. 25.* 18

Ibi *Sic & reliquorum remiſſio.*

Huius *Bartoli* diſtinctionis meminere Guttier. *num. 36.* Tuſch. *num. 61.* Mantic. *num. 28.* Menoch. *num. 21* Eſcobar, *num. 10. 21.* Qui omnes, vno excepto Tuſcho, qui ſolùm refert, reijciunt illam, ſentientes non videri reliqua remiſſa adminiſtratori, ſiue teſtator eum liberet à tutelæ actione, ſiue iubeat, vt hæres remittat. 19

Ibi : *His accedit quarta ratio.*

Debitor, cui legata eſt liberatio, hæredem agentem exceptione poteſt excludere, & præterea ipſe agere, vt acceptilatione liberetur, *l. non ſolum 8. §. 1. ff. de liberat. legat. §. Si quis debitori, Inſtit. de legat.* Bart. *in l. 4. §. Nunc de effectu ff. de liberat. legat.* Anton. Gom. *in d. c. 12. num. 82. verſ. Item adde, cum ſeq.* Pichard. *in d. §. Si quis debitori, num. 3.* Vnde & ad traditionem inſtrumenti, aut chirographi confecti pro debito ad fauorem teſtatoris hæres compelletur. 20

Ibi : *Quamobrem etiamſi differentia Bartoli.*

Sed cùm ad liquidationem eorum, quæ adminiſtrator debet, neceſſariò dari, & accepti computatio requiratur, ex eo quod a reliquis non cenſetur liberatus, non omnino à reddendis rationibus excuſabitur. Igitur per liberationem à redditione rationum etiam pro præterita adminiſtratione duntaxat tutor, vel alius ſimilis conſequetur, ne ſcrupuloſa indagatio fiat, & ne negligentiæ nomine teneatur, *l. qui plures 42. ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſi ſeruus vetitus 122. ff. de legat. 1.* Guttier. *ſup. num. 32.* Eſcobar *n. 19.* Craſ. *de ſucceſſionib. §. Legatum, q. 40. n. 7.* 21

Ibi : *Quod ſi liberatio de actione tutelæ legata ſit.*

De hac *Alberici* ſententia ſtatim agendum eſt, vbi veram eſſe probauimus.

Ibi : *Siquidem etiam reliquis remiſsis.*

Probauimus *ſupra hoc cap. num. 3.*

Ibi : *Etiam liberatio tutori patri legata fuerit.*

Quanquam, liberatione patri tutori relicta, reliqua remiſſa 22

miſſa cenſeantur, non tamen idem iuris eſt de bonis filij extantibus, quæ rei vendicatione peti poterant, Manric. num. 22. Guttier. num. 36. verſ. Non tamen. Quod non obſcure colligitur ex d. l. Aurelius, §. Titius el 2. ff. de liber. legat. in illis verbis: *In ſuos vſus conuertit, vel proprio nomine fœnerauit.* ex quibus argumento à contrario ſenſu plane docemur, quod ſi pecunia extaret penes patrem, aut nomine pupilli eſſet fœnerata, foret hæredibus filij reſtituenda, vt recte obſeruat Manric. ſup.

Ibi: *Sed opinioni huic.*

23 Hanc D. Couarr. reſolutionem amplectuntur Manric. n. 27. Menoch. 17. 20. 21. Eſcobar n. 20. 21. Guttier. num. 36. verſ. Secundo infertur, cum ſeq. qui vno ore fatentur, reiecta liberatione ab actione tutelæ, reliqua non cenſeri remiſſa, niſi ea amplitudine verborum aliud colligatur, quod iudicis arbitrio committitur. Vide ſup. n. 15.

24 Sed huic reſolutioni obijcitur l. ſi quis ra iones 19. ff. de liberat. legat. cuius verba hîc deſcribere libet, vt quæ circa eam dicenda ſunt, apertius percipiantur. Sic Vlpianus, ibi: *Si quis rationes exigere vetetur, vt eſt ſæpiſſime reſcriptum, non impeditur reliquas exigere, quas quis reliquatus erit, & ſi quid dolo fecerit, qui rationes geſſit. Quod ſi quis, & hæc voluit remittere, ita debet legare. Damnas eſto hæres meus quicquid ab eo exegeris illa, vel illa actione, id ei reſtituere, vel actionem remittere.* Ex quibus videtur manifeſte probari ſub remiſſione actionis, reliqua comprehendi; imò quod difficilius eſt, dolum quoque remiſſum cenſeri.

25 Nec ſatisfacit D. Couar. qui paulò inferiùs reſpondet, præſumi remiſſa reliqua, ſi teſtator damnauerit hæredem, vt tutorem ab actione tutelæ liberet, quaſi aliud ſit, quod teſtator ipſe actionem remittat; & aliud quod hæredem grauet ad illam remittendam; nam in hoc caſu reliqua remittuntur; in illo non vtique: atque ita Bartoli diſtinctionem, quam pro viribus impugnauerat, & cuius ſup. memini, n. 19. amplectitur. Sed ſalua venerandi Magiſtri pace, verba eius, quæ paulò ante prædixerat; in ipſum retorqueo: *Quid obſecro refert,* inquit ille, *remittat teſtator ipſe tutori actionem, an iubeat hæredem eam remittere?* vbi recte ſenſit, nullum diſcrimen reperiri; vnde enim infertur, voluiſſe teſtatorem legare plus per verba. *Damnas eſto hæres actionem remittere;* quàm ſi diceret: *Actionem remitto?* aut quid amplius eſt in illis verbis, quàm in iſtis?

26 At quamuis d. l. ſi quis rationes, non obſtet D. Couar. vt poſtea conſtabit, n. 31. tamen vera videtur Alberici ſententia, & ſic quod remiſſa actione tutelæ, Reliqua quoque condonata cenſeantur abſque aliqua diſtinctione: quod mihi probat primò, l. non ſolùm 9. §. Si hæres, ff. de liberat. legat. vbi actione negotiorum geſtorum remiſſa, ſolùm excipitur à liberatione, quod dolo, vel fraude geſtum eſt: ex quo probatur, reliqua non eſſe reddenda; nam exceptio firmat regulam in contrarium, l. nam quod liquidæ 4. §. fin. ff. de pen. legat. Secundò, l. Aurelius 29. §. Mænia, ff. de liberat. legat. vbi ab actione tutelæ liberatus duntaxat compellitur ad eorum reſtitutionem, quæ vendicari poterant, non ad Reliqua, ibi: *Nihil proponi cur pecunia, quæ pupilli eſſet, & apud tutorem poſita maneret, legata videretur.* Notarique debent verba illa; *poſita maneret,* quibus demonſtratur, Reliqua legata cenſeri. Nec dicat aliquis, ita verum eſſe; ſed quòd ibi fuit liberatio relicta verbis ampliſſimis, quare nil mirum, ſi Reliqua comprehendantur: Quoniam reſpondendum eſt, in eo textu, quæſtionem fuiſſe de pecunia extante penes tutorem, quæ vendicari poterat, quod verbum illud, *poſita,* denotat; nam & ea videbatur propter verborum amplitudinem remiſſa, Reliqua autem legato cedere, non dubitabatur, cum liberatio ſimplex ab actione tutelæ ſufficeret. Tertio pro Alberico facit; quod cùm legatur inſtrumentum debitori, videtur eidẽ relictum debitum quod illo continetur, l. 47. titul. 9. part. 6. vbi Greg. Lop. gloſ. 1. Anton. Gom. ſup. num. 82. Menoch. dict. præſ. 164. num. 25. Picbard. in d. § Si quis debitori, num. 3. Inſt. de legat. Igitur cum actio remittitur, qua Reliqua comprehenduntur, ac petenda ſunt, eadem itidem remiſſa intelligi debent: & hoc à fortiori ratione procedit, nam inſtrumentum non eſt præciſè neceſſarium, ſicut actio ad petendum quod debetur, cùm abſque actione non audiatur aliquis in iudicio petens, l. ſi quid poſſeſſor 34. §. Illud, ff. de petit. hæredit. Inſtrumentum autem etſi deficiat, debitum exigere ex alijs probationibus non eſt vetitum.

Supereſt, vt nos tueamur ab obiectione validiſſima, quæ deducitur ex d. l. Aurelius, §. Titius el 2. vbi, ſumpto argumento ab ſpeciali, aperte probari videtur, Reliqua ſub generali actionis remiſſione non contineri, & ita communiter receptum eſt, & ſentit D. Couar. 27

Ad quam difficultatem ſuperandam (in quo magnam prouinciam aſſumere videbimur) ſupponendum eſt, dolum etiam præteritum in generali liberatione exceptum non cenſeri, niſi aliud ex verbis, aliiſve coniecturis vrgentibus appareat manifeſtè, dict. l. non ſolùm 9. §. Si hæres, ff. de liberat. legat. l. Pomponius 10. ff. de negot. geſt. & dicemus latius infra cum D. Couar. ſub num. 4. verſ. Primùm nunquam. 28

Quo præmiſſo, dicendum eſt in d. §. Titius; quæſitum fuiſſe, num in liberatione ab actione tutelæ patri relicta, venirent quæ ille per dolum ex bonis pupilli filij ſui detraxerat? & perpenſa filiorum in patres dilectione Conſultus reſpondit, hæc quoque condonata videri. Nec dubitari poteſt, quin pater doloſè verſatus fuerit, quandoquidem pecuniam, quam in vtilitatem filij debebat fœnerare, aut in emptionem prædiorum expendere, l. ob fœnus 10. ff. de adminiſtrat. tutor. l. niſi 4. Cod. eod. ſuis vſibus applicuit, proprióque nomine fœnerauit, vt ait Scæuola, ibi: *An pecunias, quas ex venditionibus rerum fructus, aut ex nominibus exactis in vſus ſuos conuertit, vel nomine proprio fœnerauit; &c.* nam tutor hæc admittens, doloſus præſumitur; Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſ. 3. numer. 92. furti tenetur; l. 1. §. In tutela, ff. de tutel. & rationib. diſtrahend. Gloſſ. in l. non exiſtimo, verb. iniuriæ, ff. de adminiſtrat. tutor. Prædóque nuncupatur, Guttier. ſup. n. 55. vbi alij. 29

Ex quibus patet, in d. §. Titius, neutiquàm probari ſpeciale eſſe in patre, vt actione adminiſtrationis præteritæ remiſſa, & reliqua cenſeantur condonata; nam hoc generale eſt, vt diximus; ſed quòd dolo ſubtracta, ac de patrimonio perperam deminuta non reſtituantur, quod in cæteris adminiſtratoribus ſecus eſt; d. l. non ſolùm 9. §. Si hæres, cum alijs, ff. de liber. legat. Aliud namque ſunt reliqua, quæ bona fide tutor debet, & aliud, quod iniquè vſurpat per dolum. 30

Hanc tamen interpretationem euertere videtur Vlpianus in d. l. ſi quis rationes, qua probatur, per liberationem à tutelæ actione, dolum etiam remitti, vt ex litera apparet; ergo ſpecialitas nulla reperitur in d. §. Titius, in eo quod ſubtracta per dolum patri condonentur. Sed hoc non obſtante à præmiſſis recedendum non eſt; nam ibi Vlpianus dolum remiſſum cenſet, quando actio tutelæ per verba ampla remittitur, non ſimpliciter. At Scæuola agit de liberatione verbis communibus legata, quæ in extraneis doli remiſſionem non parit, atque ita in patre ſpeciale eſt. Quod ita eſſe colligimus ex contextura legis, & mente Conſulti in d. l. ſi quis rationes, vbi non duas formas remittendi reliqua, & dolum, tradit; ſed vnicam: quoniam verba illa, *vel actionem remittere,* referri debent ad teſtatorem damnantem hæredem, vt quicquid acceperit, reſtituat, ſeu actionem remittat; & verbum, *quicquid,* amplitudinem liberationis importat; quod pariter influit in reſtitutionem exactorum, ac in remiſſionem actionis. Nec aliter poteſt ille textus intelligi, alioquin fatendum eſſet ſimplicem actionis remiſſionem, & dolum continere; quod eſt aduerſus expreſſa iura, & commune DD. placitum, vt infra conſtabit. Vnde concludendum eſt tandem in d. l. ſi quis rationes, ſolùm probari; remiſſionem actionis per verba ampla relictam, etiam ad dolum admiſſum in adminiſtratione prodeſſe. Sed ſi pater adminiſtrator fuerit, ſufficiunt verba communia, quod ſpecialiter conſtituitur in d. l. Aurelius, §. Titius. 31

Ad Num. 3.

Liberatus à reddendis rationibus pro futura adminiſtratione; eaſdẽ nihilominus debet reddere, reliquáque ſolue- 32

re, ac ſolùm ab exacta & ſcrupuloſa inquiſitione eximitur, & ne negligentiæ nomine teneatur: Menoch. pluribus laudatis, d. quæſt. 164. num. 1. Padilla in l. eam neceſſitatem, n. 7. C. de fideicommiſ. Mantic. d. tit. 8. n. 32. Eſcobar. d. cap. 5. num. 5. Craſſ. de ſucceſſionib. § Legatum, q. 40. n. 1. Guttier. n. 37. verſ. Sed nihilominus, Paril. conſ. 89. n. 34. lib. 1. Cyriac. dict. controuerſ. 73. n. 28. 29. Cancer. n. 86. Baëza de decim. tutor. c. 1. num. 160. ſed quamuis ob culpam non teneatur tutor, propter liberationem à reddendis rationibus; tamen lata culpa excipitur, propter quam, cùm comparetur dolo, poterit condemnari; Anton. Gom. num. 83. Cancer. Cyriac. Eſcobar. vbi proximè. Amplia vt n. ſeq.

Verſ. *Imò, & hæc opinio.*

33 Adde Cancer. n. 87. Mantic. num. 29. cum alijs, Menoch. num. 4. 7. vbi plures, Guttier. num. 38. Padilla. num. 2. 3. Signorol. conſ. 110. num. 7. 8. Ruin. conſ. 69. num. 5. lib. 2. Eſcobar. n. 17. Præterea liberatio à reddendis rationibus, etiam per verba ampliſſima non excuſat tutorem, ne de lata culpa condemnatur, Eſcobar num. 16. Menoch. num. 6. Bologn. conſ. 13. Cancer. n. 86.

Ibi: *Ex quibus deducitur etiam expreſſim.*

34 Dolum pro futura adminiſtratione remittere, etiam expreſſe, nemo poteſt; Menoch. num. 5. Eſcobar. n. 15. Crot. in l. nemo poteſt, num. 54. verſ. Hæc concluſio ff. de legat. 1. Padilla, n. 1. 2. & in l. actione num. 1. C. de tranſact. Cancer. num. 87. Guttier. num. 39. Ant. Gom. num. 83. verſ. Quod ſubintellige, Gregor. Lop. in l. 29. gloſ. 2. tit. 18. part. 3. Farinac. in fragment. crimin. lit. D, verb. dolus, num. 171. & verb. iuramentum in litem, n. 1096. vbi latè.

Ad Num. 4.

35 Licèt teſtator poſſit tutori inuentarij confectionem remittere, Guttier. in l. nemo poteſt, n. 405. ff. de legat. 1. Farinac. d. verb. iuramentum in litem, n. 1092. Baeza, ſup. n. 48. Fachin. controuerſiar. lib. 6. cap. 25. Eſcobar. c. 9. num. 45. Tuſch. lit. I, con. 274. n. 50. Ad illud tamen conficiendum Iudex tutorem compellere poteſt, quoties ſibi ita expedire pupilli vtilitati viſum fuerit, Cancer. ſup. num. 93. Iul. Clar. in prax. § teſtamentum, quæſt. 66. in fine, Molin. de primogen. lib. 1. cap. vlt. num. 16. Bernard. Diaz. reg. 769. in 1. limitat. Guttier. vbi proximè, num. 412. Cyriac. tom. 1. controuerſ. 93. num. 19. Mantic. ſup. lib. 3. tit. 3. num. 19. Eſcobar. dict. cap. 9. num. 54. Cabed. deciſ. 136. n. 7. Baëza. num. 49. Pat. Molin. de iuſtit. tract. 2. diſp. 223. Farinac. vbi proximè, n. 1097. Quod ſi tutor parere detrectet Iudicis præcepto, ipſe inuentarium facere debet, Eſcobar vbi proximè. Hæc tunc vel maximè obtinent, quando cauſa adeſt, quæ poſteà ſuperuenit, aut fuerat incognita teſtatori, quæ ſi eidem manifeſta fuiſſet, veroſimile non eſt, vt inuentarium fieri prohibuiſſet, Guttier. ſup. & de tutel. part. 2. c. 1. n. 40.

36 Similiter obſeruatur in patre adminiſtrante bona filij ſui, in quibus vſumfructum habet, quem (quamuis à lege immunis ſit à neceſſitate conficiendi inuentarij, vt notaui ſup. lib. 1. c. 8. num. 30.) poteſt Iudex ex cauſa coaſtringere vt conficiat illud, Pinel. in l. 1. part. 2. à n. 23. C. de bon. matern. Cancer. ſup. n. 95.

37 Per contrarium inuentarium ne fiat, Iudex præcipere valet, quando ita pupilli intereſſe putauerit, veluti ad celandam paupertatem, Bart. in l. Iudex qui repertorium, n. 19. ff. de adminiſtrat. tutor. Ripa in l. nemo poteſt, num. 81. ff. de legat. 1. Guttier. ibidem n. 415.

38 Nec prætermittendum eſt, quòd tutor à confectione inuentarij per teſtatorem liberatus, rationes ſuæ adminiſtrationis, ſiue eorum, quæ recepit, debet reddere; Cancer. n. 85. Imo deſcribere bona pupilli ad faciliorem probationem cogetur, Molin. ſup. lib. 1. cap. 15. numer. 14. Guttier. in dict. l. nemo poteſt, num. 411. vbi alij, & de tutel. part. 2. c. 1. num. 39. Baëza num. 50. Quæ deſcriptio Tabellione interueniente fieri debet, de qua praxi teſtatur Mynſinger. obſeruat. 95. num. 3. vbi & teſtes deſiderat de familia, vel cognatione, licèt in patre legitimo adminiſtratore locum non habeat. Inuentarij verò confectioni, etiam Iudex de iure intereſſe debet, l. 15. tit. 16. part. 3. vbi Gregor. Lop. gloſ. 5. tametſi de conſuetudine, præſentia, aut decretum Iudicis non ſit neceſſe, de quo Gregor. Lop. ſup. Guttier. de tutel. part. 2. c. 1. n. 81. cum ſeqq. Baëza d. c. 2. n. 51. Forma autem, qua inuentarium faciendum eſt, traditur in l. 99. tit. 18. p. 3.

Ibi: *Quia remiſſio iſta conficiendi inuentarium.*

Remiſſio conficiendi inuentarij facta tutori non intelligitur quoad liberorum legitimam, cui patet, nec directè, nec indirectè poteſt præiudicium inferre; Eſcobar c. 5. n. 22. & cap. 9. numer. 52. qui d. num. 12. generaliter loquitur in omni remiſſione facta adminiſtratori; & ita verum eſt. Idem procedit quoad creditores, quibus teſtator remittendo inuentarij confectionem officere nequit, Bald. in l. fin. §. Cum igitur, C. de iur. deliberand. Guttier. dict. cap. 1. numer. 42. Iul. Clar. ſup. d. quæſt. 66. num. 2. Craſ. de ſucceſſion. §. Inuentarium, quæſt. 2. num. 3. verſ. In fraudem creditorum, Farin. ſup. num. 1094. 39

Verſ. *Cæterum aduerſus communem.*

Hanc opinionem his & alijs Authoribus laudatis, refert Menoch. d. præſ. 164. num. 8. Padilla in d. l. cum neceſſitatem, num. 3. Guttier. d. tutel. part. 3. cap. 1. num. 38. qui illam reprobant.

Verſ. *Primùm, nunquam dolum.*

Dolus verus nunquam remiſſus cenſetur, niſi de voluntate diſponentis ita manifeſtè conſtet, vt minimè poſſit dubitari, l. qui plures 42. ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſi ſeruus vetitus 122. ff. de legat. 1. l. Aurelio 21. §. 1. ff. de liberat. legat. l. 30. tit. 11. part. 5. vbi Greg. Lop. gloſ. 5. ad medium, qui ait tam inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus procedere. Mantic. d. lib. 9. tit. 8. n. 19. 36. Tuſch. lit. L, conc. 526. n. 73. 79. Cancer. part. 1. cap. 7. num. 91. Guttier num. 41. Eſcobar. cap. 40. num. 7. Menoch. num. 10. Anton. Gom. dict. c. 12. num. 83. Flores de Mena variar. lib. 1. q. 15. num. 5. Cyriac. d. controuerſ. 73. n. 23. Maſcard. de probat. conc. 1252. num. 8. Farinac. in fragment. lit. D. num. 152. Heuia Bolaños in commerc. terreſtr. lib. 2. cap. 10. num. 4. 40

Ratio huius concluſionis eſt; nam ea, quæ in ſpecie non eſſet quia veroſimiliter conceſſurus, non veniunt in diſpoſitione, niſi de ipſis expreſſe mentio fiat; cap. in generali 81. de regul. iur. in 6. l. ſi mercedem 55. §. vlt. ff. de actionib. empt. l. obligatione generali 6. ff. de pignorib. Menoch. conſ. 1007. num. 1. delictum autem in ſe per dolum perpetratum veroſimile non eſt, vt quis condonare velit, atque ideò exceptus præſumitur in qualibet diſpoſitione, aut remiſſione generali. Alias rationes videre licet apud Celſum Bargal. tract. de dol. lib. 2. in 3. diuiſione, rubric. de dol. præterit. & futur. n. 55. cum alijs. 41

Verſ. *Secundùm etiamſi gloſſa.*

Videas Greg. Lop. vbi proximè, Farinac. n. 156. cum ſeqq. Eſcobar d. c. 40. n. 17. Guttier. n. 44. Celſ. Bargal. ſup. num. 52. Oſaſch. deciſ. 58. num. 35. & verius videtur, non cenſeri dolum remiſſum verum ſub generali liberatione, quanquam nihil doloſo adſit. At ſi remittatur actio, probetúrque creditorem doli conſcium fuiſſe, dolus verus in liberatione continebitur, quando nullum ex eo lucrum debitor percepit. De dolo præſumpto, vide Farinac. n. 190. 191. 42

Verſ. *Tertium, non idem eſt.*

Hanc diſtinctionem probat d. l. qui plures 42. ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſi quis rationes 10. ff. de liberat. legat. ex quibus paſſim DD. illa vti ſolent.

Ibi: *Licèt qui reliqua non reſtituit.*

Qui quod ex adminiſtratione debet, non reſtituit, doloſus præſumitur, Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſ. 3. n. 93. Eſcobar. ſup. 42. n. 19. 43

Verſ.

Verſ. *Quartùm; licèt.*

44 Dolus præteritus tacitè, vel expreſſim remitti permittitur, *l. actione* 4. *C. de tranſact. l. ſi quis rationes* 10. *l. Lucius* 13. *l. Aurelius* 29. §. *Titius* el 2. *ff. de liberat. legat. l.* 29. *titul.* 11. *part.* 5. Menoch. *d. præſ.* 104. *n.* 21. Cancer. *n.* 87. 92. Ant. Gom. *vbi proximè, & in l.* 9. *Taur. n.* 18. Greg Lop. *in d. l.* 29. *gloſ. vlt.* Gutier. *d. c.* 1. *n.* 32. *in fine, & n.* 41. Padill. *in l. actione, n.* 6. *C. de tranſact.* Damauder. *de tutor. c.* 3. *n.* 41. Eſcobar *d. c.* 40. *nu.* 13. Fachin *ſup. lib.* 5. *c.* 51. Cyriac *de contr.* 73. *n.* 27. Flor. de Mena *ſup. n.* 6. Guazzin. *de defenſion. reor. tom.* 1. *defenſ.* 2. *c.* 6 *n.* 8. vbi intelligit quoad remittentis damnum, non quoad publicam vindictam, Farin. *ſup. n.* 151. Bargal. *n.* 5. *cum aliis, & lib.* 6. *reg.* 6. *ex n.* 1. qui late agit.

Ibi: *Dolus autem verus.*

45 Dolum quoad futuram adminiſtrationem remitti non poſſe, diximus ex multis *ſup. n.* 34. & generaliter qood dolus futurus remiſſione tolli prohibeatur, probat *dict. l.* 29. *tit.* 11. *p.* 3. vbi Greg. Lop. Mantic. *d. tit.* 8. *n.* 21. Ant. Gom. *in l.* 9. *Taur. n.* 16. Pet. Greg. *ſyntagmat. lib.* 21. *c.* 2. *n.* 12. Fachin. *ſup.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 337. *nu.* 14. Donell. *commentar. iur. ciuil. lib.* 26. *c.* 6. *col.* 6. Viuian *in prax. iur. patronat. lib.* 4. *c.* 4 *n.* 56. Mateſcot. *variar. lib.* 2. *c.* 19. *num.* 40. Guazzio. *ſup. nu.* 2. Maſcard. *d. conc.* 1252. *n.* 16 Tuſch. *lit. D, conc.* 588 *n* 1, Celſ. Bargal. *d. reg.* 6. *a n.* 10. Farinac. cum pluribus, *n.* 165. Ratio, quæ traditur ab omnibus, eſt, ne detur occaſio delinquendi.

46 Vnde infertur, quod licèt remiſſio iureiurando roboretur, nullum effectum ſortietur, cùm iuramentum vinculum iniquitatis eſſe non debeat, *c. quanto* 18. §. *Super, de iureiurand. c. inter cætera,* 22. *q.* 5. Ita docent Seraphin. *de priuileg. iuramento. priuileg.* 108. *n.* 10. Hermoſill. *in l.* 56. *gloſ.* 11. *n.* 41. *tit.* 5. *p.* 5. Viuian. *vbi proximè,* Guazzin. *n.* 5. Decian. *tract. crimin. lib.* 3. *c.* 24. *n.* 2. quanquam contrarium teneat Farin. *ſup. n.* 187. cum Abbate *in cap. quemadmodum,* §. *fin. n.* 14. *in fine, de iureiur.* Euerard. *in loc. legalib. loc. à virtute iuramenti, n.* 63. Bauér. *in tract. de iurament. n.* 112. Bargal. *ſup. lib.* 2. *c.* 2. *rubric. de dol. futur. nu.* 40. Quæ ſententia nititur expreſſæ Pontificiæ deciſioni *in c. quemadmodum* 25. §. *Quodſi expreſſ. de iureiurand.* vbi promiſſio viri cum iuramento de non accuſando vxorem de adolterio futuro valet, ſeruarique debere, definitur.

47 Imò dolum futurum etiam verum tacitè remitti poſſe, ſentiunt Seraphin. *ſup. priuileg.* 91. *num.* 5. Guazzin. *d. c.* 2. *n.* 5. Mantic. *vbi proximè, n.* 51. qui alios refert, ac quæſtionem ex profeſſo diſputat *à n.* 47. vbi contrarium tenentes recenſet, & Farinac. *nu.* 174. Ex quibus conſtat aduerſus Mantic. extare communem opinionem, quæ etiam tacitam doli futuri veri liberationem excludit. Sed Manticæ adſtipulatur vrgentiſſimè *l. ſi vnus* 27. §. *Illud nulla, ff. de pact.* quæ aperte videtur diſtinguere, inter expreſſam, & tacitam doli futuri remiſſionem. Cui poſſet reſponderi, quod etſi in actione depoſiti (de qua *in d.* §. *Illud,* agitur) regulariter ſolùm veniat dolus, *l. contractus* 23. *ff. de regul. iur.* multum intereſt an dolus expreſſim, vel actio depoſiti remittatur; in priore enim caſu voluntas deponentis, vel alterius cuiuſque ſic remittentis eſt, quod alter circa rem depoſitam, vel negotium, quod agendum eſt, abſque fraude, & iniquitate ſe gerat; quod ſi aliter fecerit, eidem delictum condonat, quò ad delinquendum præſtatur anſa, & hoc bonis moribus repugnat. At in poſteriore, qui paciſcitur, ne depoſiti agat, delictum ipſum tollit; nam ex eo qood liberare vult ab actione depoſitarium, cenſetur ei permittere, vt re depoſita pro libito vtatur; atque ita licèt quicquam perperam faciat, dolum non perpetrat, qui in volentem non datur; *cap. ſcienti* 27. *de reg. iur. in* 6. *l. nemo* 188. *ff. eod.* quis enim dubitat, quin poſſit dominus, qui in re ſua eſt moderator & arbiter, *l. in re mandata* 21. *C. mandat.* ſic rem ſuam alij tradere, vt quomodocunque circa eam impunè verſetur, quæ conſideratio locum habere nequit, vbi doli mentio ſit in liberatione. Nec nouum eſt in iure, vt expreſſum idem, quod tacitè ineſt, aliter operetur, quàm tacitum, *l. ſi ita legatum* 68. §. *Illi ſi volet, ff. de legat.* 1. *l. nonnunquã* 51. *l. ſi ita expreſſum* 68. *ff. de condit. & demonſtr.*

48 Ex qoibns facilè conciliandæ veniunt contrariæ propoſitæ opiniones; nam communis procedit, vbi dolus non tollitur, ſed commiſſus in futurum remittitur; quod nullo modo, nec tacitè fieri permittitur, cum præſtetur anſa delinquendi. Mantica verò intelligi debet, quando domini voluntate fraus penitus excluditur à principio, quoniam nullum eſt delictum, re aliena abuti, domino conſentiente; qui conſenſus per remiſſionem actionis depoſiti, in qua nihil aliud venit niſi dolus, ſatis manifeſtus præſtatur: quæ quidem Conſultus inſinuat *in d.* §. *illud,* ibi; *Id pactus videatur ne de dolo agat.* Verbum namque, *videatur,* frequentiſſime denotat, rem aliter ſe habere, quàm menti primo aſpectu proponitur; quo oſtenditur, aliud eſſe paciſci, ne de dolo agatur; & aliud, ne depoſiti; cum prius bonis moribus opponatur, quia ad delinquendum inuitat; poſterius non vtique, quandoquidem dolus excluditur, vt dictum eſt.

Verſ. *Quintùm, dolus præſumptus.*

49 Dolus præſumptus etiam futoris iore remitti permittitur, Greg. Lop. *in d. l.* 29. *gloſ.* 1. *in fine,* Menoch. *ſup. præſ.* 164. *n.* 9. Viuian. & Seraphin. *vbi proximè,* Guazzin. *nu.* 6. Gutier. *d. cap.* 1. *nu.* 42. Padilla *in d. l. cum neceſſitatem, n.* 4. Decian. *ſup. n.* 4. Maſcard. *d. conc.* 1252. *n.* 19. Alciat. *in l. actione, num.* 41. *C. de tranſactionib.* & eſt magis communis ſententia; quanquam contrariam poſt Caſtrenſ. & Iaſon. *in d. l. ſi vnus,* §. *Illud, ff. de pactis,* & alios, quos recenſet Farinac. *ſup.* 176. defendat Flores de Mena, *d. q.* 15. *à nu* 6. quem ſequitur Cancer. *n.* 88. Sed quoniam diuerſis diſtinctionibus pro conciliatione earum opinionum vtuntur Interpretes, videre oportet Flores de Mena, & Farin. *ex n.* 177. vbi plures congerit. Ad quæ facit egregia doctrina Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 18. vbi latè probat, quod etſi in ampliſſima facultate dolus verus futurus videatur ſemper exceptus, præſumptus comprehenditur, ita vt ſi quid commiſſarius lata culpa faciat, non ſit irritum. Et quamuis *D. Couar.* ſententia vera ſit, poſſet limitari, quando dolus præſumptus remittitur generaliter, aut perſonæ incertæ; quoniam præberetur occaſio delinquendi hominibus improbis, qui tali remiſſione abuterentur ad fraudandum; ſecùs autem eſt, ſi perſona remittenti ſit cognita, quam propter morum probitatem liberaret à futuro dolo præſumpto, cum iam ceſſet periculum, vt prætextu remiſſionis delinquatur, præſumptióque doli eliditur propter remittentis approbationem.

50 Vt diſcas, qui dolus verus, & qui præſumptus dicatur? conſule Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 3. *per tot.* Bart. *in l. quod Nerua, num.* 14. *ff. depoſit.* Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 66. *n.* 183. Aug. Barboſ. *in collectan. ad d. l. ſi dolo* 5. *à num.* 15. *C. de reſcindend. vendit.* ex quibus conſtat, non eſſe facile, differentiam inter dolum verum & præſumptum conſtituere; videtur tamen dicendum, dolum verum eſſe, qui nulla probabili ratione poteſt excuſari; præſumptum verò, qui licèt ex aliquo actu, vel omiſſione arguatur, ſuadentibus coniecturis veroſimilibus, aliqua rationabili cauſa poteſt excludi.

Verſ. *Sextum & illud.*

Adde Gutier. *vbi proximè.*

Verſ. *Septimò, erit conſiderandum.*

51 Sequitur Gregor. Lop. *in d. l.* 19. *gloſ.* 1. Eſcobar *d. c.* 5. *n.* 8. Gutier. *n.* 44. 45. Menoch. *d. præſ.* 164. *n.* 9. Padilla *vbi proximè,* Farin. *n.* 156. *verſ. Et ex prima parte.*

Verſ. *Octauò deducitur.*

52 Tutor, cui legatum fuerit, quicquid damnatus ſit reſtituere ratione doli circa futuram adminiſtrationem, conueniri poterit pro eis, quæ ex dolo vero debuerit, quamuis locupletior ex eo factus non reperiatur, Gutier. *n.* 46. Menoch. *d. præſ.* 146. *n.* 5. Eſcobar *d. c.* 5. *n.* 15. dolus enim futurus, nec directè, nec indirectè remitti poteſt, quod abſque diſtinctione docent communiter DD. vt pluribus laudatis, probat Farinac. *n.* 172.

Z 2 Ibi:

Ibi : *Receptum tamen eſt.*

53 Hoc ideo,quia dolus non præſumitur,*c.penult.de crimin. falſ.* *l. dolum* 6.*C.de dolo*,Menoch.*de præſumpt.lib.4.præſ.*12. *n.*2.Surd.*de aliment.tit.*4.*q.*15.*n.* 51. Cyriac. *tom.*1. *controu.* 180.*n.*16.

Verſ. *Vltimò omittendam non eſt.*

54 Tutor,cui teſtamento relictum eſt omne illud,in quo ob futuram adminiſtrationem fuerit damnatus, non tenetur eo quod non confecerit inuentarium,quia dolus præſumptus futurus ita remiſſus cenſetur,Guttier.*num.*4. Menoch. *de arbitrar.lib.*2.*caſ.*208.*num.* 2, vbi de tutore a reddendis rationibus liberato,cui non imputatur omiſſio conficiendi inuentarij.

Ibi : *Cum alioqui contra tutorem.*

55 Varijs pœnis afficitur tutor,qui omittit inuentarij confectionem,de quibus Guttier.*de tutel.part.*2.*cap.*1.*n.*18.*cum ſeqq.*Baeça *ſup.d.cap.*2.*ex n.*53.inter eas enumeratur, quod aduerſus eum in litem iuratur;Cancer.*num.* 100. Roland. *conſ.*49.*num.*18.*volum.*1.Eſcobar *ſup.c.* 9. *num.* 17. Guttier. *num.*27.Afflict.*deciſ.*207.*num.*4.Caualcan.*de tutor. num.* 59. Baeça *num.*53.Plot.*de in lit.iurando,nu.*194.Ayora *de partitionib.part.*1.*cap.*2.*n.*17.Farinac.*in fragment.lit.I.n.*1093.Seraphin. *ſup. priuileg.* 31. *num.* 5. Tuſch. *lit. I. conc.* 538. *numer.*28.

56 Similiter in litem iuratur , quando tutor librum rationum non exhibet,quo accepti ac dati fieri poſſit computatio;Menoch.*vbi proximè,n.* 6.Eſcobar.*cap.* 10.*n.* 2. Maſcard.*ſup.conc.*531. *num.*66. Seraphin.*vbi proximè*,Farinac. *num.*1062.

57 Quæ omnia ampliantur , vt etiam in parentibus liberorum ſuorum tutelam adminiſtrantibus procedant , Eſcobar *c.*9. *à n.*11.Phanuc.*de in lit.iur.part.*2.*c.*2.*num.* 40. *verſ. Contra matrem*,Guttier.*de tutel.part.*1.*cap.*8.*n.*46. *cum alijs*, Tuſch *vbi proximè,n.*35.

58 Sed ſi inuentarium, liberve rationum ita confectus ſit, vt clarè non conſtet de quantitate , aut qualitate eorum, quę deſcripta in eo ſunt;in litem iuramentum defertur pro illis,quæ ſic dubia ſunt;Caputaqben.*deciſ.*119.*part.*2.Guttier.*d.c.*1.*num.*18.Phanuc. *num.* 30. Menoch. *num.* 19. 20. Eſcobar *cap.*9.*num.*68.*& cap* 10.*num.* 49. Hoc ipſum obſeruatur , ſi quid omiſſum fuerit in pupilli detrimentum, Maſcard.*vbi proximè,num.*67.Tuſch. *lit.A,conc.*208. *n.* 17. Greg.Lop.*in l.*6.*gloſ.*3.*tit.*11.*part.*3.vbi quod requiritur,vt dolo omiſſum ſit;ſed hic præſumitur,niſi rationabilis cauſa excuſet,ſicut in inuentarij totius omiſſione ; nam de toto ad partem argumentum ſumitur ; *l. quæ de tota* 75.*ff. de rei vendic.*

59 Excuſatur verò tutor tam à iuramento in litem,quam à cæteris pœnis,quas non conficiens repertorium ſuſtinere debet,quando ob iuſtam cauſam non confecit illud,*l.tutor. qui repertorium.*8.*ff.de adminiſtrat. tutor.* Farin.*vbi proximè, num.* 1085. Phanuc. *num.* 40. Guttier. *num.* 34. Eſcobar. *num.*55. *cum ſeqq.*Baeça *num.*43.Idem eſt,ſi per teſtatorem fieri prohibeatur , aut tutor ab onere conficiendi inuentarij per ipſum liberetur, Farinac *num.*1092.Eſcobar.*n.*45. Phanuc.*num.*43.Guttier.*num.*35.Tuſch *lit. I.conc.*241.*n.*50. Alias cauſas,ex quibus tutor impunè inuentarium facere omittit,tradunt præfati DD.quas in vnum congeſſit Aug. Barboſ.*in collectan.ad l.fin.à n.*15.*C.de in lit.iurando.*

Ibi : *Non tamen contra tutoris hæredem.*

60 Præfatum iuramentum in litem non defertur contra tutoris hæredes,niſi cum illo lis fuiſſet conteſtata.Cancer.*d. part.*1.*c.*7.*n.*102.Greg.Lop.*ſup.gloſ.*8.Guttier.*n.*28.Eſcobar. *d.c.*8.*n.*27.

61 Rurſus , mortuo eo , cuius bona à tutore adminiſtrata ſunt, ceſſat iuſiurandum in litem;quod regulare eſt , quoniam hæredi damnum paſſi nunquam defertur;niſi veroſimile ſit,vt ſcientiam valoris rei,de qua agitur,habeat;alioqui periurijs via aperitur,Eſcob. *vbi proximè, à n.*32. Menoch.*d.caſ.*208.*n.*12.*& caſ.*190.*à n.*5.

Ibi : *Vnde dicti controuerſum ſit.*

Ex dolo etiam vero defuncti in litem aduerſus hæredem 62 non iuratur,niſi lis cum anteceſſore fuerit conteſtata,Guttier.*vbi proximè*,Maſcard.*conc.*471.*num.*13.Phanuc.*ſup dict. part.*2.*cap.*4.*n num.*13.Tuſch.*lit.I.conc.*538.*n.*36.

Ibi : *Ab omnibus tamen.*

Idem ob dolum præſumptum dicendum eſt , Guttier. 63 *ſup.* Vide *inferius.*

Ad Num 5.

Quæſtionis eſt,num propter dolum præſumptum poſſit 64 aduerſus aliquem in litem iurari ? & partem affirmatiuam cum *D.Couar.*ſuſtinent Maſcard.*conc.*954.*num.*18.Farinac. cum alijs,*n* 1022.Phanuc.*d.part.*2.*cap.*2.*n.* 5. *cum ſequentib.* Pet.Barboſ. *in l.ſi morte , in prælud n.* 33. *ff. ſolut. matrimon.* Mancin.*de iurament.pa t.*2.*art.*8.*num.*17.Seiſſel *eodem tract. lib.*5.*cap.*6.*ex num.*7.

Ibi : *Ob dolum præſumptum in litem non iurari.*

Ita ſuſtinent contra proximè laudatos ; Plot.*ſup.*§.50. 65 *n.*25.*verſ. Decimoquinto limita,& n.*30.*verſ.& ita teneo,* Iaſ. *conſ.*174.*n.*26.*vol.*2.Cyriac.*tom.*1.*controu.*113.*n.*13.Pro quarum ſententiarum concordia dici poteſt, hoc Iudicis arbitrio relinqui,qui ſecundum doli præſumptiones decernat,an in litem iurandum ſit,necne.

AD CAPVT XV.

Succeſſor vniuerſalis,vel ſingularis,an poſſit à locatione anteceſſoris ante expletum tempus reſilire.

SVMMARIVM.

1 *DD.videndi laudantur.*
2 *Succeſſor vniuerſalis,vt hæres,vtrinque tenetur ſtare anteceſſoris locationi,vſque ad num.*5.
6 *Fiſcus ſuccedens in bona eius, qui locauit,aut conduxit,ſtare contractui compellitur.*
7 *Penſiones anticipatè ſolutas tam fiſcus,quàm alij ſucceſſores debent approbare.*
8 *Quibus caſibus vniuerſalis ſucceſſor ſtare locationi non cogitur,ad n.*13.
14 *Succeſſor ſingularis locationi ſtare non obligatur.*
15 *Quid de maioratus ſucceſſore,n.*16.
17 *Dominus proprietatis locationi vſufructuarij ſtare non cogitur.*
18 *Quid de locante vſumfructum rei ſuæ.*
19 *Quid de fideicommiſſario.*
20 *Quid de domino directo quoad feudatarium , vel emphyteutam.*
21 *Limitantur dicta ex n.*15.
22 *Limitatur concluſio tradita ſup.num.*14.*vſque ad n.*35.
36 *L.* ſi mercedem,§.vlt.ff.de actioo.empt.*intelligitur, & n.*37.38.
39 *Donator quando de euictione teneatur,& n.*40.
41 *Conductor ad longum tempus eijci à ſingulari ſucceſſore non poteſt.*
42 *Qui conduxit cum hypotheca ad implementum contractus, expelli a ſucceſſore ſingulari nequit,de quo ad n.*47.
48 *Conducens rem cum hypotheca,poteſt eam retinere ad implementum contractus.*
49 *Colonus cum hypotheca an poſſit eijci a ſingulari ſucceſſore, ſi ei totale intereſſe perſoluatur? & n.*50.
51 *Quid ſi locatio fuerit iuramento roborata?ad n.*55.
56 *Pactum de non alienando cum hypotheca an impediat dominij tranſlationem ad n.*59.
60 *Inquilinus ex quibus cauſis eijci à locatore ante finitum tempus locationis poſſit.*
61 *Dominus poteſt expellere inquilinum,non finita locatione,ſi domo proprijs vſibus egeat,ad n.*80.

81 *Mulier*

89 *Mulier, ſoluto matrimonio, vtrum ſtare locationi à marito factæ teneatur? ad num. 94.*

90 *Minor adimplere debet locationem à tutore factam, & num. 91.*

95 *Maritus an expellere colonum poſſit à prædio dotali per mulierem locato, & n. 96. 97.*

98 *Prælatus, Beneficiarius, Rector Eccleſiæ, & ſimiles, quando cogantur locationem anteceſſorum explere? vſque ad fin. cap.*

1 DE materia huius capitis fusè differunt Vincent. Caroc. *in tract. locat. & conduct. rubric. de ſucceſſor. per tot.* Mareſcot. *variar. reſolut. lib. 1. c.* 18. Greg. Lop. *in l. 19. tit. 8. part. 5.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 10.* Pet. Barboſ. *in l. ſi filiofam. §. vlt. ff. ſolut. matrimon.* Merlin. *de legitima, lib. 3. tit. 1. quæſt. 21. & de pignorib. lib. 4. q. 172.* Pat. Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp.* 490. Sexpuccin. *de ſucceſſor. ſingulari, reg. 1.* Aug. Barboſ. *in collectan. ad l. emptorem, C. de locat.* Statil. Pacific. *de Salnian. interdict. inſpect. 4. c. 1.* Ant. Gom. *variar. reſolut. lib. 2. c. 3. à n. 7.* Guttier. *Canonicar. q. lib. 2. c. 8.* Cancer. *variar. reſolut. par. 1. c. 14. ex n. 30.* Card. Lug. *de iuſt. tom. 2. diſp. 29. de locat. ſect. 1. à n. 16.*

2 Succeſſor vniuerſalis, qualis eſt hæres, nequit à contractu locationis per anteceſſorem celebrato recedere, *l. ſi in lege 27. §. fin. ff. locat. l. ſi ei, cui 17. ff. de liberat. legat. §. vlt. Inſt. de locat. & conduct.* Caroc. *q. 7. à princip.* Ant. Gom. *n. 7.* Cancer. *num. 31.* Mantic. *ſup. tit. 9. num. 2.* Pat. Molin. *diſp. 489. n. 4.* Morla *in empor. iur. part. 1. tit. 10. quæſt. 2. num. 2.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 26. gloſ. 3. num. 30.* Greg. Lop. *in l. 2. gloſ. 4. tit. 8. part. 5.* Gratian. *diſceptat. forenſ. c. 147. num. 45.* Guttier. *num. 51.* Rodetic. Suar. *in l. poſt rem iudicatam, ampliat. 10. num. 46. ff. de re iudicat.* Franc. Marc. *deciſ. 627. num. 7. part. 1.* Prchard. *in d. §. vlt. n. 1. Inſt. de locat.* Quod verum eſt tam ex parte locatoris, quàm conductoris, *dict. l. 2. tit. 8. part. 5.* vbi Gregor. Lop. *gloſ. 3.* Pat. Molin. *ſup.* Card. Lug. *num. 16.* & generalis regula conſtituenda eſt, vt quoties locatoris ſucceſſorem ad locationis implementum teneri diximus, idem de eo, qui conductori ſucceſſerit, intelligendum ſit, & è contra; quia cum correlatiui ſint, non debent ad imparia iudicari; argument. *l. 1. C. de expreſſis ex lute, &c. lib. 11.* notatur per Mareſcot. *num. 15. 16.* Aug. Barboſ. *num. 5.* Merlin. *dict. quæſt. 172. num. 3. cum ſeqq.* Ant. Gom. *num. 9.* Pacific. *num. 12.* Surd. *deciſ. 52. num. 9. 10.* Greg. Lop. *in l. 19. gloſ. 2. tit. 8. part. 5.* Cancer. *vbi proximè.* & eſt textus *in l. qui fundum 35. ff. locat.* erit tamen limitandum, quando diuerſa militat ratio; veluti ſi Cauſa, vel locus plus ſuccedat, qui ex priuilegio ſtare non cogitur locationi; quamuis alter contrahens ab eadem recedere non permittatur, niſi ex parte piæ Cauſæ conſenſus præſtetur, vt obſeruat Caroc. *ſup. quæſtion. 10.* alios referens: Vel niſi cedatur actio emptori, Pat. Molin. *dict. diſp. 490. num. 1.*

3 Ratio principalis ſupra traditæ concluſionis eſt; quia talis ſucceſſor vna eademque perſona cum defuncto ad iuris effectus exiſtimatur, *Authent. de heredib. à morient. præſtit. in princip. collat. 5.* Ideòque actio locati, quæ perſonalis eſt, quemadmodum, & cæteræ huiuſcemodi, in illum transfertur; *l. hæres 37. ff. de acquir. hæred. l. 2. C. de hæreditarijs actionibus;* & ipſum ſequitur: ita Guttier. *ſup.* Ant. Gom. *num. 9. & d. lib. 2. cap. 11. ex num. 12.* Duenas, *reg. 240. limit. 1.* Card. Lug. *ſup.* & alij.

4 Eadem concluſio procedit; ſiue locatio ſit temporalis, ſiue perpetua, *l. viam veritatis 10. C. de locat.* Caroc. *d. quæſt. 7. n. 4.* & tam in hærede extraneo, quàm ſuo: Bald. *in cap. litera, de dilationib.* Magon. *Lucenſ. deciſ. 11. num. 5.* Caroc. *num. 14.*

5 Præterea locum habet in locatione operarum cohærentium perſonæ locatoris propter artis peritiam; nam eius hæres compelletur opus per alium æquè idoneum perficere, quod nec conductor poterit recuſare, maximè ſi aliquid locator operis faciendi gratia impendit. Sic ſentiunt Anton. Gom. *d. c. 3. n. 7.* Molin. *ſup.* Greg. Lop. *in l. 9. tit. 8. part. 5.* vbi textus. Quicquid teneat poſt alios Caroc. *num. 23.* qui debet intelligi, cum operæ per alium pari induſtria exhiberi non valent: quod & præfati DD. non inficiantur.

Fiſcus quoque in vniuerſitatem bonorum ſuccedens, ſub eadem regula comprehenditur, cui colonum expellere non licet, Caroc. *quæſt. 4. num. 2.* Amat. *variarum lib. 1. reſolut. 29. n. 7.* Ant. Gom. *n. 10.* Mantic. *d. tit. 9. n. 5. 6.* Didac. de Britto *in rubric. de locat. & conduct. part. 2. §. 5. num. 1.* Card. Lug. *num. 18.* Imò ſi penſiones anticipatè pro futuris annis ſolutæ ſint locatori, nocebit fiſco, ne eas à conductore poſſit exigere, niſi in fraudem ſolutio facta ſit; Amat. *vbi ſup.* Caroc. *q. 25. n. 50.* Boſſ. in *prax. tit. Debitores an ſoluere delinquenti, &c. num. 7. 8.* Sed omnia hæc admittenda non ſunt, quando poſt commiſſum delictum, ex quo ſtatim reus bonorum dominio, & adminiſtratione priuatur, vt in crimine hæreſis, locatio facta eſt: cui ſtare Fiſcus non aſtringitur: Ant. Gom. *vbi proximè. verſ. Quod ego noviter,* ſequitur Pat. Molin. *diſp. 491. n. 1.* Pet. Barboſ. *n. 6.* Card. Lug. *ſup.* 6

Illud autem quod de ſolutionibus anticipatis aſſeruimus in fiſco, hæredi, ceſſionario, vel alijs à locatore poſt contractum cauſam habentibus commune eſt, qui nedum locationi ſtare debent, ſed etiam anticipatè ſolutum approbare, vt obſeruat Amat. *vbi proximè.* 7

Per contrarium præfata concluſio plures recipit limitationes, quarum vtilitate, ac frequentia potiores recenſebimus. Et *primò* limitatur in locatione facta ad beneplacitum, aut donec voluerit contrahens; quo defuncto, obligatio in futurum penitus extinguitur, hæreſque in contractu permanere nullo modo compellitur; Caroc. *d. quæſt. 7. num. 15.* Pat. Molin. *d. diſp. 489. num. 4.* Valaſc. *conſultat. 67. num. 3.* Cardin. Tuſch *practicar. concluſ. lit. L. conc. 413.* qui aliud iuris eſſe aſſeuerat, ſi dictum fuerit: *Donec reuocauerit.* Nam locatio non extinguitur; hæres tamen poterit à locatione diſcedere, quemadmodum defunctus poterat; Pat. Molin. *ſup.* qui obligationem cum ſua qualitate tranſmitit, quæ ex perſona ſucceſſoris immutari non ſolet; *l. 2. §. ex his, ff. de verbor. oblig.* Menoch. *conſ. 444. nu. 50.* Quo caſu locus non erit regulæ, de qua *ſup. num. 2. ad fin.* quoniam etſi ſucceſſor eius, in cuius gratiam pactum hoc eſt adiectum, non teneatur ſtare locationi, alter contrahens iſto inuito, reſilire prohibetur; quod efficit voluntas contrahentium, à qua contractus legem accipiunt, *l. contractus 23. ff. de reg. iur.* 8

Secundò, & conſequenter ad præmiſſa, limitatur concluſio præcedens in eleganti ſpecie de quo Iuriſconſultus agit in *l. ſicut emptio 25. § 1. ff locat.* vbi venditore decedente, ſucceſſor eius à locatione non prohibetur recedere, quamuis hoc emptori non liceat, niſi pretium ſoluat, quod prouenit ex natura conuentionis. 9

Tertiò limitatur, ſi hæreditas conductoris vocauerit; quoniam qui locauit, eiúſve ſucceſſor rem alijs poterit locare, tametſi in ipſius poteſtate ſit, id omittere, ſineréque, vt penſiones currant, quas ex bonis defuncti percipiet; *l. ſi vno 17. §. fin. ff. locat.* Capyc. *deciſ. 89. in fin.* Caroc. *num. 18.* 10

Quartò limitatur, ſi locationi admiſceatur ſocietas, veluti ſi quis conduxerit prædium in quinquennium, & ex conſenſu locatoris alterum ſibi ſocium aſſumpſerit, iſque ſe in ſolidum obliget, & ante finitam locationem obeat, quia hæres ipſius non manet aſtrictus, cum ſocietas, cui locatio fuerat annexa, morte finiatur, nec tranſeat ad ſucceſſores; *l. actione 66. §. Morte, ff. pro ſocio.* Ita Oſaſch. *Pedemont. deciſ. 76.* Caroc. *num. 23.* qui *n. 24.* extendit, etiamſi mentio hæredis facta, ſit excepta conductione vectigalium, in qua aliter obſeruatur; *l. verum 64. §. In hæredem, ff. pro ſocio,* vbi notat *Bartolus,* Ruin. *conſ. 90. n. 8. vol. 1.* 11

Quintò limitatur in conductore gabellarum, ac vectigalium, cuius hæres non admittitur ad proſequendam locationem, ſi minus idoneus videatur, Bart. *in l. adeo, ff. pro ſocio,* Bald. *in rubric. C. eod.* Caroc. *ſup. n. 28.* quanquam ipſe à locatione reſilire non valeat; atque ita fallit regula poſita, *ſup. n. 2.* 12

Limitatur ſextò, ſi hæres adeat hæreditatem cum beneficio inuentarij, quia locationi ſtare non cogitur: Caroc. *num. 17.* Quod mihi intelligendum videtur, quando ex hoc proprio patrimonio periculum immineret, quod duntaxat per confectionem inuentarij conſequitur: non verò liberationem à contractibus, & actionibus, quibus 13

deſunctus tenebatur, quatenus ſit in hæreditate; *l. fin. §. Et ſi præfatam, C. de iur. deliberandi, §. Sed noſtra, Inſt. de hæred. qualiquto.*

Ad Num. 1.

14 Succeſſor ſingularis, vt emptor, & alij huiuſcemodi, anthoris ſui locationi ſtare non tenentur, ſed expellere poſſunt conductorem; Mareſcot. *ſup. num.* 1. Caroc. *d. q.* 25. *n.* 4. *cum ſeqq.* Gregor. Lup. *in l.* 19. *gloſ.* 1. *tit.* 8. *part.* 5. Merlin. *d. q.* 171. *in princip.* Guttier. *d. c.* 8. *n.* 5. Auguſt. Barboſ. *ſup. n.* 1. 2. vbi innumeros laudat, Tuſch. *lit. L. conc.* 418. *n.* 1. *cum aliis.* Vela *differtat. tom.* 1. *differtat.* 20. *n.* 7. Pichard. *in d. §. fin. n.* 16. *Inſt. de locat.* Pet. Barboſ. *ſup. d. §. fin. in princip.* Surd. *deciſ.* 172. *n.* . Caſtill. *de vſufruct. cap.* 73. *num.* 2. Morla *in empor. iur. part.* 1. *tit.* 10. *q.* 2. *n.* 4. Caocer *num.* 31. D. Larrea *allegat. fiſc.* 44. *n.* 1. 2. vbi rationem reddit, nàm ſucceſſor ſingularis nanciſcitur dominium, atque ita ius in re, quare præfertur conductori, qui ſolum perſonali actione munitur, & hæc non ſequitur rei poſſeſſorem; *l. fin. ff. de contr. empt.* quod etiam tradit Morla, *ſup.* P. Molin. *d. diſp.* 490. *n.* 1. Pet. Barboſ. *n.* 3. vbi alios refert. Quod itidem in ſucceſſore ex cauſa lucratiua procedit, vt legatario, & donatario, *l. nihil proponitur* 123. *§. vlt. ff. de legat.* 1. Caroc. *ſup. q.* 9. & 22. Card. Lug. *d. n.* 16.

15 Quæ ſanè reſolutio ampliatur, vt obtineat etiam in ſucceſſore maioratus, qui colonum, cui anteceſſor locauerat, expellere permittitur; Card. Lug. *n.* 19. Molin. *de primogen. lib.* . *c.* 13. *num.* 3. Caroc *ſup rubric. de poſſeſſor. maiorat. q.* 1. *n.* 2. Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. n.* 84. Morla *num.* 16. Guttier. *Canonicar. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 8. Pet. Barboſ. *n.* 4. Greg. Lop. *in l.* 2. *gloſ.* 4. *tit.* 8. *part.* 5. P. Molin. *diſp.* 491. *n.* 2. Padilla *in l. vnum ex familia, §. fin. n.* 12. *ff. de legat.* 2. Amat. *d. reſolut.* 19. *num.* 5. Quid in primo maioratus ſucceſſore, aut ſi hæres exiſtat ſucceſſor vltimo poſſeſſori: vide Morla *a n.* 11. vbi eos teneri reſoluit, diſputatione præmiſſa, & Guttier. *n.* 11.

16 Cuius reſolutionis plures aſſignantur rationes. Prima eſt, quod iſte maioratus ſucceſſor non ſuccedit vltimo poſſeſſori, qui locauit, ſed fundatori; Morla *vbi proximè.* Secunda, quia reſoluto iure dantis, reſoluitur ius accipientis, *l. lex vectigali* 31. *ff. de pignorib.* ius autem maioratus poſſeſſoris eius morte finitur, ac per conſequens conductoris; Molin. & Amat. *vbi proximè.* Tertia, nam poſſeſſor primogenij non obtinet plenum ius, & abſolutum in rebus eius, ſed ad vitam reſtrictum, vltra quam de eis diſponere non valet, Molin. *ibid.* Vnde ſi anticipatè penſiones à conductore acceperit, non nocebit ſucceſſori, qui eas ab hæredibus locatoris repetet, vel à conductore iterum exiget, ſi in locatione permanere voluerit, aut fuerit propter conſenſum præſtitum, vel ex alia cauſa coactus; ſed ſi maluerit colonum ejcere, non obſtabit futurarum penſionum anticipata ſolutio, ad quas ſucceſſor nullo modo obligatur, Amat. poſt alios *vbi proximè.*

17 Simili modo dominus proprietatis non compellitur ſtare colono, cui vſufructuarius ius ſuum locauerat, *l. ſi quis domum* 9. *§.* 1. *ff. locat.* Molin. *num.* 2. Amat. *vbi proximè*, Pat. Molin. *d. n.* 3. Tuſch. *ſup. n.* 32. Pet. Barboſ. *n.* 6. Morl. *d. q.* 2. *n.* 12. Cancer. *num.* 48. Caſtill. *de vſufruct. c.* 33. *n.* 17. Mantia. *d. lib.* 5. *tit.* 11. *n.* 1. Caroc. *rubric. de vſufructuario, q.* 1. *num.* 7. qui duos caſus diſtinguit. Primus eſt, cùm vſufructuarius in locationem dat ius, quod habet, (vt poteſt, *l. arboribus* 13. *§. vſufructuarius, ff. de vſufruct.*) quo mortuo ante finitum locationis tempus, proprietarius expellere colonum non prohibetur; de quo mox laudati DD. loquuntur. Imò etſi anticipatè penſiones vſufructuario fuerint ſolutæ, idem iuris eſt, nec domino proprietatis imputantur, licet in locatione perſeueret, Amat. *ſup. num.* 5. 13. vbi ait, ab hæredibus locatoris eſſe reſtituendas, non tamen tenentur ad intereſſe pro reſiduo temporis, Caroc. *vbi proximè.* Si verò is, qui conduxit, deceſſerit, locatio non expirat, ſed ad hæredes tranſit; *l. ſi ſocrus* 18. *ff. de iur. dot.* facit *l. neceſſariò* 8. *§ vltim. ff. de peric. & comm. rei vendit.* Caroc. *quæſtion.* 9. *num.* 8.

18 Secundus eſt caſus, quando proprietatis dominus locat vſumfructum rei ſuæ, qui ſi rebus humanis exemptus ſit, hæres eius à locatione diſcedere nequit, *l. ſi domina* 10. *C. de vſufruct.* Caroc. *dict. quæſt.* 7. *num.* 21. At, moriente conductore, amplius locatio non perſiſtit, *d. l. ſi domina*, quæ ſecundum Gloſſam, vtrumque videtur probare, facit *d. l. neceſſariò, §. fin.* Caroc. *ſup.*

19 Eadem concluſio ampliatur in fideicommiſſario, ſiue particulari, ſiue vniuerſali, quem nequaquam hæres locatione aſtringit, ſed die fideicommiſſi adueniente, expellere conductorem non prohibetur; Merlin. *de Legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 22. *num.* 12. Molin. *vbi proximè*, Guttier. *d. cap.* 8. *num.* 47. Surd. *de aliment. tit. vlt. quæſt.* 42. *num.* 5. Ant. Gom. *d. c.* 3. *num.* 8. *in fine.* Pat. Molin. *dict. diſp.* 491. *num.* 2. & ita tenendum eſt, quia in hoc militant omnes rationes, quas in maioratus ſucceſſore interuenire diximus *ſup. num.* 16. licèt aliud placuerit Caroc. *d. rubric. de ſucceſſor. quæſt.* 0. Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad dict. l. emptorem, num.* 10. vbi alios refert. quorum fundamentum eſt, quia eſt ſucceſſor neceſſarius, qui ſecundum communem DD. ſententiam ad locationem continuandam obligatur, idem Barboſ. ex pluribus *ibidem, num.* 12. Guttier. *num.* 40. Mareſcot. *n.* 4. Roland. *conſ.* 49. *n.* 6. *lib.* 2. Tuſch *d. conc.* 418 *num.* 54. Gloſ. *in l. diuortio, verb. Tertia portio, ad medium, ff. ſolut. matrimon.* At reſponderi poteſt, eam regulam; *vt neceſſarius ſucceſſ. debeat ſtare locationi*; veram non eſſe, vt apparet ex præmiſſis: ſiquidem in maioratu, & vſufructu, ſucceſſio eſt neceſſaria, & tamen à locatione receditur quo argumento eam opinionem impugnat Pet. Barboſ. *in d. §. fin. a num.* 3. Paul. de Caſt. *ibidem, num.* 3. Penſiones etiam anticipatè ſolutæ fideicommiſſario non obſunt, ne colonum valeat ejcere, cui ſolùm ius aduerſum hæredem, qui locauerat, competit; Amat. poſt alios, *n.* 17.

20 Conſequenter dicendum eſt de feudatario, vel emphyteota, quorum locationem complere non cogitur dominus, ad quem res feudalis, aut emphyteutica deuoluitur, Merlin. *ſup. n.* 11. Tuſch. *num.* 40. Bald. *in l fin. §. Sed quia noſtra, in fine, C. commun. de legat.* Surd *ſup. num.* 2. Amat. *num.* 5. Corbul. *de iur. emphyteutic. tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. amplius.* 37. Caroc. *rub. de iur. emphyteutic. quæſt.* : . Pet. Barboſ. *num.* 11. De quibus ſimiliter dicendum eſt circa penſiones anticipatè ſolutas; Amat. *nu.* 14. 20. Quid è contra? vide *num.* 33.

21 Sed hæc omnia verè ac notabiliter veniunt limitanda, quoties huiuſmodi perſonis ſuccedittur ex earum voluntate; vt renunciatione facta ante tempus, vel caſum, quo ſuccedendum erat de iure, quoniam tunc præfatis ſucceſſoribus colonum ejcere non permittitur, donec venerit dies, qua ſucceſſio ex neceſſitate contingeret; quia hic ceſſant omnes rationes perpenſæ *ſup. num.* 16. nec renuncians præiudicium inferre poteſt conductori, cui nihil imputandum eſt, ſi caſum inopinatum non diuinauit, *l. ſi putator* 31. *ff. ad leg. Aquil. l. ſi fideiuſſor* 29. *§. Si tum debitor, ff. mandat.* vt eſt iuris proprij remiſſio, quæ non præſumitur, *l. cum de indebito* 25. *ff. de probat.* Hanc limitationem latè probat Merlin. *ſup. num.* 14. Surd. *num.* 10. 13. Caroc. *de vſufruct. q.* 5. *num.* 7. 8. vbi limitat in feudo, cuius renunciationem admittere dominus compellitur, *cap.* 1. *§. Rurſus, tit. quib. mod. feud. amittat. in vſib. feudor.* ne alioqui duplici onere grauetur, & admittere inuitum renunciationem, & locationi ſtare: quod prædixerat Bald. *in dict. §. Rurſus.* Sed hæc in vniuerſali ſucceſſore vera ſunt; nam in particulari, ſecus dicendum videtur, cùm donatarius particularis colonum valeat expellere; vt dixi *ſup. num.* 14. *in fin.*

22 Hæc pro ampliatione ad *dict. l. emptorem*, dicta ſufficiant. Nunc de eiuſdem limitationibus agendum erit, & *in primis* limitatur in ſucceſſore ſingulari per ſententiam iudicis, qui à locatione anteceſſoris recedere non valet; Caroc. *ſup. rubric. de creditor. quæſt.* 7. *num.* 5. Amat. *num.* 8. Morla *ſup.* Aug. Barboſ. *num.* 26. Mareſcot. *d. lit. capit.* 18 *num.* . Guttier. *num.* 49. Cancer. *num.* 35. vbi bene declarat, *ſup. ver. Quid iſta.* Ratio, quæ traditur, eſt, nam intelligitur ius rei eius reſeruatum, ne alias res inter alios acta noceret alijs, contra regulam *l. ſæpe* 63. *ff. de re iudicat.* Sed penſiones anticipatè ſolutas admittere non tenetur in computum, Amat. *num.* 8.

23 Secundò, limitatur in eo, qui non ſuccedit in plenum ius, quod locator habebat; vt creditor miſſus in poſſeſſionem ex Saluiano interdicto, qui non conſequitur, niſi ius percipiendi fructus ex re debitoris; *l. in venditione* 8. §. .

ff de

ff. de bon. author. iudic. poſſid. Mareſcot. *num.* 2. Parlador. *rer. quotidianar. lib. 2. cap. vlt. part. 4. §. 5. num.* 13. Aug. Barb. *num.* 25. 27. Caroc. *d. quaeſt.* 5. *num.* 13. Guttier. *num* 48. 50. vbi de vſuario, Merlin. *de pignorib. lib. 4. quaeſt.* 17. *num.* 8. Duenas *reg.* 240. *limit.* 6. Tuſch. *num.* 53. Pet. Barboſ. *n.* 4. Morl. *num.* 9. Cardin. Mantic. *d. tit.* 10. *nu.* 15. Secus eſt in ſuccedente in vtile dominium, vt feudatario, & emphyteuta, qui colonum ejicere non prohibentur, Card. Lug. *d. num* 16.

24 Tertiò, ſi in alienatione dictum ſit, rem eſſe locatam; quoniam cenſetur ſucceſſor cum ea qualitate rem acquirere voluiſſe, Caroc. *num.* 24. Surd. *decif.* 225. *numer.* 6. 17. Cancer. *d. cap.* 14. *num.* 41. Ceuall. *ſup. num.* 44. *cum ſeqq.* vbi teſtatur, ſic ipſum in lite, cui patrocinium ſcribat, obtinuiſſe; Merlin. *vbi proximè, num.* 14. Ioſaph. Ludouic. *decif.* 58. *n.* 16. Gratian. *ſup. c.* 37. *num.* 28. *cum ſeq.* & licet praefati DD. aſſerant ſufficere ad hoc, vt notitiam locationis emptor haberet vndecunque; poſſet dici, contrarium tenendum eſſe, cum Petro Barboſ. *ſup. num.* 31.

25 Quartò, in Commendatarijs Ordinum militarium, quorum ſucceſſores conductoribus anteceſſorum res locatas ante finitum locationis tempus auferre nequeunt, Ioan. And. *in cap. ad deliberandum, de iudic.* Franc. Marc. *decif.* 97. *part.* 2. quos refert, & ſequitur Caroc. *d. rubric. de ſucceſſor. q.* 21.

26 Quintò, in redimente rem locatam ex pacto retrouendendi, qui expellere colonum venditoris prohibetur, Caroc. *d. rubric. de ſucceſ. quaeſt.* 12. *num.* 2. Mareſcot. *à num.* 8. Cardin. Mantic. *num.* 34. Roland. *d. conſ.* 49. *num.* 2. 3. *lib.* 1. Gratia *decif.* 58. *num.* 8. Maſtril. *decif.* 5. *num.* 7. Aug. Barboſ. *num.* 24. Scapuccin. *ſup. limit.* 1. *num.* 1. 2. Tuſch. *dict. conc.* 418. *numer.* 78. Cancer. *num.* 49. Cuius concluſionis ratio eſſe poteſt, vt qui in vno grauatur, ſcilicèt in retrouendendo coactè; in alio releuetur, id eſt, non teneatur ad intereſſe conductori; iniquum enim eſſet, locatorem duplici onere ex alieno facto praegrauari. Aliam rationem tradit Bald. *in l.* 1. *ad finem, C. de iur. fiſc. lib.* 10. nam redimens videtur tacitè conſenſiſſe locationi, quàm prius redimendo potuit impedire. Quod ampliat Caroc. *num.* 3. ad pactum addictionis in diem, & legis commiſſoriae, poſt Guidon. Pap. *decif.* 480. *num.* 5. Aliud tamen iuris eſſe in retractu iure ſanguinis, vel alio ex ſtatuto, vult Merlin. *d. quaeſt.* 22. *num.* 13. *& d. quaeſt.* 171. *num.* 26. Neguſant. *de pignorib. part.* 3. *memb.* 1. *num.* 44. Surd. *d. quaeſt.* 42. *num.* 6. 7. qui duo à Merlino laudantur, *d. num.* 13. Imo idem aduerſus communem in retractu conuentionali, placet Pet. Barboſ. *numer.* 10. *in fine*, cuius ſententia iure defendi poteſt.

27 Sextò, in conductore fiſci, qui à ſucceſſore ſingulari expelli nequit, quod inter fiſcalia priuilegia recenſetur; cum ita receptum ſit, ne fiſcus colono teneatur; *l. vlt. ff. de iur. fiſc.* Guttier. *d. cap.* 8. *num.* 68. Tuſch. *num.* 49. Pet. Barboſ. *num.* 38. Greg. Lop. *in l.* 19. *gloſ.* 5. *tit.* 8. *part.* 5. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 33. Ceuall. *n.* 7. Fachin. *controuerſiar. lib.* 12. *cap.* 21. D. Larrea *allegat. fiſc.* 44. *num* 3. Caroc. *d. rubric. de ſucceſſor. quaeſt.* 14. *n.* 3. Merl. *dict. quaeſt.* 172. *num.* 21. Card. Lug. *num.* 17. *verſ. Quintò excipitur.* Sed an ſucceſſor fiſci praecisè ſtare debeat locationi, vel ſatis ſit, quòd offerat colono intereſſe? quaeri poteſt; & ad ſolutionem intereſſe cogi dumtaxat poſſe, videtur verius; tum quoniam ceſſat ratio priuilegij, tum quoniam regulariter, quoties ſucceſſor ad continuandam locationem aſtringitur, praeſtito intereſſe, liberatur, quod loco facti ſuccedit: Merlin. *vbi proximè*, *n.* 39. 50. Ita docet Pat. Molin. *d. diſp.* 490. *n.* 9.

28 Illud verò valde controuerſum eſt, vtrum Eccleſia praefato gaudeat priuilegio? negat Gregor. Lop. *vbi proximè*, Pet. Barboſ. *num.* 40. 41. quam opinionem in puncto iuris veriorem agnoſcit; quamuis contrariam pietatis intuitu ſequatur Fachin. *d. c.* 21. & haec communiter in fauorem Eccleſiae recepta eſt, cui ſubſcripſere Cardin. Tuſch. *n.* 65. Guttier. *à n.* 66. Ceuall. *d. q.* 756. *n.* 77. *cum ſeqq.* Duenas *reg.* 240. *limit.* 9. Cancer. *n.* 46.

29 De filio ſuccedente in legitimam, diſputat Merlin. *dict. quaeſt.* 12. *per totam*, num compellatur ſtare locationi paternae & reſoluit non teneri; niſi quoad annum currentem, ſi iam fructus nati eſſent, vel conductor impenſas neceſſarias ad culturam feciſſet ſequitur Scapuccin. *ſup. limit.* 4. *d. verſ. Reſ ettu vero le... time.* Sed contrarium ſuſtinet Caroc. *rubric. de filiet... quaeſt.* 4. *& rubric. de ſucceſſor. quaeſt.* 15. Borgnin. *in ... ad ſuas deciſiones primas, verb. Electio, circa medium*, Rodetic. Suar. *in l. quoniam in prioribus, ampliat.* 7. *num.* 11. *C. de inoffic. teſtament.* qui rationem optimam reddit, nam à legitima rejicitur omne grauamen legati, conditionis, aut cuiuſque alterius oneris in vltima diſpoſitione impoſiti; tamen filius etiam quoad legitimam ad debita patris, quae eam afficiunt, obligatur, qualis eſt locatio.

De colono partiario etiam dubium eſt; nam quibuſdam placet, eum à ſucceſſore ſingulari expelli nequire; at veritas eſt, ſolùm pro eo anno currenti ad locationem continuandam ſucceſſorem teneri, Greg. Lop. *vbi proximè.* Caroc. *d. quaeſt.* 25. *num.* 14. *cum ſeqq.* late Guttier. *d. c.* 8. *ex num.* 52. Gratian. *diſceptat. forenſ. c.* 37. *n.* 3. Surd. *decif.* 32. *n.* 12. Pet. Barboſ. tamen contra tenet, *n.* 30. 30

Non paucis alijs limitationibus omiſſis quas DD. *in principio huius capitis* laudati congerunt, animaduertendum erit; quod omnia ſupra tradita ſolent fallere, quoties in contractu fraus interuenit, veluti quando fundus locatus venditur, vt colonus ejiciatur; quo caſu emptor locationi ſtare conſtringitur; vel è contra ſi is, qui cum pacto retrouendendi emerat, rem locaret in plures annos, cum de proximo redimendam fore cognoſceret; tunc redimens conductorem poſſet expellere; Caroc. *d. rubric. de ſucceſſor. poſt q.* 12. *tit. de locatione, in fraud.* Merlin. *d. q.* 172. *n.* 60. *cum ſeqq.* Amat. cum pluribus, *ſup lib.* 2. *reſolut.* 68. *n.* 6. Guttier. *d. c.* 8. *n.* 45. 73. *in fine.* 31

Eſt quoque notandum, quòd licèt in caſu *d. l. emptorem*, permiſſum ſit emptori colonum propria authoritate expellere ſecundùm Gloſſam *ibi, verb. Colono*, quam communiter ſequuntur DD. Caroc. *d. quaeſt* 25. *num.* 5. Tuſch. *n.* 42. Aug. Barboſ. alios referens, *num.* 31. id temperandum eſt, niſi colonus, vel inquilinus de facto reſiſtat; nam tunc ad iudicem recurrendum erit, vt vitetur ſcandalum; Cancer. *d. c.* 14. *n.* 37. Aug. Barboſ. *n.* 32. 32

Ibi: *Niſi habitatio à venditore excepta ſit.*

Quoties in alienatione conuenit, ne colonus, vel inquilinus ejciatur, huic pactioni ſtandum erit. Gregor. Lop. *in d. l.* 19. *gloſ.* 6. *tit.* 8. *part.* 5. Pat. Molin. *d. diſp.* 490. *num.* 4. Surd. *decif.* 264. *num.* 7. Guttier. *n.* 1. Ant. Gom. *d. cap.* 3. *num.* 9. *verſ. Tertio limita*, Tuſch. *d. conc.* 418. *num.* 2. Card. Lug. *num.* 17. 33

Idem iuris eſt, ſi locationem ſucceſſor approbet tacitè, vel expreſſè, quia amplius poenitere non licebit, Gregor. Lop. *ſup. gloſ.* 5. *verſ. Adde alium caſum, vbi emptor.* P. Molin. *num.* 4. Guttier. *à num.* 10. Auguſt. Barboſ. *numer.* 5. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 6. vbi docet, maioratus ſucceſſorem recipientem à conductore anteceſſoris penſionem vnius anni, non videri contractum comprobare quoad reliquos, ad quos locatio facta eſt, Caſtill. *controuerſiar. tom.* 5. *cap.* 161. *num.* 15. *verſ. Maioratus autem*, Rota apud Ludouiſ. *decif.* 90. *num.* 12. Card. Lug. *verſ. Secundo excipitur.* 34

Similiter ſucceſſor maioratus, qui locationi, anteceſſore viuente, conſenſit, nequibit poſt mortem eiuſdem colonum, vel inquilinum ejicere: Padilla *in l. vnum ex familia. § Si de falcidia, num.* 13. *ff. de legat.* 2. Molin. *num.* 5. Gregor. Lop. *in l.* 5. *gloſ. vltim. circa fin. tit.* 8. *part.* 2. Pat. Molin. *diſp.* 491. *num.* 2. Quod generaliter docet Pet. Barb. *nu.* 10. 35

Ibi: *Ex quo patet excepta à venditore.*

Dubia videtur reſolutio Gloſſae *in l. ſi mercedem* 53. *§. vlt. ff. de actionib. empt.* quatenus probat, habitatione inquilinis excepta in venditione, expelli non poſſe gratis habitantes, quibus venditor de euictione tenetur, quoniam per illud pactum ſibi voluit proſpicere. Hoc inquam iuris principijs parùm congruit; imo emptor omnes indiſtinctè, qui penſionē non ſoluerint expellere non prohibetur; nam vt gratis inhabitantes cenſeantur ex- 36

cepti, expreſſim de eis mentio fieri debuit: quod & ſenſit Labeo, qui abſolutè omnes gratis habitatores excludi permittit, nec diſtinguere nos oportet, cum lex abſque diſtinctione loquatur, *l. de pretio* 10. *cum vulgaris ff. de Publician. in rem act.* Quod manifeſtum fiet, ſi veram rationem, qua mouetur Conſultus, exactè inueſtigemus, non enim eſt illa, quam Gloſſa exiſtimat; nempe venditorem duntaxat excepiſſe videri eorum habitationem, quos non expelli ſua intererat propter euictionem; non autem eorum, quibus expulſis, nullum ſibi damnum imminebat; & ita ex defectu voluntatis vendentis ſine mercede habitantes, qui actionem de euictione non habebant, excepti non cenſentur.

37 Hæc itaque ratio ſuſtinenda non eſt, quoniam Labeonis ſententia procedit propter defectum conſenſus emptoris, cui in eo *textu* conſulitur ac fauetur; licèt enim venditor pactus ſit, ne habitatores, inſula vendita, exire cogerentur, emptor ſolùm ſe aſtrinxit ad ſtandum locationi, penſione recepta, & per pactionem illam iuri ſuo expellendi inquilinos omnes ab inſula (vt aliàs poterat, *d. l. emptorem, d. l. 19. partita*) renunciauit; nec diuinare tenebatur aliquos eſſe, qui ex liberalitate venditoris, aliavè cauſa gratuita habitatione fruebantur, cum hoc non præſumatur, *cap. ſuper hoc 5. de renunciatione, l. cum de indebito 25. ff. de probat. l. 6. tit. 14. part. 3.* & frequentiſſimum ſit, vt domus ad habitandum locentur, qua exiſtimatione contractui conſenſit, cui forſan non conſentiret, ſi diceretur palàm habitationem gratis eſſe præſtandam, aut ſaltem vilius ob pactum adeo oneroſum compararet, argumento *l. fundi partem 79. ff. de contrah. emption.* Quæ cum ita ſint, quid ad rem, vt venditor de euictione poſſit conueniri ab habitatoribus necne? qui etſi maximè vellet ſibi conſulere, omnéſque excipere, quibus eiectis, incommodum ſentiret, id niſi apertius in pacto loqueretur, conſequi non valeret, ne emptor decipiatur.

38 Præterea hoc ipſum roboratur ex eo quod pactum, quo habitatores in venditione excipiuntur, ambiguum eſt, cum gratis, & pro penſione poſſit quis alienam domum occupare; quod debet aduerſus eum, qui potuit apertè loqui, interpretari, ideſt venditorem; *l. veteribus 40. ff. de pact. l. ſtipulatio 38. §. In ſtipulationibus, l. quicquid 99. ff. de verbor. obligat.* Menoch. *conſ.* 419. *num.* 18. 19. Cyriac. *controuerſ.* 153. *à num.* 12. vbi pluribus probat, pactionem ambiguam ita eſſe intelligendam, vt minus grauetur, qui ex ea obligatur; ergo pactum illud, *Ne habitatores expellantur*, debet intelligi de eis, qui nummis habitant duntaxat, atque ita concludendum eſt in caſu *d. l. ſi mercedem, § vlt.* emptorem non prohiberi omnes inquilinos expellere, qui penſionem ſibi non ſoluerint; quod verius videtur, & tenet Card. Lup. *numer.* 17. Pat. Molin. *diſp.* 490. *numer.* 7. quamuis magnopere me ratio, & authoritas *Gloſſæ*, *D. Couarruuiæ*, & ſequacium moueat, vt ait Celſus in *l. Labeo 7. §. vlt. ff. de ſupellect. legat.*

Ibi: *Agit autem de euictione donatarius.*

39 Quoties donatio incipit à promiſſione, ſi res donata euicta ſit, competit donatario aduerſum donatorem actio de euictione Gloſ. *fin. in l. ad res donatas 62. ff. de ædilit. edict.* Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 1. num.* 35. Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 3. tit. de donat. reſolut. 2. num. 1.* Boer. *deciſ* 67. *in princip.* Surd. *de aliment. tit. 7. quæſt.* 0. *num.* 25. Cancer. *ſup. part. 3. cap. 4. num.* 20. Fontanella *de pact. nuptialib. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 4. num.* 34. Grattan. *diſceptation. c.* 657. *num.* 47. Tuſch. *lit. E, conc.* 63. etſi aliqui diſſentiant, quos refert Trentacinq. *ſup. verſ. Secunda opinio.* Sed prior, quæ tenenda eſt, ſuas patitur limitationes, de quibus per Hermoſilla *in l. 32. gloſ. 1. à num. 67. tit. 5. part. 5.* Sed præcipuam concluſionem egregiè declarat P. Molin. *tract. 2. diſp.* 252. *num.* 6. vt minimè procedat, quando promittitur res certa in ſpecie, vt talis fundus, vel ſeruus Stichus; nam etſi donatio à traditione non incipiat, ſed à promiſſione, adhuc donator de euictione non tenebitur, niſi appareat, eam fuiſſe voluntatem eiuſdem, vt vellet aliam rem ſimilem, aut eius valorem præſtare, ſi tradita euinceretur; forſitan enim ſi ſciuiſſet rem alienam eſſe, non donaſſet, vt de legato differens inquit Iuſtinianus *in §. Non ſolum, Inſt. de legat.* At ſi donetur aliquid in genere, donator non ſatisfacit tradendo rem alienam, quando donatio incipit à promiſſione, quare de euictione tenetur. Quæ ſanè diſtinctio vera eſt, & notatu digniſſima.

Cum verò donatio originem habet à traditione, ſi res euincatur, nullum donatario ſupereſt auxilium, Gloſſa *nuper allegata*, P. Molin. Anton. Gom. Boer. *vbi proximè*, Trentacinq. *num.* 6. Card. Pereira *de emption. c.* 52. *num.* 41. Cancer. *num.* 9. Fontanell. *num.* 36. Hermoſ. *num.* 71. vbi limitat, Menoch. *conſ.* 422. *num.* 112. quæ debent limitari in remuneratoria donatione, Menoch. *vbi ſup num.* 219. Runnald. *Run. in §. 1. num.* 169. *Inſt. de donat.* 40

Ad Num. 2.

Singularis ſucceſſor expellere non valet colonum, vel inquilinum, qui ad longum tempus, ideſt, ad decennium ſaltem ab anteceſſore conduxerat, quoniam ius in re acquirit; Scapuccin. *ſup. d. reg. 1. ampliat.* 9. Tiraquell. *de retract. lignag. §. 3. gloſ. 14. num.* 82. Pet. Barboſ. *in d. § fin. nu.* 37. *in fine*, Card. Pereir. *de extinction. emphyteoſ. cap. 1. num.* 24. Caroc. *d. rubric. de ſucceſſor. q.* 11. Anton. Gom. *d. cap. 3. nu.* 9. Dueñas *reg. 240. limit.* 2. Merlin. *de pignorib. lib. 4. quæſt.* 172. *num.* 57. Padill. *in l. voluntas, num.* 19 *C. de fideicommiſ.* Gutier. *d. cap. 8. à num.* 21. Gratian. *deciſ.* 99. *num.* 2. P. Molin. *diſp.* 490 *num.* 2. D. Larrea *allegat. fiſc.* 44. *num.* 6. Tuſch. *di* 7. *conc.* 418. *num.* 17. Cancer. *nu.* 40. Gregor Lop. *in l.* 19. *gl.* 7. *tit. 8. part.* 5. Qui tamen ſentit, de iure Regio propter prædictam legem, quæ ſolum meminit locationis ad vitam, poſſe colonum expelli, quamuis ad decennium, vel longius tempus conduxiſſet; quem ſequuti ſunt Villalob. *in antinom. iur. lit. E, num.* 2. & in *ærario commun. opinion. lit. E, n.* 57. Olan. *in concordant. lit. E, num.* 5. 6. Ioſeph. Gonçal. *variar. quæſtion. cap. 19. num.* 35. 55. nec diſſentit P. Molin. *vbi proximè*, ſed hos impugnat Gutier. *num.* 25. *verſ. Nihilominus*, vbi probat adhuc de iure Regio ſucceſſorem ſingularem ſtare debere locationi factæ ad longum tempus, quia præfata lex *Partita* hunc caſum omiſit, atque ita ſecundum iuris communis regulas eſt decidendus: argument. *leg. commodiſſimè* 10. *ff. de liber. & poſthum.* 41

Ad Num. 3.

Qui conduxit ab anteceſſore cum hypotheca ſpeciali, vel generali, ad obſeruationem contractus, expelli à particulari ſucceſſore non permittitur, Maſcard. *lib. 2. variar. cap. 8. à num.* 12. Ant. Gom. *cap.* 3 *num.* 9. *verſ Ex quo infe tur*, Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib* 11. *tit.* 2. *n.* 15. Gregor. Lop. *ſup. gloſ.* 5. *verſ. Adde alium caſum, vbi in contrarium.* Fachin. *controuerſiar. lib.* 2 *c.* 88. Tuſch. *lit. L, conc.* 418. *num.* 16. P. Molin. *num.* 0. Pet. Barboſ. *num.* 31. Cancer. *d. c.* 14. *de location. n.* 41. Merlin. latiſſimè *d. q.* 172. *per tot.* Theſaur. *deciſ.* 13. Gratian. *diſceptat. c.* 47. *num.* 23. Gutier. *dict. cap.* 8. *nu.* 29. *cum ſeqq.* Ceuall. *quæſt.* 756. *à n.* 5. Surd. *deciſ.* 40. *n.* 52. Caroc. *vbi proximè*, *q.* 25. *num.* 25. Molla *ſup. dict. q.* 2. *num.* Vela *diſſertation* 20. *num.* 8. Scapuccin. *limit.* 15. *n.* 13. Rota *deciſ.* 399. *num. 2. part. 4. diuerſor.* Cardin. Lug. *d. n.* 17. *verſ. Quarto ſi res.* 42

Eſt tamen controuerſia circa generalem bonorum hypothecam, vtrum ſufficiat, ne colonus eijciatur? & verior, ac communior eſt affirmatiua ſententia, quam quamplurimis laudatis probat Merlin *nu.* 12. 13. Vela, Gregor. Lop. Ant. Gom. *vbi proximè*, Maſcard. *num.* 14. Ceuall. *num.* 30. Caroc. *d. n.* 25. *verſ. Ampliatur*, Oſaſch. *Pedemont. deciſ* 156. *à num.* 3. Dueñas *reg. 240. limit.* 7. Pet. Barboſ. *ſup.* Menoch. *conſ.* 63. *n.* 17. 18. Pacific. *de Saluian. inſpect. 4. c. 1. n.* 8. Valaſc. *conſult.* 76. *num.* 16. Mantic. *ſup. tit.* 10. *n.* 14. Ceuall. *d. n.* 15. Tuſch. *vbi ſup* Philip. Paſcal. *de virib. patr. poteſtat. part. 4. cap. 6. num.* 15. Pat. Molin. Cardin. Lug. *ſup.* Ratio eſt, quoniam per generalem hypothecam nedum alia bona, ſed etiam res ipſa locata obligatur; Neguſant. *de pignorib. part.* 2. *memb.* 2. *n.* 33. Merlin. *n.* 13. quod cum ſit onus reale, ſequitur poſſeſſorem quemcunque, & ſic ſingularem ſucceſſorē, Gregor. Lop. Menoch. Ant. Gom. Barboſ. & alij *ſup.* Gutierrez *dict. cap. 8. numer.* 15. Sed contra præmiſſam concluſionem 43

tenentes

tenentes refert Merlin. *num.* 10. Dueñas *vbi proximè*, qui opinantur ſolam generalem hypothecam ad hunc effectum non eſſe ſatis.

44 Vt autem præfatæ reſolutioni locus ſit, neceſſariò deſideratur, quòd fiat publicum inſtrumentum, in quo locator ſpecialiter rem, aut generaliter omnia bona ſua obliget, vt notant Caroc. *d. n.* 25. Ceual. *n.* 32. Valaſc. *vbi proximè*, Guttier. *n.* 20. Gama *deciſ.* 245. *n.* 1.

45 Ampliatur tradita concluſio, quamuis generalia bonorum hypotheca fuerit errore, vel obliuione omiſſa, ſi conſtet de conſuetudine, & ſtylo communiter adijci in inſtrumentis locationis, nam pro appoſita habebitur; Merlin. *n.* 17. Caroc. *d. q.* 25. *n.* 30. Olaſch. *deciſ.* 156. *nu.* 4. Boer. *deciſ.* 181. *à n.* 32. Cancer. *n.* 32.

46 Præterea, ſi ſtatuto caueretur, vt, re locata vendita, teneatur conductor eam liberam dimittere, adhuc cùm hypothecam habeat, iure retentionis non cenſebitur priuatus; quia ſtatutum operatur, quòd exequutio aduerſus conductorem competat, cùm de iure communi ſecùs ſit; Merlin. *num.* 16. Ioſeph. Ludouic. *Lucenſ. deciſ.* 38. *n.* 25. 28. Caroc. *num.* 26. *verſ. Adde Borginum, in fine.* Alias ampliationes recenſet Merlinus *à num.* 14. *ad* 23.

47 Limitatur tamen principalis concluſio. Primùm, quando conductor hypothecarius rem dimiſit ſponte emptori, nam nec habebit regreſſum ad eam, nec locatorem poterit pro intereſſe conuenire, Merlin. cum alijs, *num.* 24. Pet. Barboſ. *num.* 32. *ad finem*, Caroc. *num.* 41. Secundùm, ſi ſuccedatur ex cauſa neceſſaria per extinctionem iuris locatoris, vt in maioratu, feudo reuerſo ad dominum, & ſimilibus; quia non obſtante hypotheca etiam ſpeciali, ſucceſſor expellere conductorem poterit; Merlin. *num.* 25. Mantic. *dict. tit.* 10. *num.* 27. Olaſch. *ſupra num.* 9. Tertiùm, expellitur conductor, offerente ſingulari ſucceſſore totum intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis; Merlin. *nu.* 39. de quo ſtatim. Verùm quando intereſſe non eſt liquidum, nec poteſt de proximo liquidari, conductor compellitur, accepta idonea cautione, rem dimittere, Mercurial. Merlin. *num.* 34. *cum ſeqq.* Caroc. *n.* 44. 45. Quartùm, ſi in fraudem creditorum locatio cùm hypotheca contrahatur, quo caſu illi expellere conductorem non prohibentur, Merlin. *num.* 60. 61. Surd. *deciſ.* 172. *num.* 9. Giurba *deciſ.* 58. *num.* 6. & ſufficit fraus præſumpta, Merlin. *num.* 62. Pet. Barboſ. *in ſimilis num.* 14. *verſ. Illud certum eſt.*

Verſ. *Primùm, hypothecam.*

48 Hypotheca generalis, ſiue ſpecialis, contractui locationis adiecta operatur, vt liceat conductori rem conductam retinere, donec ſibi totum intereſſe perſoluatur; Gregor. Lop. *ſup.* Merlin. *num.* 28. Guttier. *in l. nemo poteſt*, *num.* 44. *ff. de legat.* 1. *& d. c.* 8. *num.* 16. Caroc. *num.* 28. 29. Ant. Gom. *vbi proximè, verſ. Ex quo infertur*, Valaſc. *num.* 3. Dueñas *d. limit.* 7. Menoch *de retinend. poſſeſſ. remed.* 4. *num.* 38. Scapuccin. *limit.* 15. *num.* 11. *verſ. Illud ſolummodò*, Pet. Barboſ. *n.* 31. Pat. Molin. *d. diſp.* 490. *num.* 6. Caroc. *num.* 28. Tuſch. *n.* 18. Cui concluſioni limitationes, & ampliationes proximè traditæ conueniunt.

Verſ. *Secundùm, hinc deducitur.*

49 Emptor, aliúſve ſingularis ſucceſſor, poteſt expellere colonum, non obſtante generali, vel ſpeciali hypotheca, ſi ei totum intereſſe obtulerit, Merlin *num.* 39. Pacific. *ſup.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ.* 38. *num.* 6. Guttier. *in dict. l. nemo poteſt*, *num.* 44. Caroc. *num.* 33. Scapuccin. *num.* 4. Gregor. Lop. Dueñas, Pet. Barboſ. *vbi proximè*, Gratian. *deciſ.* 99. *num.* 4. Ratio eſt, quia colonus ex hypotheca, etiam ſpeciali, impedire non valet, ne dominium per alienationem in ſucceſſorem transferatur, ſed duntaxat habet actionem ad intereſſe, quo ſoluto, rem ſuo domino dimittere compellitur: quam & alias rationes refert Merlin. *ſup. verſ. Ratio eſt, cum ſeq.*

50 Contrarium verò, & ſic quod conductor hypothecarius expelli nequeat, quamuis intereſſe offeratur, ſuſtinent Bald. *in l. ſi merces* § *Vis maior ff. locat.* Ceuall. *num.* 38. Pat. Molin. *numer.* 7. Menoch. *conſ.* 1073. *numer.* 1. vbi magis communem dixit, Cæphal. *conſ.* 552. *nu.* 16. *volum.* 4. Olaſch. *d. deciſ.* 156. *num.* 6. & ita Rotam decidiſſe, teſtatur Merlin. *num.* 40. Card. Lug. *num.* 17. *verſ. Quartò ſi res.* Quæ ſententia ſolidiſſimo argumento comprobatur, nam conductor ius in re habet per hypothecam pro adimplemento contractus; de natura autem eius eſt, vt conductor poſſit intra tempora præſcripta re locata frui ad vſum deſtinatum, quod non euitabitur, licèt intereſſe offeratur; vt rectè aduertit Pat. Molin. *num.* 8. Vnde ius iſtud in re ipſa radicatum nullo modo poteſt per alienationem ſubſequutam auferri; atque ita quamuis ſucceſſor offerat intereſſe, haud plene ſatisfacit obligationi, cui res aſtricta eſt, quare nec liberari ſic poterit.

Hinc reſpondetur ad fundamentum contrariæ opinionis, quia verum non eſt, conductori ſolùm actionem ad intereſſe competere, cum ius ad compellendum, vt locationi præcisè ſtetur, obtineat, maximè per exceptionem; quo caſu locus non eſt vulgari axiomati, quod intereſſe ſuccedit obligationi ad factum, vt ex alijs docet Merlin. *num.* 40. *verſ. Ratione probatur*, Card. Lug. *ſup.* Imò Pat. Molin. optimè aſſeuerat, quod quando factum pro quo res eſt obligata, poteſt impleri, non liberatur per obligationē intereſſe. Nec obſunt *l. Paulus* 12. § 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluit.* & ſimiles; quibus reſpondetur, in illis ideò pignus liberari, quoniam creditori ſoluitur id totum, quod ſibi debetur; at in caſu noſtro non præſtatur patientia ad fruendum, quæ debetur, ſed intereſſe, & ſic hypotheca non ſoluitur, cùm aliud pro alio, inuito creditore, ſolui non poſſit, *l.* 2. § *Mutui datio, ff. de reb. credit.* P. Molin. *d. num* 8.

Ex quibus concludendum eſt, quod etſi prior ſententia ſequacium numero potior ſit, hæc magis iuris principijs accedit, quæ ex mente Patris Molin. & aliorum eſt ampliãda, licèt colonus in poſſeſſione non ſit; nec intererit, an hypotheca generalis, vel ſpecialis fuerit, Cardin. Lug. *ibid.* Ceu. *ſup.* & alij, qui indiſtinctè loquuntur.

Ibi: *Quod admitti poterit forſan.*

Circa locationem iureiurando roborata tria quæri 51 ſolent. *Primum*, vtrum ſi locator iuramento contractum confirmet, eius ſingularis ſucceſſor permittatur expellere conductorem, quando nulla interceſſit hypotheca; Negatiuam ſententiam probant, Canc. *n.* 44. vbi ſic in Senatu Cathaloniæ decretum fuiſſe aſſeuerat, Merlin. *ſup. n.* 15. Menoch. *conſ.* 1075. *num.* 2. Surd. *deciſ.* 225. *numer.* 10. Gratian. *diſceptat. cap.* 37. *num.* 13. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.* 74. *n.* 54. Pacific. *d. Inſpect.* 4. *c.* 1. *n.* 9. Ratio eſt, quia iuramentum cùm obliget præcisè ad factum, impedit, vt alienatio in præiudicium conductoris ſubſiſtat; atque ita ſentiunt multi, ita aſtrictum eſſe ſucceſſorem ad ſtandum locationi, vt nec præſtando intereſſe, colonum eijcere poſſit, de quo ſtatim.

Sed contrariam opinionem, & ſic quod non obſtante 52 iuramento poſſit colonus per ſingularem ſucceſſorem expelli, pro viribus defendit, pro vtraque parte Authoribus laudatis, Guttier. *d. c.* 8. *ex num.* 32. quod verius eſt, nam iuramentum licet obliget præcisè ad factum iurantem, non efficit, quod impediatur alienatio in Tertij præiudicium, aut dominij translatio, vt cùm iuxta diſpoſitionem *l. quoties* 15. *C. de rei vendicat.* duobus eadem res diuerſis temporibus venditur in ſolidum, nam præfertur emptor ſecundus cui traditio facta eſt, quamuis prima venditio fuerit iureiurando vallata, vt probabitur *inf. c.* 19. *nu.* 56. quo argumento vtitur Guttier.

Secundum quod quæritur, ſi cum hypotheca iuramen- 53 tum concurrat locatoris, num conductor expelli iure poſſit? & negatiuè reſoluendum eſt cum Merlin *ſup. num.* 14. Muleſcot. *num.* 13. Seraphin. *priuileg.* 158. *num.* 2. Cancer. *d. capit.* 4. *num.* 19. Scapuc. *dict. limit.* 15. *numer.* 11. Ioſeph. Lodouic. *deciſ.* 38. *num.* 8. 16. Tuſch *dict. conc.* 418. *num.* 14. Fachin. *controuerſiar. lib.* 2. *cap.* 88. & ſentiunt proximè laudati.

Tertium dubium (de quo *in præſenti* D. Couar.) eſt, an 54 ſuppoſito quod ſingularis ſucceſſor in ſpecie proxima teneatur ſtare locationi, poſſit offerendo intereſſe conductorem

ctorem expellere, vel præciſè cogatur patientiam præſtare, vt ille re locata fruatur vſque ad tempus conuentione præſcriptum? Et quod præciſè ſucceſſor teneatur, ducent magis communiter DD. vt Caroc. *dict. quæſt.* 25. *num.* 33. Roland. *conſ.* 6. *num.* 39. *cum ſeq.* Guttier. *in l. nemo poteſt, num.* 45. *ff. de legat.* 1. Ioſeph. Ludouic. *vbi proximè*, Natta *conſ.* 426. *lib.* 2. Becc. *d. num.* 10. Gratian. *ſup. num.* 21. 22. Surd. *d. deciſ.* 225. *num.* 4. §. 11. Seraphin. *dict. priuileg.* 74. *num.* 34. Mancin. *de iuramen. part.* 4. *effect.* 151. Fachin. *dict. cap.* 88. Quibus iungendi ſunt relati *ſup. num.* 56. aſſerentes, hypothecarium colonum expelli, etiam oblato intereſſe, non poſſe; quod probauimus.

55 Sed contrarium: ſcilicet ſolutione intereſſe conductorem excludere licere, ſuſtinet Viuī. *commun. opinion.* 127. *n.* 10. *verſ. Tamen pace*, Addit. *ad Gregor. XV. deciſ.* 8. *num.* 11. Gabr. *conſ.* 66. *num.* 12. *lib.* 1. Bardel. *conſ.* 1. *n.* 51. *lib.* 1. Guttier. ſibi contrarius *d. cap.* 8. *à n.* 32. à quibus non recedit Merlin. *num.* 44. vbi & alios refert. Sed à priore ſententia, vt magis communi, ac vera recedendum non eſt, non tam ratione iuriſiurandi, quam propter hypothecam, quæ vt *ſup.* diximus, *num.* 50. præciſè obligat ſucceſſorem ſingularem ad factum.

Verſ. *Vltimò, eſt ad hoc conſiderandum.*

56 Hypotheca ſpecialis rei locatæ cum pacto expreſſo de non alienando impedit dominij tranſlationem, vt etiam ſucceſſor ſingularis præciſè ad locationis implementum teneatur, nec intereſſe offerendo eijcere valeat conductorem: Merlin. *n.* 47. Ioſeph. Ludouic. *ſup. num.* 31. Caroc. *n.* 36. Guttier. *d. cap.* 8. *à num.* 29. *& in d. l. nemo poteſt*, *num.* 43. Vela *dict. diſſertat.* 10. *num* 13. Neguſant. *ſup part.* 2 *memb.* 5. *num.* 9. *in fine*, Antón. Gom. *dict. cap.* 3. *num.* 9. *verſ. Quartò, limita.* Tuſch. *num.* 8. Gratian. *deciſ.* 97. *num.* 4. 6. Rodric. Soar. *in l. poſt rem iudicatam, n.* 6. *ff. de re iudicat.* Greg. Lop. *in dict. l.* 19. *gloſ.* 5. *ad fin.* Roland. *ſup. num.* 11. Surd. *conſ.* 331. *n.* 21. Pet. Barboſ. *in d. §. fin. n.* 32. *in fine*, Cardin. Lug. *ſup. n.* 17. *verſ. Tertiò, ſi conductor.* Ratio eſt, nam etſi quoad venditorem contractus ſubſiſtat, quoad colonum, vel inquilinum nullum ius in re acquirit, vt expellere poſſit illum, Merlin. *n.* 28.

57 Quæ concluſio aduerſum *D. Couar.* communiter ampliatur, vt procedat licèt hypotheca ſit generalis, quoniam *l. ſi creditor* 7. *§. fin. ff. de diſtract. pignor.* in qua præmiſſa reſolutio fundatur, loquitur indiſtinctè de hypotheca, atque ita vtramque complectitur, ex regula *l. non diſtinguemus* 37. *ff. de recept. arbitr.* & regulariter nullũ eſt inter ſpecialem, & generalem diſcrimen, *l. ſi generaliter* 6. *C. qui potior.* Nec generalis diſpoſitio reſtringenda eſt, *l. in fraudem* 16. *§. fin. ff. de teſtament. milit. l.* 1. *§. Et generaliter, ff. de legat. præſtand.* ex quibus ita docent Greg. Lop. *dict. gloſ.* 5. *in fine*, Tuſch. *in.* 10. Ceuall. *d. q.* 657. *à n.* 31. Grat. *conſ.* 95. *n.* 12. Scapuccin. *ſup. limit.* 14. *n.* 7. Vela *n.* 13. Dueñas *d. reg.* 240. *limit.* 7. Roderic. Suar. *ſup. num.* 11. Becc. *conſ.* 80. *a n.* 5. *lib.* 1. Quibus conſentiunt plores, quos refert Ceuall. *q.* 673. Ant. Gab. *commun lib.* 3. *tit. de pignorib. conc.* 1. tenentes generalem hypothecam cum pacto de non alienando dominij tranſlationem impedire.

58 Sed generalem hypothecam cum pacto de non alienando locationi adhibitam non efficere, ne dominium per alienationem transferatur, ſed neceſſariò ſpecialem requiri cum *D Couar*, ſentiunt P. Molin. *diſp.* 491. *n.* 5. Pet. Barboſ. *n.* 34. Merlin. *n.* 30. Guttier. *dict. cap.* 8. *num.* 30. Caldas *de renouat. emphyteoſ. cap.* 12. *n.* 16. *cum ſeqq.* Aluar. Valaſc. *conſult.* 76. *num* 7. & alij relati *ſup. num.* 56. qui affirmant ſpecialem opus eſſe, quamuis generalem expreſſim non excludant.

59 Pactum verò de non alienando abſque hypotheca, etiamſi roboretur iuramento, nec dominij tranſlationem, nec quod conductor expellatur, impedimento erit; quia rem non afficit, ſed perſonam duntaxat paciſcentis, atque iurantis; vt colligitur ex Guttier. *ſup. n.* 33. Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. n.* 13. *cum ſeqq.*

Ibi: *Horum ſanè deciſio.*

Sequitur Guttier. *ſup. n.* 30.

Ad Num. 4.

Notiſſimum iuris principium eſt, conductorem prædij 60 vrbani, vel ruſtici, expellere non licere intra tempus locationi præſcriptum, *l.* 6. *tit.* 8. *p.* 5. *l. ade* 3. *C. de locat.* Sunt tamen quatuor caſus in quibus inquilinus à locatore eijci permittitur. *Primus* eſt, ſi penſionem debito tempore non præſtiterit. *Secundus*, cum domus neceſſaria indiget refectione. *Tertius*, quando conductor domo abutitur. *Quartus*, de quo *in præſenti* D. Couar. ſi dominus, qui locauit, proprijs vſibus eadem indiguerit; quæ omnia habentur expreſſim in *præallegatis iuribus*, & *in cap. propter* 3. *§. vlt. de locat.* & notantur per Gregor. Lop. *in d. l. partita*, Caroc. *de locat. rubric. de recuſationib.* Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 6. Alexand. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de locat. reſolut.* 4. Cancer. *d. cap.* 14. *n.* 6. P. Molin. *ſup. diſp.* 499. *num.* 1. Card. Lug. *ſup num.* 12. *cum ſeqq* & alios, quos congerit Barboſ. Iunior. *in collectan. ad d. l. ade, n.* 2. & 3. Quid de exactione penſionum his caſibus? vide Card. Lug. *n.* 5.

Quoties dominus, qui ædem locauerit, eadem proprijs 61 vſibus egeat, non prohibetur ante tempus locationis lapſum eijcere inquilinos, Greg. Lop. *ſup. gloſ.* 2. Caroc. *q.* 2. *num* 6. *verſ. Et hæc eſt verior*, Ant. Gom. *vbi proximè*, Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *q.* 171. *numer.* 1. Caſtill. *controuerſiar. lib.* 4. *c.* 38. *n.* 12. Trentacinq. *ſup. n.* 2. Olea *de ceſſion iur. tit.* 3. *q.* 2. *n.* 24 Gratian. *diſceptat. c.* 149. *n.* 16. P. Molin. *n.* 6. Card. Tuſch. *lit. L. conc.* 417. Cancer. *d. c.* 14. *num.* 8. Ant. Fab. *in ſuo C. tit. de locat. definit.* 2. Pet. Barboſ. *in d. l. ſi filiofam. §. vlt. n.* 35. *ff ſolut. matrimon.* Moxx. *de contractib. tit. de locat. § Quomodò finiatur, n.* 10. Morl. *in empor. iur. part.* 1. *tit.* 10. *in prælud. n.* 24. Card. Lug. *n* 13.

Quando cenſeatur dominus proprijs vſibus æde locata 62 indigere iura non aperiunt excepta præfata lege Hiſpana, quæ duos caſus exprimit. *Primus* eſt, cum filius, vel filia locatoris nuptijs copulatur, cui pater domum à ſua ſeparatam conſtituit. *Secundus*, ſi filius militiæ nomen dederit. Ex quo colligitur, quondam Hiſpanis moris fuiſſe, filios milites à familia, & habitatione paterna ſegregare, vt notauit Greg. Lop *ſup. gloſ.* 5. P. Molin. *vbi proximè*, quod idem Greg. ampliat, ſi filius fieret Iudex, Aduocatus, vel Doctor, quorum munerum exercendorum gratia opus foret à patris habitatione diſcedere, argumento *l. Aduocati* 4. *C. de Aduocat. diuerſor. iudicior.* ſequitur Pichard. *in §. Actionum, q.* 17. *n.* 19. *Inſt. de actionib.* Aluar. Valaſc. *de iur. emphyteutic q.* 22. *num.* 3. Cancer. *n.* 11. Quanquam huiuſmodi extenſio P. Molin. diſpliceat, qui recte notat, rationem *dict. legis Partit.* eſſe quoniam ad patrem ſpectat filio primùm ſua familia exeunti habitationem parare; atque ita verum eſt, domum ad proprium vſum auferri. Vnde infert, quod etſi filius extra familiam degens, aliundè neceſſitate habitationis premeretur, non poſſet pater locator inquilinum expellere, quia non proprio indiget vſui: nam cum *l. ade* 3. *C. de locat.* qua hoc introductum eſt, exorbitans ſit à iure, & odioſa reſpectu conductoris, vt idem Pat. Molin. probat, reſtringi debet, ne aliud, quam verba ſonant, complectatur; & cum neceſſitatem propriam locatoris domini expoſcat, filij indigentia non ſufficiet. Quod de rigore iuris ita eſt. Sed contrarium ſentiunt Anton. Gom. Trentacinq. *vbi proximè*, & alij apud Aug. Barboſ. *in collectan. ad dict. l. ade, num.* 16. exiſtimantes, poſſe inquilinum expelli, ſi filij, parentes, vel fratres locatoris domo locata ad habitandum indigeant, quod etſi communiter doceatur, minus iuri conſonum videtur.

Vltra hos caſus expreſſos plures alios referunt DD. in quibus locus dictæ conſtitutioni eſt propter ſuperuenientem domino neceſſitatem, vt videre eſt apud Pat. Molin. Trentacinq. *ſup.* Aug. Barboſ. *num.* 15. & alios nuper laudatos.

Eſt neceſſariò animaduertendum, quòd, vt inquilinus 63 eijciatur, debet eſſe neceſſitas domini inopinata, quæ nec aderat, nec præuideri potuit tempore contractus; nam ſi locatio fiat inſtante, vel imminente indigentia, etſi eadem perſeueret, aut ſuperueniat, inquilinus ſecurus erit, *d. c. propter ſterilitatem, §. vlt.* Greg. Lop. *gloſ.* 2. Ant. Fab. *ſup. definit.* 51. P. Molin. *d. n.* 6. Caroc. *n.* 719. Aug. Barboſ. *n.* 15. Anton.

Gom.

Gom.& Cancer. *vbi proximè*, Mocl. *num*.25. Trentacinq. *num*.4. Card.Lug. *d.num*. 13. At tamen quando locationis tempora aliqua erat neceſſitas, quæ deinceps præter ſpem plurimùm augeſcit, auxilium domino concedendum eſt, vt domum propriam recipiat: P.Molin. *numer*. 9. Valaſc. *d.quæſt*.22.*num*.9. Quæ plane deducuntur ex ratione, quam tradunt præallegati Interpretes ad *d. l.ade*, cum *ſimilibus*, nempè quia caſus propriæ neceſſitatis tacitè cenſetur exceptus in locatione, nec dominus contracturi conſentiret, ſi de indigentia ſuperventura cogitaret; quæ præſumptio ceſſat in eo, qui ea vrgente, vel imminente locat.

64 Nec quælibet neceſſitas ius expellendi inquilinum tribuit, ſed vrgens: Caroc.*n*.8. Magon. *Lucenſ.decif*.74.*nu*.8. vera, & non affectata, ac permanens. Ex quo eſt, vt ſi dominus eijciat inquilinum, in propriam domum ſe conferens ex cauſa, quæ legitima videatur; ac poſtea intra breue tempus eandem alteri locet, tenebitur primo conductori eiecto ad intereſſe, niſi eundem in domo ablata reponat, Cancer. *n*.10. Olea *ſup.n*.26. Natta *conſ*.25.*vol*.1. Caroc. *d. q*.2. *àn*.31.

65 Quæri ſolet, an quemadmodum locator ex cauſa prædicta inquilinum eijcere poteſt: ita è contra inquilinus relinquere domum ante finitam locationem, ſi aliquid ſimile ſibi contingat, permittatur? Affirmat Caroc. *ſup. quæſt*.4. *num*.2.3. Gratian. *diſceptat. c*. 534. Negat Didac. Britt *in d.cap.propter ſterilitatem*,§.*vlt.num*.8. Aug. Barboſ. *ſup. num*.17. D.Couar. *practicar. cap*.30 *num*. 3. *verſ. his exceptis*, vbi alios refert, & ita eſt tenendum, quia in correlatiuis æqualitas non ſeruatur, cùm in aliquo diuerſitatis ratio reperitur, nec enim eadem æquitas in conductore eſt, ac in locatore, cui propter dominium ius vtendi re ſua conceſſum eſt aduerſus legem contractus.

66 Aliud erit dicendum, quando ob caſum fortuitum, & inopinatum habitatio impeditur, vt ſi peſtis, vel bellum, aut inundatio ſuperueniat, nec non ſi tetris imaginibus, vel vmbris habitatores vexentur, & terreantur, quibus ac ſimilibus cauſis inquilinus domum relinquere ante tempus locationis non prohibetur, nulla pro futuris annis penſione ſoluta; Valaſc. *ſup. num*.6.7. Moz. *de contract. tract.de locat.tit.de accidental. locationis,nu*.5. 6. D.Couar. *vbi proximè*, Pat.Molin. *diſp*.493.*n*.1. Ant.Gom. *d.c*.3.*nu*.3. Canc. *n*.30.

67 Deciſio autem *d.l.ade*, minimè procedit in prædijs ruſticis, quia cum in vrbanis loquatur, ampliationem propter exorbitantiam non admittit, vt nuper dicebamus; Caroc. *d.quæſt* a *num*.35. P.Molin. *diſp*.499.*nu*.10. Merlin. *ſup.num*.17. Ant.Gom. *d.num*. 6. *in fine*, Coſta *de portion. rat.q*.87.*n*.5. Cancer.*n*.9. Auguſt. Barboſ. *n*.20. Card.Lug. *d.num*. 13.

68 Quæ quidem lex plures ſuſtinet limitationes, de quibus Caroc. *d.quæſt*.2.*à num*. 7. Aug. Barboſ. *n*.19. *cum ſeqq*. inter quas illa eſt notatu digna, quod ſi locator propria culpa in neceſſitatem habitationis incidat, non eſt audiendus volens inquilinum eijcere, Caroc.*num*.39. Oſaſch. *deciſ*.166.*n*.9.

69 Item non habet locum in eo, qui ædem ſibi locatam alij in locationem dat, nam etſi huic ſecundo locanti neceſſitas ſuperueniat, inquilinum expellere nequibit, cum dominus non ſit; Brit. *ſup. num*. 8. At dominus, qui primum locauit, etiam ſubrogatum conductorem expelleret ex legitima cauſa, quia primus conductor eius conditionem deteriorare non potuit, atque ſic *d. l.ade*, ampliatur.

70 Reſtringitur præterea in conductore ad longum tempus, vt puta, ad decennium, qui expelli non poterit, Caroc. *n*.40. Valaſc.*n*.5. Boer. *deciſ*.234. *n*. 3. Cabed. *Luſitan. deciſ*. 92.*n*.3.*part*.1. Angel.*conſ*.2.

71 Limitatur tandem, ſi ſcholaſticus domum locatam habitet, ob cuius priuilegium ceſſat diſpoſitio *d.l.ade*, vt opinantur Caroc.*num*.36. Molin *in expor. iur.part*.1. *tit*.10. *in prælud.num*.25.26. Rebuf. *de priuileg.ſcholar. priuileg*.8. Ceuall. *quæſt*.756.*à num*.40. vbi etiam de miniſtris Sancti Officij, & alijs priuilegiatis circa habitationem, Trentacinq. *num*.7. & alij apud Auguſt.Barboſ. *vbi proximè*. Sed ab his merito recedit Pat.Molin. *d.diſp*.499.*num*.9. Pet. Barboſ. *in l*.1.*part*.7.*num*.52.*verſ*. *Quinimo ſi ſcholaris*, & *num*.53. *ff. ſolut.matrimon*. Valaſc. *vbi proximè*. Quod intelligit *Pet. Barboſ*. niſi habitatio illa adeo neceſſaria ſcholaſtico foret, vt alibi commodè viuere nequiret.

Ibi: *Nam id admittendum non eſt.*

Licèt pro hac opinione Merlin. *ſup. n*.2. alleget Abbat. *in d.cap.propter ſterilitatem*, & Oſaſch. *deciſ*.156. *numer*.2. ipſe verius reſoluit, illa cum communi DD. placito reprobata, quod conductor habens hypothecam etiam ſpecialem pro ſecuritate contractus vrgente domini neceſſitate, debet domo expelli; quod amplectuntur vltra illum. P Molin.*n*.1. Caroc. *num*.23. 24. Pet.Barboſ. *in d.l.ſi filiofam*.§. *vlt. num*.35 *ff ſolut.matrimon*. Trentacinq. *dict. reſolut*.4. *num*.8 Ceuall.*num*.41. Valaſc.*ſup.num*.4. Natta *dict.conſ*.25. Molin *vbi proximè,num*. 31. Mozz. *d.tit.quomodo finiat locat num*.10. Mieres *de maiorat.part*.1. *quæſt*. 60. *num*.6. Idem dicendum erit, quanquam iuramentum accedat, P. Molin. *vbi proximè*, Caroc.*num*.24. Surd.*conſ*.103. *num*.2. Merlin. *numer*.7. Ratio eſt, quoniam nec iuramentum, nec hypotheca naturam obligationis, cui accedit immutat; ſed illud Religionis vinculum addit, hæc ius in re tribuit, vt omnes præctati aduertunt. 72

Ibi: *Nec ea neceſſitas tempore locationis aderat.*

Videas tradita *ſup.num*.63.

Ibi: *Verum eſt, quod Cumanus.*

Emptor, legatarius, aut quilibet alius ſingularis ſucceſſor, etiamſi locationi ſui prædeceſſoris ſtet, non valet ob propriam indigentiam inquilinum ab æde empta, vel legata excludere; nam priuilegium *d.l.ade*, perſonæ domini, qui locauit, indultum eſt; & ideo in alios transferri prohibetur, Gratian *ſup cap*.149. *num*.16. Cancer. *variar. part*.1. *cap*.14.*num*.11. Pet.Barboſ. *num*.35. Scapuccin. *de ſucceſſor. ſingular.limit*.5.*n*.8. Pat.Molin.*d.n*.7. *ad fin*. Merlin.*n*.10. 11. Auguſt.Barboſ.*n*.24. Coſta *ſup.nu*.4. Surd.*d conſ*.103. *n*.11. Burſat.*conſ*.422. *lib*.4. Trentacinq. *num*.5. Simili modo ius iſtud cedi non poteſt, Carpan. *in ſtatut. Mediolan. tom*.2. *c*.379.*n*.404.417. Giurba *deciſ*.59.*num*.11. Olea *num*.24. vbi rationem reddit, nam quæ ad vſum proprium cuicunque competunt, cedi non poſſunt; Cancer.*n*.20. Caſtill. *de vſufruct. cap*.28. Sed idem Olea *tit*.3. *q*.8. *num*.32. ſingulariter contra communem ſentit, ius expellendi inquilinum cum dominio etiam in particularem ſucceſſorem tranſire; quod an verum ſit? ex dicendis ſtatim apparebit. 73

Ibi: *Niſi ſit einſdem domini ſucceſſor vniuerſalis.*

Hæres domini, qui locauit, ob propriam neceſſitatem poterit inquilinum, nondum præterito locationis tempore, eijcere; Caroc. *d.rubric.de recuſationib.q*.161 Trentacinq. P.Molin. Olea, Aug.Barboſ. *vbi proximè*, Coſta *num*.5 Scapuccin. *num*. 49. Merlin. *d.q*.172. *num*.13. Quanquam *Surdo* contrarium placuerit, *d. conſ*. 103. *num*.13. & Pat.Molin. ſentiat, inquilinum expellendum non eſſe niſi caſus ſuperuenerit, propter quem locator, ſi viueret, eijcere inquilinum poſſet; quaſi peculiaris indigentia hæredis non præſtet tale ius eidem. 74

Nihilominus communis reſolutio, vt veriſſima indiſtinctè amplectenda eſt: pro cuius, & proximè præcedentis intelligentia, in memoriam oportet reuocare, quæ ſuprà *n*.6. prædiximus: videlicèt ideo ius iſtud expellendi habitatorem conceſſum eſſe domino domum locanti, quoniam præſumitur à iure caſus propriæ neceſſitatis exceptus, argumento *l. obligatione generali* 6.*ff. de pignorib*. Pet.Barb. *in d.*§.*vlt.n*.35. Quæ exceptio tacitè ſubintellecta nedum ipſum contrahentem, verum etiam vniuerſalem eius hæredem comprehendit, *l.ſi pactum* 9.*ff.de probat*. *l*.11. *tit*.14.*part*.3. Nec intereſt, quod hæc ſit tacita conuentio; cum expreſſi & taciti idem ſit iudicium, *l.cum quid*, cum *vulgatis ff.ſi cert.petat*. In ſucceſſore autem particulari, hæc iuridica ceſſat conſideratio, nec vnquam auditum eſt, quod cenſeatur comprehenſus in contractibus anteceſſo- 75

ris,

ris, ad quos obſeruandos regulariter non aſtringitur d. *l. emptorem*, cùm *ſimilibus*. Quæ omnia ſub breuiſſimo verborum compendio nos docet D. Couar. *in præſenti*, ſic aiens: *Hæ etenim leges contractibus aſcriptæ, vel à iure ſubintellectæ, non alijs competunt*, & Trentac. *ſup.*

76 Ex quibus infertur, ſuſtinendam non eſſe opinionem *Olea* aduerſus Communem, traditam *ſup. num.* 73. quia non ratione dominij ſolùm, ſed tacitæ conuentionis etiam, ius expellendi conductorem datur: vnde quamuis dominium ad ſingularem ſucceſſorem perueniat, deficit ei voluntas præſumpta locatoris. Nec *Surdi* ſententiam; cùm ius iſtud non ita perſonale ſit, vt hæredi vniuerſali non competat, non per tranſlationem, ſed quia exceptus in ipſo contractu, quemadmodum locator, exiſtimatur. Nec *P. Molin.* limitationem, quandoquidem hæres ex tacita conuentione defuncti conſequitur, vt propter propriam carentiam habitationis, domus conductorem eijciat, cur pariter, ac anteceſſuri proſpectum cenſetur; quare de perſona locatoris iam defuncti curandum non eſt, ſed inſpiciendum, an hæres habitatione indigeat, nec ne?

Ibi: *Eſſetque locus nullis fraudibus.*

77 Hoc ipſum notat Merlin. *n.* 10. fraudibus autem obuiandum eſt, & via præcludenda, publica, & priuata vtilitate ſuadente, *c. ſedes* 1. *de reſcript. l. cum hi* 8. §. *Si cum lu ff. de tranſact. l.* 1. §. 1. *ff. naut. caupon. ſtabul. l. in fun.* 39. *ff. de rei vendication* Loiter. *de re benefic. lib.* 1. *c.* 38. *in fine*, Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 177. *num.* 17. Menuch. *conſ.* 405. *num.* 1. Argel. *de acquirend. poſſeſſ. quæſt.* 8. *art.* 9. *num.* 5. Viuian. *in prax. iuris patronat. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 13.

Verſ. *Ex quo mihi dubia.*

78 Qui in cõtractu locationis paciſcitur de non expellendo inquilino, promiſſis ſtare compellitur, quamuis æde ad proprium vſum indigeat; ne alioquin pactum inane ſit: Ant. Gab. *commun. lib.* 5. *tit. de locat. conc.* 3. *num.* 2. Valaſc. *d. quæſt.* 22. *num.* 8. Pet. Barboſ. *ſup. num.* 36. etſi limitet: Grat. *conſ.* 1. *col.* 3. *lib.* 1. Merlin *num.* 15. Natta *d. conſ.* 23. *num.* 2. Magon. *Lucenſ. decis.* 75. *num.* 1. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.* 49. *num.* 48. Ceuall. *d. quæſt.* 756. *num.* 42. Bonacoſa *in tract. clauſular. lit. C. fol.* 10. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 229. *n.* 31. Decian. *conſ.* 473. *n.* 4. Cancer fusè probans *a n.* 15.

Ibi: *Quod mihi non probatur.*

79 Contrarium verò cum *D. Couar.* tuentur Caroc. *d. quæſt.* 21. *n.* 19. Mieres *ſup. d. quæſt.* 60. *num.* 5. Gregor. Lop. *in l.* 6. *gloſ.* 2. *tit.* 8. *part.* 5. Trentacinq. *d. reſolut.* 4. *num.* 6. *verſ. Secunda eſt opinio*, Morla *in d. prælud. num.* 31. Par. Molin. *num.* 8. vbi limitat, niſi ex coniecturis appareat, voluiſſe locantem per tale pactum ſuo priuilegio *leg. ædes*, renunciare; quod in dubio non creditur. Ratio concluſionis eſt, quia tacitè ineſt contractui locationis ne conductor intra tempus præfinitũ expellatur, quare expreſſio eius, quod tacitè ineſt, nihil debet operari; *l.* 3. *C. de fideiuſſor.* maximè cum tractemus de proprij iuris renunciatione, quæ non præſumitur, vbi verba alio modo poſſunt accipi, vt ex multis latè probat Carleual. *de iudic. tom* 2. *tit.* 3. *diſp.* 23. *num.* 42. 43. Quæ ſententia tenenda eſt, quanquam iuſiurandum conuentionem corroboret, quia intelligitur, *rebus ſic ſtantibus*; & ideò noua ſuperueniente neceſſitatis cauſa, non obligat, vt docent Gregor. Lop. Caroc. & alij *ſup.*

80 Quod ſi expreſſim dictum ſit, ne poſſit dominus etiam ad proprios vſus inquilinum expellere, pactum omninò ſeruandum eſt, quia priuilegio *dict. l. ædes*, poteſt renunciari; Trentacinq. *num* 6. *in princ.* Valaſc. Ant. Gab. *vbi proximè*, Corn. *conſ.* 103. *num.* 17. *verſ. Quarto fortius*, Merlin. *num.* 14. Aug. Barboſ. *num.* 25. Trentacinq. *d. reſolut.* 4. *n.* 6. *verſ. Primus eſt.*

Ad Num. 5.

81 De intellectu *l. ſi filiofam.* §. *vlt. ff. ſolut. matrim.* Card. Lug. *ſupra, num* 20. & latiſſimè Pet. Barboſa, *ibid* qui *num.* 2. ex alijs reſoluit, mulierem, ſoluto matrimonio, non teneri præcisè ſtare locationi per maritum factæ, ſed ſolùm cautionis; quia niſi ſit, debet maritum indemnem ſeruare, ſi colonus ipſum pro intereſſe conueniat; qui tamen nullum ius, vel exceptionem aduerſus mulierem habet, vt rem locatam retinere poſſit. Idem docent Ant. Gom. *d. c.* 3. *num* 8. Caroc. *d. tract. locat. rubric. de iur. dot. quæſt.* 7. *num.* 4. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuentionib. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 13. P. Molin. *diſp.* 492. *num.* 3. Cardin. Tuſch. *lit. L. concluſ.* 48. *num.* 55. Dueñas *reg.* 240. *limit.* 5. Iacob. Cuiac. *lib.* 13. *obſeruation. capit.* 58. Guttier. *Canonicar. lib.* 2. *capit.* 8. *à numer.* 39. Cancer. *num.* 35. Ceuall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 656. *numer.* 25. Padilla *in l. ſi quis à liberis*, §. *Si quis ex his, num.* 3. *ff. de agnoſcend. liber.* Morl. *ſup. d. q.* 2. *n.* 9. *verſ. Sed licèt.* Vide infra *n.* 85. & 92.

Mulier autem ideò præcisè non aſtringitur, quia ſingularis ſucceſſor eſt, qui iuxta regulam *l. emptorem*, ſtare locationi anteceſſoris non cogitur; maximè cum ſuccedat per extinctionem iuris viri. Cautiuè tamen obligatur, quoniam iniquum foret, vt maritus damnum ſentiret, qui bona fide dotalia pro oneribus coniugij adminiſtrauit, quod vitæ ſocietas, & æquitas inter coniuges ſeruanda non patitur, Guttier. *ſup. num.* 41. *verſ. Nihilominus* Pet. Barboſ. *num.* 14. Vnde infero, quòd ſi mulier dotem repetat, matrimonio conſtante, quia vir ad inopiam vergeret, *ex l. vbi adhuc* 29. *C. de iur. dot.* præcisè ſtabit locationi; quoniam ius viri non omnino extinguitur, ſed ſuſpenditur, nec mulier in plenum ius ſuccedit, ſed in adminiſtrationem bonorum; nec à lege facultatem habet veniendi contra factum mariti, niſi quatenus expedit dotis ſecuritati, cui ex locatione nullum periculum imminet. 82

Eſt ad *d.* §. *fin.* adnotandum, quod licet *ibi* cautio iubeatur interponi, vt mulier de indemnitate ſuo viro teneatur, nihil intererit, ſi fuerit omiſſa; nam iure ipſo ad idem eſt aſtricta: Anton. Gom. *ſup.* Caroc. *dict. quæſt.* 7. *numer.* 9. Mozz. *ſup. titul. de reb. quæ locar. poſ. numer.* 5. 6. Guttier. *vbi proximè.* 83

Illud etiam animaduertere oportebit, mulierem nec cautiuè ad implementum locationis obligari, quoties conductor tempore contractus, vel à viro monitus, vel aliundè certioratus agnouit rem eſſe dotalem, quæ à viro locabatur, cum agere ad intereſſe non poſſit aduerſus locatorem, ſiquidem caſo vſus rei locatæ impeditur, id eſt, matrimonij ſolutione; quem colonus à principio præuidit, Par. Molin. *vbi proximè*, quemadmodum obſeruatur in maioratus poſſeſſore, emphyteota, vſufructuario, & alijs, qui res reſtitutioni ſubiectas locant, Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 8. *cum ſeqq.* Par. Molin. *diſput.* 491 *num.* 3. Sed ſi maritus ignoranti rei qualitatem eam locauerit, nec apparuerit dotalem eſſe, iure ad intereſſe conuenitur. idémque erit ſi expreſſim ad id ſe obligauerit in caſum ſoluti coniugij; tuncque mulier reſarcire debebit, quod maritus ſoluerit, quia coniugij cauſa contraxit, Par. Molin. *diſput.* 491. *num.* 3. 84

Si quid verò ſolutum eſt anticipatè marito, nullo modo vxori imputabitur, ſiue eijciat colonum, ſiue non; ipſe autem id à marito, vel eius hæredibus condicere poterit Amat. *variar. lib.* 1. *reſolut.* 29. *num.* 15. Cachetan. *decis.* 37. *n.* 54. *lib.* 5. 85

Hæc quæ *ex d. l. ſi filiofam.* §. *vlt.* deducuntur, aliter hodie apud nos ſe habent, ſiquidem mulier præcisè viri locationem implere cogenda eſt propter bonorum ſocietatem, quæ inter coniuges initur ex legibus Regijs, quæ extant ſub *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat.* quoniam maritus vtriuſque nomine, & vtilitate locat tanquam familiæ; ac ſocietatis caput, ac vniuerſalis bonorum adminiſtrator, P. Molin. *vbi proximè*. Nec refert, ſocietatem, ſoluto matrimonio finiri, cùm, etſi ita ſit, ſocij, eorumvè hæredes nequeant reſilire à negotijs, & contractibus nomine ſocietatis inchoatis, antequam perficiantur; *l. hæres* 40. *l. actione*, 65. §. *Morte, ff. pro ſocio.* Ant. Gom. *dict. lib.* 2. *variar. cap.* 5. *num* 6. *verſ. Item etiam*, P. Molin. *diſp.* 414. *n.* 1. 14. Guttier. *practicar. lib.* 2. *quæſt.* 130. *num.* 1. Sed hoc limitandum venit, ſi mulier lucris matrimonialibus renunciet; quo caſu ex viri contractibus non obligatur, quanquam, vt dictum eſt, communi nomine celebrentur; *l.* 9. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopil.* Guttier. *vbi proximè.* 86

Omnia

87 Omnia præmiſſa de bonis dotalibus ſunt accipienda; nam quoad paraphernalia, etiam de iure communi, dicendum eſt, mulierem præciſè ad explendum tempus locationis poſt ſolutum coniugium obligari, quia maritus nomine ipſius mulieris adminiſtrat, ac contrahit; Caroc. *ſup. num.* 10. Pat. Molin. *diſputat.* 492. *numer.* 2. Ant. Gom. *d. cap.* 3. *num.* 8. *verſ. ex quo infertur.* Petr. Barboſ. *nu.* 7. Guttierr. *d. cap.* 8. *n.* 43. Auguſt. Barboſ. cum aliis, *in d. l. emptorem n.* 30.

88 Ex præmiſſis conſtat, mulierem non poſſe reſilire à locatione earum rerum, quas, conſtante matrimonio, acquiſitas maritus locauerit; quamuis ad eam pro parte ex ſtatuto pertineant, vt apud nos; nam à lege liberrimam obtinet adminiſtrationem, *l.* 5. *titul.* 9. *lib.* 5. *Recopilat.* & præterea ratione ſocietatis tenetur, vt dictum eſt *n.* 86. ita ſentit Morquech. *de diuiſion. bonor. lib.* 2. *c.* 12. *nu.* 17. Guttierr. *d. q.* 130. Matienç. *in l.* 2. *gloſ.* 1. *n.* 20. 21. *tit.* 9. *lib* 5. *Recopilat.* Nec hoc caſu locus eſt limitationi, de qua *ſup. num.* 86.

Ibi: *Contrarium tamen placuit.*

89 Sed mulierem ad explendum tempus locationis de rebus dotalibus per maritum contractæ præciſe compellendam, ſentiunt contra laudatos *ſup. n.* 81. Panormitan. *in c. vlt. n.* 8. *ne Prælati vic. ſuas.* Cotta *in memorabilib. verb. ſucceſſor.* Syluest. *in ſumm. verb. locatio. n.* 11. Benintendis *deciſ.* 54. Laſart. *de Decim. vendit. c.* 18. *n.* 98. Card. Lug. *n.* 23. & alij apud Roland. *conſ.* 49. *nu* 5. *lib.* 2. & Petr. Barboſ. *in d. §. fin. in princip.* Quibus accedere videtur nouiſſime Olea *tit.* 4. *q.* 8. *n.* 42. vbi abſoluté ait, mulierem ad locationem viri poſt ſolutum matrimonium eſſe obligatam; cuius ſententiæ fundamenta adducit, ac refellit *Petr. Barboſ.* & præcipuum eſt, quod mulier ex cauſa neceſſaria ſuccedit; at ex hoc nequaquam ſequitur, vt contractui ſtare teneatur, ſicut probat Petr. Barboſ. *à n.* 3. Greg. Lop. *in d. l.* 2. *gloſ. vlt. tit.* 8. *part.* 5. diximúſque *ſup. n.* 19. Quare à concluſione tradita *ſup. n.* 81. reſiliendum non eſt.

Ibi: *Siquidem tutor res minoris locat.*

90 Minor recedere nequit à locatione, finita tutela, per tutorem de rebus eius, dum adminiſtrabat, contracta; Caroc. *ſup. rubric. de tutor. & curatorib. quaſt.* 6. *num.* 1. Pat. Molin. *diſp.* 492. *n.* 1. Mantic. *d. tit.* 10. *n.* 23. Ant. Gom. *vbi proximè*, Gratian. *diſcept. cap.* 37. *n.* 13. Petr. Barboſ. *num.* 1. *in fin.* Surd. *deciſ.* 299. *num.* 2. Guttierr. *de tutel. part.* 2. *c.* 20. *num.* 6. Menchac. *de ſucceſſion. creat. lib.* 1. §. 10. *numer.* 78. *verſ. Nunc videndum*, Roland. *d. conſ.* 49. *num.* 7. Mol. *dict. quaſt.* 1. *n.* 10. 11. Idem eſt de curatore, Cardin. Lug. *nu.* 24. *verſ. De minore.*

91 Quid de locatione ad longum tempus? Caroc. *d. q.* 6. *n.* 9. reſpondit, minorem vtique teneri, & hoc de mente DD. omnium eſſe; quamuis ipſe dubitet, cogitandúmque relinquat: ſed veritas eſt, quòd obligatur; nam fundamenta, quæ *Carocium* titubare fecerunt, non vrgent: & præterea cum huiuſmodi locatio fieri debeat Iudicis decreto interueniente, quia ſpecies alienationis eſt, Ant. Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 64. *C. de bon. matern.* Boër. *deciſ.* 234. *n.* 4. Menchac. *vbi proxime. verſ. Vndè tutor*, Caroc. *nu.* 5. nulla eſt ratio, ne locatio hæc ſubſiſtat, vſque ad tempus præſcriptum, ſiquidem cæteræ alienationes ſic factæ perpetuò permanent, nocentque minori; cui tamen reſtitutionis auxilio ſuccurretur, ſi ſe læſum in locatione doceat.

Ibi: *Sed nihilominus non omninò.*

92 Vxor præciſè ſtare debet poſt ſolutum matrimonium locationi celebratæ de rebus dotalibus per virum ad modicum tempus, vt ad annum, quoniam hoc æquitati, bonæque fidei conſentaneum eſt, Caroc. *d. rubric. de iur. dot. q.* 7. *n.* 6. Guttierr. *d. cap.* 8. *nu.* 44. *in fine*, Dueñas *regul.* 240. *limit.* 5. Oſaſch. *dec.* 82. *in fin.* Cruall. *d. q.* 636. *ad fin.* Duaren. *in l. ſi filiofam §. vltim. ff. ſolm. matrim.* Cagnol. *in l.* 2. *n.* 121. *C. de pact. int. emptor. & vendit.* nec diſcutit Gregor. Lop. *d. gloſ. vlt. ad fin.*

93 Sed nec ad annum mulierem teneri præciſè colono, latè probat Petr. Barb. *à num.* 8. cuius ſententia in puncto iuris verior apparet ex adductis per ipſum, eritque omnino amplectenda, ſi mulieri ex aliqua vrgenti cauſa interſit, prædium ſibi ſtatim reſtitui; ſemper tamen conductori reſarciendum eſt, ſi quid locationis gratia expenderit, vt ſi ſumptus feciſſet ad culturam pro eo anno neceſſarios; nec non conſiderandum eſt damnum, quod colono infertur, ſi iam tempore lapſo, quo agri locari ſolerent, ab eo, quem conduxerat, expellatur; ex quo ipſe vacaret, nec lucraretur, quod proprio labore, & induſtria poſſet. Quibus perpenſis æquiſſimum erit, *D. Couar.* opinionem communem practicari.

94 Eadem procedunt in locatione ad longius tempus, veluti ad triennium, vel quinquennium, ſi ager locatus non ferat ſingulis annis fructus, ſed intra tres, vel quinque annos: totum enim illud tempus pro vno anno quoad culturam computatur, Gregor. Lop. *vbi proximè*, Caroc. *nu.* 7. Bald. *in l. ſi quis domum, ff. locat.* Campeg. *de dot. p.* 2. *q.* 272. Nec aliud iuris erit, ſi ager annuos fructus reddat, ſed inæquales, ac difformes, vt ſi primo anno frumentum ſeratur, ſecundo herba paſcatur, tertio alij fructus colligantur; nam ſi locetur per maritum ad triennium; anteaquo coniugium diſſoluatur, intra primum annum, vel ſecundum colonus expellendus non erit, admiſſa *D. Couarr.* ſententia, antequàm integrum triennium labatur, nam locatio diuidi non poteſt. Ita de ſucceſſore in beneficio agens, docet Tondut. *quaſtion. beneficial. part.* 1. *cap.* 66. *n.* 6. Gratian. *diſcept. cap.* 606. *n.* 19. Caroc. *rubric. de vſufructuar. quaſt.* 12.

Verſ. *Quòd autem è contrario.*

95 Maritus, cui res locata in dotem datur, poteſt conductorem vxoris, vel ſoceri ante finitum locationis tempus expellere, ita vt nec cauſatiue ad perſiſtendum in locatione teneatur, P. Molin. *diſp.* 491. *n.* 4. Caroc. *n.* 22. Guttier. *d. c.* 8. *n.* 46. Mantic. *n.* 9. Surd. *dec.* 52. & 290. C. Lug. *n.* 24. A quibus immerito recedit Petr. Barboſ. *n.* 15. qui opinatur, idem in viro ſuccedente per dotis receptionem eſſe ſeruandum, ac in muliere diximus *ex eod. §. fin.* vt ſcilicèt cauſatiuè ſtare locationi teneatur; at inter eos diuerſa admodum militat ratio.

Ibi: *Ipſi tamen poſt Cumanum.*

96 Proximam reſolutionem limitant cum D. Couar. *hic*, pro ea nuper laudati, quando tempore dotis conſtitutæ maritus ſciebat, rem dotalem eſſe locatam, quia cenſetur locationi conſentire; ſed Guttierr. contrarium verius putat, & Pat. Molin. aſſerit id non probari per Gloſſam à *D. Couar.* allegatam, & ita verum eſt. Poteſt tamen defendi hæc limitatio ſecundum communem DD. aſſertionem, cuius meminimus *ſup. n.* 24. qui docent, ſingularem ſucceſſorem colonum expellere nequire, cum tempore emptionis, alteriúſve contractus non ignorabat, rem eſſe locatam. Quod in hac ſpecie faciliùs erit admittendum propter mutuam coniugum beneuolentiam, ex qua præſumendum eſt, maritum locationi conſenſiſſe, ne coniux ad intereſſe teneatur eiecto colono.

97 Sed ſi vir locationi ſtet, ſolutiones anticipatè factas vxori, vel ſocero, qui locauit, repetere ab eiſdem poterit; non autem à colono, qui domino irreuocabili ſoluit rectè, etiam anticipatè, & ita ſecutus eſt; Aznar *variar. lib.* 1. *reſolut.* 29. *n.* 16. qui limitat, quando maritus ſciuit anticipatas ſolutiones, cum dos promittebatur, quia exigere eas non poterit; quod dubium videtur, cùm donatio præſumatur, contra regulam, *l. cum de indebito* 25. *ff. de probat.* & quæ *ibi* notantur per Scribentes.

Ad Num. 6.

98 De his conſulas Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 13. *à n.* 16. P. Molin. *diſput.* 492. *n.* 5. Tondut. *ſup. d. c.* 66. *à princip.* Petr. Barboſ. *in d. §. fin n.* 17. *cum aliis*, Caroc. *d. rubric. de reb. Eccleſ.* Guttier. *Canonicar. lib* 1. *c.* 36. Gratian. *diſceptat. cap.* 37. *ex n.* 18. Auguſt. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 94. Azor. *inſtitut. moral. part.* 3. *lib* 8.

de locat. cap.6, quæſt.7. Tuſcb.*lit.L. conc.*419. Trentacinq. *variar.lib.3. tit de locat. & conduct. reſolut.* 5. & alios per plures apud Aug.Barboſ. *num.*1.

Verſ. *Primùm, eſſe omninò diſtinguendum.*

99 Hac eadem diſtinctione vtuntur Pat. Molin. *ſup.* Auguſtin.Barboſ. *d.nu.*1. & in *collectan. ad cap.fin. num.*6. *ne Prælat. vic. ſuas,* Mareſc. *variar. lib.*1. *cap.*18. *num.*5. Molin. *de primogen. lib.*1. *cap.*21. *num.*27. Caroc. *ſup. nu.*5.7. Petr. Barboſ. *num.* 19. 22. Tondut. *num.* 1. Guttierr. *ſup. lib.* 2. *cap.* 8. *numer.*71. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 40. *num.*98. Trentacinq. *num.*9. Card. Lug. *num.*24.*verſ. Hoc idem,* & alij mox referendi.

Verſ. *Secundùm, etiamſi.*

100 Prælatus, Canonicus, vel Beneficiarius quilibet non aſtringitur ſtare anteceſſoris locationi, quam de rebus ad Dignitatem præbendam, aut beneficium ſpectantibus pro ſua vtilitate fecerit; Molin.vterque, Card. Lug.Trentacinq. Mareſcot. Auguſt.Barboſ.Tondut. & alij proximè relati, Merlin. *de Legitim.lib.*3.*tit.* 2. *q.*12. *num.*10.Morla *ſup.d.quæſt.*1.*num.*21. Franciſc.Marc. *deciſ.*564. *n.*3.*part.*2. Guttierr. *d.c.*36.*num.*5.Dueñas *reg.*240.*ampliat.*3. Gregor. Lop. *in l.*2. *gloſ.*4.*poſt princip.tit.*8.*part.*5.Mattic.*d.lib.*5.*tit.* 10.*num.*21. *verſ. Et quidem ſucceſſor,* Menchac. *vſufrequent. lib.*3. *c.*52. *n.*7. Anton.de Marin. *quotidianar.reſolut. lib.*1. *c.*159. *n.*18.

101 Ratio eſt, quia ſingulares ſucceſſores, quales ſunt hi, de quibus agitur, non tenentur prædeceſſorum contractus obſeruare; quorum ius penitus extinguitur, nec poſſunt ſucceſſorem, quibus nihil tribuunt, onerare, vt notat Mareſcot. cum alijs omnibus nuper adductis.

102 Et licèt colonus anticipatè prædeceſſori penſiones pro futuris annis perſoluerit, non ideò magis ſucceſſor ſtare cogitur locationi, imò licèt in ea perſeueret, iterum exiget à conductore redditus, ex quo ſibi cœperunt competere, Ipſe verò conductor repetet ab hæredibus Beneficiarij, cui ſoluit; Tondut. *num.* 33. Amat.*dict.reſolut.*29.*num.*27. Caroc. *ſup. concl.*20. *num.* 75. Petr. Barboſ. *num* 21. Menoch. *conſ.*1134 *n.*6. Auguſt.Barboſ. *d allegat.*94.*num* 5.7. Trentacinq. *num.* 7. Gigas *de penſionib. quæſt.* 88. Quod limitandum eſt, ſi ſcholaſticus fructus ſui beneficij, vt ſtudijs incumbere poſſit, locet ad triennium, vel ad aliud breuius tempus, & pro toto triennio anticipatè penſiones recipiat; nam ſi ante decedat, quam locatio finiatur, ſucceſſor niſi eas ſoluerit colono, ſtare compelletur locationi, nihil penſionum nomine recepturus, Rebuf. *de priuileg.ſcholar. priuileg.*26.Auguſt.Barboſ.*num.*9.Tondut. *num.*37. De quo vide Trident. *ſeſſ.*25. *de reformat. cap.* 11. vbi prohibentur locationes per anticipatas ſolutiones fieri; non obſtante priuilegio quocunque.

103 Principalis concluſio diuerſimodè ſolet limitari, vt videre eſt apud Auguſt.Barboſ. *ex num.*2. & Caroc. *concl.*9. *num.*57.*cum ſeqq.*Ex quibus vna eſt frequentiſſima, vt ſcilicet ſucceſſor ad locationem teneatur pro eo anno, quo beneficiarius qui locauit, deceſſit, ne colonus in damno verſetur propter ſumptus ad culturam factos, ita Caroc. *concl.* 13. *n.*61.Gratian.*ſup.c.*606.*n.*17.Tondut.*n.*5.Mareſcot.*n.*7.*in fin.*Surd. *deciſ.*52.*n.* 10.Franciſc.Marc. *deciſ.*197. *n* 9.*part.*2. Auguſt.Barboſ. *n.*3.Cacher.*deciſ.*82.*n* 10.Trentacinq.*n.* 30. Idem per contrarium dicendum eſt de colono, qui pro eo anno recedere à locatione, inuito beneficiario nequibit, Trentacinq.*d.n.*10.*verſ.Hæc concluſio,*Franciſc.Marc. *deciſ.*102.*in fine,part.*1.Aug.Barboſ. *vbi proximè* Aloyſ.Ricc. *in prax.for Eccleſiaſtic.reſolut.*97. *n.*5.*in* 2.*edit.* Quod intellige vt *ſup.n.*94.

104 Altera limitatio eſt, quòd vbi fuerit conſuetudo obligans ſucceſſorem in beneficium ad ſtandum locationi anteceſſoris, ſeruanda erit; Caroc. *concl.*14.*num.*63. Franciſc. Marc. *deciſ.*144. *part.*1. Auguſt.Barboſ. *num.*4. Ricci. *ſup. num.*8. Quaranta *in ſumm. Bullarij, verb. alienatio,num.*19. & in Gallia ad tollendas fraudes in Tribunalibus frequentiſſimè obſeruari, vt locationi per ſucceſſores ſtetur, teſtatur poſt alios Tondut.*n.*31.

105 Vtrùm colonna electus per ſucceſſorem ante finitum locationis tempus agere ad intereſſe contra heredes beneficiarij, qui locauit, poſſit, latè diſputat Guttier.*d.c.*36. *ex n.*16.cum quo tenendum eſt, quòd ſi beneficium ad alium perueniat facto locatoris, ipſe, vel fideiuſſores, aut heredes manent aſtricti ad intereſſe colono ſoluendum pro futuris annis, vſque ad tempus præſcriptum: Si verò morte, aliauè cauſa præter voluntatem, aut factum poſſeſſoris beneficium in alium transferatur, nulla actio dabitur conductori, quia caſu fortuito vſus rei impeditur; quare nihil exigere poterit, niſi quicquam anticipatè ſoluerit, quod repetere non prohibetur. Idem docet Petr.Barboſ. *in d.§. fin.num.*22.Auguſt.Barboſ.*n.*11.12.& colligitur ex traditis per.P.Molin.*diſp.*493.*n.*1.5.& Molin.*d.c.*21.*a n.*8. Et procedit quanquam colonus expenſas fecerit pro integro locationis tempore, quoniam ſibi imputare debet, qui prævidere potuit caſum mortis beneficiarij, à quo conduxerat, quo locatio intempeſtiuè finiretur, vt Molin. & Aug. Barboſ. aſſerunt. Quæ reſolutio limitatur quoad ſecundam partem, ſi beneficiarius locaſſet rem Eccleſiæ, vt patrimonialem, eius qualitatem ignoranti, Guttier. *nu.* 19. Aug.Barb. *n.*13. Molin. (licèt in ſucceſſore maioratus loquatur) *n.*11. Aut ſi beneficiarius de euictione cautionem interponeret, obligans ſe ad intereſſe pro toto locationis tempore, quia ipſe, fideiuſſor, vel hæres poterit conueniri, vt pactioni ſtet, quamuis caſu rei vſus impediatur; Auguſt. Barboſ. *num.*14. Guttier.*num.*25. qui à *n.* 27. limitat etiam de iure Regio, ex *l.*9.*tit.*17.*p.*1.

Ibi : *Quæ quidem procedit.*

106 Hoc ſpeciale non eſt, ſed generaliter in materia locationis obſeruatur, nec claudicare contractus poteſt, vt dictum eſt *ſup.n.*2. & in ſpecie notant, Molin. *nu.*4.Caroc. *conc.*20.*n.*78. P.Molin. *diſp.*492.*n.*5.Aug.Barb.*n.*15.Guttier.*n.*12. Petr.Barb.*n.*19. Trentacinq. *n.*5.Rodoan.*de reb. Eccleſ.non alien.§.*1.*An Prælatus,n.*5.

Ibi : *Idem erit, vbi Rector Eccleſiæ.*

107 De hoc conſulas Tondutum latè diſputantem *à num.*12. qui cum D.Couar.*in præſenti* reſoluit, beneficiarium ſuccedentem per renuntiationem, vel reſignationem etiam in fauorem, non teneri ad continuandam locationem ab anteceſſore factam: idem probant Trentacinq. *nu.*8.Petr. Barboſ. *vbi proximè,* Flamin.*de reſignat.beneficior.p.*1.*q.*26. *n.*47. Ant.de Marin. *d.c.*259. *n.*11.Rodoan. *ſupr.pag.*342. *n.*6. P.Molin. *vbi proximè,* Guttier. *num.*6. Cancer. *variar. p.*1.*c.*14.*n.*45. Ratio eſt, quia cùm ſingularis ſucceſſor ſit, locationi non aſtringitur, iuxta regulam *l. emptorem;* ex qua conſtat, nihil intereſſe, quòd voluntate anteceſſoris ſuccedatur; nam hoc onerat alienantem, vt de euictione teneatur, non eum, qui emit, vel aliter rem acquirit, vt notat Tondut. *n.*16.18.

108 Sed contrarium placuit Gratian. *d.cap.*606.*nu.*20.Surd. *de aliment.tit.*9.*q.*42.*n.*13.Hodiern. *ad eundem,deciſ.*35.*n.*4. Merlin *ſub.d. q.*22. *n.* 14, qui mouentur communi doctrina, quæ habet, proprietarium teneri ad locationem per vſufructuarium factam, quando conſolidatio vſusfructus cum proprietate fit ex voluntate vſufructuarij. At ſuſtinendo priorem communem ſententiam, reſpondendum eſt, quòd etſi concedatur (quod difficultate non vacat) proprietatis dominum, ad quem vſusfructus voluntate locatoris peruenit, non poſſe à locatione reſilire; diuerſa tamen in beneficiario ratio militat, ſiquidem in vſufructuario, & ſimilibus, ſucceſſor ius, ac cauſam habet à renuntiante, vel cedente; ſucceſſor verò beneficij, etiam per reſignationem in fauorem illud à reſignante non recipit immediatè, ſed à Superiore conferente, Roman.*conſ.*231. *n.*5.Alex.*conſ.*63.*n.*11. 12.*lib.*4. Ita Tondut. *n.*26.

Verſ. *Tertiùm, in hac quæſtione.*

Huius quæſtionis fundamenta pro vtraque parte refert Petr. Barboſ. *à n.*17.

Verſ.

Verſ. *Ego verò.*

109 Nemini dubium eſt, quin Prælatus, vel Rector Eccleſiæ poſſit propria authoritate res eius ad triennium, aut infra locare, *Clement.* 1. *de reb. Eccleſ.* Bald. *in l. iubemus nulli, n.4 verſ. Quod autem*, C. *de Sacroſanct. Eccleſ.* Caroc. *conc.*21 *n.*7. Petr. Barb. *n.*25. & alij mox referendi.

Ibi : *Quod ſi locatio fieri potuit.*

110 Locatio ritè facta per Rectorem Eccleſiæ, eius nomine, ac pro ipſius vtilitate de rebus Eccleſiaſticis, eſt per ſucceſſorem omninò ſeruanda ad tempus conuentione præfinitum, Mateſcot. *num.*5. Barboſ. ſenior *n.*22. Tondut. *n.*1. P. Molin. *diſp.* 492. *n.*5. Caroc. *ſup. conc.* 1. *n.*7. Auguſt. Barb. *n.*1. *& in collectan. ad c. vlt. n.*6. *ne Prælat. vic. ſuas*, Caualcan. *deciſ.*44. *n.*31. Guttier. *ſup. d. cap.*8. *n.*71. Mantic. *vbi proximè. n.*21. *verſ. Et quidem ſucceſſor*, Laſſart. *de Decim. vend. cap.*18. *nu.*97. Franc. Marc. *deciſ.*196. *n.*8. *p.*2. Trentacinq. *num.*9. Thom. Delbene *de immunit. Eccleſ. tom.*2. *cap.* 17. *dub.*24. *n.*6. *& cap.*18. *dub. vlt. n.*4. Quo caſu penſiones anticipatè ſolutas ſucceſſor debet approbare, ſi in vtilitatem Eccleſiæ verſas fuiſſe conſtiterit; aliàs iterum à colono exigentur, Petr. Barboſ. cum alijs, *numer.*27. Tondut. *n.*33. 37. Ferret. *conſ.*151. *num.*8.

Ibi : *Sicut tenetur tutor, qui alteri tutori.*

111 Tutor, aliuſuè ſimilis adminiſtrator, ſi in alterius locum ſubrogetur, anteceſſoris locationi legitimè factæ ſtare compellitur, Tondut. *n.*2. Caroc. *rubric. de tutor. & curatorib. q.*6. *n.*1.3. P. Molin. *d. n.*5. *ad fin.* Petr. Barb. *n.*33. Guttier. *de tutel. par.*2. *c.*20. *n.*7. Delbene *ſup.*

Ibi : *Nec refert, ſit vtilis locatio Eccleſiæ.*

112 Communiter DD. requirunt, vt in ſpecie, de qua agimus; ſucceſſor ſtare debeat locationi, quod contractus vtilis ſit Eccleſiæ; vt conſtat ex Trentacinq. *d. n.*9. Caroc. *conc.*1. *ex n.*7. Sed nihilominus verum eſt, quod *in præſenti* D. Couar. docet: ſcilicet locationem quoad ſucceſſorem ſubſiſtere, etſi damnoſa fuerit, aut non vtilis Eccleſiæ, niſi reſtitutio in integrum aduerſus eam poſtuletur; nam communis opinio non explicat, qua via à locatione ſucceſſor recedere ſit, atque ita eſt intelligenda, vt, obtento reſtitutionis auxilio, colonus expellatur; prout ſentiunt Petr. Barboſ. *n.*33. Redoan. *pag.*343. *n.*8. Guttier. & P. Molin. *vbi proximè*, Caroc. *d. conſl.*2. *n.*14. Delbene *ſup. n.*7.

Verſ. *Sic ſane, ſi Rector alicuius Hoſpitalis.*

113 Rector, ſiue adminiſtrator alicuius Hoſpitalis ad tempus conſtitutus, ſi legitimè locet prædia propria Hoſpitalis, eius nomine ad longius, quàm adminiſtratio eſt permanſura, ſucceſſor reſilire a contractu ante finitam locationem prohibetur; P. Molin. *d. n.*5. *in fin.* Guttier. *d. c.*20. *n.*8. Roland. *conſ.*49. *n.*7. *lib.*5. Petr. Barb. *n.*7. Caroc. *d. conc.*1. *n.*7.

Verſ. *Idem dicas.*

114 Idem de Rectoribus Ciuitatum docent etiam DD. proximè laudati.

Verſ. *Vlt.* Ibi : *Non idem erit.*

115 Quamuis Beneficiarius, ſiue Prælatus locet prædia Eccleſiaſtica, quorum fructus ad ſe pertinent, nomine Eccleſiæ; non ideò ſucceſſor ſtare tenetur locationi, quæ reſtricta intelligitur ad tempus, quo locator beneficio, vel dignitate fungatur: Petr. Barb. *n.*19. Guttier. *d. cap.*36. *num.*5. Tondut. *n.*3. Trentacinq. *n.*9. *verſ. Ex hac concluſione*, Alexand. *conſ.*160. *n.*4. Idem erit, ſi expreſſim obliget ſucceſſorem, cum non poſſit, Mateſcot. *n.*6.

116 Ratio eſt, quoniam Prælatus nullum ius in ſucceſſorem transfert, vt eum ſtare ſuo contractui valeat obligare. Nec interest, quòd aſſerat ſe nomine Eccleſiæ locare, cuius nulla verſatur vtilitas, quare in eo actu non vt adminiſtratorem ſe gerit, ſed tanquam ius in re habentem: quod cum ita ſit, natura & veritas rei verborum prætextu non immutatur, *l.*1. *& per tot.* C. *plus valere quod agitur, quàm quod ſimul. concip.* Guttier. *d. c.*36. *n.*5.6. Petr. Barb. *n.*19.

AD CAPVT XVI.

De locatione bonorum Eccleſiæ, vbi & nonnulla de alienatione notantur.

SVMMARIVM.

1 *De materia agentes.*
2 *Alienatio bonorum Eccleſiæ, iuris ſolemnitatibus non ſeruatis, eſt nulla.*
3 *Prælatus, aut beneficiarius, an valeat fructus ad dignitatem, vel beneficium attinentes, ad longum tempus locare? ad num.*8.
9 *Locatio ad longum tempus de rebus Eccleſiæ non conſiſtit, & quantum longum tempus dicatur, ad n.*13.
10 *Ex locatione ad longum tempus vtile dominium transfertur, ſed pacto impediri poteſt.* 13. 15. 16.
14 *Quibus alienatio prohibetur, locare ad longum tempus non licet.*
17 *Conductor poſſeſſionem non quærit, ſed ſi ad longum tempus conducat, obtinet naturalem.*
18 *Prælatus iurans non alienare bona Eccleſiæ, num valeat ea ad longum tempus locare? & num.*19.
20 *De forma, qua huiuſmodi iuramenta fiunt, & quomodo intelligantur.*
21 Alienationis *verbo quando locatio ad longum tempus contineatur.*
22 *Verba ita accipi debent, vt delictum excuſetur, & pœna.*
23 *Iuramentum ita debet intelligi, vt quantò minùs poſſit, iurantem aſtringat.*
24 *Emphyteuta locans ad longum tempus, domino irrequiſito, an incidat in pœnam caducitatis? vſque ad n.*26.
27 *Locatio bonorum Eccleſiæ ad vitam, non ſeruatis ſolemnitatibus iuris, non tenet; quid ſi locetur ad vitam ſtatus? num.*30. 31.
28 *Quid ſi locetur ad voluntatem contrahentis, aut alterius.*
29 *Quid ſi ad tempus incertum.*
32 *Inter Prælatos Regulares, & Seculares differentia quoad locationis tempus.*
33 *Locatio rerum Eccleſiæ vltra triennium, omiſſis ſolemnitatibus iuris, nulla eſt. Ampliatur, etſi iuramento confirmetur.* 34.
35 *Epiſcopali conſtitutione triennium reſtringi poteſt, ſed non extendi.*
36 *Locatio rei Eccleſiaſticæ num valeat, ſi exprimatur plures contrahi locationes, per ſingula triennia? ad numer.*40.
41 *Locatio rei Eccleſiæ vltra triennium, an intra illud ſuſtinetur? de quo vſque ad n.*51.
52 *Locatio hæc non vitiatur, ſi res ſingulis annis fructus non valeat.*
53 *Mandatum ad locandas res Eccleſiæ intra tempus permiſſum, triennio elapſo, non finitur.*
54 *Extrauag.* Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. int. commun. *num ſit vſu recepta.*
55 *Lex vſu non recepta non obligat, de quo ad n.*59.
60 *Lex iam recepta, contraria conſuetudine abrogatur; & quanto tempore? n.*61.
62 *In Hiſpania d. Extrauag.* Ambitioſæ, *recepta eſt quoad nullitatem contractuum, ſecus quoad pœnas.*
63 D. Couar. *quid ſenſerit circa fructuum beneficiorum locationem.*
64 *Contractus nulli ex defectu ſolemnitatum valent, ſi Eccleſia velit.*
66 *Quid circa locationem bonorum Eccleſiæ S. Concil. Trident. ſtatuerit.*
66 *Vtrum* Alienationis *verbum hypothecam contineat? & num.*67.

68 *Minoris bona immobilia, vel pretioſa, vtrum abſque decreto poſſint obligari? ad n. 70.*

71 *Aliquo prohibito, non licet, per quod peruenitur ad illud.*

72 Alienationis *verbum dominij tranſlationem ſignificat.*

73 *Alienatione vetita, nec hypotheca permittitur.*

74 *Res Eccleſiæ an poſſint abſque ſolemnitatibus generaliter, vel ſpecialiter obligari, ad num. 76.*

77 *Pœna aduerſus alienantes non legitime bona Eccleſiæ, non ligant, niſi traditione ſequuta: quid circa hypothecam? num. 78.*

79 *Res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus pignori nequeunt dari.*

80 *Cauſa, ex quibus res Eccleſiæ alienare licet.*

81 *In alienatione bonorum Eccleſiæ quis ordo ſeruetur.*

82 *Reliquiæ Sanctorum num abſque ſolemnitatibus alienentur? ad num. 86.*

87 *Bona Eccleſiæ, an ſint diſtrahenda, vt pauperi ſua culpâ effecto ſuccurratur? ad n. 93.*

94 *Bona fideicommiſſo ſubiecta an poſſint diſtrahi pro liberando à carcere poſſeſſore? remiſſiuè, & n. 95.*

96 *Delinquentibus carceratis ſuccurrendum, & quibus cura ſubueniendi carceratis incumbat.*

97 *Bona Eccleſiæ an vendi poſſint, vt carcerati ob crimina liberentur? & n. 98.*

99 *Legatum pro redemptione captiuorum vtquid per executores teſtamenti ad liberationem carceratorum applicari.*

100 *Bona Eccleſiæ non licet alienare, vt damnati ad triremes liberentur. Sed limitatur, ibi.*

101 *Quæ bona Eccleſiæ alienari abſque ſolemnitatibus prohibeantur, ad n. 104.*

105 *Res conſecrata quomodo diſtrahenda.*

1 DE locatione rerum Eccleſiaſticarum diſſerunt Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 21.* Petr. Franc. Tondut. *quæſtionum, & reſolut. beneficial. part. 1. cap. 60.* Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditib. cap. 2. §. 2.* Stephan. Quaranta *in ſumm. Bullarij, verb. alienatio rerum Eccleſiæ.* Pat. Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 466. cum ſeq.* Caroc. *in tract. locat. rubric. de reb. Eccleſ.* Auguſt. Barboſ. *de offic. & poteſtate Epiſcop. part. 3. allegat. 95.* Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom. 2. c. 18.* Guttier. *Canonic. quæſtion. lib. 1. c. 8. & lib. 2. c. 13.* Marcel. cot. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 25.* Ceuallos *commun. cont. commun. tom. 1. quæſt. 199.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 5. titul. 5.* Aluar. Valaſc. *de iur. emphyteut. quæſt. 39.* Pellizzar. *in manual. Regular. tom. 1. tr. 6. capit. 8. à numer. 14.*

2 Alienatio rerum Eccleſiaſticarum eſt nulla, niſi iuris ſolemnitates interuenerint vt compertum eſt, ac dicemus *infra, cap. proximo, ad num. 1.* Hinc quæritur an locatio earundem rerum ſimiliter ſolemnitates, vt conſiſtat, deſideret? Et itte, ac vniuerſo Interpretum conſenſu talis diſtinctio probatur; vt ad longum tempus ſolemniter fieri debeat, ad modicum verò, non itaque circa quod variæ excitantur quæſtiones, quæ capiti huic ampliſſimam materiam exhibuerunt. Hæc de immobilibus, aut pretioſis mobilibus intelliguntur.

Ibi: *Ex quo tamen adiuncta Bartoli interpretatione.*

3 In primis quæritur, vtrum liceat Prælato, aut beneficiario fructus ſibi ex bonis Eccleſiaſticis ad victum deſignatos ad longum tempus, vel vitam ſuam locare? Affirmant Molin. *num. 24. 27.* Delbene *ſup. cap. 17. dubitat. 24. & cap. 18. dub. vlt.* Pat. Molin. *diſp. 466. n. 7.* Redoan. *de reb. Eccleſ. q. 6. §. vlt. n. 4.* P. Vazq. *dub. 6. n. 31. & dub. 7. num. 34.* Diana *reſolut. moral. p. 10. tract. 6. reſolut. 51.* Auend. *in c. Prætor. p. 1. c. 4. num. 42.* Caroc. *ſup. concl. 9. num. 51.* Gregor Lop. *in l. 9. gloſ. 1. tit. 17. part. 1.* Mantic. *tit. 13. num. 11.* Zerola *in prax. verb. alienatio §. 1. conc 10.* Cened. *ad Decretal collect. 76. num. 3. & collect. 102. n. 3.* Leſſi. *de iuſt. lib. 2. c. 25. dub. 11.* Filliuc. *tract. 44. c. 4. q. 1. num. 70.*

4 Ratio eſt, quia iura prohibentia locationem ad longum tempus, non agunt de huiuſmodi fructibus, ſed de rebus ipſis Eccleſiaſticis; aut de redditibus, qui cedunt in vtilitatem ipſius Eccleſiæ, non beneficiarij; cùm non huic, ſed illi proſpiciant, vt ex eorum contextura dignoſcitur. Ita Pat. Vazq. Delbene, P. Molin. & alij *ſup.* Hinc infertur *Primò*, poſſe hos fructus ad vitam, vel ad longum tempus donari, vel vendi; P. Molin. *nu. 6.* Molin. *num. 26. verſ. In tertia, & vltima.* Infertur *Secundò*, præmiſſam concluſionem non procedere quoad fructus, qui ad beneficiarium non ſpectant, ſed ad fabricam, vel alios vſus Eccleſiæ deſeruiunt; quoniam hi, vt bona Eccleſiaſtica, locari niſi ad modicum tempus prohibentur, *Extrauagant. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. int. commun.* Pat. Molin. *n. 7.* Delbene *d. dub. vlt. n. 2.* Molin. *n. 27.* vbi differentiæ huius rationem tradit.

Ibi: *Sed verè in d. c. vlt.*

Sed aduerſus ſuperiorem receptam ſententiam extat altera etiam communis, quæ docet, vetitum eſſe, fructus ad beneficiarios pertinentes, ab eiſdem ad vitam, vel longum tempus locari; ita tenent Guttier. *d. c. 8. n. 15. 16.* Bonacin. *in ſumm. tom. 1. tract. de alienat. bonor. Eccleſiaſt. diſp. 2. q. vnic. punct. 2. n. 25. verſ. Sed oppoſitum,* Ceuall. *ſup. num. 12.* vbi de praxi teſtatur, Boer. *deciſ. 234. num. 2.* Rodrig. *p. 1. c. 18. nu. 5.* Ricci. *deciſ. 114. p. 3.* Aug. Barb. *numer. 20. 21.* Emman. Sa *in ſumm. verb. conductio, num. 13.* Garcia *de benefic. part. 2. cap. 1. num. 33.* Gam. *deciſ. 156. num. 2. & deciſ. 390. n. 6.* Quibus *hic* accedit *D. Couar.* quamquam aliud ſentire videatur quoad prohibitionem, *d. Extrauag. Ambitioſæ, infra, n. 6. verſ. Sextò viſum eſt quibuſdam.* 5

Ratio huius aſſertionis eſt; quia cùm fructus iſti inter bona Eccleſiaſtica numerentur, generalis prohibitio locationis ad longum tempus eos quoque comprehendere debet; vt colligitur ex *clement. 1. de reb. Eccleſ. & d. Extrauag. Ambitioſæ.* 6

Præterea pro hac opinione expenditur maxima congruentia; nam ſi permiſſum eſſet beneficiarijs ad vitam, longumvè tempus fructus ſibi neceſſarios ad victum locare, hoc facere poſſent, receptis anticipatè plurium annorum penſionibus, cum nullibi vetitum reperiatur; ex quo euenire facile poſſet, vt in futurum ſibi alimenta deficerent, *argum. l. cum hi 8. ff. de tranſact.* Vnde Eccleſia graue detrimentum ſentiret, cùm miniſtri ob egeſtatem debitum obſequium exhibere nequirent: ad quod facit doctrina tradita *ſup. lib. 1. c. 4. n. 15.* Quod inconueniens agnoſcunt; qui oppoſitum tuentur, vt Dian. & Delbene *d. diſp. vlt. n. 3.* At reſpondent, ex hoc ſolùm conuinci, vt expediret fieri legem prohibentem, ne fructus beneficiorum, anticipata ſolutione locarentur; ſed dum illa non eſt, beneficiatij iure ſuo vti poterunt, locando ad longum tempus, pecunia anticipatè ſoluta. Hoc tamen non ſatisfacit; quoniam ſuperflua eſſet talis conſtitutio, cum alia via huic damno ſit ſuccurſum *per d. Extrauag. Ambitioſæ,* quæ rectè intellecta locationem iſtam ad longum tempus vetat, quo obſeruato præfatum periculum euitatur, & hoc etiam præ oculis habuiſſe illius conſtitutionis Conditorem, credibile eſt. 7

Ex quibus vltima ſententia verior videtur; nam etſi per locationem fructuum nullum ius in re ad conductorem etiam ad longum tempus transferatur, quæ fuit ratio prohibitionis *d. Clement. 1.* vt omnes fatentur; tamen Eccleſiæ poteſt detrimentum inferri, cui obuiam ire intendit Paulus II. *in d. Extrauagant. Ambitioſæ,* vbi generaliter vetat omnes contractus, ex quibus Eccleſia lædi poſſit, inter quos locationem vltra triennium interdicit. Sed cum locatis ad longum tempus fructibus ad beneficiarios attinentibus, conditio Eccleſiæ deterior fieri poſſit, vt dictum eſt; ex mente Legiſlatoris, hanc locationem prohiberi, conſtat, maximè cùm verba non repugnent, imò ſua generalitate omnia contineant. Vnde ſi alicubi *Pauli* conſtitutio recepta non ſit, licebit fructus beneficiorum etiam ad vitam per beneficiarios locari; nam *dict. Clement. 1.* ſolùm prohibet, ne rei Eccleſiaſticæ vtile dominium in conductores tranſeat per locationem ad longum tempus, quod fructibus ſic locatis non contingere compertum eſt, ſiquidem conductor eos nomine locatoris percipit, vt vterque Molina, & alij pro prima opinione adducti notarunt. 8

Ad Num. 1.

9 Locatio rerum Eccleſiaſticarum ad longum tempus, non adhibitis iuris ſolemnitatibus, eſt irrita; Molin. *n.* 8. 27. Delbene *d.c.*18 *dub.* . *n.*1. Aug. Barb. *n.*1. *cum ſeqq. & in collect. ad d. Clem.* 1. *n.* 8. P. Molin. *nu.*3. Mareſcot. *n.*1. Valaſc. *n.*7.8. Menoch. *de arbit. lib.* 2. *caſ.* 5. *n.*2. Guttier. *d.c.*13. *n.*5. Caroc. *ſup. conc.* 5. *n.*17. Vazq. *dub.*1. *n.*2. Redoan. *q.*7. *n.*5.6. Ceuall. *ex n.* 2. *cum ſeqq.* Bonac. *ſup. n.*24. Per. Barb. *in l. ſi filiefam.* §. *vlt. n.*26 *ff. ſolut. matrim.* Quod accipe de immobilibus, aut pretioſis mobilibus.

10 Ratio eſt, nam per locationem huiuſmodi fit alienatio, cùm dominium vtile conducturi quæratur; *l.* 1. §. *Quod autem, ff. de ſuperficieb.* vbi Bart. *n.*10. Velaſc. *de priuileg. paup. q.*22. *n.*13. Cancer. *var. p.* 1. *c.*14. *num.*26. Ant. Gom. *in l.*40. *Taur. n.*84. *verſ. Sed his non obſtantibus.* de quo *infra, n.*15.

Ibi : *Et licèt aliàs arbitrio Iudicis.*

11 Quod tempus longum dicatur pro materia, de qua agitur, diſcernendum eſt; quare plures circa hoc ſunt opiniones, quas refert Menoch. *ſup. d. caſ.* 5. *per tot.* Illud autem omnino tenendum eſt, quòd vbi à lege definitum non reperitur, Iudicis arbitrio relinquendum eſt, Menoch. *de retinend. poſſeſ. remed.*4. *n.*39. *& d. caſ.* 5. *n.*12. Caldas *de reſol. emphyteuſ. c.*1. *n.*13. Caroc. *conc.*7. *n.*15. P. Vazq. *ſup. num.*22. Ceuall. *n.*13. Pat. Molin. *diſp.*445. *n.*3. Aug. Barb. *in collect. ad d. Clem.* 1. *nu.*13. Eſt tamen aduertendum in quacunque materia, decennium longum tempus eſſe, in quo nullum Iudici arbitrium datur, ſed infra illud duntaxat poterit arbitrari; ex *rubr. & l. penult. ac vlt. C. de long. tempor. præſcript.* facit *l. ſi cum fideicommiſſaria* 16. §. *Ariſto, ff. qui, & a quib. manum.* P. Molin. *vbi proximè*, Caroc. *rubr. de locat. ad long. temp. q.* . . *n.*2. vbi plurimi, D. Couar. *infra, n.* 3. *verſ. Quod verò, in fin.* Valaſc. *ſup. n.*15.

Ibi : *Hac tamen in re.*

12 Quoad locationem rerum Eccleſiaſticarum ante conſtitutionem Pauli II. *in d. Extrauagant. Ambitioſa*, longum tempus cenſebatur decennium, & vltra, vt contractus irritaretur; & in hoc non poterat Iudex aliter decernere, nec breuius tempus, vt nouennium, longum iudicare; Mulin. *n.*29. Delbene *vbi proximè. n.*3. Caroc. *d. rubr de reb. Eccleſ. n.*26. Ceuall. *n.*14. P. Molin. *diſp.*466. *n.*10. *verſ. Ante tempora*, Redoan. *d. q.*6. Aug. Barb. *d. alleg.*95. *n.*14. Caualc. *deciſ.* 43. *num.*57. Guttier. *ſup. lib.*2. *c.*8. *n.*26. P. Vazq. *vbi proximè.* Quod ita communiter receptum eſt, quia *in c. fin. ne Prælat. vit. ſuas*; locatio ad ſeptennium obſeruari præcipitur, atque ita ad modicum tempus indicatur; vnde illatum eſt, locationem infra decennium, ad longum tempus non eſſe. Sed hoc reſtringitur ad Prælatos, aut beneficiarios ſeculares; nam quoad Regulares, etiam infra decennium locatio ad longum tempus cenſebitur, ſi iudicanti ita viſum fuerit; vt docet D. Couar. *infra n.*3. *verſ. Quod verò*, vbi comprobatur, *n.*32.

Ibi : *Et id verum eſt, etiamſi expreſsè agatur.*

13 Ex locatione ad longum tempus quæritur conductori dominium vtile rei locatæ, vt dictum eſt *ſup. num.*10. & mox repetam: hæc autem dominij acquiſitio impediri poteſt, ſi conuenerint contrahentes, ne transferatur illud, Caroc. cum multis, *quæſt.*1. *An per location. ad long. temp. vtile domin. transferat. n.*6. *pag.*53. Greg. Lop. *in l.*19. *gloſ.*7. *tit.*8. *part.*5. Redoan. *d. tract. de reb. Eccleſ. non alien. in princip. verb. vocabulum, n.*6. Guttier. *vbi proximè*, *n.*27. quanquam contrarium viſum ſit Molin. *d.c.*21. *n.*24. *verſ. In ſecunda ſpecie*, Pat. Molin. *diſp.*460. *n.*6. Hinc quæritur, ſi locatio rei Eccleſiaſticæ ad longum tempus fiat cum pacto, vt dominium vtile conductori non acquiratur, num valeat? & negatiuè cum D. Couar. *in præſenti* reſoluunt Caroc. *vbi proximè, q.*3. *n.*16. Cuman. *in l codicillis*, §. *inſtituto, in* 1. *lectur. ff. de leg.*2. Mareſc. *ſup. n.*7. Iaſ. *conſ.*94. *col. fin. lib.*1. Pinell. *in l.*1. *part.*3. *n.*64. *C. de bon. matern.* nam priuatio illa percipiendi fructus per plures annos, alienatio cenſetur. Quod verum eſt omninò, quandò locatio ad ſucceſſorem tranſit, de quo *ſupr. c. præcedenti.*

Verſ. *Ex quo apparet.*

Quibus alienatio interdicitur, locare ad longum tempus non licet; Cancer. *d. cap.* 4. *nu.*26. Hermoſ. *in l.*4. *gloſ.*1. *n.*38. *tit.*5. *p.*5. Caldas *de renouation. emphyteuſ. q.*16. *n.*7. Molin. *d. c.*21. *a n.*15. Simoncell. *de decret. lib.*2. *tit.*6. *inſpect.*2. *nu.*25. Dueñas *reg.*40. *ampliat.*12. Boer. *deciſ.*234. *n.*2. Caroc. cum pluribus, *vbi proximè ex n.*3. *pag.*54. Pinell. *d. n.*64. Iul. Clar. *in prax. crimin.* §. *fin. q.*82. *verb. Statutum circa alienationes, n.*4. P. Molin. *n.*8. Caualcan. *deciſ.* 43. *n.*57. Delbene *c.*17. *dubit.*3. *n.*2. Menoch. *dict. caſu* 5. *n.*4. Greg. Lop. *vbi proximè*, Valaſc. cum pluribus *dict. q.*22. *n.*14. Ratio eſt, quoniam vere alienat, qui vtile dominium in alium transfert. Sic prædium minoris abſque decreto locari ad longum tempus non poteſt, Guttier. *de tutel. part.*2. *c.*1. *n.*28. 14

Ibi : *Cum ex ea vtile dominium transferatur.*

Per locationem ad longum tempus, dominium vtile acquiritur conducenti. Videas laudatos *ſup. num.*10. quibus iungendi ſunt, Menoch. *de retinend. poſſeſ. remed.*4. *num.*35. Mantic. *d. lib.*5. *tit.*4. *n.*7. Guttier. *Canonicar. lib.*2. *c.*8. *n.*22. Caroc. alios referens *d. q.*1. *n.*3. Delbene *dubit.*1. *n.*29. Pat. Molin. *diſp.*445. *num.*4. Caualcan. *ſup. num.*1. Parlad. *differem.*28. *n.*3. Iul. Clar. *vbi proximè*, Molin *num.*15. Franciſc. Marc. *deciſ.*455. *part.*1. Greg Lup. *ſup.* Afflict. *deciſ.*365. *n.*4. licet à communi hac ſententia receſſerint Connan. *commentarior. lib.*7. *c.*12. Pinel. *ſup. n.*66. Ioſeph. Gonçal. *variar. quæſtion. c.*29. *num.* 34. cum quibus ſentire videtur Ceuall. *d. q.*199. *n.*5. 15

Hæc concluſio, vt *ſup. n.*13. notatum relinquitur, limitatur, ſi pactum interueniat: ne tale dominium in conductorem tranſeat. Cui obſtare videtur, quod de dominio directo ſcriptum eſt *in l. cum manu ſata* 80. §. *fin. ff. de cont. empt.* vbi ſi in venditione pactum fiat, ne in emptorem dominium transferatur; aut illud reijcitur, aut facit vt actus in aliud genus contractus tranſgrediatur, quia eſt contra naturam venditionis. Atque ita vtrique Molinæ placuit, non impediri tranſlationem vtilis dominij in locatione ad longum tempus, quamquam aliter inter contrahentes conuenerit. Sed communem limitationem traditam ſuſtinendo, poteſt reſponderi, non eſſe de ſubſtantia huiuſmodi locationis præfati dominij tranſlationem; vt expreſſim aſſerit Mareſcot. *d. n.*7. Barbat. *in rubr. de reb. Eccleſ. à n.*48. quare mirum non eſt, quòd poſſit pacto tolli, manente eodem contractu, quia locatio, vt per ſe notum eſt, non ordinatur ad alicuius dominij tranſlationem; *l. non ſolet* 42. *ff. locat.* ſed ad fruitionem rei, quæ conducitur: *l.*1. *& per tot. eod. tit.* & vtilis dominij tranſlatio eſt quid accidentale, quod propter diuturnitatem temporis iure conceſſum eſt. In venditione verò primæuus, ac principalis effectus, ad quem contractus tendit, eſt dominij tranſlatio, vt benè explicat poſt alios P. Molin. *diſp.*336. *num.*4. vndè ſi ex vi conuentionis impediatur, non erit venditio, ſed alius contractus, quemadmodum Conſultus definit *in d.* §. *vltim.* 16

Conductor ad longum tempus naturalem poſſeſſionem in re locata nanciſcitur, quanquam locatio ad modicum tempus nullam tribuat; Caroc. *ſup. q.*1. *n.*8.9. P. Molin. *dict. diſp.*445. *n.*4. Ceuall. *n.*4. Guttier. *vbi proximè, n.*25. 17

Ad Num. 2.

Prælatus iureiurando promittens, bona ſuæ Eccleſiæ non alienare, ſi eadem ad longum tempus locauerit, periurij reus efficitur, P. Molin. *diſp.*406. *n.*8. P. Vazq. *dub.*3. *num.*24. *verſ. Iure autem.* Licèt loquatur in terminis *Extrauag. Ambitioſæ.* & aliud de iure antiquo ſentire videtur Syluest. *in ſumm. verb. Alienatio, quæſt.* 17. & probabilem dixit hanc ſententiam Delbene *dict. cap.*17. *dubit.*4. *ſect.*2. *num.*11. Nam iuramentum debet intelligi ſecundùm materiam ſubiectam; in hac autem alienationis rerum Eccleſiaſticarum materia, qui ad longum tempus locat, alienare cenſetur, vt dictum eſt; ex quo iuramentum de non alienando violatur. 18

Ibi : *Ego verò etſi cenſeam.*

19 Contrarium verò, & ſic quod Prælatus non ſit periurus, ex rationibus iſtis ſuſtinent Delbene *vbi proximè*, Caroc. *dict. quæſt.* 3. *n.* 4. Valaſc. *de iur. emphyteutic. q.* 29. *num.* 12. Barbac. *ſup. n.* 52. Redoan. *ſup. in princip. verb. vocabulum, n.* 5. *fol.* 11. Quæ opinio æquior eſt: ideoque cùm probabilis ſit, practicanda, ad pœnas euitandas; argument. *l. interpretatione* 42. *ff. de pœnis*, etſi in puncto iuris fortaſſis prior verior ſit.

20 Vt autem non lateat quid ſub præfato iuramento Prælati contineatur? animaduertendum eſt quod dupliciter illud præſtari ſolet, vel abſolutè iurando non alienare ea bona; vel promittendo, iuramento adhibito, non alienare ipſa, Romano Pontifice inconſulto. Primo caſu, ſolùm obligatur ad non alienandum illicitè, & contra iuris prohibitionem, manet tamen ſibi illibata facultas ad alienationes de iure permiſſas: Secundo, etiam ab alienatione permiſſa, non obtenta Pontificis licentia, debet abſtinere; Delbene *dubit.* 3. *n.* 1. 2. vbi alij Gutier. *de iuramen. confirmat. part.* 1. *c.* 52. *num.* 3. Quod vltimum limitatur, *Primò*, ſi magna neceſſitas inſtaret, ita vt locus dilationi ad conſulendum non ſit: *Secundò*, quoad res modicas, quæ cenſentur exceptæ: *Tertiò*, ſecundùm D. Couar. & ſequaces in locatione ad longum tempus, Delbene *à n.* 6. Gutier. *vbi proximè* Pat. Molin. *diſput.* 468. *n.* 8. 9.

Ibi : *Tamen verum eſt impropriè.*

21 *Alienationis* verbum aliquando latè, aliquando preſsè vſurpatur. Primo modo locationem ad longum tempus complectitur: Secundo, non vtique, Caroc. *d. q.* 3. *n.* 4. Pat. Molin. *diſput.* 464. Delbene *dubit.* 3. *à n.* 1. Molin. *d. c.* 21. *in princip.* Hermoſill. *in l.* 45. *gloſ.* 3. *n.* . 3. *tit.* 5. *part.* 5. Bonacin. *d. punct.* 2. *num.* 14. *in principio*, Pinell. *ſup. num.* 18. 19. Spin. *In ſpecul. teſtament. gloſ.* 19. *n.* 75. *cum aliis.*

Ibi : *Non ad pœnam infligendam.*

22 Hoc ipſum poſt alios notant Caroc. & Delbene *vbi proximè*, Pœnæ etenim non ſunt interpretatione inuandæ, *dict. l. interpretatione*, *l. cum quidam* 19. *in fin. ff. de liber. & poſthum.* Ex quo infertur, quòd verba, quæ diuerſimodè intelligi poſſunt, ita accipienda ſunt, vt delictum, & pœna excuſetur.

Ibi : *Cum iuramentum ſtrictè ſit intelligendum.*

23 Ita vt quantò minùs poſſit, iurantem aſtringat. Sanch. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 1. Ceuall. *tom.* 2. *q.* 780. *n.* 284. Aug. Barb. *in collectan. ad cap. Clericus, n.* 7. *de iureiurando*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 45. *n.* 12. Gutier. *vbi proximè, cap.* 71. *n.* 3. Caroc. *d. q.* 2. *num.* 6. *pag.* 54. Delbene *vbi proximè, n.* 9. Molin. *diſp.* 468. *n.* 8.

Ibi : *Ex hoc dubia eſt apud me.*

24 Locans rem emphyteuticam ad longum tempus, domino irrequiſito, non incidit in pœnam caducitatis aduerſum ita alienantes ſtatutam, Caroc. *rubric. de iur. emphyt. n.* 7. Caballin. *milleloq.* 223. *p.* 1. Add. ad Alex *conſ. vlt. lib.* 13. Molin. *ſup. n.* 1. *c.* 20. *n.* 17. Pinell. *num.* 71.

25 Sed oppoſitum magis receptum eſt, quod tenent Greg. Lopez *in l. vlt. gloſ.* 3. *tit.* 8. *part.* 5. Mareſcot. *dict. lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 9. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 4. *num.* 82. Franciſc. Marc. *dict. deciſ.* 455. *part.* 1. Iul. Clar. *receptar. ſententiar. lib.* 4. §. *Emphyteuſis quæſt.* 19. Gamma *deciſ.* 26. *num.* 5. Iaſon *in l. vltim. quæſt.* 4. *num.* 112. *C. de. iur. emphyteut.* Caldas *de renouat. emphyteuſ. quæſt.* 16. *num.* 10. Valaſc. *dict. quæſt.* 29. *num.* 33. Pat Molin. *diſput.* 461. *num.* 2. vbi benè probat, Pœnámque caducitatis per vtilis dominij tranſlationem incurri, tenuit Menoch. *conſ.* 38. *n.* 1.

26 Quæ ſententia debet temperari, ſi adijciatur clauſula: *Saluo conſenſu domini.* Maximè ſi ſubiungatur: *Non aliter, neque alio modo.* Per quæ verba etiam in propria, & ſtricta alienatione, pœna caducitatis non infertur: quod à fortiori hic dicendum eſt, de quo Mareſcot. *lib.* 1. *cap.* 78. *à princip.* Menoch. *d. conſ.* 38. *ex n.* 17. vbi plures Molin. *d. c.* 21. *num.* 25.

Ad Num. 3.

27 Locatio bonorum Eccleſiæ, quæ alienari iure ſunt prohibita, ad vitam alicuius non tenet, iuris ſolemnitatibus non obſeruatis, quæ in eorum alienatione deſiderantur, Molin. *n.* 28. *verſ. Sed quamuis, & n.* 29. Redoan. *quæſt.* 6. *n.* 3. Gutier. *dict. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 24. Delbene *ſup. c.* 18. *dub.* 1. *n.* 5. Petr. Barboſ. *in l. filiofam* §. *vltim. num.* 26. *ff. ſolut. matrimon.* Caroc. *rubric. de locat. ad vitam, quæſt.* 2. *& rubric. de reb. Eccleſ. concl.* 4. *num.* 16. Vazq. *dub.* 2. *n.* 33. Valaſc. *n.* 2. Aug. Barboſ. *dict. alleg.* 95. *n.* 14. Pat. Molin. *diſp.* 466. *n.* 3. Pellizzar. *ſup. num.* 16. *verſ. Reſpondeo, quòd cum tempus*, Nauar. *in c. conſideret*, §. *Deſtcat, n.* 5. *de pœnit. diſt.* 5. Ratio eſt, quia huiuſmodi locatio, quamuis breuiſſimo tempore finiri poſſit, ſubijcitur durationi ad longum tempus, quapropter vetita cenſetur, Pellizzar. *vbi proximè*, Delbene *dict. n.* 5. cum prohibitio cuiuſque actus, eos omnes comprehendat, per quos ad illum poteſt perueniri; *l. oratio* 16. vbi notatur, *ff. de ſponſalib. l. ſi pupillorum* 7. §. *fin. ff. de reb. eor. qui ſub. tutelas*, Gloſ. *in l. ſi vt certo* §. *vlt. verb. & ait, poſt princip. ff. commod.* Gutier. *de iuramen. confirmator. p.* 1. *cap.* 51. *n.* 9. de quo latiùs *infra*, *hoc cap. ad numer.* 7. cum *D. Couar.* dicendum eſt.

28 Hinc deducitur, non ſubſiſtere locationem ad beneplacitum conducentis, quia in eadem voluntate diu poteſt perſiſtere, Pat. Molin. *diſp.* 445. *n.* 3. *in fin.* Pinell. *ſup. nu.* 63. Valaſc. *n.* 4. Caroc. *rub. de locat. ad long. temp. quæſt.* 5. *de locat. in volunt. conduc. numer.* 2. 3. vbi alij: Molin. *dict. cap.* 21. *num.* 2. *verſ. Et etiam illa:* Gutier. *d. cap.* 8. *num.* 24. Nec ad voluntatem locantis, Molin. Gutier. Pinel. *ſup.* quamuis contrarium placuerit Pat. Molin. Valaſc. Caroc. *n.* 5. quoniam liberum eſt locatori, cùm voluerit, à contractu diſcedere. Tamen prior opinio tenenda èſt, eo quod poteſt ex conſenſu locantis eadem locatio vltra tempus permiſſum permanere; & hoc, ius prohibet. Idem dicendum eſt, ſi in tertij voluntatem locatio conferatur; Caroc. *n.* 6. cuius limitatio *ibidem* tradita, ex dictis admittenda non eſt. Sed ea omnia ſunt intelligenda, quando expreſſè actum eſt, vt locatio tempus permiſſum excedat, ſi placuerit; alioqui in dubio ea pacta ita ſunt interpretanda, vt is, in cuius voluntatem locatio confertur, poſſit ab ea, cum voluerit, reſilire; vel in eadem perſiſtere intra tempus lege definitum, quia contractus præſumitur ſecundum ius celebratus; *l. quæro*, §. *Inter locatorem, ff. locat.* Menoch *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 58. *num.* 1. nec cenſetur illicitus; niſi manifeſtè apparuerit, Menoch. *ſup. præſ.* 122. *n.* 36. & faciunt tradita *infra, c.* 17. *n.* 74.

29 Inde etiam colligitur, non poſſe locari ad tempus incertum, vt donec bellum finiatur; Pellizzar. *ſup.* niſi incertitudo referatur ad aliquid, quod intra tempus permiſſum ſoleat terminari: vt dum nauis ex Indis redierit: idem Pellizzar. *ibidem.* Vel ſi locatio celebraretur abſque temporis præfinitione, quæ valebit; quia talis contractus ſecundum conſuetudinem, quæ in ſimilibus rebus obſeruatur, debet intelligi: Caroc. *quæſt.* 9. *num.* 2. res autem Eccleſiæ iuxta tempus iure permiſſum ſemper locari ſolent; atque ita idem erit, ac ſi expreſſim ad nouennium olim; & hodie ad triennium eſſet locatum.

Ibi : *Fortaſſis hæc locatio.*

30 Locationem rerum Eccleſiæ ad vitam hominis ſenis non cenſeri factam in longum tempus, ſi ille diu victurus non præſumatur, ſecundum ſupputationem *l. hæreditatum* 68. *ff. ad leg. Falcid.* ſentiunt cum *D. Couar.* P. Molin. *diſp.* 445. *num.* 3. Petr. Barb. *in d.* §. *fin. n.* 26.

31 Hæc tamen ſententia, quam dubitans *D. Couar.* videtur approbare, difficilè admitti poterit ex ſequentibus. *Primò*, nam valde controuerſum eſt, num computatio *præfata legis* vltra caſum, de quo agit, locum obtineat? vt videre eſt apud D. Couar. *infra, lib.* 3. *c.* 19. *num.* 40. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 40. Eſcob. *de ratiocin. lib.* 2. *c.* 2. *à princip.* ac verius eſt; non eſſe præcisè ſeruandá, quamuis poſſit Iudex pro ſuo arbitrio eá ſequi, vt reſolui *ſup. c.* 2. *in fin.* Quod in

ſpecia

ſpecie locationis rei Eccleſiaſticæ admitti non debet, cum materia prohibitiua ſit, Eccleſiæque fauorabilis, cui proſpicitur, vetita bonorum ſuorum alienatione. *Secundo*, quia vita hominis vſque ad centum annos durare præſumitur, vt notant DD. *in l. vlt. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. an vſusfructus 63. ff. de vſufruct.* quorum plures laudat Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 49. n. 9.* Aug. Barboſ. *in dict. l. fin. n. 5.* Tertio, licet præfata communis opinio vera non exiſtimeretur, ſaltem certum eſt, iure præſumi, hominem ad centum annos viuere poſſe, vt idem Menoch. recte ſentit, de quo *ſup. cap. 7. à n. 28* hæc autem poſſibilitas ſufficit, vt locatio ad longum tempus facta videatur, atque non ſubſiſtat, vt cum Delbene, & Pellizzatio probauimus, *ſup. n. 27.* Quartò, quoniam ſecundum *dicta legis* computum, homo quinquagenarius poſſet rem Eccleſiæ ad vitam conducere, & locatio ad longum tempus non cenſeretur facta, quia ad nouennium duntaxat ſuperſtes creditur eſſe futurus, vt ex textu apparet; homines autem frequentiſſimè ſexageſimum annum agere, & illum excedere, nemo eſt qui dubitet. Ex his tenendum videtur non eſſe attendendam diſpoſitionem *d. l. hereditatum* circa locationem ad vitam rerum Eccleſiæ, quæ ad longum tempus facta cenſenda eſt, vt docet Delbene, & Vazq. *vbi proximè.* Sed poſſet hæc ſententia limitari, contrariáque admitti, ſi conductor iam nonageſimum ageret annum, quia rarum eſt, & quaſi portentum hodie habetur, vt quis ad centeſimum perueniat annum, vt obſeruat Menoch. *à num. 16.* latè probans; & licèt hoc poſſibile ſit, cùm rarò eueniat, de eo curandum non eſt, argument. *l. nam ad ea 5. ff. de legib.*

Verſ. *Quod vero dixi.*

32 Hoc ipſum notant Menoch. *d. caſ. 5. in fine*, Caroc. *rubric. de reb. Eccleſ. conc. 7. num. 30.* Aug. Barboſ. *in collectan. ad Clement. 1 n. 13. de reb. Eccleſ.* & diximus *ſup. n. 12.* Et ex his, quæ ſub *hoc verſ.* D. Couar. docet, apparet, hoc intereſſe inter Prælatos Regulares, & ſeculares, quòd hi locantes infra decennium dici non poterant ad longum tempus locaſſe; illi verò ſic, quando ita Iudici viſum erat.

Ad Num. 4.

33 Hucuſque tradita ad Ius antiquum referenda ſunt; hodie namque aliter ſe res habet, cùm Paulus II. *anno* 1468. nouam ediderit conſtitutionem, quæ incipit: *Ambitioſa*, extátque inter *Extrauagantes communes ſub tit. de reb. Eccleſ.* qua vetitum eſt, bona Eccleſiaſtica vltra triennium locari abſque iuris ſolemnitatibus, pœna excommunicationis, & alijs aduerſum contrauenientes ſtatutis; vt notant Pat. Vazq. *ſub dub. 5. num. 14. verſ. Iure autem*, Tondut. *quæſtion. benefic. part. 1. cap. 66. n. 8.* Aug. Barboſ. *d. allegat. 95. n. 5.* Scortia *in ſelect. Pontific. conſtitu. theorem. 115.* Pat. Molin. *diſp. 466. num. 10. verſ. Ante tempora*, Thom. Delbene, *d. cap. 18. dubit. 1. num. 7.* Guttier. *Canonicar. lib. 1. cap. 3. num. 1.* Caroc. *vbi proximè, conc. 9. nu. 38.* Sarmient. *de reddit. Eccleſiaſtic part. 1. cap. 2. num. 20.* Bonacin. *ſup. numer. 24.* Ceuall. *dict. quæſt. 199. num. 7.* Menoch. *d. caſ. 5. numer. 5.* Pellizar. *dict. cap. 8. num. 14.* vbi de Regularibus, quos præfata conſtitutio æquè, ac ſeculares ligat: Imò procedit, quamuis Religioſi conduxerint bona alterius Monaſterij, & alterius Ordinis, vltra triennium; ex quo pœnas dictæ Extrauagantis non minùs, quam ſeculares incurrent; Pellizzar. *n. 17. verſ. Addo quod ſi Regulares.*

34 Ampliatur præfatum Pontificis decretum, vt nec locatio aduerſus illud teneat, quamuis locans iuret non contrauenire contractui, quo non obſtante poterit ab eo reſilire; nam iuramentum nequit firmare actum nutritiuum peccati, alioquin eſſet iniquitatis vinculum, Delbene *dubit. 6.* Bonacin. *n. 16.* Corduba *in quæſtionib. Theologic. q. 103.* & alij apud Riccium *deciſ. 122.* etſi alijs oppoſitum placeat.

35 Eſt notandum, licere Epiſcopis ſua conſtitutione triennium ad biennium, vel aliud tempus reſtringere, non verò extendere; hoc enim Pontificiæ conſtitutioni aduerſatur, non illud; Cardinal. *in c. vlt. n. 2. ne Prælat. vic. ſuas*, Delbene *dubit. 8.* Aug. Barboſ. *d. allegat. 95. n. 18.*

Verſ. *Primò contingere ſolet.*

Locatio rei Eccleſiaſticæ vltra triennium eſt prohibita, 36
nulliuſque momenti etiam ſi pactum appoſuatur, vt per ſingula triennia cenſeatur contractus diſtinctus celebrari, vtque non vnica, ſed plures diuerſæ locationes ſint, quia hoc in fraudem legis fit; Pat. Molin. *num. 11.* Caroc. cum alijs, *ſup. num. 41.* Vazq. *dub. 4. n. 15.* Scort. *theoremat. 117.* Auguſt. Barboſ. *num. 17.* Delbene *dubit. 2. à num 1.* Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt. 29. num. 15.* Filliuc. *tract. 44. cap. 2. quæſt. 5.* Rebell. *de obligat. iuſt. lib. 1. quæſt. 6.* Ricc. *deciſ. 117.* Tuſch *lit. L. conc. 406.* Rodriguez *quæſtion. Regular. q. 7. art. 1.* Pellizzar. *nu. 15.* Idem circa locationem vltra decennium cum pacto, vt de nouennio in nouennium renouata cenſeatur; nam hæc ad longum tempus facta dicitur, vt notant Molin. *d. cap. 21. n. 29. verſ. Et etiam*, Mareſcot. *d. c. 25. n. 7.* Per. Barboſ. *vbi ſup. num. 26.*

Sed ſi ſimul plures locationes diſtinctæ contrahantur, 37
veluti ſi dicatur: *Loco hunc fundum in tres annos, quibus elapſis, eundem in aliud triennium ſequens tibi loco*; adhuc ſuſtinendæ non ſunt, Mareſcot. *numer. 2. cum ſeqq.* Bonacin. *numer. 24. verſ. Nec obſtat:* Pat. Molin. & Valaſc. *vbi proximè*, Carue. *conc. 6. num. 19.* nam vt Pellizzar. *vbi proximè*, & Delbene *dubit. 2. numer. 2.* aiunt, parùm Eccleſiæ intereſt, quod vnica, vel pluribus locationibus res ſua vltra permiſſum tempus conducatur, illique contractus propter vnitatem ſermonis, & temporis, pro vno reputantur, Mareſcot. *numer. 2. & 4.* Butr. *in cap. Apoſtolica, num. 12. verſ. Hoc nota, de donat.* Qui quidem caſus a præcedenti in re nihil differt.

Dubium eſt, an his caſibus valeat pro primo triennio 38
contractus? Affirmat Pat. Molin. *ſup. & diſp. 467. n. 4.* Valaſc. Aug Barboſ. Bonacin. *vbi proximè*, Delbene *ſup. n. 1.* Contrarium verò probat latè Mareſcot. *à num. 8.* quod verius videtur, admiſſa *Bart.* opinione, de qua infra, *num. 44.* nam in effectu idem eſt, conducere abſolutè ad tempus vltra triennium, ac prædictis cauillationibus vti ad fraudem legis; & ita quemadmodum in eo caſu contractus, nec pro tempore non prohibito tenet, vt mox dicendum eſt, ſic & in his omninò corruere debet. Nec intereſt, quod hic plures locationes diſtinctæ contrahi dicantur, quoniam cùm vno eodémque contextu fiant, vnicus eſt actus, qui vt in fraudem legis, nullius debet eſſe momenti: videatur Mareſcot. *d. c. 25. per tot.*

Ex his infertur, quòd ſi diuerſis temporibus plures ce- 39
lebrarentur de eadem re Eccleſiaſtica locationes ab eodem conductore, prima ſuſtineretur, ſi triennium non exceſſerit; cæteræ autem erunt irritæ, ſi factæ ſint prima locatione durante: ſed hoc limitandum eſt, cùm iam prope finem præcedentis locationis, iterùm locatur, quia non datur præſumptio fraudis; v. g. conducit quis agrum ad triennium, & tertio iam labente anno, eundem ad aliud triennium iterùm reconducit, contractus iſte nullo vitio laborat; nam parum illud temporis, quod reſtat, pro nihilo habetur; de quo Molin. *d. diſp. 466. n. 11.* Delbene *dubit. 3.* Valaſc. *vbi proximè*, Pellizar. *n. 15.*

Quibus addendum eſt, quod ſi locatio ad triennium fiat 40
cum pacto, vt eo præterito locans teneatur ad renouandam illam, contractus valet pactione reiecta. Ita Mareſcot. *n. 19* D. Couar. *inf. n. 5. verſ. Non obſtat*, Bonacin. *nu. 24. verſ. Sed aliorum opinio*, Scort. *theorem 115.* Aug. Barboſ. *num. 17. in fine*, Quaranta *in ſumm. Bullarij, verb. Alienatio rer. Eccleſiæ, num. 18.* Pat. Vazq *ſup. num. 26.* & alij apud Delbene, qui probabile dicit, *d. dubit. 2. num. 7.* quoniam aliud eſt locare, & aliud pactum de locando inire. Sed contrarium & ſic locationem omninò irritam eſſe, cum alijs tenet Caroc *dict. rubric. de locat. ad long. temp. quæſt. 4 num. 4.* Alij diſtinguunt, vt prior ſententia vera ſit, ſi talis promiſſio in ſcriptura publica fiat, poſterior ſi extra illam interuenerit. Ita Delbene *num. 5. 6.* Pellizzar. *num. 15.* Azor. *part. 2. lib. 9. capit. 2. quæſt. 3.* Sed aliter diſtingui poſſet, nam aut conuentio illa, de locando ſimul cum locatione intra tempus permiſſum, fit, & tunc cùm vnicus ſit actus in fraudem legis, totus irritabitur, vt *Carocio* & ſequacibus non paucis viſum eſt: Aut ex interuallò promiſſio prædicta de locando ſubſequitur, & ipſa ſolùm erit nulla, locatione manente,

quia vtile per inutile vitiari non debet, cum actus ſint diſtincti; atque ita *Mareſcoti*, & aliorum procedit reſolutio. Quæ comprobantur ex dicendis *infra, n.47. cum ſeqq.*

Ad Num. 5.

41 Hanc frequentiſſimè agitatam quæſtionem, num ſcilicet locatio rerum Eccleſiæ vltra triennium, ſaltem intra illud ſuſtineatur? diſputant latè Molin.*d.cap.21.numer.28.* Delbene *dubitat.5.* Gutier.*Canonicar.lib.2.c.*15.Pat. Molin. *diſp.*467.Pat.Vazq.*dubit.*5.Aug.Barboſ.*à num.3.* Pellizzar. *d.tract.6.cap.8 n.16.*

42 Eſt præmittendum, diſputationem hanc non verſari circa locationem vltra nouennium, ſiue ad longum tempus, quæ omnino nulla eſt, ſi abſque ſolemnitatibus fiat, Molin.*ſup. verſ. Sed quamuis*, Guttier.*num.*8.Aug.Barb. *n.*14. Pat.Molin.*num.*4.Ratio eſt, quia per contractum locationis ad decennium tranſit in conductorem vtile dominium, quod multum ſolet intereſſe; hoc autem non tranſiret, ſi locatio ad triennium valeret; quapropter ille compellendus non eſt ſtare contractui, qui ab eo, quem celebrare voluit, differt.

43 Locationem in ſpecie propoſita non in totum vitiari, ſed intra permiſſum tempus conſiſtere, cum *Baldo* ſentiunt Pat.Molin.*n.3.*Tondut.*ſup.d.cap.66.n.10.*Molin.*verſ. In ſecunda ſpecie*, Anton.*de* Marinis *quotidianar. reſolut. lib.1. cap.6.num.7.verſ.Contrarium*, Guttier.*num.7.* Aug. Barboſ. *num.11.*Tuſch.*d.conc.*406.*num.*1.Gamma *deciſ.*387. *num.*3. Quarant.*vbi proximè*,Rebell.*ſup.part.2. lib.14. quæſt.6.* Caroc.*d.rubric.de reb.Eccleſ.cont.9.nu.*44.Ceuall. *d. quæſt.*199. *numer.*10 & alij apud Mantic. *de tacit. conuent. lib.5.tit.5. num.* 19. & Scortiam *theorem.* 117. Fundamentum præcipuum eſt, quia vtile per inutile non vitiatur, atque ita omnes hi ſuam ſententiam limitant, ſi tempus vtile ab inutili commodè nequeat ſeparari, vt D. Couar. *infra* aduertit.

Ibi: *Sed quod locatio in hac quæſtione omnino nulla ſit.*

44 Ita aduerſus proximè laudatos, tenent cum *Bartolo* Pat. Vazq.*num.*28.Mareſcot.*d.cap.25.à num.*8.Valaſc.*ſup.q.*29. *num.*15. Delbene *ſup.* Caldas *de reſolut. emphyteuſ. capit.2. num.*30.Bonacin.*ſup.dict.num.*34.Mantic.*vbi proximè, nu.*1. Emman.Sà *verb.conductio,num.*13.Pinell.*in l.1.part.3.n.75. C.de bon. matern.* Azor.*ſup.lib.7. capit.10. quæſ.4. & lib.9. cap.2.quæſ.4.*Gratian.*diſceptat.cap.*162. *numer.*51. Ricc. *deciſ.*117.Scort.*vbi proximè*,Leſſ.*de iuſt. lib.2. cap.24. dub.11. num.*68.Rota apud Farinac. *tom.1. part.1. deciſ.*36. Pellizzar.*num.*16.vbi rectè notat, aliud eſſe, ſi plures locationes non vno contextu fiant. Cur ſententiæ *D. Couar.* accedit *ſub hoc numer. verſ. Tandem*, vbi videas notata per me à *numer.* 47. Ratio eſt, quia actus contra legis prohibitionem prorſus debet eſſe irritus, nec in eo ſeparatio poteſt admitti, cùm ſit vnicus.

Verſ. *Deinde in his.*

45 Adde Delbene à *num.*5.Gottier.*num.3.cum ſeqq.*Pat.Molin.*num.*1. *verſ. Secundò quoniam.* Sed huic argumento reſpondent qui cum *Baldo* ſentiunt, regulam, quod in iis, quæ pendent à voluntate duorum, actus, qui non valet, vt fit, nec vt valere poteſt, ſubſiſtit; ſolùm procedere, cùm actus tranſit in aliam ſpeciem, vel eius natura variatur, ſecùs ſi intra proprios limites, nihil immutato, reſtringatur; quia præſumitur, contrahentes nedum in totum, ſed etiam in partem, quæ abſque incommodo ſeparari poteſt, tacitè conſentire, vt in donatione vltra quingentos ſolidos non inſinuata verificatur; P.Molin.*n.7.* & tempus ac pecunia quoad hoc æquiparantur, P. Vazq.*ſup.*

Verſ. *Verum Carolus Molinæus.*

Huius diſtinctionis inter emphyteuſim, & locationem vltra tempus permiſſum, meminere P.Vazq.*d.dub.5.nu.*57. Gutier. *n.5.*

Ibi: *Sic & in contractu feudali.*

Si res Eccleſiæ, quæ erat apud feudatarium, ad eam reuertatur, poterit Prælatus, non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, illam iterum in feudum concedere, antequam menſæ incorporetur; tunc autem incorporata cenſetur, quando Prælatus ipſam non infeudare conſtituit, ac menſæ applicat; Pat.Molin.*diſp.*468. *per tot.* Debet tamen in noua conceſſione ſeruari eadem forma, qua prius data fuit, ita vt nihil amplius tribuatur nouo feudatario, quam antiquus habebat, alioquin quoad exceſſum infeudatio non tenet: veluti ſi feudum datum eſſet pro deſcendentibus duntaxat, ac etiam pro tranſuerſalibus nouo feudatario concederetur, nam quoad hos feudum non valet, Pat. Molin. *numer.*19.Iul.Clar.*dict.lib.4.§.Emphyteuſis, quæſt.6.num.2.& §. Feudum, q.13.num.7.8.* 46

Ibi: *Neque obſtant verba textus.*

Sic hunc textum interpretantur communiter, qui *Baldi* ſententiam tuentur. Videas laudatos pro ea *ſup. n.43.* 47

Verſ. *Tandem vt liberè.*

Vltra verba, quæ *D.Couar.* ponderat pro ſua vera opinione *hic*, ſunt etiam perpendenda, quæ in *d. Authent. de reb. Eccleſ.§. Si verò, collat.* 2. ſequuntur, ibi: *Det autem continuò, & poſt caſum emphyteumatis quantum futurus erat ſoluere, ſi ſecundum legem ſubiſſet emphyteuſim, nihil apud eum remanente ex rebus pauperum, quæ fruſtra per emphyteuſim datæ ſunt.* Vbi notanda eſt clauſula illa. *Nihil; &c.* Nam cum agatur de eo, qui primùm emphyteuſim accepit, dicitur, quod nihil apud eum remaneat, ergo ſtatim re emphyteutica ipſe priuatur, & ita emphyteuſis nec pro prima generatione ſuſtinetur: Præterea hoc ipſum manifeſtum fit per illa vltima textus verba: *Quæ fruſtra, &c.* Nam ſi vſque ad tertiam generationem, vt aduerſarij volunt, valeret contractus, fruſtra datam fuiſſe emphyteuſim, dici non poſſet. 48

Ad hæc pro eadem opinione facit, quia cum in *d. extrauag. Ambitioſæ*, grauiſſimæ pœnæ contrahentibus irrogentur; veroſimile non eſt, voluiſſe Pontificem, actum, quem ſic prohibuit, aliqua ex parte ſuſtineri, imò cæteris pœnis omnimodam nullitatem adjeciſſe, prout ſentit Pellizzar. *ſup.num.*16. Nec poteſt quod aduerſus legis prohibitionem factum eſt, aliquem effectum producere: *l. non dubium 5. C. de legib. l. non putauit, §. Non quauis, ff. De bonor. poſſeſ. contra tabul. l. 4. §. Condemnatum, ff. De re iudicat.* 49

Verſ. *Non obſtat huic ſententiæ.*

Huic argumento ſic reſpondent, qui *Bartolum* tuentur, vt Vazq *num.*19.Delbene *dubit.5.ſect.2.num.*1. Bonacin.*dict. num.*24.*verſ. Neque obſtat*, & alij. *Secundò* reſpondent Mareſcot.*nu.*13. ex Baldo *in l.Græce, §. Illud, ff. de fideiuſſorib.* & Alciato *in l.1.§. Sed ſi mihi, num.*10. 11. *ff de verb. obligat.* vtile per inutile vitiari, quando lex actui formam præſcribit, vt *in præſenti*, quia forma datur, dum locatio vltra triennium fieri prohibetur. *Tertiò* reſpondetur, quòd cum ius actum annullat in pœnam agentium, totus penitus deſtituitur, prout fit *in dict. extrauaganti*, Vazq. Bonacin. & Pellizzar *vbi proximè*, qui *in verſ. Nec obſtat.* optimè ſatisfacit ad id, quod de donatione vltra quingentos ſolidos non inſinuata objicitur; ait enim, aliud eſſe, quod lex vetet aliquid vltra certum tempus, vel quantitatem fieri, vlterius non progrediens; & aliud, ſi præter prohibitionem pœnis proſequatur agentes; priore caſu, vtile per inutile non vitiatur, quemadmodum in donatione contingit, quia Legislator ſolum intendit exceſſum euitare; poſteriore ſecùs, nam cùm lex procedat ad punitionem tranſgreſſorum, præcipua ac magis congrua pœna eſt, quod nullius momenti ſit actus, vt ita in eo, in quo deliquerunt, puniantur, prout dignum eſt; *c. quanto 3. § Cæterum, de translat. Epiſcop. c. literas 13. §. Præfatum, de tẽporib. ordinat. c. cum olim 33. §. vlt. de offic. delegati, c. paſtoralis 29. in fine, de iur. patron. c. vlt. de immunit. Eccleſ.* Sic *in d. extrauagãti*, quæ graues admodũ pœ-

naa

nas irrogat locantibus vltra triennium, intelligendum eſt, Pontificem voluiſſe prorſus irritare illicitas conuentiones, vt nulla ex parte vires obtineant.

Ibi : *Nam in illa ſpecie manet ipſa locatio valida.*

De hoc dictum eſt, *ſup. n.* 40.

Verſ. *Sed præmiſſa.* Ibi : *Cum ea ſit frequentiori calculo recepta.*

Neſcio, an iſtud hodiè verè dici poſſit, cum apud recentiores, *Bartoli* ſententiam receptiſſimam eſſe conſtet ex laudatis in eius comprobationem, *ſup. n.* 44.

De his limitationibus ad opinionem *Baldi*, quæ ſequuntur vſque ad *num.* 6. vide allegatos pro eadem, *ſup. num.* 43. qui communiter eas admittunt, præſertim Molin. *ſup. verſ. Quod intelligendum eſt*, cum *duobus ſeqq.* Guttier. *dict. cap.* 13. *num.* 10. Pat. Molin. *diſp.* 467. *n.* 5. Caroc. *rubric. de reb. Eccleſ. conc.* 9. *n.* 47. Aug. Barboſ. *à n.* 12.

Verſ. *Ex his etiam deducitur.*

51 Quoties vnica penſio pro toto locationis vltra triennium tempore conſtituitur, adhuc ſecundùm *Baldum*, contractus in totum fit irritus, nec intra tres annos ſubſiſtit : Ita Guttier. *dict. cap.* 13. *in fine*, Aug. Barboſ. *num.* 14. & alij communiter, qui hanc ſententiam probarunt. A quibus meritò receſſit Iul. Clar. *ſup. d. §. Emphyteuſis, q.* 6. quem refert, & ſequitur Molin. *d. verſ. Sed quamuis:* P. Molin. *vbi proximè*. Quid enim intereſt, rem in plures annos vno pretio conduci, vel ſingulis annis æqualem penſionem pro ea aſſignari? vt in ſimili inquit Iauolenus *in l. ea lege* 54. *§. vlt. ff. locat.* cum tacitè pecunia æqualiter cenſeatur in annos locationis diſtributa, ſi res non inæquales fructus ferre ſoleat, argument. *l.* 3. *in princip. ff. De ann. legat.* quemadmodum penſio in annum pro ſingulis diebus diſtribuitur, *l. item quæritur* 14. *§. fin. l. ſed addes* 21. *§. Si quis cum in annum*, *l. cum venderem* 24. *ff. locat.* Ad hæc, cùm *Baldi* ſequaces temporis diuiſionem admittant, itavt qui ad quinquennium conduxit, ad triennium ſtare debeat locationi, cur pecuniæ ſiue penſionis diſtributionem impugnant? Et ſi ſentiunt, in minus tempus tacitè contrahentes conſenſiſſe, quare in minorem ſummam illi correſpondentem conſenſum præſtitiſſe inficiantur? Ex quibus deducitur, quod recepta *Baldi* opinione, tempus vtile ab inutili poteſt ſeparari, quanquam vnica penſio pro toto locationis tempore ſit conſtituta, modò res pariformiter ex ſua natura fructificet.

Ad Num. 6.

52 Si res Eccleſiæ ſingulis annis non fructificet, poterit ad quodcunque tempus locari, dum res fructus ex illa percipiantur, vt ſi fructus non ferat niſi tertio quoque anno, poterit ad nouennium iure conduci, nam in his totum tempus, quod labitur ad vnicam fructuum collectionem pro vno anno computatur, vt aliud agens dixi *ſup. c. proxim.* & in ſpecie docent P. Molin. *diſp.* 466. *num.* 10. *verſ. Caietanus, in ſumma, ad fin.* Tondut. *ſup. num.* 11. Pat. Vazq. *dub.* 6. *num.* 30. Mantic. *ſup. lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 22. Guttierr. *d. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. Delbene *dubit.* 4. *per tot.* vbi plures, Nonar. *de alienat. rer. Eccleſiaſticar. num.* 21. 22. Pellizzar. *num.* 14. Aug. Barb. *num.* 4. Bonacin. *num.* 24. *verſic. Aduertendum tamen*, Caſt. Palao *tract.* 9. *diſp. de reb. Eccleſ. non alien. part.* 14. *n.* 5. Caroc. *rubric. de reb. Eccleſ. conc.* 9. *n.* 50. Ricci. *in prax. for. Eccleſiaſtic. deciſ.* 115. *n.* 2.

Verſ. *Quar. ò, eadem conſtitutio.*

53 Mandatum ad res Eccleſiæ locandas intra tempus iure permiſſum, triennio elapſo, finitur, nec expreſſim vltra illud concedi poteſt ; Pat. Vazq. *vbi proximè, num.* 31. Scortia *dict. theorémat.* 115. Caroc. *num.* 49. Azor. *ſup. lib.* 9. *cap.* 1. *quæſ.* 5. Contrarium verò rectiùs probant Delbene *dubit.* 7. Pat. Molin. *vbi proximè*, *num.* 11. qui oppoſitum omninò falſum dixit. Ratio eſt; nam ſicut ipſe mandans licitè ad tempus permiſſum pluries ſucceſſiuè locat, ita hoc ipſum per alium facere non prohibetur, ſiquidem quod per alius facimus, per nos facere intelligimur, *l.* 3. *§. Sed ſi debitorem, ff. de donat. int. l.* 1. *§. Deieciſſe, ff. de vi & vi armat.* maximè cum ipſe, qui mandatum conceſſit, non prohibeatur illud pro libito, re integra, reuocare ; *§. Rectè, Inſt. de mandat. l. ſi vero non remunerandi* 12. *§. Si mandauero exigendam, ff. eod.*

Verſ. *Quintò, ſunt qui huius conſtitutionis.*

Eſt controuerſum an *d. extrauagans, Ambitioſæ*, vſu re- 54
cepta ſit? vt videre licet apud Guttier. *d. cap.* 8. *à princip.* Pat. Molin. *ſup. n.* 10. *verſ. Caietanus, in ſumma*, Vazq. *dub.* 7. *num.* 32. Caroc. *num.* 39. Bonac. *dict. num.* 24. *verſ. Hoc tamen intelligendum*, Aug. Barboſ. *num.* 42. 49. Delbene *dubit.* 1. *n.* 7. & 8. Ex quibus colliges, dictam conſtitutionem vbique fuiſſe receptam quoad nullitatem locationis vltra triennium, & alienationis rerum Eccleſiæ, non verò quoad alias pœnas ibi ſtabilitas aduerſus contrahentes, & ſecundùm illam ſæpiſſimè *Rotam* iudicaſſe, adductis multis deciſionibus, probat Auguſt. Barboſ. *n.* 49. Sed nonnullis in locis prorſus contraria conſuetudine eſt ſublata, cui ſtandum eſt, vt Mediolani, vbi res Eccleſiæ ad nouennium locantur, Bonacin. *vbi proximè.*

Ibi : *Legem nullam vim obtinere.*

Lex, quæ vſu recepta non eſt, minimè ſubditos aſtrin- 55
git, Menoch. *de arbitrar. caſ.* 420. *num.* 10. & *conſ.* 75. *num.* 91. Pellizzar. *ſup. d. tract.* 6. *cap.* 3. *num.* 14. Guttier. *ſup. n.* 2. Thom. Delbene *de immuni. Eccleſiaſt. tom.* 1. *c.* 1. *dubit.* 15. *ſect.* 7. *à num.* 1. Azeued. *in l.* 1. *num.* 8. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recopilat.* Bernard. Græuæ *ad prax. Camer. Imper. lib.* 2. *conc.* 60. *Coronid.* 2. *num.* .. Salas cum alijs *de legib. diſp.* 13. *ſect.* 1. *num.* 2. Flamin. *de reſignat. beneficior. lib.* 11. *quæſt.* 9. *n.* 26. Ant. Sola *ad conſtitut. antiq. Sabaud. in proœm. gloſ.* 4. *n.* 31. Gaill. *practicar. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 110. *n.* 24. Alderan. Maſcard. *de generali ſtatutor. interpretat. conc.* 6. *à n.* 77.

Illud tamen ſine controuerſia non eſt, an ſcilicèt lex ſta- 56
tim poſt ſufficientem promulgationem ſubditos obliget, antequam à populo recipiatur, & vſu probetur? in quo DD. diſſentiunt, quorum plures pro vtraque parte laudat Salas, *ſup.* & Aug. Barb. *in collectan. ad c. in iſtis* 4 *diſtin.* 3. 6. vbi affirmatiuam partem ſuſtinet, & bene probat Pat. Suar. *de legib. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 9. qui reſoluit, peccare eos, qui primùm legi non obediunt, actúſque eidem contrarios exercent, at poſtquam per tempus legitimum populus lege vſus non eſt, cùm iam vim ſuam amiſerit, nemo ad ipſius obſeruationem tenetur ; quo ſenſu, communis ſententia proximè tradita accipi debet, neque enim lex ve ab initio obliget, populi acceptationem deſiderat, cùm penes Principem ſit poteſtas cogendi ſubditos ad obſeruandas leges iuſtas, quas ipſe tulerit: argument. *l.* 1. *ff. de conſtitut. Princip.* quod Pat. Suar. *vbi proximè* notat.

Tunc autem lex non recepta cenſetur, vt obligandi po- 57
teſtatem non habeat, cum vel per actus contrarios, Legiſlatore ſciente, excluditur; vel per decennium, etiam inſcio Principe, negligitur, ac omittitur ; vt paulò inferiùs docet *D. Couar.* Sola *ſup. nu.* 38. 40. Menoch. *conſ.* 719. *num.* 30. 35. Aug. Barboſ. *ſup. numer.* 14. vbi plures refert, Guttier. *numer.* 3. 4.

Quot actus, contrarij ad hunc effectum deſiderentur, tra- 58
dit Sola *num.* 51. ex Bart. *in cap. fin. verſ. Deinde quæro, col.* 10. *de conſuetudin.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 6. *verſ. Et adde de treug. & pac.* vbi ait, quod ſi caſus, de quibus lex agit, rarò euenire ſoleant, duo ſufficiunt; alioquin plures requiruntur ſecundùm Iudicis arbitrium.

Sed ſi dubitetur de receptione legis, (prout circa *d. ex-* 59
trauagans. Ambitioſæ, contingit) receptam fuiſſe, præſumendum eſt, ſi de eius promulgatione conſtiterit; Sola *n.* 46. 47. Maſcard. *de probat. conc.* 1332. *n.* 2. Roland. *conſ.* 90. *n.* 33. *lib.* 1. Aug. Barb. *n.* 8. vbi alij, Guttier. *n.* 9. Quidquid ſentiat Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 1. *à n.* 2.

Ibi:

Ibi : *Poſteriori verò caſu.*

60 Lex etiam vſu recepta, conſuetudine contraria legitimè præſcripta abrogatur, *l.6.tit.2.part.1.l.de quibus 32.in fine, ff. de legib.§.Sed naturalia, Inſt.de iur nat.gent. & civ.* Salas *vbi proximè*, Sola *num.* 38. Pellizzar. *in manuali Regular. tom.1. tract.4.cap.1.num.*38 Guttier *num.*5.Aug.Barboſ. *in collectan ad c.vlt.n.10.de conſuetud.*

61 Hæc autem conſuetudo aduerſus legem iuxta frequentiorem DD.opinionem de iure ciuili decennio introducitur; de iure Canonico quadraginta annorum lapſu, *l.5. tit.2.p.1.* vbi Greg.Lop.*gloſ.*4.Flores de Mena *variar.lib.1. quæſt.1.n.*64.Aug.Barboſ. *num.*13.vbi plures, & ita in ſpecie quadraginta annos requiri, vt cenſeatur abrogata *d. extrauagans conſtitutio* per contrariam conſuetudinem, vbi recepta ſemel fuit, docet Guttier. *num.*10. Actus verò, qui ad inducendam conſuetudinem deſiderantur, quot ſint neceſſarij, ſecundùm veriorem ſententiam, Iudicis arbitrio relinquitur, qui, perpenſis rei circunſtantijs, æſtimabit, ex quot conſenſus Principis, & populi præſumi poſſit, Gregor. Lop. *in l. gloſ.2. tit.2. part.1.* Menoch. *de arbitrar. lib.2.caſ.*81.*num.*4. qui de magis communi teſtantur, Moneta *de diſtribut. quotidian.part.2. q.11. num.* 27. Rota *deciſ.2.num.26.part.2. diuerſor. in nou.* Pellizzar. *num.* 384. Circa quod aduertas cum Molin.*de primogen.lib.2. cap.* 6. *num.*24.quod licèt vnicus actus non ſufficiat ad inducendam conſuetudinem, hoc fallit, ſi tractum habuerit ſucceſſiuum per tempus requiſitum ad conſuetudinem inducendam: accedit Moneta *in tract.de option Canon.cap.2.quæſt.* 2. *à num.*35.Aug.Barboſ.*n.* 16. Flores de Mena *ſup.* pro quibus facit textus *in cap.cum de beneficio, de prebend.in* 6.

Ibi ; *Apud Hiſpanos dubium eſt.*

62 Idem repetit Guttier.*num.*8.Conſtat autem in Hiſpania apud omnes ferè receptam eſſe præfatam Pauli II.conſtitutionem quoad nullitatem contractuum qui ibi prohibentur, ſed quoad pœnas in contrahentes ſtabilitas nullibi obſeruari, vt de Archiepiſcopatu Toletano teſtatur Corduba *in ſuis quæſtionib.Theolog.quæſt.*103.De Epiſcopatu Salmanticenſi Nauar.*in manual.cap.27. num.* 150. De toto Regno Luſitano Pat.Molin.*diſp.*466. *num.10.verſ.Caietanus in ſumma*, & ita tenent etiam Pat. Vazq. *dub.* 7. Caietan. *in ſumm.verb excommunicatio.cap.73. ad fin.* Sarmient. *de redditib. Eccleſiaſtic.part.1.c.2.num.*20.Syluest.*in ſumm. verb Alienatio.quæſt.*15. Sed Guttier.*num.*11. aſſerit, quod in Eccleſia Ciuitatenſi, vulgò *Ciudad Rodrigo*, vbi Canonicatum obtinuit, locationes rerum ad illam ſpectantium fiebant ad nouennium: qui omnes adnotant ſtandum eſſe vſui cuiuſque loci, ſiue conſuetudini, quam probare allegans tenetur: Lotter.*de re beneficiaria, lib.3.q.25.n.*42.

Verſ. *Sextò, viſum eſt quibuſdam.*

63 Videas *ſup. à num.*3. Ex hoc verſiculo innctis, quæ D. Couar.docuit *in princip.huius capitis*, videtur ſentire, quòd Beneficiatius, ſiue Prælatus poteſt vltra triennium fructus ſui beneficij locare (ad quod communiter allegatur) non tamen ad longum tempus, vel ad vitam; niſi dicamus cum Guttier. *n.15.verſ.Pro quibus*, hic D.Couar. nihil decidere, ſed aliorum ſententiam referre.

64 Eſt ingens inter DD.controuerſia an ſuſtineantur contractus vetiti in *d.extrauaganti, Ambitioſæ*, ſi cedant euidenter in Eccleſiæ vtilitatem, vt videre eſt apud Hermoſill.*in l.4.gloſ.7.à n.3. tit.5.p.5.* qui pro vtraque parte plures refert: & eandem poſt multos, *num.*11. reſoluit, valere contractum abſque iuris ſolemnitatibus initum, qui de iure abſque illis vetatur; ſi hoc expedire Eccleſiæ conſtiterit: quod itidem placuit Dian. *part.2. tract.* 8. *reſolut.* 77. Pellizzar.*num.*143. Mateſcot.*variar.lib.1.cap.3.num* 9. vbi de locatione; Vazq.*ſup.dub.14.num.53.cum ſeqq.*Delbene *d. cap.17. dubit.21.n.11.* qui duo, & quoad forum conſcientiæ diſſentiunt.

Ex quibus tenendum eſt, conducentem abſque iuris ſolemnitatibus vltra triennium res Eccleſiæ, non poſſe à locatione reſilire, quamuis ab eadem expelli queat; quoniam nullitas actus fauore alicuius inducta, aduerſus ipſum à nemine allegari permittitur, & actus iure irritus conſiſtit, ſi vtilis ſit ei, cui per nullitatem lex proſpicere voluit, *l.cum hi 8 §.Eam tranſactionem ff.de tranſactionib.l.ſi index 42. ff. de minorib.l.ſi duobus 12.§.1 ff.de bonor.poſſeſ.cont.tab.l.non eo minus 24.C.de procuratorib.* Iaſ. *in l.2. num.6.C. de iur. emphyteutic.* Cyriac. *tom.2. controuerſ.* 303. *num.* 58. Parlador. *differens.12.§.1 num.*18. Surd. *deciſ.* 108. *num.* 7. Gratian. *diſceptat.cap.* 27. *num.*31. Guttier. *practicar.lib.3.quæſt.* 12.*à num.* 4.Quod nititur regula text.*in cap.quod ob gratiam* 61. *de reg. iur.in* 6.Addit verò Delbene *vbi proximè*, teneri Eccleſiam ad ſupplendas ſolemnitates, quæ in contractu defecerunt, quod aduerſarius iure poſtulabit, ne in eius præiudicium perpetuo claudicet, Bonacin.*ſup.punct.4.num.* 14. *verſ. Exiſtimo tamen*, Guttierr. *ſup. num.* 9. *verſ. Adeſt tamen.*

Libet vltimò antequam hinc abeamus referre, quæ circa 65
locationem bonorum Eccleſiæ Sac.Conc.Trident.*ſeſſ.* 25. *de reformat.cap.*11.ſancita ſunt. *Primum* ſtatuitur, quòd locationes anticipatis ſolutionibus factæ, quocunque priuilegio non obſtante, ad præiudicium ſucceſſorum non teneant, & quod nec in Romana Curia, nec extra confirmentur. *Secundum*, ne liceat iuriſdictiones Eccleſiaſticas, ſeu facultates nominandi, vel deputandi Vicarios in ſpiritualibus locare, neque conductoribus per ſe aut per alios exercere. *Tertium*, vt locationes rerum Eccleſiaſticarum, etiam authoritate Apoſtolica confirmatæ, ſint irritæ, quæ à triginta annis citra ad longum tempus, (ſeu vt in nonnullis partibus ad viginti nouem, vel bis viginti annus vocant,) factæ fuerint, eæ ſcilicèt, quas Synodus Prouincialis, vel ab ea deputandi in damnum Eccleſiæ, & contra Canonicas ſanctiones contractas fuiſſe cenſerent.

Ad Num. 7.

Quæritur in præſenti num bona Eccleſiæ immobilia, 66
vel mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, abſque iuris ſolemnitatibus, ſpeciali, vel generali hypothecæ ſubijcere liceat? Ad cuius reſolutionem cum *D.Couar.* præmittendum eſt in prohibitione alienationis, quæ fauorem alicuius reſpicit, pignus, vel hypothecam venire, vt tenuit Bart.*in l.ſi fundus, §.1.n.3. ff.de pignor*, P.Vazq.*dub.8. n.* 35. Merlin.*de pignorib.lib.1.q.42 n.*68.Neguſant.*eod.tract. part.3. memb.1.n.40.in fine*, Delbene *vbi proximè, dubit.1.num.* 30. *& dubit.3. num.6.* Cyriac. *tom.2. controuerſ.* 252. *num.* 33. Pellizzar.*ſup. tract.6.cap.8. num.*25. Hermoſ.*in d.l.4. gloſ. 2.num.*23.Bonacin.*ſup.num.*13.Guttier.*de iurel.part.2.c.*11. *num.*2. Galganet.*in ſimil.tract.lib.3.q.45.n.9.10.*

Ibi : *Non ſic in ſtricta, & odioſa.*

In materia pœnali, vel aliàs odioſa appellatione alie- 67
nationis non continetur hypotheca. Sic pœna appoſita alienanti rem aliquam, non incurritur, ſi eam pignori, vel hypothecæ dederit, Molin. *de primogen.lib.1.cap.10.n.*17. Merlin.*ſup.num.*16. Fuſar. *de ſubſtitutionib.quæſt.*703.*num.*3. Neguſant.*ſup.part.2.memb.2.num.*31.*& memb.3.n.* 73. Redoan.*de reb. Eccleſ. quæſt.1.num.*11.Pinell.*in l.1.part.3.n.*64. *C.de bon.matern.* Vazq.*vbi proximè*, Caualcan.*deciſ.5.n.* 21. 22.licet contrarium ſenſerint aliqui apud Peregrin. *de fideicommiſ.art.40.num.*18.vbi ait, communem opinionem non eſſe omninò tutam. Sed communis ſententia verior eſt, nam etſi lex prohibeat alienationem, & pœnam adijciat; quoad pœnam, verbum, *alienatio*, hypothecam non continet, etiam in prohibitione fauorabili; etenim vt differt vis legis, quà punit, à virtute legis, quà prohibet, *l.legis virtus 7.ff.de legib.* Ita non rectè infertur de vna ad alteram, vbi datur diuerſa ratio, Lotter.*ſup.n.14.cum ſeqq.*

Ibi : *Vbi in prohibitione alienandi res pupillorum.*

Minoris in rebus mobilibus pretioſis, vel immobilibus, 68
pignus, vel hypotheca abſque iudiciali decreto conſtitui non poteſt, *l. lex, quæ tutores 22.§.1. C. de adminiſtrat. tutor.* Ant. Gom. *variar. lib.2.c.14.num.14.verſ. Sexto extendes* Merlin.*dict.lib.2.quæſt.39.à princip.*Pat.Molin.*diſp.* 531. *num.*5.

*num.*5. Guttier. *d.c.*21. *in princip.* Menoch. *de arbitr. caſ.*432. *nu.*10. Gregor. Lop. *in l.*4 *gloſ.*2. 3 *tit.*5. *part.*5. vbi Hermoſ. *gloſ.*2. *num.*23. qui plures refert, *&* *num.*24. ampliat in hypotheca generali, ſequutus Caſtill. *controuerſiar. lib.*4. *c.*61. *n.*37. Gregor. Lop. *in d. gloſ.* 2.

69 Eſt tamen dubium de iure Regio, num liceat tutori, vel curatori, alienare ſine hypothecare bona mobilia pretioſa minorum abſque decreto: Nam pars affirmatiua aduerſum ius commune probari videtur, *ex l.* 8. *verſ. Otroſi dezimos,* tit. 11. *part.* 5. *&* *l.* 18. *tit.* 16. *part.*6. & ita docent Gregor. Lop. etſi dubitet, *in d. l.* 8. *gloſ.*.. Auendañ *de cenſib. c.* 81. *n.*4. *in fine*, Guttier. *ſup. num.*3. *verſ. Ego opinionem*, & alij apud Hermoſ. *in d. l.*4. *gloſ. num.*3. qui rectè, *num.*4. contrarium probat, ſcilicèt in eiuſmodi rerum alienatione, etiam de iure Regio opus eſſe decretum: In qua opinione ſunt Caſtill. *ſup. num.*30. 36. Ant. Gom. *num.*13. Lara *de vit. hemin. capit.*11. *n.*56. P. Molin. *vbi proximè*, Menchac. *de ſucceſſion. creat. lib.*1. §. 10. *n.*72. *verſ. Decimo octauo.*

70 Bona verò prædicta minorum tacite obligantur abſque eo, quod decretum interueniat in eis actibus, ex quibus hypotheca à lege inducitur. Sic minor dotem ſine decreto recipit, quamquam ad eius reſtitutionem res quoque immobiles obligentur, Merlin. *ſup. lib.*3. *q.*33. *à princip.* vbi alios caſus refert, Cyriac. *tom.*1. *controuerſ.*29. *num.*45. Sic domum ſibi neceſſariam, abſque decreto conducit, & tamen pretioſa mobilia manēt pro penſione obligata, ſi in illam inferantur, Caeoc. *de locat. rubric. de inuectis, q.*8. *à n.*14. Trentacinq. *variar. lib.*3. *tit. de locat. reſolut. vlt. n.*5. Gratian *diſceptat. c.*68. *n.*4. 6. vbi rationem reddit, quia obligatio intelligitur prohibita per ipſos minores, vel adminiſtratores, non per legem, ex qua tacita inducitur hypotheca, & cum interueniat decretum legis, Iudicis neceſſe non eſt. De alijs, quę ſpectant ad obligationem rerum minoris, conſule Merlin. *d. q.*39. & Guttier. *d. cap.*21.

Ibi : *Id etiam confirmatur ex eo.*

71 Hac potiſſimum ratione prohibitus alienare, nequit hypothecam conſtituere, regulare namque eſt, vt prohibito aliquo, illud etiam vetitum cenſeatur, per quod ad prohibitum deuenitur, *l. oratio* 16. *ff. de ſponſalib.* Merlin. *lib.* 2. *q.* 6. *num.*2. Pellizzar. *in manual. Regular. tract.*4. *cap.* 5. *num.*391. Faſar. *ſup. quæſt.*694. *n.* 1. 2. Menoch *conſ.*205. *nu.* 16. Delbene *d. cap.* 4. *dubit.*1. *num.*32. Rota *deciſ.*480. *n.*3. *part.*1. *diuerſor.* Olea *de ceſſion. iur. tit.* 2. *q.* 1. *n.*49. Ant. Gom. *in l.*40. *Taur. num.*83. *verſ. Octauo fuerit.* Nam ſi naturam verbi, *Alienatio*, inſpiciamus, nec impropriè, nec impropriſſimè hypothecam complectitur, Lxl. Altograd *conſ.*3. *num.*33. quem refert Merlin. *d. q.*42. *n.*16. *In fine*, & ſentit Guttierr. *d. c.*21. *n* 8. *ad fin.* ac deducitur *ex cap. nulli, de reb. Eccl.*

Ibi : *Poſterior pars conſtat.*

72 Alienationis verbum, dominij translationem ſignificat, *l.* § 1. *C. de fund. dotal l. alienatum* 67. *ff. de verbor. ſignificat.* Guttier. *n* 7. Ant. Gom. *in l.*40. *Taur. num.*83. *verſ. Secundò, non obſtat*; Aug. Barboſ. *de appellatiua verbor. vtriuſque iur. ſignificatione, appellat.*14. *nu.*1. Brun. à Sole *in loc. communib. verb. Alienatio, num.*2. Tuſch. *lit. A, conc.*257. Matienç. *in l.*3. *gloſ.*14. *n.*2. *tit.*19. *lib.*5. *Recopilat.*

Ibi : *Quamuis aliquot rationibus probari poſſit.*

73 Hoc ex ratione paulò ſuperiùs tradita efficaciſſimè ſuadetur: & ita generaliter verum eſt, prohibita alienatione, hypothecam quoque, vel pignus prohibitum cenſeri; niſi aliud de mente prohibentis appareat, vt docent Molin. *de primogen. lib.*4. *cap.*1. *num.* –. Merlin. *d. lib.*2. *quæſt.*6. *nu.*18. Lotter. *de re beneficiar. lib.* 2. *c.* 5. *nu.*13. Hermoſ. *in l.*43. *gloſ.*3. *num.*1c. *tit.*5. *p.*5. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib* 11. *tit.*4. *num.*17. Ant. Gom. *variar. lib.*1. *cap.*12. *num* 39, *verſ. Sed aduertendum, ad medium.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 431. *num* 9. *&* *conſ.*116. *numer.*15. Peregrin. *ſup. d. art.*40. *num.*118 Caſtill. *controuerſiar. lib.*5. *cap.*65. *n.*33. Guttierr. *d. cap* 21. *n.*6. Bart. *in l. in quorum, n.* 1. *ff. de pignorib.* Mieres *de maiorat. part.*4. *quæſt.*1. *numer.* 76. Aug. Barboſ. *ſup. verb. Alienatio, num.*9. Faſar. *quæſt.*703. *per tot.* Alphanus, Galganet. *de intel. lib.*3. *q.* 45. *n.*12. quod reſtringitur ad hypothecam ſpecialem, Menoch. *d. caſ.* 432. *n.*13.

Ibi : *Ex his profectò conſtat.*

74 Res immobiles Eccleſiæ, vel mobiles pretioſæ, abſque iuris ſolemnitatibus obligari nequeunt, tum quia expreſſim lege prohibetur; tum quoniam aliàs interdicta eſt earum alienatio: ſub qua prohibitione, hypotheca comprehenditur. Ita probant Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. num.*83. *verſ. Septimò, textus*, Pat. Molin. *diſp.*466. *num.*1. Merlin. *d. lib.*2. *quæſt.*85. *in princip.* Azor. *tom.*2. *lib.*9. *c.*12 *quæſt.*2. Redoan. *ſup quæſt.*2. *cap.*6. *num.*11. Pat. Vazq. *dub.* 6. Aug. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.*1. *allegat.*19. *num* 85. Pellizaar. *ſup. num.*25. Quaranta *d. verb. Alienatio, nu.*16. Bonacin. *d. tract. de alienat. bonor. Eccleſiaſticor. diſp.*1. *quæſt. vnic. punct.*2. *n.*23. Delbene *ſup dubit.*1. *num.*30. *&* *dubit.*3. *à num.*5.

Ibi : *Cuius deciſionem in hypotheca tantùm.*

75 Quæſtionis eſt, an in *d. extrauaganti*, ſolùm prohibeatur ſpecialis hypotheca, non verò generalis? Et magis communiter cum D. Couar. *in præſenti* tenetur, non cenſeri generalem comprehenſam, quam Prælatus in bonis Eccleſiæ abſque ſolemnitate valet conſtituere. Sic ſentiunt Merlin. *num.*7. Pat. Molin. Delbene, Pellizzar. Redoan. Azor. *vbi proximè*, Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad cap. nulli, num.*5. *de reb. Eccleſ.* Fillruc. *tract.*44. *c.*2. *nu.*24. Beroi. *in d. cap. nulli num.*8. Alexand. *conſ.*3. *nu.*21. *verſ. Inſuper*, *lib.*3. Negutant. *ſup. part.*2. *princip. num.*3. Caſtr. Palao. *tract.*9. *diſp. vnic. de reb. Eccleſ. punct.*14. §. 2. *num.*3. Galganet. *de intel. lib.*3. *quæſt.*45. *num.*12. Hermoſ. *in l.*4. *gloſ.*2. *num.*41. *tit.*5. *part.*5. vbi alij. Quamuis contrarium tueantur Quarant. *ſup. num.*17. Bonacin. *d. nu.*23. Rodrig. *quæſtion. Regular. quæſt.* 7. *art.* 1. Vazq. qui indiſtinctè loquitur, *vbi proximè*, & alij non improbabiliter, vt fatetur Delbene *d. dubit.*4. *num.*9.

Sed à communi recedendum non eſt, nam, vt ait Molina, conſtitutio Pauli II. excipit caſus à iure expreſſos, quanquam abſolutè hypothecam prohibuerit; obligatio autem generalis rerum Eccleſiæ antea non erat vetita, vt conſtat *ex d. cap. nulli*, vbi ſolùm fit mentio hypothecæ ſpecialis, atque ita generalis erat permiſſa, vt *ibi* Panormitanus docuit, quare iuris correctio vitanda erit: nec nouum eſt, quòd leges poſteriores per anteriores determinentur, *l. ideò* 27. iuncta Gloſſa, *ff. de legib.* & ita apud Regulares vſu receptum eſſe, teſtis eſt Pellizzar. *ſup* nam in ſuis contractibus bona Monaſteriorum generaliter obligant, nulla interueniente ſolemnitate. Quod limita, ſi res tradatur Merl. *num.*15.

Ratio huius ſententiæ, quæ hic à *D. Couar.* & communiter traditur, eſt, quia per hypothecam ſpecialem magis res afficitur, quàm per generalem: quod etſi verum ſit quoad aliquos iuris effectus, quoad periculum tamen, quòd perueniatur ad alienationem, nulla differentia reperitur, quia tantum operatur generalis in ſuo genere, quantùm ſpecialis in ſua ſpecie; Merlin. *ſup. lib.*4. *q.*140. *num.*12. Socin. Iun. *conſ.*129. *nu.*18. *lib.*2. Roland. *conſ.*62. *num.*37. *lib.*2. Nec vna eſt potior altera, Flor. de Mena, *variar. lib.* 1. *quæſt.*6. *num.*32. Gail. *practicar. obſeruat.*15. *lib.*2. *obſeruat. num.*4. Merl. *d. lib.*4. *q.*2. *num.* –, & probatur *in l. ſi generaliter* 6. *C. qui potior.* Quapropter dici poteſt, ideò hypothecam generalem eſſe permiſſam, ne iuris ſolemnitates in omnibus contractibus de rebus Eccleſiæ adhibere neceſſe foret, quòd ſatis oneroſum, ac difficilè obſeruatu eſſet, atque Prælatorum poteſtas maximè coarctaretur; cum enim in inſtrumentis cuiuſque obligationis vſus inualuerit ad ſecuritatem contrahentium generalem bonorum hypothecam adijcere, vt experientia docet, nullus abſque hac cautela vellet circa res Eccleſiæ contrahere; atque ita ſolemnitates ſemper requirerentur, vt Prælati poſſent quemcunque contractum inire; per quod adminiſtratio bonorum Eccleſiæ impoſſibilis ferè redderetur, propter quod malum vitandum, cum maius ſit, minus inſtinctur, nempè res Eccleſiæ periculo alienationis per generalem

neralem hypothecam exponi:iuxta regulam text. *in l. quoties nihil* 201. *ff. de reg. iur.*

Ibi : *Illud verò prætermittendum non eſt.*

77 Pœnæ ſtabilitæ aduerſum alienantes abſque ſolemnitatibus iuris bona Eccleſiæ, non incurruntur, niſi ſequuta eorum traditione; ſic vendens, aut donans, antequam tradat, immunis erit; Lotter. *ſup. d. cap.* 15. *num.* 4. *cum ſeqq.* Pellizzar. *num.* 7. 146. Merlin. *d. quæſt.* 85. *num.* 15. Pat. Vazq. *dub.* 8 *n.* 15. Nauar. *conſ.* 18. *de reb. Eccleſ. non alienand.* Delbene *ſup. dubit.* 1. *ex num.* 59. Ricci. *deciſ.* 65. Filliuc. *tract.* 14. *num.* 119. Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. alienatio, num.* 50. Aug. Barb. *in collectan. ad extrauag. Ambitioſæ, num.* 14. *de reb. Eccleſ.* licet Bonacin. *d. quæſt. vnic. punct.* 5. *num.* 2. & aliqui alij ſenſerint ſatis eſſe, quòd contractus prohibitus celebretur. Sed communis ſententia retenta ampliatur, quamuis alienans conſtituat ſe nomine eius, in quem res aliena tur poſſidere, quoniam hæc eſt ficta traditio. Menoch. *conſ.* 792. *num.* 3. quæ ad incurrendam pœnam non ſufficit, vt rectè explicat Lotter. *ſup. à num.* 8. Guid. Pap. *deciſ.* 101. *à num.* 3. quoniam adhuc actus alienationis imperfectus iudicatur.

78 Quoad hypothecam autem ſpecialem, vt propter eam pœnæ non contrahantur, niſi res obligata fuerit tradita, docet Lotter. *à num.* 15. Merlin. *vbi proximè*, ſed contra ſentit Pat. Molin. *diſp.* 466. *num.* 1. cuius fundamenta non parùm vrgent aduerſus *D. Couar.* pro quo poteſt reſponderi, quòd ad incurrendas pœnas ob obligationem rerum Eccleſiæ prohibitam, neceſſe eſt, vt ſaltem iure pignoris ad creditorem res hypothecatæ perueniant, vt ſentiunt Merlin. *d. quæſt.* 85. *num.* 5. 15. Neguſant. *de pignorib. part.* 2. *princip. num.* 3. licet non diuendantur, aut diſtrahantur. Nec obſtant illa verba D. Couar. hic: *Non enim dicitur res alienata, donec traditio facta fuerit.* Quæ referri debent ad alienantes, non ad contrahentes hypothecam, etſi de omnibus promiſcuè egerit.

Ad Num. 8.

79 Res Eccleſiæ etiam in pignus dari prohibentur, ità ſentiunt, ac docent omnes laudati *ſup. num.* 74. Quod à fortiore ratione procedit; nam ſi hypotheca prohibetur, quæ penes obligantem permanet, multò magis interdicendum eſt pignus, quod in creditorem realiter tranſit, vt notat Merlin. *ſup. num.* 6. Quam differentiam inter pignus, & hypothecam tradit Vlpianus *in l. ſi rem alienam* 9. §. *Non tantum, in fine, ff. de pignorat. action.* & explicat Merlin. *lib.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 5. Adde Aug. Barb. *in collectan. ad l. ſancimus* 17. *n.* 7. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* vbi plures.

Ibi : *Et nihilominus diſtinguere oportet.*

Adde Pat. Vazq. *dub.* 9. Delbene *dubit.* 9. *in princip. n.* 24. Pat. Molin. *diſp.* 468. *n.* 2.

Ibi : *Priores res alienari poſſunt.*

80 Quatuor cauſæ communiter recenſentur, ex quibus res immobiles Eccleſiæ alienari permittuntur. Neceſſitas ipſius Eccleſiæ, velut æs alienum, aut reparatio fabricæ neceſſaria, quibus aliomodo ſubueniri non poſſit. nam ſi beneficiarius, aut Prælatus fructus ex beneficio ſuperfluos habuerit, eos tenetur potius impendere, quàm bona Eccleſiaſtica diſtrahere; Bonacin. *ſup. punct.* 3. *num.* 1. *verſ. Obſeruant tamen*, Ricc. *deciſ.* 103. *verſ. Alienari*, Delbene *vbi proximè, num.* 22. 23. Genuenſ. *in prax. Neapolit. cap.* 89. *num.* 4. Tabiena *in ſumm. verb. alienatio, num.* 4. atque ita ſæpius Rotam decidiſſe teſtatur Delbene, *num.* 23. Rei ſterilitas, vt ſi domus plus propter reparationem conſumat, quàm reddat. Vtilitas Eccleſiæ, nam fundus diſtrahi poterit, ad alium magis pinguem comparandum, ex qua cauſa etiam calix, aliæve res cultui Diuino deſtinatæ alienari permittitur, vt melior ſubſtituatur; Bonacin. cum alijs, *verſ. Tertia cauſa eſt*, Delbene *num.* 3. Vltima cauſa eſt pietas, vt ſi opus fuerit alienatio ad fidem propagandam, captiuos redimendos, & pauperes alendos, ne fame, aliáve calamitate pereant. De quibus Delbene *dict. dubit.* 9. *num.* 1. *cum ſeqq.* Aug. Barbos. *ſup. allegat.* 95. *num.* 23. *cum ſeqq.* Pat. Molin. *ſup. num.* . Gregor. Lop. *in l.* 1. *gloſ.* 2. *cum ſeqq. tit.* 14. *p.* 1. Bonacin. *ſup. num.* 1. Rebuff. *in compend. de alienat. rer. Eccleſ. num.* 9. Pat. Vazq. *dict. dub.* 9. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. rubric. de cauſ. propt. quas fiunt alienat. per tot.* Leſſ. *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 11. *ex num.* 63. Camill. Borell. *in ſumm. deciſ. tom.* 1. *tit.* 15. *de reb. Eccleſ. non alien. num.* 2. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 172. *num.* 8. & licet *dict. l.* 1. *tit.* 14. *p.* 1. ſex cauſas exprefferit, omnes ad quatuor traditas reducuntur.

Ibi : *Imò & ex ſumma neceſſitate.*

Si cauſa occurrerit, propterquam alienatio bonorum Eccleſiæ ſit neceſſaria, prius incipiendum eſt ab eis etiam immobilibus, quæ cultui Diuino non deſeruiunt, & ſi quæ deſeruiunt vendi oportuerit, prius quæ conſecratæ non ſunt, alienari debent; Pat. Vazq. *ſup. num.* 35. Pat. Molin. *vbi proximè*, 81

Nota, licere abſque ſolemnitate per donationem alienare reliquias exiguas Sanctorum, niſi ibi ad perpetuam ſepulturam ſint conditæ, quæ abſque aſſenſu Pontificis extrahi prohibentur: Ita Delbene *dubit.* 1. *num.* 53. *cum ſeqq.* vbi de ſtylo Curiæ ſeruari aſſerit Ricc. *deciſ.* 65. *n.* 1. 6. Pellizzar. *dict. cap.* 8. *num.* 91. Bonacin. *punct.* 2. *num.* 31. Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 213. & ſic fieri poſſe declarauit Sacra Congregatio, teſte Aug. Barbos. *in collectan. Bullar. verb. Reliquia*, quem refert Delbene *ſup.* 82

Ibi : *Cauſa verò præcipua.*

Poſſe ad ſubueniendum pauperibus, vt à morte, captiuitate, vel alia ſimili calamitate liberentur, bona Eccleſiæ diſtrahi, etiamſi Diuino cultui ſint conſecrata, docent vltra eos, quorum ſupra meminimus, *num.* 80 Benincaſ. *de paupertat. ſpecial.* 4. *in contractib. à num.* 19. Velaſc. *de priuileg. pauper. part.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 41. Boer. *deciſ.* 128. *n.* 3. Buccaron. *de different. int. indic. ciuil. & crimin. different.* 100. *num.* 15. Euerard. *in loc. legalib. loc. a pari, num.* 3. Gratian. Falcon. *reg.* 18. *num.* 5. Moila *in empor. iur. part.* 1. *tit.* 1. *de legib. quæſt. vlt. num.* 26. Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 12. *num.* 11. Nouar. *in prax. election. & variar. fori, quæſt.* 44. *ſect.* 1. *à num.* 5. Aug. Barbos. *in collectan. ad cap. aurum*: 12. *quæſt.* 2. vbi alij, Greg. Lop. *in l.* 40. *gloſ.* 1. *tit.* 5. *part.* 1. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 8. *n.* 50. 83

Hinc Eccleſiæ bona pauperum eſſe dicuntur, *c. indignè*, 12. *quæſt.* 2. *cap. vlt.* 16. *quæſt.* 1. *cap. quod autem*, 23. *quæſt.* 7. *auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſiaſt.* §. *Si verò, collat.* 2. vbi gloſ. *verb. pauperum.* Velaſc. *ſup. quæſt.* 7. *num.* 29. Gonçal. *ſup. num.* 16. & illa eorum mater ob pietatem meritò nuncupatur, Gratian. *in cap.* 1. § *Poteſt etiam*, 14. *q.* 2. Greg. Lop. *in rubric. tit.* 18. *p.* 1. Velaſc. *ſup. q.* 7. *n.* 31. 84

Ibi : *Non tantùm ad alendos proprios parochianos.*

Proprijs tamen prius ſuccurrendum eſt, quam extraneis, ſi in æquali neceſſitate conſtituti ſint, Gloſ. *in c. ſicut*, 12. *q.* 2. Greg. Lop. *in d. l.* 1. *gloſ.* 4. 85

Ibi : *Simulacra enim viuentia.*

Ex hoc Gregor. Lop. *in d. l.* 40. *gloſ.* 10. *ad med. tit.* 5. *part.* 1. docuit, quod ſi Eccleſia, & pauperes neceſſitate premerentur, potius his, quam illi, cæteris paribus largiendum erit, quia Deus Eccleſiam fecit propter hominē, non autem hominem propter Eccleſiam, iuxta illud *Machabæor. lib.* 2. *cap.* 5. *verſ.* 19. *Verùm non propter locum gentem, ſed propter gentem locum Deus elegit.* Quod verum erit, ſi pauper alias eſſet periturus, vt idem Gregor. Lop. explicat *in d. gloſ.* 2. vbi ait, quòd Eccleſia egens, extra caſum extremæ neceſſitatis pauperum, eſt præferenda. 86

Ad

Ad Num. 9.

87 Cum plurima ſint priuilegia paupertati conceſſa, de quibus per Velaſc. *in tract. de priuileg. pauper.* Rebuff. *de priuileg. Scholar. priuileg.* 90. Gonçal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 2. *num.* 55. Cornel. Benincaſ. *de priuileg. paupertat.* frequentiſſime ſolet diſputari, an illi, quos propria ſcelera ad inopiã conduxerunt, illis gaudere poſſint? de quo Velaſc. *q.* 54. *per tot.* Sic in præſenti quæritur hoc ipſum circa alienationem bonorum Eccleſiæ, quæ ad ſubueniendum pauperum neceſſitatibus fieri debet; & quod non ſit facienda propter eos, qui patrimonio ſuo ſunt abuſi, ſuadetur ex *l. ſi fideiuſſor.* 7. §. 1. *ff. qui ſatiſdar. cogantur*, *l. ſive hereditaria* 23. *ff. de negot. geſt.* Gloſ. *ver. ad inopiam*, *in cap. qua in Eccleſiarum de conſtitutionib.* Bald. *in Authent. res, quæ, C. commun. de legat.* Matienç. *in l.* 6. *gloſ.* 3. *num.* 32. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam verb. bona, num.* 1. *C. de reuocand. donat.* And. de Iſernia *in conſtitut. Neapol. lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 9. Afflictis *ibidem, num.* 18. 56. Menoch. *conſ.* 55. *n.* 12. Rebuff. *ad leg. Galliæ tit. de ſentent. proceſ. gloſ. vlt. col.* 4. & alij apud Velaſc. *nu.* 1. Horat. *epiſtolar. lib.* 1. *epiſt. ad Lollium*, ibi:

Quem ſua culpa premet, deceptus omitte tueri.

Ex quibus conſtat, indignos eſſe miſerorum auxilijs, qui ſeſe delinquendo in egeſtatem proiecerunt, atque ita non eſſe bona Eccleſiaſtica diſtrahenda, vt ipſis ſuccurratur.

88 Sed quòd, etſi culpa ſua cauſam dederint paupertati, non ideo egenis ſua priuilegia debeant denegari, placet D. Couar. *practicar. cap.* 6. *n.* 2. *verſ. Sed ſi in paupertatem*, Nouar. *ſup. quæſt.* 16. *ſect.* 1. *à num.* 4. Pet. Barboſ. *in l. maritum, n.* 73. *ff. ſolut. matrimon.* Sola *ad conſtitut. Sabaudia, tit. de venationib. & piſcationib. gloſ.* 5. *nu.* 3. Melo *de induc. debitor. cap.* 12. *n.* 15. 16. Giurba *dec.* 43. *n.* 27. Carleual. *de iudiciis, tom* 1. *diſp.* 2. *q.* 6. *ſect.* 7. *num.* 6. 6. & alij, quos cumulat Velaſc. *d. quæſt.* 54. *ex num.* 7. Quæ ſententia etſi vera regulariter ſit, limitatur dupliciter, vt per D. Couar. ſtatim, *verſ. Secundò, illud*, cum *ſeqq.* Vide *inf. n.* 91. 92.

Verſ. *Contrariam ſententiam.*

89 Quòd res Eccleſiæ ſint alienandæ pro alendis, aut redimendis pauperibus, etiamſi proprio vitio, ac crimine bonis careant, docuere Velaſc. *vbi proximè*, Iacob. de Graffis *in deciſion. caſuum conſcient. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 96. Carleual. *ſup.* Pat. Vaxq. *dub.* 10. Mexia *ſup. conc.* 1. *num.* 8. Surd. *conſ.* 367. *num.* 42. 43. Pro quibus facit, quod de filio prodigo legitur apud *Luc. cap.* 15. *à verſ.* 11. Eccleſia enim mater eſt omnium fidelium, maximè pauperum, Gonçal. *d. d. gloſ.* 2. *num.* 15. & ſupra dixi, *num.* 84. cultrixque pietatis, Mareſcot. *variarum lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 10. Quare etſi filius perperam ſubſtantiam propriam abſumpſerit, non ideo eius miſereri non debet.

Verſ. *Primum ergo fateor.*

90 Ne quis fame, aliáve calamitate oppreſſus pereat, bona Eccleſiæ diſtrahi debent, ſi aliundè ei ſubueniri non poſſit, quanquam ſua culpa in ea neceſſitate ſit conſtitutus, *l.* 40. *verſ. Mas ſi acaeciſſe, tit.* 5. *p.* 1. P. Vaxq. *vbi proximè*, Menoch. *ſup. n.* 41. 42. Mexia *d. n.* 8.

Verſ. *Secundò, illud adnotandum.*

91 Ei, qui conſulto propriæ inopiæ cauſam præſtitit, volẽs fieri pauper, vel ad fraudandos creditores, vel ad priuandos liberos legitima, ob aliamve cauſam, paupertatis priuilegia denegantur, Bald. *in l. ſi quis iudicio, ff. Si quis cautionib.* Pat. Vaxq. *d. dub.* 10. *num.* 37. Menoch. *num.* 39. Velaſc. *q.* 52. *num.* 42. Ioan. Baptiſt. Marcheſan. *de commiſſ. p.* 2. *de commiſſ. auoc. at. cauſar.* §. 2. *n.* 52. Mexia *n.* 10. Marc. Mantu. *in cap. qua in Eccleſiarum, num.* 64. *de conſtitutionib.* Baëza *de inop. debitor. cap.* 8. *num.* 15. *verſ. illud tamen*, Sforcia Odd. *de reſtitut. in integ. part.* 1. *q.* 11. *art.* 10. Gamma *deciſ.* 25. *num.* 2. Benincaſ. *ſup. q.* 4. *princip. n.* 42. Pinell. *in auth. Niſi tricennale, n.* 46. *C. de bon. matern.* Quod limita, niſi neceſſitas vrgeat, quia illi ſuccurrendum eſt, ne pereat, Benincaſ. *n.* 94. Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 25. *n.* 10. 15. Velaſc. *quæſt.* 54. *n.* 57. Iacob. de Graffis *ſup. d. cap.* 96. *n.* 6. D. Couar. *verſ. Proximè*, Azeued. *in l.* 1. *num.* 44. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopilat.*

Verſ. *Tertiò, eſt in eadem quæſtione.*

Qui culpa ſua etiam non ordinata ad paupertatem incidit in eam, non gaudet priuilegijs pauperum in præiudicium Tertij, Cancer. *variar. part* 1. *cap* 9. *num.* 48. Sola *vbi ſupra.* Pet. Barboſ. *n.* 73. Pat. Vaxq. *dict. dub.* 10. *n* 37. *verſ. Tandem*, Mexia *n.* 10. 92

Illi autem, qui allegat, quemquam propria culpa ad inopiam perueniſſe, onus probationis incumbit, ſiue agendo, ſiue excipiendo id proponat, argumento *l. quoties* 18. §. *Qui dolo, ff. de probat.* Velaſc. *ſup. n.* 38. 93

Ibi : *Ex ea deducentes, prohibitum ex cauſa.*

De quæſtione hac conſulas Menoch. *ſup.* fuſe agentem, *ex n.* 41. Velaſc. *a n.* 17. Piuell. *ſup. verſ. Sic in paupertate*, P. Vaxq. *vbi proximè.* 94

Ibi : *Et licèt Fulgoſius in* d. auth. res, quæ.

Fulgoſium contra *D. Couar.* ſequitur Menoch. *d. caſ.* 182. *n.* 64. 65. nam ex maxima parentum erga liberos charitate præſumitur, vt potius vellet teſtator fideicommiſſum extingui, quam illos carceri mancipatos pati. 95

Verſ. *Quartò, etſi pium, & licitum.*

Etiam delinquentibus humanitatis, ac miſerationis ſubſidia ſunt exhibenda; licèt enim peccata odio ſint habenda, homo tamen diligendus eſt, ac iuuandus, *cap. odio*, 86. *diſtinct. cap. duo iſta* 35. 13. *q.* 4. *cap.* Quamobrem *circa medium*, ibi : *Nec enim Deus hominibus, ſed vitijs iraſcitur. de pœnit. diſt.* 1. Vnde ex bonis Eccleſiæ pro ſceleribus carceratis alimenta præſtari debent, ne fame abſumantur; horum enim miſerabilium cura etſi Iudicibus ſecularibus ſit iniuncta, *l. iudices* 10. *C. de Epiſcop. al. audient. l.* 3. *tit.* 24. *lib.* 4. *Recopilat.* Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ.* 6. *cap.* 1. *num.* 15. Bobadill. *in Politic. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 63. maximè ad Prælatos Eccleſiaſticos ſpectat, vt conſtat *ex Concil. Aurelianenſ.* 5. *cap.* 17. quo ſanctè ſtatutum eſt, quod Archidiaconus, vel Præpoſitus Eccleſiæ ſingulis diebus Dominicis carceres adeat, vt neceſſitatibus pauperum prouideat, & quod Epiſcopus miniſtrum idoneum præponat; qui ex bonis Eccleſiæ eis omnia ad victum neceſſaria largiatur. Notat Sandoual *de carcere c.* 17. Bobadill. *ſup. num.* 108. Monachi quoque in ſolitudine Africæ inhabitantes, ex eo quod operis ſuis comparabant, carceratis ſubuenire ſolebant, Caſſian. *lib.* 10. *c.* 22. Ioan. Diacon. *lib.* 4. *de vit. D. Gregor. cap.* 63. & quantum pietatis, ac meriti opus illud importet, fusè oſtendit Sandoual. *ſup. cap.* 3. 10. Bobadill. *d. num.* 63. 96

Ibi : *Non tamen poſſum mihi perſuadere.*

Res immobiles Eccleſiæ, aut mobiles pretioſæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, diſtrahendæ non ſunt, vt qui pro ſuis ſceleribus carceri mancipantur, ab eo liberentur; Pat. Vaxq. *ſup.* Redoan. *quæſt.* 11. Bonacin. *d. punct.* 3. *n.* 1. *verſ. Secunda cauſa*, Mexia *n.* 8. Vide *contra ſup. n.* 89. 97

Ibi : *Imò pro redimendis à carceribus his.*

Adde Mexia *vbi proximè.* Sed contra mentem DD. hoc eſſe videtur, qui communiter docent iuſtam cauſam ad alienanda præfata Eccleſiæ bona, eſſe libertatem eorum, qui in vinculis publicis detinentur, vt videre eſt apud Velaſc. *q.* 22. *n.* 41. vbi plures refert, Ioan. Garcia *regul.* 158. *n.* 5. & quamuis D. Couar. concedat, licere eam alienationem fieri, cum vel ipſo carceratos, vel alij, quibus erat alimenta ſuis operis exhibiturus, vt vxor, & liberi alias fame perirent, hæc cauſa non reſpicit libertatem oppreſſi, ſed vitæ conſeruationem; nec dici poterit, bona diuendi, 98

vt quis à vinculis eximatur, ſed ne fame moriatur, atque ita liberationem carceratorum a cauſis pietatis quoad alienanda Eccleſiæ bona, *D.Couar.* excludit. In quo exiſtimo plurimum Prælatorum arbitrio deferendum.

Verſ. *Quinto his addiderim.*

99 Legatum relictum pro redimendis eis, qui apud hoſtes in ſeruitute ſunt, per exequutores teſtamenti applicari nequit ad liberandos exiſtentes in carcere, ſiue pro criminibus, ſiue pro debitis.

Verſ. *Ex quibus omnibus.*

100 Bona Eccleſiæ alienari non poſſunt pro libertate eorũ, qui ad triremes dãnantur, Vazq. *d.n.*37. Mexia *vbi proximè.* Quod tamen poſſet limitari ex mente D.Couar. *ſup. verſ. Quartò, etſi pium, in fine,* quando remex teneretur, ac poſſet ſuo labore aliquibus alimenta præbere, qui aliàs inedia eſſent extinguendi, vt parens, vxor, liberi.

101 Cum ſæpè rerum mobilium pretioſarum, ac immobilium in ſuperioribus meminerimus, oportet ſcire, quæ illæ ſint. Quoad alienationis itaque prohibitionem in hoc tractatu, bona immobilia dicuntur, nedum quæ corporalia ſunt, & à loco amoueri non poſſunt, vt fundus, domus, ſed etiam iura, quæ ſtabilia ſunt, vt ſeruitutes, ius patronatus, vſusfructus, annui reditus, cenſus, & ſimilia; item iura & actiones ad immobilia, Delbene *dubitat.* 2. *ſection.*1. *n* 1. *cum ſeqq.* vbi plures, Aug.Barboſ. *d.allegat.*95.*n.*&46. Bonac. *ſup punct.* x.*n.*19. Vazq *ſup.dub.*13. *n.*45. Hermoſil. *in l.* 15.*gloſ.*1.*num.*60.*cum ſeqq.tit.*5.*p.*5. P.Molin. *diſp.*465.*n.*3. Inter quæ, etiam beneficia Eccleſiaſtica enumerat, atque Delbene *ſup.n.*2. Quod eſt intelligendum ita, vt non ſolum Eccleſiæ debitæ ſeruitutes, cenſus, vel vſusfructus in alios transferri prohibeantur, ſed etiam de nouo ſuper bona Eccleſiæ conſtitui, vt præter laudatos notat Pellizzar. *d. c.*8.*n.*36.49. qui *n.*22. benè aduertit, quod ad extinctionem cenſuum redimibilium, quos ſuper bona aliorum habet Eccleſia, nulla cauſa, aut ſolemnitas deſideratur, cum ex natura contractus cenſualiſta ius redimendum, etiam inuita Eccleſia, habeat, quod ei denegari nequit, quanquam non expediat; pecunia tamen ex redemptione cenſus percepta implicari debet in emptione alterius, aut rei immobilis, nec abſque ſolemnitatibus expendi permittitur in ſolutionem æris alieni etiam fœneratitij; vt de Regularibus agens probat Pellizzar.*n.*43.44. Sunt autem bona immobilia, quæ alienari poſſunt, non interuenientibus iuris ſolemnitatibus, propter eorum vilitatem, vt terrolæ ſteriles, de quibus cura non habetur, *cap. terrulas,* 12.*q.*2. Aug. Barboſ. cum multis, *n.*50. Delbene *vbi proximè, n.*20. *verſ. Ratio autem,* Maſcard *de probat.conc.*73. *n.* 26. Quaranta *in ſumm. Bullarij, verb. alienatio, n.*41. Pelizzar. *n.*136. qui teſtatur, ita declaraſſe S.Congregat. 19. *Decemb. anno* 1596. his verbis. *Sacra Congregatio cenſuit, neque Conſtitutionem Pauli II. neque Conc. Tridens. decretum derogaſſe diſpoſitioni cap. Terrulas,* 12.*q.*2. Eſt tamen neceſſitas, ſiue cauſa opus, vt in *d.cap. Terrulas,* expreſſum eſt, & aduertunt præcitati, & Hermoſ. ex alijs, *n.*87.

102 Bona mobilia pretioſa (quæ immobilibus in hac prohibitione æquiparantur, & ſimiliter alienari abſque ſolemnitate nequeunt, Delbène *n.*8.9. Barboſ. *nu.* 39. Bonacin. *punct.*2.*n.*2. Hermoſ. *n.*17.58. Pellizzar. *n.*9. Ricc. *in prax. for. Eccleſ. deciſ.*61.) dicuntur vaſa argentea, vel aurea, bibliotheca copioſa, veſtes maioris pretij, & alia huiuſcemodi. Quantùm valere debeat res, vt in hoc tractatu pretioſa cenſeatur, certò definiri non poteſt, ſed iudicis arbitrio committitur, Bonac. *punct.* 4. *n.* 3. *verſ. Ad cognoſcendum,* Redoan. *q.* 10. Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 44. *c.*4. *n.*4. Barboſ. *nu.*51. Quarant. *ſup.* Marc. Ant. Genuenſ. *in prax. Neapolit. c.*60, *num* 3. Hermoſ. *n.*88. Peirin. *tom.*1. *de priuileg. Minimor. in Conſtitut.* 9. *Iulij II. n.*15. Ricc. *deciſ.*39. *num.*8. Sacra verò Congregatio declarauit, rem non eſſe pretioſam, quæ valorem viginti quinque ſcutorum aureorum non excedit, Delbene *dubit.*1.*n.*23. vbi alij.

103 An pecuniam, quæ in Montibus pietatis, vel in cambijs implicata fructificat, aut quæ deſtinata eſt ad emptionem immobilium, poſſit Prælatus abſque ſolemnitatibus in alios vſus expendere, ac alienare? docent Delbene *dubit.*2. *ſect.*3. Aug. Barb. *à nu.*40. Vazq. *ſup. n.*44. Pellizzar. *n.*101. *cum ſeqq.* Bonac. *vbi proximè, num.*5. qui negatiuè reſpondent. Idemque dicendum eſt de pecunia repoſita in ſubſidium inſtar theſauri pro neceſſitatibus Eccleſiæ, Barboſ. *num.*41.

Non tamen ſufficit, rem eſſe pretioſam, ne alienari poſſit; ſed etiam requiritur, quod ſeruando ſeruari queat in longum tempus, atque ita res, quæ vltra triennium ſua natura permanere non poteſt, & quæ vſu conſumitur, nec fructificat, alienari non prohibetur, vt vinum, oleum frumentum, & ſimilia, quorum etiam maxima quantitas diſtrahi abſque ſolemnibus permittitur, Delbene *dubit.*1. *ex n.*57. Hermoſill. *n.*18. *verſ. Ea enim,* Pellizzar. *n.*9. Bonacin. *punct.* x. *n.*4. Pat. Molin. *n.*4. vbi de veſtibus, mancipijs, & iumentis, quæ vtique ſic alienari poſſunt. 104

His addendum erit, quòd ſi res diſtrahenda, fuerit conſecrata; aut alteri Eccleſiæ vendi debet, vt eidem vſui ſacro deſeruiat, aut ſi ad laicos transferatur, prius conflanda eſt, quam tradatur; *l. ſancimus* 19. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. l.*2. *tit.* 14. *p.* 1. *c.*2. *§. Præterea* 10. *q.*2. Molin. *d. tract.*2. *diſp.*340. *n.*22. Hermoſ. *ſup. n.*15. 105

AD CAPVT XVII.

De ſolemnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ adhibendis: ac de Emphyteutis Eccleſiaſtica conceſſione.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ quomodo in emphyteuſim concedi permittatur.*

2 *De ſolemnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ requiſitis, qui egerunt.*

3 Eccleſiæ *nomine quæ loca continentur, cum de bonorum alienatione prohibita tractatur.*

4 *Quæ ſolemnitates de iure ad alienationem bonorum Eccleſiæ deſiderentur, vſque ad n.*17.

18 *Alienatio bonorum Eccleſiæ valet, etſi non interueniant ſolemnitates legibus ſæcularibus introductæ.*

19 *Caſus, in quibus alienatio, omiſſis ſolemnitatibus tenet, recenſentur ad n.*24.

25 *Caſus a Neoterico inuenti reijciuntur.*

26 *Alienatio ſub conditione impetrandi aſſenſum à Pontifice an valeat.*

27 *Tractatus vnicus ſufficit in alienatione bonorum Eccleſiæ.*

28 *Epiſcopo volente rem Eccleſiæ, etiam inferioris, alienare, Capitulum ad tractatum, & conſenſum præſtandum vocari debet.*

29 *Quid ſi Rector Eccleſiæ inferioris author ſit alienationis.*

30 *Quomodo Prælatus in alienationibus his authoritatem interponat.*

31 *Quis authoritatem præſtet, vbi Eccleſia eſt in vna Diœceſi, & bona eius, de quorum alienatione tractatur, in altera.*

32 *Alienatio rerum pretioſarum Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, non ſubſiſtit, niſi concurrant, & iuris ſolemnitates, & cauſa iuſta.*

33 *Pontifex an iuſtè poſſit alienationi rei Eccleſiaſticæ abſque cauſa conſentire, aut per ſe alienare.*

34 *Alienatio ſolemnis abſque cauſa num mero iure valeat? & quid ſi iuſta cauſa interuenire falſo putabatur. ad num.*36.

37 *Alienatione ſolemniter facta, iuſta cauſa fuiſſe creditur.*

38 *Secus ſi ſolemnia defecerunt.*

39 *Vt alienatio rei Eccleſiaſticæ pro ære alieno ſoluendo diſtracta ſubſiſtat, quæ probari ab emptore debeant? & num.*40.

41 *Eccleſia non obligatur ex mutuo, niſi probetur in eius vtilitatem eſſe verſum, & quid de Ciuitate? ad n.*48.

49 *Verſio pecuniæ in vtilitatem Eccleſiæ quomodo probetur.*

50 *Res Eccleſiæ abſque iuris ſolemnitatibus in emphyteuſim dari non poteſt.*

51 *Limitatur, de quo ad n.*57.

58 *Solemni*

58 *Solemnitates iuris in alienatione bonorum iure præſcriptæ, an poſſint tolli conſuetudine, ad n.61.*
63 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro hæredibus accepta abſque iuris ſolemnitatibus, iuxta conſuetudinem, ad quos transeat.*
64 *Textus in* auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. §. Emphyteoſim, & §. Licentiam, *conciliantur, ad num.*66.
67 *Res Eccleſiaſticæ poſſunt in emphyteuſim perpetuò, & pro quibuſcunque hæredibus concedi, ſeruatis iuris Canonici ſolemnitatibus; & n.68.*
69 *De conſtitutionibus Principum ſecularium quoad alienationem bonorum Eccleſiæ curandum non eſt.*
70 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica accepta pro aliquo, & eius hæredibus in perpetuum, iuris ſolemnitatibus adhibitis, an ad extraneos pertineat? ad n.75.*
76 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro quibuſcunque hæredibus accepta, ad extraneos ſpectat, n.77.*
78 *De alijs formulis dandi rem Eccleſiaſticam in emphyteuſim, vt ad extraneos ſucceſſores peruenire poſſit.*
79 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ex coniecturis præſumitur ita conceſſa, vt ad extraneos hæredes deueniat.*
80 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica præſcriptione quæſita, ad quos hæredes tranſeat? & n.81.*
82 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſimpliciter accepta, ad quos transferatur? & n.83.*
84 *Emphyteuſis ab Eccleſia conceſſa ad certum tempus, etiam ad extraneos deuenit ſucceſſores.*
85 *Quid ſi detur ad tertiam, vel quartam generationem.*
86 *De varijs formulis concedendi emphyteuſim, remiſſiuè.*

1 PAulus II. *in Extrauagant. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. inter Cōmunes*, permittit, res Eccleſię in emphyteuſim abſque iuris ſolemnitatibus concedi, modò tria concurrant: *Primum*, quòd dentur in caſibus à iure permiſſis: *Secundum*, vt ſint iam ſolitæ emphyteuticari: *Tertium*, quòd in Eccleſiæ vtilitatem conceſſio cedat euidenter; de quibus per Auguſt. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. part.5. allegat.95. à nu.* 22. Franciſc. Pellizzar. *in manuali Regularium, tom.* 1. *tract.* 6. *cap.8. num.* 18. *cum alijs*, Molin. *de iuſt. & iur. tract.2. diſput.*466. *nu.*1. Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom.* 2. *c.* 17. *dubit.* 13. *n.* 7. *cum ſeqq.* & alios infra referendos, vbi cum *D. Couarr.* de his agendum eſt: Nunc eiuſdem veſtigia inſectantes, de ſolemnitatibus, quæ in alienatione bonorum Eccleſiæ Sacris Conſtitutionibus deſiderantur, diſſeremus.

Ad Num. 1.

2 Quæ ſolemnitates debeant interuenire, vt valida ſit bonorum Eccleſiæ alienatio, plene tradidere Card. Tuſch. *tom.1. lit. A, conc.*271. *à nu.*32. Delbene *ſup. dubit.9. tit. difficultatis reſolutio*, Caſtill. *de vſufruct. cap.*54. *a princip.* Pet. Gregor. *ſyntagmat. iur lib.*23. *cap.*8. *nu.*3.9. *cum alijs*, Aſcan. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.*3. *diſp.*13. *quæſt.*8. Maſcard. *de probat. tom* 1. *conc.*75. *ex num.*12. Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de reddit. cap.*2. §.2. *dub.*12. Hermoſill. *in l.*15. *gloſ.*1. *à num.*34. *tit.*5. *part.* 5. Bonacina *in ſumma tom.* 1. *tract. de alienation. bonor. Eccleſiaſticor. diſp.* 2. *quæſt. vnic. punct.*4. *à princip.* Greg. Lop. *in l.2. tit.*14. *part.*1. Pellizzar. *ſup. n.*111. *cum ſeqq.* Aug. Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſtic. lib.*3. *c.*30. *à n.*7. Molin *diſput.*468. *à nu.*3. Guilhelm. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienand. q.*23. *cum alijs.*

3 Eſt præmonendum in hoc tractatu, *Eccleſiæ* appellatione contineri Monaſteria, tam virorum, quàm fœminarum; Hiſpitalia, Confraternitates, Capellas, & alia loca pia Epiſcopali authoritate fundata, quorum bona abſque ſolemnitatibus referendis alienari prohibentur, Caſtill. *ſup. n.*24. Delbene *dubitat.* *à n.*14. Hermoſill. *n.*76.79.80. Bonacin. *punct.* 1. *nu.* 10. Redoan. *q.*26. Stephan. Quaranta *in ſumm. bullarij. verb. Alienatio, n.*18. 41. Pet. Gregor. *n.*2. & habetur *in auth. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. cap. ea enim*, 10. *q.*2.

4 Iuxta Canonicas ſanctiones quinque conditiones requiruntur, vt alienatio rerum immobilium Eccleſiæ, vel mobilium pretioſarum, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſubſiſtat. *Prima* eſt, tractatus, qui vt legitimè fiat, oportet, quòd congregato Capitulo, ſiue alijs perſonis, quæ conſenſum præſtare debent, alienatio proponatur, & vtrinque rationibus perpenſis, diſcutiatur, ac diſputetur, an neceſſarium, aut vtile Eccleſiæ ſit, quod res diſtrahatur, atque ita *tractatus* nihil aliud eſt, quam *alienatione facienda conſultatio*, Pet. Gregor. *n.*9. Delbene, *dubit.9. tit. difficultatis reſolutio: num.* 2. Tuſch. *tom. vlt. lit. T, conc.*338. Caſtill. *n.*13. Barboſ. *vbi proximè, n.*7. Pellizzar. *num.*117. Lotter. *de re beneficiar. lib.*1. *quæſt.*18. *num.*3. Hermoſ. *n.*34. Filliuc. *tom.*2. *tract.*44. *cap.*15. *n.*13. Redoan. *quæſt.* 23. quod probatur ex *cap. ſine exceptione* 51. 12. *q.*2. *c.*1. *cap. tua* 8. *de ijs, quæ fiunt a Prælat. c.*1. *de reb. Eccleſ. lib.* 6. In quo tractatu ſi oportuerit, cauſæ cognitio verſatur, vt præſati DD. aduertunt. Speciale autem eſt, quod in Societate Ieſu obſeruatur, quia ſolùm cum patribus conſultoribus de alienatione facienda tractatur, quorum conſenſus ad alienationis valorem non deſideratur, Pellizzar. *vbi proximè*, P. Molin. *num.* 3. An triplex tractatus ſit neceſſarius? Infra cum *D. Couar.* dicemus.

5 *Secunda*, conſenſus Capituli, Collegij, aut Communitatis, ad quam res alienanda ſpectat, quæ ſi fuerit Eccleſiæ Parochialis, plures beneficiarius habentis, etiam ipſi conſentire debent, *d. cap. ſine exceptione, cap.* 1. *& cap. tua, cap.* 1. *de reb. Eccleſ. in* 6. *l.2. tit.*14. *p.*1. Caſtill. *n.*17. Cyriac. *controu. forenſ. tom.* 2. *contr.* 0. *n.* . Delbene *n.*3. Tuſch. *d. conc.*75. *n.*51.53. Hermoſill. *n.*5 . *ver. Secundò, vltra tractatum*, Bonacin. *n.*2. *verſ. Poſt tractatum*, Barboſ. *n.* 8. Vazq. *d. dub.*12. Pet. Gregor. *nu.*3.13. Pellizzar. *n.*118. Redoan. *q.*26. *n.*11. 16. 19. 20. Molin. *n.*6.

6 Quot, & quomodò vocandi ſint ad tractatum, & ad præſtandum conſenſum Capitulares, ſiue Collegæ? docet latè Hermoſill. *à num.*36. Illud autem compertum eſt, ſufficere ad validitatem alienationis, quòd maior pars eorum, qui conuenerint, conſentiat, Caſtill. *vbi proximè*, Molin. *d. num.* 6. Panormitan. *in cap.*1. *numer.*5. *de ijs, quæ fiunt à Prælat.* Delbene *a num.*6. Redoan. *quæſt.*24. *num.*11. Bonacin. *vbi proximè*, Hermoſill. *n.*41. Pellizzar. *nu.*118. Pet. Gregor. *n.*9.

7 Conſenſus verò tacitus hac in re non ſufficit, quia expreſſus requiritur, ex *d. cap.*1. *de ijs, quæ fiunt à Prælat.* vt ex verbo, *Collaudatio*, colligitur; & docent Molin. Pellizzar. Bonacina *vbi proximè*, Lotter. *ſup. num.*17. Delbene *num.*5. Illumque in Capitulo congregati præſtare debent, non ſeorſim, quoniam tunc non verificaretur, Capitulum conſenſiſſe, quod iura depoſcunt, Delbene *n.*8. Hermoſill. *d. verſ. Secundò vltra tractatum*, Caſtr. Palao *diſp.*5. *quæſt. vnic. de reb. Eccleſ. punct.*15. §.2. *n.*10 Gregor. Lop. *in d. l.*1. *gloſ.*1. Rebuf. *in compend. de alienat. rer Eccleſ. n.*61. Lotter *nu.*21. Rota *deciſ.*484. *n.*6. *part.* *in recent.* nec diſſentit Pellizzar. *nu.*118. qui tamen in contrariam ſententiam inclinat cum Bonacin. *n.*2 Syluestr. *in ſum. verb. Alienatio, n.*5. Vazq. *d. dub.*12. *n.*43. quibus placet, ſat eſſe, quòd ſinguli ſeparatim conſentiant extra Capitulum, ſi in eo tractatus circa alienationem præceſſit. Sed prior opinio tenenda eſt.

8 Adeò hæc ſolemnitas conſenſus Capituli in alienatione rei Eccleſiaſticæ requiritur, vt, ſi fortè propter bellum, peſtem, aliamvè cauſam Capitulares deficiant, Epiſcopus alienare intendens teneatur Clericos loco eorum ſubrogare, cum quibus tractatus habeatur, ab eiſdemque conſenſus eſt præſtandus; Molin. *n.*6. *in fine*, Panormitan. *ſup. n.*7. Delbene, *n.*11. Pellizzar. *n.*119.

9 *Tertia*, quòd Superioris accedat Authoritas, *cap. Abbatibus* 41. 16. *q.*2. *cap. in venditionibus* 40. 17. *q.* 4. *Clement.*1. *de reb. Eccleſ. l.*63. *tit.* 8. *part.*3. *Authent. Hoc ius porrectum; C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Notant Caſtill. *n.*16. Delbene *à n.* 14. Redoan. *quæſt.*26. *num.*18 Molin. *num.*3.4. Pet. Gregor. *num.*3.16. Filliuc. *ſup. cap.* 5. *quæſt.*6. *num.*11.13. Hermoſill. *num.*52. Pellizzar. *num.* 111. 115. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.*4. *tit.*7. *num.*16 Azor. *inſtitut. moral. lib.*9. *q.*4. Aug. Barboſ. *d. cap.*30. *num.*9. Vazq. *d. dub.*12. Tuſch. *n.*52. Bonacin. *n* 4.

10 Quis autem Superior intelligatur, vt authoritatem ſiue conſenſum interponat, quæri ſolet? & quoad Eccleſias ſæculares conſtat, Epiſcopum in ſua diœceſi huiuſmodi facultatem habere, necnon quoad Regulares, quæ exemptæ

non ſint, vt ex *iuribus nuper allatis* probatur, & omnes præcitati DD. docent. Sed Capitulum, Sede vacante, rem Eccleſiæ Cathedralis alienare non valet, *cap. ſi quis* 42. *cap. Precaria* 44. 12. *quæſt.* 2. niſi aſſenſu Apoſtolico interueniente, qui etiam de iure, ante Conſtitutionem Pauli II. deſiderabatur, Hermoſ. *num.* 33. Authoritatem tamen alienationibus bonorum inferioris Eccleſiæ præſtare non prohibetur, Ricc. *in prax. for. Eccleſ. deciſ.* 64. *de alien. rer. Eccleſ.*

11 Quod ſi Epiſcopus author ſit alienationis rei ad Eccleſiam Cathedralem ſpectantis, quæſtionis eſt, num opus ſit Archiepiſcopi, vel Primatis aſſenſus? Affirmant Gloſ. *verb. Defenſore, in fine, in cap.* 1. *de reb. Eccleſ. in* 6. Bonacin. *vbi proximè*, Bald. *in Authent. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & alij*. Sed contrarium eſt verius, vt ſentiunt Molin. *d. num.* 4. Caſtill. *num.* 18. 19. Pet. Gregor. *n.* 17. Redoan. *qu.* 41. *ex num.* 43 Greg. Lop. *in l.* 63. *gloſ.* 3. *tit.* 18. *p.* 3. Quod communiter limitatur, quando Prælatus tutum, ſe non alienaturum. Idem aſſerit Caſtill. ſi res alienanda eſſet maximi valoris, quod ſcilicèt conſenſus Archiepiſcopi petatur.

12 In Monaſterijs exemptis Monachorum, Abbatis authoritas adhiberi debet, Delbene *n.* 15. Pellizzar. *num.* 115. Caſtill. *n.* 23. Pet. Greg. *n.* 16. Redoan *q.* 24. *n.* 13. In Ordinibus Mendicantium, Prouincialis alienationi conſentit, Delbene *n.* 16. Pellizzar. *vbi proximè*, quod declarat Bonacin. *n.* 4. vt ſi Superior localis alienet, ſatis ſit quòd Prouincialis authoritas interceedat, ſecùs ſi idem Prouincialis author ſit alienationis, quia à Generali aſſenſus eſt poſtulandus. In Religione Teatinorum ſolus Generalis poteſt alienationibus accommodare authoritatem, Delbene *num.* 16. Similiter in Societate Ieſu: Pellizzar. *vbi proximè*. In Monaſterijs Monialium non exemptis, Epiſcopi aſſenſus expectandus erit; in exemptis Abbatis, vel Prouincialis, ſecundùm Ordinis qualitatem, Pellizzar. *n.* 116.

13 Authoritas Epiſcopalis per Vicarium generalem interponi nequit, niſi eidem ſpecialiter committatur; Caſtill. *n.* 22. *in fine*, Redoan. *q.* 41. *n.* 59. Caualcan. *deciſ.* 43. *num.* 40. Nec tacitè præſtita ab Epiſcopo, vel alio Superiore prodeſt, quoniam expreſſus deſideratur aſſenſus: Gloſ. *verb. perpetuis, in cap. . de reb. Eccleſ.* vbi notat Barboſ. *in collect. num.* 13. Pet. Gregor. *num.* 16, Tiraquel. *de iur. marit. gloſ.* 7. *n.* 13. 69. etſi contrarium placuerit Delbene, *n.* 18. Laymann. *lib.* 3. *tract.* 4. *c.* 10. *n.* 4.

14 *Quarta* conditio requiſita, eſt ſubſcriptio Capitularium aut Collegarum, ſed non in omni alienatione, nam ſolùm adhiberi debet in venditione, permutatione, & donatione, *c.* 1. *cap. tua* 8. *de ijs, q. fiunt a Præl. d. cap. ſine exceptione, in fine*, 12. *q.* 2. Delbene *ex n.* 24. Pet. Gregor. *n.* 14. Molin. *n.* 7. Aug. Barboſ. *d. cap.* 30. *nu.* 8. Pellizzar. *n.* 121. 122. Leſs. *de iuſtit. lib.* 2. *c.* 24. *dub.* 11. Bonacin. *nu.* 3. *verſ. Tertio requiritur*, Caſtill. *num.* 17. vbi rectè aduertit, quòd omnes, qui Capitulo interſunt, debent ſubſcribere, ſi maior pars conſentiat, ſequitur Hermoſill. *dict. gloſ.* 1. *num.* 47. Niſi alienatio euidenter cederet in Eccleſiæ præiudicium, quo caſu tenetur pars diſſentiens appellare; Pellizzar. *num.* 123. qui hoc deducit *ex cap. ſi quis Presbyterorum* 6. *de reb. Eccleſ.*

15 Hæc verò ſubſcriptionum ſolemnitas generali conſuetudine ſublata eſt, atque ita neceſſaria non erit, niſi alicubi contrarium obſeruetur. Notarius tamen nomina omnium, qui congregati ſunt, inſtrumento alienationis inſerit, vt habetur *in l.* 63. *tit.* 18. *part.* 3. vbi forma conficiendi inſtrumenta de alienatione bonorum Eccleſiæ traditur. Ita obſeruant Delbene, & alij proximè laudati.

16 *Quinta* tandem eſt, vt conſenſus Apoſtolicus impetretur, qui omnino deſideratur, vbicunque *Extrauagans, Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. inter Commun.* quoad hoc fuerit recepta; quoniam Paulus II. hanc ſolemnitatem cæteris addidit, atque ita quoties res Eccleſiaſtica alienari abſque ſolemnitatibus nequit, toties Pontificia interuenire debet authoritas, quæ præſtari ſolet, facta delegatione aliquibus in dignitate conſtitutis, vt ſi eiſdem de neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ conſtiterit, nomine Pontificis alienationi authoritatem adhibeant. Ita Delbene *vbi ſup. à numer.* 29. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 93. *numer.* 66. 72. Pellizzar. *n.* 111. Hermoſ. *n.* 95. Bonacin. *num.* 6. Auendañ. *de exequend. mandat. part.* . *c.* 4. *a n.* 57. Franc. Leo *in theſau. for. Eccleſiaſtic. c.* 13. *n.* 7. Quarant. *ſup. n.* 5. Maſcard. *d. conc.* 75. *num.* 19.

Vbi præfatus aſſenſus interceſſerit ritè impetratus, & abſolutè præſtitus, omnes ſupplet iuris ſolemnitates, vt obſeruant Tamburin. *ſup. q.* 1. *n.* 9. Caſtill. *n.* 21. Delbene *a n.* 38. Rebuff. *in compend. de alienat. rer. Eccleſ. nu.* 13. *verſ. Fallit quando Papa*, Pellizzar. *n.* 113. Hermoſill. cum pluribus, *n.* 85. Filliuc. *ſup. d. cap.* 5. *n.* 9. Redoan. *q.* 27. *n.* 12. *& q.* 43. *n.* 2. Bonacin. *vbi proximè, verſ. Dixi, iure antiquo*, Tuſch. *d. conc.* 271. *nu.* 80. 84. Ricc. *in prax. for. Eccleſiaſtic. deciſ.* 37. *n.* 1. 17

Hæ ſunt conditiones, ſiue ſolemnitates, quas tam iure antiquo, quàm nouiſſimo in alienatione prædictarum rerum Eccleſiæ Canonicæ ſanctiones induxerunt; aliæ verò Principum ſecularium conſtitutionibus ſunt præſcriptæ, quæ habentur *in Authent. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. l.* 63. *tit.* 18 *part.* 3. *& in Ordinament. Luſitan. lib.* 2. *tit.* 15. vbi cauetur, ne vaſa aurea, aut ſimilia pretioſa alienentur abſque Regia facultate, vt refert Molin. *ſup. diſput.* 340. *num.* 1. *in fine*. Sed de illis curandum non eſt, cum ad valorem alienationis minimè requirantur, nec de conſuetudine obſeruentur, vt notat Pet. Gregor. *ſup. num.* 18. Tuſch. *n.* 54. Rebuff. *ad leg. Galliæ, in proœm. gloſ.* 5. *num.* 24. Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad d. authent. hoc ius porrectum, n.* 7. Quoniam iure Canonico approbatæ non ſunt, quare Eccleſiaſticos non aſtringunt, vt notatur *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *de conſtitutionib.* vbi Aug. Barboſ. *in collectan.* Greg. Lop. *in l.* 2 *gloſ. vlt. tit.* 14. *part.* 1. & eſt textus in *c.* 1. 9. *diſtinct.* qui loquitur in ſpecie. 18

Non ſemper alienatio abſque aſſenſu Pontificio celebrata, eſt irrita; aliquando enim illo, imò omni deficiente ſolemnitate, res Eccleſiæ diſtrahi iure poteſt, vt videre licet apud Barboſ. *d. alleg.* 95. *per tot.* Delbene *ſup. à n.* 43. *& dubit.* 8. Rebuff. *in compend. de alienat. rer. Eccleſiaſt. à n.* 24. & vltra caſus, qui *in dict. Extrauag. Ambitioſæ*, excipiuntur: ſcilicèt locatio ad triennium, quæ quidem alienatio dici nullo modo poteſt. Conceſſio in emphyteuſim eo modo, qui dictus eſt *ſup. n.* 1. & diſtractio eorum, quæ ſeruando ſeruari nequeunt, alij non pauci, qui ſub eam prohibitionem non cadunt, recenſentur. 19

Primus eſt, ſi neceſſitas ita vigeat, vt locus ad poſtulandum aſſenſum, vel ſolemnitates adhibendas non ſit, quia periculum eſt in mora; Barboſ. *num* 58. Delbene *diſp.* 23. *n.* 2. Hermoſill. *d. gloſ.* 1. *n* 98. Rebuff. *n.* 33. Maſcard *d. conc.* 73. *n.* 29.

Secundus, quando conſuetudine legitimè præſcripta obtentum ſit, ne dicta conſtitutio ſeruetur, Delbene *dubit.* 9. *tit. difficultatis reſolutio, n.* 43. Pet. Gregor. *nu.* 19. Maſcard. *num.* 24.

Tertius, in alienatione rei exiguæ, quæ nullas requirit ſolemnitates, vt dictum eſt *ſup. c. prox. n.* 101. 20

Quartus, ſi Religioni incapaci retinendi, etiam in communi, vt Capucinis, vel Franciſcanis quicquam relinquatur: quod Prælatus liberè in alios transferre poterit, & pretium in vſus Monaſterij expendere, quoniam illud dominio Eccleſiæ incorporatum nunquam fuit; Delbene *vbi proximè, numer.* 46. Hermoſill. *numer.* 78. Pellizzar. *n.* 10. Barboſ. *n.* 39. Filliuc. *d. tract.* 42. *c.* 4. *n.* 32. Rebuff. *n.* 12.

Quintus, cum res ita Eccleſiæ relinquitur, vt adueniente conditione, vel die alij reſtituatur, nam ad reſtituendum ſolemnitas opus non eſt: facit *l. magis puto* 5. *§. Si fundus, ff. de reb. eorum*, Vgolin. *de poteſt. Epiſcop. cap.* 14. *§.* 7. *n.* 5. Delbene *num.* 47. *& dubit.* 10. *num.* 3. 4. Barboſ. *n.* 61. Pellizzar. *num.* 37.

Sextus, in tranſactione de re immobili, quæ penès Eccleſiam non ſit, nam Prælatus iuri dubio ad illam cedere permittitur, Rebuff. *vbi proximè*, Pellizzar. *nu.* 16 Barboſ. *num.* 63. Delbene *dubit.* 12. *num.* 4. vbi ampliat ad rem iniuſtè poſſeſſam.

Septimus, in remiſſione caducitatis, quam Prælatus ſolus facere valet emphyteutæ, aut vaſſallo, Delbene *vbi proximè, num.* 9. Barboſ. *n.* 64. 65. Iul. Clar. *receptar. ſentent. lib.* 4. *§. Emphyteuſis, q.* 10. *verſ. Sed nunquid*, Pellizzar. *n.* 66. Bonacin. *ſup. punct.* 2. *n.* 21.

Octauus,

21 Octauus, in repudiatione hæreditatis, vel legati Eccleſiæ relicti, quod tamen abſque controuerſia non eſt, cum ſcilicet aliquid immobile, vel mobile pretioſum Eccleſiæ obueniret per acceptationem: & quod iuris ſolemnitates ad repudiandum non deſiderentur, ſuadetur ex eo; quod aliud eſt alienare, & aliud non acquirere, *l. alienationis 28. §. 1. ff. de verbor. ſignificat.* Nec obſtat, quod hic ceditur iuri ad immobile; quod eſt verum, vt oſtendimus *ſup. cap. proxim. numer.* 101. Nam reſpondetur, illud intelligi de actione, vel iure ad id, quod iam Eccleſiæ debetur, non ad acquirendum, ſed lucrandum de nouo, inter quæ multùm intereſt, vt egregiè inquit Imperator *in l. vlt. §. Si quis verò*, ibi. *Non enim par, eademquè ratio videtur, amittere debita, & lucra non capere, C. de codicill.* Ita tenet diſputans Delbene *dubit.* 6. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ.* 71. *num.* 53. Pellizzat. *num.* 60. Ricci. *ſup. tit. de alienat. rer. Eccleſ. deciſ.* 69. Sanch. *de matrimon. lib.* 5. *diſp.* 4. *num.* 11. 12. Hermoſill. *ſup. num.* 9. Pat. Suarez *de Religion. tom.* 4 *tract.* 8 *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 18. Pat. Greg. *n.* 19. Bonacin. *punct.* 2 *num.* 33. Panormitan. *in c. tua, n.* 8. *de iis, quæ fiunt à Prælat.* Rebell. *de obligat. Iuſtit. lib.* 18. *q.* 14. *num.* 5.

22 Sed oppoſitum placet Molin. *diſput.* 468. *num.* 12. Alexand. Trentacinq *variar. lib. 2. tit. de minorib. reſolut.* 1. *num.* 5. Filliuc. *dict. cap.* 4. *num.* 54. licet quoad hæreditatem priori ſententiæ adhæreat, Auguſt. Barboſ. *n.* 54. Menchac. *de ſucceſſion. progreſſu, lib.* 3. §. 27. *num.* 25. Azor. *inſtitution. moral. part.* 2. *lib.* 9 *cap.* 1. *quæſt.* 12. Geminian. *in cap.* 12 *num.* 1. *de reb. Eccleſ.* Quaranta *ſup. num.* 23. Moneta *de Conſeruat. cap.* 10. *num.* 36. Lambertin. *de iur. patronat. lib.* 3. *quæſt.* 9. *art.* 1. *num.* 31. A priori tamen ſententia recedendum non eſt, vt magis communi, ac iuri conſona. Eccleſiæ verò ex repudiatione læſæ remedium reſtitutionis in integrum ſupereſt ad acceptandum, niſi hæreditas, vel legatum alteri Eccleſiæ iam quæſitum reperiatur, quia melior eſt conditio poſſidentis, nec priuilegiatus contra pariter priuilegiatum ſuo gaudet priuilegio *l. verum* 12. §. *Item quæritur ff. de minorib.* Ita Pellizzar. *num.* 61. Delbene, *numer.* 23. Sanch. *numera* 15. qui alios laudat.

23 Nonus caſus, in quo iuris ſolemnia non requiruntur, eſt, ſi quis Eccleſiæ rem præſtet, aut relinquat eo pacto, vt liberè alienari abſque aſſenſu Apoſtolico, vel alia ſolemnitate poſſit. Hoc itidem obnoxium eſt controuerſiæ; nam quibuſdam videtur, conditionem iſtam eſſe reijciendam; vtpotè quæ Sacris Canonibus aduerſatur; téimque abſque ſolemnitatibus Prælatum alienare non poſſe: ſic ſentiunt Quaranta *in ſumm. Bullarij, verb alienatio, n.* 31. 32. Bonacin. *punct.* 4 *n.* 11. Ricci. *ſup. deciſ.* 67. Armilla *in ſumm. verb alienatio, n.* 19.

24 Contrarium nihilominus rectius probant Delbene *dubit.* 10. Pellizzat. *num.* 52. Diana *reſolution. moral. part.* 10. *tract.* 16. *reſolut.* 41. Caſtr. Palau *ſup. punct.* 15. §. 2. *n.* 14. Quibus aſſentiunt Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 16. Caſtill. *controuerſiar. lib.* 4. *cap.* 91. *num.* 24. 42. 43. Gratian. *deciſ.* 131. Gutierr. *de tutel. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 62. & alij; qui per textum *in l.* 1. *& in l. magis puta* 5. §. *Si fundus, ff. de reb. eor.* docent, poſſe rem minoris abſque decreto alienari, ſi teſtator id permiſerit, qui eam reliquit. Ratio huius opinionis eſt, quia res ſic conceſſa fuit cum ea qualitate incorporata bonis Eccleſiæ, ex voluntate concedentis, cui liberum eſt etiam non largiri: quo caſu conſtitutionibus alienationem abſque ſolemnitate prohibentibus locus non eſt. Nec aliqua turpitudo in ea pactione reperitur, etſi vtilitati Eccleſiæ contraria ſit; quoniam ſi hoc ita eſſet, conſuetudine introduci nequiret, quod ſolemnitates iuris non ſeruarentur, *c. fin.* & quæ *ibi* notantur, *de conſuetud.* Sed poteſt introduci, vt probauimus *ſup n.* 19. ergo turpe non eſt, aut illicitum, ita vt reijciatur: maximè cum voluntas dantis in vltima diſpoſitione vim legis obtineat, *Authent. de nupt. §. Diſponat, collat.* 4 & in re propria quilibet ſit
25 moderator, & arbiter, *l. in re mandata* 1. *C. mandat.*

Quamquam alios caſus prætereeam, vel quia minùs frequentes, vel quia communiter non admittuntur; tres ſingulares addere libet ex Pellizzario, quorum primum tradit, *num.* 11. nempè ſi res prorſus inutilis relinquatur Eccleſiæ: v. g. Monaſterio Monialium bibliotheca ſtudentium ad legalem diſciplinam attinentium. Secundum, *n.* 5. ſi quid mobile pretioſum emerit Monaſterium; credita pecunia, nam ſi venditor pretium, aut creditor mutuum, quod ad id comparandum præſtitit, poſtulauerit, poterit ea res abſque ſolemnitatibus, vt ſoluatur, diſtrahi. Tertium, *num.* 154. ſi in perpetuum Eccleſiæ 200. legentur in ſingulos annos, quæ licebit Prælato, repudiare legatum præmiſſa cum hærede conuentione, vt pro vna vice Eccleſiæ 4000. pendat. Hæc probabilitate non carent, ſaltem ob Doctiſſimi viri Authoritatem, qui teſtatur, ſe conſuluiſſe Neotericos peritos, inſignes.

Sed de iure oppoſitum reſpondendum videtur, nam quoad primum obſtat doctrina veriſſima, quam idem Pellizzar. probat *n.* 58. videlicet, rei ſterilitatem, ſiue inutilitatem non excuſare à iuris ſolemnitatibus; nec refert, quod res ſit euidenter inutilis (quo Pellizar. *ibidem, verſ. Nec obſtat.* huic difficultati ſatisfacit,) quoniam vtilitas euidens Eccleſiæ, licèt cauſa ſit ad alienandum, ſolemnitates non ſupplet, Hermoſill. cum alijs, *dict. loſſ.* 1. *numer.* 24. Delbene *dubitat.* 9. *tit. difficultatis reſolutio, num.* 34. vbi optimè loquitur, & de neceſſitate eudenti etiam agit.

Quoad ſecundum, res, quæ emitur pecunia credita, vel habita fide de pretio, nulla afficitur obligatione ad ſolutionem pretij, ſed plenè emptori acquiritur, qui ſolùm perſonali actione tenetur, niſi aliud conuenerit cum vendente, aut creditore, vt probauimus, *ſup. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 53. maximè emente Eccleſia, quæ nec expreſſim poſſet rem emptam obligare, vt in minore docuit Conſult. *in l.* 1. §. *vltim. ff. de reb. eorum*, quicquid ſenſerit Guttier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 5. *ex num.* 36. Quare ad alienationem rei, cauſa ſoluendi pretium eius, non minùs ſolemnitates requiruntur, quàm ſi alia res Eccleſiæ venderetur, & præterea poſſet Eccleſiæ intereſſe potiùs aliquid aliud diſtrahere ad ſolutionem, quàm quod emit iterùm alienare.

Quoad vltimum, dubitari non poteſt; quia actus ille ſimulatus ſit in fraudem legis, qui ſubſiſtere non poteſt; licet enim Prælatus repudiet legatum verbis, in re illud acceptat, & acceptatum hæredi vendit pro annuis redditibus æquiualentem pecuniam præſentem recipiens, & cum hæc veritas ſit, ſecundùm eam de actu iudicandum eſt; non iuxta id, quod machinatur, ac fingitur fraudandæ legis cauſa, *l.* 1. *& per tot. Cod. plus valer. quod agitur.* 26

Vbi autem Pontificis deſideratur aſſenſus, alienatio non tenet, etſi fiat ſub conditione: *Si Papa præſtiterit aſſenſum.* Quia præcedere debet, cum pro forma in actu ſit neceſſarius. Panormitan. *in cap. nulli, de reb Eccleſ.* Dian. *part.* 3. *tract.* 8. *reſolut.* 77. Pellizzar. *num.* 167. Delbene *dubit.* 1. *num.* 44. Bonacin. *punct.* 4. *num.* 5. & ita declaraſſe Clementem VIII. teſtatur Marc. Anton. Genuenſ. *in prax. Neapolit. cap.* 44. qui tamen contrarium ſentire videtur, *cap.* 88. *num.* 4. cum Riccio *ſup. deciſ.* 56. Rodrig. *quæſtion. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 27 *art.* 9. & Quaranta, *num.* 34. qui formam tradit, *num.* 10. qua ſic validè poſſit alienari. Quæ ſunt intelligenda ſecundùm dicta *ſup. cap. prox. num.* 64. de nullitate alienationis ex defectu ſolemnitatis. Ad quem periculum rei ſpectet, ſi pereat ante aſſenſum impetratum, docet Pellizar. *n.* 176.

Ibi: *Quibus in locis commemoratio.*

Ad validam rerum Eccleſiæ alienationem vnicus ſuffi- 27
cit tractatus, ſiue conferentia, niſi aliud obſeruat conſuetudo, Cardinal. Tuſch. *lit. T. conc.* 336. *num.* 12. Molin. *numero quinto, in fine*, Caſtill. *dict. cap.* 54. *numer.* 11. Caſt. Palao, *ſup. punct.* 13. §. 2. *num.* 9. Hermoſill. *in dict. l.* 15. *gloſ.* 1. *numer.* 50. *titul.* 5. *part.* 5. Delbene *dubitat.* 9. *titul. de difficultatis reſolutio num.* 2. Ricc. *deciſ.* 51. Bonacin. *ſup. numer.* 1. *verſ. Quod ſufficiat*, Auendañ. *de cenſib. cap.* 76. *num.* 5. Pat. Vazq. *dub.* 12. Rebuff. *ſup num.* 81. Pellizzar. *num.* 187. *in fine.*

Ibi : *Ego verò etſi cenſeam.*

19 Contrarium verò, & ſic quod Prælatus non ſit periurus, ex rationibus iſtis ſuſtinent Delbene *vbi proximè*, Caroc. *dict. quæſt.* 3. *n.* 4. Valaſc. *de iur. emphyteutic. q.* 29. *num.* 12. Barbaſ. *ſup. n.* 52. Redoan. *ſup. in princip. verb. vocabulum, n.* 5. *fol.* 15. Quæ opinio æquior eſt: ideoque cùm probabilis ſit, practicanda, ad pœnas euitandas; argument. *l. interpretatione* 42. *ff. de pœnis*, etſi in puncto iuris forſaſſis prior verior ſit.

20 Vt autem non lateat quid ſub præfato iuramento Prælati contineatur? animaduertendum eſt quod dupliciter illud præſtari ſolet, vel abſolutè iurando non alienate ea bona; vel promittendo, iuramento adhibito, non alienare ipſa, Romano Pontifice inconſulto. Primo caſu, ſolùm obligatur ad non alienandum illicitè, & contra iuris prohibitionem, manet tamen ſibi illibata facultas ad alienationes de iure permiſſas: Secundo, etiam ab alienatione permiſſa, non obtenta Pontificia licentia, debet abſtinere; Delbene *dubit.* 3. *n.* 1. 2. vbi alij Gutier. *de iurament. confirmat. part.* 1. *c.* 42. *num.* 3. Quod vltimum limitatur, *Primò*, ſi magna neceſſitas inſtaret, ita vt locus dilationi ad conſulendum non ſit: *Secundo*, quoad res modicas, quæ cenſentur exceptæ: *Tertiò*, ſecundum D. Couar. & ſequaces in locatione ad longum tempus, Delbene *à n.* 6. Gutier. *vbi proximè* Pat. Molin. *diſput.* 468. *n.* 8. 9.

Ibi : *Tamen verum eſt impropriè.*

21 *Alienationis* verbum aliquando latè, aliquando preſſè vſurpatur. Primo modo locationem ad longum tempus complectitur: Secundo, non vtique, Caroc. *d. q.* 3. *n.* 4. Pat. Molin. *diſput.* 464. Delbene *dubit.* 3. *à n.* 1 Molin. *d. c.* 21. *in princip.* Henouſill. *in l.* 43. *gloſ.* 3. *n.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. Bonacin. *d. punct.* 2. *num.* 14. *in principio*, Pinell. *ſup. num.* 18. 19. Spin. *in ſpecul. teſtament. gloſ.* 19. *n.* 75. *cum aliis.*

Ibi : *Non ad pœnam infligendam.*

22 Hoc ipſum poſt alios notant Caroc. & Delbene *vbi proximè*, Pœnæ etenim non ſunt interpretatione iouandæ, *dict. l. interpretatione*, *l. cum quidam* 19: *in fin. ff. de liber. & poſthum.* Ex quo infertur, quòd verba, quæ diuerſimodè intelligi poſſunt, ita accipienda ſunt, vt delictum, & pœna euitetur.

Ibi : *Cum iuramentum ſtrictè ſit intelligendum.*

23 Ita vt quantò minùs poſſit, iurantem aſtringat. Sanch. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 1. Ceuall. *tom.* 2. *q.* 780. *n.* 284. Aug. Barb. *in collectan. ad cap Clericus, n.* 7. *de iureiurando*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 45. *n.* 12. Gutier. *vbi proximè, cap.* 71. *n.* 3. Caroc. *d. q.* 2. *num.* 6. *pag.* 54. Delbene *vbi proximè, n.* 9. Molin, *diſp.* 468. *n.* 8.

Ibi : *Ex hoc dubia eſt apud me.*

24 Locans rem emphyteuticam ad longum tempus, domino irrequiſito, non incidit in pœnam caducitatis aduerſum ita alienantes ſtatutam, Caroc. *rubric. de iur. emphyt. n.* 7. Caballio. *milleloq.* 213. *p.* 1. Add. ad Alex *conſ. vlt. lib.* 13. Molin. *ſup. n.* 1. *c.* 20. *n.* 17. Pinell. *num.* 71.

25 Sed oppoſitum magis receptum eſt, quod tenent Greg. Lopez *in l. vlt. gloſ.* 3. *tit.* 8. *part.* 5. Mareſcot. *dict. lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 9. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 4. *num.* 82. Franciſc. Marc. *dict. deciſ.* 455. *part.* 1. Iul. Clar. *receptar. ſentent. lib.* 4. §. *Emphyteuſis quæſt.* 19. Gamma *deciſ.* 26. *num.* 5. Iaſon *in l. vltim. quæſt.* 4. *num.* 112. *C. de. iur. emphyteut.* Caldas *de renouat. emphyteuſ. quæſt.* 16. *num.* 10. Valaſc. *dict. quæſt.* 29. *num.* 23. Pat Molin. *diſput.* 461. *num.* 2. vbi benè probat, Pœnámque caducitatis per vtilis dominij tranſlationem incurri, tenuit Menoch. *conſ.* 38. *n.* 1.

26 Quæ ſententia debet temperari, ſi adijciatur clauſula: *Saluo conſenſu domini.* Maximè ſi ſubiungatur: *Non aliter, neque alio modo.* Per quæ verba etiam in propria, & ſtricta alienatione, pœna caducitatis non infertur: quod à fortiori hic dicendum eſt, de quo Mareſcot. *lib.* 1. *cap.* 78. *à princip.* Menoch. *d. conſ.* 38. *ex n.* 17. vbi plures Molin. *d. c.* 21. *num.* 25.

Ad Num. 3.

Locatio bonorum Eccleſiæ, quæ alienari iure ſunt prohibita, ad vitam alicuius non tenet, iuris ſolemnitatibus non obſeruatis, quæ in eorum alienatione deſiderantur, Molin. *n.* 28. *verſ. Sed quamuis, & n.* 29. Redoan. *quæſt.* 6. *n.* 3. Gutier. *dict. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 24. Delbene *ſup. c.* 18. *dub.* 1. *n.* 5. Petr. Barboſ. *in l. filiofam* §. *vltim. num.* 26. *ff. ſolut. matrimon.* Caroc. *rubric. de locat. ad vitam, quæſt.* 2. *& rubric. de reb. Eccleſ. concl.* 4. *num.* 16. Vazq. *dub.* 2. *n.* 23. Valaſc. *n.* 2. Aug. Barboſ. *dict. alleg.* 95. *n.* 14. Pat. Molin. *diſp.* 466. *n.* 3. Pellizzar. *ſup. num.* 16. *verſ. Reſpondeo, quòd cum tempus*, Nauar. *in c. conſideret*, §. *Deſleat n.* 5. *de pœnit. diſt.* 5. Ratio eſt, quia huiuſmodi locatio, quamuis breuiſſimo tempore finiri poſſit, ſubijcitur durationi ad longum tempus, quapropter vetita cenſetur, Pellizzar. *vbi proximè*, Delbene *dict. n.* 5. cum prohibitio cuiuſque actus, eos omnes comprehendat, per quos ad illum poteſt perueniri; *l. oratio* 16. vbi notatur, *ff. de ſponſalib. l. ſi pupillorum* 7. §. *fin. ff. de reb. eor. qui ſub. tutela*, Gloſ *in l. ſi vt certo* § *vlt. verb. & ait, poſt princip. ff. commod.* Gutier. *de iurament. confirmator. p.* 1. *cap.* 51. *n.* 9. de quo latiùs *infra*, *hoc cap. ad numer.* 7. cum *D. Couar.* dicendum eſt. 27

Hinc deducitur, non ſubſiſtere locationem ad beneplacitum conducentis, quia in eadem voluntate diu poteſt perſiſtere, Pat. Molin. *diſp.* 445. *n.* 3. *in fin.* Pinell. *ſup. num.* 63. Valaſc *n.* 4. Caroc. *rub. de locat ad long. temp. quæſt.* 5. *de locat. in volunt. conduct. numer.* 2. 3. vbi alij: Molin. *dict. cap.* 21. *num* 29. *verſ. Et etiam illa*: Gutier. *d. cap.* 8. *num.* 24. Nec ad voluntatem locantis, Molin. Gutier. Pinel. *ſup.* quamuis contrarium placuerit Pat. Molin. Valaſc. Caroc. *n.* 5. quoniam liberum eſt locatori, cùm voluerit, à contractu diſcedere. Tamen prior opinio tenenda eſt, eo quod poteſt ex conſenſu locantis eadem locatio vltra tempus permiſſum permanere; & hoc, ius prohibet. Idem dicendum eſt, ſi in tertij voluntatem locatio conferatur; Caroc. *n.* 6. cuius limitatio *ibidem* tradita, ex dictis admittenda non eſt. Sed ea omnia ſunt intelligenda, quando expreſſè actum eſt, vt locatio tempus permiſſum excedat, ſi placuerit; alioqui in dubio ea pacta ita ſunt interpretanda, vt is, in cuius voluntatem locatio confertur, poſſit ab ea, cum voluerit, reſilire; vel in eadem perſiſtere intra tempus lege definitum, quia contractus præſumitur ſecundum ius celebratus; *l. quæro*, §. *Inter locatorem, ff. locat.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 58. *num.* 1. nec cenſetur illicitus; niſi manifeſtè appareret, Menoch. *ſup. præſ.* 122. *n.* 36. & faciunt tradita *infra, c.* 17. *n.* 74. 28

Inde etiam colligitur, non poſſe locari ad tempus incertum, vt donec bellum finiatur; Pellizzar. *ſup.* niſi incertitudo referatur ad aliquid, quod intra tempus permiſſum ſoleat terminari: vt dum nauis ex Indis redierit: idem Pellizzar. *ibidem.* Vel ſi locatio celebraretur abſque temporis præfinitione, quæ valebit; quia talis contractus ſecundum conſuetudinem, quæ in ſimilibus rebus obſeruatur, debet intelligi: Caroc. *quæſt.* 9. *num.* 2. res autem Eccleſiæ iuxta tempus iure permiſſum ſemper locari ſolent; atque ita idem erit, ac ſi expreſſim ad nouennium olim; & hodie ad triennium eſſet locatum. 29

Ibi : *Fortaſſis hæc locatio.*

Locationem rerum Eccleſiæ ad vitam hominis ſenis non cenſeri factam in longum tempus, ſi ille diu victurus non præſumatur, ſecundum ſupputationem *l. hæreditatum* 68. *ff. ad leg. Falcid.* ſentiunt cum *D. Couar.* P. Molin. *diſp.* 445. *num.* 3. Petr. Barb. *in d.* § *fin. n.* 26. 30

Hæc tamen ſententia, quam dubitans *D. Couar.* videtur approbare, difficilè admitti poterit ex ſequentibus. *Primò*, nam valde controuerſum eſt, num computatio *præfata legis* vltra caſum, de quo agit, locum obtineat? vt videre eſt apud D. Couar. *infra, lib.* 3. *c.* 19. *num.* 40. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 40. Eſcob. *de ratiocin. lib.* 2. *c.* 2. *à princip.* ac verius eſt, non eſſe præciſè ſeruandã, quamuis poſſit Iudex pro ſuo arbitrio eã ſequi, vt reſolui *ſup. c.* 2. *in fin.* Quod in 31

ſpecia

ſpecie locationis rei Eccleſiaſticæ admitti non debet, cùm materia prohibitiua ſit, Eccleſiæque fauorabilis, cui proſpicitur, vetita bonorum ſuorum alienatione. *Secundo*, quia vita hominis vſque ad centum annos durare præſumitur, vt notant DD. *in l. vlt. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. an vſusfructus* 63. *ff. de vſufruct.* quorum plures laudat Menoch. *de præſumpt. lib* 6. *præſumpt.* 49. *n.* 9. Aug. Barboſ. *in dict. l. fin. n.* 5. Tertio, licet præfata communis opinio vera non exiſtimetur; ſaltem certum eſt, iure præſumi, hominem ad centum annos viuere poſſe, vt idem Menoch. rectè ſentit, de quo *ſup. cap.* 7. *à n.* 58 hæc autem poſſibilitas ſufficit, vt locatio ad longum tempus facta videatur, atque non ſubſiſtat, vt cum Delbene, & Pellizzario probauimus, *ſup. n.* 27. Quartò, quoniam ſecundum *dicta legis* computum, homo quinquagenarius poſſet rem Eccleſiæ ad vitam conducere, & locatio ad longum tempus non cenſeretur facta, quia ad nouennium duntaxat ſuperſtes creditur eſſe futurus, vt ex textu apparet; homines autem frequentiſſimè ſexageſimum annum agere, & illum excedere, nemo eſt qui dubitet. Ex his tenendum videtur non eſſe attendendam diſpoſitionem *d. l. hereditatum* circa locationem ad vitam rerum Eccleſiæ, quæ ad longum tempus facta cenſenda eſt, vt docet Delbene, & Vazq. *vbi proximè.* Sed poſſet hæc ſententia limitari, contrariàque admitti, ſi conductor iam non ageſimum ageret annum, quia rarum eſt, & quaſi portentum hodie habetur, vt quis ad centeſimum perueniat annum, vt obſeruat Menoch. *à num.* 16. latè probans; & licèt hoc poſſibile ſit, cùm rarò eueniat, de eo curandum non eſt, argument. *l. nam ad ea* 5. *ff. de legib.*

Verſ. *Quod vero dixi.*

32 Hoc ipſum notant Menoch. *d. caſ.* 5. *in fine*, Caroc. *rubric. de reb Eccleſ. conc.* 7. *num.* 30. Aug. Barboſ. *in collectan. ad Clement.* t *n.* 13. *de reb. Eccleſ.* & diximus *ſup. n.* 12. Et ex his, quæ ſub *hoc verſ.* D. Couar. docet, apparet, hoc intereſſe inter Prælatos Regulares, & ſeculares, quòd hi locantes infra decennium dici non poterant ad logum tempus locaſſe; illi verò ſic, quando ita Iudici viſum erat.

Ad Num. 4.

33 Hucuſque tradita ad ius antiquum referenda ſunt; hodie namque aliter ſe res habet, cùm Paulus II. *anno* 1468. nouam ediderit conſtitutionem, quæ incipit: *Ambitioſa*, extátque inter *Extrauagantes communes ſub tit. de reb. Eccleſ.* qua vetitum eſt, bona Eccleſiaſtica vltra triennium locari abſque iuris ſolemnitatibus, pœna excommunicationis, & alijs aduerſum contrauenientes ſtatutis; vt notant Pat. Vazq. *ſub dub.* 3. *num.* 14. *verſ. Iure autem.* Tondut. *quæſtion. benefic. part.* 1. *cap.* 66. *n* 8. Aug. Barboſ. *d. allegat.* 95. *n.* 3. Scottia *in ſelect. Pontific. conſtitut. theorem.* 115. Pat Molin. *diſp.* 466. *num.* 10. *verſ. Ante temporu*, Thom. Delbene, *d. cap.* 18. *dubit.* 1. *num.* 7. Gutier. *Canonicar. lib* 1. *cap.* 3. *num.* 1. Caroc. *vbi proximè, conc.* 9. *nu.* 38. Sarmient. *de redditib. Eccleſiaſtic part.* 1. *cap.* 2. *num.* 20. Bonacin. *ſup. numer.* 14. Ceuall. *dict. quæſt.* 195. *num.* 7. Menoch. *d. caſ.* 5. *numer.* 5. Pellizar. *dict. cap.* 8. *num.* 14. vbi de Regularibus, quos præfata conſtitutio æquè, ac ſeculares ligat: imò procedit, quamuis Religioſi conduxerint bona alterius Monaſterij, & alterius Ordinis, vltra triennium; ex quo pœnas dictæ Extrauagantis non minùs, quam ſeculares incurrent; Pellizzar. *n.* 17. *verſ. Addo quod ſi Regulares.*

34 Ampliatur præfatum Pontificis decretum, vt nec locatio aduerſus illud teneat, quamuis locans iuret non contrauenire contractui, quo non obſtante poterit ab eo reſilire; nam iuramentum nequit firmare actum nutritiuum peccati, alioquin eſſet iniquitatis vinculum, Delbene *dubit.* 6. Bonacin. *n.* 26. Corduba *in quæſtionib. Theologic. q.* 103. & alij apud Riccium *deciſ.* 122. etſi alijs oppoſitum placeat.

35 Eſt notandum, licere Epiſcopis ſua conſtitutione triennium ad biennium, vel aliud tempus reſtringere, non verò extendere; hoc enim Pontificiæ conſtitutioni aduerſatur, non illud; Cardinal. *in c. vlt. n.* 5. *ne Prælat. vic. ſuas*, Delbene *dubit.* 8. Aug Barboſ. *d. allegat.* 95. *n.* 18.

Verſ. *Primò contingere ſolet.*

36 Locatio rei Eccleſiaſticæ vltra triennium eſt prohibita, nulliuſque momenti etiamſi pactum apponatur, vt per ſingula triennia cenſeatur contractus diſtinctus celebrari, vtque non vnica, ſed plures diuerſæ locationes ſint, quia hoc in fraudem legis fit, Pat. Molin. *num.* 11. Caroc. cum alijs, *ſup. num.* 41. Vazq. *dub.* 4. *n.* 15. Scott. *theorem.* 117. Auguſt. Barboſ. *num.* 17. Delbene *dubit.* 2. *n num.* 1. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 29. *num.* 15. Filliuc. *tract.* 44. *cap.* 1. *quæſt.* 5. Rebell. *de obligat. iuſt. lib.* 2. *quæſt.* 6. Ricc. *deciſ.* 117. Tuſch *lit. L. conc.* 406. Rodriguez *quæſtion. Regular. q.* 7. *art.* 1. Pellizzar. *nu.* 15. Idem circa locationem vltra decennium cum pacto, vt de nouennio in nouennium renouata cenſeatur; nam hæc ad longum tempus facta dicitur, vt notant Molin. *d. cap.* 51. *n.* 19. *verſ. Et etiam*, Mareſcot. *d. c.* 15. *n.* 7. Pet. Barboſ. *vbi ſup. num.* 26.

37 Sed ſi ſimul plures locationes diſtinctæ contrahantur, veluti ſi dicatur: *Loco hunc fundum in tres annos, quibus elapſis, eundem in aliud triennium ſequens tibi loco*; adhuc ſuſtinendæ non ſunt, Mareſcot. *numer.* 5. *cum ſeqq.* Bonacin. *numer.* 24. *verſ. Nec obſtat*: Pat. Molin. & Valaſc. *vbi proximè*, Caroc. *conc.* 6. *num.* 19. nam vt Pellizzar. *vbi proximè*, & Delbene *dubit.* 2. *numer.* 2. aiunt, parùm Eccleſiæ intereſt, quod vnica, vel pluribus locationibus res ſua vltra permiſſum tempus conducatur, iſtique contractus propter vnitatem ſermonis, & temporis, pro vno reputantur, Mareſcot. *numer.* 2. & 4. Butr. *in cap. Apoſtolicæ, num.* 15. *verſ. Hoc notu, de donat.* Qui quidem caſus a præcedenti in re nihil differt.

38 Dubium eſt, an his caſibus valeat pro primo triennio contractus? Affirmat Pat. Molin. *ſup. & diſp.* 467. *n.* 4. Valaſc. Aug Barboſ. Bonacin. *vbi proximè*, Delbene *ſup. n.* 1. Contrarium verò probat latè Mareſcot. *à num.* 8. quod verius videtur, admiſſa *Bart.* opinione, de qua infra, *num.* 44. nam in effecto idem eſt, conducere abſolutè ad tempus vltra triennium, ac prædictis cauillationibus vti ad fraudem legis; & ita quemadmodum in eo caſu contractus, nec pro tempore non prohibito tenet, vt mox dicendum eſt, ſic & in his omninò corruere debet. Nec intereſt, quod hic plures locationes diſtinctæ contrahi dicantur, quoniam cùm vno eodémque contextu fiant, vnicus eſt actus, qui vt in fraudem legis, nullius debet eſſe momenti: videatur Mareſcot. *d. c.* 15. *per tot.*

39 Ex his infertur, quòd ſi diuerſis temporibus plures celebrarentur de eadem re Eccleſiaſtica locationes ab eodem conductore, prima ſuſtineretur, ſi triennium non exceſſerit; cæteræ autem erunt irritæ, ſi factæ ſint prima locatione durante: ſed hoc limitandum eſt, cùm iam prope finem præcedentis locationis, iterùm locatur, quia non datur præſumptio fraudis; v. g. conducit quis agrum ad triennium, & tertio iam labente anno, eundem ad aliud triennium iterùm reconducit, contractus iſte nullo vitio laborat; nam parum illud temporis, quod reſtat, pro nihilo habetur; de quo Molin. *d. diſp.* 466. *n.* 11. Delbene *dubit.* 3. Valaſc. *vbi proximè*, Pellizar. *n.* 15.

40 Quibus addendum eſt, quod ſi locatio ad triennium fiat cum pacto, vt eo præterito locans teneatur ad renouandam illam, contractus valet pactione reiecta. Ita Mareſcot. *n.* 19. D. Couar. *inf. n.* 5. *verſ. Non obſtat*, Bonacin. *nu.* 24. *verſ. Sed aliorum opinio*, Scott. *theorem* 115. Aug. Barboſ. *num.* 17. *in fine*, Quaranta *in ſumm. Bullarij, verb. Alienatio rer. Eccleſiæ, num.* 18. Pat. Vazq *ſup. num.* 26. & alij apud Delbene, qui probabile dicit, *d. dubit.* 2. *num.* 7. quoniam aliud eſt locare, & aliud pactum de locando inire. Sed contrarium & ſic locationem omnino irritam eſſe, cum alijs tenet Caroc *dict. rubric. de locat. ad long. temp. quæſt.* 4 *num.* 4. Alij diſtinguunt, vt prior ſententia vera ſit, ſi talis promiſſio in ſcriptura publica fiat, poſterior ſi extra illam interuenerit. Ita Delbene *num.* 5. 6. Pellizzar. *num.* 15. Azor. *part.* 2. *lib.* 9. *capit.* 2. *quæſt.* 3. Sed aliter diſtingui poſſet, nam aut conuentio illa, de locando ſimul cum locatione intra tempus permiſſum, fit, & tunc cùm vnicus ſit actus in fraudem legis, totus irritabitur, vt *Carocio* & ſequacibus non paucis viſum eſt: Aut ex interuallo promiſſio prædicta de locando ſubſequitur, & ipſa ſolùm erit nulla, locatione manente,

quia vtile per inutile vitiari non debet, cum actus ſint diſtincti; atque ita *Mareſcoti*, & aliorum procedit reſolutio. Quæ comprobantur ex dicendis *infra, n.47. cum ſeqq.*

Ad Num. 5.

41 Hanc frequentiſſimè agitatam quæſtionem, num ſcilicèt locatio rerum Eccleſiæ vltra triennium, ſaltem intra illud ſuſtineatur? diſputant latè Molin. *d.cap.* 51. *numer.* 58. Delbene *dubitat.* 5. Guttier. *Canonicar. lib.* 2. *c.* 15. Pat. Molin. *diſp.* 467. Pat. Vazq. *dubit.* 5. Aug. Barboſa *num.* 3. Pellizzar. *d.tract.* 6. *cap.* 8 *n.* 16.

42 Eſt præmittendum, diſputationem hanc non verſari circa locationem vltra nouennium, ſiue ad longum tempus, quæ omnino nulla eſt, ſi abſque ſolemnitatibus fiat, Molin. *ſup. verſ. Sed quamuis*, Guttier. *num.* 8. Aug. Barb. *n.* 14. Pat. Molin. *num.* 4. Ratio eſt, quia per contractum locationis ad decennium tranſit in conductorem vtile dominium, quod multum ſolet intereſſe; hoc autem non tranſiret, ſi locatio ad triennium valeret; quapropter ille compellendus non eſt ſtare contractui, qui ab eo, quem celebrare voluit, differt.

43 Locationem in ſpecie propoſita non in totum vitiari, ſed intra permiſſum tempus conſiſtere, cum *Baldo* ſentiunt Pat. Molin. *n.* 5. Tondut. *ſup. d. cap.* 66. *n.* 10. Molin. *verſ. In ſecunda ſpecie*, Anton. de Marinis *quotidianar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 7. *verſ. Contrarium*, Guttier. *num.* 7. Ang. Barboſ. *num.* 11. Tuſch. *d. conc.* 406. *num.* 1. Gamma *decis.* 387. *num.* 3. Quarant. *vbi proximè*, Rebell. *ſup. part.* 2. *lib.* 14. *quæſt.* 6. Caroc. *d. rubric. de reb. Eccleſ. conc.* 9. *nu.* 44. Ceuall. *d. quæſt.* 199. *numer.* 10 & alij apud Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 5. *tit.* 5. *num.* 19. & Sentriam *theorem.* 117. Fundamentum præcipuum eſt, quia vtile per inutile non vitiatur, atque ita omnes hi ſuam ſententiam limitant, ſi tempus vtile ab inutili commodè nequeat ſeparari, vt D. Couar. *infra* aduertit.

Ibi: *Sed quod locatio in hac quæſtione omnino nulla ſit.*

44 Ita aduerſus proximè laudatos, tenent cum *Bartolo* Pat. Vazq. *num.* 28. Mareſcot. *d. cap.* 25. *à num.* 8. Valaſc. *ſup. q.* 29. *num.* 15. Delbene *ſup.* Caldas *de reſolut. emphyteuſ. capit.* 2. *num.* 30. Bonacin. *ſup. dict. num.* 24. Mantic. *vbi proximè, nu.* 1. Emman. Sà *verb. conductio, num.* 13. Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 75. *C. de bon. matern.* Azor. *ſup. lib.* 7. *capit.* 10. *quæſ.* 4. & *lib.* 9. *cap.* 2. *quæſ.* 4. Gratian. *diſceptat. cap.* 162. *numer.* 21. Ricc. *deciſ.* 117. Scott. *vbi proximè*, Leſſ. *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 11. *num.* 68. Rota apud Farinac. *tom.* 1. *part.* 1. *deciſ.* 36. Pellizar. *num.* 16. vbi rectè notat, aliud eſſe, ſi plures locationes non vno contractu fiant. Cui ſententiæ D. *Couar.* accedit *ſub hoc numer. verſ. Tandem*, vbi videas notata per me à *numer.* 47. Ratio eſt, quia actus contra legis prohibitionem prorſus debet eſſe irritus, nec in eo ſeparatio poteſt admitti, cùm ſit vnicus.

Verſ. *Deinde in his.*

45 Adde Delbene à *num.* 2. Guttier. *num.* 3. *cum ſeqq.* Pat. Molin. *num.* 2. *verſ. Secundò quoniam.* Sed huic argumento reſpondent qui cum *Baldo* ſentiunt, regulam, quod in iis, quæ pendent à voluntate duorum, actus, qui non valet, vt ſit, nec vt valere poteſt, ſubſiſtit; ſolùm procedere, cùm actus tranſit in aliam ſpeciem, vel eius natura variatur, ſecùs ſi intra proprios limites, nihil immutato, reſtringatur; quia præſumitur, contrahentes nedum in totum, ſed etiam in partem, quæ abſque incommodo ſeparari poteſt, tacite conſentire, vt in donatione vltra quingentos ſolidos non inſinuata verificatur; P. Molin. *n.* 7. & tempus ac pecunia quoad hoc æquiparantur, P. Vazq. *ſup.*

Verſ. *Verùm Carolus Molinæus.*

Huius diſtinctionis inter emphyteuſim, & locationem vltra tempus permiſſum, meminere P. Vazq. *d. dub.* 5. *nu.* 57. Guttier. *n.* 5.

Ibi: *Sic & in contractu feudali.*

Si res Eccleſiæ, quæ erat apud feudatarium, ad eam reuertatur, poterit Prælatus, non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, illam iterum in feudum concedere, antequam menſæ incorporetur; tunc autem incorporata cenſetur, quando Prælatus ipſam non infeudare conſtituit, ac menſæ applicat; Pat. Molin. *diſp.* 468. *per tot.* Debet tamen in noua conceſſione ſeruari eadem forma, qua prius data fuit, itavt nihil amplius tribuatur nouo feudatario, quam antiquus habebat, alioquin quoad exceſſum infeudatio non tenet: veluti ſi feudum datum eſſet pro deſcendentibus duntaxat, ac etiam pro tranſverſalibus nouo feudatario concederetur; nam quoad hos feudum non valet, Pat. Molin. *numer.* 19. Iul. Clar. *dict. lib.* 4. §. *Emphyteuſis, quæſt.* 6. *num.* 2. & §. *Feudum, q.* 13. *num.* 7. 8. 46

Ibi: *Neque obſtant verba textus.*

Sic hunc textum interpretantur communiter, qui *Baldi* ſententiam tuentur. Videas laudatos pro ea *ſup. n.* 43. 47

Verſ. *Tandem vt liberè.*

Vltra verba, quæ *D. Couar.* ponderat pro ſua vera opinione *hic*, ſunt etiam perpendenda, quæ in *d. Authent. de reb. Eccleſ.* §. *Si verò, collat.* 2. ſequuntur, ibi: *Det autem continuò, & poſt caſum emphyteuticarium quantum futurus erat ſoluere, ſi ſecundum legem ſubiiſſet emphyteuſim, nihil apud eum remanente ex rebus pauperum, quæ fruſtra per emphyteuſim datæ ſunt.* Vbi notanda eſt clauſula illa: *Nihil; &c.* Nam cum agatur de eo, qui primùm emphyteuſim accepit, dicitur, quod nihil apud eum remaneat, ergo ſtatim re emphyteutica ipſe priuatur, & ita emphyteuſis nec pro prima generatione ſuſtinetur: Præterea hoc ipſum manifeſtum fit per illa vltima textus verba: *Quæ fruſtra, &c.* Nam ſi vſque ad tertiam generationem, vt aduerſarij volunt, valeret contractus, fruſtra datam fuiſſe emphyteuſim, dici non poſſet. 48

Ad hæc pro eadem opinione facit, quia cum in *d. extrauag. Ambitioſæ*, grauiſſimæ pœnæ contrahentibus irrogentur; veroſimile non eſt, voluiſſe Pontificem, actum, quem ſic prohibuit, aliqua ex parte ſuſtineri, imò cæteris pœnis omnimodam nullitatem adjeciſſe, prout ſentit Pellizzar. *ſup. num.* 16. Nec poteſt quod aduerſus legis prohibitionem factum eſt, aliquem effectum producere: *l. non dubium* 5. *C. de legib. l. non putauit,* §. *Non quiuis, ff. De bonor. poſſeſ. contra tabul. l.* 4. §. *Condemnatum, ff. De re iudicat.* 49

Verſ. *Non obſtat huic ſententiæ.*

Huic argumento ſic reſpondent, qui *Bartolum* tuentur, vt Vazq. *num.* 19. Delbene *dubit.* 5. *ſect.* 2. *num.* 1. Bonacin. *dict. num.* 14. *verſ. Neque obſtat*, & alij. *Secundo* reſpondent Mareſcot. *nu.* 13. ex Baldo *in l. Græce,* §. *Illud, ff. de fideiuſſorib.* & Alciato *in l.* 1. §. *Sed ſi mihi, num.* 10. 11. *ff de verb. obligat.* vtile per inutile vitiari, quando lex actui formam præſcribit, vt *in præſenti*, quia forma datur, dum locatio vltra triennium fieri prohibetur. *Tertiò* reſpondetur, quòd cum lex actum annullat in pœnam agentium, totus penitus deſtruitur, prout fit *in dict. extrauaganti*, Vazq. Bonacin. & Pellizar *vbi proximè*, qui *in verſ. Nec obſtat*, optimè ſatisfacit ad id, quod de donatione vltra quingentos ſolidos non inſinuata obiicitur; ait enim, aliud eſſe, quod lex vetet aliquid vltra certum tempus, vel quantitatem fieri, vlterius non progrediens; & aliud, ſi præter prohibitionem pœnis proſequatur agentes: priore caſu, vtile per inutile non vitiatur, quemadmodum in donatione contingit, quia Legislator ſolum intendit exceſſum euitare; poſteriore ſecùs, nam cùm lex procedat ad punitionem tranſgreſſorum, præcipua ac magis congrua pœna eſt, quod nullius momenti ſit actus, vt ita in eo, in quo deliquerunt, puniantur, prout dignum eſt; *c. quanto* 3. §. *Cæterum, de translat. Epiſcop. c. literas* 13. §. *Præſertim, de tēporib. ordinat. c. cum olim* 33. §. *vlt. de offic. delegati, c. paſtoralis* 29. *in fine, de iur. patron. c. vlt. de immunit. Eccleſ.* Sic *in d. extrauagāti*, quæ graues admodū pœ- 50

pœna

nas irrogat locantibus vltra triennium, intelligendum eſt, Pontificem voluiſſe prorſus irritare illicitas conuentiones, vt nulla ex parte vires obtineant.

Ibi : *Nam in illa ſpecie nunc ipſa locatio valida.*

De hoc dictum eſt, *ſup. n. 40.*

Verſ. *Sed præmiſſa.* Ibi : *Cum ea ſit frequentiori calculo recepta.*

Neſcio, an iſtud hodiè verè dici poſſit, cum apud recentiores, *Bartoli* ſententiam receptiſſimam eſſe conſtet ex laudatis in eius comprobationem, *ſup. n. 44.*

De his limitationibus ad opinionem *Baldi*, quæ ſequuntur vſque ad *num. 6.* vide allegatos pro eadem, *ſup. num. 43.* qui communiter eas admittunt, præſertim Molin. *ſup. verſ. Quod intelligendum eſt*, cum *duobus ſeqq.* Gutier. *dict. cap. 13. num. 10.* Pat. Molin *diſp. 467. n. 3.* Caroc. *rubric. de reb. Eccleſ. conc. 9. n. 47.* Aug. Barboſ. *à n. 12.*

Verſ. *Ex his etiam deducitur.*

51 Quoties vnica penſio pro toto locationis vltra triennium tempore conſtituitur, adhuc ſecundum *Baldum*, contractus in totum fit irritus, nec intra tres annos ſubſiſtit : Ita Gutier. *dict. cap. 13. in fine*, Aug. Barboſ. *num. 14.* & alij communiter, qui hanc ſententiam probarunt. A quibus meritò receſſit Iul. Clar. *ſup. d. § Emphyteuſis, q. 6.* quem refert, & ſequitur Molin *d. verſ. ſed quamuis.* P. Molin. *vbi proximè.* Quid enim intereſt, rem in plures annos vno pretio conduci, vel ſingulis annis æqualem penſionem pro ea aſſignari ? vt in ſimili inquit Iauolenus *in l. en lege 54. § vlt. ff. locat.* cum tacitè pecunia æqualiter cenſeatur in annus locationis diſtributa, ſi res non inæquales fructus ferre ſoleat, argument. *l. 3. in princip. ff. De ann. legat.* quemadmodum penſio in annum pro ſingulis diebus diſtribuitur, *l. item quæritur 14. § fin. l. ſed addes 21. § Si quis cum in annum, l. cum venderem 24. ff. locat.* Ad hæc, cùm *Baldi* ſequaces temporis diuiſionem admittant, itavt qui ad quinquennium conduxit, ad triennium ſtare debeat locationi, cur pecuniæ ſiue penſionis diſtributionem impugnant? Et ſi ſentiunt, in minus tempus tacitè contrahentes conſenſiſſe, quare in minorem ſummam illi correſpondentem conſenſum præſtitiſſe inficiantur ? Ex quibus deducitur, quod recepta *Baldi* opinione, tempus vtile ab inutili poteſt ſeparari, quanquam vnica penſio pro toto locationis tempore ſit conſtituta, modo res pariformiter ex ſua natura fructificet.

Ad Num. 6.

52 Si res Eccleſiæ ſingulis annis non fructificet, poterit ad quodcunque tempus locari, dum ter fructus ex illa percipiantur, vt ſi fructus non ferat niſi tertio quoque anno, poterit ad nouennium iure conduci, nam in his totum tempus, quod labitur ad vnicam fructuum collectionem pro vno anno computatur, vt aliud agens dixi *ſup. c. proxim.* & in ſpecie docent P. Molin. *diſp. 466. num. 11. verſ. Caietanus, in ſumma, ad fin.* Tondut. *ſup. num. 11.* Pat. Vazq. *dub. 6. num. 30.* Mantic. *ſup. lib. 5. tit. 3. num. 22.* Gutierr. *d. lib. 2. cap. 8. num. 13.* Delbene *dubit. 4. per tot.* vbi plures, Nouar. *de alienat. rer. Eccleſiaſticar. num. 21. 22.* Pelliazar. *num. 14.* Aug. Barb. *num. 4.* Bonacin. *num. 24. verſic. Aduertendum tamen*, Caſt. Palao *tract. 9. diſp. de reb. Eccleſ. non alien. part. 14. nu. 5.* Caroc. *rubric. de reb. Eccleſ. conc. 9. n. 50.* Ricci. *in prax. for. Eccleſiaſtic. deciſ. 115. n. 2.*

Verſ. *Quartò, eadem conſtitutio.*

53 Mandatum ad res Eccleſiæ locandas intra tempus iure permiſſum, triennio elapſo, finitur, nec expreſſim vltra illud concedi poteſt ; Pat. Vazq. *vbi proximè, num. 31.* Scortia *dict. theoremat. 115.* Caroc. *num. 49.* Azor *ſup. lib. 9. cap. 2. quæſt. 5.* Contrarium verò rectiùs probant Delbene *dubit. 7.* Pat. Molin. *vbi proximè, num. 12.* qui oppoſitum omninò falſum dixit. Ratio eſt; nam ſicut ipſe mandans licitè ad tempus permiſſum pluries ſucceſſiue locat, ita hoc ipſum per alium facere non prohibetur, ſiquidem quod per alios facimus, per nos facere intelligimur, *l. 3. § Sed ſi debitorem, ff. de donat. int. l. 1. § Deiecisse, ff. de vi & vi armat.* maximè cum ipſe, qui mandatum conceſſit, non prohibeatur illud pro libitu, re integra, reuocare ; *§. Rectè, Inſt. de mandat. l. ſi vero non remunerandi 12. § Si mandauero exigendam, ff. eod.*

Verſ. *Quintò, ſunt qui huius conſtitutionis.*

Eſt controuerſum an *d. extrauagans, Ambitioſæ*, vſu recepta ſit ? vt videre licet apud Gutier. *d. cap. 8. n. princip.* Pat. Molin. *ſup. n. 10. verſ. Caietanus, in ſumma*, Vazq *dub. 7. num. 32.* Caroc. *num. 39.* Bonac. *dict. num. 24. verſ. Hoc tamen intelligendum*, Aug. Barboſ. *num. 48. 49* Delbene *dubit. 1. n. 7. & 8.* Ex quibus colliges, dictam conſtitutionem vbique fuiſſe receptam quoad nullitatem locationis vltra triennium, & alienationis rerum Eccleſiæ; non verò quoad alias pœnas ibi ſtabilitas aduerſus contrahentes, & ſecundùm illam ſæpiſſimè *Rotam* iudicaſſe, adductis multis deciſionibus, probat Auguſt. Barboſ. *n. 49.* Sed nonnullis in locis prorſus contraria conſuetudine eſt ſublata, cui ſtandum eſt, vt Mediolani, vbi res Eccleſiæ ad nouennium locantur, Bonacin. *vbi proximè.* 54

Ibi : *Legem nullam vim obtinere.*

Lex, quæ vſu recepta non eſt, minimè ſubditos aſtringit, Menoch. *de arbitrar. caſ. 420. num. 10. & conſ. 75. num. 91.* Pellizzar. *ſup. d. tract. 6. cap. 5. num. 14.* Gutier. *ſup. n. 2.* Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſt. tom. 1. c. 1. dubit. 15. ſect. 7. à num. 1.* Azeued. *in l. 1. num. 8. tit. 1. lib. 2. Recopilat.* Bernard. Græuæ *ad prax. Camer. Imper. lib. 2. conc. 60. Coronid. 2. num. 1.* Salas cum alijs *de legib. diſp. 13. ſect. 1. num. 2.* Flamin. *de reſignat. beneficior. lib. 11. quæſt 9. n. 26.* Ant. Sola *ad conſtitut. antiq. Sabaud. in proœm. gloſ. 4. n. 31.* Gaill. *practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 110. n. 24.* Aldecan. Maſcard. *de generali ſtatuter. interpretat. conc. 6. à n. 77.* 55

Illud tamen ſine controuerſia non eſt, an ſcilicèt lex ſtatim poſt ſufficientem promulgationem ſubditos obliget, antequam à populo recipiatur, & vſu probetur ? in quo DD. diſſentiunt, quorum plures pro vtraque parte laudat Salas, *ſup.* & Aug Barb. *in collectan. ad c. in iſtis 4 diſtin. § 6.* vbi affirmatiuam partem ſuſtinet, & bene probat Pat. Suar. *de legib. lib. 3. cap. 19. num. 9.* qui reſoluit, peccare eos, qui primum legi non obediunt, actuſque eidem contrarios exercent ; at poſtquam per tempus legitimum populus lege vſus non eſt, cùm iam vim ſuam amiſerit, nemo ad ipſius obſeruationem tenetur ; quo ſenſu, communis ſententia proximè tradita accipi debet, neque enim lex vt ab initio obliget, populi acceptationem deſiderat, cùm penes Principem ſit poteſtas cogendi ſubditos ad obſeruandas leges iuſtas, quas ipſe tulerit: argument. *l. 1. ff. de conſtitut. Princip.* quod Pat. Suar. *vbi proximè* notat. 56

Tunc autem lex non recepta cenſetur, vt obligandi poteſtatem non habeat, cum vel per actus contrarius, Legiſlatore ſciente, excluditur; vel per decennium, etiam inſcio Principe, negligitur, ac omittitur ; vt paulò inferiùs docet *D. Couar.* Sola *ſup. nu. 38. 40.* Menoch. *conſ. 719. num. 30. 35.* Aug. Barboſ. *ſup. numer. 14.* vbi plures refert, Gutier. *numer. 4.* 57

Quot actus, contrarij ad hunc effectum deſiderentur, tradit Sola *num. 51.* ex Bart. *in cap. fin. verſ. Deinde quæro, col. 10. de conſuetudin.* Felin. *in cap. 1. num. 6. verſ. Et adde de treug. & pac.* vbi ait, quod ſi caſus, de quibus lex agit, rarò euenire ſoleant, duo ſufficiunt; alioquin plures requiruntur ſecundùm Iudicis arbitrium. 58

Sed ſi dubitetur de receptione legis, (prout circa *d. extrauagant. Ambitioſæ*, contingit) receptam fuiſſe, præſumendum eſt, ſi de eius promulgatione conſtiterit; Sola *n. 46. 47.* Maſcard. *de probat. conc. 1332. n. 2.* Roland *conſ. 90. n. 33. lib. 1.* Aug. Barb. *n. 8.* vbi alij, Gutier. *n. 9.* Quidquid ſenſerit Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſ. 1. à n. 2.* 59

Ibi:

Ibi: *Poſteriori verò caſu.*

60 Lex etiam vſu recepta, conſuetudine contraria legitimè præſcripta abrogatur, *l.6.tit.5.part.1.l.de quibus 32.in fine, ff. de legib.§.Sed naturalia, Inſt.de iur.nat.gent. & ciu.* Salas *vbi proxime*, Sola *num.* 38 Pellizzar. *in manuali Regular. tom.1. tract 4.cap.2.num.*38 Guttier *num.*5.Aug.Barboſ. *in collectan ad c.vlt.n.10.de conſuetud.*

61 Hæc autem conſuetudo aduerſus legem iuxta frequentiorem DD. opinionem de iure ciuili decennio introducitur; de iure Canonico quadraginta annorum lapſu, *l. 5. tit.2.p.1.*vbi Greg.Lop.*gloſ.*4.Flores de Mena *variar.lib.1. quaſt.1.n.64.*Aug.Barboſ. *num.*13.vbi plures, & ita in ſpecie quadraginta annos requiri, vt cenſeatur abrogata *d. extrauagans conſtitutio* per contrariam conſuetudinem, vbi recepta ſemel fuit, docet Guttier. *num* 10. Actus verò, qui ad inducendam conſuetudinem deſiderantur, quot ſint neceſſarij, ſecundùm veriorem ſententiam, Iudicis arbitrio relinquitur, qui, perpenſis rei circunſtantijs, æſtimabit, ex quot conſenſus Principis, & populi præſumi poſſit, Gregor. Lop. *in l. gloſ.*2. *tit.* 2. *part.* 1. Menoch. *de arbitrar. lib.*2. *caſ.* 1.*num.*4. qui de magis communi teſtantur, Moneta *de diſtribut. quotidian.part.*2. *q.*11. *num.* 27. Rota *deciſ.*2.*num.*26.*part.* 2. *diuerſor. in nou.* Pellizzar. *num.* 384. Circa quod aduertas cum Molin.*de primogen.lib.*2. *cap.* 6. *num.*24.quod licet vnicus actus non ſufficiat ad inducendam conſuetudinem, hoc fallit, ſi tractum habuerit ſucceſſiuum per tempus requiſitum ad conſuetudinem inducendam: accedit Moneta *in tract.de option Canon.cap.*2.*quaſt.* 2. *à num.*55.Aug.Barboſ.*n.* 16. Flores de Mena *ſup.* pro quibus facit textus *in cap.cum de beneficio,de prabend.in* 6.

Ibi; *Apud Hiſpanos dubium eſt.*

62 Idem repetit Guttier.*num.*8.Conſtat autem in Hiſpania apud omnes ferè receptam eſſe præfatam Pauli II. conſtitutionem quoad nullitatem contractuum qui ibi prohibentur, ſed quoad pœnas in contrahentes ſtabilitas nullibi obſeruari, vt de Archiepiſcopatu Toletano teſtatur Corduba *in ſuis quaſtionib.Theolog,quaſt.*103.De Epiſcopatu Salmanticenſi Nauar *in manual.cap.*27. *num.* 150. De toto Regno Luſitano Par.Molin.*diſp.*466. *num.*10.*verſ.Caietanus in ſumma,* & ita tenent etiam Par. Vazq. *dub.* 7. Caietan. *in ſumm.verb excommunicatio.cap.*75. *ad fin.* Sarmient. *de redditib. Eccleſiaſtic.part.* 1.*c.*2.*num.*20.Sylueſt.*in ſumm. verb. Alienatio,quaſt.*15. Sed Guttier.*num.*11. aſſerit, quod in Eccleſia Ciuitatenſi, vulgò *Ciudad Rodrigo*, vbi Canonicatum obtinuit, locationes rerum ad illam ſpectantium fiebant ad nouennium: qui omnes adnotant ſtandum eſſe vſui cuiuſque loci, ſiue conſuetudini, quam probare allegans tenetur: Lotter.*de re beneficiaria,lib.* 3.*q.*25.*n.*42.

Verſ. *Sextò, viſum eſt quibuſdam.*

63 Videas *ſup. à num.*3. Ex hoc verſiculo iunctis, quæ D. Couar. docuit *in princip.huius capitis,* videtur ſentire, quòd Beneficiarius, ſiue Prælatus poteſt vltra triennium fructus ſui beneficij locare (ad quod communiter allegatur) non tamen ad longum tempus, vel ad vitam; niſi dicamus cum Guttier. *n.*15.*verſ.Pro quibus,* hic D.Couar. nihil decidere, ſed aliorum ſententiam referre.

64 Eſt ingens inter DD. controuerſia an ſuſtineantur contractus vetiti in *d.extrauaganti, Ambitioſa*, ſi cedant euidenter in Eccleſiæ vtilitatem, vt videre eſt apud Hermoſill.*in l.*4.*gloſ.*7.*à n.*3. *tit.*5.*p.*5. qui pro vtraque parte plures refert: & eandem poſt multos, *num.* 11. reſoluit, valere contractum abſque iuris ſolemnitatibus initum, qui de iure abſque illis vetatur; ſi hoc expedire Eccleſiæ conſtiterit: quod etiam placuit Dian. *part.*2. *tract.* 8. *reſolut.* 77. Pellizzar.*num.*145. Mareſcot.*variar.lib.*1.*cap.*3.*num* 9. vbi de locatione; Vazq.*ſup.dub.*14.*num.*53.*cum ſeqq.*Delbene *d. cap.*17. *dubit.*21.*n.*11. qui duo, & quoad forum conſcientiæ differunt.

Ex quibus tenendum eſt, conducentem abſque iuris ſolemnitatibus vltra triennium res Eccleſiæ, non poſſe à locatione reſilire, quamuis ab eadem expelli queat; quoniam nullitas actus fauore alicuius inducta, aduerſus ipſum à nemine allegari permittitur, & actus iure irritus conſiſtit, ſi vtilis ſit ei, cui per nullitatem lex proſpicere voluit, *l.cum hi* 8. *§.Eam tranſactionem,ff.de tranſactionib.l.ſi index* 42. *ff. de minorib.l.ſi duobus* 12.*§.*1 *ff.de bonor.poſſeſ.cont.tab.l.non eo minus* 24.*C.de procuratorib.*Iaſ. *in l.*2. *num.* 6.*C. de iur. emphyteutic.*Cyriac. *tom.*2. *controuerſ.* 303. *num.* 58. Parlador. *differens.*12.*§.*1 *num.*18. Suid. *deciſ.* 108. *num.* 7. Gratian. *diſceptat.cap.* 27. *num.*31. Guttier. *practicar.lib.*3.*quaſt.* 22.*à num.* 4.Quod nititur regula text.*in cap.quod ob gratiam* 61. *de reg. iur.in* 6.Addit verò Delbene *vbi proximo*, teneri Eccleſiam ad ſupplendas ſolemnitates, quæ in contractu defecerunt, quod aduerſarius iure poſtulabit, ne in eius præiudicium perpetuo clàudicet, Bonacin.*ſup.punct.*4.*num.* 14. *verſ. Exiſtimo tamen*, Guttier. *ſup. num.* 9. *verſ. Adeſt tamen.*

Libet vltimò antequam hinc abeamus referre, quæ circa locationem bonorum Eccleſiæ Sac.Conc.Trident.*ſeſſ.* 25. *de reformat.cap.*11.ſancita ſunt. *Primum* ſtatuitur, quòd locationes anticipatis ſolutionibus factæ, quocunque priuilegio non obſtante, ad præiudicium ſucceſſorum non teneant, & quod nec in Romana Curia, nec extra confirmentur. *Secundum*, ne liceat iuriſdictiones Eccleſiaſticas, ſeu facultates nominandi, vel deputandi Vicarios in ſpiritualibus locare, neque conductoribus per ſe aut per alios exercere. *Tertium*, vt locationes rerum Eccleſiaſticarum, etiam authoritate Apoſtolica confirmatæ, ſint irritæ, quæ à triginta annis citra ad longum tempus, (ſeu vt in nonnullis partibus ad viginti nouem, vel bis viginti annos vocant,) factæ fuerint, eæ ſcilicèt, quas Synodus Prouincialis, vel ab ea deputandi in damnum Eccleſiæ, & contra Canonicas ſanctiones contractas fuiſſe cenſerent. 65

Ad Num. 7.

Quæritur in præſenti num bona Eccleſiæ immobilia, vel mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, abſque iuris ſolemnitatibus, ſpeciali, vel generali hypothecæ ſubijcere liceat? Ad cuius reſolutionem cum *D.Couar.* præmittendum eſt in prohibitione alienationis, quæ fauorem alicuius reſpicit, pignus, vel hypothecam venire, vt tenuit Bart.*in l.ſi fundus,§.*1.*n.*3. *ff de pignor,*P.Vazq.*dub.*8. *n.* 35. Merlin.*de pignorib.lib.*1.*q.*41.*n.*68.Negusant.*eod.tract. part.* 3. *memb.*1.*n.*45.*in fine,*Delbene *vbi proximè,dubit.*1 *num.* 30. & *dubit.*3. *num.*6. Cyriac. *tom.*2. *controuerſ.* 252. *num.* 33. Pellizzar. *ſup. tract.*6.*cap.*8. *num.*25. Hermoſ.*in d.l.*4. *gloſ.* 2.*num.*23.Bonacin.*ſup.num.*13.Guttier.*de tutel.part.*2.*c.*11. *num.*2. Galganet.*in ſimil.tract.lib.*3.*q.*45.*n.*9.10. 66 a

Ibi: *Non ſic in ſtricta, & odioſa.*

In materia pœnali, vel aliàs odioſa appellatione alienationis non continetur hypotheca. Sic pœna appoſita alienanti rem aliquam, non incurritur, ſi eam pignori, vel hypothecæ dederit, Molin. *de primogen.lib.*1.*cap.*20.*n.*17. Merlin.*ſup.num.*16. Fuſar. *de ſubſtitutionib.quaſt.*703.*num.*3. Negusant.*ſup.part.*2.*memb.*2.*num.*31.& *memb.*3. *n.* 73. Redoan.*de reb.Eccleſ.quaſt.*1.*num.*11.Pinell.*in l.*1.*part.*3.*n.*64. *C.de bon.matern.*Vazq.*vbi proximè*, Caualcan.*deciſ.*5.*n.* 21. 22.licèt contrarium ſenſerint aliqui apud Peregrin. *de fideicommiſ.art.*40.*num.*1.8.vbi ait, communem opinionem non eſſe omninò tutam. Sed communis ſententia verior eſt, nam etſi lex prohibeat alienationem, & pœnam adijciat; quoad pœnam, verbum, *alienatio*, hypothecam non continet, etiam in prohibitione fauorabili; etenim vt differt vis legis, quà punit, à virtute legis, quà prohibet, *l.legis virtus* 7.*ff.de legib.* Ita non rectè infertur de vna ad alteram, vbi datur diuerſa ratio, Lotter.*ſup.n.*14.*cum ſeqq.* 67

Ibi: *Vbi in prohibitione alienandi res pupillorum.*

Minoris in rebus mobilibus pretioſis, vel immobilibus, pignus, vel hypotheca abſque iudiciali decreto conſtitui non poteſt, *l. lex, quæ tutores* 22.*§.* 1. *C. de adminiſtrat. tutor.* Ant. Gom. *variar. lib.*2.*c.*14.*num.*14.*verſ. Sexto extende,* Merlin.*dict. lib.*2.*quaſt.*39.*à princip.*Par.Molin.*diſp.* 531. *num.*5. 68

*num.*5.Guttier.*d.c.*21.*in princip.*Menoch.*de arbitr.caſ.*432. *nu.*10.Gregor.Lop.*in l.*4.*gloſ.*2.3 *tit.*5.*part.*5. vbi Hermoſ. *gloſ.*2.*num.*23.qui plura refert, *& num.*24. ampliat in hypotheca generali,ſequutus Caſtill.*controuerſiar. lib.*4. *c.*61. *n.*37.Gregor.Lop.*in d.gloſ.*2.

69 Eſt tamen dubium de iure Regio,num liceat tutori, vel curatori,alienare ſine hypothecare bona mobilia pretioſa minorum abſque decreto?Nam pars affirmatiua aduerſum ius commune probari videtur, *ex l.* 8. *verſ. Otroſi dezimos, tit.*11. *part.*5. *& l.*18. *tit.* 16, *part.*6. & ita docent Gregor. Lop.etſi dubitet,*in d.l.*8 *gloſ.*1.Auendañ *de cenſib.c.*81.*n.*4. *in fine*,Guttier *ſup.num.*3.*verſ. Ego opinionem* , & alij apud Hermoſ.*in d.l.*4 *gl*... *num.*3.qui recte,*num.*4. contrarium probat.ſcilicet in eiuſmodi rerum alienatione,etiam de iure Regio opus eſſe decretum : In qua opinione ſunt Caſtill.*ſup.num.*30.36.Ant.Gom.*num.*13.Lara *de vit.homin.capit.*22.*n.*56. P.Molin. *vbi proximè* , Menchac. *de ſucceſſion. creat.lib.*1.§.10.*n.*72. *verſ. Decimo octauo.*

70 Bona verò prædicta minorum tacite obligantur abſque eo,quod decretum interueniat in eis actibus, ex quibus hypotheca à lege inducitur.Sic minor dotem ſine decreto recipit,quamquam ad eius reſtitutionem res quoque immobiles obligentur,Merlin.*ſup.lib.*3.*q.*83. *à princip.* vbi alios caſus refert,Cyriac.*tom.*1.*controuerſ.*29.*num.*45.Sic domum ſibi neceſſariam, abſque decreto conducit , & tamen pretioſa mobilia manet pro penſione obligata,ſi in illam inferantur,Caroc.*de locat.rubric.de inuect.*&c.*q.*8. *à n.* 24. Trentacinq.*variar.lib.*1.*tit.de locat reſolut.vlt.n.*5.Gratian.*diſcept.*... *c.*08.*n.*5.6.vbi rationem reddit,quia obligatio intelligitur prohibita per ipſos minores , vel adminiſtratores, non per legem,ex qua tacita inducitur hypotheca,& cum interueniat decretum legis, Iudicis neceſſe non eſt. De alijs,quę ſpectant ad obligationem rerum minoris,conſule Merlin.*d.q.*39.& Guttier. *d.cap.*21.

Ibi : *Id etiam confirmatur ex eo.*

71 Hac potiſſimum ratione prohibitus alienare,nequit hypothecam conſtituere , regulare namque eſt , vt prohibito aliquo, illud etiam vetitum cenſeatur,per quod ad prohibitum deuenitur,*l. oratio* 16.*ff de ſponſalib.*Merlin. *lib.* 2. *q.*6. *num.*2 . Pellizzar. *in manual. Regular. tract.*4. *cap.* 5. *num.*391.Fuſar.*ſup. quaſt.*694.*n.*1.2.Menoch *conſ.*205.*nu.*16. Delbene *d.cap.*17.*dubit.*1.*num.*32.Rota *deciſ.*480.*n.*3.*part.*1. *diuerſor.* Olea *de ceſſion.iur tit.*2.*q.*1.*n.*49.Ant.Gom. *in l.*40. *Taur.num.*83.*verſ.Octaue facit.*Nam ſi naturam verbi, *Alienatio*, inſpiciamus , nec impropriè,nec impropriiſſime hypothecam complectitur,L.xl.Altograd *conſ.*3.*num.*33.quem refert Merlin.*d.q.*42.*n.*16.*in fine*,& ſentit Guttierr. *d. c.*21. *n.*8.*ad fin.*ac deducitur *ex cap.nulli,de reb.Eccl.*

Ibi : *Poſterior pars conſtat.*

72 Alienationis verbum,dominij tranſlationem ſignificat; *l.* .§ 1.*C. de fund. dotal l.alienatum* 67.*ff.de verbor.ſignificat.* Guttier.*n.*7.Ant.Gom. *in l.*40.*Taur. num.*83. *verſ. Secundò non obſtat* ; Aug. Barboſ.*de appellatiua verbor. vtriuſque iur. ſignificatione,appellat.*14.*nu.*1.Brun.à Sole *in loc. communib. verb. Alienatio,num.*2.Tuſcb.*lit. A,conc.*257.Matienç. *in l.*3. *gloſ.*14.*n.*1.*tit.*19. *lib.*5. *Recopilat.*

Ibi : *Quamuis aliquot rationibus probari poſſit.*

73 Hoc ex ratione paulò ſuperiùs tradita efficaciſſimè ſuadetur : & ita generaliter verum eſt,prohibita alienatione, hypothecam quoque,vel pignus prohibitum cenſeri ; niſi aliud de mente prohibentis appareat,vt docent Molin.*de primogen.lib.*4. *cap.*1. *num* -. Merlin. *d.lib.*2. *quaſt.*6.*nu.*18. Lotter. *de re beneficiar. lib.*5. *c.*15.*nu.*13. Hermoſ. *in l.*43. *gloſ.*3. *num.*15. *tit.*5.*p.*5.Mantic. *de tacit. & ambig.conuent. lib* 11. *tit.*4. *num.*17. Ant.Gom. *variar. lib.*1. *cap.*12.*num* 39. *verſ. Sed aduertendum, ad medium.* Menoch. *de arbitr.caſ.* 431. *num* 9. *& conſ.*116.*numer.*15. Peregrin. *ſup. d.art.*40. *num.*118 Caſtill. *controuerſiar. lib.*5.*cap.*65.*n.*33. Guttierr. *d cap* 2 . *n.*6.Bart. *in l.in quorum,n.*1.*ff. de pignorib.* Mieres *de maiorat.part.*4.*quaſt.*1 *numer.* 76. Aug.Barboſ. *ſup. verb. Alienatio, num.*9. Fuſar. *quaſt.*703.*per tot.*Alphanus , Galganet *de tutel. lib.*3. *q.* 45.*n.*12. quod reſtringitur ad hypothecam ſpecialem,Menoch.*d.caſ* 432.*n.*13.

Ibi : *Ex his profectò conſtat.*

74 Res immobiles Eccleſiæ, vel mobiles pretioſæ, abſque iuris ſolemnitatibus obligari nequeunt, tum quia expreſſim lege prohibetur ; tum quoniam aliàs interdicta eſt earum alienatio : ſub qua prohibitione , hypotheca comprehenditur. Ita probant Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. num.*83. *verſ. Septimò. textus,* Pat.Molin. *diſp.*466. *num.*1. Merlin. *d.lib.*2. *quaſt.*85. *à princip.* Azor. *tom.*2. *lib.*9. *c.* 11 *quaſt.*2. Redoan. *ſup.quaſt.* 2.*cap.*6. *num.* 11. Pat. Vazq.*dub.* 6. Aug.Barboſ. *de poteſt. Epiſcop.part.*1. *allegat.*19.*num* 65. Pellizzar. *ſup.num.*25. Quaranta *d. verb Alienatio, nu.*16. Bonacin. *d.tract.de alienat. bonor. Eccleſiaſticor. diſp.*1.*quaſt. vnic.punct.*2.*n.*23. Delbene *ſup dubit.*1.*num.*30. *& dubit.*3.*à num.*5.

Ibi : *Circa deciſionem in hypotheca tantùm.*

Quæſtionis eſt, an in *d. extràuaganti*, ſolùm prohibeatur ſpecialis hypotheca ; non verò generalis ? Et magis communiter cum D. Couar. *in præſenti* tenetur, non cenſeri generalem comprehenſam , quam Prælatus in bonis Eccleſiæ abſque ſolemnitate valet conſtituere. Sic ſentiunt Merlin. *num.*7. Pat.Molin. Delbene , Pellizzar. Redoan. Azor. *vbi proximè* , Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad cap. nulli, num.*5. *de reb.Eccleſ* Filliuc. *tract.*41. *c.*2.*nu.*24. Beroi. *in d.cap.nulli,num.*8. Alexand. *conſ.*116.*nu.*21. *verſ. Inſuper* , *lib.*5. Nauarr. *ſup. part.*2. *princip.num.*3. Caſtr. Palao. *tract.*9. *diſp vnic. de reb. Eccleſ punct.*14.§1.*num.*3. Galganet. *de tutel. lib.*3. *quaſt.*45 *num.*12.Hermoſ. *in l.*4. *gloſ.*2. *num.*41. *tit.*5. *part.*5. vbi alij.Quamuis contrarium tueantur Quarant. *ſup.num.*17. Bonacin. *d.nu.*23. Rodrig. *quaſtion. Regular. quaſt.* 7. *art.* 1. Vazq. qui indiſtinctè loquitur, *vbi proxime*, & alij non improbabiliter,vt fatetur Delbene *d.dubit.*1.*num.*9. 75

Sed à communi recedendum non eſt , nam , vt ait Molina , conſtitutio Pauli II. excipit caſus à iure expreſſos, quanquam abſolutè hypothecam prohibuerit ; obligatio autem generalis rerum Eccleſiæ antea non erat vetita , vt conſtat *ex d. cap. nulli* , vbi ſolùm fit mentio hypothecæ ſpecialis, atque ita generalis erat permiſſa , vt *ibi* Panormitanus docuit , quare iuris correctio vitanda erit : nec nouum eſt , quòd leges poſteriores per anteriores determinentur, *l.ideò* 27. iuncta Gloſſa, *ff. de legib.* & ita apud Regulares vſu receptum eſſe, teſtis eſt Pellizzar. *ſup.* nam in ſuis contractibus bona Monaſteriorum generaliter obligant,nulla interueniente ſolemnitate. Quod limita,ſi rea tradantur ; Merl.*num.*15.

76 Ratio huius ſententiæ, quæ hic à *D. Couar.* & communiter traditur , eſt , quia per hypothecam ſpecialem magis res afficitur, quam per generalem : quod etſi verum ſit quoad aliquos iuris effectus , quoad periculum tamen, quòd perueniatur ad alienationem , nulla differentia reperitur , quia tantum operatur generalis in ſuo genere; quantùm ſpecialis in ſua ſpecie ; Merlin.*ſup.lib.*4.*q.*140. *num.*12. Socin.Iun. *conſ.*129. *nu.*18. *lib.*2. Roland.*conſ.*62. *num.*37. *lib.*2. Nec vna eſt potior altera,Flor.de Mena,*variar.lib.* 1. *quaſt.*6. *num* 32. Gail.*practicar. obſeruat.*15.*lib.*2. *obſeruat. num.*4. Merl. *d. lib.*4.*q.*2.*num.*-.& probatur *in l. ſi generaliter* 6.*C.qui potior.* Quapropter dici poteſt,ideò hypothecam generalem eſſe permiſſam, ne iuris ſolemnitates in omnibus contractibus de rebus Eccleſiæ adhibere neceſſe foret, quòd ſatis oneroſum , ac difficilè obſeruatu eſſet , atque Prælatorum poteſtas maximè coarctaretur; cum enim in inſtrumentis cuiuſque obligationis vſus inualuerit ad ſecuritatem contrahentium generalem bonorum hypothecam adijcere, vt experientia docet,nullus abſque hac cautela vellet circa res Eccleſiæ contrahere; atque ita ſolemnitates ſemper requirerentur , vt Prælati poſſent quemcunque contractum inire ; per quod adminiſtratio bonorum Eccleſiæ impoſſibilis ferè redderetur, propter quod malum vitandum , cum maius ſit, minus inſtruetur,nempè res Eccleſiæ periculo alienationis per generalem

neralem hypothecam exponi: iuxta regulam text. *in l. quoties nihil* 201. *ff. de reg. iur.*

Ibi : *Illud verò prætermittendum non eſt.*

77 Pœnæ ſtabilitæ aduerſum alienantes abſque ſolemnitatibus iuris bona Eccleſiæ, non incurruntur, niſi ſequuta eorum traditione; ſic vendens, aut donans, antequam tradat, immunis erit, Lotter. *ſup. d. cap.* 15. *num.* 3. *cum ſeqq.* Pellizzar. *num.* 7. 146. Merlin. *d. quæſt.* 85. *num.* 15. Pat. Vazq. *dub.* 8 *n.* 15. Nauar. *conſ.* 18. *de reb. Eccleſ. non alienand.* Delbene *ſup. dubit.* 1. *ex num.* 39. Ricci. *deciſ.* 65. Filliuc. *tract.* 14. *num.* 119. Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. alienatio, num.* 50. Aug. Barb. *in collectan. ad extrauag. Ambitioſæ, num.* 14. *de reb. Eccleſ.* licet Bonacin. *d. quæſt. vnic. punct.* 5. *num.* 2. & aliqui alij ſenſerint ſatis eſſe, quòd contractus prohibitus celebretur. Sed communis ſententia retenta ampliatur, quamuis alienans conſtituat ſe nomine eius, in quem res alienatur poſſidere, quoniam hæc eſt ficta traditio. Menoch. *conſ.* 792. *num.* 3. quæ ad incurrendam pœnam non ſufficit, vt recte explicat Lotter. *ſup. à num.* 8. Guid. Pap. *deciſ.* 101. *à num.* 3. quoniam adhuc actus alienationis imperfectus iudicatur.

78 Quoad hypothecam autem ſpecialem, vt propterea pœnæ non contrahantur, niſi res obligata fuerit tradita, docet Lotter. *à num.* 15. Merlin. *vbi proximè*, ſed contra ſentit Pat. Molin. *diſp.* 466. *num.* 1. cuius fundamenta non parùm vrgent aduerſus *D. Couar.* pro quo poteſt reſponderi, quòd ad incurrendas pœnas ob obligationem rerum Eccleſiæ prohibitam, neceſſe eſt, vt ſaltem iure pignoris ad creditorem res hypothecatæ perueniant, vt ſentiunt Merlin. *d. quæſt.* 85. *num.* 6. 15. Neguſant. *de pignorib. part.* 2. *princip. num.* 3. licèt non diuendantur, aut diſtrahantur. Nec obſtant illa verba D. Couar. hic: *Non enim dicitur res alienata, donec traditio facta fuerit.* Quia referri debent ad alienantes, non ad contrahentes hypothecam, etſi de omnibus promiſcue egerit.

Ad Num. 8.

79 Res Eccleſiæ etiam in pignus dari prohibentur, ità ſentiunt, ac docent omnes laudati *ſup. num.* 74. Quod à fortiore ratione procedit; nam ſi hypotheca prohibetur, quæ penes obligantem permanet, multò magis interdicendum eſt pignus, quod in creditorem realiter tranſit, vt notat Merlin. *ſup. num.* 6. Quam differentiam inter pignus, & hypothecam tradit Vlpianus *in l. ſi rem alienam* 9. §. *Non tantum, in fine, ff. de pignorat. action.* & explicat Merlin. *lib.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 5. Adde Aug. Barb. *in collectan. ad l. ſancimus* 17. *n.* 7. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* vbi plures.

Ibi : *Et nihilominus diſtinguere oportet.*

Adde Pat. Vazq. *dub.* 9. Delbene *dubit.* 9. *in princip. n.* 24. Pat. Molin. *diſp.* 468. *n.* 2.

Ibi : *Priores res alienari poſſunt.*

80 Quatuor cauſæ communiter recenſentur, ex quibus res immobiles Eccleſiæ alienari permittuntur. Neceſſitas ipſius Eccleſiæ, velut æs alienum, aut reparatio fabricæ neceſſaria, quibus aliomodo ſubueniri non poſſit. nam ſi beneficiarius, aut Prælatus fructus ex beneficio ſuperfluos habuerit, eos tenetur potius impendere, quàm bona Eccleſiaſtica diſtrahere; Bonacin. *ſup. punct.* 3. *num.* 1. *verſ. Obſeruant tamen*, Ricc. *deciſ.* 103. *verſ. Alienari*, Delbene *vbi proximè, num.* 22. 23. Genuenſ. *in prax. Neapolit. cap* 89. *num.* 4. Tabiena *in ſumm. verb. alienatio, num.* 4. atque ita ſæpius Rotam deciſiſſe teſtatur Delbene, *num.* 23. Rei ſterilitas, vt ſi domus plus propter reparationes conſumat, quàm reddat. Vtilitas Eccleſiæ, nam fundus diſtrahi poterit, ad alium magis pinguem comparandum, ex qua cauſa etiam calix, aliaue res cultui Diuino deſtinata alienari permittitur, vt melior ſubſtituatur; Bonacin. cum alijs, *verſ. Tertia cauſa eſt*, Delbene *num.* 3. Vltima cauſa eſt pietas, vt ſi opus fuerit alienatio ad fidem propagandam, captiuos redimendos, & pauperes alendos, ne fame, aliáve calamitate pereant. De quibus Delbene *dict. dubit.* 9. *num.* 1. *cum ſeqq.* Aug. Barboſ. *ſup. allegat.* 95. *num.* 23. *cum ſeqq.* Pat. Molin. *ſup. num.* 1. Gregor. Lop. *in l.* 1. *gloſ.* 2. *cum ſeqq. tit.* 14. *p.* 1. Bonacin. *ſup. num.* 1. Rebuff *in compend. de alienat. rer. Eccleſ. num.* 9. Pat. Vazq. *dict. dub.* 9. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. rubric. de cauſ. propt. quas fiunt alienat. per tot.* Leſſ. *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 11. *ex num.* 63. Camill. Borell. *in ſumm. deciſ. tom.* 1. *tit.* 15. *de reb. Eccleſ. non alien. num.* 2. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 172. *num.* 8. & licet *dict. l.* 1. *tit.* 14. *p.* 1. ſex cauſas expreſſerit, omnes ad quatuor traditas reducuntur.

Ibi : *Imò & ex ſumma neceſſitate.*

Si cauſa occurrerit, propterquam alienatio bonorum Eccleſiæ ſit neceſſaria, prius incipiendum eſt ab eis etiam immobilibus, quæ cultui Diuino non deſeruiunt; & ſi quæ deſeruiunt vendi oportuerit, prius quæ conſecratæ non ſunt, alienari debent; Pat. Vazq. *ſup. num.* 35. Pat. Molin. *vbi proximè*, 81

Nota, licere abſque ſolemnitate per donationem alienare reliquias exiguas Sanctorum, niſi ibi ad perpetuam ſepulturam ſint conditæ, quæ abſque aſſenſu Pontificis extrahi prohibentur: Ita Delbene *dubit.* 1. *num.* 53. *cum ſeqq.* vbi de ſtylo Curiæ ſeruari aſſerit Ricc. *deciſ.* 65. *n.* 1. 6. Pellizzar. *dict. cap.* 8. *num.* 91. Bonacin. *punct.* 2. *num.* 31. Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 213. & ſic fieri poſſe declarauit Sacra Congregatio, teſte Aug. Barboſ. *in collectan. Bullar. verb. Reliquia*, quem refert Delbene *ſup.* 82

Ibi : *Cauſa verò præcipua.*

Poſſe ad ſubueniendum pauperibus, vt à morte, captiuitate, vel alia ſimili calamitate liberentur, bona Eccleſiæ diſtrahi, etiamſi Diuino cultui ſint conſecrata, docent vltra eos, quorum ſuprà meminimus, *num.* 80 Benincaſ. *de paupertat. ſpecial.* 4. *in contract. lib. à num.* 19. Velaſc. *de privileg. pauper. part.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 41. Boer. *deciſ.* 128. *n.* 3. Buccaron. *de different. int. indic. ciuil. & crimin. differens.* 200. *num.* 15. Euerard. *in loc. legalib loc. a pari, num.* 3. Gratian. Falcon. *reg.* 18. *num.* 5. Morla *in empor. iur. part.* 1. *tit.* 1. *de legib. quæſt. vlt. num.* 26. Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 12. *num.* 11. Nouar *in prax. election. & variar. fori, quæſt.* 44. *ſect.* 1. *à num.* 5. Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. aurum*: 11. *quæſt.* 2. vbi alij, Greg. Lop. *in l.* 40 *gloſ.* 2. *tit.* 5. *part.* 1. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 8. *n.* 30. 83

Hinc Eccleſiæ bona pauperum eſſe dicuntur, *c. indignè*, 12. *quæſt.* 2. *cap. vlt.* 16. *quæſt.* 1. *cap. quod autem*, 23. *quæſt.* . *auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſiaſt.* §. *Si verò, collat.* 2. vbi gloſ. *verb. pauperum.* Velaſc. *ſup. quæſt.* 7. *num.* 29. Gonçal. *ſup. num.* 16. & illa eorum mater ob pietatem meritò nuncupatur, Gratian. *in cap.* 1. §. *Poteſt etiam*, 14. *q.* 2. Greg. Lop. *in rubric. tit.* 18. *p.* 1. Velaſc. *ſup. q.* 7. *n.* 31. 84

Ibi : *Non tantùm ad alendos proprios parochianos.*

Proprijs tamen prius ſuccurrendum eſt, quàm extraneis, ſi in æquali neceſſitate conſtituti ſint, Gloſ. *in c. ſicut*, 12. *q.* 1. Greg. Lop. *in d. l.* 1. *gloſ.* 4. 85

Ibi : *Simulacra enim viuentia.*

Ex hoc Gregor. Lop. *in d. l.* 40. *gloſ.* 10. *ad med. tit.* 5. 86
part. 1. docuit, quod ſi Eccleſia, & pauperes neceſſitate premerentur, potius his, quam illi, cæteris paribus ſubueniendum erit, quia Deus Eccleſiam fecit propter hominè, non autem hominem propter Eccleſiam, iuxta illud *Machabæor. lib.* 2. *cap.* 5. *verſ.* 19. *Verum non propter locum gentem, ſed propter gentem locum Deus elegit.* Quod verum erit, ſi pauper alias eſſet periturus, vt idem Gregor. Lop. explicat *in d. gloſ.* 2. vbi ait, quòd Eccleſia egens, extra caſum extremæ neceſſitatis pauperum, eſt præferenda.

Ad

Ad Num. 9.

87 Cum plurima ſint priuilegia paupertati conceſſa, de quibus per Velaſc. *in tract. de priuileg. pauper.* Rebuff. *de priuileg. Scholar. priuileg.* 90. Gonçal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 2. *num.* 15. Cornel. Benincaſ. *de priuileg. paupertat.* frequentiſſime ſolet diſputari, an illi, quos propria ſcelera ad inopiá conduxerunt, illis gaudere poſſint? de quo Velaſc. *q.* 54. *per tot.* Sic in præſenti quæritur hoc ipſum circa alienationem bonorum Eccleſiæ, quæ ad ſubueniendum pauperum neceſſitatibus fieri debet; & quod non ſit facienda propter eos, qui patrimonio ſuo ſunt abuſi, ſuadetur ex *l. ſi fideiuſſor.* 7. §. 1. *ff. qui ſatisdar. cogantur*, *l. ſiue hereditaria* 23. *ff. de negot. geſt.* Gloſ. *ver. ad inopiam*, *in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitutionib.* Bald. *in Authent. res quæ, C. commun. de legat.* Matienç. *in l.* 6. *gloſ.* 3. *num.* 32. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam verb. bona, num.* 5. *C. de reuocand. donat.* And. de Iſernia *in conſtitut. Neapol. lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 9. Afflictis *ibidem, num.* 18. 26. Menoch. *conſ.* 55. *n.* 12. Rebuff. *ad leg. Gallia tit. de ſentent. proceſ. gloſ. vlt. col.* 4. & alij apud Velaſc. *nu.* 1. Horat. *epiſtolar. lib.* 1. *epiſt. ad Lollium*, ibi:

Quem ſua culpa premet, deceptus omitte tueri.

Ex quibus conſtat, indignos eſſe miſerorum auxilijs, qui ſeſe delinquendo in egeſtatem proiecerunt, atque ita non eſſe bona Eccleſiaſtica diſtrahenda, vt ipſis ſuccurratur.

88 Sed quòd, etſi culpa ſua cauſam dederint paupertati, non ideo egenis ſua priuilegia debeant denegari, placet D. Couar. *practicar. cap.* 6. *n.* 2. *verſ. Sed ſi in paupertatem*, Nouar. *ſup. quæſt.* 16. *ſect.* 1. *à num.* 4. Per. Barboſ. *in l. maritum, n.* 73. *ff. ſolut. matrimon.* Sola *ad conſtitut. Sabaudiæ, tit. de venationib. & piſcationib. gloſ.* 2. *nu.* 3. Melo *de induc. debitor. cap.* 12. *n.* 15. 16. Giurba *dec.* 43. *n.* 27. Carleual. *de iudiciis, tom.* 1. *diſp.* 2. *q.* 6. *ſect.* 7. *num.* 6. 6. & alij, quos cumulat Velaſc. *d. quæſt.* 54. *ex num.* 7. Quæ ſententia etſi vera regulariter ſit, limitatur dupliciter, vt per D. Couar. ſtatim, *verſ. Secundò, illud*, cum *ſeqq.* Vide *inf. n.* 91. 92.

Verſ. *Contrariam ſententiam.*

89 Quòd res Eccleſiæ ſint alienandæ pro alendis, aut redimendis pauperibus, etiamſi proprio vitio, ac crimine bonis careant, docuere Velaſc. *vbi proximè*, Iacob. de Graſſis *in deciſion. caſuum conſcient. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 96. Carleual. *ſup.* Pat. Vazq. *dub.* 10. Mexia *ſup. conc.* 1. *num.* 8. Surd. *conſ.* 367. *num.* 42. 43. Pro quibus facit, quod de filio prodigo legitur apud *Luc. cap.* 15. *à verſ.* 11. Eccleſia enim mater eſt omnium fidelium, maximè pauperum, Gonçal. *dict. gloſ.* 2. *num.* 15. & ſupra dixi, *num.* 84. cultrixque pietatis, Mareſcot. *variarum lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 10. Quare etſi filius perperam ſubſtantiam propriam abſumpſerit, non ideo eius miſereri non debet.

Verſ. *Primum ergo fateor.*

90 Ne quis fame, aliáve calamitate oppreſſus pereat, bona Eccleſiæ diſtrahi debent, ſi aliundè ei ſubueniri non poſſit, quanquam ſua culpa in ea neceſſitate ſit conſtitutus, *l.* 40. *verſ. Mas ſi acaeciſſe, tit.* 5. *p.* 1. P. Vazq. *vbi proximè*, Menoch. *ſup. n.* 41. 42. Mexia *d. n.* 8.

Verſ. *Secundò, illud adnotandum.*

91 Ei, qui conſulto propriæ inopiæ cauſam præſtitit, volēs fieri pauper, vel ad fraudandos creditores, vel ad priuandos liberos legitima, ob aliamve cauſam, paupertatis priuilegia denegantur, Bald. *in l. ſi quis iudicio, ff. Si quis cautionib.* Pat. Vazq. *d. dub.* 10. *num.* 37. Menoch. *num.* 39. Velaſc. *q.* 22. *num.* 42. Ioan. Baptiſt. Marcheſan. *de commiſſ. p.* 2. *de commiſſ. annot. ad cauſar.* §. 2. *n.* 52. Mexia *n.* 10. Marc. Mantu. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num.* 64. *de conſtitutionib.* Baëza *de inop. debitor. cap.* 8. *num.* 15. *verſ. illud tamen*, Sforcia Odd. *de reſtitut. in integ. part.* 1. *q.* 11. *art.* 10. Gamma *deciſ.* 25. *num.* 2. Benincaſ. *ſup. q.* 4. *princip. n.* 42. Pinell. *in auth. Niſi tricennale, n.* 46. *C. de bon. matern.* Quod limita, niſi neceſſitas vrgeat, quia illi ſuccurrendum eſt, ne pereat, Benincaſ. *n.* 94. Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 25. *à.* 10. 15. Velaſc. *quæſt.* 54. *n.* 27. Iacob. de Graſſis. *ſup. d. cap.* 96. *n.* 6. D. Couar. *verſ. Proximè*, Azeued. *in l.* 1. *num.* 44. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopilat.*

Verſ. *Tertiò, eſt in eadem quæſtione.*

Qui culpa ſua etiam non ordinata ad paupertatem incidit in eam, non gaudet priuilegijs pauperum in præiudicium Tertij, Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 48. Sola *vbi ſupra.* Per. Barboſ. *n.* 73. Pat. Vazq. *dict. dub.* 10. *n.* 37. *verſ. Tandem*, Mexia *n.* 10. 92

Illi autem, qui allegat, quemquam propria culpa ad inopiam perueniſſe, onus probationis incumbit, ſiue agendo, ſiue excipiendo id proponat, argumento *l. quoties* 18. §. *Qui dolo, ff. de probat.* Velaſc. *ſup. n.* 38. 93

Ibi : *Ex eis dedaccntes, prohibitum ex cauſa.*

De quæſtione hac conſulas Menoch. *ſup.* fuſe agentem, *ex n.* 41. Velaſc. *à n.* 17. Pinell. *ſup. verſ. Sic in paupertate*, P. Vazq. *vbi proximè.* 94

Ibi : *Et licèt Fulgoſius in* d. auth. res, quæ.

Fulgoſium contra *D. Couar.* ſequitur Menoch. *d. caſ.* 182. *n.* 64. 65. nam ex maxima parentum ergà liberos charitate præſumitur, vt potius vellet teſtator fideicommiſſum extingui, quam illos carceri mancipatos pati. 95

Verſ. *Quartò, etſi pium, & licitum.*

Etiam delinquentibus humanitatis, ac miſerationis ſubſidia ſunt exhibenda; licèt enim peccata odio ſint habenda, homo tamen diligendus eſt, ac iuuandus, *cap. odio*, 86. *diſtinct. cap. duo iſta* 35. 23. *q.* 4. *cap. Quamobrem circa medium*, ibi: *Nec enim Deus hominibus, ſed vitijs iraſcitur. de pœnit. diſt.* 1. Vnde ex bonis Eccleſiæ pro ſceleribus carceratis alimenta præſtari debent, ne fame abſumantur; horum enim miſerabilium cura etſi Iudicibus ſecularibus ſit iniuncta, *l. iudices* 10. *C. de Epiſcop. al. audient. l.* 3. *tit.* 24. *lib.* 4. *Recopilat.* Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ.* 6. *cap.* 1. *num.* 15. Bobadill. *in Politic. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 63. maximè ad Prælatos Eccleſiaſticos ſpectat, vt conſtat *ex Concil. Aurelianenſ.* 5. *cap.* 17. quo ſanctè ſtatutum eſt, quod Archidiaconus, vel Præpoſitus Eccleſiæ ſingulis diebus Dominicis carceres adeat, vt neceſſitatibus pauperum prouideat, & quod Epiſcopus miniſtrum idoneum præponat; qui ex bonis Eccleſiæ eis omnia ad victum neceſſaria largiatur. Notat Sandoual *de carcere c.* 17. Bobadill. *ſup. num.* 108. Monachi quoque in ſolitudine Africæ inhabitantes, ex eo quod operis ſuis comparabant, carceratis ſubuenire ſolebant, Caſſian. *lib.* 10. *c.* 21. Ioan. Diacon. *lib.* 4. *de vit. D. Gregor. cap.* 63. & quantum pietatis, ac meriti opus illud importet, fusè oſtendit Sandoual. *ſup. cap.* 3. 101 Bobadill. *d. num.* 63. 96

Ibi : *Non tamen poſſum mihi perſuadere.*

Res immobiles Eccleſiæ, aut mobiles pretioſæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, diſtrahendæ non ſunt, vt qui pro ſuis ſceleribus carceri mancipantur, ab eo liberentur; Pat. Vazq. *ſup.* Redoan. *quæſt.* 11. Bonacin. *d. punct.* 3. *n.* 1. *verſ. Secunda cauſa*, Mexia *n.* 8. Vide *contra ſup. n.* 89. 97

Ibi : *Imò pro redimendis à carceribus his.*

Adde Mexia *vbi proximè.* Sed contra mentem DD. hoc eſſe videtur, qui communiter docent iuſtam cauſam ad alienanda præfata Eccleſiæ bona, eſſe libertatem eorum, qui in vinculis publicis detinentur, vt videre eſt apud Velaſc. *q.* 22. *n.* 41. vbi plures refert, Ioan. Garcia *regul.* 158. *n.* 5. & quamuis D. Couar. concedat, licere eam alienationem fieri, cum vel ipſe carceratus, vel alij, quibus erat alimenta ſuis operis exhibiturus, vt vxor, & liberi alias fame perirent, hæc cauſa non reſpicit libertatem oppreſſi, ſed vitæ conſeruationem: nec dici poterit, bona diuendi, 98

vt quis à vinculis eximatur, ſed ne ſame moriatur, atque ita liberationem carceratorum a cauſis pietatis quoad alienanda Eccleſiæ bona, *D.Couar.* excludit. In quo exiſtimo plurimum Prælatorum arbitrio deferendum.

Verſ. *Quinto his addiderim.*

99 Legatum relictum pro redimendis eis, qui apud hoſtes in ſeruitute ſunt, per exequutores teſtamenti applicari nequit ad liberandos exiſtentes in carcere, ſiue pro criminibus, ſiue pro debitis.

Verſ. *Ex quibus omnibus.*

100 Bona Eccleſiæ alienari non poſſunt pro libertate eorũ, qui ad triremes dãnantur, Vazq. *d.n.*57. Mexia *vbi proximè.* Quod tamen poſſet limitari ex mente D.Cuuar. *ſup. verſ. Quartò, etſi pium, in fine,* quando remex teneretur, ac poſſet ſuo labore aliquibus alimenta præbere, qui aliàs inedia eſſent extinguendi, vt parens, vxor, liberi.

101 Cum ſæpè rerum mobilium pretioſarum, ac immobilium in ſuperioribus meminerimus, oportet ſcire, quæ illæ ſint. Quoad alienationis itaque prohibitionem in hoc tractatu, bona immobilia dicuntur, nedum quæ corporalia ſunt, & à loco amoueri non poſſunt, vt fundus, domus; ſed etiam iura, quæ ſtabilia ſunt, vt ſeruitutes, ius patronatus, vſusfructus, annui redditus, cenſus, & ſimilia; item iura & actiones ad immobilia, Delbene *dubitat. 2. ſection.*1.*n* 1. *cum ſeqq.* vbi plures, Aug.Barboſ. *d.allegat.*95.*n.*46. Bonac. *ſup punct.*2.*n.*19. Vazq *ſup.dub.*13. *n.*45. Hermoſil. *in l.* 15. *gloſ.*1.*num.*60.*cum ſeqq.tit.*5.*p.*5. P.Molin. *diſp.*465.*n.*3. Inter quæ, etiam beneficia Eccleſiaſtica enumerat, atque Delbene *ſup.n.*2. Quod eſt intelligendum ita vt non ſolum Eccleſiæ debitæ ſeruitutes, cenſus, vel vſusfructus in alios transferri prohibeantur, ſed etiam de nouo ſuper bona Eccleſiæ conſtitui, vt præter laudatos notat Pellizzar. *d. c.*8.*n.*36.49. qui *n.*42. benè aduertit, quod ad extinctionem cenſuum redimibilium, quos ſuper bona aliorum habet Eccleſia, nulla cauſa, aut ſolemnitas deſideratur, cum ex natura contractus cenſualiſta ius redimendum, etiam inuita Eccleſia, habeat, quod ei denegari nequit, quanquam non expediat; pecunia tamen ex redemptione cenſus percepta implicari debet in emptione alterius, aut rei immobilis, nec abſque ſolemnitatibus expendi permittitur in ſolutionem æris alieni etiam fœneratitij; vt de Regularibus agens probat Pellizzar. *n.*43.44. Sunt autem bona immobilia, quæ alienari poſſunt, non interuenientibus iuris ſolemnitatibus, propter eorum tenuitatem, vt terrulæ ſteriles, de quibus cura non habetur, *cap. terrulas,* 12.*q.*2. Aug. Barboſ. cum multis, *n.*30. Delbene *vbi proximè, n.*20. *verſ. Ratio autem,* Maſcard. *de probat.conc.*73. *n.* 26. Quaranta *in ſumm. Bullarij, verb. alienatio, n.*41. Pellizzar. *n.*136. qui teſtatur, ita declaraſſe S.Congregat. 19. *Decemb. anno* 1596. his verbis. *Sacra Congregatio cenſuit neque Conſtitutionem Pauli II. neque Conc. Trident. decretum derogaſſe diſpoſitioni cap. Terrulas,* 12.*q.*2. Eſt tamen neceſſitas, ſiue cauſa opus, vt *in d.cap. Terrulas,* expreſſum eſt, & aduertunt præcitati, & Hermoſ. ex alijs, *n.*87.

102 Bona mobilia pretioſa (quæ immobilibus in hac prohibitione æquiparantur, & ſimiliter alienari abſque ſolemnitate nequeunt, Delbène *n.*8.9. Barboſ. *nu.* 39. Bonacin. *punct.*2.*n.*2. Hermoſ. *n.*17.38. Pellizzar. *n.*9. Ricc. *in prax. for. Eccleſ. deciſ.*61.) dicuntur vaſa argentea, vel aurea, bibliotheca copioſa, veſtes maioris pretij, & alia huiuſcemodi. Quantùm valere debeat res, vt in hoc tractatu pretioſa cenſeatur, certò definiri non poteſt, ſed Iudicis arbitrio committitur, Bonac. *punct.*4. *n.*3. *verſ. Ad cognoſcendum,* Redoan. *q.*10. Filliuc. *tom.*3. *tract.*44.*c.*4 *n.*4. Barboſ. *nu.*51. Quarant. *ſup.* Marc.Ant.Geuuenſ. *in prax. Neapolit. c.*60. *num.*3. Hermoſ. *n.*88. Peirin. *tom.*1. *de priuileg. Minimor. in Conſtitut.*9. *Iulij II. n.*13. Ricc. *deciſ.*39. *num.*8. Sacra verò Congregatio declarauit, rem non eſſe pretioſam, quæ valorem viginti quinque ſcutorum aureorum non excedit, Delbene *dubit.*1.*n.*23. vbi alij.

An pecuniam, quæ in Montibus pietatis, vel in cambijs
103 implicata fructificat, aut quæ deſtinata eſt ad emptionem immobilium, poſſit Prælatus abſque ſolemnitatibus in alios vſus expendere, ac alienare? docent Delbene *dubit.*2. *ſect.*3. Aug.Barb. *à nu.*40. Vazq. *ſup.n.*44. Pellizzar. *n.*101. *cum ſeqq.* Bonac. *vbi proximè, num.*3. qui negatiuè reſpondent. Idemque dicendum eſt de pecunia repoſita in ſubſidium inſtar theſauri pro neceſſitatibus Eccleſiæ, Barboſ. *num.*41.

Non tamen ſufficit, rem eſſe pretioſam, ne alienari poſ- 104
ſit; ſed etiam requiritur, quod ſeruando ſeruari queat in longum tempus, atque ita res, quæ vltra triennium ſua natura permanere non poteſt, & quæ vſu conſumitur, nec fructificat alienari non prohibetur, vt vinum, oleum frumentum, & ſimilia, quorum etiam maxima quantitas diſtrahi abſque ſolemnibus permittitur, Delbene *dubit.*1. *ex n.*37. Hermoſill. *n.*18. *verſ. Ea enim,* Pellizzar. *n.*9. Bonacin. *punct.*2.*n.*4. Pat.Molin. *n.*4. vbi de veſtibus, mancipijs, & iumentis, quæ vtique ſic alienari poſſunt.

His addendum erit, quòd ſi res diſtrahenda, fuerit con- 105
ſecrata, aut alteri Eccleſiæ vendi debet, vt eidem vſui ſacro deſeruiat, aut ſi ad laicos transferatur, prius conflanda eſt, quam tradatur; *l. ſancimus* 19. *C.de Sacroſanct. Eccleſ. l.*2. *tit.*14.*p.*1.*c.*2. §. *Præterea:* 10.*q.*2. Molin. *d.tract.*2.*diſp.*340. *n.*22. Hermoſ. *ſup.n.*13.

AD CAPVT XVII.

De ſolemnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ adhibendis: ac de Emphyteutis Eccleſiaſticæ conceſſione.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ quomodo in emphyteuſim concedi permittatur.*

2 *De ſolemnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ requiſitis, qui egerunt.*

3 Eccleſiæ *nomine quæ loca contineantur, cum de bonorum alienatione prohibita tractatur.*

4 *Quæ ſolemnitates de iure ad alienationem bonorum Eccleſiæ deſiderentur, vſque ad n.*17.

18 *Alienatio bonorum Eccleſiæ valet, etſi non interueniant ſolemnitates legibus ſæcularibus introductæ.*

19 *Caſus, in quibus alienatio, omiſſis ſolemnitatibus tenet, recenſentur ad n.*24.

25 *Caſus à Neoterico inuenti reijciuntur.*

26 *Alienatio ſub conditione impetrandi aſſenſum à Pontifice an valeat.*

27 *Tractatus vnicus ſufficit in alienatione bonorum Eccleſiæ.*

28 *Epiſcopo volente rem Eccleſiæ, etiam inferioris, alienare, Capitulum ad tractatum, & conſenſum præſtandum vocari debet.*

29 *Quid ſi Rector Eccleſiæ inferioris author ſit alienationis.*

30 *Quomodo Prælatus in alienationibus his authoritatem interponat.*

31 *Quis authoritatem præſtet, vbi Eccleſia eſt in vna Diœceſi, & bona eius, de quorum alienatione tractatur, in altera.*

32 *Alienatio rerum pretioſarum Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, non ſubſiſtit, niſi concurrant, & iuris ſolemnitates, & cauſa iuſta.*

33 *Pontifex an iuſtè poſſit alienationi rei Eccleſiaſticæ abſque cauſa conſentire, aut per ſe alienare.*

34 *Alienatio ſolemnis abſque cauſa num mero iure valeat? & quid ſi iuſta cauſa interuenire falſo putabatur? ad num.*36.

37 *Alienatione ſolemniter facta, iuſta cauſa fuiſſe creditur.*

38 *Secus ſi ſolemnia defecerunt.*

39 *Vt alienatio rei Eccleſiaſticæ pro ære alieno ſoluendo diſtracta ſubſiſtat, quæ probari ab emptore debeant? & num.*40.

41 *Eccleſia non obligatur ex mutuo, niſi probetur in eius vtilitatem eſſe verſum, & quid de Ciuitate? ad n.*48.

49 *Verſio pecuniæ in vtilitatem Eccleſiæ quomodo probetur.*

50 *Res Eccleſiæ abſque iuris ſolemnitatibus in emphyteuſim dari non poteſt.*

51 *Limitatur, de quo ad n.*57.

58 *Solemni*

58 *Solemnitates iuris in alienatione bonorum iure præſcriptæ, an poſſint tolli conſuetudine, ad n.62.*
63 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro hæredibus accepta abſque iuris ſolemnitatibus, iuxta conſuetudinem, ad quos tranſeat.*
64 *Textus in* auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. §. Emphyteoſim, & §. Licentiam, *conciliantur, ad num.66.*
67 *Res Eccleſiaſticæ poſſunt in emphyteuſim perpetuò, & pro quibuſcunque hæredibus concedi, ſeruatis iuris Canonici ſolemnitatibus; & n.68.*
69 *De conſtitutionibus Principum ſecularium quoad alienationem bonorum Eccleſiæ curandum non eſt.*
70 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica accepta pro aliquo, & eius hæredibus in perpetuum, iuris ſolemnitatibus adhibitis, an ad extraneos pertineat? ad n.75.*
76 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro quibuſcunque hæredibus accepta, ad extraneos ſpectat, n.77.*
78 *De alijs formulis dandi rem Eccleſiaſticam in emphyteuſim, vt ad extraneos ſucceſſores peruenire poſſit.*
79 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ex coniecturis præſumitur ità conceſſa, vt ad extraneos hæredes deueniat.*
80 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica præſcriptione quæſita; ad quos hæredes tranſeat? & n 81.*
82 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſimpliciter accepta, ad quos transferatur? & n.83.*
84 *Emphyteuſis ab Eccleſia conceſſa ad certum tempus, etiam ad extraneos deuenit ſucceſſores.*
85 *Quid ſi detur ad tertiam, vel quartam generationem.*
86 *De varijs formulis concedendi emphyteuſim, remiſſiuè.*

1 PAulus II. *in Extrauagant. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. inter Cōmunes,* permittit, res Eccleſię in emphyteuſim abſque iuris ſolemnitatibus concedi, modò tria concurrant: *Primum*, quòd dentur in caſibus à iure permiſſis: *Secundum*, vt ſint iam ſolitæ emphyteuticari: *Tertium*, quòd in Eccleſiæ vtilitatem conceſſio cedat euidenter; de quibus per Auguſt. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. part. 3. allegat.95. à nu. 22.* Franciſc. Pellizzar. *in manuali Regularium, tom. 1. tract. 6. cap.8. num. 18. cum alijs*, Molin. *de Iuſt. & iur. tract.2. diſput.466. nu.2.* Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom. 2. c. 17. dubit. 15. n. 7. cum ſeqq.* & alios infra referendos, vbi cum *D. Couarr.* de bis agendum eſt. Nunc eiuſdem veſtigia inſectantes, de ſolemnitatibus, quæ in alienatione bonorum Eccleſiæ Sacris Conſtitutionibus deſiderantur, diſſeremus.

Ad Num. 1.

2 Quæ ſolemnitates debeant interuenire, vt valida ſit bonorum Eccleſiæ alienatio, plene tradidere Card. Tuſch. *tom.1. lit. A, conc.271. à nu.52.* Delbene *ſup. dubit. 9. tit. difficultatis reſolutio*, Caſtill. *de vſufruct. cap.54. a princip.* Pet. Gregor. *ſyntagmat. iur lib.25. cap.8. nu.3.9. cum alijs*, Aſcan. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.3. diſp.13. quæſt.8.* Maſcard. *de probat. tom 1 conc.75. ex num.12.* Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditib. cap.2. §.2. dub.12.* Hermoſill. *in l.15. gloſ.1. à num.34. titul.5. part. 5.* Bonacina *in ſumma tom. 1. tract. de alienation. bonor. Eccleſiaſticor. diſp. 2. quæſt. vnic. punct.4. à princip.* Greg. Lop. *in l.2. tit.14. part.1.* Pellizzar. *ſup. n.111. cum ſeqq.* Aug. Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſtic. lib.3. c.30. à n.7.* Molin *diſput.468. à nu.3.* Guilhelm. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienand. q.23. cum alijs.*

3 Eſt præmonendum in hoc tractatu, *Eccleſiæ* appellatione contineri Monaſteria, tam virorum, quàm fœminarum; Hiſpitalia, Confraternitates, Capellas, & alia loca pia Epiſcopali authoritate fundata, quorum bona abſque ſolemnitatibus referendis alienari prohibentur, Caſtill. *ſup. n.24.* Delbene *dubitat. à n.14.* Hermoſill. *n.76.79.80.* Bonacin. *punct.2. nu.10.* Redoan. *q.26.* Stephan. Quaranta *in ſumm. bullarij, verb. Alienatio n.18. 41.* Pet. Gregor. *n.2.* & habetur *in auth. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. cap. ex etiam, 10. q.2.*

4 Iuxta Canonicas ſanctiones quinque conditiones requiruntur, vt alienatio rerum immobilium Eccleſiæ, vel mobilium pretioſarum, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſubſiſtat. *Prima* eſt, tractatus, qui vt legitimè fiat, oportet, quòd congregato Capitulo, ſiue alijs perſonis, quæ conſenſum præſtare debent, alienatio proponatur, & vtrinque rationibus perpenſis, diſcutiatur, ac diſputetur, an neceſſarium, aut vtile Eccleſiæ ſit, quod res diſtrahatur, atque ita *tractatus* nihil aliud eſt, quam *alienationis faciendæ conſultatio*, Pet. Gregor. *n.9.* Delbene, *dubit. 9. tit. difficultatis reſolutio num 2.* Tuſch. *tom. vlt. lit. T, conc.338.* Caſtill. *n.13.* Barboſ. *vbi proximè, n.7.* Pellizzar. *num.117.* Lotter. *de re beneficiar. lib.1. quæſt.18. num.4.* Hermoſ. *n.34.* Filliuc. *tom.2. tract.44. cap.15. n.13.* Redoan. *quæſt.23.* quod probatur ex *cap. ſine exceptione 52.12. q.2. c.1. cap. tua 8. de iis, quæ fiunt a Prælat. c.1. de reb. Eccleſ. lib. 6.* In quo tractatu ſi oportuerit, cauſæ cognitio verſatur, vt præfati DD. aduertunt. Speciale autem eſt, quod in Societate Ieſu obſeruatur, quia ſolùm cum patribus conſultoribus de alienatione facienda tractatur, quorum conſenſus ad alienationis valorem non deſideratur, Pellizzar. *vbi proximè*, P. Molin. *num. 5.* An triplex tractatus ſit neceſſarius? Infra cum *D. Couar.* dicemus.

Secunda, conſenſus Capituli, Collegij, aut Communitatis, ad quam res alienanda ſpectat; quæ ſi fuerit Eccleſiæ Parochialis, plures beneficiarios habentis, etiam ipſi conſentire debent, *d. cap. ſine exceptione, cap.1. & cap. tua, cap.1. de reb. Eccleſ. in 6. l.2. tit.14 p.1.* Caſtill. *n.17.* Cyriac. *controu. forenſ. tom 2. contr.3*[illegible] Delbene *n.3.* Tuſch. *d. conc.75. n.51.53.* Hermoſill. *n.51. ver. Secundò, libra tractatum*, Bonacin. *n.2. verſ. Poſt tractatum*, Barboſ. *n.5.* Vazq. *d. dub.12.* Pet. Gregor. *nu.3.13.* Pellizzar. *n.118.* Redoan. *q.16. n.11. 16. 19. 20.* Molin. *n.6.* 5

Quot, & quomodò vocandi ſint ad tractatum, & ad præſtandum conſenſum Capitulares, ſiue Collegæ? docet latè Hermoſill. *à num.36.* Illud autem compertum eſt, ſufficere ad validitatem alienationis, quòd maior pars eorum, qui conuenerint, conſentiat, Caſtill. *vbi proximè*, Molin. *d. num. 6.* Panormitan. *in cap.1. numer.5. de iis, quæ fiunt à Prælat.* Delbene *à num.6.* Redoan. *quæſt.24. num.11.* Bonacin. *vbi proximè*, Hermoſill. *n.41.* Pellizzar. *nu.118.* Pet. Gregor. *n.9.* 6

Conſenſus verò tacitus hac in re non ſufficit, quia expreſſus requiritur, *ex d. cap.1 de iis, quæ fiunt à Prælat.* vt ex verbo, *Collaudatio*, colligitur; & docent Molin. Pellizzar. Bonacin. *vbi proximè*. Lotter. *ſup. num.17.* Delbene *num.5.* Illúmque in Capitulo congregati præſtare debent, non ſeorſim, quoniam tunc non verificaretur, Capitulum conſenſiſſe, quod iura depoſcunt, Delbene *n.8.* Hermoſill. *d. verſ. Secundò poſt tractatum*, Caſtr. Palao *diſp.5. quæſt. vnic. de reb. Eccleſ. punct.15. §.2. n.10* Gregor. Lop. *in d. l.2. gloſ.1.* Rebuf. *in compend. de alienat. rer Eccleſ. n.61.* Lotter *nu.21.* Rota *deciſ.484. n.6. part.1. in recent.* nec diſſentit Pellizzar. *nu.118.* qui tamen in contrariam ſententiam inclinat cum Bonacin. *n.2* Syluest. *in ſum. verb. Alienatio, n.5.* Vazq. *d. dub.12. n.43.* quibus placet, ſat eſſe, quòd ſinguli ſeparatim conſentiant extra Capitulum, ſi in eo tractatus circa alienationem præceſſit. Sed prior opinio tenenda eſt. 7

Adeò hæc ſolemnitas conſenſus Capituli in alienatione rei Eccleſiaſticæ requiritur, vt, ſi fortè propter bellum, peſtem, aliamvè cauſam Capitulares deficiant, Epiſcopus alienare intendens teneatur Clericos loco eorum ſubrogare, cum quibus tractatus habeatur, ab eiſdemque conſenſus eſt præſtandus; Molin. *n.6. in fine*, Panormitan. *ſup. n.7.* Delbene, *n.11.* Pellizzar. *n.119.* 8

Tertia, quòd Superioris accedat Authoritas, *cap. Abbatibus 41.11. q.2. cap. in venditionibus 40.17. q. 4. Clement.1. de reb. Eccleſ. l.63. tit.18. part.3. Authent Hoc ius porrectum; C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Notant Caſtill. *n.16.* Delbene *à n. 14.* Redoan. *quæſt.26. num.28* Molin. *num.3.4.* Pet. Gregor. *num.3.16.* Filliuc. *ſup. cap.5. quæſt.6. num.12.13.* Hermoſill. *num.52.* Pellizzar. *num. 111. 115.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.4. tit.7. num.16* Azor. *inſtitut. moral. lib.9. q.4.* Aug. Barboſ. *d. cap.30. num.9.* Vazq. *d. dub.12.* Tuſch. *n.52.* Bonacin. *n.4.* 9

Quis autem Superior intelligatur; vt authoritatem ſiue conſenſum interponat, quæri ſolet: & quoad Eccleſias ſæculares conſtat, Epiſcopum in ſua diœceſi huiuſmodi facultatem habere, necnon quoad Regulares, quæ exemptæ 10

21 Octauus, in repudiatione hæreditatis, vel legati Eccleſiæ relicti, quod iam in abſque controuerſia non eſt, cum ſcilicet aliquid immobile, vel mobile pretioſum Eccleſiæ obueniret per acceptationem: & quod iuris ſolemnitates ad repudiandum non deſiderentur, ſuadetur ex eo quod aliud eſt alienare, & aliud non acquirere, *l. alienationis 18. §. 1. ff. de verbor. ſignificat.* Nec obſtat, quod hic ceditur iuri ad immobile; quod eſt vetitum, vt oſtendimus *ſup. cap. proxim. numer.* 101. Nam reſpondetur, illud intelligi de actione, vel iure ad id, quod iam Eccleſiæ debetur, non ad acquirendum, ſed lucrandum de nouo, inter quæ multùm intereſt, vt egregiè inquit Imperator *in l. vlt. §. Si quis verò*, ibi, *Non enim par, eademque ratio videtur, amittere debita, & lucra non capere*, *C. de codicill.* Ita tenet diſputans Delbene *dubit.* 6. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 71. num.* 53. Pellizzar. *num.* 60. Ricci. *ſup. tit. de alienat. rer. Eccleſ. deciſ.* 69. Sanch. *de matrimon. lib. 2. diſp. 4. num.* 11. 12. Hermoſill. *ſup. num.* 9. Pat. Suarez *de Religion. tom. 4 tract. 8 lib. 2. cap. 17. num.* 18. Per. Greg. *n.* 19. Bonacin. *punct* 2 *num.* 33. Panormitan. *in c. cum, n. 8. de ijs, quæ fiunt a Prælat.* Rebell. *de obligat. iuſtit. lib.* 18. *q. 14. num.* 5.

22 Sed oppoſitum placet Molin. *diſput.* 468. *num.* 12. Alexand. Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de minorib. reſolut.* 11. *num.* 5. Filliuc. *dict. cap* 4. *num.* 34. licet quoad hæreditatem priori ſententiæ adhæreat, Auguſt. Barboſ. *n* 54. Menchac. *de ſucceſſion. progreſſu, lib. 3. §. 27. num.* 23. Azor. *inſtitution. moral. part. 2. lib. 9 cap. 1. quæſt.* 12. Geminian. *in cap. ſi num.* 19. *de reb. Eccleſ.* Quaranta *ſup. num.* 23. Moneta *de Conſeruat. cap.* 10. *num.* 56. Lambertin. *de iur. patronat. lib. 3. quæſt. 9. art. 1. num.* 31. A priori tamen ſententia recedendum non eſt, vt magis communi, ac iuri conſona. Eccleſiæ verò ex repudiatione læſæ remedium reſtitutionis in integrum ſupereſt ad acceptandum, niſi hæreditas, vel legatum alteri Eccleſiæ iam quæſitum reperiatur, quia melior eſt conditio poſſidentis, nec priuilegiatus contra pariter priuilegiatum ſuo gaudet priuilegio *l. verum* 12. *§. Item quæritur ff. de minorib.* Ita Pellizzar. *num.* 61. Delbene, *numer.* 23. Sanch. *numero* 15. qui alios laudat.

23 Nonus caſus, in quo iuris ſolemnia non requiruntur, eſt, ſi quis Eccleſiæ rem præſtet, aut relinquat eo pacto, vt liberè alienari abſque aſſenſu Apoſtolico, vel alia ſolemnitate poſſit. Hoc itidem obnoxium eſt controuerſiæ; nam quibuſdam videtur, conditionem iſtam eſſe reijciendam, vtpotè quæ Sacris Canonibus aduerſatur, itemque abſque ſolemnitatibus Prælatum alienare non poſſe: ſic ſentiunt Quaranta *in ſumm. Bullarij, verb alienatio, n.* 31. 32. Bonacin. *punct. 4. n.* 11. Ricci. *ſup. deciſ.* 67. Armilla *in ſumm. verb alienatio, n.* 19.

24 Contrarium nihilominus rectius probant Delbene *dubit.* 10. Pellizzat. *num.* 32. Diana *reſolution. moral. part.* 12. *tract. 36. reſolut.* 41. Caſtr. Palao *ſup. punct. 15. §. 2. n.* 14. Quibus aſſentiunt Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 14. num.* 6. Caſtill. *controuerſiar. lib. 4. cap. 91. num.* 24. 42. 43. Gratian. *deciſ.* 131. Guttier. *de tutel. part. 2. cap. 5. num.* 62. & alij, qui per textum *in l. 1. & in l. magis puto 5. §. Si fundus ff. de reb. eor.* docent, poſſe rem minoris abſque decreto alienari, ſi teſtator id permiſerit, qui eam reliquit. Ratio huius opinionis eſt, quia res ſic conceſſa fuit cum ea qualitate incorporata bonis Eccleſiæ, ex voluntate concedentis, cui liberum eſt etiam non largiri: quo caſu conſtitutionibus alienationem abſque ſolemnitate prohibentibus locus non eſt. Nec aliqua turpitudo in ea pactione reperitur, etſi vtilitati Eccleſiæ contraria ſit; quoniam ſi hoc ita eſſet, conſuetudine introduci nequiret, quod ſolemnitates iuris non ſeruarentur, *c. fin.* & quæ *ibi* notantur, *de conſuetud.* Sed poteſt introduci, vt probauimus *ſup n.* 19. ergo turpe non eſt, aut illicitum, ita vt reijciatur; maximè cum voluntas dantis in vltima diſpoſitione vim legis obtineat, *Authent. de nupt. §. Diſponat, collat.* 4 & in re propria quilibet ſit

25 moderator, & arbiter, *l. in re mandata* 1. *C. mandat.*

Quanquam alios caſus prætercam, vel quia minùs frequentes, vel quia communiter non admittuntur; tres ſingulares adducere libet ex Pellizzario, quorum primum tradit, *num.* 11. nempè ſi res prorſus inutilis relinquatur Eccleſiæ: v. g. Monaſterio Monialium bibliotheca ſtudentium ad legalem diſciplinam attinentium. Secundum, *num.* 5. ſi quid mobile pretioſum emerit Monaſterium, credita pecunia, nam ſi venditor precium, aut creditor mutuum, quod ad id comparandum præſtitit, poſtulauerit, poterit ea res abſque ſolemnitatibus, vt ſoluatur, diſtrahi. Tertium, *num.* 14. ſi in perpetuum Eccleſiæ 200. legentur in ſingulos annos, quin licebit Prælato, repudiare legatum præmiſſa cum hærede conuentione, vt pro vna vice Eccleſiæ 4000. pendat. Hæc probabilitate non carent, ſaltem ob Doctiſſimi viri Authoritatem, qui teſtatur, ſe conſuluiſſe Neotericos peritia inſignes.

Sed de iure oppoſitum reſpondendum videtur, nam quoad primum obſtat doctrina veriſſima, quam idem Pellizzar. probat *n.* 58. videlicet, rei ſterilitatem, ſiue inutilitatem non excuſare à iuris ſolemnitatibus; nec refert, quod res ſit euidenter inutilis quod Pellizzar. *ibidem, verſ. Nec obſtat.* huic difficultati ſatisfacit, quoniam vtilitas euidens Eccleſiæ, licet cauſa ſit ad alienandum, ſolemnitates non ſupplet, Hermoſill. cum alijs, *dict. gloſſ.* 1. *numer* 24. Delbene *dubitat. 9. tit. difficultatis reſolutio, num* 34. vbi optime loquitur, & de neceſſitate euidenti etiam agit.

Quoad ſecundum, res, quæ emitur pecunia credita, vel habita fide de pretio, nulla afficitur obligatione ad ſolutionem pretij, ſed plenè emptori acquiritur, qui ſolùm perſonali actione tenetur, niſi aliud conuenerit cum vendente, aut creditore, vt probauimus, *ſup. lib. 1. cap. 7. num.* 55. maximè emente Eccleſia, quæ nec expreſſim poſſet rem emptam obligare, vt in minore docuit Conſult. *in l. 1. §. vltim. ff. de reb. eorum*, quicquid ſenſerit Guttier. *de tutel. part. 2. cap. 5. ex num.* 36. Quare ad alienationem rei, cauſa ſoluendi pretium eius, non minùs ſolemnitates requiruntur, quàm ſi alia res Eccleſiæ venderetur, & prætcrea poſſet Eccleſiæ intereſſe potiùs aliquid aliud diſtrahere ad ſolutionem, quàm quod emit iterùm alienare.

Quoad vltimum, dubitari non poteſt, quin actus ille ſimulatus ſit in fraudem legis, qui ſubſiſtere non poteſt, licet enim Prælatus repudiet legatum verbis, in re illud acceptat; & acceptatum hæredi vendit pro annuis redditibus æquiualentem pecuniam præſentem recipiens, & cum hæc veritas ſit, ſecundùm eam de actu iudicandum eſt; non iuxta id, quod machinatur, ac fingitur fraudandæ legis cauſa, *l. 1. & per tot. Cod. plus valer, quod agitur.*

Vbi autem Pontificis deſideratur aſſenſus, alienatio non tenet, etſi fiat ſub conditione: *Si Papa præſtiterit aſſenſum.* Quia præcedere debet, cum pro forma in actu ſit neceſſarius, Panormitan. *in cap. nulli, de reb. Eccleſ.* Dian. *part. 5. tract. 8. reſolut.* 7. Pellizzar. *num.* 107. Delbene *dubit. 1. num.* 44. Bonacin. *punct. 4. num.* 5. & ita declaraſſe Clementem VIII. teſtatur Marc. Anton. Genuenſ. *in prax. Neapolit. cap.* 44. qui tamen contrarium ſentire videtur, *cap.* 80. *num.* 4. cum Riccio *ſup. deciſ.* 56. Rodrig. *queſtion. Regul. tom. 1. quæſt. 27 art. 9.* & Quaranta, *num.* 34. qui formam tradit, *num.* 10. qua ſic validè poſſit alienari. Quæ ſunt intelligenda ſecundùm dicta *ſup. cap. prox. num.* 64. de nullitate alienationis ex defectu ſolemnitatis. Ad quem periculum rei ſpectet, ſi pereat ante aſſenſum impetratum, docet Pellizzar. *n.* 176. 26

Ibi: *Quibus in locis commemoratio.*

Ad validam rerum Eccleſiæ alienationem vnicus ſufficit tractatus, ſiue conferentia, niſi aliud obſeruet conſuetudo, Cardinal. Tuſch. *lit. T. conc.* 336. *num.* 12. Molin. *numero quinto, in fine*, Caſtill. *dict. cap.* 54. *numer.* 51. Caſt. Palao, *ſup. punct. 15. §. 2. num.* 9. Hermoſill. *in dict. l. 15. gloſ. 1. numer. 50. titul. 5. part. 5.* Delbene *dubitat. 9. titul. de difficultatis reſolutio num.* 1. Ricc. *deciſ.* 51. Bonacin. *ſup. numer. 1. verſ. Quod ſufficiat*, Auendañ. *de cenſib. cap.* 76. *num.* 5. Pat. Vazq. *dub.* 12. Rebuff. *ſup num.* 81. Pellizzar. *num.* 127. *in fine.* 27

qnia vtile per inutile vitiari non debet, cum actus ſint diſtincti; atque ita *Mareſcoti*, & aliorum pcocedit reſolutio. Quæ comprobantur ex dicendis *infra, n.*47. *cum ſeqq.*

Ad Num. 5.

41 Hanc frequentiſſimè agitatam quæſtionem, num ſcilicèt locatio rerum Eccleſiæ vltra triennium, ſaltem intra illud ſuſtineatur? diſputant late Molin.*d.cap.*21.*numer.*28. Delbene *dubitat.*5.Guttier.*Canonicar.lib.*2.*c.*13.Pat. Molin. *diſp.*467.Pat.Vazq.*dubit.*5.Aug.Barboſ.*à num.*3. Pellizzar. *d.tract.*6.*cap.*8 *n.* 16.

42 Eſt præmittendum, diſputationem hanc non verſari circa locationem vltra nouennium, ſiue ad longum tempus, quæ omnino nulla eſt, ſi abſque ſolemnitatibus fiat; Molin.*ſup.verſ.Sed quamuis*,Guttier.*num.*8.Aug.Barb. *n.*14. Pat.Molin.*num.*4.Ratio eſt, quia per contractum locationis ad decennium tranſit in conductorem vtile dominium, quod multum ſolet intereſſe; hoc autem non tranſiret, ſi locatio ad triennium valeret; quapropter ille compellendus non eſt ſtare contractui, qui ab eo, quem celebrare voluit, diſſect.

43 Locationem in ſpecie propoſita non in totum vitiari, ſed intra permiſſum tempus conſiſtere, cum *Baldo* ſentiunt Pat.Molin.*n.*3.Tondut.*ſup.d.cap.*66.*n.*10.Molin.*verſ.In ſecunda ſpecie*, Anton.*de* Marinis *quotidianar. reſolut. lib.*1. *cap.*6.*num.*7.*verſ.Contrarium*, Guttier.*num.*7. Aug. Barboſ. *num.*11.Tuſch.*d.conc.*406.*num.*1.Gamma *deciſ.*387. *num.*3. Quarant.*vbi proximè*,Rebell.*ſup.part.*2. *lib.*14. *quæſt.*6. Caroc.*d.rubric.de reb.Eccleſ.conc.*9.*nu.*44.Ceuall. *d. quæſt.*199. *numer.*10. & alij apud Mantic. *de tacit. conuent. lib.*5.*tit.*5. *num.* 19. & Scottiam *theorem.* 117. Fundamentum præcipuum eſt, quia vtile per inutile non vitiatur, atque ita omnes hi ſuam ſententiam limitant, ſi tempus vtile ab inutili commode nequeat ſeparari, vt D. Couar. *infra* aduertit.

Ibi: *Sed quod locatio in hac quæſtione omnino nulla ſit.*

44 Ita aduerſus proximè laudatos, tenent cum *Bartolo* Pat. Vazq.*num.*28. Mareſcot.*d.cap.*15.*à num.*8.Valaſc.*ſup.q.* 29. *num.*15. Delbene *ſup.* Caldas *de reſolut. emphyteuſ. capit.*2. *num.*30.Bonacin.*ſup.dict.num.*24.Mantic.*vbi proximè, nu.*1. Emman.Sà *verb.conductio,num.*13.Pinell.*in l.*1.*part.*3.*n.*75. *C.de bon. matern.* Azor.*ſup.lib.*7. *capit.*10. *quæſ.*4. *& lib.*9. *cap.*2.*quæſ.*4.Gratian.*diſceptat.cap.*162. *numer.*21. Ricc. *deciſ.*117.Scott.*vbi proximè*,Leſſ.*de iuſt.lib.*2. *cap.*24. *dub.*11. *num.*68.Rota apud Farinac. *tom.*1. *part.* 1. *deciſ.*36. Pellizzar.*num.*16.vbi rectè notat, aliud eſſe, ſi plures locationes non vno contextu fiant. Cur ſententiæ *D. Couar.* accedie *ſub hoc numer. verſ. Tandem*, vbi videas notata per me à *numer.* 47. Ratio eſt, quia actus contra legis prohibitionem protſos debet eſſe irritus, nec in eo ſeparatio poteſt admitti, cùm ſit vnicus.

Verſ. *Deinde in his.*

45 Adde Delbene à *num.*2.Gotiier.*num.* 3.*cum ſeqq.*Pat.Molin.*num.*1. *verſ. Secundò quoniam.* Sed huic argumento reſpondent qui cum *Baldo* ſentiunt, regulam, quod in ijs, quæ pendent à voluntate duorum, actus, qui non valet, vt fit, nec ve valere poteſt, ſubſiſtit; ſolùm procedere, cùm actus tranſit in aliam ſpeciem, vel eius natura variatur, ſecùs ſi intra proprios limites, nihil immutato, reſtringatur; quia præſumitur, contrahentes nedum in totum, ſed etiam in partem, quæ abſque incommodo ſeparari poteſt, tacite conſentire, vt in donatione vltra quingentos ſolidos non inſinuata verificatur; P.Molin.*n.*7. & tempus ac pecunia quoad hoc æquiparantur, P. Vazq.*ſup.*

Verſ. *Verùm Carolus Molinæus.*

Huius diſtinctionis inter emphyteuſim, & locationem vltra tempus permiſſum, meminere P. Vazq.*d.dub.*5. *nu.*27. Guttier. *n.*5.

Ibi: *Sic & in contractu feudali.*

Si res Eccleſiæ, quæ erat apud feudatarium, ad eam reuertatur, poterit Prælatus, non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, illam iterum in feudum concedere, antequam menſæ incorporetur; tunc autem incorporata cenſetur, quando Prælatus ipſam non infeudare conſtituit, ac menſæ applicat; Pat.Molin.*diſp.*468. *per tot.* Debet tamen in noua conceſſione ſeruari eadem forma, qua prius data fuit, ita vt nihil amplius tribuatur nouo feudatario, quam antiquus habebat, alioquin quoad exceſſum infeudatio non tenet: veluti ſi feudum datum eſſet pro deſcendentibus dumtaxat, ac etiam pro tranſverſalibus nouo feudatario concederetur, nam quoad hos feudum non valet, Pat. Molin. *numer.*19.Iul.Clar.*dict.lib.*4.*§.Emphyteuſis,quæſt.*6.*num.*2.*&* §. *Feudum,q.*13.*num.*7.8. 46

Ibi: *Neque obſtant verba textus.*

Sic hunc textum interpretantur communiter, qui *Baldi* 47 ſententiam tuentur. Videas laudatos pro ea *ſup. n.*43.

Verſ. *Tandem vt liberè.*

Vltra verba, quæ *D.Couar.* ponderat pro ſua vera opinio- 48 ne *hic*, ſunt etiam perpendenda, quæ in *d. Authent. de reb. Eccleſ.§. Si verò, collat.* 2. ſequuntur, ibi: *Det autem continuo, & poſt caſum emphyteumatis quantum futurus erat ſoluere, ſi ſecundum legem ſubiſſet emphyteuſim, nihil apud eum remanente ex rebus pauperum, quæ fruſtra per emphyteuſim data ſunt.* Vbi notanda eſt clauſula illa: *Nihil; &c.* Nam cum agatur de eo, qui primùm emphyteuſim accepit, dicitur, quod nihil apud eum remaneat, ergo ſtatim re emphyteutica ipſe priuatur, & ita emphyteuſis nec pro prima generatione ſuſtinetur: Præterea hoc ipſum manifeſtum fit per illa vltima textus verba: *Quæ fruſtra, &c.* Nam ſi vſque ad tertiam generationem, vt aduerſarij volunt, valeret contractus, fruſtra datam fuiſſe emphyteuſim, dici non poſſet.

Ad hæc pro eadem opinione facit, quia cum in *d.extra-* 49 *uag. Ambitioſæ*, grauiſſimæ pœnæ contrahentibus irrogentur; veroſimile non eſt, voluiſſe Pontificem, actum, quem ſic prohibuit, aliqua ex parte ſuſtineri, imò cæteris pœnis omnimodam nullitatem adjeciſſe, prout ſentit Pellizzar. *ſup.num.*16.Nec poteſt quod aduerſus legis prohibitionem factum eſt, aliquem effectum producere: *l.non dubium* 5. *C. de legib.l.non putauit,§.Non quauis,ff.De bonor. poſſeſ. contra tabul.l.*4.*§.Condemnatum,ff. De re iudicat.*

Verſ. *Non obſtat huic ſententiæ.*

Huic argumento ſic reſpondent, qui *Bartolum* tuentur, 50 vt Vazq *num.*19.Delbene *dubit.*5.*ſect.*2.*num.*1.Bonacin.*dict. num.*24.*verſ. Neque obſtat*, & alij. *Secundo* reſpondent Mareſcot.*num.*13. ex Baldo *in l.Græce,§.Illud,ff. de fideiuſſorib.* & Alciato *in l.*1.*§.Sed ſi mihi,num.*10.11.*ff de verb.obligat.* vtile per inutile vitiari, quando lex actui formam præſcribit, vt *in præſenti*, quia forma datur, dum locatio vltra triennium fieri prohibetur. *Tertiò* reſpondetur, quòd cum ius actum annullat in pœnam agentium, totus penitus deſtruitur, prout fit *in dict.extrauagant.* Vazq. Bonacin. & Pellizzar *vbi proximè*, qui *in verſ.Nec obſtat.* optimè ſatisfacit ad id, quod de donatione vltra quingentos ſolidos non inſinuata obijcitur; ait enim, aliud eſſe, quod lex vetet aliquid vltra certum tempus, vel quantitatem fieri, vlterius non progrediens; & aliud, ſi præter prohibitionem pœnis proſequatur agentes; priore caſu, vtile per inutile non vitiatur, quemadmodum in donatione contingit, quia Legislator ſolum intendit exceſſum euitare; poſteriore ſecùs, nam cùm lex procedat ad punitionem tranſgreſſorum, præcipua ac magis congrua pœna eſt, quod nullius momenti ſit actus, vt ita in eo, in quo deliquerunt, puniantur, prout dignum eſt; *c.quanto* 3.*§ Cæterum,de translat.Epiſcop.c. literas* 13.*§.Præſatum,de tēporib.ordinat.c.cum olim* 33 *§. vlt. de offic.delegati,c.paſtoralis* 29.*in fine,de iur.patron.c.vlt. de immunit.Eccleſ.*Sic in *d.extrauagāti*, quæ graues admodū pœ-

nas

nas irrogat locantibus vltra triennium, intelligendum eſt, Pontificem voluiſſe prorſus irritare illicitas conuentiones, vt nulla ex parte vires obtineant.

Ibi : *Nam in illa ſpecie manet ipſa locatio valida.*

De hoc dictum eſt, *ſup. n.* 40.

Verſ. *ſed præmiſſa.* Ibi : *Cum ea ſit frequentiori calculo recepta.*

Neſcio, an iſtud hodiè verè dici poſſit, cum apud recentiores, *Bartoli* ſententiam receptiſſimam eſſe conſtet ex laudatis in eius comprobationem, *ſup. n.* 44.

De his limitationibus ad opinionem *Baldi*, quæ ſequuntur vſque ad *num.* 6. vide allegatos pro eadem, *ſup. num.* 43. qui communiter eas admittunt, præſertim Molin. *ſup. verſ. Quod intelligendum eſt*, cum *duobus ſeqq.* Guttier. *dict. cap.* 13. *num.* 10. Pat. Molin. *diſp.* 467. *n.* 3. Caroc. *rubric. de reb. Eccleſ. conc.* 9. *n.* 47. Aug. Barboſ. *a n.* 12.

Verſ. *Ex his etiam deducitur.*

51 Quoties vnica penſio pro toto locationis vltra triennium tempore conſtituitur, adhuc ſecundùm *Baldum*, contractus in totum fit irritus, nec intra tres annos ſubſiſtit : Ita Guttier. *dict. cap.* 13. *in fine*, Aug. Barboſ. *num.* 14. & alij communiter, qui hanc ſententiam probarunt. A quibus meritò receſſit Iul. Clar. *ſup. d.* § *Emphyteuſis, q.* 6. quem refert, & ſequitur Molin. *d. verſ. ſed quamuis*: P. Molin. *vbi proximè*. Quid enim intereſt, rem in plures annos vno pretio conduci, vel ſingulis annis æqualem penſionem pro ea aſſignari? vt in ſimili inquit Iauolenus *in l. ea lege* 54. § *vlt. ff. locat.* cum tacitè pecunia æqualiter cenſeatur in annos locationis diſtributa, ſi res non inæquales fructus ferre ſoleat, argument. *l.* 3. *in princip. ff. De ann. legat.* quemadmodum penſio in annum pro ſingulis diebus diſtribuitur; *l. item quæritur* 14. § *fin. l. ſed addes* 21. § *Si quis cum in annum*, *l. cum venderem* 24. *ff. locat.* Ad hæc, cùm *Baldi* ſequaces temporis diuiſionem admittant, ita vt qui ad quinquennium conduxit, ad triennium ſtare debeat locatum, cur pecuniæ ſiue penſionis diſtributionem impugnant? Et ſi ſentiunt, in minus tempus tacitè contrahentes conſenſiſſe, quare in minorem ſummam illi correſpondentem conſenſum præſtitiſſe inficiantur? Ex quibus deducitur, quod recepta *Baldi* opinione, tempus vtile ab inutili poteſt ſeparari, quanquam vnica penſio pro toto locationis tempore ſit conſtituta, modo res pariformiter ex ſua natura fructificet.

Ad Num. 6.

52 Si res Eccleſiæ ſingulis annis non fructificet, poterit ad quodcunque tempus locari, dum tres fructus ex illa percipiantur, vt ſi fructus non ferat niſi tertio quoque anno, poterit ad nouennium iure conduci, nam in his totum tempus, quod labitur ad vnicam fructuum collectionem pro vno anno computatur, vt aliud agens dixi *ſup. c. proxim.* & *in* ſpecie docent P. Molin. *diſp.* 466. *num.* 10. *verſ. Caietanus, in ſumma, ad fin.* Tondut. *ſup. num.* 11. Pat. Vazq. *dub.* 6. *num.* 30. Mantic. *ſup. lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 22. Guttierr. *d. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. Delbene *dubit.* 4. *per tot.* vbi plures, Nonat. *de alienat. rer. Eccleſiaſticar. num.* 21. 22. Pellizzar. *num.* 14. Aug. Barb. *num.* 4. Bonacin. *num.* 24. *verſic. Aduertendum tamen*, Caſt. Palao *tract.* 9. *diſp. de reb. Eccleſ. non alien. part.* 14. *nu.* 5. Caroc. *rubric. de reb. Eccleſ. conc.* 9. *n.* 50. Ricci. *in prax. for. Eccleſiaſtic. deciſ.* 115. *n.* 2.

Verſ. *Quarto, eadem conſtitutio.*

53 Mandatum ad res Eccleſiæ locandas intra tempus iure permiſſum, triennio elapſo, finitur, nec expreſſim vltra illud concedi poteſt; Pat. Vazq. *vbi proximè, num.* 31. Scortia *dict. theoremat.* 115. Caroc. *num.* 49. Azor *ſup. lib.* 9. *cap.* 2. *quæſt.* 5. Contrarium verò rectiùs probant Delbene *dubit.* 7. Pat. Molin. *vbi proximè*, *num.* 12. qui oppoſitum omninò falſum dixit. Ratio eſt; nam ſicut ipſe mandans licitè ad tempus permiſſum pluries ſucceſſiuè locat, ita hoc ipſum per alium facere non prohibetur, ſiquidem quod per alios facimus, per nos facere intelligimur, *l.* 3. § *Sed ſi debitorem, ff. de donat. int.* *l.* 1. § *Deiiceſſe*, *ff. de vi & vi armat.* maximè cum ipſe, qui mandatum conceſſit, non prohibeatur illud pro libito, re integra, reuocare; § *Rectè*, *Inſt. de mandat.* *l. ſi vero non remunerandi* 12. § *Si mandauero exigendam, ff. eod.*

Verſ. *Quintò, ſunt qui huius conſtitutionis.*

Eſt controuerſum an *d. extrauagans, Ambitioſæ*, vſu recepta ſit? vt videre licet apud Guttier. *d. cap.* 8. *a princip.* Pat. Molin. *ſup. n.* 10. *verſ. Caietanus, in ſumma*, Vazq. *dub.* 7. *num.* 32. Caroc. *num.* 39. Bonac. *dict. num.* 24. *verſ. Hoc tamen intelligendum*, Aug. Barboſ. *num.* 4. 49. Delbene *dubit.* 1. *n.* 7. & 8. Ex quibus colliges, dictam conſtitutionem vbique fuiſſe receptam quoad nullitatem locationis vltra triennium, & alienationis rerum Eccleſiæ; non verò quoad alias pœnas ibi ſtabilitas aduerſus contrahentes, & ſecundùm illam ſæpiſſimè *Rotam* iudicaſſe, adductis multis deciſionibus, probat Auguſt. Barboſ. *n.* 49. Sed nonnullis in locis prorſus contraria conſuetudine eſt ſublata, cui ſtandum eſt vt Mediolani, vbi res Eccleſiæ ad nouennium locantur, Bonacin. *vbi proximè.* 54

Ibi : *Legem nullam vim obtinere.*

Lex, quæ vſu recepta non eſt, minimè ſubditos aſtringit, Menoch. *de arbitrar. caſ.* 420. *num.* 10 & *conſ.* 75. *num.* 91. Pellizzar. *ſup. d. tract.* 6. *cap.* 3. *num.* 14. Guttier. *ſup n.* 2. Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 1. *c.* 1. *dubit.* 15. *ſect.* 7. *à num.* 1. Azeued. *in l.* 1. *num.* 8. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recopilat.* Bernard. Græuæ *ad prax. Camer. Imper. lib.* 2. *conc.* 60. *Coronid.* 2. *num.* . Salas cum alijs *de legib. diſp.* 13. *ſect.* 1. *num.* 2. Flamin. *de reſignat. beneficior. lib.* 11. *quæſt* 9. *n.* 26. Ant. Sola *ad conſtitut. antiq. Sabaud. in proœm. gloſ.* 4. *n.* 31. Gaill. *practicar. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 110. *n.* 24. Aldecan. Maſcard. *de generali ſtatutor. interpretat. conc.* 6. *à n.* 77. 55

Illud tamen ſine controuerſia non eſt, an ſcilicèt lex ſtatim poſt ſufficientem promolgationem ſubditos obliget, antequam à populo recipiatur, & vſu probetur? in quo DD. diſſentiunt, quorum plures pro vtraque parte laudat Salas, *ſup.* & Aug. Barb. *in collectan. ad c. in iſtis* 4 *diſtin.* 5. 6. vbi affirmatiuam partem ſuſtinet, & bene probat Pat. Suar. *de legib. lib.* ., *cap.* 19. *num.* 9. qui reſoluit, peccare eos, qui primùm legi non obediunt, actúſque eidem contrarios exercent, at poſtquam per tempus legitimum populus lege vſus non eſt, cùm iam vim ſuam amiſerit, nemo ad ipſius obſeruationem tenetur; quo ſenſu, communis ſententia proximè tradita accipi debet, neque enim lex vt ab initio obliget, populi acceptationem deſiderat, cùm penes Principem ſit poteſtas cogendi ſubditos ad obſeruandas leges iuſtas, quas ipſe tulerit: argument. *l.* 1. *ff. de conſtitut. Princip.* quod Pat. Suar. *vbi proximè* notat. 56

Tunc autem lex non recepta cenſetur, vt obligandi poteſtatem non habeat, cum vel per actus contrarios, Legiſlatore ſciente, excluditur; vel per decennium, etiam inſcio Principe, negligitur, ac omittitur; vt paulò inferiùs docet *D. Couar.* Sola *ſup nu.* 38. 40. Menoch. *conſ.* 719. *num.* 30. 35. Aug. Barboſ. *ſup. numer.* 14. vbi plures refert, Guttier. *numer.* 3. 4. 57

Quot actus, contrarij ad hunc effectum deſiderentur, tradit Sola *num.* 51. ex Bart. *in cap. fin. verſ. Deinde quæro, col.* 10. *de conſuetudin.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 6. *verſ. Et adde de treug. & pac.* vbi ait, quod ſi caſus, de quibus lex agit, rarò euenire ſoleant, duo ſufficiunt; alioquin plures requiruntur ſecundùm Iudicis arbitrium. 58

Sed ſi dubitetur de receptione legis, (prout circa *d. extrauagant. Ambitioſæ*, contingit) receptam fuiſſe, præſumendum eſt, ſi de eius promulgatione conſtiterit; Sola *n.* 46. 47. Maſcard. *de probat. conc.* 1331. *n.* 2. Roland. *conſ.* 90. *n.* 33. *lib.* 1. Aug. Barb. *n.* 8. vbi alij, Guttier. *n.* 9. Quidquid ſenſerit Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 2. *a n.* 2. 59

Ibi:

Ibi : *Poſteriori verò caſu.*

60 Lex etiam vſu recepta, conſuetudine contraria legitimè præſcripta abrogatur, *l. 6. tit. 1. part. 1. l. de quibus 32. in fine, ff. de legib. §. Sed naturalia, Inſt. de iur. nat. gent. & ciu.* Salas *vbi proximè*, Sola *num.* 38 Pellizzar. *in manuali Regular. tom. 1. tract. 4. cap. 1. num.* 38 Guttier. *num.* 5. Aug. Barboſ. *in collectan ad c. ols. n. 10. de conſuetud.*

61 Hæc autem conſuetudo aduerſus legem iuxta frequentiorem DD. opinionem de iure ciuili decennio introducitur; de iure Canonico quadraginta annorum lapſu, *l. 5. tit. 2. p. 1.* vbi Greg. Lop. *gloſ.* 4. Flores de Mena *variar. lib. 1. quæſt. 1. n. 64.* Aug. Barboſ. *num.* 13. vbi plures, & ita in ſpecie quadraginta annos requiri, vt cenſeatur abrogata *d. extrauagans conſtitutio* per contrariam conſuetudinem, vbi recepta ſemel fuit, docet Guttier. *num.* 10. Actus verò, qui ad inducendam conſuetudinem deſiderantur, quot ſint neceſſarij, ſecundùm veriorem ſententiam, Iudicis arbitrio relinquitur, qui, perpenſis rei circumſtantijs, æſtimabit, ex quot conſenſus Principis, & populi præſumi poſſit, Gregor. Lop. *in l. . gloſ. 1. tit. 2. part.* 1. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 81. num.* 4. qui de magis communi teſtantur, Moneta *de diſtribut. quotidian. part. 2. q. 11. num.* 27. Rota *deciſ.* 1. *num. 26. part. 2. diuerſor. in nou.* Pellizzat. *num.* 384. Circa quod aduertas cum Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 6. num.* 23. quod licèt vnicus actus non ſufficiat ad inducendam conſuetudinem, hoc fallit, ſi tractum habuerit ſucceſſiuum per tempus requiſitum ad conſuetudinem inducendam: accedit Moneta *in tract. de option Canon. cap. 2. quæſt. 2. à num.* 35. Aug. Barboſ. *n.* 16. Flores de Mena *ſup.* pro quibus facit textus *in cap. cum de beneficio, de prabend. in* 6.

Ibi ; *Apud Hiſpanos dubium eſt.*

62 Idem repetit Guttier. *num.* 8. Conſtat autem in Hiſpania apud omnes ferè receptam eſſe præfatam Pauli II. conſtitutionem quoad nullitatem contractuum qui ibi prohibentur, ſed quoad pœnas in contrahentes ſtabilitas nullibi obſeruari, vt de Archiepiſcopatu Toletano teſtatur Corduba *in ſuis quæſtionib. Theolog. quæſt.* 103. De Epiſcopatu Salmanticenſi Nauar. *in manual. cap. 27. num.* 150. De toto Regno Luſitano Pat. Molin. *diſp.* 466. *num. 10. verſ. Caietanus in ſumma*, & ita tenent etiam Pat. Vazq. *dub.* 7. Caietan. *in ſumm. verb excommunicatio. cap. 75. ad fin.* Sarmient. *de redditib. Eccleſiaſtic. part. 1. c. 2. num.* 10. Syluest. *in ſumm. verb. Alienatio, quæſt.* 15. Sed Guttier. *num.* 11. aſſerit, quod in Eccleſia Ciuitatenſi, vulgò *Ciudad Rodrigo*, vbi Canonicatum obtinuit, locationes rerum ad illam ſpectantium fiebant ad nouennium: qui omnes adnotant ſtandum eſſe vſui cuiuſque loci, ſiue conſuetudini, quam probare allegans tenetur: Lotter. *de re beneficiaria, lib. 3. q. 25. n.* 42.

Verſ. *Sextò, viſum eſt quibuſdam.*

63 Videas *ſup. à num.* 3. Ex hoc verſiculo innctis, quæ D. Couar. docuit *in princip. huius capitis*, videtur ſentire, quòd Beneficiarius, ſiue Prælatus poteſt vltra triennium fructus ſui beneficij locare (ad quod communiter allegatur) non tamen ad longum tempus, vel ad vitam; niſi dicamus cum Guttier. *n. 15. verſ. Pro quibus*, hic D. Couar. nihil decidere, ſed aliorum ſententiam referre.

64 Eſt ingens inter DD. controuerſia an ſuſtineantur contractus vetiti in *d. extrauaganti, Ambitioſa*, ſi cedant euidenter in Eccleſiæ vtilitatem, vt videre eſt apud Hermoſill. *in l. 4. gloſ. 7. à n. 3. tit. 5. p. 5.* qui pro vtraque parte plures refert: & eandem poſt multos, *num.* 11. reſoluit, valere contractum abſque iuris ſolemnitatibus initum, qui de iure abſque illis vetatur; ſi hoc expedire Eccleſiæ conſtiterit: quod itidem placuit Dian. *part. 2. tract. 8. reſolut.* 77. Pellizzar. *num.* 143. Mateſcot. *variar. lib. 1. cap. 3. num* 9. vbi de locatione; Vazq. *ſup. dub. 14. num. 53. cum ſeqq.* Delbene *d. cap. 17. dubit. 21. n.* 11. qui duo, & quoad forum conſcientiæ diſſerunt.

Ex quibus tenendum eſt, conducentem abſque iuris ſolemnitatibus vltra triennium res Eccleſiæ, non poſſe à locatione reſilire, quamuis ab eadem expelli queat; quoniam nullitas actus fauore alicuius inducta, aduerſus ipſum à nemine allegari permittitur, & actus iure irritus conſiſtit, ſi vtilis ſit ei, cui per nullitatem lex proſpicere voluit, *l. cum hi 8 §. Eam tranſactionem, ff. de tranſactionib. l. ſi index 42. ff. de minorib. l. ſi duobus 12. §. 1. ff. de bonor. poſſeſ. cont. tab. l. non eo minus 24. C. de procuratorib.* Iaſ. *in l. 2. num. 6. C. de iur. emphyteutic.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ.* 303. *num.* 58. Parlador. *differens. 12. §. 1 num.* 18. Surd. *deciſ.* 168. *num.* 7. Gratian. *diſceptat. cap. 27. num.* 31. Guttier. *practicar. lib. 3. quæſt. 12. à num.* 4. Quod nititur regula text. *in cap. quod ob gratiam* 61. *de reg. iur. in* 6. Addit verò Delbene *vbi proximè*, teneri Eccleſiam ad ſupplendas ſolemnitates, quæ in contractu defecerunt; quod aduerſarius iure poſtulabit, ne in eius præiudicium perpetuo claudicet, Bonacin. *ſup. punct. 4. num. 14. verſ. Exiſtimo tamen*, Guttier. *ſup. num. 9. verſ. Adeſt tamen.*

Libet vltimò antequam hinc abeamus referre, quæ circa locationem bonorum Eccleſiæ Sac. Conc. Trident. *ſeſſ. 25. de reformat. cap.* 11. ſancita ſunt. *Primum* ſtatuitur, quòd locationes anticipatis ſolutionibus factæ, quocunque priuilegio non obſtante, ad præiudicium ſucceſſorum non teneant, & quod nec in Romana Curia, nec extra confirmentur. *Secundum*, ne liceat iuriſdictiones Eccleſiaſticas, ſeu facultates nominandi, vel deputandi Vicarios in ſpiritualibus locare, neque conductoribus per ſe aut per alios exercere. *Tertium*, vt locationes rerum Eccleſiaſticarum, etiam authoritate Apoſtolica confirmatæ, ſint irritæ, quæ à triginta annis citra ad longum tempus, (ſeu vt in nonnullis partibus ad viginti nouem, vel bis viginti annos vocant,) factæ fuerint, eæ ſcilicèt, quas Synodus Prouincialis, vel ab ea deputandi in damnum Eccleſiæ, & contra Canonicas ſanctiones contractas fuiſſe cenſerent. 65

Ad Num. 7.

Quæritur in præſenti num bona Eccleſiæ immobilia, vel mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, abſque iuris ſolemnitatibus, ſpeciali, vel generali hypothecæ ſubijcere liceat? Ad cuius reſolutionem cum *D. Couar.* præmittendum eſt in prohibitione alienationis, quæ fauorem alicuius reſpicit, pignus, vel hypothecam venire, vt tenuit Bart. *in l. ſi fundus, §. 1. n. 3. ff de pignor*, P. Vazq. *dub. 8. n.* 35. Merlin. *de pignorib. lib. 1. q. 41. n.* 68. Neguſant. *eod. tract. part. 3. memb. 1. n. 40. in fine*, Delbene *vbi proximè, dubit. 1. num.* 30. *& dubit. 3. num.* 6. Cyriac. *tom. 2. controuerſ.* 252. *num.* 33. Pellizzar. *ſup. tract. 6. cap. 8. num.* 25. Hermoſ. *in d. l. 4. gloſ. 2. num.* 23. Bonacin. *ſup. num.* 23. Guttier. *de tutel. part. 2. c. 21. num.* 2. Galganet. *in ſimil. tract. lib. 3. q. 45. n. 9. 10.* 66

Ibi : *Non ſic in ſtricta, & odioſa.*

In materia pœnali, vel aliàs odioſa appellatione alienationis non continetur hypotheca. Sic pœna appoſita alienanti rem aliquam, non incurritur, ſi eam pignori, vel hypothecæ dederit, Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 20. n.* 17. Merlin. *ſup. num.* 16. Fuſar. *de ſubſtitutionib. quæſt. 703. num.* 3. Neguſant. *ſup. part. 2. memb. 2. num. 31. & memb. 3. n.* 73. Redoan. *de reb. Eccleſ. quæſt. 1. num.* 11. Pinell. *in l. 1. part. 3. n. 64. C. de bon. matern.* Vazq. *vbi proximè*, Caualcan. *deciſ. 3. n.* 21. 22. licèt contrarium ſenſerint aliqui apud Peregrin. *de fideicommiſ. art. 40. num. 1. 8.* vbi ait, communem opinionem non eſſe omninò tutam. Sed communis ſententia verior eſt, nam etſi lex prohibeat alienationem, & pœnam adijciat; quoad pœnam, verbum, *alienatio*, hypothecam non continet, etiam in prohibitione fauorabili; etenim vt differt vis legis, quà punit, à virtute legis, quà prohibet, *l. legis virtus 7. ff. de legib.* Ita non rectè infertur de vna ad alteram, vbi datur diuerſa ratio, Lotter. *ſup. n. 14. cum ſeqq.* 67

Ibi : *Vbi in prohibitione alienandi res pupillorum.*

Minoris in rebus mobilibus pretioſis, vel immobilibus, 68
pignus, vel hypotheca abſque iudiciali decreto conſtitui non poteſt, *l. lex, quæ tutores 22. §. 1. C. de adminiſtrat. tutor.* Ant. Gom. *variar. lib. 2. c. 14. num. 14. verſ. Sexto extende*, Merlin. *dict. lib. 2. quæſt. 39. à princip.* Pat. Molin. *diſp.* 535. *num.* 5.

*num.*5. Guttier. *d.c.*21. *in princip.* Menoch. *de arbitr. caſ.*432. *nu.*10. Gregor. Lop. *in l.*4. *gloſ.*2.3 *tit.*5. *part.*5. vbi Hermoſ. *gloſ.*2. *num.*23. qui plures refert, *& num.*24. ampliat in hypotheca generali, ſequutus Caſtill. *controuerſiar. lib.*4. *c.*61. *n.*37. Gregor. Lop. *in d. gloſ.*2.

69 Eſt tamen dubium de iure Regio, num liceat tutori, vel curatori, alienare ſiue hypothecare bona mobilia pretioſa minorum abſque decreto: Nam pars affirmatiua aduerſum ios commune probari videtur, *ex l.* 8. *verſ. Otroſi dezimos, tit.*11. *part.*5. *& l.*18. *tit.* 16. *part.*6. & ita docent Gregor. Lop. cũ dubitet, *in d. l.* 8. *gloſ.*3. Auendañ *de cenſib. c.*81. *n.*4. *in fine*, Guttier *ſup. num.*3. *verſ. Ego opinionem*, & alij apud Hermoſ. *in d. l.*4 *gloſ.* *num.*3. qui rectè, *num.*4. contrarium probat, ſcilicèt in eiuſmodi rerum alienatione, etiam de iure Regio opus eſſe decretum: In qua opinione ſunt Caſtill. *ſup. num.*30.36. Ant. Gom. *num.*13. Lara *de vit. homin. capit.*22. *n.*56. P. Molin. *vbi proximè*, Menchac. *de ſucceſſion. creat. lib.*1. §.10. *n.*72. *verſ. Decimo octauò.*

70 Bona verò prædicta minorum tacitè obligantur abſque eo, quod decretum interueniat in eis actibus, ex quibus hypotheca à lege inducitur. Sic minor dotem ſine decreto recipit, quamquam ad eius reſtitutionem res quoque immobiles obligentur, Merlin. *ſup. lib.*3. *q.*83. *à princip.* vbi alios caſus refert, Cyriac. *tom.*1. *controuerſ.*29. *num.*45. Sic domum ſibi neceſſariam, abſque decreto conducit, & tamen pretioſa mobilia manẽt pro penſione obligata, ſi in illam inferantur, Caroc. *de locat. rubric. de inueſti.* *q.*8. *n.*14. Trentacinq. *variar. lib.*1. *tit. de locat. reſolut.* *n.*5 Gratian *diſcept. c.*68. *n.*5.6. vbi rationem reddit, quia obligatio intelligitur prohibita per ipſos minores, vel adminiſtratores, non per legem, ex qua tacita inducitur hypotheca, & cum interueniat decretum legis, Iudicis neceſſe non eſt. De alijs, quę ſpectant ad obligationem rerum minoris, conſule Merlin. *d. q.*39. & Guttier. *d. cap.*21.

Ibi : *Id etiam confirmatur ex eo.*

71 Hac potiſſimum ratione prohibitus alienare, nequit hypothecam conſtituere, regulare namque eſt, vt prohibito aliquo, illud etiam vetitum cenſeatur, per quod ad prohibitum deuenitur, *l. oratio* 16. *ff. de ſponſalib.* Merlin. *lib.* 2. *q.* 6. *num.*2. Pellizzar. *in manual. Regular. tract.*4. *cap.* 5. *num.*391. Fuſar. *ſup. quæſt.*694. *n.*1.2. Menoch *conſ.*105. *nu.*16. Delbene *d. cap.* *dubit.*1. *num.*32. Rota *deciſ.*480. *n.*3. *part.*1. *diuerſor.* Olea *de ceſſion. iur. tit.*2. *q.*1. *n.*49. Ant. Gom. *in l.*40. *Taur. num.*63. *verſ. Octauò facit.* Nam ſi naturam verbi, *Alienatio*, inſpiciamus, nec impropriè, nec improprìſſimè hypothecam complectitur, Lxl. Altograd. *conſ.*1. *num.*33. quem refert Merlin. *d. q.*42. *n.*10. *in fine*, & ſentit Guttierr. *d. c.*21. *n.*8. *ad fin.* ac deducitur *ex cap. nulli, de reb. Eccl.*

Ibi : *Poſterior pars conſtat.*

72 Alienationis verbum, dominij translationem ſignificat; *l.* §. 1. *C. de fund. dotal l. alienatum* 67. *ff. de verbor. ſignificat.* Guttier. *n.* 7. Ant. Gom. *in l.*40. *Taur. num.*83. *verſ. Secundò, non obſtat*; Aug. Barboſ. *de appellatiua verbor. vtriuſque iur. ſignificatione, appellat.*14. *an.*1. Brun. à Sole *in loc. communib. verb. Alienatio, num.*2. Tuſch. *lit. A, conc.*257. Matienç. *in l.*3. *gloſ.*14. *n.*2. *tit.*19. *lib.*5. *Recopilat.*

Ibi : *Quamuis aliquot rationibus probari poſſit.*

73 Hoc ex ratione paulò ſuperiùs tradita efficaciſſimè ſuadetur: & ita generaliter verum eſt, prohibita alienatione, hypothecam quoque, vel pignus prohibitum cenſeri; niſi aliud de mente prohibentis appareat, vt docent Molin. *de primogen. lib.*4. *cap.*1. *num.* Merlin. *d. lib.*2. *quæſt.*6. *nu.*18. Lotter. *de re beneficiar. lib.*3. *c.* 5. *nu.*13. Hermoſ. *in l.*43. *gloſ.*3. *num.*15. *tit.*5. *p.*5. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*11. *tit.* 4. *num.*17. Ant. Gom. *variar. lib.*1. *cap.*12. *num.*39. *verſ. Sed aduertendum, ad medium.* Menoch. *de arbitr. caſ.*431. *num* 9. *& conſ.*116. *numer.*15. Peregrin. *ſup. d. art.*40. *num.*118 Caſtill. *controuerſiar. lib.*5. *cap.*65. *n.*33. Guttierr. *d. cap* 2. *n.*6. Bart. *in l. in quorum, n.*1. *ff. de pignorib.* Mieres *de maiorat. part.*4. *quæſt.*1. *numer.* 76. Aug. Barboſ. *ſup. verb. Alienatio, num.*9. Fuſar. *quæſt.*703. *per tot.* Alphanus, Galganet. *de tutel. lib.*3. *q.* 45. *n.*12. quod reſtringitur ad hypothecam ſpecialem, Menoch. *d. caſ.*432. *n.*13.

Ibi : *Ex his profectò conſtat.*

74 Res immobiles Eccleſiæ, vel mobiles pretioſæ, abſque iuris ſolemnitatibus obligari nequeunt, tum quia expreſſim lege prohibetur; tum quoniam aliàs interdicta eſt earum alienatio: ſub qua prohibitione, hypotheca comprehenditur. Ita probant Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. num.*83. *verſ. Septimò, textus*, Pat. Molin. *diſp.*466. *num.*1. Merlin. *d. lib.*2. *quæſt.*85. *à princip.* Azor. *tom.*2. *lib.*9. *c.*12 *quæſt.*1. Redoan. *ſup quæſt.*2. *cap.*6. *num.*11. Pat. Vazq. *dub.* 6. Aug. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.*1. *allegat.*19. *num* 65. Pellizzar. *ſup. num.*25. Quaranta *d. verb Alienatio, nu.*16. Bonacin. *d. tract. de alienat. bonor. Eccleſiaſticor. diſp.*1. *quæſt. vnic. punct.*2. *n.*13. Delbene *ſup dubit.*1. *num.*30. *& dubit.*3. *à num.*5.

Ibi : *Cuius deciſionem in hypotheca tantùm.*

75 Quæſtionis eſt, an in *d. extrauagant.* ſolùm prohibeatur ſpecialis hypotheca, non verò generalis? Et magis communiter cum D. Couar. *in præfati* tenetur, non cenſeri generalem comprehenſam, quam Prælatus in bonis Eccleſiæ abſque ſolemnitate valet conſtituere. Sic ſentiunt Merlin. *num.* Pat. Molin. Delbene, Pellizzar. Redoan. Azor. *vbi proximè*, Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad cap. nulli, num.*5. *de reb. Eccleſ.* Filliuc. *tract.*44. *c.*2. *nu.*24. Beroi. *in d. cap. nulli, num.*8. Alexand. *conſ.*216. *nu.*21. *verſ. Inſuper*, *lib.*5. Negutant. *ſup. part.*2. *princip. num.*3. Caſtr. Palao. *tract.*9. *diſp. vnic. de reb. Eccleſ. punct.*14. §.2. *num.*3. Galganet. *de tutel. lib.*3. *quæſt.*45 *num.*12. Hermoſ. *in l.*4. *gloſ.*2. *num.*41. *tit.*5. *part.*5. vbi alij. Quamuis contrarium tueantur Quarant. *ſup. num.*17. Bonacin. *d. nu.*23. Rodrig. *quæſtion. Regular. quæſt.* 7. *art.* 1. Vazq. qui indiſtinctè loquitur, *vbi proximè*, & alij non improbabiliter, vt fatetur Delbene *d. dubit.*4. *num.*9.

Sed à communi recedendum non eſt; nam, vt ait Molina, conſtitutio Pauli II. excipit caſus à iure expreſſos, quanquam abſolutè hypothecam prohibuerit; obligatio autem generalis rerum Eccleſiæ antea non erat vetita, vt conſtat *ex d. cap. nulli*, vbi ſolùm fit mentio hypothecæ ſpecialis, atque ita generalis erat permiſſa, vt *ibi* Panormitan. docuit, quare iuris correctio vitanda erit: nec nouum eſt, quòd leges poſteriores per anteriores determinentur, *l. ideò* 27. iuncta Gloſſa, *ff. de legib.* & ita apud Regulares vſu receptum eſſe, teſtis eſt Pellizzar. *ſup* nam in ſuis contractibus bona Monaſteriorum generaliter obligant, nulla interueniente ſolemnitate. Quod limita, ſi res tradatur; Merl. *num.*15.

76 Ratio huius ſententiæ, quæ hic à *D. Couar.* & communiter traditur, eſt, quia per hypothecam ſpecialem magis res afficitur, quam per generalem: quod etſi verum ſit quoad aliquos iuris effectus, quoad periculum tamen, quòd perueniatur ad alienationem, nulla differentia reperitur, quia tantum operatur generalis in ſuo genere; quantùm ſpecialis in ſua ſpecie; Merlin. *ſup. lib.*4. *q.*140. *num.*12. Socin. Iun. *conſ.*119. *nu.*18. *lib.*2. Roland. *conſ.*62. *num.*17. *lib.*2. Nec vna eſt potior altera, Flor. de Mena, *variar. lib.* 1. *quæſt.*6. *num* 32. Gail. *practicar. obſeruat.*15. *lib.*2. *obſeruat. num.*4. Merl. *d. lib.*4. *q.*2. *num.*7. & probatur *in l. ſi generaliter* 6. *C. qui potior.* Quapropter dici poteſt, ideò hypothecam generalem eſſe permiſſam, ne iuris ſolemnitates in omnibus contractibus de rebus Eccleſiæ adhibere neceſſe foret, quòd ſatis onerofum, ac difficilè obſeruatu eſſet, atque Prælatorum poteſtas maximè coarctaretur; cum enim in Inſtrumentis cuiuſque obligationis vſus inualuerit ad ſecuritatem contrahentium generalem bonorum hypothecam adijcere, vt experientia docet, nullus abſque hac cautela vellet circa res Eccleſiæ contrahere; atque ita ſolemnitates ſemper requirerentur, vt Prælati poſſent quemcunque contractum inire; per quod adminiſtratio bonorum Eccleſiæ impoſſibilis ferè redderetur, propter quod malum vitandum, cum maius ſit, minus ſuſtinetur, nempè res Eccleſiæ periculo alienationis per generalem

neralem hypothecam exponi: iuxta regulam text. *in l. quoties nihil* 101. *ff. de reg. iur.*

Ibi : *Illud verò prætermittendum non eſt.*

77 Pœnæ ſtabilitæ aduerſum alienantes abſque ſolemnitatibus iuris bona Eccleſiæ, non incurruntur, niſi ſequuta eorum traditione; ſic vendens, aut donans, antequam tradat, immunis erit, Lotter. *ſup. d. cap.* 13. *num.* 3. *cum ſeqq.* Pellizzar. *num.* 7. 146. Merlin. *d. quæſt.* 85. *num.* 15. Pat. Vazq. *dub.* 8 *n.* 15. Nauar. *conſ.* 18. *de reb. Eccleſ. non alienand.* Delbene *ſup. dubit.* 1. *ex num.* 59. Ricci. *deciſ.* 65. Fillitic. *tract.* 14. *num.* 119. Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. alienatio, num.* 50. Aug. Barb. *in collectan. ad extrauag. Ambitioſæ, num.* 14. *de reb. Eccleſ.* licet Bonacin. *d. quæſt. vnic. punct.* 5. *num.* 2. & aliqui alij ſenſerint ſatis eſſe, quòd contractus prohibitus celebretur. Sed communis ſententia retenta ampliatur, quamuis alienans conſtituat ſe nomine eius, in quem res alienatur poſſidere, quoniam hæc eſt ficta traditio. Menoch. *conſ.* 792. *num.* 3. quæ ad incurrendam pœnam non ſufficit, vt rectè explicat Lotter. *ſup. à num.* 8. Guid. Pap. *deciſ.* 101. *à num.* 3. quoniam adhuc actus alienationis imperfectus iudicatur.

78 Quoad hypothecam autem ſpecialem, vt propter eam pœnæ non contrahantur, niſi res obligata fuerit tradita, docet Lotter. *à num.* 15. Merlin. *vbi proximè*, ſed contra ſentit Pat. Molin. *diſp.* 466. *num.* 1. cuius fundamenta non parùm vrgent aduerſus *D. Couar.* pro quo poteſt reſponderi, quòd ad incurrendas pœnas ob obligationem rerum Eccleſiæ prohibitam, neceſſe eſt, vt ſaltem iure pignoris ad creditorem res hypothecatæ perueniant, vt ſentiunt Merlin. *d. quæſt.* 85. *num.* 6. 15. Neguſant. *de pignorib. part.* 2. *princip. num.* 3. licèt non diuendantur, aut diſtrahantur. Nec obſtant illa verba D. Couar. hic: *Non enim dicitur res alienata, donec traditio facta fuerit.* Quia referri debent ad alienantes, non ad contrahentes hypothecam, etſi de omnibus promiſcue egerit.

Ad Num. 8.

79 Res Eccleſiæ etiam in pignus dari prohibentur, ità ſentiunt, ac docent omnes laudati *ſup. num.* 74. Quod à fortiore ratione procedit; nam ſi hypotheca prohibetur, quæ penes obligantem permanet, multò magis interdicendum eſt pignus, quod in creditorem realiter tranſit, vt notat Merlin. *ſup. num.* 6. Quam differentiam inter pignus, & hypothecam tradit Vlpianus *in l. ſi rem alienam* 9. §. *Non tantum, in fine, ff. de pignorat. action.* & explicat Merlin. *lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 5. Adde Aug. Barb. *in collectan. ad l. ſancimus* 17. *n.* 7. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* vbi plures.

Ibi : *Et nihilominus diſtinguere oportet.*

Adde Pat. Vazq. *dub.* 9. Delbene *dubit.* 9. *in princip. n.* 24. Pat. Molin. *diſp.* 468. *n.* 1.

Ibi : *Priores res alienari poſſunt.*

80 Quatuor cauſæ communiter recenſentur, ex quibus res immobiles Eccleſiæ alienari permittuntur. Neceſſitas ipſius Eccleſiæ, velut æs alienum, aut reparatio fabricæ neceſſaria, quibus aliomodo ſubueniri non poſſit. nam ſi beneficiarius, aut Prælatus fructus ex beneficio ſuperfluos habuerit, eos tenetur potius impendere, quàm bona Eccleſiaſtica diſtrahere; Bonacin. *ſup. punct.* 3. *num.* 1. *verſ. Obſeruant tamen*, Ricc. *deciſ.* 103. *verſ. Alienari*, Delbene *vbi proximè, num.* 22. 23. Genuenſ. *in prax. Neapolit. cap.* 89. *num.* 4. Tabiena *in ſumm. verb. alienatio, num.* 4. atque ita ſæpius Rotam deciſiſſe teſtatur Delbene, *num.* 23. Rei ſterilitas, vt ſi domus plus propter reparationes conſumat, quàm reddat. Vtilitas Eccleſiæ, nam fundus diſtrahi poterit, ad alium magis pinguem comparandum, ex qua cauſa etiam calix, aliaue res cultui Diuino deſtinata alienari permittitur, vt melior ſubſtituatur; Bonacin. cum alijs, *verſ. Tertia cauſa eſt*, Delbene *num.* 3. Vltima cauſa eſt pietas, vt ſi opus fuerit alienatio ad fidem propagandam, captiuos redimendos, & pauperes alendos, ne fame, aliáve calamitate pereant. De quibus Delbene *dict. dubit.* 9. *num.* 1. *cum ſeqq.* Aug. Barbol. *ſup. allegat.* 95. *num.* 23. *cum ſeqq.* Pat. Molin. *ſup. num.* 1. Gregor. Lop. *in l.* 1. *gloſ.* 1. *cum ſeqq. tit.* 14. *p.* 1. Bonacin. *ſup. num.* 1. Rebuff *in compend. de alienat. rer. Eccleſ. num.* 9. Pat. Vazq. *dict. dub.* 9. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. rubric. de cauſ. propt. quas fiunt alienat. per tot.* Leſſ. *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 11. *ex num.* 63. Camill. Borell. *in ſumm. deciſ. tom.* 1. *tit.* 15. *de reb. Eccleſ. non alien. num.* 2. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 171. *num.* 8. & licet *dict. l.* 1. *tit.* 14. *p.* 1. ſex cauſas expreſſerit, omnes ad quatuor traditas reducuntur.

Ibi : *Imò & ex ſumma neceſſi ate.*

Si cauſa occurrerit, propter quam alienatio bonorum 81
Eccleſiæ ſit neceſſaria, prius incipiendum eſt ab eis etiam immobilibus, quæ cultui Diuino non deſeruiunt; & ſi quæ deſeruiunt vendi oportuerit, prius quæ conſecratæ non ſunt, alienari debent; Pat. Vazq. *ſup. num.* 35. Pat. Molin. *vbi proximè*,

Nota, licere abſque ſolemnitate per donationem alie- 82
nare reliquias exiguas Sanctorum, niſi ibi ad perpetuam ſepulturam ſint conditæ, quæ abſque aſſenſu Pontificis extrahi prohibentur: Ita Delbene *dubit.* 1. *num.* 53. *cum ſeqq* vbi de ſtylo Curiæ ſeruari aſſerit Ricc *deciſ.* 63. *n.* 5. 6. Pellizzar. *dict. cap.* 8. *num.* 91. Bonacin. *punct.* 1. *num.* 51. Dian. *part* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 213. & ſic fieri poſſe declarauit Sacra Congregatio, teſte Aug. Barboſ. *in collectan. Bullar. verb. Reliquia*, quem refert Delbene *ſup.*

Ibi : *Cauſa verò præcipua.*

Poſſe ad ſubueniendum pauperibus, vt à morte, capti- 83
uitate, vel alia ſimili calamitate liberentur, bona Eccleſiæ diſtrahi, etiamſi Diuino cultui ſint conſecrata, docent vltra eos, quorum ſupra meminimus, *num.* 80 Benincaſ. *de paupertat. ſpecial.* 4. *in contractib. à num.* 19. Velaſc. *de priuileg. pauper. part.* 1. *quæſt.* 12. *num* 41, Boer. *deciſ.* 158. *n.* 3. Buccaron. *de different. int. iudic. ciuil. & crimin. differen.* 100. *num.* 13. Euerard. *in loc. legalib loc. a pari*, *num.* 3. Gratian. Falcon. *reg.* 18. *num.* 5. Molla *in empor. iur. part.* 1. *tit.* 1. *de legib. quæſt. vlt. num.* 26, Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 12. *num.* 11. Nouar *in prax. electio. & variat. fori, quæſt.* 44. *ſelt.* 1. *à num.* 3. Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. aurum*: 12. *quæſt.* 2. vbi alij, Greg. Lop. *in l.* 40. *gloſ.* 2. *tit.* 5. *part.* 1. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *caſ.* 8. *n.* 30.

Hinc Eccleſiæ bona pauperum eſſe dicuntur, *c. indignè*, 84
12. *quæſt.* 2. *cap. vlt.* 16. *quæſt.* 1. *cap. quod autem*, 23. *quæſt.* 7. *auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſiaſt.* §. *Si vero, collat.* 2. vbi gloſ. *verb. pauperum*, Velaſc. *ſup. quæſt.* 7. *num.* 19. Gonçal. *ſup. num.* 16. & illa eorum mater ob pietatem meritò nuncupatur, Gratian. *in cap.* 1. §. *Poteſt etiam*, 14. *q.* 1. Greg. Lop. *in rubric. tit.* 18. *p.* 1. Velaſc. *ſup. q.* 7. *n.* 31.

Ibi : *Non tantum ad alendos proprios parochianos.*

Proprijs tamen prius ſuccurrendum eſt, quam extraneis, 85
ſi in æquali neceſſitate conſtituti ſint, Gloſ. *in c. ſicut*, 12. *q.* 2. Greg. Lop. *in d. l.* 1. *gloſ.* 4.

Ibi : *Simulacra enim viuentia.*

Ex hac Gregor. Lop. *in d. l.* 40. *gloſ.* 10. *ad med. tit.* 5. 86
part. 1. docuit, quod ſi Eccleſia, & pauperes neceſſitate premerentur, potius his, quam illi, cæteris paribus largiendum erit, quia Deus Eccleſiam fecit propter hominẽ, non autem hominem propter Eccleſiam, iuxta illud *Machabæor. lib.* 2. *cap.* 5. *verſ.* 19. *Verum non propter locum gentem, ſed propter gentem locum Deus elegit.* Quod verum eſt, ſi pauper alias eſſet periturus, vt idem Gregor. Lop. explicat *in d. gloſ.* 2. vbi ait, quòd Eccleſia egens, extra caſum extremæ neceſſitatis pauperum, eſt præferenda.

Ad

Ad Num. 9.

87 Cum plurima ſint priuilegia paupertati conceſſa, de quibus per Velaſc. *in tract. de priuileg. pauper.* Rebuff. *de priuileg. Scholar. priuileg.* 90. Gonçal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 2. *num.* 15. Cornel. Benincaſ. *de priuileg. pauperum.* frequentiſſime ſolet diſputari, an illi, quos propria ſcelera ad inopiã conduxerunt, illis gaudere poſſint? de quo Velaſc. *q.* 54. *per tot.* Sic in præſenti quæritur hoc ipſum circa alienationem bonorum Eccleſiæ, quæ ad ſubueniendum pauperum neceſſitatibus fieri debet; & quod non ſit facienda propter eos, qui patrimonio ſuo ſunt abuſi, ſuadetur *ex l. ſi fideiuſſor.* 7. §. 1. *ff. qui ſatisdar. cogantur*, *l. ſiue hereditaria* 23. *ff. de negot. geſt.* Gloſ. *ver. ad inopiam*, *in cap. qua in Eccleſiarum de conſtitutionib.* Bald. *in Authent. res quæ, C. commun. de legat.* Matienç. *in l.* 6. *gloſ.* 3. *num.* 32. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopil.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam verb. bona, num.* 1. *C. de reuocand. donat.* And. de Iſernia *in conſtitut. Neapol. lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 9. Afflictis *ibidem, num.* 18. 26. Menoch. *conſ.* 55. *n.* 12. Rebuff. *ad leg. Gallia tit. de ſentent. proceſ. gloſ. vlt. col.* 4. & alij apud Velaſc. *nu.* 1. Horat. *epiſtolar. lib.* 1. *epiſt. ad Lollium*, ibi:

Quem ſua culpa premet, deceptus omitte tueri.

Ex quibus conſtat, indignos eſſe miſerorum auxilijs, qui ſeſe delinquendo in egeſtatem proiecerunt, atque ita non eſſe bona Eccleſiaſtica diſtrahenda, vt ipſis ſuccurratur.

88 Sed quòd, etſi culpa ſua cauſam dederint paupertati, non ideo egenis ſua priuilegia debeant denegari, placet D. Couar. *practicar. cap.* 6. *n.* 2. *verſ. Sed ſi in paupertatem*, Nouar. *ſup. quæſt.* 16. *ſect.* 1. *à num.* 4. Per. Barboſ. *in l. maritum, n.* 73. *ff. ſolut. matrimon.* Sola *ad conſtitut. Sabaudia, tit. de venationib. & piſcationib. gloſ.* 2. *nu.* 3. Melo *de induc. debitor. cap.* 11. *n.* 15. 16. Giurba *dec.* 43. *n.* 27. Carleual. *de iudiciis, tom.* 1. *diſp.* 2. *q.* 6. *ſect.* 7. *num.* 6. 6. & alij, quos cumulat Velaſc. *d. quæſt.* 54. *ex num.* 7. Quæ ſententia etſi vera regulariter ſit, limitatur dupliciter, vt per D. Couar. ſtatim, *verſ. Secundò, illud*, cum *ſeqq.* Vide *inf. n.* 91. 92.

Verſ. *Contrariam ſententiam.*

89 Quòd res Eccleſiæ ſint alienandæ pro alendis, aut redimendis pauperibus, etiamſi proprio vitio, ac crimine bonis careant, docuere Velaſc. *vbi proximè*, Iacob. de Graſſis *in deciſion. caſuum conſcient. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 96. Carleual. *ſup.* Par. Vazq. *dub.* 10. Mexia *ſup. conc.* 1. *num.* 8. Surd. *conſ.* 367. *num.* 42. 43. Pro quibus facit, quod de filio prodigo legitur apud *Luc. cap.* 15. *à verſ.* 11. Eccleſia enim mater eſt omnium fidelium, maximè pauperum, Gonçal. *dict. gloſ.* 2. *num.* 15. & ſupra dixi, *num.* 84. cultrixque pietatis, Mareſcot. *variarum lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 10. Quare etſi filius perperam ſubſtantiam propriam abſumpſerit, non ideo eius miſereri non debet.

Verſ. *Primum ergo fateor.*

90 Ne quis fame, aliáve calamitate oppreſſus pereat, bona Eccleſiæ diſtrahi debent, ſi aliundè ei ſubueniri non poſſit, quanquam ſua culpa in ea neceſſitate ſit conſtitutus, *l.* 40. *verſ. Mas ſi acaeciſſe, tit.* 5. *p.* 1. P. Vazq. *vbi proximè*, Menoch. *ſup. n.* 41. 42. Mexia *d. n.* 8.

Verſ. *Secundò, illud adnotandum.*

91 Ei, qui conſulto propriæ inopiæ cauſam præſtitit, volés fieri pauper, vel ad fraudandos creditores, vel ad priuandos liberos legitima, ob aliamve cauſam, paupertatis priuilegia denegantur, Bald. *in l. ſi quis iudicio, ff. Si quis cautionib.* Pat. Vazq. *d. dub.* 10. *num.* 37. Menoch. *num.* 39. Velaſc. *q.* 22. *num.* 42. Ioan. Baptiſt. Marcheſan. *de commiſſ. p.* 2. *de commiſſ. annot. at. cauſar.* §. 2. *n.* 52. Mexia *n.* 10. Marc. Mantu. *in cap. qua in Eccleſiarum, num.* 64. *de conſtitutionib.* Baëza *de inop. debitor. cap.* 8. *num.* 15. *verſ. illud tamen*, Sforcia Odd. *de reſtitut. in integ. part.* 2. *q.* 11 *art.* 10. Gamma *deciſ.* 25. *num.* 2. Benincaſ. *ſup. q.* 4. *princip. n.* 42. Pinell. *in auth. Niſi tricennale, n.* 46. *C. de bon. matern.* Quod limita, niſi neceſſitas vrgeat, quia illi ſuccurrendum eſt, ne pereat, Benincaſ. *n.* 94. Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 25. *n.* 10. 15. Velaſc. *quæſt.* 54. *n.* 27. Iacob. de Graſſis. *ſup. d. cap.* 96. *n.* 6. D. Couar. *verſ. Proximo*, Azeued. *in l.* 1. *num.* 44. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopilat.*

Verſ. *Tertiò, eſt in eadem quæſtione.*

Qui culpa ſua etiam non ordinata ad paupertatem incidit in eam, non gaudet priuilegijs pauperum in præiudicium Tertij, Cancer. *variar. part* 2. *cap* 9. *num.* 48. Sola *vbi ſupra.* Pet. Barboſ. *n.* 73. Pat. Vazq. *dict. dub.* 10. *n.* 37. *verſ. Tandem*, Mexia *n.* 10. 92

Illi autem, qui allegat, quemquam propria culpa ad inopiam perueniſſe, onus probationis incumbit, ſiue agendo, ſiue excipiendo id proponat, argumento *l. quoties* 18. §. *Qui dolo, ff. de probat.* Velaſc. *ſup. n.* 38. 93

Ibi : *Ex eo deducentes, prohibitum ex cauſa.*

De quæſtione hac conſulas Menoch. *ſup.* fuſè agentem, *ex n.* 41. Velaſc. *à n.* 17. Pinell. *ſup. verſ. Sic in paupertate*, P. Vazq. *vbi proximè.* 94

Ibi : *Et licèt Fulgoſius in* d. auth. res, quæ.

Fulgoſium contra *D. Couar.* ſequitur Menoch. *d. caſ.* 182. *n.* 64. 65. nam ex maxima parentum erga liberos charitate præſumitur, vt potius vellet teſtator fideicommiſſum extingui, quam illos carceri mancipatos pati. 95

Verſ. *Quartò, etſi pium, & licitum.*

Etiam delinquentibus humanitatis, ac miſerationis ſubſidia ſunt exhibenda; licèt enim peccata odio ſint habenda, homo tamen diligendus eſt, ac iuuandus, *cap. odio*, 86. *diſtinct. cap. duo iſta* 35. 23. *q.* 4. *cap. Quamobrem circa medium*, ibi: *Nec enim Deus hominibus, ſed vitijs iraſcitur. de pœnit. diſt.* 1. Vnde ex bonis Eccleſiæ pro ſceleribus carceratis alimenta præſtari debent, ne fame abſumantur; horum enim miſerabilium cura etſi Iudicibus ſecularibus ſit iniuncta, *l. iudices* 10. *C. de Epiſcop. audient. l.* 3. *tit.* 24. *lib.* 4. *Recopilat.* Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ.* 6. *cap.* 1. *num.* 15. Bobadill. *in Polític. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 63. maximè ad Prælatos Eccleſiaſticos ſpectat, vt conſtat *ex Concil. Aurelianenſ.* 5. *cap.* 17. quo ſanctè ſtatutum eſt, quod Archidiaconus, vel Præpoſitus Eccleſiæ ſingulis diebus Dominicis carceres adeat, vt neceſſitatibus pauperum prouideat, & quod Epiſcopus miniſtrum idoneum præponat; qui ex bonis Eccleſiæ eis omnia ad victum neceſſaria largiatur. Notat Sandoual *de carcere c.* 17. Bobadill. *ſup. num.* 108. Monachi quoque in ſolitudine Africæ inhabitantes, ex eo quod operis ſuis comparabant, carceratis ſubuenire ſolebant, Caſſian. *lib.* 10. *c.* 21. Ioan. Diacon. *lib.* 4. *de vit. D. Gregor. cap.* 63. & quantum pietatis, ac meriti opus illud importet, fusè oſtendit Sandoual. *ſup. cap.* 3. 101 Bobadill. *d. num.* 63. 96

Ibi : *Non tamen poſſum mihi perſuadere.*

Res immobiles Eccleſiæ, aut mobiles pretioſæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, diſtrahendæ non ſunt, vt qui pro ſuis ſceleribus carceri mancipantur, ab eo liberentur; Pat. Vazq. *ſup.* Redoan. *quæſt.* 11. Bonacin. *d. punct.* 3. *n.* 1. *verſ. Secunda cauſa*, Mexia *n.* 8. Vide *contra ſup. n.* 89. 97

Ibi : *Imò pro redimendis à carceribus his:*

Adde Mexia *vbi proximè.* Sed contra mentem DD. hoc eſſe videtur, qui communiter docent iuſtam cauſam ad alienanda præfata Eccleſiæ bona, eſſe libertatem eorum, qui in vinculis publicis detinentur, vt videre eſt apud Velaſc. *q.* 22. *n.* 41. vbi plures refert, Ioan. Garcia *regul.* 158. *n.* 5. & quamuis D. Couar. concedat, licere eam alienationem fieri, cum vel ipſo carceratus, vel alij, quibus erat alimenta ſuis operis exhibiturus, vt vxor, & liberi alias fame perirent, hæc cauſa non reſpicit libertatem oppreſſi, ſed vitæ conſeruationem; nec dici poterit, bona diuendi, 98

vt quis à vinculis eximatur, ſed ne fame moriatur, atque ita liberationem carceratorum à cauſis pietatis quoad alienanda Eccleſiæ bona, *D.Couar.* excludit. In quo exiſtimo plurimum Prælatorum arbitrio deferendum.

Verſ. *Quarto his addiderim.*

99 Legatum relictum pro redimendis eis, qui apud hoſtes in ſeruitute ſunt, per executores teſtamenti applicari nequit ad liberandos exiſtentes in carcere, ſiue pro criminibus, ſiue pro debitis.

Verſ. *Ex quibus omnibus.*

100 Bona Eccleſiæ alienari non poſſunt pro liberatate eorũ, qui ad triremes dãnantur, Vazq. *d.n.*37. Mexia *vbi proximè.* Quod tamen poſſet limitari ex mente D.Couar. *ſup. verſ. Quartò, etſi pium, in fine,* quando remex teneretur, ac poſſet ſuo labore aliquibus alimenta præbere, qui aliàs inedià eſſent extinguendi, vt parens, vxor, liberi.

101 Cum ſæpè rerum mobilium pretioſarum, ac immobilium in ſuperioribus meminerimus, oportet ſcire, quæ illæ ſint. Quoad alienationis itaque prohibitionem in hoc tractatu, bona immobilia dicuntur, nedum quæ corporalia ſunt, & à loco amoueri non poſſunt, vt fundus, domus, ſed etiam iura, quæ ſtabilia ſunt, vt ſeruitutes, ius patronatus, vſusfructus, annui redditus, cenſus, & ſimilia; item iura & actiones ad immobilia, Delbene *dubitat.* 2. *ſection.*1.*n* 1. *cum ſeqq.* vbi plures, Aug.Barboſ. *d.allegat.*95.*n.*46. Bonac. *ſup punct.*2.*n.*19. Vazq *ſup.dub.*13. *n.*45. Hermoſil. *in l.* 15.*gloſ.*1.*num.*60.*cum ſeqq.tit.*5.*p.*5. P.Molin. *diſp.*465.*n.*3. Inter quæ, etiam beneficia Eccleſiaſtica enumerat, atque Delbene *ſup.n.*2. Quod eſt intelligendum ita vt non ſolum Eccleſiæ debitæ ſeruitutes, cenſus, vel vſusfructus in alios transferri prohibeantur, ſed etiam de nouo ſuper bona Eccleſiæ conſtitui, vt præter laudatus notat Pellizzar. *d. c.*8.*n.*36.49. qui *n.*42. benè aduertit, quod ad extinctionem cenſuum redimibilium, quos ſuper bona aliorum habet Eccleſia, nulla cauſa, aut ſolemnitas deſideratur, cum ex natura contractus cenſualiſta ius redimendum, etiam inuita Eccleſia, habeat, quod ei denegari nequit, quanquam non expediat; pecunia tamen ea redemptione cenſus percepta implicari debet in emptione alterius, aut rei immobilis, nec abſque ſolemnitatibus expendi permittitur in ſolutionem æris alieni etiam fœneratitij; vt de Regularibus agens probat Pellizzar. *n.*43.44. Sunt autem bona immobilia, quæ alienari poſſunt, non interuenientibus iuris ſolemnitatibus, propter eorum tenuitatem, vt terrulæ ſteriles, de quibus cura non habetur, *cap. terrulas,* 12.*q.*2. Aug. Barboſ. cum multis, *n.*50. Delbene *vbi proximè, n.*20. *verſ. Ratio autem,* Maſcard *de probat.conc.*73. *n.* 26. Quaranta *in ſumm. Bullarij, verb. alienatio, n.*41. Pelizzar. *n.* 136. qui teſtatur, ita declaraſſe S.Congregat. 19. *Decemb. anno* 1596. his verbis. *Sacra Congregatio cenſuit, neque Conſtitutionem Pauli II. neque Conc.Trident. decretum derogaſſe diſpoſitioni cap. Terrulas,* 12.*q.*2. Eſt tamen neceſſitas, ſine cauſa opus, vt *in d.cap. Terrulas,* expreſſum eſt, & aduertunt præcitati, & Hermoſ. ex alijs, *n.*87.

102 Bona mobilia pretioſa (quæ immobilibus in hac prohibitione æquiparantur, & ſimiliter alienari abſque ſolemnitate nequeunt, Delbẽne *n.*8.9. Barboſ. *nn.* 39. Bonacin. *punct.*2.*n.*2. Hermoſ. *n.*17.58. Pellizzar. *n.*9. Ricc. *in prax. for. Eccleſ. deciſ.*61.) dicuntur vaſa argentea, vel aurea, bibliotheca copioſa, veſtes maioris pretij, & alia huiuſcemodi. Quantùm valere debeat res, vt in hoc tractatu pretioſa cenſeatur, certò definiri non poteſt, ſed Iudicis arbitrio committitur, Bonac. *punct.*4. *n.*5. *verſ. Ad cognoſcendum,* Redoan. *q.*10. Filliuc. *tom.*3. *tract.*44. *c.*4. *n.*4. Barboſ. *nn.*51. Quarant. *ſup.* Marc. Ant. Genuenſ. *in prax. Neapolit. c.*60. *num.*3. Hermoſ. *n.*88. Peirin. *tom.*1. *de priuileg. Minimor. in Conſtitut.* 9. *Iulij II. n.*15. Ricc. *deciſ.*39. *num.*8. Sacra verò Congregatio declarauit, rem non eſſe pretioſam, quæ valorem viginti quinque ſcutorum aureorum non excedit, Delbene *dubit.*1.*n.*23. vbi alij.

An pecuniam, quæ in Montibus pietatis, vel in cambijs
103 implicata fructificat, aut quæ deſtinata eſt ad emptionem immobilium, poſſit Prælatus abſque ſolemnitatibus in alios vſus expendere, ac alienare? docent Delbene *dubit.*2. *ſect.*3. Aug.Barb. *à nn.*40. Vazq. *ſup. n.*44. Pellizzar. *n.*101. *cum ſeqq.* Bonac. *vbi proximè, num.*5. qui negatiuè reſpondent. Idemque dicendum eſt de pecunia repoſita in ſubſidium inſtar theſauri pro neceſſitatibus Eccleſiæ, Barboſ. *num.*41.

Non tamen ſufficit, rem eſſe pretioſam, ne alienari poſ- 104
ſit; ſed etiam requiritur, quod ſeruando ſeruari queat in longum tempus, atque ita res, quæ vltra triennium ſua natura permanere non poteſt, & quæ vſu conſumitur, nec fructificat alienari non prohibetur, vt vinum, oleum frumentum, & ſimilia, quorum etiam maxima quantitas diſtrahi abſque ſolemnibus permittitur, Delbene *dubit.*1. *ex n.*57. Hermoſill. *n.*18. *verſ. Ea enim,* Pellizzar. *n.*9. Bonacin. *punct.*2.*n.*4. Pat.Molin. *n.*4. vbi de veſtibus, mancipijs, & iumentis, quæ vtique ſic alienari poſſunt.

His addendum erit, quòd ſi res diſtrahenda, fuerit con- 105
ſecrata, aut alteri Eccleſiæ vendi debet, vt eidem vſui ſacro deſeruiat, aut ſi ad laicos transferatur, prius conflanda eſt, quam tradatur; *l. ſancimus* 19. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. l.*2. *tit.*14.*p.*1.*c.*2. *§. Præterea:* 10.*q.*2. Molin. *d.tract.*2.*diſp.*340. *n.*22. Hermoſ. *ſup.n.*15.

AD CAPVT XVII.

De ſolemnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ adhibendis: ac de Emphyteutis Eccleſiaſticæ conceſſione.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ quomodo in emphyteuſim concedi permittatur.*
2 *De ſolemnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ requiſitis, qui egerunt.*
3 Eccleſiæ *nomine quæ loca contineantur, cum de bonorum alienatione prohibita tractatur.*
4 *Quæ ſolemnitates de iure ad alienationem bonorum Eccleſiæ deſiderentur, vſque ad n.*17.
18 *Alienatio bonorum Eccleſiæ valet, etſi non interueniant ſolemnitates legibus ſecularibus introductæ.*
19 *Caſus, in quibus alienatio, omiſſis ſolemnitatibus tenet, recenſentur ad n.*24.
25 *Caſus a Neoterico inuenti reijciuntur.*
26 *Alienatio ſub conditione impetrandi aſſenſum a Pontifice an valeat.*
27 *Tractatus vnicus ſufficit in alienatione bonorum Eccleſiæ.*
28 *Epiſcopo volente rem Eccleſiæ, etiam inferioris, alienare, Capitulum ad tractatum, & conſenſum præſtandum vocari debet.*
29 *Quid ſi Rector Eccleſiæ inferioris author ſit alienationis.*
30 *Quomodo Prælatus in alienationibus his authoritatem interponat.*
31 *Quis authoritatem præſtet, vbi Eccleſia eſt in vna Diœceſi, & bona eius, de quorum alienatione tractatur, in altera.*
32 *Alienatio rerum pretioſarum Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, non ſubſiſtit, niſi concurrant, & iuris ſolemnitates, & cauſa iuſta.*
33 *Pontifex an iuſtè poſſit alienationi rei Eccleſiaſticæ abſque cauſa conſentire, aut per ſe alienare.*
34 *Alienatio ſolemnis abſque cauſa num mero iure valeat? & quid ſi iuſta cauſa interuenire falsò putabatur? ad num.*36.
37 *Alienatione ſolemniter facta, iuſta cauſa fuiſſe creditur.*
38 *Secus ſi ſolemnia defecerunt.*
39 *Vt alienatio rei Eccleſiaſticæ pro ære alieno ſoluendo diſtracta ſubſiſtat, quæ probari ab emptore debeant? & num.*40.
41 *Eccleſia non obligatur ex mutuo, niſi probetur in eius vtilitatem eſſe verſum, & quid de Ciuitate? ad n.*48.
49 *Verſio pecuniæ in vtilitatem Eccleſiæ quomodo probetur.*
50 *Res Eccleſiæ abſque iuris ſolemnitatibus in emphyteuſim dari non poteſt.*
51 *Limitatur, de quo ad n.*57.

58 *Solemni*

58 *Solemnitates iuris in alienatione bonorum iure præſcriptæ, an poſſint tolli conſuetudine, ad n.62.*
63 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro hæredibus accepta abſque iuris ſolemnitatibus, iuxta conſuetudinem, ad quos tranſeat.*
64 *Textus in* auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. §. Emphyteoſim, & §. Licentiam, *conciliantur, ad num.66.*
67 *Res Eccleſiaſticæ poſſunt in emphyteuſim perpetuò, & pro quibuſcunque hæredibus concedi, ſeruatis iuris Canonici ſolemnitatibus; & n.68.*
69 *De conſtitutionibus Principum ſecularium quoad alienationem bonorum Eccleſiæ curandum non eſt.*
70 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica accepta pro aliquo, & eius hæredibus in perpetuum, iuris ſolemnitatibus adhibitis, an ad extraneos pertineat? ad n.75.*
76 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro quibuſcunque hæredibus accepta, ad extraneos ſpectat, n.77.*
78 *De alijs formulis dandi rem Eccleſiaſticam in emphyteuſim, vt ad extraneos ſucceſſores peruenire poſſit.*
79 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ex coniecturis præſumitur ita conceſſa, vt ad extraneos heredes deueniat.*
80 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica præſcriptione quæſita, ad quos heredes tranſeat? & n.81.*
82 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſimpliciter accepta, ad quos transferatur? & n.83.*
84 *Emphyteuſis ab Eccleſia conceſſa ad certum tempus, etiam ad extraneos deuenit ſucceſſores.*
85 *Quid ſi detur ad tertiam, vel quartam generationem.*
86 *De varijs formulis concedendi emphyteuſim, remiſſiuè.*

1 PAulus II. *in Extrauagant. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. inter Cõmunes,* permittit, res Eccleſię in emphyteuſim abſque iuris ſolemnitatibus concedi, modò tria concurrant: *Primum*, quòd dentur in caſibus à iure permiſſis: *Secundum*, vt ſint iam ſolitæ emphyteuticari: *Tertium*, quòd in Eccleſiæ vtilitatem conceſſio cedat euidenter; de quibus per Auguſt. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. part. 3. allegat. 95. à nu. 22.* Franciſc. Pellizzar. *in manuali Regularium, tom. 1. tract. 6. cap. 8. num. 18. cum alijs*, Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 466. nu. 2.* Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom. 2.* c. 17. *dubit.* 13. *n.* 7. *cum ſeqq.* & alios infra referendos, vbi cum *D. Couarr.* de his agendum eſt. Nunc eiuſdem veſtigia inſectantes, de ſolemnitatibus, quæ in alienatione bonorum Eccleſiæ Sacris Conſtitutionibus deſiderantur, diſſeremus.

Ad Num. 1.

2 Quæ ſolemnitates debeant interuenire, vt valida ſit bonorum Eccleſiæ alienatio, plenè tradidere Card. Tuſch. *tom. 1. lit. A, conc. 271. à nu. 52.* Delbene *ſup. dubit. 9. tit. difficultatis reſolutio*, Caſtill. *de vſufruct. cap. 54. à princip.* Pet. Gregor. *ſyntagmat. iur. lib. 23. cap. 8. nu. 5. 9. cum alijs*, Aſcan. Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 3. diſp. 13. quæſt. 8.* Maſcard. *de probat. tom 1. conc. 75. ex num. 11.* Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de reddit. cap. 1. §. 2. dub. 12.* Hermoſill. *in l. 15. gloſ. . à num. 34. titul. 5. part. 3.* Bonacina *in ſumma tom. 1. tract. de alienation. bonor. Eccleſiaſticar. diſp. 2. quæſt. vnic. punct. 4. à princip.* Greg. Lop. *in l. 2. tit. 14. part. 1.* Pellizzar. *ſup. n. 111. cum ſeqq.* Aug. Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſtic. lib. 3. c. 30. à n. 7.* Molin *diſput 468. à nu. 3.* Guillielm. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienand. q. 23. cum alijs.*

3 Eſt præmonendum in hoc tractatu, *Eccleſiæ* appellatione contineri Monaſteria, tam virorum, quàm fœminarum; Hiſpitalia, Confraternitates, Capellas, & alia loca pia Epiſcopali authoritate fundata, quorum bona abſque ſolemnitatibus referendis alienari prohibentur, Caſtill. *ſup. n. 24.* Delbene *dubitat. . à n. 14.* Hermoſill. *n. 76. 79. 80.* Bonacin. *punct. 1. nu. 10.* Redoan. *q. 26.* Stephan. Quaranta *in ſumm. bullarij, verb. Alienatio. n. 18. 41.* Pet. Gregor. *n. 2.* & habetur *in auth. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. cap. et ettim, 10. q. 2.*

4 Iuxta Canonicas ſanctiones quinque conditiones requiruntur, vt alienatio rerum immobilium Eccleſiæ, vel mobilium pretioſarum, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſubſiſtat. *Prima* eſt, tractatus, qui vt legitimè fiat, oportet, quòd congregato Capitulo, ſiue alijs perſonis, quæ conſenſum præſtare debent, alienatio proponatur, & vtrinque rationibus perpenſis, diſcutiatur, ac diſputetur, an neceſſarium, aut vtile Eccleſiæ ſit, quod res diſtrahatur, atque ita *tractatus* nihil aliud eſt, quam *alienatione facienda conſultatio*, Pet. Gregor. *n. 9.* Delbene, *dubit. 9. tit. difficultatis reſolutio: num. 2.* Tuſch. *tom. vlt. lit. T, conc. 338.* Caſtill. *n. 13.* Barboſ. *vbi proximè, n. 7.* Pellizzar. *num. 117.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 18. num. 1.* Hermoſ. *n. 34.* Filliuc. *tom. 2. tract. 44. cap. 13. n. 13.* Redoan. *quæſt. 23.* quod probatur ex *cap. ſine exceptione 52. 12. q. 2. c. 1. cap. tua 8. de ijs, quæ fiunt à Prælat. c. . de reb. Eccleſ. lib. 6.* In quo tractatu ſi oportuerit, cauſæ cognitio verſatur, vt præfati DD. aduertunt. Speciale autem eſt, quod in Societate Ieſu obſeruatur, quia ſolùm cum patribus conſultoribus de alienatione facienda tractatur, quorum conſenſus ad alienationis valorem non deſideratur, Pellizzar. *vbi proximè*, P. Molin. *num. 3.* An triplex tractatus ſit neceſſarius? Infra cum *D. Couar.* dicemus.

Secunda, conſenſus Capituli, Collegij, aut Communitatis, ad quam res alienanda ſpectat; quæ ſi fuerit Eccleſiæ Parochialis, plures beneficiatios habentis, etiam ipſi conſentire debent, *d. cap. ſine exceptione, cap. 1. & cap. tua, cap. 1. de reb. Eccleſ. in 6. l. 2. tit. 14. p.* Caſtill. *n. 17.* Cyriac. *controu. forenſ. tom. 2. cont. 0. n. 6.* Delbene *n. 3.* Tuſch. *d. conc. 75. n. 51. 53.* Hermoſill. *n. 51. verſ. Secundò, vltrà tractatum*, Bonacin. *n. 2. verſ. Poſt tractatum*, Barboſ. *n. 8.* Vazq. *d. dub. 12.* Pet. Gregor. *nu. 3. 13.* Pellizzar. *n. 118.* Redoan. *q. 26. n. 15. 16. 19. 20.* Molin. *n. 6.* 5

Quot, & quomodò vocandi ſint ad tractatum, & ad præſtandum conſenſum Capitulares, ſiue Collegæ? docet latè Hermoſill. *à num. 36.* Illud autem compertum eſt, ſufficere ad validitatem alienationis, quòd maior pars eorum, qui conuenerint, conſentiat, Caſtill. *vbi proximè*, Molin. *d. num. 6.* Panormitan. *in cap. 1. numer. . de ijs, quæ fiunt à Prælat.* Delbene *à num. 6.* Redoan. *quæſt. 24. num. 11.* Bonacin. *vbi proximè*, Hermoſill. *n. 41.* Pellizzar. *nu. 118.* Pet. Gregor. *n. 9.* 6

Conſenſus verò tacitus hac in re non ſufficit, quia expreſſus requiritur, *ex d. cap. 1. de ijs, quæ fiunt à Prælat.* vt ex verbo, *Collaudatio*, colligitur; & docent Molin. Pellizzar. Bonacin. *vbi proximè*, Lotter. *ſup. num. 17.* Delbene *num. 5.* Illúmque in Capitulo congregati præſtare debent, non ſeorſim, quoniam tunc non verificaretur, Capitulum conſenſiſſe, quod iura depoſcunt, Delbene *n. 8.* Hermoſill. *d. verſ. Secundò poſt tractatum*, Caſtr. Palao *diſp. 9. quæſt. vnic. de reb. Eccleſ. punct. 15. §. 2. n. 10* Gregor. Lop. *in d. l. 2. gloſ. 1.* Rebuf. *in compend. de alienat. rer. Eccleſ. n. 61.* Lotter *nu. 21.* Rota *deciſ. 484. n. 6. part. . in recent.* nec diſſentit Pellizzar. *nu. 118.* qui tamen in contrariam ſententiam inclinat cum Bonacin. *n. 1* Syluest. *in ſum verb. Alienatio, n. 5.* Vazq. *d. dub. 12. n. 43.* quibus placet, ſat eſſe, quòd ſinguli ſeparatim conſentiant extra Capitulum, ſi in eo tractatus circa alienationem præceſſit. Sed prior opinio tenenda eſt. 7

Adeò hæc ſolemnitas conſenſus Capituli in alienatione rei Eccleſiaſticæ requiritur, vt, ſi fortè propter bellum, peſtem, aliamvè cauſam Capitulares deficiant, Epiſcopus alienare intendens teneatur Clericos loco eorum ſubrogare, cum quibus tractatus habeatur, ab eiſdemque conſenſus eſt præſtandus; Molin. *n. 6. in fine*, Panormitan. *ſup. n. 7.* Delbene, *n. 11.* Pellizzar. *n. 119.* 8

Tertia, quòd Superioris accedat Authoritas, *cap. Abbatibus 41. 12. q. 2. cap. in venditionibus 40. 17. q. 4* *Clement. 1. de reb. Eccleſ. l. 63. tit. 18. part. 3. Authent Hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Notant Caſtill. *n. 16.* Delbene *à n. 14.* Redoan. *quæſt. 26. num. 28* Molin. *num. 3. 4.* Pet. Gregor. *num. 5. 16.* Filliuc. *ſup. cap. 5. quæſt. 6. num. 12. 13.* Hermoſill. *num. 51.* Pellizzar. *num. 111. 115.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 7. num. 16* Azor. *inſtitut. moral. lib 9. q. 4.* Aug. Barboſ. *d. cap. 30. num. 9.* Vazq. *d. dub. 12.* Tuſch. *n. 52.* Bonacin. *n 4.* 9

Quis autem Superior intelligatur, vt authoritatem ſine conſenſum interponat, quæri ſolet? & quoad Eccleſias ſæculares conſtat, Epiſcopum in ſua diœceſi huiuſmodi facultatem habere, necnon quoad Regulares, quæ exemptæ 10

non ſint, vt ex *iuribus ſuper allatis* probatur, & omnes præcitati DD. edocent. Sed Capitulum, Sede vacante, rem Eccleſiæ Cathedralis alienare non valet, *cap. ſi qua* 42. *cap. Precaria* 44. 12. *quæſt.* 2. niſi aſſenſu Apoſtolico interueniente, qui etiam de iure, ante Conſtitutionem Pauli II. deſiderabatur, Hermoſ. *num.* 53. Authoritatem tamen alienationibus bonorum inferioris Eccleſiæ præſtare non prohibetur, Ricc. *in prax. for. Eccleſ. deciſ.* 34. *de alien. rer. Eccleſ.*

11 Quod ſi Epiſcopus author ſit alienationis rei ad Eccleſiam Cathedralem ſpectantis, quæſtionis eſt, num opus ſit Archiepiſcopi, vel Primatis aſſenſus? Affirmant Gloſ. *verb. Defenſore, in fine, in cap.* 1. *de reb. Eccleſ. in* 6. Bonacin. *vbi proximè*, Bald. *in Authent. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & alij*. Sed contrarium eſt verius, vt ſentiunt Molin. *d. num.* 4. Caſtill. *num.* 19. Pet. Gregor. *n.* 17. Redoan. *qu.* 41. *ex num.* 45 Greg Lup. *in l.* 63. *gloſ.* 3. *tit.* 18. *p.* 3. Quod communiter limitatur, quando Prælatus mutaret, ſe non alienaturum. Idem aſſerit Caſtill. ſi res alienanda eſſet maximi valoris, quod ſcilicèt conſenſus Archiepiſcopi petatur.

12 In Monaſterijs exemptis Monachorum, Abbatis authoritas adhiberi debet, Delbene *n.* 15. Pellizaar. *num.* 115. Caſtill. *n.* 23. Pet. Greg. *n.* 16. Redoan *q.* 24. *n.* 13. In Ordinibus Mendicantium, Prouincialis alienationi conſentit, Delbene *n.* 16. Pellizaar. *vbi proximè*, quod declarat Bonacio. *n.* 4. vt ſi Superior localis alienet, ſatis ſit quòd Prouincialis authoritas intercedat, ſecùs ſi idem Prouincialis author ſit alienationis, quia a Generali aſſenſus eſt poſtulandus In Religione Teatinorum ſolus Generalis poteſt alienationibus accommodare authoritatem, Delbene *num.* 16. Similiter in Societate Ieſu: Pellizzar. *vbi proximè*. In Monaſterijs Monialium non exemptis, Epiſcopi aſſenſus expectandus erit, in exemptis Abbatis, vel Prouincialis, ſecundùm Ordinis qualitatem, Pellizaar. *n.* 116.

13 Authoritas Epiſcopalis per Vicarium generalem interponi nequit, niſi eidem ſpecialiter committatur; Caſtill. *n.* 22. *in fine*, Redoan. *q.* 41. *n.* 39. Caualcan. *deciſ.* 45. *num.* 40. Nec tacitè præſtita ab Epiſcopo, vel alio Superiore prodeſt, quoniam expreſſus deſideratur aſſenſus: Gloſ. *verb. per primus, in cap. . de reb. Eccleſ.* vbi notat Barboſ. *in collect. num.* 15. Pet. Gregor. *num.* 16. Tiraquel. *de iur. marit. gloſ.* 7. *n.* 13. 69. etſi contrarium placuerit Delbene, *n.* 18. Layman, *lib.* 3. *tract.* 4. *c.* 10. *n.* 4.

14 *Quarta* conditio requiſita, eſt ſubſcriptio Capitularium aut Collegarum, ſed non in omni alienatione, nam ſolùm adhiberi debet in venditione, permutatione, & donatione, *c.* 1. *cap. una* 8. *de ijs, q. fiunt à Præl. d. cap. ſine exceptione, in fine*, 12. *q.* 1. Delbene *ex n.* 14. Pet. Gregor. *n.* 14. Molin. *n.* 7. Aug. Barboſ. *d. cap.* 30. *n.* 8. Pellizaar. *n.* 111. 122. Leſs. *de iuſtit. lib.* 2. *c.* 24. *dub.* 11. Bonacin. *nu.* 3. *verſ. Tertio requiritur*, Caſtill. *num.* 17. vbi rectè aduertit, quòd omnes, qui Capitulo interſunt, debent ſubſcribere, ſi maior pars conſentiat; ſequitur Hermoſill. *dict. gloſ.* 1. *num.* 47. Niſi alienatio euidenter ceſſerit in Eccleſiæ præiudicium, quo caſu tenetur pars diſſentiens appellare; Pellizaar. *num.* 123. qui hoc deducit *ex cap. ſi quis Presbyterorum* 6. *de reb. Eccleſ.*

15 Hæc verò ſubſcriptionum ſolemnitas generali conſuetudine ſublata eſt, atque ita neceſſaria non erit, niſi alicubi contrarium obſeruetur. Notarius tamen nomina omnium, qui congregati ſunt, inſtrumento alienationis inſerit, vt habetur *in l.* 63. *tit.* 18. *part.* 3. vbi forma conficiendi inſtrumenta de alienatione bonorum Eccleſiæ traditur. Ita obſeruant Delbene, & alij proximè laudati.

16 *Quinta* tandem eſt, vt conſenſus Apoſtolicus impetretur, qui omnino deſideratur, vbicunque *Extrauagans, Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. inter Commun.* quoad hoc fuerit recepta; quoniam Paulus II. hanc ſolemnitatem cæteris addidit, atque ita quoties res Eccleſiaſtica alienari abſque ſolemnitatibus nequit, toties Pontificia interuenire debet authoritas, quæ præſtari ſolet, facta delegatione aliquibus in dignitate conſtitutis, vt ſi eiſdem de neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ conſtiterit, nomine Pontificis alienationi authoritatem adhibeant. Ita Delbene *vbi ſup. à numer.* 29. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 93. *numer.* 66. 71. Pellizzar. *n.* 111. Hermoſ. *n.* 95. Bonacin. *num.* 6. Auendañ. *de exequend. mandat. part.* . *c.* 4. *à n.* 37. Franc. Leo *in theſaur. for. Eccleſiaſtic. c.* 15. *n.* 7. Quarant. *ſup. n.* 5. Maſcard. *d. conc.* 75. *num.* 19.

Vbi præfatus aſſenſus interceſſerit ritè impetratus, & abſolutè præſtitus, omnes ſupplet iuris ſolemnitates, vt obſeruant Tamburin. *ſup. q.* 1. *n.* 9. Caſtill. *n.* 21. Delbene *à n.* 36. Rebuff. *in compend. de alienat. rer. Eccleſ. nu.* 15. *verſ. Fallit quando Papa*, Pellizzar. *n.* 113. Hermoſill. cum pluribus, *n.* 85. Filliuc. *ſup. d. cap.* 5. *n.* 9. Redoan. *q.* 17. *n.* 12. *& q.* 43. *n.* 2. Bonacin. *vbi proximè, verſ. Dixi, iure antiquo*, Tulch. *d. conc.* 172. *nu.* 80. 84. Ricc. *in prax. for. Eccleſiaſtic. deciſ.* 37. *n.* 1. 17

Hæ ſunt conditiones, ſiue ſolemnitates, quas tam iure antiquo, quàm nouiſſimo in alienatione prædictarum rerum Eccleſiæ Canonicæ ſanctiones induxerunt; aliæ verò Principum ſecularium conſtitutionibus ſunt præſcriptæ, quæ habentur *in Authent. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & l.* 63. *tit.* 18. *part.* 3. *& in Ordinament. Luſitan. lib.* 2. *tit.* 13. vbi cauetur, ne vaſa aurea, aut ſimilia pretioſa alienentur abſque Regia facultate, vt refert Molin. *ſup. diſput.* 340. *num.* 1. *. in fine*. Sed de iſtis curandum non eſt, cum ad valorem alienationis minimè requirantur, nec de conſuetudine obſeruentur, vt notat Pet. Gregor. *ſup. num.* 18. Tulch. *n.* 54. Rebuff. *ad leg. Galliæ, in proœm. gloſ.* 5. *num.* 14. Auguſt. Barbol. *in collectan. ad d. authent. hoc ius porrectum, n.* 7. Quoniam iure Canonico approbatæ non ſunt, quare Eccleſiaſticos non aſtringunt, vt notatur *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *de conſtitutionib.* vbi Aug. Barboſ. *in collectan.* Greg. Lop. *in l.* 2. *gloſ. vlt. tit.* 14. *part.* 1. & eſt textus *in c.* 1. 9. *diſtinct.* qui loquitur in ſpecie. 18

Non ſemper alienatio abſque aſſenſu Pontificio celebrata, eſt iniuſta; aliquando enim illo, imò omni deficiente ſolemnitate, res Eccleſiæ diſtrahi iure poteſt, vt videre licet apud Barboſ. *d. alleg.* 95. *per tot.* Delbene *ſup. à n.* 43. *& dubit.* 23. Rebuff. *in compend. de alienat. rer. Eccleſiaſt. à n.* 24. & vltra caſus, qui *in dict. Extrauag. Ambitioſæ*, excipiuntur: ſcilicèt locatio ad triennium, quæ quidem alienatio dici nullo modo poteſt. Conceſſio in emphyteuſim eo modo, qui dictus eſt *ſup. n.* 1. & diſtractio aorum, quæ ſeruando ſeruari nequeunt, alij non pauci, qui ſub eam prohibitionem non cadunt, recenſentur. 19

Primus eſt, ſi neceſſitas ita vigeat, vt locus ad poſtulandum aſſenſum, vel ſolemnitates adhibendas non ſit, quia periculum eſt in mora; Barboſ. *num* 58. Delbene *diſp.* 23. *n.* 1. Hermoſill. *d. gloſ.* 1. *n.* 98. Rebuff. *n.* 35. Maſcard *d. conc.* 75. *n.* 19.

Secundus, quando conſuetudine legitimè præſcripta obtentum ſit, ne dicta conſtitutio ſeruetur, Delbene *dubit.* 9. *tit. difficultatis reſolutio, n.* 43. Pet. Gregor. *nu.* 19. Maſcard. *num.* 14

Tertius, in alienatione rei exiguæ, quæ nullas requirit ſolemnitates, vt dictum eſt *ſup. c. prox. n.* 101. 20

Quartus, ſi Religioni incapaci retinendi, etiam in communi, vt Capucinis, vel Franciſcanis quicquam relinquatur: quod Prælatus liberè in alios transferre poteſt, & pretium in vſus Monaſterij expendere, quoniam illud dominio Eccleſiæ incorporatum nunquam fuit; Delbene *vbi proximè. numer.* 46. Hermoſill. *numer.* 78. Pellizzar. *n.* 10. Barboſ. *n.* 59. Filliuc. *d. tract.* 44. *c.* 4. *n.* 32. Rebuff. *n.* 11.

Quintus, cum res ita Eccleſiæ relinquitur, vt adueniente conditione, vel die alij reſtituatur, nam ad reſtituendum ſolemnitas opus non eſt: facit *l. magis puto* 5. *§. Si fundus, ff. de reb. eorum*, Vgolin. *de poteſt. Epiſcop. cap.* 14. *§.* 7. *n.* 5. Delbene *num.* 47. *& dubit.* 10. *num.* 3. 4. Barboſ. *n.* 61. Pellizzar. *num.* 57.

Sextus, in tranſactione de re immobili, quæ penès Eccleſiam non ſit, nam Prælatus iuri dubio ad illam cedere permittitur, Rebuff. *vbi proximè*, Pellizaar. *nu.* 16. Barboſ. *num.* 63. Delbene *dubit.* 12. *num.* 4. vbi ampliat ad rem iniuſte poſſeſſam.

Septimus, in remiſſione caducitatis, quam Prælatus ſolus facere valet emphyteutæ, aut vaſſallo, Delbene *vbi proximè, num.* 9. Barboſ. *n.* 64. 65. Iul. Clar. *receptar. ſentent. lib.* 4. *§. Emphyteuſis, q.* 10. *verſ. Sed nunquid*, Pellizzar. *n.* 66. Bonacin. *ſup. punct.* 2. *n.* 21.

Octauus,

21 Octauus, in repudiatione hæreditatis, vel legati Eccleſiæ relicti, quod tamen abſque controuerſia non eſt, cum ſcilicet aliquid immobile, vel mobile pretioſum Eccleſiæ obueniret per acceptationem: & quod iuris ſolemnitates ad repudiandum non deſiderentur, ſuadetur ex eo, quod aliud eſt alienare, & aliud non acquirere, *l. alienationis 28. §. ff. de verbor. ſignificat.* Nec obſtat, quod hic ceditur iuri ad immobile; quod eſt verum, vt oſtendimus *ſup. cap. proxim. numer.* 101. Nam reſpondetur, illud intelligi de actione, vel iure ad id, quod iam Eccleſiæ debetur, non ad acquirendum, ſed lucrandum de nouo, inter quæ multùm intereſt, vt egregiè inquit Imperator *in l. vlt. §. Si quis verò*, ibi. *Non enim par, eadémque ratio videtur, amittere debita, & lucra non capere, C. de codicil.* Ita tenet diſputans Delbene *dubit.* 6. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 71. *num.* 53. Pellizzat. *num* 60. Ricci. *ſup. tit. de alienat. rer. Eccleſ. deciſ.* 69. Sanch. *de matrimon. lib.* 5. *diſp.* 4. *num.* 11. 12. Hermoſill. *ſup. num.* 9. Pat. Suarez *de Religion. tom.* 4. *tract.* 8 *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 18. Pet. Greg. *n.* 19. Bonacin. *punct* 2 *num.* 33. Panormitan. *in c. tua, n.* 8. *de iis, quæ fiunt a Prælat.* Rebell. *de obligat. iuſtit. lib.* 18. *q.* 14. *num* 5.

22 Sed oppoſitum placet Molin. *diſput.* 468. *num.* 12. Alexand. Trentacinq *variar. lib.* 2. *tit. de minorib. reſolut.* 7. *num.* 5. Filliuc. *dict. cap.* 4. *num.* 34. licet quoad hæreditatem priori ſententiæ adhæreat, Auguſt. Barbo. *n* 54. Menchac. *de ſucceſſion, progreſſu, lib.* 3. §. 27. *num.* 23. Azor. *inſtitution, moral. part.* 1. *lib.* 9 *cap.* 1. *quæſt.* 12. Geminian. *in cap.* 12 *num.* 19. *de reb. Eccleſ.* Quaranta *ſup. num.* 25. Moneta *de Conſeruat. cap.* 10. *num.* 36. Lambertin. *de iur. patronat. lib.* 3. *quæſt.* 9. *art.* 1. *num.* 31. A priori tamen ſententia recedendum non eſt, vt magis communi, ac iuri conſona. Eccleſiæ verò ex repudiatione læſæ remedium reſtitutionis in integrum ſupereſt ad acceptandum, niſi hæreditas, vel legatum alteri Eccleſiæ iam quæſitum reperiatur, quia melior eſt conditio poſſidentis, nec priuilegiatus contra pariter priuilegiatum ſuo gaudet priuilegio *l. verum* 12. §. *Item quæritur ff. de minorib.* Ita Pellizzar. *num.* 61 Delbene, *numer.* 13. Sanch. *numero* 15. qui alios laudat.

23 Nonus caſus, in quo iuris ſolemnia non requiruntur, eſt, ſi quis Eccleſiæ rem præſtet, aut relinquat eo pacto, vt liberè alienari abſque aſſenſu Apoſtolico, vel alia ſolemnitate poſſit. Hoc iudem ubinxium eſt controuerſiæ; nam quibuſdam videtur, conditionem iſtam eſſe reijciendam, vtpotè quæ Sacris Canonibus aduerſatur, rémque abſque ſolemnitatibus Prælatum alienare non poſſe: ſic ſentiunt Quaranta *in ſumm. Bullarij, verb alienatio, n.* 31. 32. Bonacin. *punct.* 4. *n.* 11. Ricci. *ſup. deciſ.* 07. Armilla *in ſumm. verb alienatio, n.* 19.

24 Contrarium nihilominus rectius probant Delbene *dubit.* 10. Pellizzar. *num.* 52. Diana *reſolution. moral. part.* 12. *tract.* 16. *reſolut.* 41. Caſtr. Palao *ſup. punct.* 15. §. 2. *n.* 14. Quibus aſſentiunt Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 16. Caſtill. *controuerſior. lib.* 4. *cap.* 92. *num.* 24. 42. 43. Gratian. *deciſ.* 131. Guttier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 62. & alij, qui per textum *in l.* 1. *& in l. magis puto* 5. §. *Si fundus, ff de reb. eor.* docent, poſſe rem minoris abſque decreto alienari, ſi teſtator id permiſerit, qui eam reliquit. Ratio huius opinionis eſt, quia res ſic conceſſa fuit cum ea qualitate incorporata bonis Eccleſiæ, ex voluntate concedentis, cui liberum eſt etiam non largiri: quo caſu conſtitutionibus alienationem abſque ſolemnitate prohibentibus locus non eſt. Nec aliqua turpitudo in ea pactione reperitur, etſi vtilitati Eccleſiæ contraria ſit; quoniam ſi hoc ita eſſet, conſuetudine introduci nequiret, quod ſolemnitates iuris non ſeruarentur, *c. fin.* & quæ *ibi* notantur, *de conſuetud.* Sed poteſt introduci, vt probauimus *ſup n.* 19. ergo turpe non eſt, aut illicitum, ita vt reijciatur; maximè cum voluntas dantis in vltima diſpoſitione vim legis obtineat, *Authent. de nupt.* §. *Diſponat*, *collat.* 4 & in re propria quilibet ſit
25 moderator, & arbiter, *l. in re mandata* 1. *C. mandat.*

Quanquam alios caſus prætercam, vel quia minùs frequentes, vel quia communiter non admittuntur; tres ſingulares adducere libet ex Pellizzatio, quorum primum tradit, *num.* 11. nempè ſi res protſus inutilis relinquatur Eccleſiæ: v. Monaſterio Monialium bibliotheca librorum ad legalem diſciplinam attinentium. Secundum, *nu.* 51. ſi quid mobile pretioſum emerit Monaſterium, credita pecunia, nam ſi venditor pretium, aut creditor mutuum, quod ad id comparandum præſtitit, poſtulauerit, poterit ea res abſque ſolemnitatibus, vt ſoluatur, diſtrahi. Tertium, *num.* 154. ſi in perpetuum Eccleſiæ 100. legentur in ſingulos annos, quia licebit Prælato, repudiare legatum præmiſſa cum hærede conuentione, vt pro vna vice Eccleſiæ 4000. pendat. Hæ probabilitate non carent, ſaltem ob Doctiſſimi viri Authoritatem, qui teſtatur, ſe conſuluiſſe Neotericos peritiſſimos, inſignes.

Sed de iure oppoſitum reſpondendum videtur, nam quoad primum obſtat doctrina veriſſima, quam idem Pellizzar. probat *n.* 58. videlicèt, rei ſterilitatem, ſiue inutilitatem non excuſare à iuris ſolemnitatibus; nec refert, quod res ſit euidenter inutilis (quo Pellizzar. *ibidem, verſ. Nec obſtat.* huic difficultati ſatisfacit), quoniam vtilitas euidens Eccleſiæ, licet cauſa ſit ad alienandum, ſolemnitates non ſupplet, Hermoſill. cum alijs, *dict. leſſ.* 1. *numer* 24. Delbene *dubitat.* 9. *tit. difficultatis reſolutio, num.* 34. vbi opinioè loquitur, & de neceſſitate euidenti etiam agit.

Quoad ſecundum, res, quæ emitur pecunia credita, vel habita fide de pretio, nulla afficitur obligatione ad ſolutionem pretij, ſed plenè emptor acquiritur, qui ſolùm perſonali actione tenetur, niſi aliud conuenerit cum vendente, aut creditore, vt probauimus, *ſup. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 53. maximè emente Eccleſia, quæ nec expreſſim poſſet rem emptam obligare, vt in minore docuit Conſult. in *l.* 1. §. *vltim. ff. de reb. eorum*, quicquid ſenſerit Guttier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 5. *ex num.* 36. Quare ad alienationem rei, cauſa ſoluendi pretium eius, non minùs ſolemnitates requiruntur, quàm ſi alia res Eccleſiæ venderetur, & præterea poſſet Eccleſiæ intereſſe potiùs aliquid aliud diſtrahere ad ſolutionem, quàm quod emit iterùm alienare.

Quoad vltimum, dubitari non poteſt; quin actus ille ſimulatus ſit in fraudem legis, qui ſubſiſtere non poteſt, licet enim Prælatus repudiet legatum verbis, in re illud acceptat, & acceptatum hæredi vendit pro annuis redditibus æquiualentem pecuniam præſentem recipiens, & cum hæc veritas ſit, ſecundùm eam de actu iudicandum eſt; non iuxta id, quod machinatur, ac fingitur fraudandæ legis cauſa, *l.* 1. *& per tot. Cod. plus valer, quod agitur.* 26

Vbi autem Pontificis deſideratur aſſenſus, alienatio non tenet, etſi fiat ſub conditione: *Si Papa præſtiterit aſſenſum.* Quia præcedere debet, cum pro forma in actu ſit neceſſarius, Panormitan. *in cap. nulli, de reb Eccleſ.* Dian. *part.* 5. *tract.* 8. *reſolut* 77. Pellizzar. *num.* 107. Delbene *dubit.* 1. *num.* 44. Bonacin. *punct.* 4. *num.* 5. & ita declaraſſe Clementem VIII. teſtatur Marc. Anton. Genuenſ. *in prax. Neapolit. cap.* 44. qui tamen contrarium ſentire videtur, *cap.* 88. *num.* 4. cum Riccio *ſup. deciſ.* 56. Rodrig. *quæſtion. Regul. tom* 1. *quæſt.* 27 *art.* 9. & Quaranta, *num.* 34. qui formam tradit, *num.* 10. qua ſic validè poſſit alienari. Quæ ſunt intelligenda ſecundùm dicta *ſup. cap. proxi. num.* 64. de nullitate alienationis ex defectu ſolemnitatis. Ad quem periculum rei ſpectet, ſi pereat ante aſſenſum impetratum, docet Pellizar. *n.* 176.

Ibi: *Quibus in locis commemoratio.*

Ad validam rerum Eccleſiæ alienationem vnicus ſufficit tractatus, ſiue conſetentia, niſi aliud obſiceret conſuetudo, Cardinal. Tuſch. *lit.* T. *conc.* 336. *num.* 12. Molin. *numero quinto, in fine*, Caſtill. *dict. cap.* 54. *numer.* 11. Caſt. Palao, *ſup. punct.* 15. §. 2. *num.* 9. Hermoſill. *in dict. l,* 15. *gloſ.* 1. *numer.* 50. *titul.* 5. *part.* 5. Delbene *dubitat.* 9. *titul. de difficultatis reſolutio num.* 2. Ricc. *deciſ.* 51. Bonacin. *ſup. numer.* 1. *verſ. Quod ſufficiat.* Auendañ. *de cenſib. cap.* 76. *num.* 5. Pat. Vazq. *dub.* 12. Rebuff. *ſup num.* 81. Pellizzar. *num.* 187. *in fine.* 27

Ibi : *Item & in alienandis rebus Eccleſiæ inferioris.*

28 Si Epiſcopus velit, vt principalis Author rem Eccleſiæ inferioris alienare, Capitulum debet interuenire ad tractandum de alienatione, & conſentiendum, perinde ac ſi bona Cathedralis forent diſtrahenda; Molin. *d. diſp.* 468. *num.* 14. Tuſch. *lit. A, conc.* 271. *num.* 5. Bonacin. *num.* 10. *verſ. Adde cum prædictis*, Ricci. *deciſ.* 6. Delbene *num.* 23. Quo caſu ſi Eccleſia, cuius bona alienanda ſunt, Rectore careat, defenſor ei aſſignandus erit, vt ipſam tueatur, Hermoſill. *num* 54. Bonacin. *num.* 9. *verſ. Quod ſi Eccleſia*, Rebuff. *ſup. n.* 89. Delbene, *n.* 2. Molin. *vbi proximè.*

Ibi : *Atſi alienatio fiat per ipſius Eccleſiæ Rectorem.*

29 Si Rector Eccleſiæ inferioris velit rem eius alienare, tractatum habere debet cum beneficiarijs, ſiue Collegio Clericorum, quorum conſenſo præcedente, authoritas Epiſcopi impetratur: quod ſi in ea beneficiarij, vel Collegium non ſit, ſufficit, quòd Prælatus aſſenſum præſtet, nec Capituli Eccleſiæ Cathedralis tractatus, aut conſenſus requiritur, Caſtill. *d. c.* 54. *n.* 22. Pat. Vazq. *ſup. n.* 42. Hermoſill. & Molin. *vbi proximè*, Bonacio. *n.* 9. Auendañ. *ſup. n.* 5. Delbene *n.* 4.

Ibi : *Et licèt Innocentius in cap.* 1 *de tranſactionib.*

30 Epiſcopus alienationi authoritatem accommodat, non in modum decreti, ſed, cauſa cognita, conſenſum præſtat, Vazq. *ſup.* vbi quid hæc inter ſe differant, Molin. *num* 4. Quanquam communiter decretum eſſe interponendum aſſeratur, Ricc. *in prax. for. Eccleſiaſtic. deciſ.* 80. aliàs 94. Pet. Gregor. *num.* 6. Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 95. *num.* 55. & alij. Conſenſum a decreto in eo diſtingui tradit Gloſ. *verb. tractatus, in cap.* 1. *de reb. Eccleſ. in* 6. & Syluest. *in ſumm. verb. Alienatio, quæſt.* 1. quod ille eſt multorum voluntas, ad quos res pertinet, coniuncta: decretum verò eſt ſententia, qua Iudex declarat, contractum iuſtum fore, ſuam interponens authoritatem, de quo conſule Caldas *in l. ſi curatorem, verb. contractu, num.* 22. *verſ. Et quia. C. de in integ. reſtit.* vbi differentiam tradit inter conſenſum, licentiam, decretum, & authoritatem. Praxis, quæ ſeruatur per Epiſcopos in authoritate præſtanda, docet Ricci. *ſup. deciſ.* 94. aliàs *reſolut.* 80. Aug. Barboſ. *vbi proximè.*

31 Contingit, vt bona alienanda in vna diœceſi ſint ſita, & Eccleſia ad quam pertinent in altera, ex quo dubitari ſolet cuius conſenſum Rector, qui alienare intendit, debeat poſtulare? & verius, ac receptius eſt, Epiſcopum in cuius iuriſdictione Eccleſia extat, authoritatem eſſe interpoſiturum, nec deſiderari, quod conſentiat ille, in cuius diœceſi bona ſunt ſita, vt notat Bald. *in authent. hoc ius porrectum, col.* 4. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Felin. *in cap. dilectus* 29. *col.* 6. *verſ. Septimò* ? *de reſcript.* Gloſ. *in cap. huiuſmodi, verb. Duos*, 12. *quæſt.* 2. Tuſch. *dict. conc.* 271. *num.* 67. licèt contrarium probet Gloſ. *verb. Epiſcopi, in cap. in venditionibus* 40. 17. *quæſt.* 4. *per textum in l. ſi prædium* 16. *C. de præd. minor.* cui conſentit Pet. Gregor. *dict. lib.* 25. *cap.* 8. *num.* 7. dum reſoluit, tutius eſſe, quod ab vtroque præſtetur authoritas: ſed certè diuerſa eſt ratio in alienatione rei Eccleſiæ, & minoris quoad hoc; nam in rebus Eccleſiæ diſtrahendis, deſideratur Superioris aſſenſus, quod ſolùm refertur ad perſonam alienantis: in alienatione immobilium minoris requiritur decretum Iudicis competentis, quod reſpicit tam perſonam, quàm rem, quia ratione loci, vbi res ſita eſt, competit iuriſdictio, quoties de ea tractatur, *l. fin. C. vbi in rem actio, cap. fin. de for. compet. l.* 32. *verſ. La quinta, tit.* 2. *part.* 3. latè Carleual. *de iudic. tom.* 1. *diſp.* 2. *n.* 143.

Ad Num. 2.

32 Vt alienatio rerum immobilium, aut mobilium pretioſarum Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſubſiſtat, duo ſimul concurrere neceſſe eſt, & iuxta alienandi cauſa, & ſolemnitas iure præſcripta, Gregor. Lop. *in L.* 63. *gloſ.* 1. *tit.* 18. *part.* 3. Delbene *ſup. dubitat.* 20. *num.* 1. Caſtill. *de vſufruct. cap.* 54. *num.* 8. Bonacin. *ſup. punct.* 4. *num.* 14. Maſcard. *d. conc.* 75. *num.* 6. Molin. *diſp.* 468. *num.* 15. Lotter. *de re beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 4. Ricci. *ſup. deciſ.* 12. *num.* 1. Pat. Vazq. *dict. dub.* 12. *num.* 39. Hermoſill. *vbi proximè. num.* 21. Ceuall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 675. *n.* 14. Pellizzar. *num.* 123. Tuſch. *lit. A, conc.* 272. *in princip.* & alij plurimi apud Aug. Barboſ. *in collectan. ad c.* 1. *n.* 10. *de reb. Eccleſ. in* 6.

Quod adeò verum eſt, vt quamuis aſſenſus Pontificis omnes iuris ſolemnitates supplere valeat, prout dictum eſt *ſup. num.* 17. cauſæ legitimæ defectum non tollit, niſi id expreſſerit; Delbene *dubitat.* 9. *tit. difficultatis reſolutio*, Hermoſill. *d. gloſ.* 1. *num* 86. Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. Alienatio, num* 7. Pellizzar. *num.* 124. Redoan. *de reb. Eccleſ. quæſt.* 22. *num.* 75. Bonacin. *ſup. num.* 7. Rota *deciſ.* 178. *num.* 2. *part.* 2. *diuerſor.* Sed ſi nulla ſubſiſtat cauſa alienandi, nec Summus Pontifex valet pro libito bona Eccleſiarum alienare, maximè ſi in laicos transferantur, Tuſch. *d. conc.* 271. *num.* 50. licèt Delbene *dubit.* 27. vbi reſoluit, alienationem factam à Pontifice ſine cauſa in Eccleſiam, eſſe inualidam, in laicos nullam: pœnas tamen contra alienantes ſtatutas non incurri. Illud autem quod ex alijs inſinuauimus, ſcilicèt aſſenſum Apoſtolicum cauſæ ſupplere defectum, ſi exprimatur, accipiendum eſt, quando aliqua ſubeſt cauſa, de qua dubium eſt, an legitima ſit, vel ſufficiens; quoniam tunc Pontifex poterit eam iuſtam arbitratus, alienationi aſſenſum præbere, non obſtante defectu: vt ſaltem inter Eccleſiaſticos valida ſit alienatio. de quo eſt omninò videndus Bonacin. *ſup. punct.* 5. § 2. *per tot.* 33

Ibi : *Nam quod alienatio.*

Aduerſus communem ſuprà traditam opinionem ſunt, qui ſentiunt, alienationem cum ſolemnitatibus celebratam mero iure valere, quam Eccleſia beneficio reſtitutionis in integrum poterit impugnare, vt videre eſt apud Ceuall. *vbi proximè*, qui fundamenta, & authores adducit. Illa tamen tenenda eſt. 34

Ibi : *Cui conſiderationi reſponderi poterit.*

Adde Delbene *dubit.* 20. *num.* 3. Molin. *n.* 15. Vazq. *dub.* 11. *num.* 39. & huius doctrinæ exemplum extat *in cap. ad noſtram* 11. *de reb. Eccleſ.* de cuius intellectu actum eſt *ſup. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. 54. 94. vbi contractus cum legitima cauſa celebratus fuit, & nihilominus Monaſterium aduerſus eum reſtituitur propter læſionem, & ita intelligi debet *cap.* 1. *de in integ. reſtitut.* 35

Ibi : *Sed & opinio poſterior poteſt procedere.*

Alienatio rei Eccleſiaſticæ ex cauſa, quæ iuſta putabatur, quamuis in re talis non ſit, mero iure valet; obnoxia tamen eſt, vt beneficio reſtitutionis reſcindatur: facit *l. vlt. C. ſi aduerſ. vendit.* notant Molin. *vbi proximè, verſ. Obſerua tamen*, Tuſch. *lit. A, conc.* 272. *num.* 8. Vazq *vbi proximè*, Ricci. *ſup. deciſ.* 15. Bonacin. *punct.* 3. *num.* 5. Pet. Gregor. *d. cap.* 8. *num.* 5 *in fine*, Pellizzar. *num.* 135. Tametſi contra ſentiat Delbene *ſup. num.* 4. 5. cum Nauarro *in comment. de alienat. rer. Eccleſ. num.* 9. & alijs, qui exiſtimant alienationem eſſe nullam. 36

Ibi : *Aptius ſane, & melius defenditur opinio.*

Quoties in alienatione bonorum Eccleſiæ ſolemnitates iuris interueniſſe conſtiterit, etiam iuſta cauſa adfuiſſe præſumitur, niſi contrarium probetur, Maſcard. *d. conc.* 75. *num.* 11. *verſ. Hic tamen aduerte*, Delbene *dubit.* 9. *num.* 1. Pet. Greg. *n.* 6. Molin. *ſup. verſ. Item quando conſtat*, Redoan. *quæſt.* 78. Bonacin. *vbi proximè, verſ. Adde in dubio.* Lotter. *ſup. n.* 41. Pellizzar. *vbi proximè*, Tuſch. *d. conc.* 271. *n.* 25. 26. Layman *in Theolog. mor. lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. § 4. nam vbi in quocunque actu decretum, aliæque ſolemnitates iuris intercedunt, omnis fraudis ſuſpicio excluditur, vt latè probat Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 75. *per tot.* & *lib.* 3. *præſ.* 84. *num.* 5. 37

Rurſus

38 Rurſus vbi ſolemnitas deficit, cauſa alienandi iuſta fuiſſe non creditur. Bald. *in l. quæcunque, verſ. Scias tamen, C. de bon. quæ liber.* Tuſch. *vbi proximè,* Maſcard *ſup. verſ. Secundò, intellige,* Menoch. *d. præſ. 84. num. 6.* Sed ſolus interueniſſe præſumitur, Menoch. *d. præſ. 75. à princip.*

Ad Num. 3.

39 Vt alienatio rei immobilis, aut mobilis pretioſæ, pro ære alieno ſoluendo ſubſiſtat, duo verificanda ſunt; tum quòd pecunia mutuata expenſa fuerit in Eccleſiæ, cuius res eſt, vtilitatem, tum quòd pretium creditori fuit ſolutum: vtrumque docet Delbene, prius, *dubitat. 20. num. 6.* poſterius, *dubit. 9. num. 20.* & Hermoſill. *in l. 15. gloſ. 1. num. 33. tit. 5. part. 5.* Pet. Greg. *d. c. 8. n. 4. 8.* ſentiunt Amat. *variar. reſolut. lib. . reſolut. 3. num. 55.* Gratian. *diſceptation. cap. 45. num. 34. 35.* Maſcard. *tom. 1. conc. 617. num. 1.* Molin. *de primogen. lib. 4. c. 4. num. 20. 21.* Sed ſi res diſtrahatur cauſa vtilitatis, vel pietatis, neceſſe non eſt, probare verſionem pretij in cauſam, propter quam fuit alienata, vt aduertunt Hermoſill. Amat. Gratian. & alij ex præcitatis. Quomodo autem probetur: dicendum eſt ſtatim cum *D. Couar.* ſuo loco; & ſecundum hanc diſtinctionem Rotam iudicaſſe teſtatur Gratian. *vbi proximè.*

40 . Sed quæret aliquis cur ſatis non erit, quòd emptor probet pretium creditori Eccleſiæ eſſe ſolutum, cum ſic conſtet, fuiſſe in illius vtilitatem conuerſum: cui reſpondetur, non eſſe verum, pecuniam in commodum Eccleſiæ ceſſiſſe, quamuis illi, qui mutuauit, ſoluatur; quoniam cum Eccleſia non teneatur ex mutuo, quod in ipſius vtilitatem conuerſum eſſe non appareat, vt mox probabitur, nihil ſua intereſt, vt creditori ſoluatur, niſi talis ſit, vt poſſit aduerſus Eccleſiam experiri. Igitur ad iuſtificandam alienationis cauſam, quæ ad ſoluendum creditoribus Eccleſiæ fit, neceſſariò deſideratur, quòd probetur pecunia, quæ ſoluenda erat, in vtilitatem illius fuiſſe conuerſa; alioqui ex defectu cauſæ alienatio non tenet; Delbene *dubit. 20. num. 6.*

Quod limitandum eſt, cùm credita pecunia in Eccleſiæ vtilitatem præſumitur eſſe non diuerſa, (cui præſumptioni quando locus ſit ex ſequentibus apparebit) tunc enim ſatis erit, ſi emptor probet, pretium quod dedit, creditori fuiſſe numeratum. Sed ſi emptor poſſideat, nec hoc probare cogitur, quia agenti incumbet probare pretium in Eccleſiæ vtilitatem expenſum non eſſe; Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 53. num. 2.* Socin. Sen. *conſ. 15. num. 26. verſ. Sexto, probatur, lib. 1.* Abbas Panormitan. *in. cap. 1. num. 9. de depoſit.*

Ibi : *Id euidentiùs conſtat ex eo.*

41 Eccleſia non tenetur ex mutuo, niſi creditor probet, pecuniam in eius vtilitatem eſſe conuerſam, *cap. quod quibuſdam 4. de fideiuſſorib.* Gregor. Lop. *in l. 3. gloſ. 2. tit. 1. part. 5.* Delbene *ſup. dubitat. 20. num. 6.* Redoan. *de reb. Eccleſ. rubric. an. & quando ex mutuo oblig. Eccleſ. quæſt. 4. n. 1.* P. Vazq. *dub. 11. n. 40.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de actionib. reſolut. 2. n. 1.* Pat. Molin. *diſp. 300. n. 2.* Fachinæ. *controu. lib. 2. c. 77. cum ſeqq.* Menoch *de præſ. lib. 3. præſ. 29. num. 36. & de arbitr. caſ. 432. à princip.* vbi latiſſimè, Tuſch. *lit. P, concluſ. 506. n. 3.* Ioan. Matienç. *in leg. 12. gloſ. 2. num. 2. tit. 11. lib. 5. Recopilat.* Hermoſill. *in l. . gloſ. 2. nu. 1. tit. 1. partit. 5.* Pet. Rebuff. *in compend. de alienation. rer. Eccleſ. num. 39.* Ioſeph. Maſcard. *de probationib. concluſ. 1165. num. 3.* Stephan. Gratian. *diſceptation. forenſ. tom. 1. cap. 45. num. 1. & cap. 94. num. 46.* Seraphin. *deciſ. 366. num. 2.* Auendañ. *de cenſib. cap. 64. num. 5.* Roderic. *de annuis redditib. lib. 1. quæſt. 14. num. 33.* Nicol. Mozz. *de contractib. tractatu, de mutuo, cap. quomodo deficiat, ſeu reſoluatur, & finiatur mutuum, num. 7.* Cardin. Franciſc. Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuention. lib. 8. tit. 6. nu. 13.* Proſper. Farinac. *deciſ. 301. num. 12. part. 1.* Leonard. Leſſ. *de iuſtit. & iur. lib. 2. c. 20. dubitat. 2. num. 12* Rebellos *de obligation. iuſtitiæ, part. 1. lib. 8. de vſur. quæſt. 1. ſect. 3. numer. 5. 23.* Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad authenticam, hoc ius porrectum. num. 14. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Idem in contractu cenſus obſeruandum eſſe notauerunt Felician. *de cenſibus, lib. 2. cap. 3. num. 9.* D. Ioan. del Caſtill. *in tractatu de vſufructu, cap. 54. num. 17. in fine,* Hermoſill. *vbi proximè, num. 32.* Et illud in alijs contractibus cum Eccleſiis celebratis locum non habere, ſed in mutuo ſpecialiter admiſſum eſſe, aduertit Iacob. Menoch. alios referens *conſ. 114. num. 8. lib. 2.*

Ibi : *Sed & hoc verum eſt, vbi mutuum datur adminiſtratori.*

Si pecunia in mutuum detur Prælato ſimul, & Capitulo 42 Eccleſiæ, vel Rectori, & Decurionibus Ciuitatis, præſumitur in earum vtilitatem conuerſa, atque ideo ad ſolutionem obligantur, niſi contrarium ipſæ probauerint: ſecùs ſi ſoli Prælato, aut Rectori, ſub qua diſtinctione accipi debet præcedens communis concluſio, vt docent Tuſch. *dict. conc. 506. num. 26. & conc. 507. numer. 5.* Maſcard. *de probat. tom. 1. conc. 582. nu. 1. cum ſeqq.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 432. num. 3.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 13. num. 9.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 196. num. 1. cum ſeqq.* Trentacinq. *vbi proxime, num. 1. verſ. Prima opinio,* Azeued. *in l. 6. num. 17. tit. 2. lib. 1. Recopilat.* Fachin. *ſup. cap. 78. verſ. Contraria ſententia.* Idem de Ciuitate probant Molin. *ſup. num. 4.* & alij apud Hermoſill. *in d. l. 3. gloſ. 6. ex num. 2.* Tamen contrarium de iure Regio ſeruandum aſſerit, quoniam Ciuitates non ſunt liberæ, maximè ſi ad diſtractionem immobilium propter æs alienum deueniendum ſit; quod cum pluribus docet Bobadil. *in Politic. tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 87.* qui aduertit, propter hoc in facultatibus Regijs, quæ ad obliganda bona Ciuitatum expediti ſolent, clauſulam inſeri, quod *creditor releuatus maneat ab onere probandi verſionem pecuniæ in Reipublicæ vtilitatem.*

Præfata concluſio ampliatur, vt procedat in mandatario, qui à prælato, & Capitulo facultatem habet ad recipiendum mutuum Eccleſiæ nomine; nam intra permiſſam quantitatem creditor exigere pecuniam ab Eccleſia poterit, quamuis non conſtet de conuerſione in vtilitatem, Maſcard. *d. conc. 582. num. 4.* Molin. *num. 9.* Trentacinq. *ſup. num. 6.* Mantic. *num. 10.* Menoch *d. caſ. 432. num. 25. 26.* Quod limitat Molin. in habenti generale mandatum ad recipiendum mutuum abſque ſummæ præfinitione. Sed ſi abſque mandato ea ordinatione Eccleſiæ pecunia recipiatur, creditor probare tenetur pecuniam in Eccleſiæ vtilitatem ceſſiſſe, Menoch. *num. 32.* apud quem plures caſus, quibus res iſta ad amuſſim aperitur. 43

Ibi : *Verùm quia hæc Bartoli diſtinctio.*

Diſtinctio Bartoli, quam tradidimus *ſup. num. 42.* communiter reijcitur, quando ad ſolutionem creditæ pecuniæ, neceſſe eſt, vt ad alienationem pretioſorum mobilium, vel immobilium perueniatur, tunc enim quamuis pecunia Prælato, & Capitulo mutuo tradatur, adhuc creditor probare debet in Eccleſiæ vtilitatem ceſſiſſe mutuum, vt illud, diſtractis præfatis rebus, repetere valeat. Ita docent poſt Panormitan. Archidiacon. & Albert. Gregor. Lop. *in d. l. 3. gloſ. 2. tit. 1. part. 5.* Molin. *num. 5.* Matienç. *ſup. d. gloſ. 2. num. 5.* & alij, quos laudat Hermoſill. *d. gloſ. 2. num. 2.* & Menoch. *vbi proximè, num. 7.* Et è contra ſi ad venditionem eorum bonorum deueniendum non ſit, quamuis ſoli Prælato mutuetur, creditor non aſtringitur ad probandum pecuniam pro Eccleſiæ vtilitate conſumptam eſſe; Mantic. *ſup. dict. tit. 13. num. 10. 13. 14.* Trentacinq. *vbi proximè, numer. 5* Hermoſill. *num. 23.* Molin. *num. 6.* à qua ſententia neminem diſcrepare teſtatur Menoch. eum ſequutus, *n. 17.* Sed loquitur viuo, regenteque Eccleſiam eodem, qui mutuum accepit. 44

Hæc profectò, ſub Doctiſſimorum Interpretum venia, non arrident; & quoad primam partem; ſcilicèt omnino requiri probationem verſionis mutuæ pecuniæ in Eccleſiæ vtilitatem, ſi de alienatione rei pretioſæ ad eius ſolutionem agatur, fundamentum, quo *Molin.* & ſequaces nituntur, non eſt ſolidum: aiunt enim, quòd cum ad earum rerum alienationem euidens deſideretur vtilitas, talis euidentia reperiri non poteſt, niſi appareat, pecuniam in Eccleſiæ commodum fuiſſe conuerſam. 45

Hæc inquam, tamen ſolida non eſt, quia ad huiuſmodi alienationem tunc requiritur vtilitas euidens, quando ex cauſa vtilitatis ſit; non ex alijs, veluti pietatis, aut neceſſitatis; ſufficit enim quod hæc vrgeat, nec aliunde ſuccurri ei poſſit, vt videre eſt apud DD. laudatos *ſup. cap. proxim. num.* 89. ſi igitur vt aduerſarij volunt, Eccleſia obligatur ex mutuo à Prælato ſolo, vel cum Capitulo recepto, ſi res pretioſa ad ſolutionem non vendatur, non erit vtilitatis, ſed neceſſitatis cauſa, atque ita de vtilitate euidenti curandum non eſt, cum adſit iuſtiſſimus ad alienandum titulus, nempè æris alieni ſolutio, *l.* 1. *tit.* 14. *part.* 1. *authent. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Pet. Gregor *ſup. lib.* 25. *cap.* 8. *num.* 4. Imò dici iure poteſt, rem alienari in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, ſi pretium ſoluatur creditori, cui ſaltem ex fructibus ſatisfacere tenebatur.

Nec in contrarium adducere nos debet conſideratio *Molinæ* videlicet quòd admiſſa *Bartoli* opinione, ſequeretur, quod prælati, & Capituli in poteſtate foret, immobilia pro libito alienare in Eccleſiæ diſpendium, accipiendo mutuam pecuniam, eámque in vſus ei neque vtiles neque neceſſarios expendendo, per quod ad alienationem neceſſariam deueniretur pro ſatisfactione æris alieni, quod illi fecerint.

Quoniam reſpondetur primò hoc euenire per conſequentiam; quod attendi non ſolet, *l.* 1. *ff. de authoriſat. tutor.* Secundò, non eſſe præſumendum de Prælato, & Capitulo, quòd bona Eccleſiæ ſuæ velint abſumere, cum ſit delictum; *l. dolum* 6. *C. de dolo, l. merito* 51 *ff. pro ſocio*, Menoch. *ſup. numer.* 1 . Tertiò, res immobiles Eccleſiæ alias huic periculo eſſe ſubiectas, ſi Prælatus, & Capitulum perperam adminiſtrationis munus exerceant; nam ſi fructus dilapident, & alia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, diſperdant, neceſſe erit ad alienationem immobilium, vel mobilium pretioſorum, vt Eccleſiæ neceſſitatibus ſubueniatur, peruenire.

Ex quibus omnibus manifeſtè deducitur, quòd cum pecunia mutuata Prælato, & Capitulo præſumatur in Eccleſiæ vtilitatem conuerſa, poteſt res immobilis Eccleſiæ vendi, vt creditori, qui ſic mutuauit, ſatisfiat, licet non probet, pecuniam in vtilitatem Eccleſiæ ceſſiſſe, prout, pluribus laudatis, reſoluit Menoch. *numer.* 13.

46 Secunda Panormitani, Molinæ, & aliorum aſſertio impugnatur *ex authent hoc ius porrectum, C de Sacroſanct. Eccleſ. l. ciuitas* 27. *ff. ſi cert. petat. & l.* 3. *tit.* 1. *part.* 5. Quibus cauetur, Eccleſiam, & Ciuitatem, quæ quoad hoc æquiparantur, non teneri ex mutuo, niſi verſio pecuniæ in earum commodum probetur; quod abſque diſtinctione cautum eſt, & ita accipi debet, ſiue ex mobilibus, ſiue ex immobilibus debitum ſit ſoluendum; vbi enim lex diſtinctionem non adhibet, nec nobis diſtinguere permittitur; *l. non diſtinguemus, ff. de recept. arbitr. l. de pretio, ff. de Publiciana in rem action.* quod alibi à nobis notatum eſt.

47 Sed replicari poteſt, quòd ex *iſtis iuribus*, etiam diſtinctio *Bartoli*, de qua *ſup. numer.* 42. impugnatur; quandoquidem ea generaliter probent, mutuum non teneri Eccleſiam reddere, dum non probetur ad eius vtilitatem eſſe conſumptum; nec diſtinguunt, an Prælato ſoli, vel ei cum Capitulo mutuetur. Dicendum verò eſt; hanc interpretationem, ſeu limitationem *eas leges* admittere ex Legiſlatorum mente, quibus cordi fuit, Eccleſiæ; vel Ciuitatibus conſulere, quæ ſi, vt ſonant, forent obſeruandæ, in earundem incommodum verterentur; quis enim vellet harum neceſſitatibus per mutuum ſubuenire, ſi ad repetendum, verſionem in vtilitatem probare cogeretur? Quam rationem aliud agens conſiderat Conſultus *in l. quod ſi minor* 25. § *Non ſemper, ff. de minorib.* & Molin. *dict. diſput.* 300. *num.* 8. Maximè cum ea probatio ſit difficilis, vt reſpſit Bart. *in d. authent. Hoc ius porrectum, numer.* 17. Bald. *in l.* 2. *C. Si aduerſ. creditor.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 55. *numer.* 4. Inuenta ergo eſt cautela, qua & Eccleſiæ proſpiciatur, ne Prælati ad libitum poſſint ſuæ Eccleſiæ conditionem deteriorare; & creditoribus, vt ab onere probationis difficilis liberentur. Prælato ſcilicet & Capitulo in mutui receptione concurrentibus. De hoc tamen conſulas Menoch. *dict. caſ.* 431. *ex numer.* 17. vbi rectè probat, quòd Prælatus, idem; qui mutuum recepit, tenetur ex fructibus creditori ſatisfacere, etſi non probet, pecuniam in vtilitatem Eccleſiæ expenſam. Nec ſuam turpitudinem allegans audiatur Prælatus, ſi pecuniam male conſumpſerit, & ſic quæ dicta ſunt in hoc caſu minime procedunt: cum qua limitatione vera eſt diſtinctio tradita *ſup. numer.* 41.

Ibi: *Tutius erit, mutuam pecuniam ab Eccleſia recipi.*

Adde Hermoſill. *in d. l.* 3. *gloſ.* 2. *n.* 16. *tit.* 1. *part.* 5. vbi alij.

Ibi: *Extra hunc caſum.*

D. Couar. accedit Rebell. *de obligat. iuſtit. lib.* 8. *quæſt.* 1. *ſect.* 5. *num.* 21. Sed admiſſa *Bartoli* doctrina, ſi pecunia Prælato & Capitolo credatur, Eccleſiæ auxilium reſtitutionis in integrum non denegabitur, ſi ipſa probet, ex mutuo ſuis neceſſitatibus, aut vtilitati non eſſe conſultum, nec onus probationis creditori incumbere, aduerſus D. Couar. *hic*, probant Menoch. *d. caſ.* 432. *num.* 13. 15. Maſcard. *conc.* 1165. *num.* 8. 25. Hermoſill. *num.* 8. 25. Trentacinq. *ſup. num.* 3. Ant. Gom. qui in minore loquitur, *variar. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 8. *verſ. Quintò, infertur.* Procedis tamen D. *Couarr.* ſententia in mutuante cum vſuris, in cuius odium ſtatutum eſt, vt in hoc caſu ad probandum, pecuniam in vtilitatem Eccleſiæ conuerſam eſſe teneatur, vt probatur *ex l.* 1. *&* 2. *C. ſi aduerſ. credit.* quæ licèt in minore loquatur, ad eam extenditur: quod docent Trentacinq. Hermoſill. & alij, & in minore, Anton Gom. *ſup.* Molin. *vbi proxime, num.* 14. Sforcia Odd. *de in integ. reſtitut. part.* 2. *quæſt.* 51. *art.* 5. *à numer.* 46. Aug. Barboſ. *in collectan. ad l.* 1. *numer.* 8. *C. Si aduerſ. creditor.* vbi plures recenſet, nec contrarium ſentientes omittit, qui in minore affirmant, quod de Eccleſia D. Couar. *in præſenti* docet. 48

Verſ. *Qualiter autem probetur.*

Cum difficilè probetur verſio pecuniæ in Eccleſiæ vtilitatem, vt proximè dicebatur; probatur nedum per teſtes deponentes, ſe vidiſſe in eam cauſam fuiſſe expenſam, verùm etiam per coniecturas fit, vt inquit Maſcard. *conc.* 585. *num.* 16. Quæ autem illæ ſint, videas apud Menoch. *dict. caſ.* 431. *à num.* 34. *& d. præſ.* 55. *num.* 5. *cum ſeqq.* In quo plurimum Iudicis arbitrio deferendum aſſerunt, vltra Menoch. *d. caſ.* 431. *num.* 17. Matienc. *ſup. lib.* 8. *tit.* 15. *num.* 15. Maſcard. *conc.* 1165. *num.* 35. *& conc.* 1106. *n.* 8. Hermoſill. *n.* 26. Præſumptiones, quarum meminit Menoch. ſunt, ſi Eccleſia eſſet cum mutuum fuit acceptum, in neceſſitate conſtituta, probitas & prudentia Prælati, ſi ſumma mutuata fuerit exigua, ſi cauſæ propter quam mutuum datum eſt, paulò poſt receptionem ſubuentum appareret, ſi liber rationum adminiſtrationis ſit apud eum, aduerſus quem verſio in vtilitatem probanda eſt, nec velit illum edere, vt Prælatus, vel œconomos. 49

Ad Num. 4.

Antequam ad præſentis concluſionis, ac ſequentium enucleationem accedamus operæ pretium erit prælibare quid de iure circa emphyteuſim rerum Eccleſiæ ſit conſtitutum? Et in primis ſciendum eſt, vetitum eſſe, ne talis contractus fiat, niſi iuris ſolemnitates interueniant, quæ in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum deſiderantur, vt planè probatur *ex d. extrauagant. Ambitioſæ*, & aduertunt Tuſch. *conc.* 158. *num.* 1. *lit. E*, Pat. Molin. *diſput.* 466. *num.* 2. Caldas *de renouat. emphyteus. quæſt.* 16. *numer.* 5. Delbene *dict. cap.* 17. *dubit.* 15. *numer.* 3. 4. Aug. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 95. *numero tertio*, Pellizzar. *in manual. Regular. tom.* 1. *tract.* 6. *capit.* 8. *numer.* 18. Gregor. Lop. *in l.* 3. *gloſ.* 4. *tit.* 26. *part.* 4. vbi textus, Bonacin. *dict. tractat. de alienat. bonor. Eccleſiaſticor. quæſt. vnic. punct.* 2. *numero* 20. 50

A qua prohibitione excipiuntur in *d. extrauag.* res ſo- 51

lit r in emphyteuſim concedi; quæ ſi ad Eccleſiam reuerſantur, poterunt abſque ſolemnitatibus ſimiliter alienari, quibuſdam accedentibus conditionibus, quarum meminimus, *ſup. num.* 1. quod præter ibi laudatos adnotarunt Tuſch. *lit. A, conc.* 273. *num.* 81. Bonacin. *vbi proximè*, Menoch. *conſ.* 90. *num* 20. Gregor. Lop. *d. gloſ.* 4. Hermoſill. *in l.* 15. *gloſ.* 1. *num.* 92. *tit.* 5. *part.* 5. Leſſi. *de inſt. lib.* 2. *c.* 24. *dub.* 1. *num.* 59. Iul. Clar. *receptar. ſentent. lib.* 4. §. *Emphyteuſis*, *q.* 61. *num.* 1. Quarant. *ſup. num.* 39. *cum ſeqq.* Quæ etiam in feudo procedunt, de quo, & emphyteuſi, DD. promiſcue loqui ſolent; nam de vno ad alterum, & è contra, valet argomentum, niſi aliud expreſſim cautum reperiatur, vt obſeruat Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 2. Clar. §. *Feudum*, *q.* 3. *verſ. Dicis etiam.* De quo vid. Valaſc. *de iure emphyteut. lib.* 1. *q.* 59. *num.* 19. vbi differentias inter feydum & emphyteuſim fuse refert.

52 Circa intellectum præfatæ conſtitutionis quæritur, quando res dicatur ſolita infeudari, vt alienari eodem modo, omiſſis ſolemnitatibus, poſſit? de quo Iul. Clar. *ſup.* §. *Feudum*, *quæſt.* 13. *num.* 4. Pellizzar. *num.* 9. *verſ. Reſpondeo requiri*, Gregor. Lop. *vbi proximè*. Redoan *de reb. Eccleſ. quæſt.* 61. *num.* 4. Et receptum eſt, vineam conceſſionem, iuris ſolemnitatibus ſeruatis, ſufficere; vt res ad Eccleſiam rediens, iterò non ſolemniter infeudetur vt docet Pat. Molin. *diſp.* 468. *num.* 19. *verſ. Duo in lucem*, Barboſ. *ſup. num.* 29. 32. Pellizzar. *nu.* 8. Hermoſill. *nu.* 9. *cum ſeqq.* Delbene *dubit.* 1. *nu.* 36. *& dubit.* 15. *num.* 14. Gonçal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 6. *num.* 124. Franciſc. Leo *in theſaur. fori Eccleſiaſtic. c.* 15. *n.* 3. Iul. Clar. *vbi proximè*, communem dicit, ſed quod requirantur duæ ſaltem infeudationes cum lapſu quadraginta annorum, vt tutius approbat.

53 Sed ſi de ſolemni conceſſione non appareat, ex lapſu quadraginta annorum præſumitur ſolemnitas, etiamſi vna ſola interceſſerit infeudatio, niſi contrarium probetur, Molin. *ibidem*, Barboſ. cum alijs, *num.* 36. Gregor. Lop. *dict. gloſ.* 4. *poſt medium*, qui tamen plures conceſſiones requirit. Ratio vtriuſque aſſertionis eſt, quia Prælatus nouam alienationem non videtur facere, ſed præcedentem prorogare, quæ ſi legitima ſit, aut præſumatur, ſolemnitates iuris iterum adhibere non eſt neceſſe. Quod eſt intelligendum prioſquam res, quæ reuertitur, bonis Eccleſiæ incorporetur, prout iam explanabitur: quoniam poſtquam res feudalis cæteris bonis menſæ commixta eſt, eadem infeudatio, ſiue emphyteuſis nulla ratione dici poterit; quanquam contra ſupra tradita ſenſerit minus rectè Caldas Pereir. *de renouat. emphyteuſ. quæſt.* 14. *per tot.*

54 Supra tradita verò procedunt duntaxat, cum res ad Eccleſiam reuerſa, nondum eſt menſæ incorporata, alioqui Prælatus nequibit ipſam abſque iuris ſolemnitatibus tradere in emphyteuſim, quia non cenſebitur continuatio primæ alienationis, ſed noua; Abbas *in cap. vt ſuper*; *num.* 11. *de reb. Eccleſ.* Molin. *num.* 18. Iul. Clar. *d. quæſt.* 13. *num.* 3. Bonacin. *ſup. verſ. Tertia eſt*, Menoch. *conſ.* 79. *nu.* 10. Delbene *dubit.* 15. *à num.* 11. Pellizzar. *num.* 19. Imò ſi bona ſint iuriſdictionalia, nullomodo licebit Prælatis Regularium ea iterùm in feudum, vel emphyteuſim concedere, quia prohibetur illis per Bullam Vrban. VIII. editam *Kal. Non ann.* 1625. quam refert Pellizzar. *n.* 20. & notat Peirin. *ſup. n.* 5.

55 Quando res dicatur menſæ incorporata, inquirendum eſt; in quo aliqui caſus ſunt proponendi, vt ita faciliùs percipiatur. *Primus* ſit, vbi expreſſim Prælatus voluntatem non concedendi ampliùs rem reuerſam in emphyteuſim manifeſtat: & procul dubio ſic efficitur de menſa, ne abſque ſolemnitatibus poſſit emphyteuticari, nec licebit deinceps pœnitere per renocationem voluntatis; Molin. *n.* 20. *verſ. Tunc verò*: Abbas *ſup. n.* 10. *verſ. Et dicendum eſt*, Claud. de Seyſſellio *in ſpecul. feudor. tit. qui feud. dare poſſunt*, *pag.* 251. Menoch. cum alijs, *vbi proximè*.

Secundus eſt, cùm Prælatus ſolùm facit deſcribi rem, quæ vacauit inter cætera Eccleſiæ bona; & ex hoc oritur præſumptio incorporationis, vt alienationi abſque ſolemnitate locus non ſit; Bart. *in l. ſi vacantia*, *num.* 8. *C. de bon. vacantib. lib.* 10. Pellizzar. *vbi proximè*, *verſ. Reſpondeo requiri*, Abbas *in d. c. vt ſuper*, Redoan. *vbi ſup.* Zali. *in epitom. feudor. part.* 5. *num.* 50. Seyſſellius *ſup. verſ. Tamen concludendo*, Menoch. apud quem & alij, *n.* 4.

Tertius eſt, ſi Prælatus rem reuerſam per tempus aliquod retinuerit, cum de eius voluntate non conſtet; tunc quæritur quanti temporis lapſus ſufficiet, vt incorporata præſumatur? circa quod variæ reperiuntur ſententiæ. Alij vnicum annum, alij decem, alij triginta prætereunte opus eſſe opinantur, vt videre licet apud Redoan. *vbi proximè*, & Menoch. *num.* 17. Ex quibos prima, ſcilicet vnius anni lapſu incorporationem præſumi, vera ac communis eſt; quam tenent Archidiacon. *in c.* 1. *&* 5. *quæſt.* 8. Molin. *ſup. n.* 20. Abb. *in d. cap. vt ſuper*, *nu.* 10. Delbene *ſup. nu.* 11. 12. Deci. *in authent. qui rem*, *num.* 21. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Viuian. *vbi proximè*, Guid. Pap. *quæſt.* 154. Iul. Clar. *d. quæſt.* 13. *num* 3. Card. *de renouat. emphyteut. quæſt.* 4. *num.* 25. & alij apud Menoch. *num.* 2. qui *num.* 17. contra ſentientes laudat. Sed hoc limitari debet, quando Prælatus habuit iuſtum impedimentum, vel cauſam differendi vltra annum infeudationem: veluti ſi idoneum vaſſallum, vel emphyteutam non inueniat, Redoan. Pellizzar. *vbi proximè*, Menoch. ex alijs *n.* 17. *verſ. Quinimo Archidiaconi*, quò loci rectè inquit, ab hac coniectura à lapſu anni orta, poſſe Iudicem ex alijs præſumptionibus recedere. 56

Quibus præiactis, quid ſibi velit *D. Couar.* oportet inquirere, dum aſſerit, rem emphyteuſi dari ſolitam, ſi ad Eccleſiam reuertatur; poſſe denuò in emphyteuſim concedi ea ſolemnitate, qua conſueuit dari; cui ſubſcripſit Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditibus*, *cap.* 2. §. 2. *dub.* 16. *in princip.* Nam aut loquitur de re emphyteutica iam incorporata bonis Eccleſiæ; & dubium non eſt, quin ſint adhibendæ iuris ſolemnitates, iuxta *d. extrau. Ambitioſæ*, ſi iterum concedatur, ex proximè dictis: aut de re adhuc non incorporata; & eſt aduerſus mentem, & commune Interpretum placitum, qui ſentiunt, in hoc caſu non eſſe opus ſolemnitates, ſi cum illis primò fuit res legitimè conceſſa, ſiue ſolemnitates iuris ſint, ſiue eæ quas introduxit conſuetudo; vt notauit Molin. *ſup. n.* 18. qui ſubdit: *Nec fortè aliud voluit Couar. de hoc loco agens.* Dicendum ergo eſt, D. Couar. *in præſenti* nihil contra præfatam communem ſententiam aſſeruiſſe, qui ſolùm docet, quòd quando ſolemniter eſt tradenda res in emphyteuſim, quæ ſolita eſt concedi, ſufficit, ſi adhibeantur illæ ſolemnitates, quas circa eandem induxit conſuetudo, nec quæ iure præſcriptæ ſunt, deſiderantur: quod ita verum eſt, vt ex dicendis mox apparebit. Quando autem ſolemniter talis res concedi debeat, ipſe non aperit, ſed declarandum eſt iuxta diſtinctionem ſupra poſitam inter incorporata, & non incorporata. Vnde rectè Molin. *ſup.* dixit, D. Couar. aduerſos communem non ſenſiſſe. 57

Ibi: *Et licèt ſolemnitas à Canonibus requiſita.*

Solemnitates iure Canonico ſtatutas ad bonorum Eccleſiæ alienationem tolli conſuetudine non poſſe, cum *D. Couar.* ſentiunt Mareſcot. *variar. lib* 1. *cap.* 95. *num.* 25. Benintend. *deciſ.* 13. *num.* 7. Clar. *d.* §. *Emphyteuſis*, *quæſt.* 28. *n.* 7. *verſ. Etſi dicas, in fine*, Rebuff. *in d. compend. de alienat. rer. Eccleſ. à num.* 10. Quarant. *ſup. num.* 50. Gemma *Luſitan. deciſ.* 33. *num.* 1. & alij, quos refert, & ſequitur Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad cap. cum cauſa*, *num.* 7. *de ſentent. & re iudicat.* & *num.* 10. hanc diſtinctionem *D. Couar.* inter alienationem perpetuam, & emphyteuſim, probat. 58

Sed contrarium ſuſtinent Ballamer. *in d. cap. cum cauſa*, *num.* 3. Pet. Gregor. *Syntagmat. iur. lib.* 25. *cap.* 8. *num.* 19. Maſcard. *de probat. conc.* 75. *n.* 24. Chaſſan. *in conſuetudinib. Burgund. rubric.* 9. §. 9. *n.* 32. Fortun. *de vltim. fin. illa. n.* 4. Cald. *ſup. quæſt.* 15. *num.* 1. Pat. Molin. *diſput.* 169. *num.* 9. & dixi *ſup. num.* 15. 19. nec diſſentire videtur D. Couar. *ſup. cap. proxim. numer.* 6. *verſ. Quintò, ſunt qui.* Ratio eſt, quia cum hæ ſolemnitates ſint de iure poſitiuo humano, tolli conſuetudine poſſunt, quæ vim obtinet, leges, etiam Canonicas, abrogandi; *capit. fin. de conſuetudin.* Thom. Delbene *de Immunit. Eccleſiaſt. tom.* 1. *capit.* 5. *dubit.* 14. *ſect.* 2. *num.* 1. *cum ſeqq.* Aug. Barboſ. *in collectan. ad d. cap. fin. nu.* 10. vbi alios refert, Lotter. *de re beneficiar. lib.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 48. Gutier. *Canonicar. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 14. 15. Ad hæc prædictæ ſolemnitates 59

lege

lege contraria abolerentur, vt compertum eſt; ergo idem conſuetudine fieri poterit, quibus eadem virtus eſt; *l. de quibus 32. ff. de legib.* Delbene *cap. 8. dub. 29. ſect. 2. num. 4.* Menoch. *conſ. 34. num. 8.* Aigel. *de acquirend. poſſeſ. quæſt. 3. vers. 5. num. 7.* Imò fortius operatur conſuetudo, quam lex: Marescot. *ſup. lib. 2. cap. 90 num 10.* Bart. *in l. viros, C. de diuerſ. offic. lib. 12.* atque ita ſcripſit ex pluribus Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 36. n. 93.* nullum eſſe ius merè poſitiuum, quod conſuetudine abrogari non poſſit. Quibus accedit, quod tradit poſt alios Menoch. *conſ. 1169. num. 11. 12.* ſcilicet poſſe conſuetudine introduci, ne ſolemnitates iuris adhibeantur in alienatione rerum Ciuitatis: & Eccleſia & Ciuitas quoad prohibitionem alienationis, pari paſſu regulariter ambulant, Gratian. *diſceptat. cap. 196. numero 10.*

60 Cui ſententiæ non reſtagatur textus *in cap. 1. de conſuetudin.* qui licèt communiter ab Interpretibus allegetur ad probandum conſuetudines Eccleſiæ oneroſas non valere, id ex illo deduci, ſi benè intelligatur, minimè poteſt; ſed ad ſummam duntaxat probat expedire, vel decere, vt tollantur, atque ita eas validas ſupponit. Verùm ſi ad locum originalem vnde textus ille deſumptus eſt, recurramus, qui eſt D. Gregor. *lib. 1. epiſt. 64.* apparebit, *ibi* tractari de remiſſione conſuetudinum, quæ in fauorem Sedis Apoſtolicæ erant introductæ, per quas Eccleſiæ grauabantur, quæ Pontifici xenia quædam ſiue munera mittere ſolebant, vt obſeruat Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad d. cap. 1. num. 4.* vbi nonnulla adducit exempla, vt oſtendat, conſuetudines aduerſus Eccleſiæ vtilitatem iure ſubſiſtere, veluti circa Decimas, quæ conſuetudine minui, & tolli poſſunt, vt cum *D. Couar.* diximus *ſup. lib. 1. cap. 17. num. 97. cum ſeqq.* Sic *in cap. relatum 11. §. Licèt, de teſtament.* conſuetudo probatur diſponendi de rebus Eccleſiæ intuitu quæſitis, in vltima voluntate, ad certos vſus; quod quidem Eccleſiæ damnoſum eſt. Imò in Hiſpania inualuit conſuetudo, vt Clerici in his bonis ſucceſſores tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato habeant, vt ex alijs probauimus *ſup. lib. 1. cap. 15. num 58.* & pro libito ſaltem validè de illis teſtantur.

61 Nec magis vrget, quòd conſuetudo tollens ſolemnitates iuris in alienatione rerum Eccleſiæ, eſſet irrationabilis, quare ſuſtineri non debet, *d. cap. fin. de conſuetud.* Nam reſpondetur, quòd licèt conſuetudo inducat id, quod expedire non videatur, non ideo irrationabilis eſt iudicanda, vt in exemplis proximè allatis videre licet: illa enim ſolùm vt rationi contraria ſubſiſtere nequit, quæ iuri Diuino, vel naturali aduerſatur; Delbene *d. dubit. 29. ſect. 1. num. 1. 3.* Nauar. *lib. 3. conſ. 5. de conſuetud. num. 3. edit. 1.* quibus conſentit Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 82. num. 7.* vbi ex *Butrio* docet, de iure Canonico illam tantùm conſuetudinem irrationabilem cenſeri quæ fini æterno opponitur, & eſt peccati nutritiua; conſuetudo autem diſtrahendi bona Eccleſiæ iuſtis de cauſis abſque ſolemnitatibus iuris, talis non eſt, vt tanquam irrationabilis viribus carere cenſeatur.

Ibi: *Sicut verò in datione rerum Eccleſiæ.*

62 Hæc differentia inter emphyteuſim, vel feudum, & alienationes perpetuas ex dictis videtur ſublata; quam tamen probat Auguſt. Barboſ. vt dixi *ſup. num. 58* & Clar. *d. quæſt. 28. num. 7. verſ. Etſi dicas, ad fin* eamque Praxis approbat; nam multis in locis ſolemnitates non exactè ſeruantur, aut penitus omittuntur in conceſſione feudi, vel emphyteuſis Eccleſiaſticæ, vt teſtatur Clar. *vbi proximè,* Speculat. *de locat. §. Nunc aliqua, verſ. Sextò, quæritur,* Delbene *d. cap. 17. dubit. 1. num. 38.* Azo *in ſumm. C. de Sacroſanct. Eccleſ. in fine,* quamuis in perpetuis alienationibus talis rarò conſuetudo introduxerit, nam ſaltem ſolemnitates *cap. ſine exceptione 22. 12. q. 2.* in vltdi ſunt obſeruantia.

Ad Num. 5.

63 Emphyteoſis Eccleſiaſtica conceſſa ſimpliciter, vel pro [...]dibus, tertiam generationem accipientis non excedit, [...]æredibus extraneis competit, niſi adhibitæ ſint iuris ſolemnitates, quamuis ſecundum conſuetudinem validè, ac licitè concedatur, Clar. *vbi proximè, num. 6. in fine,* Par. Vazq. *ſup.* Afflict. *deciſ. 100.* Gregor. Lup. *in l. 69. gloſ. 1. tit. 18. part. 3.* Tuſch. *lit. E. conc 156. num. 1.* Trentacinq. cum alijs, *variar. lib. 3. tit. de iur. emphyteut. reſolut. 3. n. 10.* Mulin. *diſput. 469. num. 9.* vbi limitat, niſi conſuetudine etiam receptum ſit, vt emphyteuſis Eccleſiaſtica pro hæredibus conceſſa, extraneos quoque complectatur: & generaliter docet, id eſſe ſeruandum omnino, quod moribus circa hoc fuerit approbatum.

Ibi: *Nec obſtat textus.*

Harum deciſionum contrarietas Interpretes cogit, vt in 64
varias ſententias abeant. Alij ſentiunt, §. *Emphiteoſim,* omnino eſſe abrogatum per §. *Licentiam,* atque ita licere Eccleſiæ res in emphyteuſim perpetuam, etiam pro hæredibus extraneis dare, Mulin. *nu. 1.* Gregor. Lup. *in l. 28. gloſ. 5. col. 5. tit. 8. part. 5.* Alij correctionem admittunt, ſed duntaxat quoad deſcendentes, quibus in infinitum emphyteoſis concedi poteſt, non quoad extraneos, quos Eccleſiaſticæ emphyteoſis indicant iure *Authenticorum* incapaces; & hæc eſt æquè recepta ſententia, Trentacinq. *num. 3.* Alexand. *in l. etiam, ff. ſolut. matrimon.* Caldas aliquos referens probabiliorem dicit *quæſt. 33. num. 42.* licèt non ſequatur. Alijs placet, Imperatorem *in §. Emphyteoſim,* loqui de Eccleſia Coſtantinopolitana; in §. *Licentiam,* de alijs generaliter, Imola *in l. quod dicitur, la 2. col. 10. verſ. Hoc verum, ff. de verb. obligat.* Menoch. *conſ. 1066. num. 9. verſ. Reſpondetur ſecundo,* Cald. *num. 46.* Alij tenent, *d. §. Emphytheoſim,* procedere vbi ſolemnitates non interueniunt; at alter textus, ſi illæ adhibeantur, Bart. *in l. etiam, ff. ſolut. matrimon.* Dec. *in cap. in præſentia, n. 48. de probat.* Parlador. *different. 71. §. 1. num. 4.*

Alij tandem, & verius, cum *D. Couar.* docent, penitus cor- 65
rectionem excludentes, *d. §. Licentiam,* intelligendum fore iuxta §. *Emphytheoſim,* ita vt attento iure illo non poſſit res Eccleſiæ vltra tertiam generationem concedi, aut pro hæredibus extraneis, Bald. *conſ. 372. verſ. 4. volum. 4.* Auguſt. Barboſ. *in tract. de dictionib. dict. 254. num. 11.* Tuſch. *lit. D. conc. 326. num. 7.* Cened. *poſt lib. practicar. & Canonicar. quæſtion. ſing 78.* Calderin. *conſ. vlt. de verbor. ſignific.* Nam verbum, *perpetuum,* non ſemper temporis infinitatem denotat, ſed pro materia ſubiecta variè accipitur, Gloſ. *verb. viuunt, in l. 1. ff pro ſocio,* Menoch. poſt alios *conſ. 451. n. 25.* Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg. 58. num. 14.* Tuſch. *d. conc. 326. per tot.* late Auguſt. Barboſ. *vbi proximè,* ſic in *d. §. Licentiam,* aduerbium, *perpetuò,* accipiendum eſt pro tempore vſque ad tertiam generationem; nam hoc materia, de qua agitur, poſtolat.

Cui reſolutioni non obſunt, quæ Alex. Trentacinq. *vbi* 66
proximè in contrarium conſiderat; tum quòd in *d. §. Licentiam,* neceſſariò temporis infinitas ſignificatur, quoniam dicitur, non ſolùm ad tempus, ſed & perpetuò; nam eodem modo ponitur per Conſultum in *l. 1. ff. pro ſocio.* & tamen ibi ſolùm vitæ contrahentis tempus comprehenditur: Tum quod verba, *Licentiam damus,* ius nouum inducunt, atque ita ea diſpoſitio nequit ad ius antiquum omninò referri. Hæc ſanè leuiſſimum eſt fundamentum, vt intuenti manifeſtè conſtabit, ſi quidem quod alias conſtitutum eſt, ſi alicubi iubeatur, aut permittatur, per hæc, vel ſimilia verba exprimi ſolet, nec ex tam leui coniectura iuris correctio admittenda eſt, quæ quantùm poſſibile ſit, vitari debet; *cap. cum expediat 29. de election. in 6.* vbi Barboſ. *in collectan.* plures refert, *l. 1. C. de inoffícioſ. dotib.* Ceuall. *commun. tom. 2. quæſt. 828. num. 145.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 63. n. 33.* Delbene *de immunit. Eccleſiaſt. tom. 1. c. 2. dubit. 4. ſect. 3. n. 31.*

Cæterum præfata imperiali conſtitutione nihil impe- 67
diente, bona Eccleſiaſtica in emphyteuſim, nedum pro omnibus accipientis deſcendentibus, ſed etiam pro hæredibus extraneis, modo iuris Canonici ſeruentur ſolemnitates in rerum Eccleſiæ alienatione requiſitæ, dari poſſunt, vt cum *D. Couar.* ſtatim dicendum eſt; quoniam leges Principum ſecularium circa bona Eccleſiæ ſpecialiter diſponentes, etiam in Eccleſiæ fauorem non obligant,

cap.

cap. Eccleſia 10. *de conſtitut c. bene quidem*, 96. *diſtinct.* Cald. *de nominat. emphyteut. quæſt.* num. 5. Delbene *ſup. tom.* 2. *c.* 9. *dubit.* 1. *num.* 14. Clar. *d.* §. *Emphyteuſis*, *quæſt* 28. *num.* 7. *in fine*. Nec d. §. *Emphyteoſim*, approbatus eſt iure Pontificio, vt latè probat Clar. *verſ. Etſi dicatur*. Seruabitur tamen, ſi alicubi vſu receptus fuerit, non in vim legis, ſed conſuetudinis, cui quoad hoc ſtandum eſt; Clar. *num.* 10. *in fine*, Molin. *n.* 3. *in fin.* Laici tamen ad eas leges obſeruandas tenentur, Clar. *q.* 48. vbi alij.

Verſ. *Tertia concluſio.*

68 Iuris Canonici ſolemnitatibus adhibitis, quæ in bonorum Eccleſiæ alienatione deſiderantur, licet emphyteuſim Eccleſiaſticam in perpetuum concedere, vt ad deſcendentes omnes, & hæredes extraneus poſſit peruenire; Trentacinq. *n.* 4. *verſ. Prima eſt.* Cald. *ſup. quæſt.* 23. *n.* 45. Par. Vazq. *vbi proximè*, Afflict. *d. deciſ.* 100. Parladot. *d.* § *n.* 4. Molin. *n.* 2. Clar. *ſup. quæſt.* 6. *n.* 4. *& d. quæſt.* 28. *n.* 5. Delbene *d. c.* 17. *dubit.* 5. *n.* 5. 6. Valaſc. *de iur emphyteut. lib.* 1. *q.* 49. *n.* 3. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 76. *n.* 57. Cyriac. *ſup. tom.* 1. *controuerſ.* 246. *n.* 6. *cum ſeqq.* Meneſes *in l. cum virum, ad fin. C. de fideicommiſ.* Greg. Lop. *in l.* 69. *gloſ.* 1. *tit.* 18. *p.* 3. Tuſch. *lit. E, conc.* 156. *n.* . Quicquid ſentiant aliquid apud Caldas *ſup. n.* 44. quorum ſententiam in puncto iuris veriorem fatetur.

Ibi : *Nam ſi eo caſu.*

69 Hanc eandem rationem reddunt Molin. Trentacinq. Vazq. Cald. Delbene, & alij proximè laudati; nec curandum eſt de prohibitione *d.* §. *Emphyteuſim*, etſi correctus non ſit; quia non tenet, vt nuper dicebamus.

Verſ. *Quarta concluſio.*

70 Conceſſio emphyteuſis Eccleſiaſticæ in perpetuum pro hæredibus, extraneos quoque ſucceſſores comprehendit, ſi iuris ſolemnitates in ea interuenerint, Molin. *n.* 3. Cyriac. *vbi proximè*; Vazq. *ſup. n.* 58. Mareſcot. *ſup.* Corne. *conſ.* 31. *lit. Q, & conſ.* 173. *lit. L, vol.* 2. Afflict. *deciſ.* 380. *n.* 7. qui teſtatur, ſic fuiſſe in Senatu Neapolitano iudicatum, Clar. veriorem de iure dicit, *d. num.* 7. *verſ. Etſi dicatur*, quamvis non ſequatur, Greg. Lop. *in l.* 28. *gloſ.* 5. *col.* 1. *tit.* 8. *p.* 5. Delbene *vbi proximè*, *dubit.* 16. *numer.* 1. 2.

71 Quod proculdubio procedere ait Clar. *n.* 8. ex Grato *conſ.* 53. *num.* 29. *lib.* 1. ſi cum non conſtaret, bona emphyteutica ad Eccleſiam ſpectare, mediante conceſſione pro accipiente, & hæredibus eius, pro domina recognoſceretur, quia extranei non eſſent excludendi; cùm ſatis ſit, quòd Eccleſia commodum recognitionis ſentiat, ne ab hæredibus recognoſcentis etiam extraneis emphyteoſim auferat. Quod ex æquitate poteſt ſuſtineri; licèt oppoſita ſententia aduerſus præmiſſam teneatur.

72 Sed principalem concluſionem limitat Molin. *ſup.* ſi conſuetudine ſit introductum, quòd appellatione *hæredum* in conceſſione emphyteuſis Eccleſiaſticæ, extranei non veniant.

Ibi : *Et licet gloſſa, Bartolus, & alij:*

73 Hanc opinionem, quòd emphyteuſis recipienti, & hæredibus, de rebus Eccleſiæ conceſſa, ad extraneos non tranſeat, tenent magis communiter DD. Ripa *in l. ex facto*, §. *fin. num.* 15. *ff. ad Trebe.* Mantic. *de incir. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 19. *num.* 20. Tuſch. *lit. E, conc.* 159. *n.* 9. Cald. *d. q.* 23. *n.* 26. *&* 27. Valaſc. *q.* 44. *n.* 11. Roland. *conſ.* 96. *n.* 3. *lib.* 1. Segura *in l. cohæredi*, §. *Cum filia*, *num* 160. *ff. de vulgar.* Trentacinq. *n.* 9. Clar. *n* 6. Menoch. *conſ.* 989. *n.* 41. & alij plurimi apud Trentacinq. & Clar. qui abſolutè loquuntur, nec diſtingunt an adijciatur verbum, *In perpetuum*, nec ne: ſed Gregor. Lop. *vbi proximè*, & Delbene *n.* 1. 2. 3. differentiam conſtituunt, inter conceſſionem ſimpliciter factam *pro hæredibus*, & eam, quæ ſit inſerta prædicta particula: exiſtimantes hoc caſu, extraneos admittendos; illo, non vtique: quibus accedit Cald. *n.* 53. vbi tenet, etſi dubius, quòd ſi detur emphyteuſis pro hæredibus, & ſucceſſoribus *in perpetuum*, erit ad extraneos tranſitoria, non obſtante quòd in contrarium ſit opinio communis; quamvis ipſe docuerit, *n.* 52. quòd emphyteuſis non pertinet ad extraneos, ſi *pro hæredibus*, *& ſucceſſoribus* concedatur, quod etiam aſſerit Trentacinq. & Roland. *vbi proximè*, Mantic. *d. n.* 20. Atque ita ex adiectione verbi, *in perpetuum*, comprehenſionem extraneorum inducit. Verum ex mente DD. quos proximè laudauimus, præfata differentia excludenda eſt, quoniam perpetuitas poteſt referri ad poſteros accipientis, non ad extraneos.

Ibi : *Secus verò ſi detur res Eccleſiæ.*

Hanc diſtinctionem *D. Couar.* impugnant non pauci 74
aſſeuerantes, quòd licèt res Eccleſiæ *perpetuò* concedatur *pro hæredibus*, iuris ſolemnitatibus ad vnguem ſeruatis, non comprehenduntur extranei, Trentacinq. *num.* 11. *verſ. Contra hanc*, vbi de magis communi teſtatur, Clar. *d. q.* 28. *n.* 6. *in fin. & num.* 7. *verſ. Quicquid tamen*, Viui *commun. lib.* 1. *opin.* 245. Quæ ſententia prætetquam quod fauet Eccleſiæ, vrgenti ratione ſuadetur; nam etſi iuris ſolemnitates adhibeantur, hæ pertinent ad poteſtatem concedendi, & *hic* de voluntate quæritur; vnde non ſequitur voluiſſe concedentem ad extraneos emphyteuſim peruenire, quia actum debita ſolemnitate gereret. Quæ cum ita ſint, ſuppoſito quòd de natura emphyteoſis Eccleſiaſticæ ſit, vt ad extraneos non tranſeat, D. Couar. *infra*, *n.* 6. Clar. *n.* 6. vbi plures, verba dantia in emphyteuſim rem Eccleſiæ accipi debent ſecundùm naturam actus, qui exercetur, *l. ſi vno* 17. *ff. locat. l. ſi ſtipulatus* 4. *ff. de vſur.* Lotter. *de re beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 34. *numer.* 18. Menoch. *conſ.* 514. *numer.* 12. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 62. *numer.* 18. Surd. *deciſ.* 122 *n.* 29.

Sed pro conciliatione harum opinionum, diſtinguen- 75
dum exiſtimo: Aut res non poterat concedi in emphyteuſim pro deſcendentibus accipientis abſque ſolemnitatibus iuris; & tunc earum adhibitio nullam facit coniecturam, vt præſumatur voluntas concedendi erga hæredes extraneos; cùm nec *pro liberis*, abſque illis dari iure poſſit, quo caſu hæc vltima ſententia, quam probauimus, vera eſt: Aut licebat concedere *pro poſteris*, abſque ſolemnitatibus, non autem *pro extraneis*, & hoc caſu ſi interueniant, conceſſio ad omnes extenditur, nam vt primos comprehenderet ſuperflua erat ſolemnitas, vt ſupponitur; adhibita ergo fuit, vt ad ſecundos tranſiret, ad quos aliàs non foret tranſitura, & verba dubia interpretationem accipiunt à forma, & ſolemnitate, quæ actui adhibetur; Deci. *in capit. dilecti*, el 2. *notab.* 2. *de appellat. & conſ.* 237. *numer.* 3. Alciat. *de præſumptionib. reg.* 2. *præſ.* 26. *& reg.* 3. *præſumpt.* 33. Crauet. *conſ.* 204. *num.* 11. Menoch. *conſ.* 313. *numer.* 17.

Ibi : *Quia etſi emphyteuſis Eccleſiaſtica.*

Emphyteuſis Eccleſiaſtica data pro accipiente, & qui- 76
buſcunque illius hæredibus, ad extraneos transfertur, ſiue iuris ſolemnitates adhibeantur, ſiue non; Delbene *dubit.* 16. *num.* 1. 2. Cald. *dict. quæſt.* 23. *num.* 29. *&* 51. Viui. *ſup. verſ. Sed iſta ſententia*; Trentacinq. *numer.* 12. Viſill. ad Afflict. *dict. deciſ.* 100. Clar. *dict. quæſt.* 28. *numer* 9. Molin. *numer.* 2. Gregor. Lop. *in dict. gloſ.* 5. *colum.* 1. *verſ. Sed mihi ſatis*, Menoch. *conſ.* 503. *numer.* 32. Toudnt. *quæſtion. ciuil. cap.* 16. *numer.* 15. Marr. *de clauſul. part.* 2. *clauſul.* 45. *numer.* 3. *& clauſul.* 46. *numer.* 2. Gratian. *deciſ.* 351. *numer.* 14. Quo caſu etiam ſucceſſor ſingularis admittitur, Gregor. Lop. *vbi proximè*; Menoch. *conſ.* 578. *num.* 16. Cald. cum multis *q.* 24. *num.* 2.

Sed opportunè quæritur, quando res Eccleſiæ, non ſer- 77
uatis ſolemnitatibus, ita in emphyteuſim perpetuam dari poſſit, vt ad extraneos quoque ſucceſſores perueniat, atque ita locus ſit *D. Couar.* aſſertioni? Quod dupliciter contingere poteſt. *Primo*, ſi res Eccleſiæ, quæ fuerat ſolemniter conceſſa etiam pro hæredibus extraneis reuertatur ad illam; nam hæc antequam menſæ incorporetur, poterit per Prælatum iterum abſque ſolemnitate concedi eodem modo, quo antea fuit apud emphyteutam,

ſeruatam, iuxta tradita *ſup. à num.*52. Ita Molin. *nu.*8. Clar. *num.*7. *verſ. Præterea poſſet*, Tuſch. *d. conc.*156. *numer.*51. Secundò ſi ita conſuetudine ſit receptum, vt abſque ſolemnitatibus bona Eccleſiæ pro extraneis hæredibus concedantur, Clar. *dict. num.* 7. *verſ. Etſi dicas*: Tuſch. *vbi proximè*, Molin. *num.*9.

Ibi: *Idem ſi dictum ſit pro omnibus hæredibus.*

Adde Cald. *dict. quæſt.*23. *num.*38. Roland. *conſ.*96.*n.*30. *cum ſequenti, vol.*1.

Ibi: *Quin & idem dicendum erit.*

78 Quando res Eccleſiæ emphyteotæ conceditur *pro ſe, & hæredibus, & quibus dederit*, ad extraneos hæredes tranſire poteſt, cùm ſcilicet de iure, vel conſuetudine, his dari poſſit. Idem ſi dicatur: *quibus voluerit*, vel *quos nominauerit*, Clar. *num.*10. Molin. *vbi proximè*, Cald. *q.*10.*n.*14.15. *& d. q.*25. *num.*45. vbi latè *à num.*36. Delbene *d. dubit.*16. *n.*1. Trentacinq. *n.*13. Roland. *conſ.*41.*n.*10.*vol.*1. Menoch. *conſ.*378. *num.* 16. vbi ait, ſucceſſores ſingulares admitti, Valaſc. *q.*38.*num.*23.

79 Non ſolùm ex verbis, ſed etiam ex coniecturis emphyteuſis Eccleſiaſtica ad extraneos hæredes tranſitoria cenſetur; veluti ſi Sacerdoti non habenti liberos, *pro hæredibus* concedatur; quia cùm in deſcendentibus verificari non poſſit conceſſio, neceſſariò de extraneis intelligitur, vt verba aliquid operentur: Curt. *de feud. p.*2. *tertia partis n.*40. *in fine*, Cald. *d. q.*25.*num.*69. Nec de prole illegitima curandum eſt, quæ ad huiuſmodi emphyteuſim ius non habet: Bald. *in l. generaliter*, §. *Cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Cald. *q.*7. *nu.*39. Clar. *d.* §. *Emphyteuſis, q.*30.*n.*1. & omnes communiter. Niſi expreſſim de ea in conceſſione mentio fiat, Cald. cum alijs, *q.*19.*n.*69. Cyriac. *to.*1. *controuer.*79.*n.*4. Vel legitimata ſit ab habente poteſtatem, vt à Pontifice; de quo Mareſcot. *var. lib.*1.*c.*15.

Ibi: *Dubium tamen eſſe poterit.*

Videas proximè tradita *ex numer.*70. & Ceual. *commun. tom.*1. *quæſt.*194. qui D. Couar. ſequitur.

Ad Num. 6.

80 Emphyteuſis Eccleſiaſtica, præſcriptione quæſita, nec ad extraneus ſucceſſores tranſit, nec nepotes recipientis egreditur; Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſ.*109.*numer.*15. Balb. *de præſcription. part.*1. *partis* 3. *princip. quæſt.*10.*n.*35. Alciat. *de præſumpt. reg.*2. *præſ. vlt.* Alex. *in l. qui in aliena, num* 7. *ff. de acq. hæreditat.* Caualcan. *part.* 2. *deciſ.*30.*n.*99. Maſcard. *de probat. conc.*604. *num.* 26. *&* 27. Molin. *num.*5. Vazq. *vbi proximè*, licèt contra ſentiant aliqui apud Maſcardum, qui *num.* 28. aſſeris poſt *extrauagant. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. inter. commun.* huic præſcriptioni locum non eſſe. Sed contrarium eſt verius, vt reſoluit Menoch. *ſup. præſ.*108. *num.*5. Delbene *d. cap.*17. *dubit.*5.*à numer.*18. vbi cum Abbate *in cap. cum non liceat, n.*7. *de præſcriptionib.* diſtinguit, inter bona abſolute prohibita alienari, & ea, quæ cum quibuſdam conditionibus, ſeu ſolemnitatibus alienabilia ſunt, & non aliàs: prima, à præſcriptione ſunt immunia; ſecunda, vt ſunt res Eccleſiæ, præſcribi poſſunt. Circa quod meminiſſe oportet duarum Conſtitutionum, vna eſt Pauli IIII. qua præſcriptionem rerum Eccleſiæ penitus interdixit; altera Pij V. quæ incipit: *Prouida*, qui primum decretum reuocauit, rem ad terminos iuris communis reſtituens. Notat Pellizzar. *in manual. Regul. tom.*1. *tract.*6. *c.*8. *num.*142. Vide Gregor. Lop. *dict. gloſ.*5. *in fine.*

81 Poſſet principalis proxima concluſio limitari, quando ex conſuetudine loci, res Eccleſiæ in emphyteoſim vltra tertiam generationem concederentur, iuxta quam præſcriptio eſſet regulanda; nam conſuetudo valet naturam emphyteoſis immutare, Valaſc. *part.*1. *num.* 12. *ad fin.* & colligitur ex dictis, *num.* 67. & alibi: & quod in aliquo actu ſolet obſeruari, de eius natura cenſetur, *l. quod ſi nolit* 31. §. *quia aſſidua*, *ff. de ædilit. edict.* Menoch. *ſup. præſump.*109.*n.*15. Quod ex ſequenti aſſertione itidem comprobatur.

Verſ. Quinta concluſio.

Res Eccleſiæ data ſimpliciter emphyteutæ, nulla facta *filiorum*, aut *hæredum* mentione, ſolùm ad filios, & nepotes eius transfertur, niſi aliud conſuetudine obtinuerit, cui ſtandum eſt; Trentacinq. *d. reſolut.*3.*n.*6. Pat. Vazq. *ſud. dub.*16.*n.*58. Cald. *q.*10.*n.*17. Gregor. Lop. *in d. gloſ.*5. *col.*2. *ad fin.* qui in hac reſidet opinione, Caualcan. *vbi proxime*, *n.*98. 99. Molin. *nu.*4. Valaſc. *q.*39.*n.*11. Clar. *d. q.*28.*n.*1. Menoch. *conſ.*474.*n.*11. Tuſch. *lit. E, conc.*162.*n.*1. Molin. *de primog. lib.*1.*c.*3.*n.*5. Quod limitat Greg. Lop. ſi iuris ſolemnitates interuenerint. 82

Hoc tamen caſu, in perſona primi emphyteutæ extingui emphyteuſim verius de iure putat Clar. *ſup.* & latè probat Gregor. Lop. Cui ſuffragatur, quòd hæc emphyteoſis debet ſtrictè intelligi, tum ob naturam ſtipulationis, *l. quicquid aſtringendæ* 99. *ff. de verbor. obligat.* tùm Eccleſiæ fauore, Mareſcot. *variar. lib.*1. *cap.*2. *n.*6. Nihilominus communis ſententia verior eſt, ac tenenda, quia conuentio accipienda eſt ſecundum naturam actus, Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſ.* 109.*n.*11. & diximus *ſup. n.* 74. & contrahens præſumitur non ſolùm ſibi ſed etiam hæredibus quatenus poteſt, proſpicere, *l.*11. *tit.*14. *p.*3. *l. ſi pactum* 9. *ff. de probation.* maximè deſcendentibus propter naturalem ſanguinis affectionem, argument. *l. cum auus* 101. *ff. de condit. & demonſtr. l. generaliter* 6. *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Quibus accedit, quòd nihil magis emphyteuſi conuenit, quàm perpetuitas; Cald. *q.*23.*num.*5. Gregor. Lop. *d. gloſ.*5. *in princip.* Menoch. *num.*11. 83

Si verò non facta mentione prolis, aut ſucceſſorum ad triginta annos, vel aliud tempus emphyteuſis Eccleſiaſtica concedatur; vſque ad præfixum terminum, etiam extranei admittuntur, Clar. *num.*3. Molin. *num.*7. Trentacinq. *num.*15. 84

Sed ſi detur ad tertiam vſque, vel quartam generationem, extranei excluduntur, quibus verba non poſſunt conuenire; Cald. *q.*17.*num.*21. Trentacinq. *num.*14. Clar. *num.*2. Molin. *nu* 6. 85

Plures formulas concedendi emphyteuſim cumulat Cald. *q.*24. de quarum effectibus agit, aut ſaltem remittit, vt apud alios videantur, quos conſulere, cùm caſus occurreret, oportebit; nec nobis libet amplius immorari, non pauca circa hæc, *ſequenti capite* cum D. Couar. dicturis. 86

AD CAPVT XVIII.

De ſucceſſione Feudi, Emphyteuſis, ac iuris patronatus Eccleſiaſtici.

SVMMARIVM.

1 *DD. de re agentes congeruntur.*
2 *Differentia inter emphyteuſim Eccleſiaſticam & priuatam ſimpliciter acceptam, traduntur, &* n.3.
4 *Fœmina cum maſculis concurrunt ad ſucceſſionem emphyteuſis ſimpliciter accepta.*
5 *Fallit ſi viguerit ſtatutum excludens fœminas à ſucceſſione, exiſtentibus maſculis. Idemque eſt ſi de conſuetudine ita ſeruetur.*
6 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim, & è contra, num valeat?*
7 *Fœmina an in emphyteuſim ſuccedant* pro filijs *acceptam? ad num.* 12.
13 *Maſculinum an contineat fœmininum, num.*14.15.
16 *Pro ſtipulatore in dubijs reſpondetur, vbi pro eo extat veriſimilitudo.*
17 *Emphyteuſis* pro filijs *accepta, vtrum ad adoptiuos, & illegitimos pertineat; & quid de nepotibus? ad n.*19.
20 *In emphyteuſim conceſſam* pro filijs, & filiabus, *omnes abſque ſexus diſtinctione ſimul æqualitérque ſuccedunt.*

ac *Limitatur.*

21 *Limitatur.*

22 *Verba contrahentium iuxta ſtatuta, vel conſuetudinem interpretantur.*

23 *Statuta & conſuetudines laicorum quando apud Eccleſiaſticos debeant obſeruari.*

24 *Filij cum patre non concurrunt in emphyteuſi ab illo accepta.*

25 *Emphyteuſis quotuplex.*

26 *Pater an poſſit filijs præiudicare quoad emphyteuſim familiarem, ad n.37.*

38 *Quid de mixta, ad n.41.*

42 *Emphyteuſis accepta* pro filijs, *verum ad eos pertineat, etſi hæredes non ſint? vſque ad n.46.*

47 *Emphyteuſis* pro filijs hæredibus, *non defertur filijs, niſi hæredes exiſtant.*

48 *An hæredes extranei admittantur.*

49 *Quid de emphyteuſi recepta* pro ſe & hæredibus, *numer.50.*

51 *De alijs formulis concedendi emphyteuſim.*

52 *In feudo, quoties* hæredum *mentio fit, de maſculis intelligitur.*

53 *Feudum* pro hæredibus *conceſſum, non competit liberis, niſi hæredes ſint.*

54 *Feudum hæreditarium duplici ſenſu dicitur.*

55 *Feudum capere filius nequit, ſi patris prædeceſſoris hæreditatem repudiet.*

56 *Feudum ſimpliciter acceptum ad quos ſpectet.*

57 *Quibus caſibus fœminæ ad feudum admittantur.*

58 *Feudum ſimpliciter acceptum ad quos deſcendentes primi acquirentis tranſeat.*

59 *Feudum aliud hæreditarium, & aliud ex pacto & prouidentia.*

60 *Vt in feudum, aut emphyteuſim hæreditariam ſuccedatur, an ſatis ſit ſuccedere primo acquirenti mediatè, vltimi poſſeſſoris hæreditate non obtenta? n 61.*

62 *De intellectu* cap. 1. an agnat. vel fil. in vſib. feudor. *ad num.70.*

67 *Feudum ſimpliciter acceptum filius non capit, patris hæreditate repudiata.*

71 *Feudum* pro hæredibus *acceptum nullus capit, qui hæres non exiſtat.*

72 *Feudum hæreditarium quod dicatur. & n.73.*

74 *Feudum ſimpliciter acceptum, eſt ex pacto & prouidentia, de quo, & n.68.*

75 *Quid de emphyteuſi Eccleſiaſtica, & ſeculari.*

76 *Feudum, vel emphyteuſim* pro ſe & ſuis *Titio accipiente, qui capiant.*

77 *Feudum* pro hæredibus maſculis, *ſolùm liberos hæredes comprehendit.*

78 *Differentia inter feudum, & emphyteuſim notatur.*

79 *Succedens in feudum, quando creditoribus anteceſſoris teneatur? ad n.82.*

83 *Filius adiens cum beneficio inuentarij patris hæreditatem, feudum à patre alienatum an poſſit reuocare? ad numero 87.*

88 *Feudum, & emphyteuſis, quomodo inter ſucceſſores diuidatur.*

89 *Feudum* pro hæredibus, & ſucceſſoribus *conceſſum, cuius natura ſit, & quid de emphyteuſi.*

90 *Inſtitutus in re certa capit feudum non hæreditarium.*

91 *Quid ſi fuerit hæreditarium.*

92 *Filius inſtitutus in legitima, an feudum hæreditarium capere poſſit.*

93 *Inſtitutus in re certa, excluditur à feudi hæreditarij ſucceſſione, etſi vniuerſaliter cum eo inſtitutus incapax reperiatur.*

94 *Filius in re certa inſtitutus non percipit feudum hæreditarium.*

95 *Inſtitutus in re certa habitualiter eſt hæres vniuerſalis.*

96 *Inſtitutus in re certa eſt hæres vniuerſalis, ſi nemo ſit vniuerſaliter inſtitutus.*

97 *Ius patronatus Eccleſiaſticum quotuplex, & de eius ſucceſſione, ad n.103.*

104 *Vendita hæreditate, vtrum ius patronatus ad emptorem tranſeat? ad n.106.*

107 *Ius patronatus an pertineat ad fideicommiſſarium vniuerſalem? ad n.109.*

110 *Ius patronatus in emptorem hæreditatis transferri probatur; & n.111.*

112 *Ius patronatus pro parte tranſit in ementem hæreditatis portionem.*

113 *Quando ius patronatus non tranſeat in emptorem hæreditatis.*

114 *Non pertinet ad melioratum in Tertio & Quinto, nec ad exhæredatum.*

115 *Ius patronatus in emptorem Legitimæ non tranſit.*

116 *De iure patronatus hæreditario quis diſponere poſſit.*

117 *In alienatione iuris patronatus quando Epiſcopi conſenſus deſideretur, ad n.119.*

120 *Poſſeſſor an præiudicare valeat vocatis in iure patronatus gentilitio, vel mixto.*

121 *Quomodo in ius patronatus hæreditarium, vel familiare ſuccedatur.*

122 *Si vni ex pluribus hæredibus iubeat teſtator Eccleſiam ædificare, an ius patronatus omnibus hæredibus ſit commune? vſque ad fin.*

AD ea quæ circa emphyteuſis ſucceſſionem *hoc capitè* diſſeruimus, legendi ſunt Caldas *de nominat. emphyteutica, q.24.* P. Vazq. *in opuſcul. tr. de redditib. c.2. §.2. dub.17.* Card. Tuſch. *practicar. concluſion. lit. E, conc.139. cum alijs.* Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.2. c.17. dubit.16.* Aluar. Valaſc. *de iure emphyteut. part. 1. q. 44. & 49.* Pat. Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 472. cum plurib. ſeqq.* Iul. Clar. *receptar. ſententiar lib.4. §. emphyteoſis, q.28. cum alijs.* Greg. Lop. *in l.18. gloſ.5. tit.8. p.5.* Alex. Trentacinq. *variar. lib.3. tit. de iur. emphyteut. reſolut. 3.* Mareſcot. *variar. lib.1. c.2.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 22. tit.19.* Amat. *variar. lib.2. reſolut. 84. ex n.56.* 1

Ad Num. 1.

Eſt prælibandum, quòd emphyteuſis Eccleſiaſtica ſimpliciter conceſſa, veluti ſi dicatur: *Eundem Titianum tibi in emphyteuſim do*: Filios & nepotes duntaxat accipientis complectitur, vt probauimus *ſup. c. proxime, n.82.* Sed ſi priuatus ita conceſſerit, omnes hæredes, tam liberos, quam extraneos comprehendiſſe cenſetur, niſi obſtet contraria conſuetudo; Trentacinq. *n.1.* Greg. Lop. *ſup. col.3. verſ. Si verò priuatus*, Clar. *d. q.28. n.1.* Valaſc. *q.39. n.11.* Contrarium tamen ſentire videtur hic *D. Couar.* ſcilicet etiam emphyteuſim priuatam ſimpliciter acceptam ad duos ſucceſſores emphyteutæ ſolum extendi, ſiue extranei ſint, ſiue liberi, prout eum intelligit & ſequitur Molin. *diſp. 469. n.4.* Pat. Vazq. *ſup.* Quod minimè admittendum eſt, nam præterquam quod communis opinio extat in contrarium, emphyteuſis de ſua natura, perpetua eſt; vt ex alijs notauimus *ſup. prox. cap. nu.83.* nulloque iure quoad priuatos reſtricta inuenitur: quare abſolutè conceſſa, omnibus accipientis hæredibus competet, cùm contractus iuxta naturam ſuam celebrari præſumantur, *l. ſi ſtipulatus 4 ff. de vſuris*, *l. quæro 57. §.1. ff. locat.* Alciat. *de præſumpt. reg.3. præſ.32. num.1.* latè Menoch. *eod. tract. lib.3. præſ.38. à princip.* qui *n.6.* in ſpecie loquitur cum Alex. & Angel. *in l. qui in aliena in princip. ff. de acquir. hæredit.* Alciat. *ſup. reg. 2. præſ. vlt.* Nec aliud voluiſſe D. Couar. exiſtimo, qui ſolùm affirmat, filios & nepotes ſuccedere, in vtramque emphyteuſim; non tamen negat ad ſecularem alios venire poſſe. Eſt tamen *l.6. tit. 26. p.4.* quæ in feudis aduerſus iuris communis regulas ſtatuit, vt feudum non tranſgrediatur perſonam nepotis primi feudatarij: & ita in Hiſpania obſeruari teſtatur *ibi* Greg. Lop. *gloſ.7.* à qua lege forſan *D. Couar.* deduxit argumentum ad emphyteuſim; ſed poteſt dubitari an valeat, cum lex ſit correctoria, vt *Greg. Lop.* aduertit. 2

Eſt & altera notanda differentia inter emphyteuſim Eccleſiaſticam, & ſecularem ſimpliciter acceptam; quòd ad priorem, liberi admittuntur, etſi hæredes non ſint parenti; Trentacinq. *n.6.* Delbene *n.13.* Menoch. *ſup. præſ.48, num.10.11.* Cald. *q.22. n.15.* Amat. *n.59.* Mantic. *ſup. tit.17. num 10.* Ad poſteriorem, qui hæreditatem non obtinent, accedere prohibentur; Amat. *num.58.* Cald. *vbi proximè.* 3

Valaſc.d.q.44.n.12.Menoch.conſ.309.n.25.Mantic.d.tit.19. n.2.Gronan.diſceptat.c.451.n.17.

4 Quibus præhabitis, cum D.Couar. aſſerendum eſt, quòd ad emphyteuſim ſimpliciter conceſſam, fœminæ deſcendentes cum maſculis pariter admittuntur; quoniam illa ſiue Eccleſiaſtica ſit, ſiue non, fœmininum ſexum non reſpuit, atque ita vbi excluſæ non ſunt, vocatæ cenſentur, Clar.q.32.num.1.& 2.Vazq.vbi ſup. Amat. num.37. Molin. diſp.474.n.9.Tuſch.ſup.conc. 60.n.1.2.Magon. Lucen. deciſ.7.n.2.Valaſc.q.41.n.0.Cotta in memorabilib.verb.Emphyteuſis 2.n.351. Cald. q.17.n 31.

5 Hoc limitandum eſt, vbi extiterit ſtatutum excluſiuum fœminarum, quo caſu, maſculis ſuperſtitibus, ipſæ non concurrent: nam cùm ita obſeruetur quando earum expreſſa mentio ſit, vt D.Couar. docet infr. hoc nu. verſ. Secunda concluſio: idem dicendum eſt de tacita vocatione, taciti enim & expreſſi idem eſt iudicium; l.cum quid, vbi DD. ff. ſi cert. petat. Quod ſimiliter de conſuetudine dicendum eſt.

Ibi: *Quibus reſponderi congruè, & verè poterit.*

6 Adde Ioſon.in l.2.num.60.C.de iur.emphyteut.Euerard.in loc. legalib.loc.à feud.ad emphyteuſ.Clar.ſup.lib.4.§ feudum, q.31 verſ.Et hac quidem, Valaſc.q.39.in fine, vbi rectè ait, argumentum de emphyteuſi ad feudum iure procedere, non è contra. Ratio eſt, quia quod in feudis obſeruatur; eſt quidam vſus localis, qui pro lege ad alias cauſas allegari non poteſt: ſecus quæ ad emphyteuſim ſpectant; nam cùm legibus ſtabilita ſint, vt in tit.C de iur.emphyteut. meritò ad feuda trahi poſſunt, vt ſecundum ea iudicetur propter emphyteutici, & feudalis contractus ſimilitudinem, argument. l.non poſſunt 12.ff. de legib.

7 Ideo autem fœminæ a feudi ſucceſſione regulariter repelluntur; quanquam emphyteuſis capaces ſint, quia illud conceditur propter ſeruitium militare, vel aliud, quod per fœminas exhiberi non valet; vnde quæ incapax eſt officij, à beneficio excludi, quod propter illud datur, neceſſe eſt; t.miles, qui, tit.01.de vaſallo milit.qui arm.bellic.depoſuit, lib 2. in vſib.feud. At emphyteuta ad canonem, ſiue penſionem aſtringitur, Parlador.different.71. n.1. quæ pariter per fœminas, ac per viros poteſt ſolui; Ita Cald.q.23. n.8. Valaſc. q.41.numer.10.Molin.diſput.474.numer.1. Clar. §.feudum, quaſt.73. numer.1. Licèt hanc rationem excludendi fœminas à feudis, ſibi diſplicere profiteatur; quem improbet Molin. eios fundamento reſpondens. Aliam vide apud Menoch.conſ.65. nu.23.

Ibi: *Quod ſi emphyteuſis data ſit Titio.*

8 Quæſtionis eſt, an ſi quis fundum in emphyteuſim pro ſe ac filijs ſuis acquiſierit, cenſeatur etiam pro filiabus ſtipulatus: de quo fuse per Mareſcot. d.t.2. per tot. qui negatiuam partem ſequitur, cui aſſentiuntur itidem Merlin. de Legitim.lib.2.tit.2.q.6.nu.15.Ferdinand.Loaz. in l.filiusfam. §.Diui, num.68.ff.de legat.1. Zuccard.in l.vlt. num.73. C. de edict.Din. Adrian.toll.Ioſeph.Ludouic.Lucenſ. deciſ.09. nu. 16. Beuintendis deciſ.05. num.1. Corbul. de iur. emphyteut. tit.de cauſ.priuat.ob lineam finit.num 6. Seraphin. deciſ.604. n.1.Roland. conſ.92.a num.12. lib... Marſil. ſing.19. Ripa in l.ex facto, 2.ſi quis rogatus, el 1.nu.59.ff.ad Trebellian.Cald. q.15.n.11.& q.17.nu.10.Tuſch.ſup.conc.160. n.6.Rota deciſ. 105.part.0.diuerſor. Quod multipliciter limitat Mareſcot.à num 7.

9 Huius ſententiæ fundamentum potiſſimum eſt, quia filiorum appellatione filiæ non continentur ex verbi proprietate, ſed ea interpretatione extenſiue, vt colligitur ex l.1.§.ſed & ſi incertum.ff.de vent.in poſſeſ. mittend. l. quiſquis 116.ff.de verbor.obligat.& docent Bart.in l.1.n.2 ff.de verb. ſignificat: Tuſch.tit.E,conc.168.n.17.Menoch.conſ.524.n.3. & alij apud Tiraquel.de retract. Lignag.§. gloſ.9.n.181. In contractibus autem maximè ſtricti iuris (qualis eſt emphyteuſis, Menoch.conſ.664.n.18.Guid.de Suzaria tract. de iur. emphyteut.n.3. Valaſc.q.5,n.7.) verba propriè, ſtrictéque accipi debent, l.quicquid aſtringenda 99.ff. de verb.oblig. Cald. q.19.n.9.Cyriac.tom.2.controu.378.an.16.Tuſch. vbi proximè, n.10, Roland.conſ.58.n.64 volum 3. Vnde emphyteuſis pro filijs accepta, nequit ad filias peruenire. Ita Mareſcot. a n.2. & alij ſupra laodati.

Ibi: *Sed & in hoc caſu adhuc admitterem fœminas.*

Sed contra ſuprà traditam concluſionem tenent, fœminis emphyteuſim competere pro filijs conceſſam, Molin. vbi proximè, n.10.verſ. Merito tamen, Clar.d.§. emphyteuſis, q.32.num.2.Vazq.ſup. num.59. Menoch. conſ.1 .n.10. Pinell.in l 3.n.15.C.de bon.matern.Valaſc.q.41.n.3.Quod limitaſi ſit ſtatutum fœminarum excluſiuum, Tuſch. ſup. conc. 168.num.0. 10

Ratio, qua hæc opinio defenditur, eſt, quia nomine filiorum, fœminæ continentur, ex communi vſu loquendi, l.ſi quis ita 16.ff.de teſtament.tutel.l.ſi ita ſcriptum 46.ff. de legat. 2.d.l.quiſquis 116.l.Herennius 122.l.iuſta 201.ff. de verbor.ſignificat. Argel.de legitim.contradict.q.19.art.1.num.14.Peregrin.de fideicommiſ.art.25 num.1.Cyriac.tom.3. controu.548. num.55.Fuſar.de ſubſtitutionib.quaſt.311.à num. .Quia verborum proprietate potior habetur, vt dixi ſup. lib.1 cap.20. num. 4. 11

At cum res adeò ambigua ſit, hanc poſteriorem D. Couarr. opinionem in praxi ſequendam exiſtimo, quia in obſcuris id amplecti debemus, quod veroſimilius eſt, cum hoc inter contrahentes actum præſumatur; l.ſi ſtipulatus 4. ff.de vſur.l.quæro 57.§.inter locatorem.ff.loc.at.l.cum, qui ita 56.ff.de verbor.obligat.l.in obſcuris 126.ff.de reg.iur.Menoch. conſ.301.num.17.Crauet.conſ.33.num.2.Gloſ.optim.verb.legem, ad fin.in l.veteribus 40.ff.de pact. Veroſimile magis eſt, quod pater non minus filiabus, quam filijs proſpicere voluerit, vt latè probat Valaſc. vbi proximè.argum.l.maximum vitium, C.de liber præterit. atque ita ſub verbo, filij, vtrumque ſexum comprehendi credendum eſt; quoniam ſic inter contrahentes conuenit: maximè, cum emphyteuſis pariter maſculos, & fœminas admittat, vt nuper aſſeruimus. In hoc tamen attendendus eſt vſus loquendi regionis, in qua contractus celebratur; apud nos quidem filiorum verbo, filias quoque ſignificamus, etſi in ſingulari aliter obſeruetur, vt colligitur ex l.9.10. 18. cum ſeqq.in Taurinus Conſtitutionibus. 12

Ibi: *Ea ratione quòd in contractibus.*

Maſculinum continere ſemper fœmininum, ſcripſit Iulianus in l.qui duos 60.ff.de legat.3. Pleriumque, Paulus in l. pronunciatio 195.ff. de verbor.ſignificat. & probatur ex d.l.ſi quis ita, d l.ſi ita ſcriptum, l.ſeruus legatus 79. ff. de legat. 3. l. deteſtatio 40.§.ſerui, l.patroni 52. l.inter ſtuprum 101. §. fin. l.illa verba 161.§.1.l.iuſta 201.ff.de verbor ſignific.Tiraquell. de retract.lignag.§.1.gloſ.9.num.212.qui plures laudat, Cyriac.tom.1.controuerſ.9.num.50.Argel.de acquir. poſſeſ. q.13. art.1.à num.5.Viuian.in prax.iur.patronat. lib.2. capit.6.numer.3.Mantic.de coniectur.vltimar.volunt.lib.6.tit.7.num.18. & lib.11.tit.14.numer.2. Peregrin ſup. art.05. num.2. Menoch.de adipiſcend. remed.4. num. 59. Franc. Molinus de rit. nuptiar. lib. 3. q.16, à princ. Sed contrarium tenent etiam communiter DD. quos recenſet Tiraquell ſup.n.181.& Menoch.d.conſ.004.n.4. illiſque accedit Gaſp.Theſaur quaſtion. Forenſ.lib.1.q.40.num.4. 13

Sed pro conciliatione earum opinionum diſtinguendum eſt: vt prior locum obtineat, quando verba in lata ſignificatione poſſunt accipi, vt in fauorabilibus; poſterior verò in odioſis, vel vbi ſtricta interpretatio adhibenda eſt, quoniam maſculinum concipit fœmininum impropriè, latéque vocibus vſurpatis, l.1.§.ſed etſi incertum.ff de vent. in poſſeſſion.mittend.l.quiſquis 116.ff de verbor.ſignificat.l.cum in adoptiuis 10.§.qua in filio .C.de adoptionib.Gloſ.verb. vniuerſos in cap. generali 13.de elect.in 6.Mareſcot.ſup.n.4. Menoch.vbi proximè, n.49.Palac.Rub.in rubric.de donat.int. §.69. n.05.26.Mantic.d.lib.7.tit.1. n.19. Cephal. conſ. 527. n.40. lib.4.Merlin.de Legitim.lib.3.tit.1.q.17.n.18.cum ſeqq. Cranet.conſ.588.n.11.lib.4.Gloſ.in l.1.ff. de verb.ſignific. Benintend. deciſ.52.n.1. 14

His conſequens eſt, vt cum in contractibus ſtricta ſit interpretatio facienda, vt diximus ſup. n.9. maſculinum non 15

contineat

contineat fœmininum, ſicut *in præſenti* D. Couar. obſeruat, cui ea hac ratione conſentiunt Merlin. *vbi proximè, n.*20. Barbatien. *ſup.* Cephal. *conſ.* 1. *lib.*1. Archidiacon. *in c. ſi ius ſuadente, n.* 1. 17. *q.* 4. Cotre. *conſ.* 6. *nu.*17 *lib.*2. Ceuall *commun. tom.* 2. *q.* 762 *n.* 16. Clar. *ſup. q.* 32. *n.* 2. Roland. *conſ.* 3. *n.*12. *volum.* Cald. *q.* 17 *n.*30. Quod licet ita ſit, tamen non obſtat quominus teneamus, emphyteuſim pro filijs acceptam ad filias ſpectare, tùm propter vſum loquendi communem, tùm propter affectum paternum, vt nuper dicebatur *n.* 11. 12.

Ibi : *Cum imputandum ſit contrahentibus.*

16 Huic rationi poteſt congruè reſponderi, quod cum veroſimilitudo ſtat pro ſtipulatore, pro eo eſt in dubiis iudicandum, vt conſtat ex iuribus allegatis *ſup. n.* 11. & probat Gloſ. *verb. legem, ad fin. in l. veteribus, ff. de pact.* vbi ducet, prius eſſe inſpiciendum, quod veroſimilius eſt, quam ad reſpondendum contra ſtipulatorem iuxta regulam *illius textus* deueniatur: quæ comprobantur itidem *ex l. ſi pactum, ff. de probationib.*

17 Ad hæc nota, ſub hac ſtipulatione: *Pro ſe & filijs*, non comprehendi adoptiuos, argument. *cap. vnic. §. adoptiuus, tit.* 2. *ſi de feud. defunct. contentio ſit. lib.* 2. *in vſib. feudor. l. fideicommiſſum* 75. *ff. de condit. & demonſtrat.* Cald. *q.* 20. *n.* 36. Barba. *in l. cum acutiſſimi, n.* 287. *C. de fideicommiſſ.* Quoniam vere, ac proprie filij non ſunt, Cald. cum alijs, *n.* 35. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 76. *nu.*7. Cyriac. *to.* *controu.* 21. *n.* 92. Molin. *de primogen. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 50. ideò *adoptionis commentum*, dixit Papinianus *in d. l. fideicommiſſum.*

18 Quid de illegitimis ſeu naturalibus? dic vt *ſup. cap. proxim. n.* 79. vbi de emphyteuſi Eccleſiaſtica. Quoad ſecularem diſputari ſolet, & communis reſolutio eſt, quod cenſentur vocati, vt fatetur Cald. *q.* 19. *nume.* 11. quamuis ipſe contrarium teneat; cui iungendus eſt Merlin. alios referens *ſup. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 6. Sed communem amplectuntur Clar. *d. §. emphyteuſis, q.* 30. Viui. *commun. verb. Regula, nu.* 4. *verſ. In emphyteuſi.* Molin. *diſp.* 475. *n.* 4. vbi probat latè, & alij apud Clar. & Cald. & pro illis facit *l. generaliter* 6. *§. vlt. C. de inſtitut. & ſubſtitut.*

19 Nepotes verò, etſi alias ſoleant nomine *filiorum* ſignificari, *l.* *§. quod ſi pater, ff. ad Tertyllian. l. liberorum* 220. *§. vlt. ff. de verbor. ſignificat.* Cald. *q.* 19. *n.* 13. Menoch. *conſ.* 215. *n.* 87. Rebuff. *in d. l. liberorum, §. vlt. verſ. Etiam quando.* Tamen ab emphyteuſi *pro filijs* accepta excluduntur, Tuſch. *lit. E. conc.* 168 *n.* 10. quoniam in contractibus nepotes appellatione *filiorum* non continentur, Bart. *in d. l. liberorum, q.* 5. Cald. *vbi proximè*, Ruin. *conſ.* 45. *n.* 16. *lib.* *& conſ.* 203. *n.* 22. *lib.* 2. Ceuall. *ſup.* cum in eis, vt *ſupra* aſſerebatur, ſtrictè verba debeant accipi & nepotes neque ex proprietate ſermonis, neque ex communi vſu loquendi veniunt *filiorum* appellatione; fusè Menoch. *conſ.* 215. *à n.* 6. *ad* 12. *& n.* 60. *cum ſeqq.* & eſt textus *in l. quod ſi nepotes* 6. *ff. de teſtament. tutel.* vbi in materia fauorabili, & teſtamento nepotes non comprehenduntur, ſed ex interpretatione voluntatis proferentis propter identitatem rationis, *l. filium habeo* 16. *ff. ad Macedonian.* Menoch. *n.* 13. *& de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 94. *n.* 2. vbi refert plures coniecturas, ex quibus præſumuntur nepotes *filiorum* appellatione comprehendi, de quo etiam Anton. Gab. *commun. concluſion. lib.* 6 *tit. de verbor ſignificat. conc.* 2. Ex quibus apparet, diſcrimen eſſe inter filias & nepotes quoad comprehenſionem ſub verbo, *filij*: primæ enim veniunt ex communi vſu loquendi, ſecundi non niſi ex coniecturis; vt plane deſumitur ex *d. l. quod ſi nepotes, iuncta l. ſi quis ita* 16. *ff. de teſtament. tutela.* Vnde nil mirum, ſi emphyteuſis *pro filijs* conceſſa, competat filiabus, vt dictum eſt *ſup. à n.* 10. & nepotibus denegetur.

Verſ. *Secunda concluſio.*

20 Pater emphyteuſim accipiens *pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis*, prioret omnibus ſequitur, ita vt poſt eius mortem abſque ſexus differentia ſimul admittantur, Molin. *d. diſp.* 474. *n.* 11. Tuſch. *lit. E. conc.* 170. *n.* 4. Vazq. *ſup. d. dub.* 17. *n.* 59. Valaſc. *q.* 41. *n.* 4. Caſtrenſ. *conſ.* 300. *col.* 2. *circa fin. verſ. Id circò lib.* 2. Cald. *q.* 4. *n.* 36. Cotre. *conſ.* 37. *n.* 2. *lib.* 3. Clar. *d. §. emphyteuſis, q.* 32. *n.* 3. qui ita ſentit apertè; & rationem reddit *n.* 1. quia ſcilicet emphyteuſis natura ea eſt, vt abſque diſtinctione vtriuſque ſexus perſonas admittat.

Ibi : *Niſi ea in Prouincia.*

Præcedens concluſio communiter limitatur, quando fœminæ in ſucceſſione concurrere cum maſculis ex ſtatuto, vel conſuetudine non valerent, tunc enim ordine ſucceſſiuo in defectum maſculinæ prolis vocatæ præſumuntur, vt præter nuperrimè laudatos, adnotant Cyriac. *tom.* 1. *controu.* 128. Bart. *in l. vt iuſiurandi, § ſi liberi, n.* 5. *ff. de bon. libertor.* Tuſch. *ſup. n.* 7. Idem eſſet ſi diuidi emphyteuſis non poſſet, vt ſi ad maioratum pertineret. Sed ſi tempore acceptæ emphyteuſis non eſſet tale ſtatutum, & poſtea ante patris mortem edatur, fœminæ non excluduntur, imò cum maſculo ſimul admitti debent, quia tempus contractus inſpicitur, Felin. *in c. vlt. col.* 3. *verſ. Sed nihilominus, de conſtit.* Cyriac. *to.* 3. *controu.* 529. *n.* 17. Rot. *in l. omnes populi, nu.* 132 *ff. de iuſt. & iur.* Menoch. *conſ.* 240. *n.* 11. 25. licet contrarium ſcripſerit Ancharran. *conſ.* 425. *in fine*, Brun. *conſ.* 1. *nu.* 62. Socin. Iun. *conſ.* 21. *n.* 8. *lib.* 1. Quæ ſententiæ poſſunt conciliari ex dicendis *infra, ex n.* 33. 21

Ibi : *Propterea quòd contrahentium clauſula.*

Verba contrahentium ab ſtatutis, vel conſuetudine interpretationem accipiunt, Mareſcot. *d. c.* 2 *n.* 10. Toſch. Molin. Clar. & alij *vbi proximè*, quos recenſui *ſup. n.* 20. Boer. *conſ.* 10. *n.* 11. Iaſ. *in l.* 2. *n.* 160. *C. de iur. emphyteut.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 109. *n.* 5. & in dubio potius regulanda eſt diſpoſitio iuxta ſtatutum, quàm ius commune, Clar. *recept. ſentent. lib.* 3. *§. teſtamentum, q.* 76. *n.* 12. 22

Quæ quidem etiam circa emphyteuſim Eccleſiæ locum habent, quoniam ſtatuta, ſiue conſuetudines laicorum, quæ bonum commune reſpiciunt, ſunt obſeruanda quoad perſonas, & res Eccleſiaſticas, quando ex illis libertas Eccleſiæ non violatur per alicuius damni illationem, nec expreſſim aliquid de illis ſtabilitur, ſed ſolùm tacitè comprehenduntur, prout in ſtatuto excluſiuo fœminarum, Delbene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom.* 1. *c.* 8. *dubit.* 2. *n.* 12. ita in ſpecie notat Cyriac. *d. controuerſ.* 128. *n.* 2. Tuſch. *lit. E. conc.* 168. *n.* 16. Cald. *q.* 14. *n.* 2. Pariſ. *conſ.* 22. *n.* 8. *lib.* 2. Clar. *d. q.* 32. *in addit. lit. A.* 23

Obiter admonendum eſt, non abs re in concluſione *ſuprà* tradita *n.* 20. inſertum eſſe: *Poſt eius mortem.* Sed vt intelligatur, patrem *pro ſe, ac filijs*, vel *deſcendentibus* ſtipulatum, nullum ius eis acquirere, vt ad emphyteuſim venire poſſint, antequam ipſe decedat, atque ita cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati, Clar. *d. § emphyteuſis, q.* 16. *n.* 2. Amat. *variar. lib.* 2. *reſolut.* 84. *n.* 63. Quod nedum in primo acquirente verum eſt, ſed etiam in cæteris omnibus deſcendentibus; nunquam enim ex tali ſtipulatione parens cum propria prole concurrit, ſed ſucceſſiuè proles admittitur, Cald. *q.* 15. *n.* 10. Menoch. *conſ.* 200. *n.* 55. 62. & probatur *ex l. Gallus* 28. *§. quidam rectè*, vbi notatur, *ff. de lib. & poſthum.* 24

Ad Num. 2.

Emphyteuſis triplex ab Interpretibus agnoſcitur, familiaris, hæreditaria, & mixta. Prima eſt, quæ ſolum liberis accipientis competit, tametſi illi hæredes non exiſtant; veluti cum quis *pro filijs, deſcendentibus*, aut *liberis ſuis* ſtipulatur. Secunda, quæ hæredibus tàm liberis, quàm extraneis defertur, & ſub hac forma conceditur: *Pro te, tuiſque hæredibus, vel ſucceſſoribus.* Tertia vtrumque ad ſucceſſionẽ requirit, & quòd hæres ſit, & ex liberis, qui admittendus eſt, quæ ſic concedi ſolet: *Pro te, liberiſque hæredib. tuis* Hæc in ſæculari emphyteuſi procedunt; nam Eccleſiaſtica, *ſi pro Titio, & eius hæredibus, vel ſucceſſoribus* detur, ſolùm ad liberos hæredes tranſit, non ad extraneos, niſi *pro quibuſcunque hæredibus*, vel alijs æquiualentibus verbis accipiatur, ex quibus appareat, cõcedentem huius emphyteuſis naturam tranſgredi voluiſſe. De quibus Clar. *d. §. Emphyteuſis. q.* 16. *n.* 1. P. Molin. *diſp.* 472. *ex n.* 2. Cald. *de nominat. emphyteut. q.* 22. *à n.* 11. Parlad. *different.* 72. *§.* 2. Tondut. *quæſt. ciuil. c.* 36. *à* 25

*n.*14. Gratian. *deciſ.*351. Matt. *de clauſ. clauſ.*45. *num.*3. *&* *clauſ.*40. *n.*2. *part.*2.

26 Circa familiarem igitur emphyteuſim, anceps vertitur quæſtio, an pater primò acquirens *pro ſe ac poſteris ſuis* valeat eiſdem præiudicium inferre, ita vt inter eos æqualiter, prout fieri debet, mortuo parente, non diuidatur; vel per alienationem, aut prælegatum vni ex eiſdem factum? De qua quamplurima varietate mirabili ſcripta reperiuntur, vt videre eſt apud Molin. *diſp.*478. *à n.*2. Franc. Tondut. *quæſtion. ciuilium, c.*80. Merlin. *de legitim. lib.*2. *tit.* 1. *q.*5. Aluar. Valaſc. *de iur. emphyteutic. q.*49. Mareſcot. *variar. lib.*1. *c.*74. Clar. *vbi proximè*, Alex. Trentacinq. *variar. lib* 3. *tit. de feudis, reſolut.*3. Menoch. *conſ.*161. *à princip.* qui duo de feudo agunt.

27 Sunt hac in re vltra alias, tres præcipuæ communeſque ſententiæ. Prima, quam D. Couar. *in præſenti* amplectitur, docet; non licere patri in detrimentum liberorum de præfata emphyteuſi diſponere: ita ſentiunt Molin. & Valaſc. *vbi proximè*, Cald. *qu.*15. *n.*2.3. Menoch. *conſ.*545. *n.*1. *verſ. Porro*. Delbene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom.*2. *c.*17. *dubit.*16. *n.*4. *&* 5. Amat. *variar. lib.*2. *reſ.*84. *n.*62. Par. Vazq. *de reddit. lib. c.*2. §.2. *dub.*17. *verſ. Secundò, quod ſi emphyteuſis*. Fachin. *controu. iur. lib.*6. *c.*63. Caſtill. *deciſ.*106. Mangil. *de imputat. q.*150. *n.*3. Magon. *Lucenſ. deciſ.*7. *n.*36. Roderic. *de ann. redditib. lib.*2. *q.*22. *à n.*36. & alij plurimi apud Amat. *ſup.* & Coſta *de portion. rata, q.*104. *n.*5.

28 Ratio eſt, quoniam liberi ius obtinent à domino directo, quod cum ſemel quæſitum illis ſit per ſtipulationem patris, auferri amplius non poteſt; *l. id quod noſtrum* 11. *ff. de regul. iur.* Nec intereſt, quòd patris occaſione obuenerit, cui mutare conſilium in perniciem filiorum non licet; *l. nemo poteſt* 80. *eod. tit.*

29 Secunda ſententia ex diametro oppoſita ſuperiori, placet Molin. *de primogen. lib.*2. *c.*10. *n.*71. *verſ. Si verò ſolum*. Cæſar Barz. *deciſ.* 66. *n.* 33. Iul. Clar. *d. q.* 10. *n.*2. Curnaz. *deciſ.*1. *num.*6. Ceuall. *tom.*1. *q.*326. Merlin. *deciſ.*18. Vinell. *in l.*1. *part.*3. *n.*98. *C. de bon. matern.* Gratian. *diſceptation. c.*405. *n.*1. Cancer. *variar. part.*3. *cap.*15. *n.*128. Peregrin. *de fideicommiſ. art.*51. *n.*84. *verſ. Tu autem*. Ant. Gabr. *commun. lib.*3. *tit. de iur. emphyteutic. conc.*2. *n.*45. Craoet. *conſ.*66. *n.*11. Cyriac. cum alijs, *tom.*1. *controuerſ.*113. *n.*19. Gial. *receptar. ſentent. §. legatum, q.*14. *n.*20. Viuian. *in prax. iur. patron. lib.*4. *cap.*2. *n.*21. & alijs, quos refert Valaſc. *d. q.*49. *n.*6. Molin. *vbi proximè*.

30 Fundamentum eorum eſt, quia pater ſtipulatus emphyteuſim *pro ſe ac liberis*, non cenſetur ius aliquod eis immediatè acquirere, ſed ſibi, vt poſt mortem ſuam valeat in ipſos emphyteuſim transferre, ſi ſibi placuerit; vndè liberè de ea, ſicut de alijs ſuis bonis diſponere non prohibetur.

31 Tertia præcedentes fœdere diſtinctionis conciliat aſſerens, poſſe parentem alienare emphyteuſim *pro filijs* acceptam in eorum præiudicium, quando illam titulo oneroſo comparauit; ſecus ſi lucratiuo; ita Merlin. *d. q.*5. *n.*17. Bald. *in authentic. ſi quas ruinas, n.*3. *verſ. Secunda ratio, & num.*6. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Aretin. *in l. apud Iulianum*, aliàs, *l. cum ſeruus. § ſi quis alicui, column. penult. in fine verſ. Secunda concluſio, ff. de legat.*1. Tondut. *d. cap.* 80. *n.*2. Capyc. *deciſ.*2. *col. fin.* Luc. de Penna *in l.*1. *colum.* 4. *in princip. verſ. Sed certè, C de imponend. lucratiu. deſcript. lib.* 10. Turch. *lit. A, conc.*439. *n.*20. 22. Natta *conſ.* 75. *n.*5. 11. Mareſcot. *d. cap.*74. *ex num.*1. vbi alij, Rota *deciſ.*50. *num.*2. *part.*6. *in recent.* Tunc autem dicitur titulus lucratiuus, quando interuenit aliqua concedentis liberalitas, veluti, ſi canonis exiguitas rei fructibus non correſpondeat, ſecundum naturam emphyteutici contractus, Mareſcot. *num.*5 Tondut. *n.*3. Rota *d. deciſ.*50. *n.* 5. Vnde titulus oneroſus cenſebitur, qui penitus munificentiam domini excludit, vt ijdem obſeruant.

32 Hæc ſententia defenditur ex eo, quod emphyteuſis pecunia patris, aut meritis comparata, inter bona profectitia numeratur; quare nil mirum, ſi de ea pater liberè diſponere permittatur. At quæ prouenit ex liberalitate concedentis eſt aduentitia, cuius alienatio patri iure interdicitur; & inde eſt, quod in hac, filijs præiudicium inferri non poſſit: Ita Tondut. *num.*4.

Sed quamuis periculoſum ſit in quæſtione ita perplexa propriam ſententiam propalare, ſic diſtinguendum eſſe videtur. Aut dominus emphyteuſim concedens affectionem habet ad filios, vel deſcendentes primi emphyteutæ, pro quibus etiam pater ſtipulatus eſt, ita vt eorum contemplatione ad eoſdem emphyteuſim protelaret, & hoc caſu, prima ſententia eſt omnino amplectenda, quia parens primùm acquirens, nullo modo quicquam poterit in præiudicium ſuæ prolis immutare, cùm hoc à domino directo proueniat, non à patre. Idem erit, ſi tam contemplatione patris, quam filiorum, concedens moueretur, Valaſc. *d. quæſt.* 49. *num.* 10. Aut concedens ſolius parentis contemplatione eidem *pro ſe, ac liberis* emphyteuſim præſtat; & ſecundæ ſententiæ adhærendum eſt, quoniam illis nullum ius quæſitum fuit ea ſtipulatione, cum expreſſio *deſcendentium* non ſit ad hoc, ſed vt ſtipulator poſſit rem emphyteuticam ſuæ poſteritati relinquere, ne eo mortuo ad dominum redeat. Quæ reſolutio æquè procedit, ſiuè titulus acquiſitionis lucratiuus ſit, ſiuè oneroſus; nam in contractu oneroſo affectionis ratio habetur, *l. ſi venditor, ff. de ſeru. exportand. l.*1. *ff. q. ſine manumiſ. ad libertat. peruen.* Vnde ſi concedens liberalitatem nullam caereceat, benè poterit contemplatione filiorum emphyteutæ cum eo paciſci, vt ad ipſos poſt mortem eius emphyteuſis deueniat, quod parens tenebitur obſeruare, vt notum eſt. Rurſus in liberali conceſſione, ſi dominus ſolùm inſpexerit perſonam parentis, cui totum beneficium conferre voluit vt nedum ſibi haberet, ſed etiam in ſuam poſteritatem iure titulo emphyteutico transferret, nihil ad liberos ſpectat, niſi parentis iudicio aliquid conſequantur; etenim cum quid conceditur, etſi verba aliud ſonent, ei quæritur, cuius contemplatione datur, *l. profectitia* 5. §.1. *ff. de iur. dot. l. ſed & ſi plures* 10. §. *in arrogato, ff. de vulgar.* vbi Bart. & communiter Scribentes, Bald. *in l. cum oportet, n.*4. *C de bon. quæ liber.* Cyriac. *tom.*2. *controu.*377. *nu.* 24. Menoch. *conſ.*192. *nu.* 10. Quæ doctrina ad præmiſſam diſtinctionem maximè conducit; & ex his excluditur tertia ſententia principaliter inter titulum oneróſum, & lucratiuum, diſtinguens: nam vbi concedens erga nominatos affectionem habuit, nihil intereſt, quo titulo conceſſerit, cum parterin duntaxat beneficio afficere voluerit. 33

Sed dicet aliquis: Ex eo, quod pater accipit emphyteuſim *pro liberis*, etiam ſui ipſius contemplatione videtur velle illis ſtatim ius acquirere, vt ſe mortuo, ſuccedant, quod ius ab eis auferre non poteſt, argument. *l. id quod noſtrum* 10. *& l. nemo poteſt* 86. *ff de regul. iur.* Nam reſpondetur, hanc præſumptionem veram non eſſe. Primò, quia in dubijs renunciatio proprij iuris præſumenda non eſt, Carleual. *de iudic. tom.* 2. *titul.* 3. *diſp.* 19. *numer.* 14. *&* *& diſp.*23. *n.*42. *cum ſeqq.* diximus *ſup. lib.*1. *c.*9. *n.*37. Ergo parens dum pro liberis ſtipulatur, non aufert ſibi facultatem diſponendi de re emphyteutica, aut prælegandi iam filio magis grato, ac de ſe benemerito. Secundò, diſpoſitio hominis creditur iuri conuenire, *l. hæredes mei*, §. *Cum ita. ff. ad Trebellian.* Menoch. *conſ.*999. *n.*37. D. Couar. *practicar. c.*38. *n.*4. Atqui cum lex defert parenti, ac liberis ius patronatus, intelligitur reſeruata manumiſſori facultas ad aſſignandum libertum vni ex illis; *l.*1. *& per tot. ff. de aſſign. libert.* Igitur idem de ſtipulatione pro emphyteuſi ſentiendum eſt: quo argumento ſaltem conuincitur licere primo acquirenti emphiteuſim, vni ex nominatis prælegare, aut concedere. 34

Reſtat nunc vt ſatisfaciamus *c.*1. *de ſucceſſion. feud.* quod à *D. Couar.* adducitur: nàm etſi in feudis verum ſit, patrem etiam primò acquirentem non poſſe de feudo diſponere, ſed eſſe æqualiter inter filios hæredes diuidendum; hoc in emphyteuſi obſeruandum non eſt, ſiquidem non valet de illo ad iſtam argumentum, vt dictum eſt *ſup. n.* 6. maximè vbi manifeſta diuerſitatis ratio reperitur, vt in præſenti; feudum enim eſt beneficium, quod tribuitur ob officium, cùm vaſalli iuuare, & obſequi domino teneantur, vt alibi diximus; cuius intereſt plures habere, & ſic quod ad omnes filios feudatarij æqualiter commodum perueniat, à quibus æquale ſeruitium ſibi exhibendum eſt; quare parens nihil in præiudicium filiorum diſponere in feudo poteſt, quoniam ex hoc ius domini læderetur, Menoch. *d. conſ.*161. 35

num. 2.

n. 22. In emphyteuſi verò prædicta non procedunt, quæ ſolum ob penſionem datur, quapropter nihil refert domini, an ad omnes filios emphyteutæ, vel ad vnum res emphyteutica transferatur, imò magis expedit illi, canonem ab vno, quam a pluribus pro parte recipere, Mareſcot. *ſup. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 8.

Ex quibus, reſolutionem traditam *ſup. n.* 33. tenent Molin. *d. c.* 10. *n.* 71. *verſ. Si vero ſolum.* Trentacinq. *d. tit. de iur. emphyteut. reſol.* 3. *n.* 4. 5. Clar. *vbi ſup. n.* 2. *in fine.* Menoch *vbi proximè, n.* 6. *ad* 13. And. de Yſernia *in c.* 1. *§. Etſi libellus, n.* 6. *de alienat. feud paterni.* Camerat. *in repet. c.* 1. *an agnat. vel fil. §.* 1. *n.* 117. Natta *conſ.* 475. *n.* 5. 11. *cũ ſeqq. lib.* 2. Valaſc. *n.* 8.

36 Sed ſi emphyteuſis ſimpliciter pro patre, ac filijs conceſſa appareat, lateátque cuius contemplatione data ſit; adhuc dicendum eſt, licere patri acquirenti de illa diſponere, quia præſumendum eſt, quod veriſimilius iudicatur; ſcilicet concedentẽ non curaſſe de ſucceſſione emphyteutæ, ſed ipſius perſonam ſolùm inſpexiſſe, cuius intuitu etiã deſcendentibus, quos fortè ignorabat, emphyteuſim conceſſit, niſi ex coniecturis contrarium colligatur, veluti, ſi nomen *filiorum* in ſtipulatione fuerit expreſſum. Ita ſentiũt præallegati DD. & plurimi alij apud Menoch. *n.* 26. qui tamen in feudu contrariũ ſuſtinet, omninũ vidẽdus *à n.* 15.

37 Eſt tamen animaduertendum, quòd licèt pater nequeat nocere filijs in emphyteuſi, eorum contemplatione ſibi & illis conceſſa; nihilominus ſi in dominum directum delinquat aliquid faciens, propter quod iuxta legem contractus res emphyteutæ auferatur, vt ſi a ſolutione penſionis ceſſet per tẽpus iure præſcriptũ, hoc præiudicium illis generabit, nam res omnino libera in perpetuum reuertetur ad dominum; vt bene probat Valaſc. *d. q.* 49. *n.* 2. & in feudo idem tenent communiter DD. vt teſtantur Trentacinq. *num.* 16. Clar. *in §. Feudum, q.* 66. *n.* 2. Ex quo nota fallentiam ad principium illud, cuius pluribus laudatis, meminimus *ſup. hoc lib. c.* 8. *n.* 98. nempe quod prohibitus alienare ex contracta propter aliorum detrimentum, non poteſt nec delinquendu eiſdem præiudicare. Hoc inquam fallit ob emphyteutici contractus naturam.

Verſ. *Quarta concluſio.*

38 Agitur in præſenti, de emphyteuſi mixta, iuxta diuiſionem ſupra poſitam *n.* 25. in qua proculdubio compertum eſt, quod ſi pater *pro ſe ac filijs hæredibus* ſtipuletur, poterit eam vni eorum prælegare in aliorum præiudicium, Molin. *d. n.* 71. Pat. Vazq. *d. dub.* 17. *n.* 60. Valaſc. *d. q.* 49. *n.* 2. *verſ. Tertium caput eſt,* Pat. Molin. *diſp.* 478. *n.* 8. Cald. *q.* 24. *n.* 23. Delbene *d. dubit.* 16. *n.* 5. Clar. *d. §. Emphyteuſis, q.* 16. *n.* 3. Merlin. *de Legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 7. *n.* 1. *&* 2. Cyriac. *tom.* 2. *contr.* 377. *n.* 8. 9. Parlador. *quotidian. lib.* 3. *q.* 6. *n.* 2. Menoch. *d. conſ.* 161. *n.* 5. Mareſcot. *ſup. lib.* 1. *c.* 120. *n.* 15. 16. Quod itidem in feudo procedit, modò domini interueniat conſenſus, vt obſeruant Mareſcot. Menoch. & alij, *vbi proximè.*

39 Quæ reſolutio pariter procedit, ſiuè emphyteuſis, vel feudum nouum ſit, id eſt, primitùs comparatum per eum, qui vni ex filijs aſſignare vult; ſiuè antiquum, ab anteceſſore ſcilicet per ſucceſſionem acquiſitum; vtroque enim caſu licebit parenti ex comprehenſis quem maluerit eligere, Mareſcot. *n.* 16. Pat. Molin. *vbi proximè,* Valaſc. *d. verſ. Tertium caput.*

Ibi: *En ratione, quod filius hæres patris.*

40 Hanc rationem approbant omnes laudati nuper, qui ſe concluſioni ſubſcripſere. Sed & alia adijci poteſt ex obſeruatis *ſup. n.* 33. quoniam ſcilicet parenti licuit illis præiudicium inferre, quibus nullum ius adhuc quæſitum erat, conferendo, ſiue aſſignando rem emphyteuticam vni ex comprehenſis: etenim ſi pater poteſt alienare, in quos voluerit, rem emphyteuticam ex pacto & prouidentia ſimpliciter quæſitam, vt dictum eſt *ſup n.* 33. à fortiori idem dicendum eſt da emphyteuſi mixta, in qua, omnes conueniunt, acquirenti plus iuris eſſe ad filiorum præiudicium. Quæ bene adnotat Clar. *d. q.* 16. *n.* 3.

41 Nota, concluſionem D. Couar. ab aliquibus limitari, quando filius adit hæreditatem patris cum beneficio inuentarij; quo caſu non impeditur hæres factum anteceſſoris impugnare, niſi tantum ex hæreditate percipiat, quantùm ex emphyteuſi poſſet habere, vt ex alijs obſeruat Clar. *vbi proximè.* De quo vide Valaſc. *n* 3. qui oppoſitum optimo fundamento reſoluit, vtriuſque partis Authoribus laudatis.

Verſ. *Quinta concluſio.*

Emphyteuſis *pro ſe ac filijs* accepta competit his, quamquam hæredes patri non exiſtant; hanc concluſionem tam in Eccleſiaſtica, quàm priuatorum conceſſione tuentur Clar. *d. §. Emphyteuſis, q.* 37. *n.* 1. Pat. Molin. *diſp.* 473. *num.* 3. Gamma *Luſitan. deciſ.* 3. *n.* 6. 7. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de iur. emphyteut. reſol.* 3. *n.* 7. Caldas *ſup. q.* 22. *nu.* 19. 20. Pat. Vazq. *ſup. verſ. Tertiò, ſi emphyteuſis,* Mareſcot. *ſup. lib.* 1. *c.* 74. *n.* 8. Gail. *practicar. obſeruation. lib.* 2. *obſeru.* 128. *nu.* 18. Surd. *deciſ.* 324. Cancer. *variar. part.* 3. *c.* 15. *à n.* 182. Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 85. *C. de bon. matern.* Matienço *in l.* 5. *gloſ.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopil.* Amat. *variar. lib.* 2. *reſolut.* 84. *num.* 63. vbi innumeros refert; & *nu.* 65. cum alijs non paucis, idem in feudu ex pacto & prouidentia docet. 42

Huius ſententiæ ratio eſt, quia in contractibus verba ſtrictè accipienda ſunt, & iuxta eorum proprietatem, vt probauimus *ſup. n.* 9. & cum pater ſtipulatus fuerit *pro filijs,* ſufficit, quod hæc qualitas in ſucceſſore reperiatur, ſiquidem *filiorum* appellatione hæredes non comprehenduntur, vt notum eſt. 43

Ibi: *Tametſi Bartolus ibi.*

Quod præcedens concluſio ſolùm in emphyteuſi Eccleſiaſtica procedat, quia eius naturæ eſt, vt ad hæredes extraneos non tranſeat, ſed deſcendentibus iure ſanguinis regulariter deferatur, non autem in ſeculari, cum Bartolo ſentiunt Menoch. *de præſumpt. lib.* 3 *præſ.* 48. *n.* 1. 10. *cum ſeqq. & conſ.* 309. *nu.* 15. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 17. *à nu.* 8. Aluar. Valaſc. *q.* 44. *n.* 6. quamuis contrariam forte veriorem dixerit Alciat. *de præſumption. reg.* 1. *præſ.* 51 *à princip.* Caſanate *conſ.* 45. *ex n.* 43. & permulti alij apud Amat. *nu* 66. inter quos D. Couar. *in præſenti* allegatur, quaſi in hac opinione reſideat, & ita verum eſt, vt profitetur *infrà, n.* 7. *verſ. Si proximè.* 44

Hæc opinio nititur doctrinæ Gloſ. *verb. proderit, in l. ſi tibi* 18. *§. Si pactum, ff. de pact.* quam ſequuntur Bart. & alij *ibi,* Alciat. *ſup. reg.* 1. *præſ.* 31. *& reg.* 3. *præſ.* 32. *n.* 2. Menoch. *ſup. præſ.* 48. *n.* 1. cum pluribus, qui omnes cum prædicta gloſſa aſſeuerant, patrem præſumi pro filijs tanquam hæredibus ſtipulari, ex rationibus traditis à Menoch. *n.* 2. 45

At illa opinionum contrarietas, quoad emphyteuſim ſecularem, tolli fortaſſis poſſet ſub diſtinctione, de qua *ſup. num.* 31. nam prior procedit, quando filiorum gratia emphyteuſis pro ipſis conceditur, ſiquidem ſtatim ius quærunt, collatum tamen poſt mortem genitoris, à quo nihil accipiunt, ſed à domino; quare dum pater ſtipulatur *pro filiis,* præſumi non debet, quod tanquam *pro hæredibus* ſtipuletur, quandoquidem illis ex contractu ius quæritur immediatè voluntate alterius, qui cum patre contraxit; & hoc caſu Gloſſæ doctrina non procedit. Poſterior autem opinio, & hæc Gloſſa, locum obtinebit, cum ſola parentis contemplatione emphyteoſis datur, nam tunc nullum ius liberis, pro quibus ſtipulatur, acquiritur, ſed duntaxat ſtipulanti, vt illam poſteritati ſuæ relinquere valeat, atque ita liberi iudicio, & voluntatẽ patris indigent; & in hac ſpecie omninò credendum eſt, quod parens ſtipulatur pro illis tanquam hæredibus, vt ſibi proſpiciat, ne ad eos res emphyteutica ſua induſtria, vel pecunia acquiſita perueniat, qui ſucceſſionis paternæ onera recuſauerint, cùm expediat defunctis, ſucceſſoribus non carere, vt ait Menoch. *vbi proximè.* 46

Ad Num. 3.

Vt filius conſequatur emphyteuſim, quam parens *pro ſe, & filijs hæredibus* recepit, hæres ille debet exiſtere. Trentacinq. *d. reſolut.* 3. *n.* 8. Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſt. to.* 2. *c.* 17. *dubit.* 16. *à n.* 7. Valaſc. *ſup. n.* 8. P. Molin. *vbi proximè, n.* 4. Amat. *d. reſolut.* 84. *n.* 67. Pat. Vazq. *ſup. verſ. Quartò, ſi detur,* Gratian. *diſcept. c.* 351. *à princip.* Caldas *q.* 23. *nu.* 10. Tuſch. *lit. E. conc.* 147. *n.* 9. Merlin. *ſup lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 7 Mantica *d. lib.* 12. *tit.* 17. *n.* 4. Menoch. *conſ.* 772. *n.* 6. Mareſcot. *ſup. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 19. Clar. *d. q.* 37. *n.* 2. & alij plures apud Amat *ſup.* Quæ concluſio indiſtinctè admittitur, ſiue Eccleſiæ, ſiue priuati emphyteuſis ſit, vt aduertunt Clar. Valaſc. Molin. cum alijs ex præallegatis. 47

Ibi : *At ſi quæratur an emphyteuſis.*

48 Circa dubium hoc, Pat. Molin. *diſput.* 473. *n.* 4. ita diſtinguit: Aut emphyteuſis recipitur pro *filijs hæredibus*, & nullo modo veniunt hæredes extranei, etiamſi à priuato concedatur: Aut ſub hâc formâ ſtipulatur, *Pro filijs, & hæredibus*: Et ſubdiſtinguendum erit, nam in feudo, vel emphyteuſi Eccleſiaſtica, quæ ad extraneos, niſi exprimatur, non tranſit, ſolùm filij hæredes cenſentur comprehenſi; ſed in ſeculari emphyteuſi, etiam extranei ſucceſſores vocati intelliguntur; coniunctio enim illa, *&*, diſpoſitionem ampliat ſecundùm naturam conceſſionis, à qua verba dubia interpretationem accipiunt, vt alibi probatum eſt. Cui doctrinæ adſtipulantur Valaſc. *n.* 9. Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 90. *illat.* 5. *C. de bon. matern.* Quamuis communiter prima diſtinctione omiſſa, ſecunda probetur, vt videre eſt apud Vazq. *n.* 61. Cald. *d. q.* 23. *n.* 20. 22. & *q.* 24. *n.* 38. Delbene *ſup. n.* 9. 10. Trentacinq. *vbi proximè*, ſed à Molina non diſcederem.

Ibi : *Idem omninò dicendum eſt.*

49 Si quis emphyteuſim *pro ſe, & hæredibus* ſuſceperit, non aliter eius filij ad eam admittentur, niſi paternam ſucceſſionem amplectantur, Vazq. *ſup. verſ. Quinto ſi emphyteuſis*, Valaſc. *d. q.* 44. *n.* 11. 12. 14. Molin. *vbi proximè*, Trentacinq. *n.* 11. *verſ. Contra hunc, in fin.* Clar. §. *Feudum, q.* 9. *n.* 7. Menoch. *conſ.* 197. *n.* 54. Merlin *ſup. q.* 6. *à n.* 5. Cyriac. *tom.* 1. *controverſ.* 158. *n.* 4. 5. Cald. *q.* 23. *n.* 24. Quod vtique in emphyteuſi Eccleſiaſtica procedit, vt D. Couar. aduertit paulò inferiùs, de qua expreſſim Trentacinq. Valaſc. Cyriac. Cald.

50 Quoad huiuſmodi emphyteuſim notandum eſt, quòd ſi fuerit Eccleſiæ, extranei hæredes repelluntur regulariter, iuxta magis receptam ſententiam; de quo tamen maxima extat controuerſia, vt conſtat ex D. Couar *ſup. cap. proxim. n.* 5. *verſ. Quarta concluſio*, Clar. §. *Emphyteuſis*, *q.* 28. *num.* 6. Trentacinq. *à n.* 9. qui latiſſimè agit. Quod ſi priuatus dominus ſit, proculdubio hæres extraneus emphyteuſim obtinebit, Clar. *vbi proximè*, Menoch. *conſ.* 216. *n.* 5. Gigas *de crimin. læſ. Maieſtat. lib.* 1. *tit. de pœn. q.* 6. *num.* 6. Pat. Molin. *diſp.* 472. *num.* 4. Alexand. *in l. quod dicitur, n.* 26. *ff. de verbor. obligat.* Pinell. *ſup. n.* 89. Valaſc. *n.* 14. Cald. *d. q.* 23. *n.* 23.

Ibi : *Huic etiam opinioni ſuffragatur.*

De his *ſup. cap. proxim. num.* 82. *& cap. hoc, num.* 2.

Ibi : *Ex quibus deducitur.*

Adde laudatos *ſup. num.* 52.

Ibi : *Poſſet fortàn opinio Pauli Caſtrenſis.*

51 Emphyteuſis tam Eccleſiæ, quam priuati conceſſa *Caio, pro ſe, eiuſque hæredibus maſculis, vel de ſuo corpore natis*, ſolùm ad liberos hæredes poteſt peruenire, Molin. *diſp.* 473. *num.* 5. Valaſc. *q.* 44. *num.* 13. Menoch. *conſ.* 160. *num.* 41. vbi plures Clar. §. *Feudum, quæſt.* 9. *nu.* 9. Idem eſt ſi pro hæredibus legitimis concedatur, Molin. *nu.* 6. Valaſc. *n.* 16. 18. & alij apud Cald. *quæſt.* 24. *num.* 39. Verba enim quæ dictioni, *Hæredibus*, adijciuntur, eius vim minimè tollunt, ſed ad excluſionem extraneorum fœminarum, vel illegitimorum deſeruiunt; Molin. *num.* 6. *& diſp.* 474. *n.* 13. Cald. *n.* 37. Clar. *vbi proximè, verſ. Sed in hic.*

Ibi : *Cui & illud ſuffragatur.*

52 Quoties in feudorum ſucceſſione mentio hæredum fit, de maſculis intelligitur, Molin. *diſput.* 473. *n.* 5. *in fine*, Clar. *d. quæſt.* 9. *num.* 6. *verſ. Et in hoc propoſito*, Cald. *q.* 23. *num.* 24. Menoch. *conſ.* 722. *num.* 69. Zaſi. *in epit. feud. p.* 8. *n.* 36.

Ibi : *Et tamen feuda his verbis concepta.*

53 Feudum pro hæredibus conceſſum, hæreditarium indicatur, ita vt qui hæres non eſt, ab eo excludatur, quanquam ex liberis ſit; Clar. *n.* 7. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de feud. reſolut.* 2. *nu.* 4. Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditib. c.* 2. §. 1. *dub.* 18. *num.* 63. Valaſc. *q.* 44. *num.* 12. Molin *num.* 4. *in fine*, Cald. *quæſt.* 22. *n.* 24. Menoch. *conſ.* 1. *ex n.* 308. *ad* 315. Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 154. *n.* 7. Merlin. *d. tit.* 1. *q.* 4. *n.* 1. De emphyteuſi dictum eſt *ſup. num.* 51.

54 Eſt obſeruandum, emphyteuſim, vel feudum hæreditarium duplici ſenſu dici; nam aliud eſt hæreditarium ſimpliciter, quod omnibus hæredibus indiſtinctè conuenit; & aliud, ad quod nullus admittitur, niſi hæres ſit; tamen non cuicunque hæredi datur, quia requirit etiam aliam qualitatem, vt putà conſanguinitatem, aut maſculinitatem, & hoc hæreditarium *mixtum* nuncupatur, vt obſeruat Clar. *d. q.* 9. *& q.* 83. *n.* 2. Molin. *diſp.* 472. *n.* 1. In qua ſecunda acceptione, emphyteuſis, vel feudum pro hæredibus maſculis conceſſum, à D. Couar. *hic*, hæreditarium appellatur, quandoquidem vtrumque deſideratur, & quod ex liberis ſit, & hæres.

Ibi : *Feudum ex ſua natura non tranſit ad filios.*

55 De natura feudi eſt, vt filius non admittatur ad illius ſucceſſionem, qui patris feudatarij hæreditatem repudiauerit, Clar. §. *Feudum, quæſt* 75. *nu.* 1. Vazq. *d. dub.* 18. *in princip.* Valaſc. *quæſt.* 44. *a princip.* Trentacinq. *vbi proximè*, *n.* 2. Molin. *diſp.* 471. *n.* 7. *& diſp* 472. *num.* 4. Agnati verò tranſverſales, vbi feudum hæreditarium non eſt, non prohibentur, repudiata hæreditate anteceſſoris, feudum capere; Molin. Vazq. & alij *vbi proximè*, Roland. *conſ.* 2. *in fine*, *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 317. Valaſc. *q.* 44. *n.* 4. De quo *infra, ex n.* 62.

Ad Num. 4.

56 Feudum ſi ſimpliciter, non facta *liberorum*, aut *hæredum* mentione, concedatur, ſolùm ad liberos pertinebit, extraneis hæredibus remotis Gregor. Lup. *in l.* 6. *gloſ.* 4. *tit.* 16. *part.* 4. Vazq. *d. dub.* 18. *in princip.* Clar. *quæſt.* 8. *nu.* 1. Molin. *diſp.* 473. *n.* 2. ſentit Valaſc. *q.* 44. *n.* 2. Licet aliud inſinuare videatur; loquitur enim procuſdubio de hæredibus deſcendentibus duntaxat. Ratio eſt, quia feuda cenſentur in dubio ſecundùm propriam naturam conceſſa, Bald. *in prælud. feudor. n.* 46. Menoch. *conſ.* 443. *num.* 41. De natura autem feudorum eſt, vt ſolùm ad deſcendentes tranſeat, niſi aliud conuenerit, *l.* 6. 7. *tit.* 16. *part.* 4. Clar. *ſup. q.* 9. *n.* 6.

57 Quod reſtringendum eſt ad maſculos, nam fœminæ regulariter à ſucceſſione feudi cenſentur remotæ, niſi expreſſim vocentur, aut feudum primò fœminæ concedatur, ſitvè conſuetudo, quod illæ in feudum ſuccedant, vel ſi empititium fuerit, aut nullum ſeruitium exigat, ſiue tale exigat, quod poſſit æquè per fœminas, ac per maſculos exhiberi; quibus caſibus fœminæ aptæ ſunt ad capiendum feudum; atque ita ſi ſimpliciter accipiatur, illis defertur, maſculis deficientibus: quod latè tradunt Clar. *d.* §. *Feudum, q.* 73. Molin. *diſp.* 474. *à princip. vbi n.* 7. 8. an fœmina ſemel admiſſa ob defectum maſculorum, his ſuperuenientibus feudo priuetur? & è contra verum excluſa propter maſculum, eo deficiente, iterum admittatur?

58 Licèt autem ad feudum ſimpliciter acceptum deſcendentes omnes primò acquirentis vſque in infinitum regulariter admittantur; aliter de iure Regio Hiſpano dicendum eſt, ſecundùm quod feudum nepotem primi fundatarij non tranſgreditur, *l.* 6. *tit.* 26. *part.* 4. & *ibi* Gregor. Lop. *gloſ.* 7. vbi ſic apud nos obſeruari teſtatur: atque ita idem de feudo ſimpliciter accepto dicendum eſt, cum contractus iuxta ſtatutum, & conſuetudinem interpretentur, vt diximus *ſup. numer.* 21. 22.

Verſ. *Secundùm, hac in quæſtione.*

59 Prænotandum eſt, aliud eſſe feodum hæreditarium, & aliud ex pacto & prouidentia, ſeu familiare; feudum autem hæreditarium nuncupatur, in quod ſuccedere nullus poteſt, qui hæres non ſit, vt cùm conceditur *pro ſe, & filijs hæredibus*, aut *pro hæredibus*: familiare, ſiue ex pacto & prouidentia illud cenſetur, ad quod iure ſanguinis quis admitti valet, quanquam in hæreditatem non ſuccedat, quod ſub hac forma dari ſolet; *Pro liberis, aut deſcendentibus*, non

facta

facta hæredũ mentione. Dicitur ex pacto & prouidentia, ad diſtinctionem hæreditarij; nam hoc prouenit facto vltimi poſſeſſoris, à cuius diſpoſitione pendet hæreditaria ſucceſſio; illud facto, ac prouidentia primò acquirentis, & domini, qui conceſſit; Trentacinq *d. reſol.* 2. *n.* 4. Et quamuis termini ſic diſpliceant Pinell. *in d. l.* 1. *part.* 3. *num.* 84. *C. de bon. matern.* & Valaſc. *quæſt.* 43. *num.* 2. tamen communiter ab interpretibus præfata diuiſio approbatur, de qua Molin. *diſp.* 472. Cald. *quæſt.* 23. *num.* 14. Clar. *dict. quæſt.* 9. *à princip.* Gregor. Lop. *in l.* 6. *gloſ.* 4. *tit.* 26. *part.* 4. Trentacinq. *vbi proxime*, idem dic de emphyteuſi.

60 Sed licet certum ſit in feudum, vel emphyteoſim hæreditariam ſuccedere non poſſe, qui hæres non ſit; maximè dubitatur, an neceſſariò requiratur aditio hæreditatis vltimi poſſeſſoris, vel ſufficiat primum acquirenti per parentea mediate ſuccedere, & ſic eſſe hæredem hæredis primi feudatarij, vel emphyteutæ? & quod ſatis ſit ſuccedere ei qui primitus feudum obtinuit, placet Clar. *d. quæſt.* 9. *n.* 5. Pariſ. *conſ.* 23. *lib.* 1. Valaſc. *quæſt.* 44. *n.* 19. Alexand. *conſ.* 10. *num.* 8. *lib.* 3. Cald. *ſup. quæſt.* 22. *num.* 39. Roland. *conſ.* 23. *num.* 44. Pinel. *d. part.* 3. *num.* 91. Gozadin. *conſ.* 8. *num.* 11. Molin. *ſup. q.* 6. *num.* 8. Rota *deciſ.* 464. *num.* 6. *part.* 1. *in nou.* Lotter. *de re beneficiar. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 47.

61 Contrarium tamen ſcilicet vltimo poſſeſſori eſſe ſuccedendum neceſſariò, probarunt Pat. Molin *diſput.* 472. *nu.* 10. Tondut. *quæſtion. ciuil. cap.* 86. *num.* 11. Iacob. Beluiſ. *in cap. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis*, Thom. Marin. *de feud. tit.* 1. *n.* 34. Menoch. *conſ.* 498. *num.* 8. Scaccia *de iudic. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 1454. Iſernia *in d. cap.* 1. *in princ. num.* 2. *an agnat. vel fil.* Burſat. *conſ.* 132. *num.* 31. Freccia *in commentar. de ſubfeud. lib.* 3. *tit. de differentijs int. feud. ex pact. & prouid. & hæreditar. verſ.* 11. Mangil. *de imputat. quæſt.* 17. *num.* 28. Quod verum eſt tam in feudo ſimpliciter hæreditario, quam in mixto; de quo loquuntur Marin. Burſat. Scaccia, & Mangil. quos ſequitur Merl. *q.* 7. *n.* 8.

62 Circa præſentem *D. Conar.* aſſertionem, eſt inter DD. ingens controuerſia; quidam enim opinantur, *cap.* 1. *an agnatus, vel fil.* ſolùm procedere in feudo hæreditario, vel mixto; non autem in familiari, ſiue ex pacto & prouidentia, exiſtimantes ad hoc acquirendum non deſiderari, quod filius patri poſſeſſori hæres exiſtat, hi ſunt Gregor. Lop. *in l.* 6. *gloſ.* 4. *tit.* 26. *part.* 6. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de feud. reſolut.* 2. *num.* 4. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 5. Olaſch. *deciſ.* 161. Bald *in d. cap.* 1. *num.* 8. Pinell. *ſup. num.* 85. Clar. *d.* § *Feudum, quæſt.* 76. *num.* 3. & plurimi, quos laudat Trentacinq. *num.* 3. *verſ. Cum igitur*, qui rationes huius opinionis refert, omninò videndus.

63 Sed ab hac opinione recedunt, etiam non pauci, qui cum *D. Conar.* ſentiunt, *d. cap.* 1. agere de feudo ex pacto & prouidentia, in quod filium vltimi feudatarij ſuccedere non poſſe affirmant, niſi paternam agnouerit hæreditatem, quod verius credo. Ita Pat. Molin. *diſput.* 472. *num.* 7. Valaſc. *quæſt.* 44. *num.* 5. Vazq. *d. dub.* 18. *num.* 63. Cald. *quæſt.* 23. *num.* 14. Marani. *in l. ſi poteſt*, *num.* 12. *ff. de acquir. hæredit.* Capic. *deciſ.* 97. *num.* 2. & alij apud Trentacinq. *dict. num.* 3. *in princip.* qui ſequentibus concluſionibus poſt Clarum *d. q.* 76. rem exponit.

64 Prima eſt, quòd ſi feudum ſit nouum, indiſtinctè ſiue fuerit hæreditarium, ſiue ex prouidentia, nequit acquiri ab aliquo qui hæres non exiterit poſſeſſori; nam cum in eo præiudicare valeat comprehenſis, feudum non differt à bonis allodialibus, quare, qui hæreditatem non adit, nec illud capere permittitur. Quæ reſolutio poſſet intelligi ſecundùm diſtinctionem, de qua *ſup. num.* 33. ſi enim feudum ſit ex pacto & prouidentia, & filiorum ſeu familiæ contemplatione conceſſum, etiamſi nouum ſit, filius quidem ſuccedet in illud, etſi hæres non ſit, modo paternam non repudiet hæreditatem, iuxta dicenda inferiùs, *num.* 70. *dict. cap.* 1. *an agnat. vel fil.* Agnatus vero tranſuerſalis admittendus erit, adhuc hæreditate repudiata primi feudatarij, ſecundùm intellectum, quem *ſup.* probauimus, *numer. præcedenti.* Ratio eſt, quoniam primò acquirens feudum, vel emphyteuſim, contemplatione filiorum, aut familiæ ſuæ, non valet comprehenſis præiudicium inferre ex quo ceſſat fundamentum, quo Clar. ac Trentacinq. nituntur, ad quæ conducunt tradita per Menoch. *conſ.* 504. *à n.* 32.

Secunda eſt, ſi feudum ſit antiquum hæreditarium ſimpliciter, vel mixtum, nemo illud quærere permittitur, qui hæres non ſit, in quo omnia conueniunt; vt ex pluribus probat Amat. *variar. lib.* 2. *reſolut.* 84. *numer.* 68. Menoch. *conſ.* 191. *num.* 80. Quæ intelligas iuxta notata *ſup numer.* 60. 61. 65

Tertia, ſi feudum antiquum fuerit ex pacto & prouidentia, filius etiam vltimi poſſeſſoris, omiſſa eius hæreditate, ad illud admitti poteſt; in quo *D. Conar.* aduerſantur, ſentientes, *d. cap.* 1. procedere in feudo hæreditario duntaxat; & ad argumentum contrariorum reſpondent, quod ibi non ſtatuitur abſolutè, vt agnatus non hæres in feudum ſuccedat, ſed quod non teneatur ſuccedere vltimo poſſeſſori, ſicut filius eius; tamen debet eſſe hæres primi feudatarij, ſaltem mediatè, quod ad feudum hæreditarium obtinendum, ſatis eſſe arbitrantur. Adhuc à *D. Conar.* interpretatione recedendum non eſt, qui *d. c.* 1. intelligit de feudo ex pacto & prouidentia. Ex quo hæc concluſio diſplicet. 66

Verſ. *Primùm ſimpliciter.*

Feudum ſi ſimpliciter accipiatur, nulla *hæredum*, aut *liberorum* facta mentione, filius illud acquirere non valet paterna hæreditate repudiata, iuxta *d. c.* 1. *an filius*, Vazq. *ſup. dub.* 18. *verſ. Sed videndum*, Clar. *d. quæſt.* 76. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 1. *num.* 312. Pat. Molin. *diſp.* 473. *num.* 2. Secùs agnatus, qui vltimi poſſeſſoris omittens ſucceſſionem, feudum conſequi valet; vt omnes ferè præcitati docent, à quibus diſcedit Trentacinq. *num.* 4. *verſ. Si vero, cum ſeq.* qui opinatur feudum iſtud ex pacto & prouidentia cenſeri, atque ita poſſe filium, omiſſa paterna hæreditate, in id ſuccedere, & iuxta propriam opinionem loquitur conſequenter contra *D. Conar.* 67

Rurſus extat alia communis ſententia, quæ habet, feudum in dubio, vt in hac ſpecie, præſumi hæreditarium; quam tenent Gloſ. *in cap.* 1. *quib. mod. feud. conſtit. pot.* Iſernia *in c.* 1. § *Simile, quib. mod. feud. amittat.* Alexand. *conſ.* 26. *volum.* 5. Afflict. *deciſ.* 140. Natta *conſ.* 634. *num.* 6. *lib.* 3. Valaſc. *quæſt.* 43. *num.* 3. *verſ. In dubio*, Gregor. Lop. *ſup. d. gloſ.* 4. Tondut. *quæſtion. ciuil. cap.* 86. *num.* 8. Gratian. *diſcept. cap.* 451. *num.* 17. & alij apud Menoch. *conſ.* 1. *n.* 309. ſecundum quam, hoc feudum ſimpliciter acceptum, hæreditarium eſt, non ex pacto & prouidentia, aduerſus *D. Conar.* qui ſentit eſſe non hæreditarium, & ita tenendum eſt, quia feuda ex ſua natura non iure hæreditario, ſed ſanguinis deferuntur: ſed tamen filius illud non capiet, repudiata patris hæreditate, ex *d. cap.* 1. Vide infra, *n.* 74. 68

Verſ. *Secundò, feudo ita concedente.*

Feudum alicui datum, *pro ſe eiuſque liberis*, nequit deſcendens ab vltimo poſſeſſore quærere, niſi huius hæreditatem ſibi delatam acceptet; ſecùs agnatus, qui non ſit ex liberis, quòd ſpecialiter ob parentum reuerentiam receptum eſt, vt habetur *in d. cap.* 1. & notant Valaſc. *de iur. emphyteutic. quæſt.* 44 *num.* 5. Molin. *diſput.* 472. *num.* 7. Gregor. Lop. *ſup.* Pat. Vazq. *vbi proxime*, Eſtque feudum hoc ex pacto & prouidentia, Clar. § *Feudum, quæſt.* 9. *num.* 3. Vazq. & Gregor. Lop. *vbi proxime*, Molin. *diſp.* 471. *num.* 1. Caldas *de nominat. emphyt. quæſt.* 12. *num.* 37. Pinell *in l.* 1. *part* 3. *n.* 84. *C. de bon matern.* Valaſc. *q.* 43. *n.* 2. 69

Eſt enim aduertendum ad intellectum *dict. cap.* 1. quod, vt filius vel deſcendens vltimi poſſeſſoris feudum ex pacto & prouidentia conſequatur, non eſt opus præciſè, quòd illi exiſtat hæres; ſed duntaxat, quòd delatam ſibi hæreditatem non reſpuat, quaſi indignus eo beneficio exiſtimetur, qui paternam ſucceſſionem contemnit. Vndè ſi voluntate parentis ad ſucceſſionem hæreditariam venire non poſſit, hoc minimè ei imputabitur, quominus feudum non hæreditarium percipiat, vt obſeruat Trentacinq. *d. reſolut.* 2. *num.* 4. *verſ. Si vero tenere*, Molin. *diſput.* 477. *num.* 4. Iſernia *in cap.* 1. § *Quid ergo, col. vlt. in fin. de inueſtit. de re alien. facta*, Roland. *conſ.* 5. *n.* 77. *volum.* 3. Inde nec filius exhæredatus iuſtè excluderetur à feudo auito ex pacto & prouidentia, quia patris exhæredatio illi nocere quoadhoc non poteſt; imo quamuis filius exhæredaretur 70

à patre primùm acquirente, non priuaretur feudo iſto nouo non hæreditario, ſaltem ex diſpoſitione *d. cap.* 1. de quo Molin. *vbi proximè*, Valaſc. *quæſt.* 45. Clar. *dict.* §. *Feudum*, *quæſt.* 74. Ratio horum manifeſta eſt cùm *dict. cap.* 1. de repudiatione loquatur, quæ locum habere nequit, niſi in eo, qui ſi velit, acquirere valet ex teſtamento, vel ab inteſtato hæreditatem, *l. nolle* 4. *l. is poteſt* 18. *ff. de acquirend. hæredit.* Quod adeo verum exiſtimo, vt quamuis filius à paterna hæreditate ex facto patris remotus eam repudiet, feudum ex prouidentia & pacto auitum poſſet capere, quoniam talis repudiatio nullius momenti eſt; *l. is qui hæres* 13. *ff. eod.* & quod de iure non ſortitur effectum, nullum præſtat impedimentum, *c. non præſtat* 52. *de reg. iur. in* 6. Nec imputandum eſt filio exhæredato, aut non inſtituto; cui aduerſus patris teſtamentum non venerit, propter quod potiùs laude, quàm pœna dignus eſt: quæ faciliùs procedunt, ſi filius non mala mente exhæredetur, iuxta *l. multi non notæ* 18. *ff. de liber. & poſthum.* nam non nocebit quoad emphyteuſim, vel feudum ex pacto & prouidentia, quamuis exhæredatio fiat à primo acquirente, qui poſſet liberis præiudicare, argument. *l. ſi patronus teſtamento* 12. §. *Si quis non malo*, *l. Paulus* 47. *ff. de bon. libertor.*

Verſ. *Tertiò deducitur.*

71 Ad feudum conceſſum alicui, *eiúſque hæredibus*, nullus admitti poteſt, qui hæres non ſit; eſt enim in ſimpliciter hæreditarium, vt probauimus *ſup. n.* 53. Quicquid teneant aliqui laudati à Valaſc. *quæſt.* 44. *num.* 11. & à Cald. *quæſt.* 22. *num.* 8. quibus placet eſſe ex pacto & prouidentia. Sed adhuc admiſſo, quòd ſit hæreditarium, prout verum eſt; concluſioni opponitur communis opinio, de quâ *ſup. n.* 62. quæ habet, *d. c.* 1. procedere in feudo hæreditario, atque ita diſtinguendum eſt inter filium, & agnatum iuxta illud; quod tamen non arridet. An autem ad obtinendum feudum hæreditarium, neceſſarium ſit, quod ſuccedatur vltimo poſſeſſori, vel ſufficiat, hæredem exiſtere primo feudatario, oſtendimus, *n.* 60. *&* 61.

Verſ. *Quartò, præmiſſis diligenter.*

72 Licèt feudum hæreditarium non cenſeatur, eo quod aliquando repudiantem repellat, & aditionem poſtulet, vt *D. Couar.* docet *in præſenti*: tamen illud hæreditarium erit, in quod nullus ſuccedere valet, qui hæres non exiſtat. Videas Valaſc. *q.* 43. *n.* 1. *& quæſt.* 44. *num.* 5. Cald. *vbi proximè*, *num.* 31. Molin. *diſp.* 472. *n.*... Vazq. *ſup.* Clar. *d. q.* 9. *n.* 3. & tradita *ſup. num.* 59.

73 Pro cuius concluſionis enucleatione obſeruandum eſt ex hucuſque traditis, quod *D. Couar.* loquitur iuxta diſpoſitionem *c.* 1. *an agnat. vel fil.* vbi ſecundum ſuam opinionem agitur de feudo ex pacto & prouidentia, & non requiritur præcisè, vt filius ſit hæres, ſed quod cum poſſit paternam hæreditatem capere, eam non omittat, vt diximus *ſup. n.* 70. quare rectè ait non eſſe feudum hæreditarium, ad quod repudians hæreditatem peruenire prohibetur, niſi aliunde ſit tale.

Verſ. *Quintò deducitur.*

74 Feudum ſimpliciter acceptum abſque *hæredum*, aut *liberorum* mentione, *hæreditarium* non eſſe, ſed *ex pacto & prouidentia*, firmant Clar. *ſup. num.* 6. Vazq. *vbi proximè*, Trentacinq. *d. reſolut.* 2. *n.* 4. *verſ. Si verò vellemus*, Molin. *diſput.* 473. *n.* 2. de quo *ſup. n.* 56. licèt contra ſentiant non pauci, vt dictum eſt *ſup. n.* 68.

75 Emphyteuſis itidem Eccleſiaſtica ſic data, hæreditaria non eſt, imò repudiata patris hæreditate, defertur, ſecus ſecularis, vt probauimus *ſup. c. proxim. n.* 2. Vnde nota inter hæc eſſe diſcrimen: Feudum defertur liberis vltimi poſſeſſoris etiam non hæredibus, modò patris hæreditatem non repudient: Emphyteuſis Eccleſiaſtica ad deſcendentes repudiantes hæreditatem paternam tranſit: Secularis omninò requirit, quod ſucceſſor ſit hæres.

76 Ideo iuris erit quoad feudum, & emphyteuſim Eccleſiaſticam conceſſam *pro Caio, & ſuis*; non eſt enim hæreditaria, ſed ex prouidentia, Valaſc. *diſp.* 44. *numer.* 13. Molin. *diſp.* 473. *n.* 7. & alij apud Cald. *q.* 14. *n.* 40. à quibus immeritò deuiat Pinell. *ſup. n.* 90. Sed ſi emphyteuſis detur à priuato, adhuc erit ex pacto & prouidentia, quoniam intelligitur de deſcendentibus; Molin. *vbi proximè.*

Verſ. *Sextò, hinc infertur.*

Supponendum eſt, quòd feudum conceſſum pro *hæredibus maſculis*, ſolùm deſcendentibus conuenit, qui hæredes ſint, Molin. *ſup. n.* 3. Surd. *deciſ.* 322. *num.* 77. Cald. *quæſt.* 14. *num.* 37. Thom. Martin. *de gener. feudor. lib.* 1. *tit.* 5. *numer.* 12. Valaſc. *ſup. num.* 13. Afflict. *deciſ.* 140. *num.* 9. Clar. *num.* 9. Menoch. *conſ.* 464. *num.* 39. *& conſ.* 4,8. *num.* 5. Cyriac plures referens *tom.* 1. *controuerſ.* 4. *num.* 77. atque ita hæreditarium mixtum eſſe, notant Molin. Valaſc. Clar. Cyriac *vbi proximè*, Vnde licèt *Rubei* argumentatio congrua non ſit, concluſio tamen vera eſt, quam approbauit D. Couar. *ſup. n.* 3. *verſ. Idem omnino*, *ad fin.* & ita eſt tenendum; quamuis feudum illud, ex pacto & prouidentia ſimpliciter, exiſtiment Pinell. *d. part.* 3. *n.* 86. Nicol. Bellon. *conſ.* 33. *n.* 2. vbi communem dicit, Pariſ. *conſ.* 65. *n.* 7. *lib.* 3. qui alios refert, Ceuall. *commun. tom.* 2. *q.* 787. *n.* 28. 77

Verſ. *Septimò, conſtat.*

Ad hæc videas tradita *ſup. n.* 3. 42. vbi diximus, emphyteuſim ſimpliciter conceſſam, ſi ſit Eccleſiæ, ad liberos etiam non hæredes pertinere; item ſecularem non hæreditariam, vt pro liberis datam, eis deferri, licèt hæreditatem paternam non adeant: & *n.* 63. aſſeruimus filium remoueri à feudo ex pacto & prouidentia, ſi hæreditatem patris repudiet. Ex quibus locis, differentia, de qua hîc *D. Couar.* apertè colligitur, & in ſpecie eam notant Pinell *d. part.* 3. *n.* 83. Cald. *q.* 22. *n.* 22. Vazq. *d. dub.* 18. *verſ. Sed videndum*, Molin *diſput.* 472. *n.* 7. Valaſc. *n.* 4. *cum ſeqq.* qui quoad ſecularem emphyteuſim, aduerſum *D. Couar.* ſentire videtur. 78

Ibi: *Quando autem dicatur emphyteuſis hæreditaria.*

Vide *ſup. num.* 34. *&* 59.

Verſ. *Octauò infertur.*

Succedens in feudum, aut emphyteuſim non hæreditariam, ſimulque adiens patris feudatarij hæreditatem, ſiue ei ſe immiſcens cum inuentarij beneficio, non magis tenetur ex feudo, vel emphyteuſi, creditoribus hæreditarijs ſatisfacere, quàm ex ſuis proprijs bonis, atque ita ſoluto intra vires hæreditatis extra feudum poterit conueniri, iuxta *l. fin. C. de iur. deliberand.* Molin. *diſp.* 477. *n.* 5. Vazq. *d. dub.* 18. *n.* 64. Gamma *Luſitan. deciſ.* 5. Trentacinq. *ſup. n.* 4. *verſ. Si verò tenere*, Cald. *q.* 24. *n.* 80. Cameras. *in repetit. d. c.* 1. *q.* 8. *n.* 77. *an agnat. vel fil.* Myuſinger. *deciſ. Camer. Imperial. cent.* 3. *q.* 67. Clar. *d.* §. *Feudum*, *quæſt.* 43. *n.* 2. Valaſc. *quæſt.* 43. *num.* 5. Sed ſi inuentarium non fecerit ex feudo, vel emphyteuſi, ſoluere compelletur defuncti creditoribus hæres, quemadmodum ex bonis proprijs, prout conſtitutum eſt *in d. l. fin.* §. *Cum igitur.* Ita Trentacinq. *n.* 5. vbi alij. At ſi hæreditarij ſint, inuentarium non prodeſt, ne hæres debita vltimi poſſeſſoris, cuius hæreditatem adiuit, ſoluat; Tondut. *d. c.* 86. *n.* 12. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 23. *tit.* 9. *n.* 16. Franch. *deciſ.* 704. 79

Sed principalis concluſio limitatur, ſi æs alienum factum ſit ratione ipſius feudi, quia id omnino hæres debebit ſoluere, Trentacinq. *n.* 9. 80

Limitatur etiam, ſi pecunia defuncti emphyteuſis, aut feudum comparatum fuerit, aut ſi in eo meliorationes fecerit ille, nam vſque ad valorem, vel pretium hæres in illud ſuccedens tenebitur, quamuis conficiat inuentarium, Molin. *ſup.* Gamma *n.* 4. 81

Dubitatur autem an locus ſit ſupra traditæ concluſioni, ſi feudum ſit hæreditarium mixtè, veluti ſi *pro filijs*, ſeu *liberis hæredibus* accipiatur? Dubitationem mouet, quòd quatenus hæreditarium eſt, tenetur hæres creditoribus, etſi fecerit inuentarium, Molin. *diſp.* 477. *numer.* 5. Trentacinq. *numer.* 4. *verſ. Si verò tenere*; & alij laudati *ſup. num.* 79. & 82

quatenus

quatenus eſt ex pacto & prouidentia, non cogitur æs alienum a defuncto contractum ſoluere, vt *ibidem* dictum eſt. Reſpondet Molin. *d. n. 3.* quod confectio inuentarij non prodeſt hæredi, quominus ex feudo mixto debitis anteceſſoris ſit aſtrictus, Mouetur, quoniam illud vt hæres capit, & quæ iure hæreditario capiuntur, non ſeruantur illæſa per inuentarium, ſed ea tantum, quæ aliunde proueniunt. quod ſenſerat Cald. *ſup. d. n. 80.* vbi nonnullos refert. Sed melius, ni fallor, aduerſum eos opinatur Clar. *d. q. 43. in fin.* Trentacinq. *d. verſ. Si verò, in fine,* qui reſoluunt hæredem non magis in mixta, quàm in emphyteuſi ex pacto & prouidentia ſimpliciter aſtringi. Ratio eſt, quoniam cum duplici iure deferatur illa, ſanguinis videlicet, & hæreditario, cauſa naturalis debet præualere accidentali, *l. qui habet ff. de tutel.* & dixi cum alijs *ſup. lib. 1. c. 3. n. 16.* atque ita iudicandum eſt, magis obueniente iure ſanguinis, quam hæreditario, vt, confecto inuentario, illibata ſeruetur. Vnde ſatisfit *Molina* fundamento, negándo, quòd emphyteuſis mixta, vel feudum capiatur iure hæreditario abſolute; nam etſi requiratur, quòd deſcendens hæres exiſtat, tamen principaliter tanquam coniunctus percipit, & quæ nedum iure hæreditario ſolo, ſed etiam alio potiori obueniunt hæredi, per confectionem inuentarij reſeruantur ab oneribus hæreditarijs; cui mirè conueniunt verba hæc; quæ ex Paulo refert Papinian. *in l. ſi filium 42. verſ. Paulus notat, ff. de bon. libertor. Ei, qui alio iure venit, quam eo, quod amiſit, non nocet id, quod perdidit, ſed prodeſt id, quod habet.* Licet enim filius adeundo hæreditatem nequeat ſe à creditoribus tueri, nec ex feudo ſoluere teneatur (quia ius hoc per aditionem amiſit tanquam hæres,) tamen bene ſe tueri valebit vt cognatus; & ſic non nocebit illi ius, quod perdidit vt hæres; ſed prodeſt id, quod habet vt deſcendens.

Ibi : *Eadem ratione filius.*

83 Adiens hæreditatem filius cum inuentarij beneficio, non prohibetur reuocare alienationem feudi non hæreditarij à patre, cui ſuccedit, in ſui præiudicium factam, Trentacinq. *d. tit. de feud. reſolut. 3. n. 8. & n. 12. verſ. Hac concluſio, cum ſeq.* Pincll. *in l. 1. part. 3. n. 81. 93. C. de bon. matern.* Cald. *q. 24. n. 20.* Deci. *conſ. 85. n. 14.* Clar. *ſup. q. 42. n. 14.* Iaſ. *conſ. 56. col. 6.* Valaſc. *q. 49. n. 4.* Menoch *conſ. 89. n. 107.* Afflict. *deciſ. 112. n. 2.* Zaſi. *in epitom. feudor. part. 9. de alienat. feud. n. 28.* Quod pariter de emphyteuſi intelligas.

84 Quid ſi feudum, vel emphyteuſis mixta ſit? idem eum Clar. *vbi proxime,* Trentacinq. *n. 7.* dicendum eſt. Quicquid tenuerit Molin. *diſp. 478. n. 12.* Quod ex dictis *ſup. n. 82.* comprobatur.

85 Notat circa hæc Molin. *vbi proximè, n. 11.* quòd filius hæres, licèt conficiat inuentarium, nequibit reuocare feudum ex prouidentia alienatum per patrem, ſi tantum percipiat ex paternis bonis vltra legitimam, quantum feudum valet. Vndè ſi mille ex hæreditate capiat præter legitimam, & feudum mille & quingenta æſtimetur, quoad quingenta duntaxat agere contra poſſeſſorem permittitur, alioquin eius legitima grauaretur.

Ibi : *At in feudo hæreditario ſecus erit dicendum.*

86 Filius hæres patris, etiam cũ beneficio inuentarij, prohibetur contrauenire alienationi feudi, vel emphyteuſis hæreditariæ per illum factæ, Valaſc. *vbi proximè,* Trentacinq. *ſup. num. 7. verſ. In hoc primo enſu, cum ſeqq. & n. 12. verſ. Hac concluſio,* Cald *q. 24. num. 2.* Clar. *d. num. 4.* Tondut. *num. 13.* Capiol. *in tract. de ſucceſ. abinteſt. in proœm. a num. 71.* Gratian. *diſcept. cap. 511. num. 17. 18.* & alij communiter, quanquam aliquibus contrarium placeat, vt videre licet apud Trentacinq. *d. n. 7.* & Clar. *vbi proxime.*

Ibi : *Modo emphyteuſis, etiam hæreditaria.*

87 Limitatur proxima concluſio, quando alienatio fit in eos, qui non poſſunt in feudum, vel emphyteuſim ſuccedere ſecundum eorum naturam, aut legem conuentionis, & inueſtituræ; veluti ſi feudum ſimpliciter acceptum transferretur ad extraneos, vel emphyteuſis pro liberis accepta in illum, qui ex deſcendentibus non ſit, alienaretur; quoniam tunc filius etiam feudum hæreditarium alienatum per patrem, cuius ſucceſſionem amplexus eſt, vindicabit; ita Valaſc. *ſup. n. 5.* Pincll. *n. 96.* Cald. *n. 13.* & alij communiter. Sed hæc communis limitatio diſplicet Molin. *diſp. 478. n. 9.* eo quod filio hæredi non ſit maius præiudicium ex alienatione in prohibitos ſuccedere, quàm in comprehenſos in inueſtitura, cum vtroque modo pariter careat emphyteuſi, vel feudo, ſed ſolùm domino in hoc detrimentum infertur, qui impedire, aut reuocare poterit alienationem factam in eos, qui non ſunt de numero comprehenſorum, & cum iſtud ius Tertij ſit, à filio allegari non permittitur, vt feudum ſibi vindicet, argument. *l. loci corpus 4. §. competit: ſi ſeruit. vendic.* vbi notatur: Quæ ſane ratio plurimùm viget contra Communem.

Verſ. *Nonò, ab eadem radice procedit.*

Feudum, & emphyteuſis hæreditaria pro hæreditarijs portionibus inter hæredes diuidi debet, Molin. *diſp. 477. num. 1.* Bald. *in authent. ſi quas ruinas, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. liberti 10. col. 6. C. de oper. libertor.* Valaſc. *q. 43. num. 5.* Cald. *quæſt. 24. num. 15.* Greg. Lup. *in l. 18. gloſ. 5. col. 2. verſ. Sed quid ſi ſint, tit. 8. part. 5.* An repræſentationi in feudo, vel emphyteuſi, ſit locus? docet D. Couarr. *practic. cap. 38. num. 13.* Salced. *de repræſent. lib. 3. cap. 17. 18.* Sed ſi fuerint non hæreditaria, ex pacto & prouidentia, vel mixta pro virili inter ſucceſſores diſtribuuntur, Valaſc. Molin. Cald. *vbi proximè,* Socin. Iun. *conſ. 73 num. 31 lib. 4.* Peregrin. *de fideicommiſ. art. 36. n. 108.* Merlin. *de Legitim. lib. . tit. 2. quæſt. 19 num. 9.* Gregor. Lop. *vbi proxime,* etſi quoad mixta, aliud ſentire videatur. 88

Verſ. *Decimò, ex huius quæſtionis reſolutione.*

Emphyteuſis, & feudum alicui *pro ſe, ac hæredibus, & ſucceſſoribus* conceſſa, hæreditaria ſunt, quanquam illi duntaxat hæredes admittantur, qui iuxta naturam feudi, vel emphyteuſis poſſunt ſuccedere. Vnde ſi fuerit feudum, aut emphyteuſis Eccleſiaſtica, liberi tantùm hæredes admittuntur, atque ita ſunt hæreditaria mixtè; Molin. *diſp. 472. num. 5. 6. & diſp. 473 num. 8.* Cald. *quæſt. 23. num. 23. 24.* Quod ſi ſecularis fuerit emphyteuſis cùm omnes hæredes ſaltem voluntarij comprehenſi in inueſtitura cenſeantur, erit ſimpliciter hæreditaria, Cald. *n. 23.* Molin. *diſp. 472. n. 4. & diſp 473. n. 8.* Non tamen vero quod dubitatur, vtrum emphyteuſis Eccleſiaſtica ſub præmiſſa forma conceſſa, tranſeat ad hæredes extraneos propter geminationem verborum? de quo Cald. *quæſt. 23. a num. 51.* & affirmatiuam ſententiam probat *num. 5.* ſi poſt verba illa adijciatur, *In perpetuum.* Sed à prædictis recedendum non eſt, quibus communè interpretum placitum ſuffragatur. 89

Ad Num 5.

Inſtitutus in certa re, ſi ſit ex numero comprehenſorum in inueſtitura, capit feudum, & emphyteuſim non hæreditariam, Molin. *diſp. 477. num 3.* Clar. *d. §. Emphyteuſis, quæſt. 38.* Vazq. *dict. dub. 8. num. 64.* Valaſc. *quæſt. 43. n. 9. verſ. Verum vt ad ius.* Etſi concurrat cum hærede vniuerſali, etiam vocato, pro virili portione ſuccedit, Clar. *§. Feudum, quæſtion. 86.* 90

Ibi : *At ſi feudum hæreditarium ſit.*

Si feudum, & emphyteuſis Eccleſiaſtica, vel ſecularis, fuerint hæreditaria, inſtitutus in re certa, quamuis ex vocatorum numero ſit, à ſucceſſione repellitur, modò alius hæres vniuerſalis exiſtat: quòd vtique in hæreditarijs mixtè dicendum eſt, Greg. Lop. Molin. *vbi proximè,* Clar. *d. quæſt. 38.* Vazq. *ſup.* Cald. *quæſt. 24. num. 6.* vbi plures, Valaſc. *ſup.* Roland. *conſ. 23. num. 46. 47. lib. 1.* Peralt. *in rubric. ff. de hæredib. inſt. num. 167. in fine,* Viuian. *in prax. iur. pat. lib. 4. cap. 1. num. 53.* Quicquid in contrarium reſponderint aliqui, quos recenſet Cald. *n. 7.* 91

Sed ſi filius in Legitima inſtituatur, poterit emphyteu- 92
ſim,

ſum, aut feudum hæreditarium capere, etiam dato cohærede vniuerſali; Merlin. *dict. tit.* . *quaſt.* 6. *num.* 9. Menchac. *de ſucceſ. creat.* §. 16. *n.* 3. nam legitima quoad commoda ſucceſſionis eſt portio hæreditatis, vt ex multis aſſerit Merlin. *d. tract. de legitim lib.* 1. *tit.* 1. *q. vlt. num.* 9. *cum ſeqq.* Menoch. *de adipiſcend. remed.* 4. *n.* 159. 162. vbi reſpondet ad opinionem communem, quæ docet, eſſe partem bonorum, id verum eſſe quoad actiones paſſiuas, & hæreditatis incommoda, Argel. *de acq. poſſeſ. q.* 17. *art.* 7. *n.* 11. 15. *cum ſeqq.* Quæ reſolutio verior, & æquiſſima eſt, licet contrarium probet Cald. *ſup. n.* 9. ſequutus D. Couar. *infra n.* 9. vbi id de iure patronatus Eccleſiæ agens tenet: quorum ſententia poſſet procedere, cum filius in re certa pro Legitima fuiſſet inſtitutus.

Ibi : *Modò alius, qui habere eam poſſit.*

93 Docet his verbis *D. Couar.* quod ſi filius inſtitutus fuerit in re certa, in feudum, vel emphyteuſim hæreditariam ſuccedet, quando cohæres vniuerſalis non poſſet illa capere; veluti ſi eſſet extraneus; & feudum ad liberos duntaxat hæredes pertineret; quod probat Valaſc. *vbi proximè.* Sed reſolutio hæc, ſcrupulo non caret; nam cùm ad ſucceſſionem feudi, vel emphyteuſis hæreditariæ deſideretur regulariter, quòd exiſtat quis hæres vniuerſalis, vt latè probat Cald *q.* 14. *à princip.* inſtitutus in re certa cum ſit particularis ſucceſſor, *l. quoties* 13 *C. de hæred. inſt.* & ſtatim dicetur, incapax eſt, vt ad ea admittatur, quę inhabilitas tolli nequit, eo quod non ſit hæres vniuerſalis, qui habilis ſit; quoniam tunc res feudalis ad dominum directum deuolui debet, vt fit, quoties non extat, qui ſecundùm naturam contractus, aut legem conuentionis valeat ſuccedere: non enim inſtitutus in re certa excluditur, quia alius magis idoneus eſt, ſed quoniam ipſe non cenſetur vocatus, in quo qualitas deficit requiſita. Ita ſenſiſſe ſuſpicor DD. laudatos *ſup. nu.* 91. qui *D. Couar.* ſequuti quoad alia, limitationem iſtam omiſere.

Ibi : *Quia conſtat, inſtitutum in re certa.*

94 Cum ad ſuccedendum in feudum hæreditarium, vel emphyteuſim, neceſſariò deſideretur, quod qui vlt admitti, ſe hæredem vltimi poſſeſſoris vniuerſalem oſtendat, vt nuper aſſerebatur; inſtitutus in re certa ideo excluditur, quamquàm alias ex comprehenſis ſit vt filius; quia ſucceſſor vniuerſalis non eſt, ſed legatarij loco habetur; *d. l. quoties*, Molin. & Valaſc. *vbi proximè*, & quod ſic inſtitutus pro legatario habendus eſt, aſſerunt Argel *d. q.* 17. *art.* 2. *n.* 12. Ant. Gom. *variar. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 16. Cyriac. *tom.* 3. *controuerſ.* 489. *n.* 3. 4. Franc. Marc. *q.* 833. *in princip. part.* 1. Menoch. *de adipiſcend. remed.* 4. *num.* 132. 136. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 9. *titul.* 14. *n.* 10. Gregor. Lop. *in l.* 14. *gloſ.* 2. *tit.* 3. *part.* 6. vbi ſentire videtur, quod filius in re certa inſtitutus, ad feudum hæreditarium admittatur; cui ſuffragatur ſententia eorum, qui affirmant, filium in re certa inſtitutum pro hærede haberi, ne teſtamentum corruat, vt tenuit Rota apud Farinac. *deciſ.* 377. *part.* 1. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 4. *præſ.* 20. *num.* 5. Ruman. *conſ.* 179. *n.* 10. Gloſ. *verb. eidem*, *in cap. ſi pater, de teſtament in* 6. Sed nihilominus a communi ſententia tradita *ſup. num.* 91. recedere non oportet, quoniam filius in re certa inſtitutus, hæres vniuerſalis non eſt, nomenque duntaxat *hæredis* quoad honorem ex inſtitutione habet, quod ſufficit, ne poſſit aduerſus patris teſtamentum venire, licèt ſupplementum legitimæ petere non prohibeatur, Merlin. *de Legitim. lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 21. *n.* 1. *cum ſeqq.*

95 Eſt animaduertendum, quòd licèt inſtitutus in re certa, actu ſit ſingularis ſucceſſor, habitu tamen eſt vniuerſalis hęres, etiam dato hærede vniuerſali, Argel. *ſup. art.* 4. *nu.* 33. Vnde ſi is, qui vniuerſaliter eſt inſtitutus in tota, vel in quota hæreditatis, hæreditatem omittat, vel adire, aut tranſmittere nón valeat, tunc in re certa inſtitutus rei-mentione detracta, ex iudicio, & voluntate teſtatoris in omne ius eius ſuccedit, *l.* 14. *tit.* 3. *part.* 6. *l.* 1. §. *Si ex fundo, ff. de hæred. inſtituend.* Greg. Lop. *in d. l.* 14. *gloſ.* 2. *in princip.* Argel. *ſup. num.* 17. Cald. *dict. q.* 24. *num.* 20. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 305. *num.* 1. *cum ſeqq.* Menoch. *d. remed.* 4. *num.* 116. 117. Mantic. *ſup n.* 9. Quod adeo verum eſt, vt procedat, quanquam teſtator iubeat ſic inſtituto in re certa, ne plus petat, aut habeat, Bald. *in l. quoties*, §. *Si duo, ante fin. verſ. Quæſtio, in qua habui conſulere*, Greg. Lop. *ſup. gloſ.* 3. Cyriac. *n.* 45. Argel. *d. q.* 17. *art.* 6. *ex num* 10. Ex quibus infertur, vt, quoties inſtitutus in re certa efficitur vniuerſalis hæres, feudum, vel emphyteuſim hæreditariam capiat, Iaſ. *in l. fin. n.* 7. *C. de edict. Diu. Adrian tollend.* Deci. *ibi, n.* 24. Molin. *diſput.* 477. *n.* 3. Cald. *ſup. n.* 11. Viuian. *ſup.*

Idem iuris erit, quando duo, vel plures inſtituuntur ex re certa, nemine vniuerſaliter inſtituto, quia tunc omnes ſunt hæredes vniuerſales æqualiter, iuxta *d. l.* 14. *partit.*, *l. quoties* 9. §. *Si duo*, cum *l. ſeq ff. de hæredib. inſtituend.* Quæ omnia limitanda, ſi quis in re certa aliena inſtituatur, quia talis inſtitutio non tenet, Merlin *ſup lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 23. *n.* 2. Menchac. *de ſucceſſion. progreſ.* §. 30. *n.* 2. 96

Ad Num. 6.

Ius patronatus, quod in Eccleſia habetur, triplex agnoſcitur, hæreditarium, gentilitium ſiue familiare, & mixtum. 97 *Primum.* in quoſcunque hæredes, etiam extraneos, tranſit: *Secundum* eis, qui de familia fundatoris ſunt; vel alia, cui illud reſeruatum eſt in acquiſitione, etiam non hæredibus defertur: *Tertium* ad eos pertinet, qui gentilitij ſimul ſunt, & hæredes; de quibus latè Lotter. *de re beneficiaria lib.* 2. *quæſt.* 11. *n.* 3. 19. 21. 41. 42. Viuian. *in prax. iur patronat lib.* 1. *c.* 4. *à n.* 27. *& lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 71. *verſ. Rurſus de nouo.* Ad dignoſcendum autem an ius patronatus hæreditarium ſit, nec ne? maximè eſt inſpiciendum, quid patroni in ſucceſſione obſeruauerint, Viuian *lib* 4. *cap.* 2. *num.* 13. Nam ex obſeruantia hæreditarium, familiare effici poteſt, Viuian. *cap.* 9. *à num.* 28. Præterea fundatori licet, mutare qualitatem iuris patronatus iam quæſiti de conſenſu Epiſcopi in præiudicium vocatorum tacitè, vel expreſſe, Lotter *n.* 4. Viuian. *d. c.* 2. *à n.* 19. Rot. *deciſ.* 665. *n.* 1. *ad fin. verſ. Ideo argument part.* 1. *in recent.*

Ibi : *Ius patronatus Eccleſiaſticum ex ſua natura.*

Ius patronatus prædictum ſua natura hæreditarium eſt, 98 ita vt ad extraneos quoque hæredes cum vniuerſitate bonorum, niſi aliud ſit expreſſum, transferatur; *l.* 8. *tit.* 15. *part.* 1. vbi Greg. Lop. *gloſ.* 4. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 5. Pat. Vazq. *in opuſcul: tract. de redditib. c.* 2. §. 2. *dub.* 19. *n.* 65. Valaſc. *de iur. emphyteutic. q.* 50. *num.* 10. Marcſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 55. *num.* 8. Aug. Barbos. *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 71. *num.* 1. 3. Paul. Fuſch *ſing.* 14. *lit. I.* Viuian. *ſup. d. c.* 2. *num.* . Ricci. *in prax. for Eccleſiaſt. deciſ.* 211. *n.* 173. Lotter. *d. quæſt.* 11. *num.* 19. Peregrin. *de fideicommiſſ artic.* 6. *num.* 37. Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 20. *art.* 4. *n.* 4 Menoch. *conſ.* 504. *num.* 45. Pat. Suar. *de Religion. tom.* 1. *lib.* 4. *de Simon. cap.* 28. *num.* 15. Sanch. *conſ. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 93. *num.* 1. Quod intellige de hæredibus vniuerſalibus, Viuian. & Menoch. *vbi proximè*, Lotter. *n.* 28. tam maſculis, quam fœminis, Spin. *in ſpec. teſtament. gloſ.* 4. *n.* 47. *vbi num.* 48. Quod ſi maſculi à fœminis diſcordent in præſentatione, cæteris paribus, præſentatus à maſculis præponetur.

Hinc infertur, quòd ſi dubitetur, an ius patronatus hæreditarium ſit vel gentilitium? hæreditarium præſumitur, 99 Viuian. *num.* 4. Argel. *ſup. num.* 6. Lotter. *num.* 20. *cum ſeqq.* Anchar. *conſ.* 81. *n.* 4. Rota *d. deciſ.* 675. *num.* 1. *& deciſ.* 707. *n.* 8. *part.* 1. *in recent.* quoniam quilibet actus iuxta propriam naturam cenſetur celebratus, vt dixi *ſup. n.* 2.

Imò ſi ius patronatus acquiſitum ſit *pro liberis*, ſiue familiare; omnibus de familia extinctis, ad extraneos perueniet, niſi cum taxatiua fuerit eis *tantùm* reſeruatum; Anchar *num.* 4. Lotter. *à n.* 11. Seraphin. *deciſ.* 364. *n.* 2. Caſſador. *deciſ.* 1. *n.* 3. *de iur. patronat.* Viuian. *num.* 17. vbi magis verum, ac receptum dicit, Sanch. *n.* 13. 100

Ad Num. 7.

Ius patronatus, niſi fuerit ſimpliciter gentilitium, filius non capit, niſi patris hæreditatē amplectatur; Viuian. *n.* 8. 101

Lotter.

Lotter. *num.*46. Vazq. *vbi proximè*, Gregor. Lop. *dict. gloſ.*4. Argel. *num.*5. Menoch. *d. num* 45. Sanch. *num.* 5. Spin. *in ſpecu. teſtament. gloſ.*4. *num.*5 . 56. Rota *deciſ.*53. *n.*, *part.*1. *in recent.* In quo Lotter. *num.* 4 . opinatur agens de iure patronatus mixto, quod ſufficit, hæredem quem eſſe primi patroni, licet vltimi non ſit, vt illud conſequatur: de quo circa feudum, & emphyteuſim dictum eſt *ſup. n.*60.61.

Verſ. *Hinc euidenter apparet.*

102 Similiter præfatum ius patronatus , quod gentilitium non fuerit , filio in re certa inſtituto non acquiritur, modò extet alter hæres vniuerſalis, qui adeat, vel tranſmittat hæreditatem patris, ſecundùm ea, quæ dicta ſunt *ſup. n.* 92. *cum ſeqq.* Sic tradunt Lotter. *num.*28 Beroi. *in rub. num.* 22. *de iur. patronat. in Decretal.* Viuian. *num.* 9. 30. Vazq. *vbi ſup.* Menoch. *conſ.*401. *num.*126. Sanch. *ſup. num.* 6. Quod verum eſt , licet in maiori parte bonorum filius inſtituatur , Lotter. & Beroi. *vbi proximè* , niſi ius patronatus annexum ſit rei , in qua filius fuerit inſtitutus , tunc enim acceſſionè in hæredem ſingularem tranſitet , Menoch. *conſ.*401. *num.*125. vbi alij, Sanch. *ſup. n.*7.

Ibi : *Qui in emphyteuſi hæreditaria reſpondent.*

De hoc *ſup. num.* 91:

Verſ. *Tertiò ſi proximè dicta.*

103 Ad hæc videas, quæ diximus *ſup. n.*42. *cum ſeqq.* vbi de emphyteuſi. In hac quæſtione videtur tenendum cum *Anchar.* quòd ius patronatus filijs reſeruatum, nulla hæredum facta mentione , gentilitium eſt ; ad quod acquirendum minimè deſideratur, quod filius, vel deſcendens hæreditatem adeat , imò ea repudiata, admitti debet ; Lotter. *n.*44. *cum ſeqq.* Dec. *conſ.* 149. *num.* 1. Rota *deciſ.* 251. *num.* 3. *part.* . *in recent.* Viuian. *lib.*4. *cap.* 2. *num.* 38. Et quamuis ſimpliciter reſeruatum , foret hæreditarium , nec filij niſi hæredes admitterentur , Viuian. *n.* 4. tamen vbi expreſſim filijs reſeruatur, familiare iudicatur ; expreſſum enim facit ceſſare tacitum , *l. vlt. C. de pact. conuent.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.*6, *num.*41. Viuian. *ſup. cap.* 9. *num.*56, *verſ. Hoc ſtante*, Ceuall. *commun. tom.*2. *quæſt.*828. *num.*1. 6. & prouiſio hominis prouiſionem legis, *l. cum ex filio* 39. §. *Filio*, *ff. de vulgar.* Cyriac. *tom.*1. *controuerſ.* 129. *num.* 29. Ceuall. *ſup. quæſt.*780. *num.*110. Menoch. *conſ.*206. *num.* 67. Nec *filiorum* nomine veniunt hæredes : & huic ſententiæ ſuffragantur plures laudati *ſup. num.*42. Contrarium tamen ſuſtinent cum *D. Couar.* Sanch. *d. dub.*93. *n.*9. Spin. *ſup. n.*52.

Ad Num. 8.

104 Huc ſpectant tradita *ſup. lib.*1. *cap.*13. *à num.*10. Vendità hæreditate , ius patronatus, quod in ea fuerit , in emptorem transfertur ; Molin. *de primogen. lib.*1. *cap.*24. *num* 25. Sanch. *conſ. moral. lib.*2. *cap.*3. *dub.* 80. *num.*9. Spin. *in ſpecul. teſtament. gloſ.*4. *ex n.*111. Beroi. *in cap ex literis* , *n.* 63. *de iurepatron.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*4. *tit.*12. *à num.* 7. Paul. de Citadinis *de iure patronat. part.*9. *quæſt.* 3. *num.* 9. Ceuall. *commun. tom.*1. *quæſt.* 717. *n.*3. Thom. Delbene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.*2. *cap.*17. *dubit.*14. *num.*4. Bernard. Diaz. *reg.*401. Matienz. *variar. lib.* 2. *cap.*55. *n.*9. Lotter. *ſup. lib.*2. *quæſt.* 9. *num.*42. Paul. Fuſc. *ſing.*115. *lit. I*, Hermoſill. *in l.* 15. *gloſ.* 4. *à num.*2. *tit.*5. *p.*5. & ita tenendum eſt.

105 Quod cum *Lotterio* , & alijs intelligas, etiamſi nihil de iure patronatus Eccleſiaſtico dictum ſit , quoniam tacitè actum cenſetur , vt cum bonorum vniuerſitate ad emptorem tranſeat : quoties enim quid diſtrahitur, omne id venditum videtur, quod ei adhæret , aut ſub ipſo continetur, niſi excipiatur, vt probaui *ſup. lib.*1. *c.*15. *n.*5.

Ibi : *Cæterum Paulus Eleazarus.*

106 At aduerſus principalem proximam concluſionem, ius patronatus Eccleſiæ, vendita hæreditate , in qua illud ſit, ad emptorem peruenire non poſſe , ſentiunt Coſta *in cap. ſi pater* , *part* 2. *verb. Trebellianica*, *num.*7. *de teſtament. in* 6. Nicol. Garcia *de beneſic. part.*4. *cap.*9. *ex num.* 13. Viuian. *in prax. iuris patron. lib.*4. *cap.*1. *num.* 9. Boniſac. de Vitalinis *in Clement. plures*, §. *vlt. num.*12. *de iure patronat*: Gratian, Falcon. *reg.*341. *num.*5. Auguſt. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 71. *num.* 8. Ceccd. *ad Decretal. collectan.*5. *num.* 2. quibus accedere videtur Pat. Suar. *de Religion. tom.*1. *lib.*4. *de Simon. cap.* 26. *num.* 19. Quæ ſententia communiter ab omnibus limitatur, quando in eadem hæreditate villa, vel caſtrum extat , cui ius patronatus annexum eſt , quoniam tunc procul dubio acceſſionis vi, emptori quæritur : Viuian. *num.* 10.11. Garcia *num* 16. Barboſ. *vbi proximè*, Sanch. *num.*10. Lambertin. *de iure patronat. lib.* 1. *cap.*2. *quæſt.* 5. *art.* 15. Sed abſolutè prior ſententia verior eſt.

Ibi : *Quibus & alia ratio accedit.*

Eſt apud interpretes controuerſum, vt teſtatur Lotter. 107
*d. lib.*2. *quæſt.* 11. *num.* 29. num ius patronatus Eccleſiaſticum, hæreditate reſtituta , ad fideicommiſſarium vniuerſalem ſpectet ? Et pars negatiua magis obtinuit, quam ſuſtinent Peregrin. *de fideicommiſ. art.*6. *num.*37. Sanch. *dict. cap.*3. *dub.*94. *num.*2. Garc. *ſup. cap* 9. *à num.*17. Viuian. *lib.*4. *cap.*2. *num.*6. Camil. Borrel. *in ſumm. deciſion. tit.*32. *num.* 63. Barboſ. *ſup. num.* ; Emman. Suar. *in theſaur. recept. ſentent. verb. Patronatus ius*, Baëça *de decim. tutor. cap.*23 *num.*31. Coſta *ſup. num.*4. Padilla *in rubric. num.*25. *C. de fideicommiſ.* Didac. Perez. *in l.*1 *tit.* 6. *lib.*2. *Ordinam.* Fulat. *de ſubſtitut q.* 634. *num.* . Gregor. Lop. *in l.*12. *gloſ.* 1. *tit.*5. *part.* . Ceuall. *ſup. num.*3. Ratio eſt , quia præſumitur , voluiſſe teſtatorem ius iſtud apud hæredem permanere , quem honorauit (cum & ipſum honorificum ſit) ſolùm emolumento pecuniario in fideicommiſſarium tranſlato, qui etſi vniuerſalis fuerit, hæres non cenſetur, quanquam locum eius obtineat ; Sanch. Greg. Lop. & alij. Quam ſententiam ex dictis *in calce numeri præcedentis* limitabis, quod eſt abſque controuerſia. Et aliter limita, vt *infr. num.*114.

Ibi : *Cum Romanus in d. l. ſi patroni.*

Sed partem affirmatiuam à Communi recedentes cum 108
Romano tuentur Molin. *de primogen. d. cap.*14. *à num.*7. & *ibi* Addit. Lotter. *ſup. d. quæſt.*11. *num.* 29. *cum ſeqq.* Gutier. *de tutel. part.*3. *cap.*29. *num.*15. & communem dicit Ceuall. *ſup. num.*1. conſentit Molin. *de iuſt. tract.*2. *diſp.* 188. *in fine*, vbi etſi hanc opinionem veriorem agnoſcat , à Communi in praxi non eſſe recedendum monet , donec alterius Molinæ opinio recepta ſit, qui, & Lotterius eam latè defendunt, & ad *l. quia* 42. §. *Reſtituta* , *ff. ad Trebellian.* reſpondet.

Hæc quidem quæſtio potiùs facti , quam iuris eſſe vi- 109
detur , quia cum vniuerſitate bonorum ius patronatus transferri , non eſt prohibitum, vt Molin. *dict. cap.* 24. & Lotter. probant. Dubium verò circa voluntatem teſtatoris verſatur , an voluerit , honorem patronatus ad hæredem , vel fideicommiſſarium pertinere ? In quo, qualitas perſonarum , aliæque coniecturæ ſunt attendendæ , quæ niſi aliud ſuadeant , communis ſententia obſeruanda eſt, ex *d. l. quia proinde.* §. *Reſtituta*, & ratione tradita *ſup. num.* 107. cui Sanch. alij nituntur.

Verſ. *His verò rationibus.*

Præter rationes adductas per D. Couar. *ſup. num.*8. pro 1
opinione Eleazari, quibus idem *in præſenti* ſatisfacit, alia non contemnenda conſideratur ; nam hæres vendendo hæreditatem , verè eam non diſtrahit , ſiquidem per aditionem, quam venditio ſupponit, talis eſſe deſinit, bonaque hæreditaria propria ipſius hæredis eſſe cœperunt ; *l. cum heredes* 23. *ff. de acquirend. poſſeſſ.* Viuian. *lib.* 4. *cap.*2. *num.* 0. atque ita vniuerſitas dicitur vendi quoad verba, non in re , quæ vniuerſitas in ſuas ſingularitates reſoluitur , itaut ſingulæ res per ſe diſtractæ videantur. Viuian. *num.*6. Ricc. *in prax. for. Eccleſiaſtic. deciſ.* 179. *numer.*1. 6.

Garcia, *dict. cap. 9. num. 12.* Rota *deciſ. 152. numer. 3. part. 3. in recent.* Vnde & ius patronatus ſeparatim venditur, quod iure non licet. Quo argumento vtitur Viuian. *lib. 4. capit. 1. num. 9.*

111 Cui pro communi ſententia poterit reſpondeti, hæreditatem dupliciter adhuc poſt aditam hæreditatem conſiderari, vel confuſam cum bonis hæredis, vel ab eis ſeparatam, quatenus eſt vniuerſum ius, quod defunctus reliquit tempore mortis, in quod hæres ſucceſſit, ſub hac ratione eſt quid vniuerſale; non ſic ſub illa: cum autem diſtrahitur, non conſideratur vt pars patrimonij ſucceſſoris, ſed vt defuncti ſubſtantia, idcóque *hæreditas* nuncupatur, quæ viuentis nulla eſt; *l. 1. ff. de hæredit. vel action. vendit.* Hinc eſt, vt ſingulæ res hæreditariæ non cenſeantur venditæ, ſed vniuerſitas in qua continentur; Ant. Gom. *variar. lib. 2. c. 2. n. 44.* Hermoſill. *in l. 34. gloſ. 1. num. 1. tit. 1. p. 5.* Quod apertè conſtat ex *l. 2. ff. eod.* iuncta Glo. *ibi, verb. De euictione*, qua probatur venditorem hæreditatis non teneri de euictione pro rebus ſingularibus hæreditarijs, quæ euincuntur, Olea *de ceſſion. iur. tit. 7. q. 5. n. 14.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 17. n. 26.* de quo fusè Hermoſill. *vbi proximè*, quia ſingulæ res ſeorſim non venduntur. Sic & ius patronatus transferri in emptorem hæreditatis, nihil impedit.

Ibi : *Imò ſi pars hæreditatis vendita fuerit.*

112 Si hæreditatis pars diſtrahatur, cùm in ea ius patronatus Eccleſiaſticum fuerit, emptor pro ea parte efficitur patronus, Hermoſill. *in l. 15. gloſ. 4. n. 5. tit. 5. p. 5.* Salced. *in addit. ad Bernard. Diaz. reg. 401. amplias. 1.* Sanch. *d. dub. 80. n. 3.* & dixi *ſup. lib. 1. c. 13. n. 12.*

113 Sed ſuperior aſſertio de translatione iuris patronatus in emptorem hæreditatis minimè procederet, ſi in ea nihil aliud ſit, vel aliquid ita exiguum, vt pretium pro ipſo iure patronatus conſtitutum agnoſcatur, Lambertin. *dict. q. 5. art. 15. num. 12.* Sanch. *nu. 10.*

Ad Num. 9.

114 Adde Sanch. *d. c. 3. dub. 93. num. 8. qui num. 5.* docet, meliorantum in Tertio, & Quinto, non ſuccedere parenti in iure patronatus, Spin. *d. gloſ. 4. n. 54.* Multò magis excluditur exhæredatus, Sanch. *n. 4.* Lambertin. *d. quæſt. 5. artic. 21.* Viuian. *lib. 4. cap. 2. n. 53.* etiamſi non mala mente exhæredetur; nam etſi filijs ea exheredatio non noceat quoad ſucceſſionem in ius patronatus libertorum, *l. ſi patronatus 12. §. Si quis non mala. ff. de bon. libertor.* aliud in iure patronatus hæreditario Eccleſiæ dicendum eſt ex manifeſta differentiæ ratione; ad illud etenim conſequendum ſufficit, filium non eſſe exhæredatum, licet hæres non exiſtat parenti, *d. l. ſi patronus, §. fin.* ad iſtud verò, niſi hæreditatem adeat deſcendens, non admittitur, vt dictum eſt *ſup. n. 102.* filius quidem bona mente exhæredatus, & non notæ cauſa, pro exhæredato non habetur quoad effectus iuris, hæres tamen non eſt. Sed ſi pater per fideicommiſſum ſic exhæredato ſuam reliquerit hæreditatem, hoc circuitu vſus, vt magis illi conſulat, iuxta *l. mulier 18. ff. de liber. & poſthum. & dict. §. Si quis non mala*, tunc non excludetur à iure patronatus, ſed tanquam fideicommiſſarius vniuerſalis, qui hæredis loco habetur, illud capiet, iuxta doctrinam Molin. de qua *ſup. n. 108.* cum in hac ſpecie plurimùm vrgeat vehemens præſumptio, quòd teſtator voluit, ne ius patronatus apud hæredem extraneum permaneret, nec filium eo priuari; etſi filium alium inſtituerit. Vide *ſup. n. 109.*

Circa filium in legitima inſtitutum videas, quæ ſunt *ſup. numer. 92.* vbi de feudo, & emphyteuſi hæreditarijs. Et hucuſque dicta procedunt vtique in iure patronatus mixto.

Verſ. *Quod ſit, vt ſi filius.*

115 Si quis paternam ſuam legitimam vendat, emptor minimè patronus efficitur, etſi filius à patre ius patronatus Eccleſiaſticum habeat, quoniam legitima eſt bonorum pars, non hæreditatis; vt ex plurimis probat Merlin. *de Legitim. lib. 1. tit. 1. q. 2. num. 1.* niſi de commodis filij tractetur, vt ipſe cum alijs docet *n. 9. 11.* & cum in hoc caſu non agatur de vtilitate ipſius filij, ſed alterius; vt bonorum pars, vniuerſitas dici non poteſt, vt cum ea ius patronatus transferatur. Sed hoc limitari poteſt, quando ius patronatus obuenit filio acceſſoriè ad rem exiſtentem in legitima; nam ſat erit, vt cum ea ius patronatus transferatur, ad quæ vide *ſup. numer. 96.*

Ibi : *Item & illud hinc colligitur.*

De iure patronatus hæreditario poteſt is, qui Eccleſiam conſtruxit, vel aliàs illud adeptus primò eſt, diſponere donatione, aut alio titulo in præiudicium ſuorum, aut extraneorum hæredum, Sanch. *ſup. dub. 91. nu. 1.* Viuian. *lib. 4. cap. 2. num. 14. verſ. Non obſtat, quod patronus*, Didac. Perez *in l. 1. tit. 6. lib. 1. Ordinam.* Idem eſt de antiquo, quod poſſeſſor à fundatore per ſucceſſionem habuit, Sanch. *ſup.* Molin. *d. c. 24. n. 30.* vbi cum D. Couar. *hic* reſoluit, licere ius antiquum hæreditarium vni ex filijs prælegare in præiudicium cæterorum; & ita communiter docent DD. teſte Viuian. *poſt c. 2. n. 27. lib. 14.* 116

Obſeruandum eſt cum eodem *Molina*, Epiſcopi conſenſum interuenire debere; quod regulare eſt, quoties ius patronatus Eccleſiaſticum per ſe abſque vniuerſitate in laicus transfertur, Viuian. *c. 1. nu. 17. 18.* Molin. *ſup. num. 13.* Mantic. *deciſ. 86. num. 6.* Barboſ. *d. allegat. 71. num. 11. 12.* ſecus ſi Eccleſiæ, locoue Religioſo legetur, aut donetur, quia talis conſenſus minimè deſideratur; Molin. *ſup.* Viuian. *num. 16.* Gratian. *diſceptat. cap. 177. num. 3.* Pat. Suar. *tom. 1. de Religion. lib. 4. de Simon. cap. 28. num. 15.* Barboſ. *num. 11.* Quod ſi ab vna Eccleſia in aliam transferatur, Epiſcopi conſenſus, vel alterius Superioris eius, quæ alienat, requiritur, & aliæ ſolemnitates, quæ in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum debent adhiberi, Viuian. *numer. 33.* 117

Donatio autem, vel legatum abſque Epiſcopi aſſenſu nullius eſt momenti, ſed ius patronatus permanet apud donatorem, vel teſtatorem, Viuian. *cap. 4. num. 74.* Seraphin. *deciſ. 884. num. 1.* Barboſ. *num. 23.* Bottell. *in ſumm. deciſion. tit. 32. num. 3.* Rota *deciſ. 337. n. 7. pars. 2. recent.* Poteſt tamen expoſtfacto confirmari, Epiſcopo conſentiente expreſſim, vel tacite admittendo ſcilicèt ſcienter præſentationes per donatarium factas, Viuian. *c. proximè citato, d. n. 74.* Mantic. *ſup. num. 7.* Barboſ. *num. 15. 18.* Rota *deciſ. 17. de iure patr. in antiq.* Imò etiam poſt mortem donatoris, Viuian. *ibi*, Rota *deciſ. vlt. de iur. patron. in ant. & dict. deciſ. 337. num. 7.* Licèt aliud ſit poſt mortem donatarij, vt Viuianus teſtatur fuiſſe deciſum. 118

Vicarius, etiam generalis, conſentire alienationi nequit, niſi ſpeciale mandatum habeat; Viuian. *cap. 1. n. 25.* Garcia *de benef. p. 5. cap. 9. num. 75.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. pars 3. allegat. 54. num. 75.* Capitulum, Sede vacante, conſenſum præſtare non prohibetur, quoniam actus iuriſdictionis eſt, quæ in eo, vbi non eſt Prælatus, reſidet; Calderin. *conſ. 4. de iure patron.* Ricci. *in prax. for. Eccleſiaſt. deciſ. 180. nu. 149.* Viuian. *vbi proxime, n. 26.* qui eos refert, & cum eis tenere videtur, licet contrarium probet, Gratian. *diſceptat. c. 303. à n. 10.* De alijs, quæ huc pertinent, conſulas Viuian. *d. c. 1. à n. 25.* Barboſ. *d. alleg. 71. ex n. 15.* 119

Ad Num. 10.

Vtrùm poſſeſſor iuris patronatus Eccleſiæ, familiaris, vel mixti, poſſit illud alienare in præiudicium vocatorum? docent Molin. *ſup. num. 31.* Sanch. *dict. dub. 92. num. 2. 3.* Lotter. *dict. quæſt. 11. num. 4.* cum *alijs*, Garcia *dict. cap. 9. num. 69.* Viuian. *cap. 2. ex num. 10. & cap. 9. num. 7.* cum quo diſtinguendum eſt; nam qui primùm ius patronatus obtinuit ab Eccleſia, propria pecunia expenſa, iure permittitur, vt poſſit ſuis deſcendentibus præiudicare. Sed ſi illud per ſucceſſionem à fundatore obtinuit, non valebit de ipſo diſponere cum detrimento eorum, qui de familia fuerint. Ex quo, iunctò *n. 116.* colliges differentiam inter patronatum gentilitium & hæreditarium, quam notat cum multis Viuian. *poſt c. 2. n. 27. lib. 14.* 120

Nota, quòd in ius patronatus gentilitium, ſeu familiare, 121
ſuccedituꝛ

ſuccedit ur in capita, in hæreditarium, in ſtirpes, vt obſeruat Viuian. *cap. 1. num 58. cum ſeqq.* Lotter. *ſup. ex nu.* 125. Quid de miato? Idem quod de gentilitio dicendum videtur. Quando ſuccedens in maioratum, ius patronatus conſequatur, late explicat Molin. *d. cap. 14 a num.* 27. An ſuccedat Monaſterium, quod Patronus ingreditur? vide apud Sanch. *dub.* 93. *n.* 19. Viuian. *c. . a num.* 61. Præterea ſciendum eſt in iure patronatus non locum repræſentationi, maximè ſi iure primogenij deferatur, de quo per D. Couar. *practicar. cap.* 38. *num.* 13. Robles de Salcedo *de repræſentat. lib.* 3. *cap.* 19. *a n.* 72. vbi plures, Molin. *de primogen. lib.* 3. *c.* 7. *num.* 19.

Verſ. *Sextò, ab eadem.*

122 Si quis, pluribus inſtitutis, decedens, vni ex illis præcipiat, vt Eccleſiam ex ſuis bonis hæreditariis conſtruat, hærede ædificante poſt mortem teſtatoris, ius patronatus Eccleſiaſticum omnibus hæredibus commune eſt. Ita cum *D. Couar.* tenent Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditibus, c.* 2. §. . *dub.* 19. *in fine.* Sanch. *conſilio. moral. lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 93. *n.* 13.

123 Sed contraria ſententia *Roch. Curt.* quam, refert *D. Couar.* non leuibus innititur rationibus, & fundamentis: pro qua facit primùm, *Regula, ſecundum naturam, ff. de reg. iur.* Cùm enim teſtator decreuerit, quod hæres ſolus grauatus expenſarum diſpendium ſuſtineret, credendum eſt, voluiſſe, ad eum duntaxat commodum patronatus Eccleſiæ pertinere, vt ibi ſit honor, vbi onus eſſe præcipitur, vt dixerit Imperator in *l. fin. §. Sed cum in ſecundâ, C. de furt. & in §. vnic. Inſt. de legitim. patronor. tut.* facit *cap. aduerſ.* 7. *in fine, de immunit. Eccleſ.* Nec inæqualitas erga hæredes præſumenda eſt ex teſtatoris voluntate, argument. *l. ſi pluribus* 45 *ff. de leg.* 2. D. Couar. *ſup. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 9. *verſ. Sexto, ſubinfertur.*

124 Secundùm, quia ius patronatus à defuncto non prouenit, ſed ex gratia ædificanti iure conceditur, *c. . & per tot. de iure patronat.* Lotter. *ſup. lib.* 2. *n.* 16. Viuian *lib. . c.* 1. *n.* 35. atque ita cohæredes nihil conſequi poſſunt ex eo, quod fundator à defuncto non habet. Nec intererit, ſi reſpondeatur, quod ius patronatus potius cenſetur conceſſum teſtatori, cuius pecunia templum erectum eſt, quam hæredi, qui nullam liberalitatem exercet, *l. vnum ex famil.* 69. §. 1 *ff. de leg.* 2. Maximè quia quod per alios facimus, nos facere videmur, *l.* 1. §. *Deiecisse ff de vi, & vi armat.* Cum ea ſolutio eludatur, tum quoniam ius patronatus non tribuitur mandanti defuncto, ſed immediatè eidem conſtruenti, Seraphin. *dec.* 271. Lotter *vbi proxime, n.* 16. Tum quia ſumptus non fiunt ex bonis defuncti, ſed hæredis, in quem per aditionem tranſierunt, *l. cum hæredes* 13. *ff. de acquirend. poſſeſſ.* & cum in id tempus diſpoſitionem mandans contulerit, quo iam bona eſſent ſucceſſoris ea eius præſumpta voluntate patronatus ædificanti defertur, poterat etenim præcipere, vt ea hæreditate ipſa deduceretur ad Eccleſiam ædificandam, quo caſu doctrina *D. Couar.* proculdubio procederet, quamuis vnius hæredis induſtriam teſtator elegiſſet ad opus.

125 Tertium, præ cæteris viget argumentum ſumptum à iure patronatus libertorum, quo vtitur etiam Lotter. *vbi proximè;* nam ſeruus proprius teſtatoris, ſi manumittatur iuſſu eius ab hærede, vel legatario, non efficitur libertus orcinus, ſiue defuncti ſed ſolius manumiſſoris, *l. qui ex cauſa* 29. *ff. de bon. libertor. l.* 1. *ff. de bon. poſſeſ. cont. tab. libert l. . in princip. ff. de ſuis & legit. hæredib. §. Qui autem, Inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſ. relict.* Lotter. *ſup.* & omnes communiter. Igitur eodem modo conſtruens Eccleſiam ex præcepto anteceſſoris ſolus patronatum obtinebit, qui non iubenti, ſed exequenti tribuitur.

126 Quartùm tandem, vt alia omittamus, perpendendum eſt, verum non videri, quod pro oppoſita opinione ſupponitur, videlicèt Eccleſiam nomine teſtatoris conſtrui, quoniam hæres licet voluntatem defuncti adimpleat, proprio nomine agit, quemadmodum, qui iuſſos manumittit, præſertim cùm hæres, defunctus, vna eadémque perſona exiſtimentur, *l. fin. C. de hæred. inſtituend. Auth. de iurei. rand. à moriente præſtito, in princip.* Vndè alieno nomine ædificare dici non poteſt, etſi ædificium cedat in ſpiritualem iubentis vtilitatem, & ad ipſius memoriam apud homines commendandam, *l.* 6. *titul.* 10. *p.* 1.

Supereſt, vt ſatisfaciat reſponſo Conſulti in *l. hi rat. ſt. quenter* 18. §. 1. *verſ. Sed & cum monumentum, ff. famil. erciſcund.* cui ſimile eſt in *l. Quintus Mutius* 7. §. 1 *ff. de ann. legat.* quo maxime opinio contraria fulcitur: ſed earum deciſionum vera ratione intellecta, conſtabit ad rem, de qua agimus, ea iura minimè pertinere. Eſt igitur præmittendum monumentum nihil aliud eſſe, quàm ædificium ſepulchris adhærens ad munimen eorum, vel ad memoriam defunctorum, qui ibi conduntur, quo magis cadauera honorentur, *l.* 1. §. *monumentum, l. funeris ſumptus* 37. §. *fin. ff. de religioſ. & ſumptib. funer.* & ideo in *d. l. Quintus,* dicitur hoc ad authoritatem defuncti pertinere. Teſtator autem habebat ſepulchrum hæreditarium non munitum, nec decoratum, in quo ipſe humatus erat, iuſſitque vni ex hæredibus, vt ibi faceret monumentum, quod fieri, cohæredum intereſſe meritò Conſulti reſponderunt; quia cum tale ſepulchrum ad illos ſpectaret, *l. familiaria* 5. *ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* illud munitum exornatumque eſſe, eis expediebat, nec potuit monumentum ædificanti tantum acquiri, cùm ſepulchrum, à quo erat inſeparabile, commune omnibus hæredibus foret; maxime quia quicquid ſolo inædificatur, ſolo cedit, *l. adeò,* §. *Cum in ſuo, ff. de adquirend. rer. domin.* & acceſſorium naturam ſequitur principalis, *cap. acceſſorium, de reg. iur. in* 6. Vndè nil mirum, ſi hæredibus monumentum ab vno factum competere dicatur, quibus ius ſepulchri erat. Hæc verò ratio, vt per ſe notum eſt, in hærede ædificante Eccleſiam, nequaquam reperitur; quapropter allegati textus nihil probant ad fauorem ſententiæ contrariæ, quam veneror, libentiúſque amplecterer, quam impugnarem, ni præmiſſa vrgerent fundamenta. Poſſet tamen dici ei locum fore, ſi ex coniecturis, perſonarúmque qualitate colligeretur, teſtatorem voluiſſe ius patronatus omnibus hæredibus eſſe commune, non tamen ad hoc ſatis erit, quod iuberetur fieri Sacrum ædificium in loco, qui teſtatoris eſſet; etſi ex interpretatione mox tradita colligatur: nam in ſepulchro ius ſepeliendi proprium erat hæredum, acquiſitum per ſucceſſionem, nec per adiectionem monumenti auferebatur; at locus priuatus, in quo Templum ædificatur, prorſus Sacer efficitur, ac nullius in bonis eſſe poteſt, §. *Nullius,* & *ibi* Gloſ. *Inſt. de rer. diuiſ.* quem teſtator nunquam factum hæreditario Deo dicauit, quare in hac ſpecie conſiderari nequit vis acceſſionis, quæ in monumenti ædificatione reperitur. 127

AD CAPVT XIX.

De interpretatione leg. Quoties 15. Cod. de rei vindicat.

SVMMARIVM.

1 *Authores videndi recenſentur.*
2 *Plures ad eandem rem ex contractu actionem habere, quibus modis contingat, & quis præferatur, n.* 3.
4 *Deciſio* l. quoties, C. de rei vindicat. *præter emptionem in ſimilibus contractibus locum habet.*
5 *Ratio ad eam conſtitutionem redditur.*
6 *Suffi it traditio ficta, vt ea lex procedat. Quod limitatur ad n.* 12.
13 *Vendens eandem rem duobus in ſolidum, ei, qui ſuccubuerit, ad intereſſe obligatur.*
14 *Obligatus ex venditione ad rem tradendam, ad id præciſè compellitur, ſi facultatem tradendi habuerit, ad num.* 18.
19 *Conſtitutio* d. l. quoties, *non obtinet, vbi dominium abſque traditione ipſo iure transfertur.*
20 *Nec in ſpiritualibus, & n.* 21, 22.
23 *Eccleſia emente non admittitur eadem conſtitutio; ad num.* 25.
26 *An in contractibus Principis ea conſtitutio locum habeat, & quando transferatur ipſo iure poſſeſſio in contrahentem cum Principe; ad n.* 35.
36 *Conceſſio eiuſdem rei, vel venditio à Principe duobus facta, quando valeat? remiſſiuè.*

37 *L.quoties, C.de rei vendicat. in Eccleſiis, & Eccleſiaſticis vendentibus procedit. Limitatur, n.38.*
39 *Non procedit quando poſterior emptor priorem alienationem cognouit.*
40 *Nec ſi poſterior cui res traditur habeat titulum lucratiuum, & prior contrahens oneroſum.*
41 *Duobus eadem re diuerſo tempore vendita, & tradita, in dubio præſumitur in poſſeſſionem prius veniſſe, qui in contractu præceſſit.*
42 *Ex duobus emptoribus eiuſdem rei ille præfertur, qui prior ſatisfecerit venditori, etſi alter poſſeſſionem antea obtinuerit.*
43 *Limitatur, ſi venditor dominus non ſit.*
44 *Emens cum pacto de non alienando, & hypotheca, aut cum eo ſolo pacto, an præferatur poſtea ementi, ac poſſeſſionem adipiſcenti? ad n.48.*
49 *L.quoties, in pignoribus non procedit.*
50 *Res vendita, & tradita a non domino, ſi hic deinde dominus efficiatur, venditor ex traditione facta dominium quærit.*
51 *In locatione an locus ſit* d.l.quoties? *ad n.54.*
55 *Quid in contractibus iuramento vallatis? ad n.59.*
60 *Quædam circa eandem conſtitutionem obſeruantur, vſque ad fin.*

1 VT pleniſſimè comprehendantur omnia circa deciſionem *l.quoties 15.C.de rei vendic.* de qua Couar. ſub *capite iſto*, expedit conſulere Greg.Lop.in *l.50.tit.5.part.5.* & *ibi* Hermoſill.*gloſ.1.cum ſeq.* Merlin.*de pignorib. lib. 4. quæſt.30.* Anton. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 20.* Gutier. *de iuramento. confirmator. part 1. cap.16.* Auguſt. Barboſ. *in collectan.ad dict. l. quoties*, Mozz. *de contractib. tit. de empt.cap. de naturalib. emption.num.34.* Theſau. *quæſtion. forenſ.lib.4.q.64.* Pat. Molin. *de iuſt.tract.2.diſp.389.* Leſſi. *eod.tract.lib.2.cap.21.dub.20. ex num. 140.* Dicaſtill. *de iuſt. lib.2. tract. 2.diſp.1.dubit.8.*Card.Lug. *in ſimil. tract. tom. 2. diſp.20.ſect.11.*

2 Varijs modis contingere poteſt, vt ex contractu emptionis, vel alio, plures ad eandem rem habeant actionem. *Primò*, quando duobus ſimul res pro parte venditur, aut ſimpliciter, quia etiam pro virili vnicuique diſtracta cenſetur; argument. *l. ſi fundus 16.§.Si duo, ff. de pignor. & hypoth.* Greg Lop.*in d.l.50.gl.2.*& hoc caſu traditio, ſiue vni, ſiue alteri fiat, nulli ius ad ſuam portionem aufertur, *l. ſi debitor. 10.ff. de pignorib.& hypoth.* ex quo conſtat *d. l. quoties*,& ad hoc aptari non poſſe.

Secundò, ſi plures ſimul emant fundum in ſolidum, & omnes ad petendum veniant ante traditionem, concurſu inter eos partes fient; vt in ſimilibus fieri ſolet, *l. 1. §. interdum, ff. de vſufruct. accreſcend. l. coniunctim 78.ff. de legat. 3. l. ſi finita 14. §. Cum autem plures, ff. de damn. infect.* Sed ſi aliquis prior poſſeſſionem nanciſcatur, ille proculdubio potior habebitur, *ex d.l.quoties*, quæ abſque difficultate hic procedit, Greg.Lop.*vbi proximè.*

3 Tertiò, poteſt prædium diuerſo tempore in ſolidum duobus vendi, & ante traditionem qui prior eſt tempore, potior eſt iure; *l.7.tit.7.p.7.* vbi Greg.Lop.*gloſ. vlt.* Leſ.*ſup. n.140.* Dicaſt.*n.261.* Card.Lug *num.163.* Quod ſi traditum fuerit alicui, ille, etſi vltimò contraxerit, obtinebit, qui primus poſſeſſionem adeptus eſt, vt probatur in *dict. l.quoties; l.qui tibi 6.C.de hered.vel action vend.l.50.tit.5.p. 5.* & docent Caſtill. *controuerſiar. lib. 5.c.80.n.25.* Theſaur. *ſup. num. 1.* Ant. Gom. *vbi proximè*, Dicaſtill. *num. 262.* Card. Lug.*num.164.* Menoch.*conſ.182. num. 78.* Gutier. *num. 1.* Fachin.*controuerſiar.lib.2.cap.33.in princip.* Ceuall. *commun. tom.2.quæſt.736.num.48.* Merlin. *num.1.* Pat. Molin. *num.2.* Mozz.*num.33.* Hermoſill. *num.1.* Leſſ.*n. 140. verſ. Dico ſecundo*, Caldas *de empt.c.26.n. 37.* Moeſa *in empor.iur. part. 1. tit.9 de empt.in præiud.num.48.*& alij innumeri, quos cumulat Barboſ.*ſup.num.2.* Quod declara etſi tempore primæ traditionis vendens dominium non haberet, & tempore ſecundæ fictam adhuc qui primus poſſeſſionem obtinuit, præferretur: *l. ſi à Titio 72.ff.de rei vendic.l.penult. ff. de except.rei vendit.* Fachin.*lib.7. cap. 33. verſ. Primus articulus*, Ant.Gom.*ſup.verſ.Septimò, principaliter.*

4 Quæ conſtitutio communiter ampliatur ad alios ſimiles contractus tam oneroſos, quàm gratuitos, vt feudum, emphyteuſim, donationem; Ant. Gom. *vbi proximè*, Merlin *ſup.verſ.Cuius legis*, Barboſ.*à num. 3.* Caſtill. *n. 44.* Hermoſ. *ex num. 2.* Noguerol. *allegat. 14. num. 48.* Leſſ. *dict. verſ. Dico ſecundo*, Valaſc. *de iur. emphyteutic quæſt. 14. num. 7.* Molin. *num. 6.* Idem dicendum eſt in primogenio ex cauſa oneroſa, & irreuocabili, iuxta *l. 44. Taur.* nam ſi poſtea fundator res, ex quibus maioratum inſtituerat, alteri in primogenium tradat, hic melioris erit conditionis; quod limita ſi fiat de licentia Principis, quæ per primum actum expirauit, vt explicat Gregor. Lop. *in d.l. 50.gloſ. 1. ad fin.* quem videas, & Hermoſill. qui alios refert, *n.30.& 31.*

Ibi. *Huius conſtitutionis ea eſt ratio.*

Ratio eſt, quia ex contractu emptionis, & ſimilibus, regulariter nullum ius in re quæritur emptori, ſed actionem duntaxat perſonalem habet aduerſus dominum venditorem, qui cum pleno iure dominium retineat cum facultate alienandi, *l. qui tibi 3. C.de iis, q. à non domin.* Pichard *in §.Vtique tamen, num.4. 6. Inſt. de empt.* Marchot, *variar.lib. .cap. 61. n. 3.* Anton. Gom.*in l. 40. n 16. 18.* Card.Lug.*num.164.* illud in eum, cui poſtea ex titulo legitimo rem tradit, transfert. Nec nouus dominus poteſt moleſtari, in quem, cum ſucceſſor ſingularis ſit, actio perſonalis non datur; vt probaui *lib.1.cap.8. num. 4.* De qua Ratione, Ant.Gom.Leſſ.Molin.& alij pro concluſione *ſupra* laudati. 5

Nihil autem intereſt quoad eam conſtitutionem, vt vera, vel ficta traditio interceſſerit, quandoquidem per actus fictos vera poſſeſſio,& dominium transferri poteſt, *l.quod meo 18. ff. de acquir. poſſeſ.* Ant. Gom. *in l. 45. Taur. num. 45.* Dicaſtill. *à nu. 264.* Cardin. Lug. *num. 165. verſ. Quarè, traditionis nomine*, & alij ſtatim referendi. Vnde ſi quis vendat domum Caio, ac deinde Titio conſtituens ſe huius nomine poſſidere, quamuis Caio poſtea eam vere tradat, Titius ſuperabit; Caſtill. *ſup. num. 17.* Theſaur.*num.5.* Merlin.*num.29.* Magon. *Lucenſ. deciſ. 21. num. 5. part.2.* Ant. Gom. *dict. cap. 2. num. 26.verſ. Quartò principaliter*, Bernard. Diaz.*reg. 229.* Barboſ. *num. 11.* Hermoſill. *num.9.* Molin. *numer.4.* Theſaur.tamen *d.quæſt. 64. num. 4.* differentiam conſtituit inter veram traditionem,& clauſulam Conſtituti, quoad rem dubiam in emphyteuſim conceſſam, ſentiens, primum contrahentem ſecundo præferendum, cuius nomine dominus conſtituit ſe poſſidere 6

Sed communis proxima concluſio nonnullis limitationibus ſubijcitur, de quibus Barboſ. *num.12.* & Hermoſill. *à num.11.* Prima eſt, in venditione conditionali cum clauſula Conſtituti; nam ſi pendente conditione, eadem res alij pure vendatur, veraque, vel ficta traditio ſubſequatur, poſterior emptor potior habebitur, etſi conditio primæ venditionis aduenerit; Ant. Gom. *in d. l. 45. num.93.* Barboſ.*vbi proximè*, Gutier.*in §.Sui, num. 197. Inſt. de hered. qualit.* Hermoſill. *num 10.* Quod eſt declarandum ex Anton.Gom. quando clauſula illa fuit vtrique conditionalis, alioqui ſi eſſet pura, ita vt venditor ſtatim vellet, dominium in emptorem tranſire, quanquam conditionalis fuiſſet venditio, præmiſſa limitatio non habet locum, quoniam dominium voluntate domini ex titulo conditionali transferri ante implementum conditionis poteſt, *l. dotis fructus 8.§.vlt. ff de iur.dot.l.ſub conditione 18.ff.de ſolutionib.* late Amat. *variar. lib.2.reſolut. 62.à num.5.* qui fatetur hoc contradictione non carere, vt videre licet apud Gutier. *practicar.lib.3. q.65.à n.7.* 7

Secundò limitatur, ſi quid vendatur ad menſuram, eadem clauſula adiecta; ſi enim quis emeret priuſquam res metiretur, & poſſeſſionem etiam obtineat per actus, veros, vel fictos, præcedente menſura, ſi ad eam venditum eſt; primum emptorem vincet: Mantic. *de tacit. & ambig. conuent.lib. 4. tit. 17. num.4.* Hermoſil. *num. 13.* Tuſch. *practicar.concluſ. lit.E, conc.144.num.17.* Barboſ. *ſup.* Quæ limitatio eadem ratione, qua proxima ſuſtinetur; quoniam huiuſmodi venditio conditionalis eſt, & imperfecta, ex quo clauſula Conſtituti, ad tranſlationem dominij, 8

&

& poſſeſſionis, non prodeſt; de quo D. Couar. *practicar. cap. 4. num. 6.* Menoch. *conſ. 26. num. 29.* Treotacinq. *variar. lib. 3. tit. de emption. reſol. 5. num. 1.* Quæ vtique poteſt declarari ſecundum doctrinam Gomezij nuper traditam, quando fundus, vel alia res certa, ad menſuram tota diſtrahitur.

9 Tertiò, quando clauſula Conſtituti additur in fauorem abſentis, quantumuis Notarius eius nomine acceptet, quo caſu ſi alius comparet, poſſeſſionemque eiuſdem rei conſequatur, antequam ratum abſens habeat quod geſtum eſt, ſecundus emptor melioris erit conditionis: Ant. Gom. *num. 83.* Valaſc. *conſult. 35. n. 2.* Hermoſill. *num. 16.* Barboſ. *d. num. 22.*

10 Quartò, vltra alias limitationes, de quibus per *Barboſ. & Hermoſill.* ſi res veneat habita fide de pretio certa die ſoluendo, & venditor conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere, ſi tempore præſcripto ſolutio non fiat ob moram debitoris, is, qui poſtea emerit; priori præfertetur, vt obſeruat Cancer. *variar. part. 1. c. 13. de empt. n. 6.*

11 His adijciendum eſt, veram, vel fictam traditionem nullo modo impedire, ne potior ſit ſecundus emptor, in quem res tranſlata eſt, quando pretium numeratum, oblatumvè non fuit, aut venditor fidem non habuit de pretio; atque ita qui primus poſſeſſionem adeptus eſt, ſatisfactione data venditori, is præualet, etiam ſi alter prius per actum verum, vel fictum in poſſeſſione rei conſtituatur, ſi pretium non ſoluat, nec aliter ſatisfaciat; Molin. *num. 3.* Hermoſill. *num. 37.* vbi alij; Caroc. *de excuſſion. bonor. quæſt. 13. quæſt. 10. princip. num. 43.* Gratian. *diſ. eptat. c. 523. numer. 9.* Barboſ. *num. 25.* Card. Lug. *num. 65.* Ratio eſt, quia ea venditione per traditionem non transfertur dominium in emptorem, niſi venditori ſatisfaciat, *§. Vendita, Inſt. de rer. diuiſion.* Cancer. *ſup. n. 1.* Greg. Lop. *in l. 1. gloſ. vlt. tit. 11. part. 1.* Pichard. *in d. §. Vendita, num. 11.* Hermoſill. cum plurib. *in l. 28. gloſ. 1. n. 1. tit. 5. part. 5.* vbi teſtatur; Molin. *diſp. 368. numer. 15.* Merlin. *dict. lib. 4. quæſt. 41. numer. 3.*

12 Similiter dicendum erit, ſi duobus eadem res vendatur, & tradatur, quorum vnus pro parte pretium ſoluit, alter integrè venditori ſatisfecit, hic enim præferendus eſt, etſi poſterior in emptione, traditione, & ſatisfactione ſit, nedum in parte, ſed in tota re vendita; quia dominium nec pro parte tranſit, antequam integrè pretij ſatisfactio præſtetur; Cancer. *ſup. n. 5.* Surd. *deciſ. 220. n. 12.* Bart. *in l. fiſtulas, §. Qui fundum, ff. de contr. emption.* Gratian. *d. cap. 523. n. 2.* Hermoſill. cum alijs, *in l. 28. gloſ. 1. num. 3. tit. 5. part. 5.* qui *n. 4.* idem eſſe ait, ſi vel vnus nummus deficeret, allegans Narbon. *in l. 30. gloſ. vnic. in fine, tit. 7. lib. 1. Recopilat.*

13 Quoties tamen emptor ſuccumbit, niſi ſciens rem alij venditam comparet, agere ad intereſſe contra doloſum venditorem poteſt, *dict. l. 50. tit. 5. part. 5. l. qui ſibi 6. C. de heredit. vel act. vendit.* Molin. *dict. diſp. 369. num. 2.* Hermoſill. *in ead. l. 50. num. 43.* Anton. Gom. *ſup. cap. 2. num. 10. verſ. Quinto principaliter,* Barboſ. *num. 30.* Heuia Bolaños *in commerc. terreſtri, lib. 1. c. 12. n. 52.* Merl. *ſup. n. 2.* Dicaſtill. *n. 263.*

Ad Num. 11

14 Venditor, qui rem diſtractam tradere poteſt, ad id compellitur; nec liberatur intereſſe ſoluens; ſed ſi eam præſtandi facultatem non habeat, intereſſe loco rei ſuccedit; Gregor. Lop. *in l. 7. gloſ. vlt. tit. 5. part. 5.* Amat. *variar. lib. 1. reſolut. 34. num. 3.* vbi plurimi, Caſtill. *controuerſiar. lib. 2. cap. 25. num. 38.* Menoch. *conſ. 92. num. 63.* Pinell. *in l. 1. part. 3. num. 25. C. de bon. matern.* Boër. *deciſ. 43. num. 2.* Matienç. *in l. 23. gloſ. 1. num. 4. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* Tuſch. *lit. V, conc. 55. num. 1.* Cenall. *commun. tom. 1. quæſt. 459. verſ. Sed contrarium,* Oſuald. ad Donell. *commentar. lib. 13. cap. 2. num. 4.* Pichard. *in §. vlt. num. 5. 6. Inſt. de verbor. obligat.* Caldas *de emption. c. 10. num. 10.* Morla *in empor. dict. tit. 9. q. 7. num. 4.* Mareſcot. *variar. lib. 2. c. 70. num. 11.* Anton. Gom. *d. num. 10. verſ. Secundò principaliter, in fine,* Hermoſill. cum alijs *in l. 7. gloſ. 4. à princ. tit. 5. part. 5.* Ratio eſt, quia cum contractus hic bonæ fidei ſit, nihil magis bonæ fidei congruit, quàm id præſtare, quod quis promiſit, & inter contrahentes actum eſt, vt inquit Vlpianus *in l. ex empto 11. ff. de actionib. empt.* nec emptor intereſſe pro re inuitus accipere cogi poteſt, contra regulam *l. 2. §. Mutui datio, ff. de reb. credit.* quod explicat Amatus, rationibus contrariorum reſpondens, *ſup. à n. 4.*

Quæ concluſio facilius admittenda eſt; ſi iuramento contractus confirmetur, Amat. cum alijs, *n. 7.* Hermoſ. *vbi proximè, n. 5.* Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg. 74.* aut ſi interueniat clauſula Precarij, Conſtitutiuè; Amat. alios referens, *nu. 8.* Vel ſi inſtrumento venditionis clauſula guarentigia inſeratur, Amat. *numer. 9.* Vbi allegat Bald. *in l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt,* Fabian. de Monte *de emption. q. 6. n. 40.* 15

Vbi autem venditor tradere recuſat non obtemperans Iudicis præcepto, poteſt ei manu militari res auferri, Mareſcot. qui teſtatur ita fuiſſe deciſum, *d. n. 11.* Amat. *nu. 10.* Hermoſill. *n. 3.* Oſuald. *ſup.* Plot. *in l. ſi quando, n. 171. C. vnde vi,* licèt Ant. Fab. *de errorib. decad. 17. error. 7. n. 6.* teneat, ſolùm pœnarum, & mulctarum comminatione poſſe venditorem ad tradendum compelli. 16

An idem, quod de venditore, dicendum ſit de eo, qui emit cum pacto de retrouendendo, quòd ſcilicèt ad tradendam rem præcisè teneatur? dubia quæſtio eſt, & in terminis iuris communis receptius eſt, non teneri; at *ex l. 42. tit. 5. p. 5.* contrarium probari videtur. Vide Greg. Lop. *ibi, gloſ. 4.* vbi Hermoſill. alios laudat, Caſtill. *vbi proximè,* Pinell. *in l. 2. part. 2. cap. 3. num. 21. C. de reſcind. vendit.* Cardin. Tuſch. *ſup. num. 8.* Ant. Gom. *in dict. cap. 2. num. 19. ad fin.* Aretin. *conſ. 6. in princip.* & de iure Regio tenendum eſt; promiſſionem de vendendo idem operari, ac venditionem, cum ea pacto nudo oriatur actio, *l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat.* Hermoſill. *in l. 10. gloſ. 1. n. 10. tit. 5. p. 5.* 17

Ibi: *Scio etenim poſſe iure defendi.*

Aduerſus concluſionem communem traditam, *num. 14.* quod ſcilicèt venditor cogi non poſſit præcisè ad rem tradendam, quamuis poſſideant; ſed quod intereſſe ſoluendo liberetur, pro viribus defendit Fachinæ. *controuerſiar. lib. 2. cap. 30. per tot.* vtriuſque ſententiæ fundamenta referens, & contrarijs ſatisfaciens, Ant. Fab. *ſup. decad. 85. error. 4.* Sed à priore deuiandum non eſt. Verum iuretur in litem contra venditorem, qui rem non tradit? docent laudati ab Hermoſill. *in d. l. 7. gloſ. 4. n. 4. tit. 5. p. 5.* 18

Verſ. *Primùm, eam deciſionem:*

Conſtitutio *d. l. quoties,* non obtinet locum, vbi ex contractu abſque traditione dominium transfertur, quoniam tunc ex quo quis contraxit, ius in re acquirit; vndè licet poſtea alius emat, & rem accipiat, potior non erit; Ant. Gom. *d. cap. 2. num. 20. verſ. Septimò, principaliter extende, ad med.* Molin. *diſp. 369. num. 7.* Mozzi. *dict. cap. de naturalib. emption. num. 34.* Barboſ. *in d. l. quoties, à n. 13.* Merlin. *d. quæſt. 30. num. 7.* Gregor. Lop. *in d. l. 50. gloſ. 1.* Leſſi. *d. dubit. 20. num. 141.* Fuſar. *de ſubſtitutionib. quæſt. 674. n. 30.* Peregrin. *de fideicommiſ. art. 51. n. 73.* Pet. Barboſ. *in rubric. part. 1. num. 85. ff. ſolut. matrimonio,* Hermoſill. cum alijs, *in d. l. 50. gloſ. 1. n. 23.* 19

Hinc deducitur, quòd in iuribus ſpiritualibus præfata conſtitutio admittenda non eſt, quæ abſque traditione transferuntur. Sic quando duobus idem beneficium confertur, ille potior eſt, qui primus titulum obtinuit, etſi alter prius adipiſcatur poſſeſſionem; *cap. cum, cui 7. de præbend. lib. 6.* Gloſ. *in cap. qui prior 54. de reg. iur. eod. lib.* Gregor. Lop. *vbi proximè,* Fachin. *lib. 7. cap. 33. verſ. Non offendunt,* Gonçal. *ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 15. num. 17.* Aug. Barboſ. *in dict. collectan. ad l. quoties, n. 14.* Gail. *practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 53. n. 9.* Hermoſill. *n. 20.* Quoniam ex titulo ius reale ſtatim in beneficio quæritur, *cap. ſi tibi abſenti 17. de præbend. lib. 6.* Gloſ. vlt. *in cap. penult. eod. tit.* D. Couar. *infr. lib. 3. cap. 16. num. 1.* Rotter. *de re beneficiar. lib. 3. quæſt. 8. numer. 17. 18.* Caſſador. *deciſ. 5. num. 5. de priuileg.* Flamin. *de reſignat. beneficior. lib. 1. q. 16. num. 2.* Viuian cum multis, *in prax. iuris patronat. lib. 13. c. 2. n. 2. 10.* 20

Paſi catione, in matrimonio ex mutuo conſenſu iure 21

in corpore coniugis, ita quæritur ante carnalem commixtionem, vt matrimonium ratum, per ſecundum conſummatum minimè diſſolui queat; vt notant Pet. Barboſ. *in rubric. part. 2. num. 85 ff. ſolut. matrimon.* Ant. Gab. *commun. lib. 3. tit. de empt. conc. 2. n. 58.* Gail *ſup. num.* 12. Hermoſill. *vbi proximè*, & probatur ex *cap. licet 3 cap. vlt. de ſponſ. duor.*

22 Idem dicendum eſt de alijs iuribus incorporalibus, quæ tradi non recipiunt, nam cui prius ceſſa fuerint, ille obtinebit; quamuis alius poſtea ea acquirat, & in quaſi poſſeſſione conſtituatur, vt volunt Hermoſill. *num.* 21. Aug. Barboſ. *in d. collectan. n.* 16.

Ad Num 2.

23 Si res vendatur Eccleſiæ, vel alij pio loco, ſiue cuicumque, in quem dominium abſque traditione transfertur, licet alios poſſeſſionem poſtea apprehendat eiuſdem rei, in quæſtione dominij ſuccumbet, ſiue ante contractum Eccleſiæ, ſiue poſt emerit, Molina *ſup. d. tit. 9. in prælud. n.* 51. Fuſar. *num.* 32. 34. Hermoſill. *num.* 12. Marta *de iuriſdict. Eccleſ. part. 4. quæſt. 19. num.* 5. Card. Lug. *n.* 68 & alij omnes allegati, *ſup. num.* 19. Quod vtique procederet, etiā alia Eccleſia ſecunda foret emptrix. Gloſ. *in l. fin. verb. in rem, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* vbi Barboſ. *in collectan. n.* 11.

24 Sed hoc limitandum eſt, quando Eccleſia, quæ emit, pretium non ſoluit, nec venditor fidem de pretio habuit; quia priuilegium acquirendi dominium abſque traditione intelligitur, ſi ſoluatur pretium, aut aliter domino ſatisfiat, Gloſ. *proximè citata*, Greg. Lop. *in l. 1. gloſ. vlt. tit. 11. p. 1.* Vnde ſi alius emat poſt Eccleſiam, & pretium ſoluat, aut ſatisfaciat, & poſſeſſionem conſequatur antequam illa ſatisfactionem præſtet, ipſe melioris erit conditionis; vt plane ex dictis colligitur.

25 Circa quæ eſt obſeruandum cum Molina *ſup.* quod ſi quis voluerit, aut promiſerit donare, vel vendere Eccleſiæ prædium, deindéque illud in alium alienet, hic præferendus erit; nam etſi ex donatione, & venditione, dominium in Eccleſiam, re nondum tradita, transfertur, non ita ex pacto de vendendo, aut donando; Gregor. Lop. *in l. 10. gloſ. vlt. in fine, tit. 11. p. 1.* Card. Lug. *vbi proximè, verſ. Aduerte ſecundo.* Vndè prouenit, vt qui primùm poſſeſſionem adeptus eſt, dominium vtique, quod erat penes promiſſorem, qui vendidit, conſequatur.

Ad Num. 3.

26 Vt cognoſcamus, quando in contractibus Principum Supremorum locus ſit *d. l. quoties*, inquirendum eſt, an Princeps ex contractu dominium rei ſuæ abſque traditione transferat? Nam quoties ſic dominium tranſit, imperialis conſtitutio admitti non poteſt, ex *proximè dictis*, cum primus contrahens ſemper ſit præferendus; at vbi traditio opus eſt, ibi ea lex ſuum robur obtinebit. Qua in re *D. Couar.* veſtigijs inhærendo, tres caſus diſtinguendi ſunt.

27 Primus eſt, cùm Princeps habens condendi leges poteſtatem exprimit, quòd vult, ſtatim dominium rei ſuæ in contrahentem, ſine traditione transferri, & iuxta eius voluntatem, tam in contractibus oneroſis, quàm lucratiuis, proculdubio tranſibit; quoniam iuri cenſetur derogare, & cùm poſſit lege hoc fieri, vt dominia rerum, ſeminota traditione, transferantur, vt latè probat Anton. Gom. *in l. 45. Taur. num.* 4. id ipſum maximè circa res proprias licere Principi fatendum eſt, qui animata lex dicitur, & pluſquam illa poteſt, Bald. *in Authentic. hoc amplius, num. 10. C. de fideicommiſ.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 204. num.* 50. Quibus rationibus, ita docent cum *D. Couar.* Fachin. *dict. lib. 7. cap. 33. verſ. Tertius articulus*, Molin. *de iuſt. tract. 2. diſput. 3. num. 18. verſ. Quia verò.* Tuſch. *lit. D. conc. 602. n.* 96. Chaſſan. *in catalog. glor. mundi, part. 5. conſiderat. 24. num.* 141. Bal. *in d. l. quoties, col. 2. num.* 10. Aug. Barboſ. *in collectan. ad l. traditionibus, n.* 5. [illegible] *paſſ.* Ruin. *conſ. 31. n. 4. lib. 1.* Ant. Gab. *commun. lib. 3. tit. de empt. conc. 2. n.* 59. Hermoſill. *in dict. l. 50. gloſ. 1. n.* 25. & alij communiter.

28 Secundus caſus eſt, ſi Princeps, nihil circa dominij tranſlationem aſſerens, rem aliquam ex gratia concedat; & idem quod in ſpecie præcedenti, cum *D. Couar.* dicendum eſt; quia præſumitur ex liberalitate concedentis, quòd voluit dominium, non expectata traditione, conferre; vt ſuſtinent Iaſ. Tuſch. Molin. Chaſſan. Ruin. Hermoſill. *vbi proximè*, Gail. *ſup. d. obſeruat. 55. num.* 6. Gabed. *Luſitan. deciſ. 30. num. 9. part. 1.* Anend. *in l. 44. Taur. gloſ. num.* 3. Bellug. *in ſpecul. Princip. rubric. 22. in princip. num.* 8. Hermoſill. *in l. 7. gloſ. 3. num. 14. tit. 4. part.* 5. Menoch. *conſ. 331. num.* 17. Pau. *conſ. 11. num. 58. lib.* 1. Tiraquel *de nobil. c. cap. 37. num.* 57. At Fachin. *ſup. verſ. At contrarium*, aduerſus communem docet, dominium ex donatione Principis minimè transferri, niſi res tradatur; quoniam in dubio credendum eſt, Principem ſe iuris regulis conformare, per *l. ſi quando, C. de inoffic. teſtament.* & alia iura, quæ refert, & quidem in puncto iuris, & opinio hæc probabilitate non caret; tamen a communi recedere non oportet, niſi Rex quid alienum donet, quia traditio deſideratur, cùm cedat in Tertij præiudicium, Gregor. Lop. *in l. 53. gloſ. 5. tit. 5. part.* 5.

29 Pro qua reſponderi poteſt, verum non eſſe, quod liberalitas Principum iuxta iuris communes regulas menſuretur, a quibus frequenter excipitur, *l. donationes 26. C. de donat. inter v. l. cum multa 7. C. de bon. quæ liber. l. ſancimus 34. §. Exceptis, C. de donationib.* Vnde in alijs actibus cenſetur Princeps ſecundum ius diſponere, non quando liberalitatem exercet, quæ ex amplitudine dignitatis vltra metas priuatarum largitionum interpretanda eſt, ita vt in dubijs beneficia Principum largiſſime accipienda ſint, *c. olim. 16 de verbor. ſignificat. l. fin. ff. de conſtitut. Princip.* Ex quibus colligitur, quòd cum poſſit Princeps dominium rei donatæ ſolo conſenſu donatario conferre, id vult, vt ſe magis munificum oſtendat, quia hoc maximè decet Maieſtatem, *d. c. olim.*

30 Non ſolùm autem ex donatione Principis dominium quæritur abſque traditione, ſed etiam poſſeſſio, Menoch. *de recuperand. remed. 5. num. 277. & conſ. 606. numer.* 8. Gratian. *diſcept. cap. 310. num.* 5. Mieres *de maiorat. part. 1. q. 26. num.* 15. vbi alij. Quamuis aliud dicendum ſit, quando priuatus in Principem alienat, cui dominium abſque traditione acquiritur, argument. *d. l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Tuſch. *dict. conc. 602. num.* 95. non ſic poſſeſſio, vt colligitur ex Gloſ. *verb. in rem, in d. l. vlt.* quæ ita in Eccleſia decidit, pro qua plures laudat Barboſ. *in collectan. ibi, num.* 22.

31 Tertius caſus eſt, ſi Princeps vendiderit, vel ex alio contractu oneroſo alienauerit; in quo duplex ſententia communis reperitur, vna, affirmans dominium in emptorem abſque traditionis adminiculo peruenire, quoniam ſola voluntas Principis ſufficit, cuius contractus vim legis habent, nec iuris ſolemnibus egent; *d. l. donationes* 26. Ita tenent Gratian. *ſup. num.* 8. Mieres, *num.* 15. Boſſi. *in prax. tit. de Princip. num.* 67. Natta *conſ. 598. num.* 12. 27. Purpurat. *in imperium, n. 8. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Hermoſill. *in d. l. gloſ. 1. num. 15. verſ. Ratio enim eſt.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 20. num.* 50. Noguerol. *allegat. 14. n.* 3. [illegible] intelligendum eſt, etſi nihil de dominij acquiſitione, ſiue traditione dictum ſit.

32 Contrarium verò cum *D. Couar.* tuentur alij: exiſtimantes traditionem omninò in præmiſſo caſu deſiderari ad dominij tranſlationem, quia Princeps contrahendo iure priuati vtitur, voluntatemque ſuam iuris diſpoſitioni accommodat. Sic ſentiunt Pat. Molin. *d. diſp. 3. num. 18. verſ. Quia verò*, Chaſſan. *ſup.* & in *conſuetudin. Burgund. rubric. §. 1. n. 19. verſ. Pro decimoquarto caſu*, Cald. *in l. ſi curatorem, verb. læſis, n.* 109. Tuſch. *d. concl. 602. n.* 96. Gail. *ſup. n.* [illegible] Ant. Gab. *commun. lib. 3. tit. de empt. conc. 5. ex n.* 59. Ruin. *d. conſ. 32. n.* 4. Quod verius videtur, & comprobatur ex dictis *ſup. n.* 28. cum Fachinæo.

33 Ex quibus omnibus deducitur iam in *primo caſu*, quando Princeps expreſſim vult dominium ſine traditione transferre; limitandam eſſe regulam *d. l. quoties*, quoniam prior contrahens præponendus eſt poſteriori, licet hic poſſeſſionem rei conſequatur, cùm ille priùs ius in re obtinuerit; vt ſentiunt omnes laudati *ſup. num.* 27. & D. Couar. *in præſenti.*

In ſecunda ſpecie, quando ſcilicèt Princeps liberalitatem

ralitatem exercet, etſi de tranſlatione dominij dictum non ſit, ſimiliter aſſerendum eſt, priorem donatarium eſſe potiorem, qui in dominij acquiſitione præuenit, vt præter allegatos *ſup. num.* 28. notant Bernard. Græuæ *ad prax. Camer. Imperial. lib.* 1. *conc.* 55. *numer.* 1. 2. Narbona *in l.* 41. *gloſ.* 2. *numero ſeptimo titul.* 5. *lib.* 7. *Recopilat.* Roſent. *tract. de feud. capit.* 6. *conc.* 1. *verſ. Certe cum hac diſtinctio*, Burſat. *conſ.* 78. *num.* 7. Mier. *ſup. num.* 13. Sixtin. *de Regalib. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 57.

34 In vltimo caſu, cum Princeps ex cauſa onerosa alienat, nec de transferendo dominio quicquam decernit; quemadmodum dubium eſt, an transferatur ſine traditione dominium, vt diximus *proxime, num.* 31. 32, ita etiam quæſtionis eſt, vtrum locus ſit *d. l. quoties*? Negant Græuæ *ſup. nu* 5. & in *conſideratione poſt d. conclu.* 55. *in princip.*, Matienz. *in d. l. quoties, num.* 117. *C. de rei vendicat.* & alij qui nituntur opinioni *ſup.* traditæ, ſecundum quam dominium ex ſuo contractu Princeps transfert ſine traditione. Quibus iungendi ſunt laudati *ſup. n.* 31. qui ita proculdubio ſentiunt, cum illud probent.

35 Nihilominus verius eſt, præfatam conſtitutionem eſſe admittendam, vt cum *D. Conar.* & allegatis *ſup. numer.* 32. probarunt in ſpecie Fachin. *dict. cap.* 35 *verſ. Secundus articulus*, Cabed. *vbi ſup.* Aug. Barboſ. *in collect. ad d. l. quoties, num.* 17.

36 Non eſſet ab hoc loco alienum inquirere, quando valeat conceſſio eiuſdem rei, vel venditio per Principem facta? ſed vt breuitati conſulamus, quia res paucis abſolui nequit, Vide Greg. Lop. *in l.* 43. *gloſ.* 6. *tit.* 5. *part.* 5. & ibi Hermoſill. plures cumulantem *ex num.* 5. Gail. *d. obſeruat.* 55. *num.* 2. vbi latè probat, nullam eſſe ſecundam Principis conceſſionem, niſi de prima expreſſa mentio fiat, quanquam motu proprio expediantur, quia præſumitur Princeps oblitus prioris gratiæ, vel ab impetrante deceptus; quæ præſumptio probationem in contrarium excludit.

Ad Num 4.

37 Omiſſa controuerſia aſſeuerandum eſt, deciſionem *d. l. quoties*, procedere in Eccleſia, vel Eccleſiaſticis perſonis alienantibus ex ratione, quam *D. Conar.* recte perpendit; prout tenent Gregor. Lop. *in d. l.* 50 *gloſ.* 1. *in princip.* Leſſi. *de iuſt. lib.* 2 *capit.* 21. *dubit.* 10. *num.* 41. Anton. Gom. *d. c.* 2. *num.* 20. *verſ. Sextò & principaliter*, Pat. Molin. *tract.* 2. *diſput.* 369. *num.* 7. Ant. Gab. *d. conc.* 2 *num.* 51. Auguſt. Barboſ. *vbi proxime. n.* 9 Hermoſill *in d. l.* 50. *gloſ.* 1. *n.* 19. Fachin. *controuerſiar. lib.* 2. *cap.* 33. *verſ. Ego poſteriorem*, vbi latè, Card. Lug. *n.* 168. *verſ. Aduerte tertio*.

38 Quæ reſolutio declaranda eſt, vt minimè procedat, ſi res Eccleſiæ diſtrahatur cum licentia Superioris, iuxta *extrauagant. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. int. Commun.* nam ſi vni vendatur virtute facultatis obtentæ, etſi ei res non tradatur, præualebit contra ſecundum emptorem, qui poſſeſſionem fuit conſequutus, niſi iterum ad denuò vendendum fuiſſet conceſſa licentia. Ratio eſt, quia per primam venditionem, licet res non traderetur, facultas expirauit, qua deficiente, poſterior alienatio non ſubſtitit. Quod regulare eſt, quoties ad alienandum alterius facultas deſideratur. Ex quo conſtitutio *dict. l. quoties*, limitatur per Gregor. Lop. *dict. gloſ.* 1. *ad fin.* vbi Hermoſill. *nu.* 29. Valaſc. *de iur. emphyteutic. q.* 14. *num.* 9. Aug. Barboſ. *num.* 20. Cald. *de extinct. emphyt. c.* 10. *ex num.* 56. quemadmodum de maioratu diximus *ſup. n.* 4.

Ad Num. 5.

39 Quoties ſecundus emptor non ignarus prioris contractûs rem eamdem comparat, quamuis poſſeſſionem adipiſcatur, non obtinebit contra primum emptorem, cui nunquam fuit tradita; Gregor. Lop. *dict. gloſ.* 1. *ad med.* Molin. *num.* 9. Morla *d. tit.* 9. *in rubric. num.* 50. Leſſ. *num.* 142. Cald. *de empt. cap.* 26. *num.* 30. Gail. *dict. obſeruat.* 55. *num.* 11. Mozz. *ſup. cap. de naturalib. empt. numer.* 33. *verſ. Tertium*, Anton. Gom. *dict. num.* 20. *verſ. Secundò, principaliter*, Gutiet. *de iurament. confi. maior. part.* 1. *cap.* 30. *num.* 8. Ant. Gab. *ſup. num.* 30. Hermoſill. *num.* 17. Ceuall. *tom.* 2. *quæſt.* 756. *n.* 48. 49. Merlin. *d. quæſt.* 50. *num.* 11. Dicaſtill. *num.* 267. vbi, quod in foro conſcientiæ non eſt tutus, & alij per Barboſ. *num.* 18. Scientia autem primæ emptionis nocebit, ſi tempore contractus, aut pretij ſoluti habeatur, ſecùs ſi poſt ſolutum pretium ante traditionem, nam etſi ſciens rem accipiat, nihil ei imputari poteſt, qui magis ſibi proſpicere voluit (ne pecuniam perderet) quàm primo emptori, vt obſeruat Gregor. Lop. *ſup.* Imò idem dicendum eſt, ſi quis bona fide emat, poſteaque, pretio nondum numerato, ſciat rem alteri prius venditam, ex quo recuſans pecuniam ſoluere, ex contractu iam inito per Iudicem compellatur, quamuis ſe defenderit, nulla colluſione interueniente; nam ſi poſſeſſionem hoc caſu naneiſcatur, potior habebitur primo emptore, cum dolum non admiſerit; & iuſte emit, qui authore Prætore emit: *argum. l. iuſte poſſidet, ff. de acq. poſſ.*

Ibi: *Quod ſi primus emptionis titulum habeat.*

Præterea *d. l. quoties*, limitatur, quando poſterior, cui res traditur; habet titulum lucratiuum, prior verò onerosum; nam etſi poſſeſſionem nunquam acceperit, & dominium traditione in donatarium ſit translatum, competit ei actio reuocatoria, per quam vltimam alienationem reſcindens rem conſequetur, etiam ſi donatarius ignarus fuiſſet præcedentis contractus oneroſi; vt cum *D. Conar.* ducent Ant. Gom. *dict. numer.* 20. *verſ. ex quo deducitur*, Molin. *vbi proxime.* Palac. Rub. *in rubric. de donat. int.* §. 81. *num.* 12. Leſſ. *ſup.* Ant. Gab. *numer.* 32. Aug. Barb. *numer.* 20. Azor. *inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 8. *capit.* 8. *quæſt.* 5. Hermoſ. *numer.* 18. Quanquam contrarium tueatur Ant. Fab. *de errorib. decad.* 85. *error.* 9. qui opinatur, emptori aduerſus donatarium reuocatoriam non competere: quæ ſententia in Principe donante, quod prius alij vendiderat, defendi poteſt, admiſſa ea opinione, quòd ex contractu oneroſo Principis, dominium ſine traditione non transferatur; de qua *ſup. num.* 32. quia cum ius in re nondum habeat, faciliùs tolli per ſupremam poterit poteſtatem, maximè, ſi iuſta cauſa interceſſerit; de quo vide Hermoſ. & ab eo allegatos *in l.* 53. *gloſ.* 3. *à numer.* 7. *titul.* 5. *part.* 5. 40

Ad Num. 6.

Si pluribus eadem res vendatur, & tradatur, ſed non appareat, quis primus poſſeſſionem adeptus eſt, qui prior contraxit, obtinebit; quoniam præſumitur, ſicut in contractu, ita in traditione præceſſiſſe; & aduerſario, qui ſecundò emit, incumbit probatio, quod prius fuit ſibi res tradita, Molin. *n.* 5 Ant. Gòm. *verſ. Tertio, principaliter limita.* Mozz. *ſup. n.* 34 *in fine* Hermoſill. *d. gloſ.* 1. *n.* 39. Leſſ. *n.* 145. Ant. Gab. *n.* 5. Gratian. *diſceptat. c.* 525. *n.* 4. Aug. Barboſ. *n.* 31. Dicaſtill. *n.* 263. Card. Lug. *n.* 167. 41

Ibi: *Quod verum eſt vbi vterque.*

Videas quæ dicta ſunt *ſup. n.* 11. 12. Si inter duos eiuſdem rei emptores controuerſia de dominio ſit, quàmuis vterque poſſeſſionem acceperit, ille ſuperabit, qui prius venditori ſatisfecerit, pecuniam numerans, aut fideiuſſore vel pignoribus præſtitis. Idem erit, ſi habita fides ſit de pretio; quam declarationem ad proximam concluſionem tradit cum *D. Conarr.* Leſſ. *dict. num.* 143. Hermoſill. Barboſ. & alij *proximè* laudati. Ratio eſt, quia dominium non quæritur, niſi ſatisfactione data venditori, vt probaui *numer.* 11. 42

Hoc tamen limitandum eſt in emptione rei, quæ vendentis non ſit; quo caſu non attenditur pretij ſolutio, ſed duntaxat poſſeſſionis traditio. Vnde ſi duo à non domino emiſſent, ille potior erit, qui prior poſſeſſionem obtinuerit, ſiue pretium ſoluerit, ſiue non; nam quod de pretij ſolutione dictum eſt *ſup. numer.* 11. 12. ſolum procedit, vendente domino, *l.* 50. *titul.* 5. *p.* 5. vbi Greg. Lop. *gloſ.* 4. 7 Hermoſill. *dict. gloſ.* 1. *cum ſeqq. num.* 42. Ant. Fab. *decad.* 86. *error.* 3. 43

Ad Num. 7.

44 Eſt inter cæteras inſignis limitatio quam in præſenti tradit *D. Couar.* cum ſcilicet pactum de non alienando in prima interueniet emptione, cum obligatione bonorum ad contractus, & pacti firmitatem; quo fit, vt licet poſtea eadem res tradatur ex venditione, vel alio contractu, primus contrahens præferatur, quia prius ius in re obtinuit, nec potuit dominium in alium propter vim pacti, & hypothecæ tranſire, maxime ſi fuerit ſpecialis ipſius rei, quæ venijt, vt aſſerunt Caſtill. *controuerſiar. lib. 5. cap.* 80. *num.* 15. Anton. Gom. *variar. lib. 2. cap. 1. num.* 20. *verſ. Quartò, principaliter limita*, Guttier. *d. cap.* 3. *num.* 7. Auguſt Barbos. *n.* 21. Menchac. *de ſucceſſion. creat. lib. 1. §. 10. num.* 84. *verſ. Secundo ex hoc*, Cald. *de emption. cap.* 56. *num* 37. Molin *d. tit. 9. de cont. empt. in rubr. num.* 49. Hermoſill. *num.* 35. Quod vtique obſeruandum eſt, ſi cum tali pacto generalis bonorum hypotheca iungatur, prout *D. Couar.* ſentit, qui indiſtinctè obligationem, ſiue hypothecam ſufficere, ait; quem ſequuntur Caſtill. *ſup.* Merlin. *d. lib. 4. quæſt.* 30. *num.* 18. vbi alij; etſi aliàs valdè controuerſum ſit, an pactum de non alienando cum generali hypotheca, impediat dominij rei obligatæ translationem: vt videre licet apud Hermoſill. *in l. fin. gloſ. 2. à n. 5. tit. 5. p. 5.*

45 Imò id ipſum verum eſt, ſi omiſſum fuerit pactum de non alienando, ſolùmque hypotheca ſpecialis rei venditæ intereeſſerit ad implementum contractus, adhuc enim cùm primus emptor hypothecarius ius in re conſequatur, eam à ſequenti, cui ſit tradita, auocare poterit; Merlin. cum ſoluſis, *ſup. à num.* 5. Leſſ. *de iuſt. lib. 2. cap.* 21. *dubit.* 20. *num.* 141. *verſ. Secundò, non habere*, Theſaur. *quæſtion. forenſ. lib. 4. quæſt.* 64. *num* 2. Guttier. *num* 5. Molin. *d. diſp.* 369. *nu.* . Magon. *Lucenſ. decìſ.* 11 *num.* 4. Mozz *ſup. n.* 33. Fereat. *in tract. cautelar. caut.* 48. *num.* 4. Bart. *in l. qui ubſcuti, §. 1. in fine, ff. de acquirend. poſſeſſ.* Rota *deciſ.* 304. *n num.* 6. *part.* 5. *recent.* Cald. Lug. *ſup. num* 168. *verſ. Nec etiam procedit.* Nec refert, aliter ſentire Caſtill. *ſup.* & alios, quos refert, & ſequitur Hermoſill. *in d. l.* 50. *gloſ.* 1. *num.* 34. 35. *tit.* 5. *part.* 5. eo quod ſola hypotheca translationem dominij impedire non valet; atque ita primus emptor duntaxat hypothecariâ obtinebit, vt ſibi res tradatur, non vt eam acquirat vt dominus, ſed ad retentionem iure pignoris, donec ſibi intereſſe ſoluatur, vt inquit *Hermoſill.* Sed pro prima ſententia reſponderi poteſt ex Merlin. *ſup.* quòd etſi dominium in ſecundum emptorem transferatur per traditionem, res cum ſua cauſa, & onere vadit, quæ cùm ſit obligata pro firmitate, & implemento contractus, quod in acquiſitione eius, quod emitur, conſiſtit; *l. cum manu ſatis, §. fin. ff. de cont. emption.* primus emptor rem ipſam ſibi capiet, nec tenebitur, intereſſe accepto, eandem ſecundo reſtituere, qui dominium cum hac qualitate reuocationis quæſiuit. Quæ comprobari poſſunt ex dictis *ſup. num.* 14. quemadmodum enim venditor tenetur præciſè tradere, quoties poteſt: ita etiam cùm res ipſa obligatur ad contractus implementum, ſi haberi poſſit, emptori eſt præſtanda; quod ius in re iam radicatum, per ſubſequentem alienationem venditoris auferri non licuit, *l. id, quod noſtrum, ff. de reg. iur.*

46 Quam communem reſolutionem, ampliabis ad generalem bonorum obligationem, quæ ſatis erit, vt primus emptor ſimiliter præponatur; Merlin. cum alijs, *n.* 4. maximè accedente iuramento, idem *n.* 5. Vincent. Mancin. *de iuramenti effect.* 175.

47 Hæc ita vera ſunt, vt procedant, quanquam ſecundus emptor cum pacto eodem, ac hypotheca contraxiſſet, & poſſeſſionem rei prius obtinuiſſet. Merlin. *num.* 6. Guttier. *num.* 2.

48 Sed ſi in primo contractu nulla ſit hypotheca, licèt venditor non alienare promiſerit, ſi alteri vendat, & tradat, hic erit potior, per *dict. l. quoties*; cùm per pactum illud, nec ius in re quæratur, vt notum eſt, nec dominij translatio impediatur; Caſtill. *ſup.* Hermoſill. *vbi proximè, numer.* 34. Anton. Gom. *ſup. verſ. Quintò principaliter*, Merlin. *ex n.* 12. vbi plures caſus congerit, in quibus pactum prædictum impedit dominij translationem.

Ibi: *Verè opinantes, priorem in hypotheca.*

Vbi res eadem duobus obligatur, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, quamuis poſteriori res tradatur, ut habetur expreſſim *in l. creditor* 12. *§. fin.* aliàs *l. ſi prior* 1 . *fin. ff. qui potior.* & tenent Ant. Gom. *d. n.* 20. *verſ. Septimo principaliter*, Merlin. *de pignorib. lib. 4. q.* 103. *n.* 5. Negulant. *eod. part. 5. memb. 1. n.* 46. Guttier. *vbi proxime*, Mantic. *de ta. et. connent. lib.* 11. *tit.* 22. *num.* 1. Molin *d. diſp.* 369. *n.* 8. Pacific *de Salnian. interd. inſpect.* 3. *cap.* 2. *n.* 22. Bolaños *in commerc. terreſtr. part. 2. lib. 5. cap.* 12. *n.* 47. Oportet tamen vt ad ſecundum creditorem perueniatur, quod excutiantur bona debitoris *l.* 14. *tit.* 13. *part.* 5. vbi Greg. Lop. *gloſ.* 5 Ex quibus deducitur, in hypothecis locum non habere deciſionem *d. l. quoties*, quoniam abſque traditione ius in re quæritur creditori, vt aduertunt Merlin. Molin. & alij, *ſup.* In o ſi rem quis vendat, eámque poſtea obliget, ac obligatam emptori tradat, creditor ius hypothecæ in re alienata illibatum habebit, vt præferatur emptori; Gloſ *in l.* 1. *verb. perfectum*, *C. de iur. Fiſc. lib.* 10. Bolaños *vbi proxime*, *lib.* 2. *capit.* 3. *numbr.* 36. — 49

Verſ. *Octauò, non eſt prætermittendum.*

Si quis cùm dominus non ſit, vendat, ac tradat rem, poſteàque eius dominium nanciſcatur, ille, cui fuit tradita, dominus efficitur ex contractu, ac traditione præcedenti, quæ per ſuperuenientem titulum confirmatur, Ant. Gom. *d. verſ. Septimò, principaliter*, Fachin. *controuerſiar. lib.* . *c.* 53. *verſ. Primus articulus*, Didac. Brito *tract. de locat. in rubric. part.* 2 *§.* 4. *n.* 5. Quod procederet, etiamſi emptor ſciret, rem alienam eſſe, quia venditio talis adhuc inter ſcientes valet, niſi furtiua ſit; *l. rem alienam, ff de cont. emption l.* 19. *tit.* 5. *part.* 5. vbi Gregor. Lop. *gloſ.* 1. & *ibi* Hermoſill. latè ex *n.* 2. Quid in pignore: docet Merlin. *ſup. lib.* 2. *q.* 2. & videas, quæ notauimus *ſup. n.* 3. *ad fin.* — 50

Verſ. *Nonò, eadem profectò ratione quæritur.*

Eſt præmittendum, in locatione ad longum tempus, id eſt, ad decennium, vel vltrà, dominium vtile in conductorem tranſire, vt dictum fuit *ſup. hoc lib. c.* 16. *num.* 10. 15. Quare cum per traditionem ius in re accipienti acquiratur, dubium non eſt, quin in illa locus ſit conſtitutioni *d. l. quoties*, vt notarunt Caſtill. *d. c.* 89. *n.* 44. Mozz. *ſup. tit. de locat. cap. de naturalib. locat. n.* 11. Tuſch. *lit. L, conc.* 429. *n.* 1. Cardol. *in prax. iudic. verb. emptio, n.* 17. — 51

In locatione verò ad modicum tempus ceſſat prædicta ratio, quia conductor ius in re non quærit, *l. non ſolet, ff. locat.* quare dubitari ſolet, quis præferendus ſit ex duobus conductoribus, quorum vnus prior contraxit, alter verò poſterior, ſed huic res locata tradita eſt, quam ille non accepit? & cum *D. Couar.* Card. Lug. *ſup. n.* 166. Salas *de contract. lib. tract. de emption. dub.* 46. *num.* 3. & communi tenendum eſt, quod ſi ſecundus conductor rei, quam recepit inſiſtat, & à primo conueniatur, poterit ſe defendere quoniam etſi dominus non ſit, nec proprio nomine poſſideat, ſufficit illa detentatio, vel alij, qui in ea non eſt, præponatur, cum ſecundus conductor nullam aduerſus eum actionem habeat, abſque qua nemo in iudicio permittitur experiri; vt aſſeruimus *lib. 1. cap. 6. num.* 6. Secùs, quando ipſe, cui fuit res tradita, concurrit cum primo conductore agens, vel ab eo petit; tunc enim ſuperabitur ex ratione tradita, ſcilicèt, quia per traditionem ius in re nullum comparauit. Ita docent Anton. Gom. *d. c.* 2. *n.* 20. Greg. Lop. *in d. l.* 50. *gloſ. 1. poſt princip.* Flores de Mena *in addit. n* 1 Gom. *deciſ.* 130. Matta *in votis deciſiu. vot.* 25. *à num.* 12 Hermoſill. *d. gloſ. nu.* 3. 4. Anton. Fab. *de errorib. docnd.* 3. *e vor.* 1 . *n* 24. Bolaños *ſup part. 5. lib. 3. cap. 5. nu.* 6. Aug. Barbol. cum alijs, *in collectan. ad d. l. quoties, n.* 7. Quod itidem procedit in locatione operarum, nam ille potior erit, cui primùm cœperint exhiberi, modò ab exhibitione ceſſatum non ſit: Ant. Fab. *n.* 25. Bolanos *ſup. c.* 2. *n.* 11. — 52

Sunt nihilominus qui à communi recedunt, opinati, primum conductorem præferendum eſſe ſecundo quanquam hic in poſſeſſione rei vtique locatæ ſit; vt Gam. *d. deciſ.* 130. — 53

deciſ. 30. *num.* . Cenall *tom.* 2. *quaſt.* 756. *num.* 58. Tuſch. Mozz. & Cardoſ. *vbi proximè*, quibus aſſentiendum non eſt.

54 Vbi autem neutri res tradita eſt, tunc proculdubiò prior tempore, potior eſt inter, quemadmodum in venditione obſeruatur, B[illegible] *in l. emptorem, col.* 1. *C. de locat.* Molin. *d. diſp.* 369. *num.* 1. Bo[illegible], *d. num.* 6. & alij *ſup.* At communis conclusio limitatur, quando primus conductor cum hypotheca etiam generali contraxit, qui poterit à ſecundo poſſeſſore [illegible] auocare, Ant. Gab. *n.* 29. Meus, Fab. Gama *ſup.* Hermoſ. *n.* 5,

Verſ. Demùm, an ſit locus.

55 Si quis rem vendiderit Titio, iureiurando contractum confirmans, ac deinde eandem Sempronio vendat, & tradat, Sempronius potior erit; iuxta *d. l. quoties*, quæ, etiamſi iurata ſit prima venditio, procedit, nam etſi venditor deterius faciat violans religionem iuramenti, actus tamen, cuius naturam iuramentum non immutat, ſubſiſtit, nec ſecundo emptori iniquitas aliena obeſſe debet. Ita docent D. Couar. *de ſponſalib. part.* 1. *cap.* 5. *in princip. n.* 10. Molin. *ſup. nu.* 10. Anton. Gom. *vbi proximè, verſ. Septimo principaliter.* Leſſ. *d. dubit.* 10. *n.* 140. *verſ. Dico ſecundo.* Morla *ſup. n.* 48. Sanch. *in Decalog. lib.* 3. *c.* 17. *num.* 17. Menoch. *conſ.* 84. *n.* 19. Rebell. *de obligat. iuſtit. lib.* 9. *qu.* 17. *ſect.* 3. *n.* 22. Anton. Gab. *n.* 3. Mattie. *ſup. lib.* 4. *tit.* 3. *nu.* 7. Hermoſill. *n.* 8. Guttier. *d. cap.* 30. *nu.* 4. Pet. Barboſ. *in rubric. part.* 2. *n* 85. *ff. ſolut. matrimon.* Roland. *conſ.* 6. *n.* 24. *lib.* 1. Aug. Barboſ. *ſup. n.* 10, vbi alij, Dicaſtill. *n.* 166. Card. Lug. *num.* 166.

56 Idem iuris erit, ſi in venditione adijciatur pactum de non alienando cum iuramento, adhuc enim ſecundus emptor, cui tradita ſit res, præfertur: Guttier. *d. num* 4. *ad fin.* Ferrar. *d. caut.* 48. *n.* 2. Roland. *n.* 25. 26.

57 Addit D. Couarr. *vbi proximè*, quòd iuramentum primæ venditioni adiectum operabitur, quòd prior emptor poſſit ſe opponere, ne res ſibi vendita alteri tradatur, quod abſque iuramento non liceret; vt ſentiunt Bald. *in cap.* 1. *num.* 3. *tit. quid ſit inueſtit. in vſib. feud.* Iaſ. *in d. l. quoties*, *num.* 3. Anton. Gom. *ſup. verſ. Quintò, principaliter*, Matienç. *in l.* 7. *gloſ.* 6. *n.* 24. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilat.* quos refert, & ſequitur Hermoſill. *n.* 19. Nihilominus D. Couar. aſſertionem æquiſſimam, ac probabilem credo, nedum iuramento interueniente, ſed etiam eo ſecluſo, præmiſſa communi ſententia, quam *ſup.* cum D. Couar. probauimus, *num.* 14 nam cùm venditor teneatur præcisè ex vi contractus ad rem tradendam, etſi validè ſecundò alienet, iniquè facit, & malitijs hominum indulgendum non eſt, ſed obuiandum, *l. in fundo* 39. *ff. de rei vendicat.* maximè cum contractus ſit bonæ fidei, in quo potius attendendum eſt, quòd bonum ſit, & æquum, quam iuris ſtricta obſeruatio, ſub qua ſolet perniciosè errari, vt ait Conſultus in *l. ſi ſeruum* 9. §. *Sequitur*, ibi: *Eſt enim hæc quæſtionem de bono, & æquo, quo in genere plerumque ſub authoritate iuris ſcientiæ perniciosè erratur. ff. de verbor. obligat.* Nec aſſequor rationem, propter quam primus venditor agere non poſſit, vt ſibi fides ſeruetur, & vt præferatur ſecundo emptori, quo potior eſt iure.

58 Nec ſatisfacit, quòd tradit Anton. Gom. *ſup.* nam etſi venditor per ſecundam alienationem dominium, ſequuta traditione, transferat, id illicitè facit, & iuris naturalis, & ciuilis obſeruationem violat, dum fidem frangit, & ideò punitur, vt ſtatim dicemus; ſecunda enim venditio, & alienatio, eſt ex illis, quæ etſi prohibeantur fieri, facta tenent, vt plurima alia in iure reperiuntur; *l. patre furioſo* 8. *ff. de his, qui ſui, vel alien. iur. ſunt.* vbi notatur, aliquin nullam pœnam mereretur, ſi iure permittente venderet; *l. Gracchus* 4. *C. ad leg. Iul. de adulter.* Vndè primus emptor audiendus erit, ſi, vt ius ſuum tueatur, petat, vt per Iudicem ſecunda alienatione prohibita, ſibi, qui potior eſt, res tradatur, vt fraus venditoris euitetur.

59 Alium effectum iuramenti tradit *ibidem* D. Couarr. *diſt. n.* 10. ſcilicet, quod emptor primus extraiudicialiter venditorem interpellet, & ſic à venditione, vel traditione futura ad Iudicem Eccleſiaſticū appellet, cuius forum ratione iuramenti ſecularis ſortitur; *cap. fin. de for. compet. in* 6. Quo fiet, vt alienatio, tanquam appellatione pendente, ſit nulla *cap. bona memoria* 51. *de appel. &c.* de quo per D. Couar. *practicar. cap.* 24. *n.* 5. Appellari enim extraiudicialiter à futuro grauamine poteſt; Sigiſmund. Scaccia *de appellat. q.* 5. *n.* 115.

Ad præmiſſorum intelligentiam, & *d. l. quoties*, declarationē, nonnulla pro coronide addere opus eſt. *Primò*, deciſionem *d. l. quoties*, & quæ circa eam dicta ſunt, locum habere, etſi venditor dominus non ſit rei venditæ, *l. ſiue autem* 11. §. *Si duobus ff. de publician. in rem act.* Ant. Gom. *d. n.* 20. *verſ. Tertio, principaliter extende*, Gregor. Lop. *in d. l.* 50. vbi textus, *Iaſ.* [illegible] *tit.* 5. *part.* 5. Anton. Gab. *d. conc.* 2 *num* 9. Sed ſi a diuerſis non dominis duo emerint, ille præfertur, qui poſſidet, cùm de re in iudicio expetitur, *d.* §. *Si duobus.* Aliquando tamen ſolet intereſſe, an dominus ſit, qui duobus vendit, vel non, vt videbis *ſup. n.* 42. *&* 43. 60

Secundò, quòd ſi res vendatur Caio ſub conditione, ipſique tradatur, non vt ſtatim eius fiat, ſed adueniente conditione, poſteaque eadem Sempronio purè vendatur, & tradatur; etſi conditio poſtea aduenerit, Caius ſuccumbet, nec eſt retrotractioni locus: Aug. Barboſ. *in collectan. ad d. l. quoties, n.* 26. & faciunt quæ ſunt *ſup n.* 7.

Tertiò, vendentem rem eandem duobus, crimen committere, & pœna falſi coërceri, *l.* 7. *tit.* 7. *part.* 7. vbi Gregor. Lop. Molin. *d. diſp.* 369. *n.* 2. *in fine.* Cæterum cum ſtellionatus reum fieri, atque ita pro Iudicis arbitrio puniendum, docent late Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cas.* 381. *ex n.* 7. Farinac. *in prax. crimin. q.* 150. *de falſitat. & ſimulat. nu.* 219. *cum ſeqq.* qui multipliciter limitant, & inter alias illa eſt inſignis limitatio, quod ſi emptor tempore debito pretium non ſoluat, licebit venditori rem venditam alij diſtrahere, quod præter eos adnotarunt Gratian. *diſceptat. c.* 523. *ex n.* 5. Surd. *deciſ.* 220. *n.* 16. 17. Hermoſill *d. gloſ.* 2. *n.* 45. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 13. *numer* 6. vbi ampliat, etſi res emptori tradatur, Auguſt. Barboſ. *numer.* 28. quo caſu, poſterior emptor etiam abſque traditione præponetur priori, quia à primo contractu receſſum eſt ob eius culpam. 61

Præterea non incurret pœnam vendens duobus rem eandem, ſi per errorem id faciat, exiſtimans ſecundum emptorem eſſe illum, cui priùs vendiderat, quia in delictis non inſpicitur euentus, ſed voluntas; *l. Diuus* 14. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* quem caſum proponit Gregor. Lop. *in dict. leg.* 50. *gloſſ.* 1. *poſt princip.* docens non eſſe locum *dict. leg. quoties*, ſi venditor eo errore ductus rem iterum vendat, & tradat alteri, putans primum emptorem eſſe; opinatur enim, non obſtante traditione priorem eſſe, qui primò contraxit: (De qua limitatione poteſt dubitari, niſi dolo ſecundi emptoris venditor deciperetur, qui cum cauſam contractui dediſſet, nulla eſſet venditio, *leg. eleganter* 7. *ff. de dol.* ex quo ius in re nunquam doloſo quæſitum eſt; vt primo, qui validè emit, præferatur:) nec enim error ille circa perſonam emptoris irritat venditionem, cum non verſetur quoad ſubſtantialia contractus, etiamſi aliàs venditor non eſſet contracturus, Sanchez *de matrimon. tom.* 2. *lib.* 7. *diſputation.* 18. *numero duodecimo* Franc. de Lug. *in princip. Moralib. part.* 2. *capit.* 5. *quæſtion.* 1. *num.* 1. Guttierez *de matrimon. capit.* 89. *num.* 2. Atque ita videtur dictæ legi, *quoties*, locus eſſe, vt poſterior emptor præferatur. 62

AD CAPVT XX. ET VLTIM.

De Immunitate Eccleſiaſtica.

SVMMARIVM.

1 *DD. de immunitate agentes.*
2 *Immunitatis etymologia.*
3 *Quotuplex ſit.*
4 *Immunitatis violator habetur, qui Eccleſiaſticorum exemptiones infringit.*
5 *Inter immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticā diſcrimen.*

6 *Immunitas Eccleſiæ quoad tuendos reos definitur.*
7 *Ius Diuinum duplex.*
8 *Immunitas an ſit de iure Diuino? ad n.15.*
16 *A quo tempore cœpit.*
17 *De ciuitatibus refugij Hebræorum, & n.18.*
19 *Principum ſecularium conſtitutiones ad Eccleſiarum immunitatem præciſe non deſiderantur.*
20 *De Aſylis Gentilium, & ſ, ac ad n.23.*
24 *Quoad immunitatem cui iuri ſtandum ſit.*
25 *Vt Eccleſia gaudeat immunitate, ſolum requiritur, eſſe Epiſcopi authoritate conſtructam, n.26.*
27 *Eccleſia incepta, vel deſtructa, quando gaudeat immunitate?*
28 *Polluta, & interdicta gaudet.*
29 *Quid de ea, quæ eſt apud Infideles?*
30 *Circa immunitatem quid poſſit conſuetudo. Et n.31.32.*
33 *An Bulla Gregorij XIV. conſuetudines contra immunitatem ſint ſublatæ?*
34 *Vtrum immunitas ſit coarctanda? ad n.37.*
38 *Eccleſia gaudet immunitate, etſi in ea ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum continuò non ſeruetur.*
39 *Quid nomine Eccleſiæ quoad immunitatem contineatur? ad num.52.*
53 *Confugiens ad Sacerdotem portantem ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, vel Extremam Vnctionem, an immunitate iuuetur? & n.54.*
55 *Regulariter rei quorumcunque criminum Eccleſiæ immunitate iuuantur.*
56 *Occidens proditoriè. Immunitate eſt indignus, & quid de vulnerante? ad n.75.*
62 *Clericus proditoriè occidens non eſt degradandus, ad num.64.*
65 *Clericus ſecularis Maieſtatis reus num ſit degradandus?*
74 *Inferens proditoriè atrocem iniuriam an dignus immunitate ſit?*
76 *Homicida deliberato animo, vel non ex propoſito occidens abſque proditione, an immunitate iuuetur? ad n.79.*
80 *Raptores virginum gaudent immunitate. & n.81.*
82 *Aſſaſſini non iuuantur immunitate, de quo latiſſimè.*
103 *Pœna* cap.1. de homicid. in 6. *an comprehendant, quos hodiè aſſaſſinos vocamus?*
104 *Aſſaſſini qui fuerint.*
105 *Summus Pontifex an poſſit pœnas imponere temporales laicis, qui eius iuriſdictioni temporali ſubiecti non ſunt?* 106.
107 *Pœna* cap.1. de homicid. in 6. *Imperatorem, Cardinales, & Archiepiſcopos comprehendunt.*
119 *Diffidatus quis dicatur, & an poſſit occidi licitè à patre, filio, vel fratre?*
111 *Princeps Eccleſiaſticus abſque irregularitatis periculo condere poteſt legem irrogantem pœnam ſanguinis, ſed non ferre ſententiam mortis, aut mutilationis in aliquem: vbi & alia huc ſpectantia de Confeſſario, Doctore, ſcribente, & ſimilibus.*
113 *Homicidæ aſſaſſini pœna.*
119 *Excommunicatus immunitate non priuatur.*
120 *Idem eſt de Interdicto.*
121 *Quid de infidelibus? ad num.124.*
125 *Quid de Hæreticis? ad num.127.*
128 *Qui ad Eccleſiam confugit, iuſtitiæ miniſtris cum perſequentibus, immunitate gaudet.*
129 *Reus, qui captus ducitur per Eccleſiam, immunitate non iuuatur. Idem eſt de muliere in Monaſterio carcerata.*
130 *Reus fugiens à manibus ſatellitum, aut per vim ab alijs ereptus, immunitate gaudet? & n.131. & 132.*
133 *Item effractor carceris.*
134 *Quid de damnato ad triremes, vel in metallum, n.135.*
136 *Immunitate an gaudeat, qui, iuramento præſtito de redeundo ad carcerem, ab eo exiuit.*
137 Extrauag. Ambitioſæ, *ſeries refertur.*
138 *Depopulatores agrorum immunitate priuantur: ad n.140.*
141 *Item publici latrones, & quid de furibus? ad n.145.*
146 *Reus læſæ Maieſtatis immunitate non iuuatur.*
147 *An ob caſus ſimiles expreſſis in iure immunitas denegetur? n.148.*
149 *Debitores an ſint in Eccleſia tuti? ad n.160.*
161 *Committens in Eccleſia, aut propè eam delictum, quando immunitate priuetur, ad n.190.*
185 *Qui exiſtens ob crimen ſub Eccleſiæ tutela exit ad delinquendum, immunitate redditur indignus.*
186 *Contrectans rem furto ablatam in Eccleſia, vtrum priuetur immunitate, & quid de furante in Eccleſia? ad num. 90.*
189 *Reus ad locum delicti eſt remittendus*
190 *Quid de fure?*
191 *Clericus an immunitate Eccleſiaſtica defendatur? ad numer.194.199.*
195 *Clericus ex quibus delictis traditur Curiæ ſeculari? ad num.198.*
200 *Mandans fieri delictum exceptum immunitate non priuatur.*
201 *Reus intra Eccleſiam exiſtens, quando poſſit alligari, vel cuſtodiri.*
202 *Non poteſt ad aliquam pœnam corporalem damnari.*
203 *Quid poſſit Iudex laicus quoad bona eius, qui eſt in Eccleſia ob delictum, & n.204.*
205 *Eccleſia, vbi eſt delinquens immunitate gaudens, cuſtodes apponere non licet, vt illi exhiberi alimenta non poſſint; de quo ad n.208.*
209 *Apprehendens vectem, vel ferram ianuæ Eccleſiæ, gaudet immunitate.*
210 *Proijciens ſe ex loco priuato in locum immunem, ſi capiatur antequam terram tangat corpore, immunitatem obtinet.*
211 *Quid de eo, qui ab Eccleſia per partem veſtis extrahitur?*
212 *Quid ſi extrahatur per partem corporis?*
213 *Iudex laicus an poſſit propria authoritate reum ab Eccleſia euellere? ad n.215.*
216 *Iudex laicus punire valet delictum in Eccleſia à laico commiſſum.*
217 *Item & Eccleſiaſticus ob ſacrilegium.*
218 *Confugiens ad Eccleſiam cum armis vetitis, gaudet immunitate, & an arma à ſeculari Iudice auferri queant? ad num. 222.*
223 *Armorum vſus vetitus; & num. 224.*
225 *Iudex laicus an valeat exigere à Clericis pœnam propter armorum prohibitorum delationem.*
226 *Quid ſeruetur in Gallia?*
227 *In Hiſpania Iudices laici Clericos armis ſpoliant.*
228 *Clericus exercens venationem prohibitam an poſſit per iudicem ſecularem inſtrumentis ſpoliari? n.229.*
230 *Quid in Gallia circa extractionem reorum ab Eccleſijs obſeruetur.*
231 *Immunitati Eccleſiaſticæ an poſſit quis renuntiare? numer. 232.*
233 *Eccleſia ante omnia debet reſtitui in cauſa immunitatis, ſi ſpolietur, etſi reus crimen exceptum admiſerit.*
234 *Vtrùm violetur immunitas Eccleſiaſtica, ſi reus volens intra locum ſacrum capiatur.*
235 *Aliquando licet armis immunitatem Eccleſiaſticam tueri.*
236 *De pœnis violantium immunitatem, remiſſiue.*
237 *Quis Iudex ſit competens in cauſa immunitatis.*
238 *Concedere facultatem extrahendi reum gaudentem immunitate, nullus niſi Pontifex poteſt.*
239 *Oratoria an immunitatem habent? an tribuna, & palatia Principum ſecularium?*
240 *Reus non legitimè euulſus ab Eccleſia, num ſit eidem loco ſacro præciſè reddendus.*

DE immunitate Eccleſiarum quatenus Aſyla delinquentibus extant, pleniſſimam exhibent cognitionē 1
P. Suarez *de Religion. tom. 1. tract. 2. lib. 3. de reuerent. debit. loc. ſacris, cap. 8. cum ſeqq.* Farinac. *de immunit.* Bonac. *in ſumm. tom. 3. diſp. 1. q. 3. punct. 16.* Decian. *tract. criminal. to. 2. lib. 6. c. 23.* Dian. *reſolut. moral. part. 1. tract. 1. & part. 3. tract. 1. & part. 4. tract. 1. reſolut. 40. cum alijs, & part. 6. tract. 1* Anaſtaſ. Germon. *de ſacror. immunitat.* Thom. Delbene *de immunitat. Eccleſiaſtic. tom. 1. c. 16.* Iul. Clar. *in prax. crimin. §. fin. quæſt. 30.* Bobadill. *in politic. tom. 1. lib. 2. c. 14.* Pel 122.
ia

in manual. Regular. tom.2. tract.8. cap.1. omiſſis pluribus, quos congerit Barboſ. *in collect. ad titul. de immunit. Eccleſiar. in rubric.*

Ad Num. 1

2 Immunia dicitur, quaſi munia non exhibens, aut onus non ſupportans, Delbene *ſup. to.1. capit.1. dub.1. numer.1.* Vel poteſt dici quaſi non communis, quoniam extra leges communitatis eſt, ſic priuilegia Eccleſiæ immunitatem Eccleſiaſticam nuncupamus.

Ibi : *Sic immunitas Eccleſiaſtica.*

3 Cùm Eccleſia quæuis Miniſtros, bona, & materiale ædificium, ſiuè templum habere noſcatur, ſingulis his rebus pro cuiuſque natura diuerſæ, nec paucæ, prærogatiuæ competunt, quæ immunitatis, ſiue libertatis Eccleſiaſticæ nomine ſignificantur; ſic hæc diuiditur in perſonalem, realem, & localem, vt obſeruat Delbene *vbi proximè n.9.* Bonacin *dict. tom... diſputat.1. quæſtion.16. punct.1. num.* . Compend. Dian *verb. Immunitas, in princip.* vbi additur alia, quæ actionalis vocatur. Hæc immunitas in genere nihil eſt aliud, quàm *exemptio Eccleſiæ ab oneribus, operibus, aut vſibus eius dignitati vel immunitati repugnantibus,* Suarez *dict. cap.8. nu.1.* Bonacin. *d. diſputation.2. quæſtion.3. punct.16. §.1. n.2.* Aliter definit Delbene *dict. dubit.1. num.2.* qui immunitatem eſſe ait, *ius, quo locus, res, vel perſona Eccleſiaſtica à communi onere, aut obligatione exempta ſunt.*

Ibi : *Neque id temere admonemus.*

4 Immobiliati iuris eſt, pœnas violantium immunitatem Eccleſiaſticam contrahere, qui Eccleſiaſticorum exemptionem, & libertatem infringunt, quare in *Bulla Cœnæ canon.18.* pœna excommunicationis irrogatur in illos, qui perſonas Eccleſiaſticas grauauerint directè, vel indirectè: & *canon.15.19.* Similiter puniuntur, qui eaſdem ad forum ſeculare trahere præſumunt, aut trahi, directè, vel indirectè procurant, de quibus Delbene *d. cap.1. dubitat.4. ſection.1. & cap.8.* Bonacin. *dict. quæſtion.16. in princip. & ſect.2. punct.2. n.1. cum alijs, & q.19. per tot.*

Ibi : *Tametſi Caietanus verb. Immunitas.*

5 Quod inter immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam hæc verſetur differentia; vt prima, ad Eccleſias ipſas, ſecunda, ad Eccleſiaſticos referatur, cum *Caietano* opinantur Farinac *ſupra, cap.* *num.3.* Marius Italia *de immunitat. lib.1. cap.6. à num.* . Sed inter illas nullum eſſe diſcrimen, ſed promiſcuè ea nomina vſurpari *D. Couarruu.* adhærentes aſſerunt Peregrin. *eodem tractat. cap.1. num.4.* Bonacin. *ſupra, d.q.3. punct.1. §.1. num.2.* vbi teſtatur ſic in *Bulla Gregorij XIV* obſeruatum eſſe. Illud tamen verum eſt, quod per antonomaſiam verbum *immunitas* pro exemptione Templorum accipitur, vt aduertit Suarez *vbi proximè.*

Ibi : *Nos verò hoc in capite.*

6 Omiſſa cum Domin. Couarruu. ea immunitate, ſiuè libertate Eccleſiaſtica, quæ ad perſonas, & bona ſpectat, de qua latiſſimè ac nouiſſimè Delbene qui duo edidit volumina, Bonacin. *d. quæſtion.16. cum ſequentibus*, Auguſtin. Barboſ. *de iur. vniverſ. Eccleſiaſtic. libr.1. cap.39.* Dian. *part.1. tractat.2. per tot.* agendum eſt duntaxat de immunitate, qua fruguntur delinquentes, qui ad Eccleſias, vel alia pia loca confugiunt; hæc autem definiri ſolet, quòd ſit *Priuilegium locis ſacris conceſſum, vt omnes ibi exiſtentes exempti ſint à laica poteſtate, nec inde aliquis inuitus extrahatur*; Bonacin. *dict. quæſt 3. punct.16. § 1. à numer.1.* Pellizzar. *dict. cap.5. ſect.1. numer.1.* Remig. de Gonni *de immunitat. Eccleſiaſtic. numer.3.* Præter quod priuilegium, alia Eccleſijs materialibus competunt, quæ omnia ſub immunitate locali continentur, vt notat, & explicat Suarez *dict. capit.8. ex numer.3.*

Ad Num. 2.

Eſt ſupponendum cum Suarez *ſupra, à num.9.* ius diuinum aliud eſſe naturale, quod ſcriptum eſt in humanis cordibus, vt Deum colere, parentibus obedire, liberos educare, & alere, *leg. veluti 2. ff. de iuſtit. & iur. §. Ius naturale, Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.* & aliud poſitiuum à Deo ſcilicet per exteriorem aliquam legem inſtitutum, vt ex veteri, & nouo Teſtamento apparet. 7

Immunitatem Eccleſiarum non eſſe de iure naturali, ſiuè diuino, probatur ex eo efficaciſſimè quod delinquentes à Templis per vim extrahere, modò in contemptum domus ſacræ non fiat, intrinſece malum non eſt, nec aliqua irreuerentia committitur ſecluſo iure poſitiuo, vt conſtat ex eo, quòd in caſibus permiſſis per talem extractionem nihil irreuerentes agi cenſentur. Vnde apparet, hoc non eſſe prohibitum, quia malum, & iuri naturæ contrarium; ſed malum, quia prohibitum. Præterea actio illa extrahendi reos inuitos non eſt iniuſta, nec indecens in tali loco præſertim neceſſitate vrgente, ne delicta maneant impunita, nec locus ipſe ex vi ſuæ conſecrationis peculiare ius acquiſiuit ad tuendam illuc confugientes, niſi ab aliquo habente poteſtatem concedatur, ex ſolo autem iure naturali non inuenitur principium, ex quo conſtet illi conceſſum, neque intereſt, quod de iure hoc ſit Deum colere, cum non ſimiliter ex ipſo appareat, hoc genus cultus eſſe tribuendum, quibus rationibus vſi ita cum *Dom. Couarruu.* tenent Suarez *vbi proximè*, Bonacin. *dict. punct.16. §.2. num.2* Delbene *d. cap.16. dubitat.2. ex num.1.* quibus accedunt Decian. *cap.25. num.2.* Farinac. *tract.15. c.6. quæſit.8. num.149.* Peguera *in prax. criminal. cap.16. num.1.* Fagundez *precept.2. lib.4. c.4. num.2.* Guazz. *de defenſion. reor. defenſion.12. cap.29. num.1.* Pereira *de manu Regia, part.2. cap. 0. num.1;* Becan *in analog. nou. & veter. Teſtament. capit.19. num.9.* Bobadill. *dict. cap.14. num.3.* In quo omnes ferè conueniunt; nam etſi plures ſentiant immunitatem eam eſſe de iure diuino, intelligunt de poſitiuo ex legis veteris præcepto, non de naturali, Gutierrez tamen *practicar. lib.1. cap.1. num.9.* Lotter. *de re beneficiar. lib.1. quæſt.13. num.77.* opinantur eſſe de iure naturali, quia omnes gentes Templis veri Dei, vel falſorum numinum huiuſmodi immunitatem conceſſerunt; ex quo ſolum probatur eſſe de iure gentilium ſecundariò. Domin. Couarruu *hic* agit de iure naturali, ſeu diuino, quod *gentium* ſolet nuncupari, ſumpta denominatione ab illis, qui eo vtuntur, *leg.1. §. vltim. ff. de iuſtit. & iur.* propriè verò dicitur naturale à natura, vel diuinum à Deo conditore, *d. l.1. §. ius naturale, §. ſed naturalia*, ibi : *diuina quadam prouidentia conſtituta, Inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil.* Gentium à gentibus, quæ illud conſtituerunt, *§. ius autem gentium, Inſt. eod.* quia ius denominari debet à conſtituente, à quo vim obligandi, & authoritatem obtinet, *d. §. ſed & naturalia.* Hæc dixiſſe ſufficiat, vt ſatisfiat illis, qui *D. Couarr.* impugnant, ius gentium cum naturali confundentes. Nam etſi ius gentium ſoleat naturale ſecundarium appellari, id minus propriè, & docendi gratia dicitur. 8

Nihilominus diffitendum non eſt, quin iuri naturæ valdè ſit conſentaneum, hanc reuerentiam domibus ſacris, vbi Diuina colitur Maieſtas, exhiberi; atque ita de iure naturali quodammodo dici poteſt, vt aduertunt Delbene *vbi proximè, num.6.* Bonacin *ſup. verſ. Dixi in propoſitione*, qui *verſ. ſeq.* probabile reputat, quòd immunitas de iure naturali, & diuino ſit, ſaltem in genere. Id verò extra dubium eſt, quòd ſuppoſita lege poſitiua, iuri naturali contrauenitur, quoties immunitas Eccleſiarum violatur per extractionem delinquentis, quoniam ius illis legitimè quæſitum aufertur; vt obſeruat Suar. *vbi ſup.* quemadmodum aduerſus ius naturæ faceret, qui rem vſucapione comparatam domino auferret, quanquam vſucapio de iure naturali non ſit, ſed ciuili, *l. vnic. C. de vſucap. transformand. §.1. Inſtit. de vſucapion.* Adde dicta *infra, n.14.* 9

Verſ. *Secunda concluſio.*

Eſt non leuis controuerſiæ, an immunitas Eccleſijs 10
Chriſtianorum conceſſa, iuris diuini poſitiui ſit: Et omiſſa

eas,

ea, quæ proſpicit perſonis, & bonis; de qua fusè poſt alios Delbene *tom.* 2.*c.*1. *dubit.* 2. Dian. *part.*1. *tract.*1. *reſolut.* 1. quoad illam, quæ ad tuendos delinquentes attinet, eſt affirmatiua communis ſententia, quam ſuſtinent Gonni *ſupra, n.*5. Caualcan. *de brach. Reg. part.*2. *n.*31. Dian. *ſuprà, par.*4. *tract.*1. *reſolut.*44. Genuon. *lib.*3. *cap.*56. *nu.*3. Guttierr, *ſuprà, n.*8. Farinac. *c.*1. *n.*9. Mariuc. Italia *lib.*1. *c.*1. Cardinal. Tuſch. *lit.* I, *concluſion.* 59. *n.*1. Cencd. *Canonic. quæſtion. q.*42. *n.* . Chartar. *crimin. deciſ.*46. *n.*34. & alij, qui, vt notant Abulenſ. *ſuper* Ioſ. *c.*20. *q.*7. & Suar. *d.c.*8. *n.*11. maximè mouentur ex eo, quod in lege veteri Templum Domini fuit ad illud confugientibus Aſylum à Deo conſtitutum, vt colligitur ex illo Exodi 21. *verſ.*13. *Conſtituam tibi locum, in quem confugere debeat.* Reg. *lib.*3. *c.* 1. *verſicul.*50. & *cap.*2. *verſ.*28. ex quibus conſtat, Adoniam, & Ioab in Templi Tabernaculum ſe recepiſſe, vt Salomonis imminentem vindictam fugerent. Ad idem probandum alia ſacra teſtimonia faciunt adducta per Decianum *vbi proximè*. Vnde putant quod, ſicut tunc immunitas erat iuris diuini, ita & hodiè ad illud pertineat.

11 Sed oppoſitum iure defendunt Suarez *ſuprà, num.*10. 11. Lotter. *d. quæſtion.*13. *n.*77. Delbene, Bobadill. Decian. & omnes alij quorum memini *ſuprà n.*8. ea rationibus, quibus *in præſenti* Domin. Couarruu. innititur, quem cæteri ſequuntur. Ad fundamentum contrariæ opinionis poſſet reſponderi ex Abulenſ. *vbi proximè*, qui aſſerit Templum in lege Moyſi, non fuiſſe à Deo Aſylum conſtitutum, cuius opinionem probabilem dicit Suarez *n.*10.

Sed tenendo communem aduerſus Abulenſem, quam Suarez, Becan. & alij probant, dicendum eſt, quòd immunitas illa ad præcepta iudicialia, ſeu cæremonialia pertinebat, Suarez, & Decian. *vbi proximè*. Bonacin. *d. punct.*16. §. 1. *num* 2. *verſic. Quod verò*, Beyerlinck *in theat. vit. human. Verb. Aſylum, colum.*3 *lit. C, verſicul. Olim tamen.* Quæ omnia morte Chriſti ceſſarunt, vt præfati DD. docent, Delbene *ſuprà, dict. c.*16. *dubit.*2. *num.*5. & dixi *lib.*1. *cap.*17. *nu.*8. Nec per Eccleſiam, vel alium ſuſcitari poſſunt, vt vim legis diuinæ obtineant, ſic tamen vt tanquam de nouo inſtituta obſeruentur, & tunc nullam maiorem obtinebunt authoritatem, quam poterit illis nouus legiſlator tribuere, vt obſeruaui, *d. cap.*17. *num.*11. 12. vbi oſtenditur, quomodò hoc fieri liceat. Hinc fit quod immunitas Eccleſijs Chriſtianorum ſacris Canonibus conceſſa, *cap. inter alia, de immunitate Eccleſiarum*, iuris diuini dici non poſſit, quamuis Immunitas Templi Iudæorum à Deo fuiſſet præcepta: quam differentiam aduertit Becan. *ſup.* Imò erroneum foret aſſerere, Eccleſiam hodiè ex vi legis Moyſi immunitate gaudere, vt ait Suar. *n.*10.

Ibi: *Lege verò Euangelica non eſt hæc immunitas ſtatuta.*

12 Ita fatentur communiter omnes: nam vt Suar. *n.*11. inquit neque tale ius ſcriptum habemus, neque ab Apoſtolis traditum, cum talis traditio apud Patres non ſit, neque alia probabili via oſtendi poteſt; Delbene *d. dubit.*2. *nu* 8. Decian. *d. num.*2. *in fin.* Bonacin. *vbi proximè*, Bobadill. *d. num.* 3. *circa fin* & alij laudati *ſup. num.*8.

Ibi: *Quia à Chriſto Ieſu nulla lex.*

13 In Lege Gratiæ nullum præceptum impoſuit Dominus Ieſus, quod naturale non ſit, niſi de fide, de Sacramentis, & de Sacrificio, cætera ſuis Vicarijs diſponenda reliquit, *Suar.* & alij omnes proximè allegati, & dixi *dict. cap.*17. *num.*33.

14 Admonendi tamen ſumus, immunitatem Eccleſiæ, iuris diuini, latè loquendo, duplici ratione dici poſſe; vel limitatione, quia Eccleſiaſticum ius legem diuinam veterem imitatum eſt, Abulenſ. Suar. Decian. *vbi proximè*, vel quoniam Eccleſia à Chriſto Domino poteſtatem conſtituendi huiuſmodi immunitatem accepit, & ea eſt valdè conueniens generali voluntati ipſiuſmet Chriſti, qua voluit, omnia in Eccleſia, ſua ordinatè diſponi, & ſancta ſanctè tractari. Itaque immunitas mediatè, & remotè, iuris diuini dici poteſt; ſic Suar. *d. num.*12. Ex quibus intelligitur Trid. *ſeſ.* 25. *cap.*20. ibi: *Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtitutam.* Vide *ſup. n.* 9.

Verſ. *Tertia concluſio.*

Immunitas Eccleſiarum eſt iuris poſitiui Eccleſiaſtici, quæ ſanctè, ac iuſtè ſacris Canonibus ſtatuta eſt: quod probatur præter textus, quos D. Couar. ſtatim adducit *ex cap. eos qui*, 87. *diſtinct. ex conſ. Arauſican.* 1. *c.* 5. Trident. *d. cap.* 20. Bulla Gregor. XIV. *edita* 18. *Maij* 1591. quæ incipit: *Cum alias nonnulli*, & notant Suar. *d. cap.* 8. *num.* 11. Decian *ſup.* Becan. *d. cap.* 19. *num.* 9. Bobadill. *vbi ſup.* Delbene *num.* 1. Guttier. *practicar. libr.* 2 *capit* 1. *num.* 9. Bonacin. *dict. punct.* 16. §. 1. *num.* 1. Beierlinck *vbi proximè*, Gonni *ſupra, num.* 6. Gutierr. *numer.* 2. Pellizzar. *dict. ſection.* 1. *num.* 2. & alij citati *ſupra num.* 8. Obijciuntur verò aliqua argumenta, quibus probari videtur, immunitatem Eccleſiarum non eſſe iuſtè, & legitimè introductam Canonicis ſanctionibus, quæ adducit, & diluit Delbene *ex num.* 9. 15

A quo tempore immunitas hæc initium habuerit non conſtat: probabile verò eſt, cum Templorum ſolemni dedicatione incepiſſe ſub Imperio Conſtantini, quoniam tunc primò Eccleſiæ Chriſtianorum publicè ædificari cœperunt; Imò ab eodem imperatore introducta dicitur, de qua Suar. *num.* 12. Bobadill. *ſup. num.* 16. Eſt tamen obſeruandum, immunitatem prius conſtitutionibus Imperatorum fuiſſe ſtatutam, quam ſacris Canonibus ſtabilitam, vt notat Suar. *num.* 14. quod manifeſtè comprobatur, facta computatione temporum, quibus Canonicæ, & ciuiles conſtitutiones ad hanc rem ſpectantes fuerunt editæ: & forſan hoc prouenit ex eo, quod apud Romanos Imperator immunitatem Deorum Templis concedebat, non Pontifex, Decian, *d. c.* 23. *n.* 5. 16

Ibi: *Iuſſit Deus, quaſdam Ciuitates conſtitui.*

Hæ refugij Ciuitates fuerunt ſex, ex quadraginta octo, quæ Leuitis, & Sacerdotibus in diuiſione terræ Promiſſionis datæ ſunt; tres erant citrà Iordanem, Cedes in Neptali; Sichem in Ephraim: Hebron in Iuda. Tres aliæ vltra idem flumen; Boſor in Ruben; Ramoth in Galaad; Gaulon in Manaſſe, vt conſtat Ioſ. *cap.* 20. *verſ.* 7. Omnes æquali ſpatio inter ſe diſtabant, Deuteron. 19. *verſ.* 7. Erantque in montibus ſitæ, vt eminùs videri poſſent, excepta Boſor, quæ erat in plano, ſed in loco patente, & conſpicuo, Ioſ. *d. cap.* 20. *verſ.* 8. 17

Ad eas vrbes confugere poterant, qui abſque dolo quemquam occiderant; hocque coram ſenioribus vrbis probare tenebantur, vt admitterentur, *dict. cap.* 20. *verſ.* 1. Ibique manebant vſque ad obitum Pontificis, tunc viuentis, poſteaque tuti domum ſuam reuertebantur, alioqui ſi ante id tempus Ciuitate exirent, poterant à propinquis occiſi interfici. Num. 35. *verſ.* 25. Excipiebatur autem vnus caſus, quo ſtatim occiſor liber, ac ſecurus mittebatur, cum ſcilicet quis ſe iuſtè defendendo aggreſſorem peremerat, vt docent Cornel. à Lapid. *in d. cap.* 35. *verſ.* 15. Abulenſ. *ſup. d. cap.* 20. *quæſt.* 5. Serar. *ibidem, q.* 2. Becan. *d. cap.* 19. *n.* 8. Pet. Greg. *ſyntagmat. lib.* 33. *c.* 21. *n.* 15. 18

Quæſtionis eſt, an Gentilibus ius eſſet Aſyli? affirmant Maſius, & Magalian. Negant Abulenſ. & Serari, *ſup. dict. cap.* 20 *Ioſ.* quibus accedere videtur Becan. *num.* 7. qui alios refert.

Ibi: *Quibus expreſſius conuenit ius Ciuile.*

Hoc ipſum notant Suar. Gonni, Decian. Delbene, Bobadill. & alij *ſup.* laudati, eſt tamen animaduertendum, quòd licèt laudabiliter faciant Principes ſeculares ſtatuentes in fauorem Eccleſiaſticæ immunitatis; hoc abſolutè neceſſarium non eſt, cum Eccleſia valeat per ſe tale priuilegium Templis intuitu Religionis concedere, & fideles ad eius obſeruationem aſtringere: Suar. *num.* 13. 14. Bobadill. *num.* 16. At nihilominus maximè oportet, vt ius Eccleſiaſticum principalibus decretis roboretur, ne quis audeat 19

Eccleſiarum

Eccleſiarum immunitatem violare, timens & ſpirituales, & temporales pœnas incurrere.

Ibi : *His accedit , quod & apud veteres.*

20 De Aſylis plura congerit Beyerlinck , *dict. verb. Aſylum*, Decian. *num. 5. cum ſeqq.* Bobadill. *ex num.4.* Pet. Greg. *d.cap. 21. à principio* , vbi de pœnis violantium Aſylorum immunitatem.

Ibi : *Primum omnium Aſylum.*

21 Aliqui aſſerunt, primum Aſylum Athenis conſtitutum ab Herculis prognatis, vt ibi ſe ab inimicis genitoris tuerentur, Stat. *lib. 12. Thebaidos*, Bobadill. *dict. num. 4.* Beyerlinck *ſup. column. 1. lit. A. verſ. Primum Cadmus*, Decian. *num. 5.* Per. Gregor. *n. 10.*

Ibi : *Huius exemplum Romulus.*

22 Aſylum hoc cõſtruxit Romulus inter Arcem, & Capitolium, in loco dicto, *Intermontio*, vbi colebatur Deus *Aſylaus* vocatus, & neſcitur , quis ille eſſet , Beyerlinck *lit. H. verſ. Romulus*, Bobadill. *d. n. 4. in fine*, eius meminit Pet. Gregor. *num. 9. in fin.*

Ibi : *Fitque Aſylimentio apud Iuriſconſultos.*

23 Iacob. Ræuard. *varior. lib. 1. cap. 6.* Vlpiani verba *in l. 2. ff. de in ius vocand.* quæ ita ſe habent : *Neque eos qui propter loci religionem indè ſe mouere non poſſunt* , refert ad immunitatem Aſyli, ac legendum putat ; *ſe mouerí non poſſunt* : Ac ſi diceret Conſultus : In ius vocare non licet illos , qui in Templo , ſiue Aſylo ſunt , quia propter loci religionem inulti ad iudicium duci non poſſunt. Quod eruditè probat , addens, etiam ſeruis ius Aſyli commune fuiſſe.

Verum etiam feris Aſylum eſſe fertur , vt in Parthenio monte Panos locus quidam, *Aula* nuncupatus, quò ſi feræ fugitiuæ perueniebant , à leonibus , aut lupis eas inſectantibus liberabantur, nam hi præſcriptum locum ingredi rapinæ cauſa non audebant. Idem narratur canibus contigiſſe in montibus, quos Græci *Manulas* vocant. Venatoribus quoque non permittebatur intra lucum Dianæ feras perſequi , vt ex Ariſtotele, & alijs refert Decian. *num. 5.* Bobadill. *num. 4. in fine*, Beyerlinck, *litter. G, verſ. In Parthenio , column. 1.*

Ad Num. 3.

24 Quoties dubium circa immunitatem Eccleſiarum occurrerit , etiam in foro ſeculari potius ſtandum eſt iuri Canonico , quàm laicorum Principum conſtitutionibus, Decian. *d. cap. 25. num. 6.* Guazzin. *ſup. num 8.* Farinac. *in prax. crimin. tom. 1. quæſt. 28. num. 6.* Tuſch. *lit. I, conſ. 59. num. 10. 26.* Delbene *d. cap. 16. dubit. 5. ex num. 3.* Guttier. *practicar. lib. 3. c. 5. n. 4.* Curtelli *de immunit. Eccleſ. lib. 1. q. 32. n. 27.* Cur. Philippic. *tom. 1. part. 3. §. 12. nu. 49.* Boer. *deciſ. 109. n. 3.* Ratio eſt, quoniam hæc materia Eccleſiaſtica, quæ pertinet ad Religionem, cum debitus honor, & reuerentia locis Deo dicatis exhibeatur, atque ita principaliter circa eã Pontifex iuriſdictionẽ habet, cuius leges quoad hoc vim maiorem obtinent , quàm Principum conſtitutiones, Suar. *n. 14.* Sed aduertendum eſt, quòd, ſi dubia ſit aliqua iuris Canonici diſpoſitio , circa immunitatem, ea pars ſequenda erit, quæ lege aliqua ciuili Principis Catholici comprobata reperietur , Decian. *vbi proximè*, Farinac. *de immunit. c. 2. n. 31.* Delbene *ex num. 5*, qui poſt Farinac. notat , eam declarationem , ſeu interpretationem per iudicem Eccleſiaſticum fieri debere ; quod non videtur neceſſarium , cùm laicus de immunitate cognoſcit , veluti apud nos in Cancellarijs , ac Supremis Tribunalibus Regijs , per viam violentiæ.

Ad Num. 4.

Vt Eccleſia immunitate gaudeat , ſufficit authoritate 25 Epiſcopi conſtructam eſſe , licet conſecrata non ſit ; Suar. *dict. lib. 3. cap. 9. num. 1.* Delbene *dubit. 9. à princip.* Gregor. Lop. *in l. 4. gloſ. 2. titul. 11. part. 1.* Sanch. *conſil. moral. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 2.* Iul. Clar. *in prax. crimin. §. fin. quæſt. 30. num. 4.* Filliuc. *tract. 15. cap. 6. quæſit. 5. num. 130.* Farinac. *dict. quæſt. 28. num. 346. & de immunit. cap. 17. num. 26.* Bonacin. *d. quæſt. 3. punct. 16. § 4. num. 2.* Guazzio. *d. defenſ. 1. cap. 37. num. 2. 3.* Tuſch. *lit. I, conc. 59. n. 24.* Paz *in prax. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 5. num. 4.* Cur. Philip. *ſup. n. 1.* Bobadil. plures referens, *d. c. 14. num. 49.* Pellizzar. *n. 4.*

Ex quibus regula conſtituenda eſt, quod ad huiuſmo- 26 di immunitatem nihil aliud requiritur , niſi quod locus per Prælatum dicetur ad Diuinum cultum , quod fieri ſolet per impoſitionem ſolemnem primi lapidis in templi ædificatione , quare curandum non eſt de benedictione, aut Sacrorum celebratione ad hunc effectum. Ita etiam cum pluribus Dian. *part. 6. tract. 1. reſolut. 1. verſ. Verùm ad confirmationem*, Germon. *ſup. lib. 3. c. 16. num. 13.* Ludouic. Corrca *in relection. d. cap. in er ulia, part. 2. n. 8. de immunit. Eccleſiar.* Pellizzar. *vbi proximè.*

Quod ita verum eſt , vt, ſi antequam ædificium perfi- 27 ciatur , delinquens confugerit ad locum , vbi Eccleſia conſtruitur, immunitate gaudeat, Dian. *vbi proximè*, Farinac. *de immunit. cap. 17. num. 161.* Delbene *dubit. 9. ſect. 2.* Pellizzar. *ſup. numer. 4.* qui *num. 7.* idem de monaſterio probat, Abbas *in cap. Eccleſia, num. 5. de immunit. Eccleſiar.* Sanch. *de matrimon. lib. 9. diſp. 15. num. 39.* Anchar. *in d. cap. Eccleſia, num. 1.* Mar. Italia *lib. 1. cap 4. §. 3. n. 15. cum ſeqq.* Qui limitat , ſi ceſſatum ſit in ædificio . quam limitationem meritò reijciunt Dian. Delbene , Farinac. Sanch. *vbi proximè*, Caſt. Palao, *tom 2. tract. 11. diſput. 1. punct. 6. num. 4.* Erit tamen admittenda, ſi ita opus derelictum fuerit, vt nulla ſubſit ſpes, quod in poſterum perficiatur , ſicut de ædificio Sacro diruto dicitur ; quod ſi reſtitui ſperetur, immunitate non caret , aliàs ſecùs, Dian. cum alijs *ſup. verſ. Verùm affirmatiua*, Farinac. *num. 260.* Delbene *ſup. ſect. 5.* Tuſch. *lit. E, conc. 9. num. 10.* Sanch. *vbi proximè, num. 37. & d. dub. 7. num. 2.* Bobadill. *vbi ſup.* Italia *d. §. 3. num. 4.* Bonacin. *ſup. num. 4.* Decian. *nu. 12.* Gonni *fol. 95. ampliat. 20. col. 3. num. 5.* Paz *num. 38.* Clar. *num. 6.* Guazzin. *num. 34.* Pellizzar. *ſup.* Qui omnes docent quod, ſi Eccleſia deſtruatur authoritate Epiſcopi, alteriuſvè Prælati habentis poteſtatem ; aut abſque ea, ſed ſublata reædificationis ſpe, locus immunitatem amittit : non ſic quando Superioris authoritas non interuenit, & ſperatur ædificium reſtituendum ; tunc enim licèt funditus Templum euertatur , locus ipſe aſylum delinquentibus adeſt, de quo diſputat Gonni *ſup. ex n. 1.*

Eccleſia itidem polluta nondum reconciliata immu- 28 nitatem confugientibus præſtat, Delbene *ſect. 3.* Farinac. *dict. cap. 17. num. 29.* Suar. *num. 6.* vbi rationem reddit, Tuſch. *d. conc. 9. num. 9.* Diana *ſup. verſ. Nota ſecundo*, Mar. Italia *num. 7.* Bonacin. *d. §. 14. num 3.* Pellizzar. *ſup.* Similiter interdicta Eccleſia non priuatur immunitate, Suar. Dian. Bonacin. Tuſch. Italia, *vbi proximè*, Farinac. *num. 259. & d. quæſt. 28. num. 35.* Delbene *ſect. 4.* Clar. *num. 5.* Decian. *num. 10.* Guazzin. *num. 33.* Cur. Philip. *num. 15.* Pellizzar. *d. num. 4.* Quod limitat Decian. quoad eos, propter quos locus interdictus eſt, ſed eius ſententiam improbant Dian. Guazzin. *vbi proximè* , Peregrin. *de immunit. cap. 4. num. 14.* & alij communiter. Ratio eſt, quia per pollutionem , vel interdictum, ſanctitas loci non amittitur ; nec in iure reperitur cautum , quod propter illa , Eccleſia immunitate careat , licèt vetitum ſit Diuina officia ibi celebrare ; hoc enim cùm pœnale ſit, ampliandum non eſt. Videantur Suar. & Delbene *ſup.*

Idem ſcribit de Eccleſia conſtituta in Ciuitate ab 29 hoſtibus infidelibus capta , Guazzin. *numer. 32.* poſt Decian. *d. lib. 6. cap. 24. num. 25.* Quod limitari poteſt ; quia ſi Eccleſia ad impios ritus , vel vſus profanos deſeruiat,

deſeruiat, perinde eſt, ac ſi abſque ſpe reædificationis eſſet diruta, quemadmodum enim locus hoc caſu immunitatem amittit, eo quod ibi Diuina celebrari non poſſunt, nec ſubeſt ſpes quod celebrentur; ita materiale ædificium profanatum, cùm Diuinus cultus in eo reddi non poſſit, nec probabiliter ſperetur quod reddatur, immunitatem non obtinebit; pro quibus facit *l. cum loca 36. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.*

Poſſet tamen iuxta Guazzini opinio ſuſtineri, ſi Templum non eſſet profanitate pollutum, cum non perdat ſanctitatem ex eo ſolùm, quod apud infideles ſit; & quamquam Diuina peragi non liceat, hoc eſt per accidens, non ex defectu loci. Nec refragatur *dict. l. cum loca.* Cui reſpondendum eſt, tum quod fundatur in præſumptione, quoniam ſacra loca profanata ab hoſtibus credebantur, tum quod Ethnici ſacra profana fieri putabant, quia eorum dominium ad homines iure belli transferebatur, & Sacrorum naturæ repugnabat, in bonis alicuius eſſe, cum nullius in bonis eſſe dicerentur; *l. 1. l. in tantum 5. § Sacra, ff. de rer. diuiſ.* Nos autem veri Dei cultores, qui ſcimus eius eſſe terram, orbem terrarum, & vniuerſos, qui habitant in eo, *Pſalm.* 23. conſequenter fatemur, loca ſacra, etſi apud infideles ſint, ſub ſpeciali Dei dominio permanere, donec per aliquos actus, vel vſum profanentur, atque ita indigna fiant, vt ibi Diuina peragantur, ad quod dicata fuerunt. Imò ex præmiſſis dicendum videtur, quòd ſi Eccleſia profanata ad Chriſtianos redeat, vt immunitate gaudeat, debet denuo per Prælatum ad Diuinum cultum deſtinari benedictione, vel alio quouis actu, per quem reſtituta, & reconciliata cenſeatur, licet ex *d. l. cum loca*, contrarium colligatur, quæ quaſi ius poſtliminij locis Sacris competere ait.

Ibi : *Tametſi plurimum hac in re valeat conſuetudo.*

30 Quoad immunitatem Eccleſiarum plurimùm valet conſuetudo, quæ maximè attendenda eſt, Suar. *d. cap. 9. num. 7. cum ſeqq.* Farinac. *d. quaſt.* 28. *numer.* 12. Fagund. *part. 2. lib. 4. cap. 4. num.* 61. Clar. *d. quaſt. 30. num. 1. cum alijs,* Bobadill. *d. cap. 14. num. 22. in fine,* Marta *de iuriſdiction part 2. cap. 31. num.* 23. Paz *ſup. numer.* 15, Auguſt. Barboſ. *de iur. Eccleſiaſtic. vniuerſ. lib. 2. capit. 3. numm.* 82. Fontanella *deciſion,* 200. 201. Decian. *dict. lib. 6. cap. 28. n. 6.*

31 Sed contrarium: ſcilicet non eſſe conſuetudini ſtandum, quæ ſit aduerſus Eccleſiaſticam immunitatem, tuentur Bonacin. *dict. quaſt. 3. punct. 16. § 15. num. 2.* Guazzio. *d. defenſ. 1. cap. 34. num. 5.* Delbene *dubit. 6. ex nu. 3.* qui priorem ſententiam probabilem fatetur, à *num.* 23. Gutier. *practicar lib. 1. quaſt. 1. num.* 11. 12. Dian. *part. 6. tract. 1. reſolut.* 29. Gonni *fallent.* 17. *num. 6. fol.* 106. *col. 1.* & alij apud Delbene *numer.* 22. qui *ibidem,* & Diana *ſup.* teſtantur, nominatim contra *D. Couar.* tenuiſſe S. Rotam 20. *Iulij* 1636.

32 Pro quarum opinionum conciliatione, placet diſtinctio communiter probata, quæ habet, non poſſe conſuetudine introduci, vt in aliquo loco Eccleſia prorſus careat immunitate, cum hoc ſit irrationabile, & contrarium bonis moribus, ac reuerentiæ, quæ Templis Deo conſecratis debetur; argument. *cap. fin. de conſuetudin.* Bene tamen permiſſum eſſe, ne in aliquo caſu, vel loco, reus immunitate Eccleſiaſtica gaudeat, ſi ita conſuetudo legitimè præſcripta obtinuerit, quæ ex rationabili cauſa poterit ſuſtineri, vt agens de immunitate Eccleſiaſtica quoad perſonas Clericorum, reſoluit D. Couar. *practicar. cap. 31. num. 5.* quem ſequuntur Caſtill. *de Tertijs, cap. 10. num* 34. Garcia *de Nobilitate, gloſ. 9. à num. 44.* Farinac. *In prax. quaſt. 8. nu. 3.* Grattian. *diſceptat. cap.* 340. *num.* 39. Cened. *In Canon. quaſt. 4. num. 3.* Seſſe *de inhibit. cap. 8. § 3. num.* 146. 147. 155. 156. Peretta *de man. Regia part. 2. cap. 69. num.* 19. Roderic. *de ann. redditib. lib. 1. cap. 12. num.* 58. 62. 63. Clar. *d. § fin. quaſt.* 30. *num.* 3. Qui, & alij plures docent per conſuetudinem poſſe immunitati Eccleſiaſticæ in aliquo caſu particulari derogari. Vide Lotter. *de re beneficiar. lib. 1. q. 13. ex num.* 76.

Eſt quæſtionis, an per Bullam Greg. XIV. & Concil. Trident. *d. ſeſſ. 25. c.* 20. fuerint ſublatæ omnes conſuetudines antea legitimè præſcriptæ? de quo Delbene *dubit.* qui cum pluribus affirmat, etſi alij negatiuam ſuſtineant, quos idem refert, *num. 3. verſ. Quamuis contrarium;* & circa omnia præmiſſa conſulas Bonacin. Guazzin. *ſup.* Delbene *dict. dub. 6. & 7.* Dian. *dict. reſolut.* 29. In Hiſpania verò eam Bullam, vſu non eſſe receptam teſtantur Portell. *in dubijs Regular. verb. Eccleſ. immunitas, num.* 9. Dian. *part. 1. tract. 1. reſolut.* 39. atque ita conſuetudines legitimè præſcriptæ obſeruantur abſque dubio.

Ibi : *Et præterea præcauendum.*

Immunitatem Eccleſiarum ſtrictè eſſe interpretanda, ne improbi ea freti delinquendi occaſionem arripiant; cum *D. Couarruuias* docuere Carill. *ſuprà, quaſt. 4. num.* 28. Decian. *d. c.* 28. *num.* 6. Bobadill. *n.* 93. Paz. *n.* 16. Farinac. *d. q. 28. n.* 73. Clar. *d. q. 30. num. 3. verſic. Huiuſmodi autem* 34

Oppoſitum verò pluribus placet, qui ea rationem nituntur, quoniam agitur de fauore Eccleſiæ, qui ampliandus eſt, non obſtante, quod priuilegium ſit in corpore iuris inſertum reperiatur; Delbene *dub.* Suar. *dict. cap. 9. num.* 1. 3. Marc. Ant. Genuenſ. *in prax. Archiep. Neap. cap. 22. num. 2. in fin. & cap.* 94. Mar. Ital. Sicil. *deciſ.* 156. *n.* 45. Pelliz. *ſup.* Sed dici poteſt in delictis atrociſſimis immunitatem reſtringere oportere, vt *D. Couar.* videtur. 35

Hinc dubitari ſolet, an qui committit ſimilia, vel atrociora crimina, quam in iure, ſiuè *in d. Bulla* Gregor. XIV. excipiuntur, immunitate priuetur per reſtrictionem priuilegij, & exceptionis extenſionem? de quo *inf. a n.* 147. 36

Ibi : *Cum oporteat audaciam reprimere.*

Hoc notant laudati *ſup. numer.* 34. quibus adde Guaz. *dict. cap. 34. num* 1. Petr. Gregor. *ſyntagm. lib. 33. cap. 22. num.* 3. Ex hac ratione Tiberius Cæſar omnibus Aſylis immunitatem abſtulit, quam poſtà ſolum Samiæ, Iunonis, & Æſculapij delubris reſtituit, Bobad. *n.* 6. Tacit. *lib.* 3. Decian. *ſup. cap. 15. num.* 5. Baiard. ad Clar. *d. q. 30. num.* 32. Beyerlinck *ſup. col. 4. verſ. Tiberius Cæſar.* Hinc Aug. Cæſar Epheſiæ Dianæ Aſylum irritum fecit, quoniam plurimi ad illud confugiebant, Beyerlinck *verſ. Auguſtus Cæſar,* ex Strabon. *lib.* 14. & Sylu. *lib.* 77. *Aſia.* Hinc Sixtus V. domibus, ſeu palatijs Cardinalium immunitatem ſuſtulit, Baiard. *ſup. numer.* 33. Quapropter iuſte inuenit poſt plures, quos allegat Bobadill. *ſup. n.* 93. *& c. 18. num.* 109. in Iudices Eccleſiaſticos, dum confugientes ad Eccleſiam indiſtinctè tueri conantur, etiamſi crimina excepta perpetrauerint, qui teſtatur, nunquam per viginti quatuor annos, quibus iudicandi munere functus eſt, vidiſſe, Iudicem Eccleſiaſticum ſe niſi compulſum inhibuiſſe. 37

Ibi : *Qua ratione aliquot in vrbibus.*

Alicubi conſuetudine receptum eſt, ne loca pia gaudeant immunitate, in quibus Auguſtiſ. Euchariſtiæ Sacramentum continuò non exiſtit, vt præter *D. Couar.* obſeruat Farin. *dict. quaſt. 28. num.* 69. Guaz. *c. 3. n.* 5. Clar. *d. q. 30. nu. 3. verſ. Huiuſmodi.* Imo iure deſiderari continuam Sanctiſ. Sacramenti obſeruatione ſentiunt Gem. *lib. 1. cap. 16. num.* 26. Tulch. *lit. E, conc. 9. num.* 19. Sarp. *de Aſyl. immun. cap. 4. fol.* 39. quos laudat Delbene *dub. 9. ſect. num. 4. verſ. Nonnulli tamen;* & inter eos D. Couar. *præſenti,* & Clar. *vbi proximè,* enumerat, qui tamen ſolum aſſerunt ita ab aliquibus Prælatis obſeruari potius de conſuetudine, quam de iure; ſecundùm quod verum 38

eſt,

eſt, Templa immunitate gaudere, etiamſi illud venerabile Sacramentum, ibi perpetuo non coſtodiatur, vt reſoluunt præter Delbene, Farin. *ſup. num.* 34. *& de immun. c.* 17. *num.* 254. Dian *p.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 1. *verſ. Ad id vero,* Mar. Ital. *lib.* .*c.* 4. *§* 3. *num.* 5. Caſtr. Palao *ſup. tract.* 11. *punct.* 6. *n.* 2. Bonac *ſup* § 4. *n.* . Gambac. *lib.* 3 *c* 4. *&* 5. vbi conſuetudinem in contrarium reprobat, cui accedit Dian. ſed ea à pleriſque probatur, & expreſſim a Delbene *n.* 5.

Verſ *Tertiò, conſtat.*

39 Quid nomine Eccleſiæ comprehendatur, cum de immunitate locali, quoad delinquentes agitur? exponunt Suar. *d. lib.* 3. *c.* 9. Decian. *c.* 24. Dian. *d. reſ.* 6. Bonac. *d.* §. 4. Delbene *dub.* 9. Clar. *d. quaſt.* 30. Bobadill. *eod. c.* 14. Pelliz. *ſup. num.* 4. & alij *ſup.* laudati. Ex quibus conſtat hoſpitalia, Monaſteria, & alia quæuis loca pia Epiſcopi authoritate conſtructa habere immunitatem, non ſolum in locis ipſis, vbi Sacra fiunt, ſed etia in omnibus, quæ intra ſepta Eccleſiæ, Monaſterij, aut hoſpitalis continentur, vt clauſtra, horti, Dian *ſup. reſ.* 6. *verſ Et tandem,* Suar. *n.* 6. Farin. *c.* 17. *n.* 8. Palao *n.* 18. P. *ſup. num.* 32. & alij apud Delbene *ſect.* . vbi quid de turri ſeparata à fabrica Eccleſiæ, vbi ſunt campanæ? & non gaudere immunitate reſoluit, vt nec Grangiæ, ſiue paruæ domus Religioſorum; quod docuit Barboſa *d. lib.* 2. *de iur. vniuerſ. cap.* 3. *n.* 74. 75. vide Pelliz. *n.* 6.

40 Eſt notandum. Primùm, immunitate defendi eum, qui ſuprà tectum loci ſacri conſtituitur, cum intra ambitum eius ſit, Delbene *ſect.* 6. *numer.* 9. Suar. *num.* 8. Farinac. *dict. quaſt.* 28. *numer.* 14. *& cap.* 17. *numer.* 272. Fagundez *in precept. Eccleſ. precept.* 2. *libr.* 4. *capit.* 4. *num.* 63. Mar. Italia *d. cap.* 4. §. 9. *n.* 24. Dian. *part.* 6. *tractat.* 1. *reſolut.* 3. *verſicul. Quod autem,* vbi alij.

Secundum, Hoſpitalia immunitatem habere, ſi Epiſcopi authoritate conſtruantur, quamuis in illis nunquam diuina celebrentur, Tuſch. *lit. E, conc.* 10. *num.* 2. Dian. *dict. reſolut.* 6. *verſ. Dicendum eſt igitur,* Guazz. *dict. defenſ.* 1. *cap.* 37. *n.* 28. Cratlin. *controuerſ. forenſ. c.* 116. *per tot.* Delbene *ſect.* 10 *n.* 4.

Tertium, quòd etſi non conſtet, Hoſpitale, vel Capellam; vulgo *Hermita*, aliumve locum Religioſum Epiſcopi authoritate fuiſſe fundatum, tamen ſi campanile habeat, & publice in eo diuina peragantur, priuilegio immunitatis gaudebit, cum diuturna obſeruatum eſt, & Prælati conſenſu comprobatum, nam ex diuturnitate temporis authoritas Epiſcopalis in erectione interueniſſe præſumitur, Decian. *d. cap.* 25. *num.* 19. Dian. *dict. reſolut.* 1. *verſ Sed non eſt verum,* Gunni *fol.* 87. *ampliat.* 1. *numer.* 9. Bonacin. *dict.* §. 4. *num.* 15. Sanch. *de matrimon. lib.* 9. *diſp.* 15. *num.* 59. & alij.

Ad Num. 5.

41 Eccleſiæ immunitas vltra ſepta intra 30. vel 40. paſſos de iure extenditur, ita vt intra id ſpatium delinquens capi non poſſit: hoc verò de conſuetudine non ſeruatur, de quo Gregor. Lop. *in l.* 2. *gloſ.* 5. *tit.* 11. *part.* 1. Delbene omninò videndus, *dict. dub.* 9. *ſect.* 8. Farinac. *d. q.* 28. *num.* 14. *& de immunitat. cap.* 18. *num.* 284. Suarez *ſup. num.* 8. Germon. *d. lib.* 3. *cap.* 16 *num.* 38. Bonacin. *vbi proximè, n.* 6. Clar, *n.* 2. Dian. *reſolut.* 2. *per totam,* Bobadill. *num.* 81. Decian. *cap.* 24. *num.* 19. *& cap.* 25. *n.* 9. Pellizar. *ſuprà, n.* 3. Pet. Gregor. *num.* 4. Guazzin. *ſuprà, n.* 6. Tuſc. *d. concluſ.* 10. *num.* 4. 5. vbi negat conſuetudine poſſe immunitatem quoad circuitum prædictum abrogari, quod neruosè defendit Diana alios referens. Sed à communi ſententia recedendum non eſt, quam præter omnes ferè proximè laudatos, amplectuntur Palao *vbi proximè, num.* 15. Nauarr. *in man. c.* 25 *num.* 18. Fagundez *dict. cap.* 4. *num.* 61. Ambroſin. *c.* 10. *num.* 4. Delbene *dubitat.* 6. *n.* 25. Paz ſuprà *num.* 34.

42 Quoad præfatam immunitatem ſciendum eſt, Eccleſiam matricem, ſed Cathedralem habuiſſe quadraginta paſſus vltra ſepta, intra quos delinquens tutus erat; reliquæ vero triginta duntaxat, *c. ſicut anti quitus* 6. 7. *q.* 4. Suar. *ſup.* Pelliz *n.* 4. Delbene *d ſect.* 8. *n.* 1. Gonni *ſup. num.* . Decia. *d. c* 25. *nu.* 9. Qui paſſus dinumerabantur olim a candelabro, quod erat in Eccleſijs, Oldr. *conſ.* 55. quem refert Decian. *vbi proxime,* ſed a parietibus, vel ſeptis Eccleſiæ ſunt numerandi, atque ita cœmeterium in illis paſſibus comprehenditur, Decian *c.* 24. *n.* 19. Guazz. *n.* 10. 13. Bonacin. *vbi ſup.* licet Delbene *n.* 5. contra ſentiat aſſerens, quòd ſi cœmeterium ſit Eccleſiæ contiguum, ab eo ſunt prædicti paſſus numerandi.

Hi paſſus habent immunitatis ius, vt delinquentes in Eccleſia non ſint ita recluſi, vt exire ad neceſſarios naturæ vſus abſque periculo non valeant, *cap. definiuit* 35. 17. *q.* 4. Gregor Lop. *ſup.* Delbene *num.* 8. qui *num* 9. ex alijs notat, quòd ſi intra eos paſſus non inueniret locum aptum, poſſet reus vlterius tutus progredi, ſtatimque reuerti, ex quo fit, vt, qui nunquam ad Eccleſiam peruenit, ſed intra 30. vel 40. paſſus extra cœmeterium capitur, immunitate non gaudeat; nam hoc priuilegium illis ſolùm proſpicit, qui iam ſub præſidio Eccleſiæ ſunt, vt ibi valeant permanere: ſic apertè colligitur *ex d. cap. definiuit*, & notant Delbene *num.* 7. vbi alij, Caſtr. Palao *ſup. dict. tract.* 11. *punct.* 6. Ioann. Viſchis *de immunit. numer.* 12. 43

Vltimò notandum eſt, iuxta communem ſententiam, immunitatem prædictam non competijſſe Eccleſijs intra muros ciuitatis, vel oppidi collocatis, vt ex pluribus reſoluit Delbene *n.* 6. qui contrarium probabile ſentit, quod rectè probat Dian. *ſup. verſ. Sed hæc opinio,* vbi Peregrin. Farinac. Ambroſin. & Italiam allegat; quibus *D. Couar.* accedit limitans, quando intra caſtella Eccleſiæ ſunt ſitæ propter anguſtias loci; cui aſſentiuntur Tuſch. *lit I, conc.* 6. *num.* 18. 19. Dian. *dict reſol.* 2. *verſ. At his non obſtantib.* quod habetur *in c. quiſquis,* 17. *q.* 5.

Ibi: *Paſſus verò.*

De paſſuum computatione diſſerunt Guazzin. *n.* 11. *cum ſeqq.* Bonacin. *n.* 9. Farin. *de immun. c.* 18. *num.* 286. Delbene *d. ſect.* 8. *n.* 3. Tuſch. *lit. E, conc.* 9. *n.* 2. Qui contra D. Couarr. affirmant pedem, quindecim digitis conſtare, ſecuti Gloſ. *verb. Paſſus, in dict. cap. ſicut antiquitus,* vbi Auguſtin. Barboſ. *in collectan. numer.* 5. plures alios laudat. 44

Cœmeterium tamen Eccleſiæ contiguum, vel ab ea ſeparatum, immunitatem obtinet; Delbene cum pluribus *d. dubit.* 9. *ſecti. n.* 9. *à princip.* Suarez *dict. cap.* 9. *numer.* 8. Gonni *fol.* 90. *ampliat.* 4. *à princip.* Farinac. *dict. quaſt.* 28. *num.* 14. Guazz. *num.* 15. Dian. *part.* 6. *tract* 1. *reſolut.* 6. *verſ. Et incipiendo, cum ſequentibus.* Paz. *numer.* 33. Palao *ſup. num.* 16. Bonacina *numer.* 1. Decian. *cap.* 25. *numer.* 10. Pellizar. *dict. numer.* 4. Bobadill. *numer.* 81. & ita conſtat *ex cap. fin. de immunit. Eccleſ. & l.* 2. *titul.* 11. *part.* 1. Imò oſtium, & porticum cœmeterij eadem immunitate gaudere, ſcripſerunt Delbene *num* 4. Diana *verſic. Et hæc opinio,* Gonni *fol.* 91. *ampliat.* 7. *num.* 4. Præterea cœmeterium interdictum, vel pollutum, eodem priuilegio non priuatur, quemadmodum de Eccleſia dictum eſt, Dian. *verſ. Nota etiam,* Delbene *num.* 6. Vt autem cœmeterium ita priuilegiatum ſit, neceſſe non eſt, quòd per Epiſcopum fuerit benedictum; ſatis enim eſt, quòd de eius licentia aliquis Chriſtianus cum Eccleſiaſticis officijs, volente Domino, in loco ſepeliatur, cùm per hoc Religioſus efficiatur, & ad pium vſum deputetur; Dian. *dict. verſ. Et hæc opinio, in fin.* Delbene *n.* 5. Bonacin. *d. n.* 5. Quidquid teneat Decian. *c.* 24. *n.* 28. 45

Similiter oſtium, & porticus Eccleſiæ eandem obtinent immunitatem, quoniam eiuſdem ſacri ædificij pars cenſentur, Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut* 1. *verſ. Sed quæro, & reſ.* 3. *verſ. Sed iſte author,* Gunni *ampliat* 7. *&* 8. Delbene latè *dict. dubitat.* 9. *ſection.* 6. *&* 7. Bonacin. *vbi proximè,* Suarez *num.* 7. *&* 8. Decian. *dict cap.* 25. *nu.* 12. 17. vbi de domibus priuilegiatis per Principem laicum, Guazzin. *numer.* 17. Farinac. *dict. quaſtion.* 28. *numer.* 14. 46

Et Pellizzar.

Pellizzar. *dict. num.* 4. Cur Philipp. *ſupra*, §. *Retraidos, numer.* 4. & comprobatur *cap. ſi quis contumax* 20. 17. *quæſt.* 4. *dict.* l. 2. ibi: *E en ſus portales*, tit. 11. *part.* 1. Idem de ſcalis Eccleſiæ, quæ ante fores extra ſepta ſunt, docent Bonacin. *dict. num.* 9. Angel. *in tract. de maleſic. fol.* 73. *colum.* 1. *verſ. Quod fama, quæſt.* 4. & alij apud Delbene *dict. ſect.* 6. *num.* 11. vbi declarat cum Farinac. *dict. cap.* 17. *num.* 281. 288. quando ſcala pertinet ad Eccleſiam, ſecus ſi ad viam publicam, ita vt eius pars ſit; imò abſolutè ſcalam non habere immunitatis priuilegium, tenuit Gonni *ampliation.* 9. *fol.* 72.

Verſ. *Quintò infertur.*

47 Palatium Epiſcopi de Iure ius immunitatis Eccleſiarum habet, quamuis ſitum ſit vltra quadraginta paſſus ab Eccleſia, Suar. *nu.* 9. Tuſch. *lit. E, conc.* 9. *n.* 11. Delbene *d. dubit.* 9. *ſect.* 14. *ex num.* 6. Germon. *lib.* 3. *cap.* 16. *à num.* 45. Dian. *reſolut.* 4. Gonni *ampliat.* 13. *fol.* 93. Filliuc. *tract.* 15. *c.* 6. *q.* 5. *num.* 150. Farinac. *d. cap.* 17. *n.* 272. Clar. *d. quæſt.* 30. *num.* 3. Gregor. Lop. *in l.* 4. *gloſ.* 2. *tit.* 11. *p.* 1. Pelliz. *num.* 4. & alij plurimi, quos congerit Delbene *num.* 7. *verſ. Atque ita.* & Barboſ. *in collect. ad c. id conſtituimus in.* 3. 17. *q.* 4.

Quod amplia, licet in eo Capella, vel Oratorium non ſit, vt notarunt Gonni *ſuprà*, Dian. *verſ. Tertiò, quia tale*, Gambac. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. Delbene *n.* 8. *cum ſeqq.* Farinac. Tuſch. & Suar. *vbi proximè*, quanquam aliqui ſentiant, Oratorium neceſſariò ibi eſſe debere, quando domus Epiſcopalis intra quadraginta paſſus non eſt; videantur Bonacin. *ſup. n.* 11. Guazz. *n.* 23. *verſ. Si verò*, vbi alij.

Ampliatur ſecundò, etiam Sede vacante, modo palatium locatum non ſit, Mar. Ital. *lib.* 1. *cap.* 4. §. 9. *num.* 4. 13. Dian. *vbi proximè*, Farin. *n.* 270. Delbene *n.* 2.

Ampliatur tertiò, licet Epiſcopus duo palatia habuerit, Germon. *ſup.* Delbene *n.* 7. *verſic. Atque ita.*

Ampliatur quarto ad domum, quam Epiſcopus viſitans propriam diœceſim, habitat, Ital. *n.* 13. Farinac. & Dian. *ſup.* licet contradicat Peregrin. apud Delbene *n.* 12. *verſ. Atque ita contra*, qui dubitat.

48 Sed contra præcipuam concluſionem, ſcilicet palatia Epiſcoporum extra 40. paſſus conſtituta immunitate carere, maximè ſi in eis Oratorium non ſit, de iure, aut ſaltem de conſuetudine cum *D. Couarr.* docent Bonacin. *vbi proximè*, Bobadill. *dict. c.* 14. *num.* 85. Cutell. *lib.* 1. *q.* 27. Paz. *n.* 35. Decian. *cap.* 25. *n.* 14. Petr. Sarp. *ſup. c.* 4. *q.* 41. Clar. *d. q.* 30. *num.* 3. Barat. *ibi, num.* 10. qui teſtatur, reos à palatijs Epiſcoporum extractos fuiſſe. Sed ſecluſa conſuetudine, quæ vbi fuerit legitimè introducta, ſeruanda eſt, vt aſſerunt Suar. *d. num.* 9. Delbene *num.* [illegible] Farinac. *d. q.* 28. *num.* 18. (vbi reſpondet, conſuetudinem, de qua *in præſenti* D. Couarr. ad Hiſpaniam reſtringendam, vbi hic verſatus eſt) prior opinio tenenda eſt, ea rationibus, quibus nititur, quas videre quis poteſt apud Diana, Delbene, & alios.

49 Seminarium Epiſcopali palatio annexum immunitate fungi, reſoluit Delbene *n.* 19. poſt Marc. Ant. Genuenſ. *in prax. c.* 22. *n.* 10.

50 Domum Epiſcopi extra diœceſim ſuam degentis, non habere immunitatem, docent Italia *n.* 19. Anton. Marin. *quotidian. reſo ut. cap.* 180. *numer.* 12. Delbene cum alijs, *num* 20. 21. qui *num.* 22. Idem affirmat de æde Epiſcopi titularis, vulgo de *Anillo*, cum Ciarlin. *vbi proximè*, quanquam contrarium in vtroque caſu probabile dicat aſſentiens *Diana*, qui probat prius *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 40. licet cogitandum relinquat; poſterius, *d. p.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 5. ſed à præmiſſis recedendum non eſt.

51 Palatia itidem Eminentiſſ. Cardinalium tam in Vrbe, quàm extra, immunitate de conſuetudine gaudent, vt cum alijs tradit Delbene *ſect.* 15. *num.* 1. Sed hoc priuilegium ſublatum eſt Bulla *Sixti V.* vt alibi dictum eſt, & *Gregorij XIII.* Dubitatur tamen, nùm ea reuocatio reſtringatur ad palatia in Vrbe; vel generaliter accipienda ſit, quoad loca omnia vbicunque habitent? & reſtringendam ſentiunt Dian. *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 37. Barboſ. *de iur. vniuerſ. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 7. Tuſch. *lit. E, concluſ.* 9. *numer.* 12. Guazzin. *numer.* 26. & alij apud Delbene, qui hoc probabile putat, quamuis oppoſitum teneat cum Farinac. *quæſt.* 28. *n.* 48. *& dict. cap.* 17. *num.* 274. Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 5. Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 2. *cap.* 15. *quæſt.* 16. *numer.* 12. Quid de alijs priuilegijs perſonalibus Cardinalium quoad delinquentes liberandos, vide Delbene *vbi proxime.* Petr. Greg. *d. lib.* 33. *c.* 21. *n.* 12.

Priuilegium hoc domibus Epiſcoporum conceſſum, Ethnicis ignotum non fuit; nam vincti ingredientes ædem Dialis Flaminis liberabantur, Beyerlinck. *verb. Aſylum, colum* 3. *lit. A, verſ. Apud Romanos*, Gell. *noct. Atticar. lib.* 10. *c.* 15. Pet. Greg. *n.* 6. & ad eum confugientem eo die verberari nefas erat, Pet. Greg. *n.* 14. 52

Ad Num. 6.

Reus confugiens ad Sacerdotem ferentem Euchariſtiæ venerabile, ac Auguſtiſſimum Sacramentum, immunitatem conſequitur: Ita communiter omnes. Suar. *d. c.* 9. *in fin.* Farinac. *d. q.* 28. *n.* 11. *& d. c.* 17. *num.* 275. Delbene *ſect.* 16. *à princip.* Decian. *libr.* 6. *cap.* 29. *num.* 8. Guazz. *num.* 36. Germon. *lib.* 3. *cap.* 26. *à numer* 90. Bobadilla, qui rectiſſimè loquitur *d. cap.* 14. *ex num.* 87. Tuſch. *vbi proximè, concluſ.* 10. *num.* 33. Clar. *d. quæſt.* 30. *num.* 24. Paz. *d. cap.* 3. §. 3. *num.* 36. Ant. Gom. *variar. lib.* 3. *c.* 10. *num.* 1. Plaça *in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 16. Gonni *fol.* 94. *ampliat.* 18. *num.* 2. 3. Pellia. *ſuprà, numer.* 4. Pet. Gregor. *num.* 14. & alij quamplures apud Delbene, quicquid aſſerat Bonacin. *d.* §. 4. *num.* 27. & Azeued. *in l.* 2. *titul.* 1. *lib.* 1. *Recopilat.* Idem dicendum eſt, ſi id diuinum Sacramentum non portaretur per Sacerdotem, ſed eſſet in loco aliquo extra Eccleſiam collocatum, Suarez *vbi proximè*, Delbene *num.* 1. Dian *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 28. Qui duo cum alijs aduertunt, quòd cum Corpus Domini publicè fertur ad infirmos, vel alio, neceſſe non eſt ad immunitatem conſequendam, quod reus Sacerdotem ferentem tangat, ſed ſufficit, ſi cum illud comitantibus ſe immiſceat, quia omnes illi cum Sacerdote vnam Eccleſiam repræſentant. Quid de Sacerdote portante infirmis ſacram Vnctionem? negatiuè reſoluit, optimis rationibus, *Delbene* contra Ludouicum Corream *in relection. ad cap. inter alia, part.* 2. *num.* 25. *de immunit. Eccleſiar.* 53

Ibi: *Vbi captus in carceribus ad Euchariſtiam.*

Quoties captus reus, dum ſibi miniſtratur, vel aliàs ad ſanctiſſimam Euchariſtiam confugit, immunitate non iuuatur; nam proxima reſolutio intelligitur de eo, qui libere ad Aſylum Sacroſanctum peruenit: quam limitationem communiter admittunt DD. videantur laudati nuper. 54

Verſ. *Septimò deducitur.*

Regula generalis in præſenti traditur, vt ſcilicet nemo, etſi grauiſſimi criminis reus ſit, violenter ab Eccleſia, vel ſimilibus locis extrahatur; Gonni *fol.* 87. *col.* 4. *num.* 1. Paz. *num.* 63. Anton. Gom. *vbi proximè*, Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 25. *verſ. Sed contrariam*, Farin. *d. q.* 28. *num.* 15. Guaz. *ſup. num.* 52. Decian. *cap.* 25. *num.* [illegible] *&* *c.* 28. *num* 1. Delbene *dict. cap.* 16. *dub.* 24. *à princ.* Bobadill. *num.* 37. Suar. *de Religion. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 4. Ceuall. *commun. tom.* 2. *q.* 817. *num.* 11. Gutierr. *practicar. lib.* 3. *q.* 1. *num.* 3. A qua regula, aliquorum criminum rei excipiuntur, *in cap. inter alia, de immunit. Eccleſ. & in Bulla Greg. XIV.* de quibus agendum eſt. 55

Ad Num. 7.

Primò, excipitur qui proditoriè homicidium perpetrauerit, ita expreſſim ſtatuitur in Bulla præfata Gregorij. 56

rij.

viſ. XIV. Ibi : *Aut qui proditoriè proximum ſuum occiderit*;& notarunt Delbene *dubit.*10. Farinac.*ſup. num.*23. & *de immunit.capit.*9.*num.*134. Gregor. Lop. *in l.* 4. *gloſ.* 8. *tit.*11.*part*. .Bonac.*in ſumm. to.*3. *diſp.*2.*quæſt.*3. *punct.*16. §.8.*numer*.. Guttier.*practicar.lib.*3.*quæſt.*7.*numer.*52. Suar. *capit.*11.*num.*11.Bobadill.*num.*33.Tuſch. *lit.E*, *concl.*11. *num.*5.Anton. Gum.*numer.*2 *verſ.*5.*limita*, Paz *num* 113; Gonni, *fol.* 98. *fallentia* 13. *num.*1. Decian. *capit.*18. *numer.*13. aual *in tract.de homicid. numer.*412. Guazz. *defenſ.*1. *capit.* 38. *numer.*39. Dian. *reſol.*12. Clar.*dict.* §.*fin. quæſt.*30.*num.*11.

Ibi : *Imò idem eſſe in eo, qui alterum proditoriè.*

57 Qui animo occidendi alterum proditoriè percutit, etiam morte non ſequuta, ab Eccleſia euellendus eſt, vt puniatur;quod deducitur *ex* l. 1. §. *Diuus Adrianus ff. ad leg.Cornel.de ſicar.* qua probatur, vt homicidam plectendum, qui animo enecandi vulnerat, licet mors non ſequatur;*l.*2.*tit.*23.*lib.*8.*Recopil.*Idem conſtat *Exod.c.*21; (à quo *c.*1.*de homic.*deſumptum eſt)vbi *verſ.* 12. legitur: *Qui percuſſerit hominem, volens occidere, morte moriatur.* Eandemque pœnam ſuſtinet iſte percuſſor ac homicida, *Deuter.*19. *verſ.*11. Ex quo hanc opinionem cum *D. Couar* magis communiter amplectuntur DD. vt Farinac. *q.*28.*num.*45.Bobad.*num.*35. Nauar. *cap.*25. *num.*22. Paz *num.*126. Gonn *num.*4.*cum ſeqq.*Guttier. *num.*55. Curtell. *lib.*1. *quæſt.*4. Maſtr. *deciſ.*293. *num.* 10. Peguer. *crimin. deciſ.* 49. *numer.* 11. Petr. Plaza *ſupra*, *capit.* 21. *verſ. Rurſus.* Azeued. *in l.*1. *numer.*9. *titul.*23. *lib.*8. *Recopilat.* Fontanel. *de pactis nuptialib. tom.*1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 14. *numer.*117.

58 Contrarium tamen placet Suar.*numer.*14. Decian. *numer.*17.Bonacin.*numer.*7.Germon.*lib.*3. *capit.*16. *num.*60; Marc.Anton.Genuenſ.*in prax.cap.*94. *in fin.* Dian. *part.*6. *tract.*1.*reſolution.*12.Farinac.*de immunitat.cap.*9.*num.*145. 146.vbi ſe retractat à ſententia, quam tenuit *d. quæſt.*28. *numer.*45.Mar.Italia *lib.*1.*capit.*5.§.4. *numer.*12. Villagut. *de extenſion.leg. capit.fin. à numer.*54. Barboſ.*ſuprà*, *d. capit.*3.*numer.*90.Tuſch.*lit.E*,*concluſ.*11. *num.*7. Nauarr. *in ſumm. Bullar.titul.de immunitat. Eccleſiaſt. numer.*75. Delbene *dict.dubitat.*10.*ſection.*9.Qui *numer.*4. optima ratione vtitur, quia ſcilicet agitur de præiudicio eius, qui non deliquit,vt eſt Eccleſia, de cuius immunitate quæſtio eſt; atque ita verba conſtitutionis Gregorianæ ſtrictè accipi debent: & alios pro vtraque parte refert.

59 Sed quibus prior ſententia placuerit, obſeruare oportet,duo concurrere debere, & vulnus,& occidendi animum.Vnde qui tentat inſidiose occidere, & non percutit, immunitate iuuabitur;Diana *part.*1. *tract.*1. *reſolut.*4. & 18.& ſentiunt omnes ferè, licet contrà doceat Gonni *numer.* 8. Item qui vulnerat ita ſine voluntate occidendi,Guttierrez,*numer.*57.Baiard. ad Clar. *dict. quæſt.*30. *numer.*17.Cur.Philip.*tom.*1. *part.*3. §.12. *numer.*36. Gonni *numer.* 6. vbi rectè ampliat, quanquam mors ex vulnere ſubſequatur; per *leg.*1. §. *Diuus*, *ff.ad leg. Cornel.de ſicar.* Animus occidendi in volnerante colligitor ex genere armorum,vt dicitur *in dict.* §.*Diuus*: & alijs circunſtantijs, de quo Gonni *numer.*7. Dom. Conatum. *in Clement.ſi furioſus,part.*1.§.1.*numer.*1. *de homicid.* Clar. *in prax.* §. *Homicidium*, *num.* 5. Menoch. *de arbitrar. lib.*2. *caſ.*361. *à numer* 6. qui hoc Iudicis arbitrio committendum docet.

60 Quæſtionis eſt, num occidens proditoriè infidelem immunitate priuetur?Negant Diana *part.*4.*tract.*1. *reſolution.*105.Ambroſin.*capit.*7.*numer.*12. Bonacin. *dict.* §. 8. *numer.* 6. Ratio eſt, tum quia quemadmodum aſſaſſinus non priuatur immunitate, ſi infidelis occidatur, vt ipſi ſupponunt;ita nec qui proditoriè talem enecauerit;tum quoniam ſtrictè loquendo, infidelis proximus Chriſtianis non eſt,cum non illis communicet in fide,Sacramentis,& Eccleſia;Bulla autem Gregoriana agit de occiſione proximi. Nihilominus contrarium eſt tenendum, nam infidelis proximus eſt nobis, vt reſoluunt Delbene *ſection.*4.Farinac.*de immunitat.cap.*8. *numer.*120. Peregrin. *capit.* 7.*num.*15. Mar. Italia *ſup. capit.* 5. §.4. *numer.*20,21.

Ibi : *Verùm opinio contraria.*

De hac opinione curandum non eſt poſt Bullam 61
Gregorij XIV. qua caſus hic expreſsè excipitur, vt dictum eſt *ſuprà*.

Ibi : *Reſpondit tamen Panormitanus.*

De intellectu textus *in capit.*1. *de homicid.* agunt Suar. 62
*numer.*10.Decian. *dict.capit.*18. *numer.*13. Auguſtin. Barboſ.*in collectan.ad illud*, *numer.*1.qui *Abbatis* opinionem reprobant,quam ſequitur Guttierr.*practicar.lib.*1.*quæſt.*24 *numer.*6.& 7.

Ibi : *Quamobrem aduerſus Panormitanum,*

Clericum proditoriè occidentem non eſſe degradan- 63
dum, & Curiæ ſeculari tradendum docet Suar. *vbi proximè*, qui ſe remittit *ad tract. de degradat.* de quo etiam conſule Gregor.Lopez *in l.*61.*gloſ.*3.*titul.*6.*part.*1.Ceuall. *tom.*1.*concluſ.*564.vbi alij:Fachin.*controuer. lib.*9. *cap.*29. Molin.*de iuſtit. tom.*4.*diſp.*49.

Ibi : *Non enim video poſſe hanc traditionem.*

Ex quibus delictis Clericus poſſit degradari, ac 64
Brachio ſeculari committi, agitur *in l.* 60. & 61. *tit.* 6. *part.*1.& dicam infrà,*ex num.*195.

Ibi : *Item & illud, quod præmiſſa diſputatione.*

Clericus perpetrans delictum aduerſus perſonam 65
Principis, vel Rempublicam, an ſit degradandus, & Brachio ſeculari tradendus? oſtendit Bobadill. *vbi proximè,numer.*114.115. qui alios laudat Delbene *ſup. ſect.*1. vbi reſoluit, Clericum ſic delinquentem, niſi incorrigibilis exiſtat, non eſſe Curiæ ſeculari tradendum;idem tenent Farinac.*in praxi, tom.*1. *quæſt.*8. *numer.*81. Fachin. *controuerſ.lib.*8. *capit.*30. Boſſ. *in prax. crim. titul. de for. compet. numer.*136. 142. Scaccia *de iudic. lib.*1. *capit.*11. *numer.*60.Clar.§ *fin.quæſt.*16.*numer.*36. & 40. vbi teſtatur in praxi ſeruari, quòd Clericus ob enormia crimina Curiæ ſeculari non tradatur: & hoc tandem Iudicis Eccleſiaſtici arbitrio relinquit; quia alij non pauci, quos refert Farinac. *numer.* 80. Chartar. *deciſ. crimin.* 66.*numer.*1.ac ſequitur Curtell.*ſup.lib.*2.*quæſt* 24. *num.*18. non tradendum docent.

An Iudex ſecularis cognoſcere valeat aduerſus Cle- 66
ricum in crimine læſæ Maieſtatis ſecularis, diſputari ſolet? Et negatiuè cum plurimis reſpondet Delbene *dubit.*4.*numero nono*, Dian.*part.*1. *tract.*2. *reſolut.*129., aduerſus Curtell. *quæſt.*20. Rabard. *de cauend ſchiſmat. ſect.*2. *numer.*8. *fol.*42. Ramirez *de leg. Reg.* §.17. *numer.*11. *in gloſ. lit.* D.Cur. Philipp.*tom.*1. *part.*3.§.3. *numer.*23. Sed oppoſitam tutiorem dicit, quæ in Hiſpania, & Gallia obſeruatur, nam D. Phillppus II. & III. Reges noſtri, & Ludouicus XIII.Gallorum Rex, ad cognoſcendum in hoc crimine aduerſus Clericos facultatem à Sede Apoſtolica impetrarunt;& in Regno Neapolitano, vbi conſtitutio contraria extat,in caſu contingenti Clemens VIII. anno 1600. declarauit ei conſtitutioni ſtandum non eſſe,vt teſtantur Marc. Anton.Genuenſ.*in prax.c.*72. Delbene *n.*10.19.*cum ſeqq.* & alij ab hoc laudati.

Verſ. *Tandem his prænotatis deducitur.*

Ita tenent allegati *ſup.numer.*61. Sed dubium eſt; quid 67
ſi Petrus per inſidias deduxit aliquem, vt ab alio occideretur;& mors ſubſequatur? Et cum immunitate gaudere aſſerunt Delbene *dict.cap.*17. *dubit.*20. *ſect.*8. Dian. *p.*6.*tract.*1.*verſ.Notandum eſt tamen*. Bonac. *ſup.* §.8. *n.*1.

verſ. Hoc tamen. Sed oppoſitum ſuſtinet Peregrin. *ſup. cap.7. num.9.* Gonni *fol.99. fallent.14. num.1.* Paz *d.§.3. nu.124.* Quæ ſententiæ poſſunt conciliari, vt prior procedat, quandò ſeductus non proditoriè occiditur; poſterior, quandò præter inſidias ad deductionem, etiam proditio in ipſa occiſione interuenit: quam diſtinctionem aliàs tradidit Caball. *de homicid. num. 413.* Guaz. *ſup. num. 43.*

Ibi: *Eam dici proditorium homicidam.*

67 Qui veneno alterum occidit, immunitate non defenditur *ex d. Bulla Gregoriana*, quia inſidioſè, ac proditoriè occidere compertum eſt; Gonni *ſup. d. fallent.13. num.2.* Suar. *d. cap.11. num.12.* Anton. Gum. [illegible] *c.3. num. 7. iunct. cap. 10. num.2. verſ. Quintò limita*, Dian. *part.1. tract. 1. reſolut. 36.* Caſtr. Palao *tom 2. tract.11. diſput. vnic. punct. 9. num 26.* Bobadill. *d. lib.2. cap.14. num.15.* Peregrin. *d. tract. de immunit. cap.3. nu.6.* Decian. *lib.6. cap.28. num.19.* Germon. *lib.3. cap.16. nu.63.* Guazzin. *d. cap.38. num.43. in fin.* Barboſ. *ſup. c.3. nu.44.* Maſtrill. *de indult. cap.35. n.5.* Delbene, qui innumeros congerit, *d. dubit. 20. ſect.1. nu.1. & n.2.* teſtatur, per ſacram Congregat. Concilij ita fuiſſe declaratum *die 3. Decemb. anno* 1632. etſi aliqui affirment, Summum Pontificem, cùm caſus occurrerit, conſulendum, vt Dian. *ſup.* Farinac. *de immunit. c.9. n.142.*

68 Controuertitur, num occidens veneno, vel alio modo infantem, aut fœtum animatum, immunitate iuuetur? Affirmant Bonacin. *num.8* Leo *in Theſaur. for. Eccleſiaſt. part.1. cap.13. verſ. Dubitari etiam poteſt*, Dian *part.3. tract.1. reſolut. 72.* Sed contrarium probant Delbene *vbi proximè, num.3.* Farinac. *cap.8. num.138.* & ſic declaraſſe prædictam ſacr. Congregationem refert Barboſ. *in collectan. Bullar. verb. Immunitas, & dict. cap.3. num.42.* & Lezana *verb. Immunitas Eccleſiaſtica, nu. 12.* Quod magis placet, nam etſi dolus propriè infanti fieri non poſſit, ex quo prior opinio defenditur; ſat eſt, quod occidatur ea propoſito, qui ſe tueri nequit; ſic etiam inſidioſus homicida habetur, qui dormientem interimit, Suar. *ſup.* & alij communiter; cui infans æquiparatur, *l.1 §. Sed furioſus, ff. de acquirenda poſſeſ.*

69 Concluſio *ſupra* tradita declaratur, vt minimè procedat, vbi non intenditur mors fœtus animati, quanquam ex aliqua potione matri data ſequatur, vt ſi Medicus pharmacum propinet fœminæ grauidæ, vt illam ſanitati reſtituat, aut amaſius concubinæ poculum amatorium, iuxta *l. ſiquis aliquid 38. §. Qui abortionis, ff. de pæn.* vt enim aliquis in Eccleſia tutus non ſit, propoſitum occidendi requiritur, ita docet Delbene *d. dubit.20. ſect.1. num.4.* Bonacin. *d. §.8. num.9.* Idem dicendum eſt de eo, qui veneno interficere conatur, ſi mors non fuerit ſubſequuta, quia actus occiſionis perfici deſideratur, vt Gregorianæ conſtitutioni ſit locus, vt apparet ex dictis *ſup. num. 58.* & generaliter tradit cum alijs Diana. *part.1. tract. 1. reſolut. 4. & 18.* Suar. *d. cap.11. num.14.* Similiter reſpondent non pauci de necante inimicum veneno, Delbene *ſect.1. à num.6.* Dian. *part.6. tract.1. reſol.12. verſ. Sed ego puto.* Sed quid reſoluendum conſtabit ex dicendis ſtatim ſuo loco circa quæſtionem, an occidens per inſidias inimicum gaudeat immunitate?

Ibi: *Item is proditorius homicida eſt.*

70 Quis proditorius homicida cenſeatur, vt Eccleſiæ immunitate non defendatur? docent omnes laudati *ſup. num. 56.* Dubium autem eſt ſatis controuerſum, an qui enecat inimicum ea propoſito, ac inſidioſè, priuetur immunitate, veluti ſi dormientem inuenerit, vel à tergo percuſſerit? Et partem affirmatiuam tuentur, Delbene *ſect.3.* Clar. *d. §. Homicidium, num.10.* Caſtill. *deciſ. 156. n.38.39.* Bonac. *num.3.* Barboſ. *d. lib.2. cap.3. n.62.* Dian. *p.6. tract.1. reſol.5. 33.* Farinac. ſe retractans, *de immunitat. cap.9. nu.143.* Franch. *deciſ. 713.* Ricc. *part.5. collect. 1792.* Giurba *conſ.20. num.13. & conſ.60. num.4.* Genuen. *in prax. cap. 94.* Guazzin. *d. defenſ.1. cap. 38. numer.39. verſ. Homicidium autem, cum ſequentibus.* Gonni *fol. 99. fallent. 4. numer. 2.* Mouentur ea eo quod in præcitata conſtitutione Gregoriana ſolùm excluditur ille homicida, qui proditoriè interficit; proditor autem non dicitur, qui inimicum offendit, ſed qui ſe fingens amicum, vel odium ſimulans, incautum aggreditur, vt tradunt prælaudati, & lariſſimè Decian. *tract. crimin. lib.7. cap. 29. per tot.* Guttier. *practicar. lib. 1. cap.2. num. 9.* Caball. *ſup. n.396. cum ſeqq.*

Ibi: *Aduerſus quos ego animaduerto.*

Oppoſitum tamen, nempè occidentem etiam inimicum per inſidias, defenſione ſublata, eſſe immunitate priuandum, cum *D. Couarr.* probant Suar. *d. cap.11. n.12.* Fagund. *in præcept. Eccleſiaſtic. tract. 1. lib. 4. numer.46.* Bobadill. *d. cap. 4. num.36. cum ſeqq.* Villadieg. *in politic. cap.3. num.208.* Germon. *ſup. lib. 3. cap. 16. num 64.* Portell. *verb. Eccleſia immunitas. num.15.* Paz *dict. cap.3. §.3 num 118.* Villagut. *cap. fin. num. 53. verſ. Quartus modus.* Cur. Philip. *part.3. §.12. num. 31.* Mar. Italia *lib. 1. cap.5. §.4. num.1.* Plaza *in epit. delictor. lib. 1. cap. 21. num.2.* & alij apud Farinac. *in prax. quaſt.28. de carcerib. num.76.* Pro quibus facit *l.10. titul.26. lib. 8. Recopilat.* vbi expreſſim dicitur, illum eſſe proditorem, qui securè extra rixam quemquam interficit, notat Ant. Gom. *variar. lib.3. cap.3. num. 5.* Bobadill. *num.36.* facit etiam *l. fin. tit.21. part.1.* 71

Qua opinione retenta quæritur; ſiquis conſanguineum, affinem, vel amicum cernens admicantem cum altero, hunc à tergo occidat, non præmeditato conſilio, ſed caſu, vtrum proditor cenſeatur, iuxta *d. legem Regiam Recopilat.* & perconſequens ſit ab Eccleſia extrahendus? quod dubium latè examinat Guttier. *d. c. 2. à princip.* & negatiuè meritò reſoluit; non enim ea propoſito deliquit, ſed ſanguinem ſuum redimere voluit eo modo, quo citiùs, & faciliùs potuit, & venia dignus eſt, qui qualitercumquè propinquum amicitia, aut ſanguine liberat, argument. *l. 2. ff. de bon. eor. quaſt. ant. ſent. ſibi mort. conſciuerunt.* Sequuntur Emm. Rodrig. *in ſumm. tom.1. cap.155. concluſ.5.* Cur. Philip. *dict. §. 12. num. 40.* 72

Quæritur ſecundò, an interimens inimicum in duello defendendus ſit ab Eccleſia, ad quam confugit; Partem affirmatiuam ſequuntur Delbene *ſect.6.* Farinac. *de immunitat. cap.7. num.117.* Dian. *part.4. tract 1. reſolut.46.* Bobadill. *ſuprà, num.40.* vbi teſtatur, ita fuiſſe deciſum per Supremum Caſtellæ Conſilium *anno* 1574. Cur. Philipp. *num. 39.* Bonacin. *ſuprà, §. 5. num.9.* Sed contra ſenſit Ludouic. Correa *in dict. relect. ad cap. inter alia, part.3. num. 19. de immunitat. Eccleſ.* Barboſ. *dict. cap. 3. num. 101.* Mar. Italia *ſuprà, lib. 1. cap.5. §. 4. à num. 42.* Non tamen a priori ſententia demanduio eſt. Cui non obſtat, quòd ea Trident. *ſeſſ.25. cap.19.* duellantes ſint excommunicati, ac ſepultura Eccleſiaſtica priuentur, nam Delbene *numer. 2.* reſpondet; Non ideò eſſe ab Eccleſia extrahendos, cum hæc pœna illis impoſita non ſit, ſed illæ. Nec etiam refragatur *l. 10. titul. 8. lib 8. Recopilation.* quæ pœnam proditionis irrogat ſolemniter in duello rixantibus: Nam rectè ſatisfacit Bobadill. quòd *ibi*, ſolùm pœna imponitur, ac ſi proditores eſſent, non tamen tales eſſe dicuntur, & aliud eſt, eſſe tale, & aliud haberi pro tali, vt alibi diximus, maximè quoad pœnas. 73

Verſ. *In his profectò caſibus.*

De hoc hucuſque affatim dictum eſt. Sed pulchrè dubitatur: Siquis viro nobili proditoriè alapam impingat, aut fuſtibus cædat, num immunitate potiatur? mouet quæſtionem, quia apud honeſtos, graueſque homines, non minùs, imò magis honor, qui ſic deturpatur, quam vita ipſa diligi ſolet vt diximus *lib.2. capit.21. numer. 9. 10. 36.* vbi obiter non gaudere 74

immuni

immunitate aſſertum eſt, ex Curtell. & Bobadill. *ubi* laudatis, quorum vltimus affirmat, ſic per Supremum Caſtellæ Conſilium fuiſſe definitum: ſequuntur Villadieg. *ſup. nu.* 211. Cur. Philipp. *dict.* § 2. *num.* 37. A quibus diſſentiunt Delbene *dict. dubit.* 20. *ſect.* 10. Decian. *conſ.* 34. *num.* 1. *lib.* 1. Pat. Suarez *de legib. lib.* 8. *cap.* 19. *num.* 6. *in fin.* Dian. *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 31. Quod verius videtur, maximè ſuppoſita ea opinione, quæ ducet immunitatem non eſſe denegandam, niſi in caſibus expreſſis in Bulla *Gregorij X IV.* quamuis ſimiles ſint, aut atrociores, de quo vide *ſup. numer.* 36. *& infrà, numer.* 147.

75 Simili modo dubium eſt, an idem ſit de Iudice, vel teſte, qui dolo fecit, vt aliquis vltimo ſupplicio afficeretur? & gaudere immunitate, reſoluunt Dian. *vbi proximè, reſolut.* 104. Delbene *d. cap.* 17. *ſect.* 7. *num.* 5. Peregrin. *de immunitat. cap* 7. *num.* 42. Caſtr. Palau *dict. tract.* 11. *diſput. vnic. punct.* 10. *num.* 8. Bonacin. *dict.* § 8. *num.* 4. Contrarium placet Mar. Italia *lib.* 1. *cap.* 5. 6. 5. *num.* 145. Zambell. *in repertor. moral. verb. Eccleſia, quoad eius immunitatem, num* 1. Curtell. *lib.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 11. 12. & alijs, & ita tenendum videtur, nam cum hi deteriùs faciant, quàm ſi ferro enecent, ſub dicta exceptione occidentium proditoriè continentur in *Bulla Gregoriana*. quod non eſt extenſio, ſed comprehenſio legis, quæ in omni materia locum habet, vt alibi dictum eſt. Nec refert, quòd iſti non occidant phyſicè, ſed moraliter, vt Theologi loquuntur. Quoniam in pœnis infligendis, non modus delinquendi conſideratur, ſed criminis atrocitas attenditur, *l. nihil intereſt* 15. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Ex his colligi poteſt, etiam immunitate priuari calumnioſum accuſatorem, morte innocentis ſequuta, necnon mandans, vt aliquis proditoriè occidatur, etſi pretium non intercedat, Baiard. *ad Clar. d. q.* 30. *num.* 19.

Ibi : *Sed illud dubium eſt, an idem ſit.*

76 Qui hominem deliberato animo, ſed abſque inſidijs, ſeu proditione interficit, ſubueniendum immunitate non eſt, ſecundùm Clar. *dict.* §. *fin. quæſt.* 30. *numer.* 12. Mulio. *de iuſt. tract.* 3. *diſp.* 23. Fachin. *controuerſ. lib.* 9. *capit.* 93. Sanch. *conſ. mor. lib.* 6. *capit.* 1. *dub* 5. *numer.* 57. Decian. latè probans *dict. capit.* 28. *numer.* 15. Barboſ. *dict. lib.* 2. *capit.* 3. *numer.* 99. Matth. *de iuriſdict. part.* 2. *capit.* 55. *numer.* 4. 5. Peguera *deciſ. criminal.* 54. *numer.* 10. Ioſeph. Ludouic. *Lucenſ. deciſ.* 16. *numer.* 3. Franc Marc. *deciſ.* 268. *numer.* 2. Germon. *lib.* 3. *capit.* 16. *numer.* 59. Menoch. *de præſumption. lib.* 5. *præſumpt.* 10. *numer.* 16. Farinac. *in prax. dict. quæſt.* 28. *num.* 13. Anton. Gom. *dict. lib.* 3. *capit.* 10. *n.* 2. *verſ. Quintò limita*, Guazzin. *n.* 43.

77 Nihilominùs contraria ſententia, quam *Domin. Couarruu.* amplectitur, ſuſtinenda eſt cum Delbene *dict. capit.* 16. *ſect.* 7. Caball. *ſuprà*, *numer.* 388. Suarez *de Relig. tom* 1. *tract.* 2. *lib.* 3. *capit.* 11. *numer.* 13. Tuſch. *lit. E*, *concluſ.* 11. *numer.* 9. Dian. *part.* 1. *tract* 1. *reſolut.* 33. Bobadill. *ſuprà, numer.* 38. Peregrin. *dict. capit.* 7. *numer.* 16. Paz *ſuprà, numer.* 131. Charat. *deciſ. criminal.* 95. Cur. Philipp. *dict.* §. 12. *numer.* 38. Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *capit.* 3. *numer.* 8. Ricc. *part.* 5. *collect.* 1792. Quæ ſententia poſt Bullam prædictam *Gregorij X IV.* longè probabilior eſt; quoniam in ea dumtaxat excipitur, qui proditoriè proximum occiderit, nec dubium eſt, quin proditor non cenſeatur, qui abſque inſidijs etiam deliberatè inimicum interimit: obſeruat poſt alios Delbene *dict. ſect.* 7. *numer.* 4. *verſ. Atque ita.* Eam tamen rectè limitat Bobadill. *ſuprà*, quandò aliquis cum ingenti amicorum, aut familiarium copia incautum inimicum aggreditur, & perimit, ſublata moraliter defenſione; & ita ſentit Suarez *vbi proximè.*

Verſ. *Nenò, ab eiſdem concluſionibus deducitur.*

78 Homicida ſimplex, qui ſcilicet non deliberatè, ſed ſubitò orta rixa, quempiam etiam dolo occidit, immunitate Eccleſiæ iuuatur; quod abſque controuerſia procedit, vt docent Suarez *vbi proximè*; Ant. Gabr. *ſup.* Guazz. *cap.* 37. *num* 74. Paz *num.* 132. Clar. *num.* 11. Fachin. *ſup.* Decian. *num.* 10. Plaç. *lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 13. Gutierr. *d. lib.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 17. Bonacin. *dict. punct.* 16. §. 5. *num.* 9. & ita ſentiunt omnes *ſup.* laudati. Circa quod notare oportet, cum dici ſimplicem homicidam, etiam qui parùm poſt rixam inimicum inuadit, & interficit, quoniam calor iracundiæ perſeuerat; de quo latè Menoch. *dict. caſ.* 361. *per tot.* & & obſeruant Gutierr. *n.* 13. Cur. Philipp. *n.* 31. 40. Quantum temporis intercedere inter rixam præcedentem, & mortem debeat, vt animi deliberatio excludatur, Iudicis arbitrio relinquitur, Menoch. *num.* 21. 25.

Circa præmiſſa aduertendum eſt, omne homicidium proditoriè factum præſumi, *l.* 1. *in fin. tit.* 25. *lib.* 8. *Recopilat.* Cur Philip. *numer.* 31. 79

Ad Num. 8.

Raptores virginum non eſſe de iure immunitate priuandos, tenent Delbene *dict. cap.* 16. *dub.* 54. *ſect.* 2. Farinac. ſententiam mutans, *de immunit. cap.* 6. *num.* 88. Suar. *num.* 17. Gutierr. *ſup lib.* 3. *quæſt.* 5. *per tot.* Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 14. Germon. *ſup. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 57. Fagund. *part.* 2. *lib* 4. *cap.* 4. *num.* 47. Guazz. *dict. c.* 37. *num.* 72. Caſtr. Palao *ſup. dict. diſputat. vnic. punct.* 10. *num.* 5. Ant. Gom. *dict. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 2. *poſt princip.* Gonni *fallent.* 28. *fol.* 106. Tuſch. *lit. E, concluſ* 11. *num.* 33. Bonac. *d.* §. 5. *num.* 8. Paz *num.* 43. Clar. *d. quæſt.* 30. *num.* 10. & alij. Hæc ſententia nititur, tùm *cap. de raptorib.* 3. 36. *qu.* 1. vbi expreſſim habetur, tùm regulæ traditæ *ſup. num.* 35. ſecundùm quam nullus euelli ab Eccleſia poteſt, etſi atrociſſimum crimen perpetret, niſi iure Canonico illud exceptum reperiatur: quod maximè procedit poſt dictam Bullam Gregorianam, vbi ponitur taxatiuè, *Tantum*, ad excludendos caſus *ibi* non expreſſos; ſed nullibi excipitur raptus virginis, ergo raptor immunitate carere non debet. 80

Contrarium nihilominus probabile putat Suarez *vbi proximè*, præſertim accedente conſuetudine; nec diſſentit Delbene *num.* 6. Decian. *cap.* 28. *num.* 20. illud probat, ſi raptus cum inſidiis fiat. Idem probabile ſentit Raphael de la Torre *tom.* 2. *in* 2. 2. *quæſt.* 99. *art.* 3. *diſput.* 7. *grad.* 8. & tenet cum *D. Couarr.* Sarp. *ſuprà cap.* 5. *fol.* 49. Lup. *in tr. de illegitim. & natural. comment.* 1. §. 5. *num.* 131. vbi alij. Ad fundamenta communis ſententiæ reſpondet Suarez quod *dict. cap. de raptoribus* deductum eſt ex *Concil. Aurel.* 1. quod fuit prouinciale; & ideo potuit non vniuerſaliter recipi. Ad rationem ſecundo loco adductam ait, quod cum iure Canonico latro ab immunitate excludatur, *in dict. cap. inter alias*; *de immunitat.* poteſt dici, raptorem virginis etiam exceptum, qui quodammodo latro eſt, cùm rapinam committat fœminam rapiens, ex Diu. Thom. 2. 2. *quæſt.* 66. *art.* 4. *ad* 3. quod tamen, etſi ſubtiliter dictum, violentiam præſefert, cùm ex communi vſo loquendi, latro non dicatur, qui mulierem libidinis cauſa rapit, & ita expreſſe probatur *in l. verum* 40. *ff. de furt.* Quare, ſecluſa conſuetudine (quæ vbi recepta ſit, ſeruari debet, vt præfert Suar. & Delbene *ſuprà*, docet Farinac. *in prax. quæſt.* 28. *num.* 22. Boſſ. *in prax. titul. de raptu. reor. numer.* 21.) à communi opinione recedere non oportet. Illud compertum eſt, quòd ſi raptus fieret in Eccleſia, vel in ea ſtuprum committeretur, minimè reus immunitate iuuaretur, eò quod delinquentibus intra Eccleſiam, ipſa non ſubuenit, *cap. fin. de immunitat. Eccleſ.* Ita Anchartan. *in d. cap. fin. in princip.* Paz *ſuprà, numer.* 86. Gonni *dict. tractat. de immunitat. fallent.* 3. *numer.* 9. *fol.* 97. Cur. Philipp. *ſup. n.* 19. 81

Ad Num 9.

Aſſaſſinos, id eſt, qui pecunia, vel re alia pretio æſtimabili accepta, vel promiſſa, homicidium perpetrat, ad Eccleſiam confugiens immunitate non defenditur; ex tp. 82

de homicid. in 6. & Bulla præcitata Gregor. XIV. Suar. *ſup. num.* 15. Farinac. *de immunit. cap.* 8. *num.* 18. Delbene *dubit.* 21. *ſect.* 1. *num.* 1. Gonni *fallen.* 15. *fol.* 99. Dian. *p.* 6. *trac.* 6. *reſ.* 11. Clar. *in prax.* §. *Aſſaſſinium, num.* 5. Bonacin. *d. punct.* 19. §. 9. *num.* 1. Bobadill. *num.* 77. Guazz. *d. c.* 38. *num.* 40. Paz *num.* 133. Decian. *ſup. cap.* 28. *n.* 18. Gutierr. *ſup. lib.* 3. *quæſt.* 7. *a n.* 50. Cur. Philip. *num.* 34. & innumeri alij ab his laudati.

Ibi: *Etiamſi hi mandatarij Chriſtiani ſint.*

83 Aſſaſſini quanquam Chriſtiano nomine inſigniti immunitate non gaudent, vt conſtat ex *Bulla prællegata*, & omnes fatentur, qui eos ab Eccleſia euellendos docent; nam ſi eſſent infideles ob quoduis crimen in locis ſacris non ſunt tuti, vt probabitur cum Domin. Couarruu. *infrà, num.* 11. *verſic. Decimò tertiò*, & in ſpecie notant Gutier. *num* 51. Suar. *vbi proximè*, Delbene *n.* 7. vbi alij, licèt *d. c.* 1. de infidelibus loquatur.

Ibi: *Sic ſanè crimen iſtud aſſaſſinium.*

84 Aſſaſſinus autem eſt tam mandans, quàm mandatarius, quare vterque Eccleſiæ immunitate cenſetur indignus, vt ſub *prædicta Bulla* comprehenſus, Scar. *num.* 16. Bobadill. Decian. Cur. Philipp. *ſuprà*, Paz *num.* 136. Peregrin. *de immunit. cap.* 7. *num.* 29. Farinac. *ſup.* Bonacin. *n.* 6. Ambroſin. *de immunitat. cap.* 7. *num.* 1. Delbene *n.* 3. 7. Guazzin. *dict. n.* 40. qui omnes de mandante his locis loquuntur: licet Henric. Bocer. *in tract. de homicid. lib.* 1. *cap.* 3. *num* 4. aſſerat mandantem, aſſaſſinum non eſſe.

85 Sciendum eſt aſſaſſinium non committi, ſiquis, conducti a pecunia hominibus, inimicum aggrediatur, & ille interficiatur à socijs, nec erunt vt aſſaſſini ab Eccleſia extrahendi; Dian. *ſup. verſ. Secundò limitatur*, Hieronym. Gabr. *conſ.* 180. *num.* 15. *cum ſeqq. lib.* 1. Guazz. *num.* 42. *verſ. Sed omittendum non eſt*, Bertazz. *conſ.* 142. *n.* 13. *volum.* 1. Delbene *ſup. ſect.* 3. *n.* 2. *verſ. Quinimò*, Farinac. *d. cap* 8. *n.* 33. Ambroſin. *n.* 7. Bonacin. *n.* 5. Baiard. ad Clar. §. *Aſſaſſinium, n.* 5.

86 Eadem ratione qui inimicum communem ſibi & alteri, accepta ab hoc pecunia, interficit, reus aſſaſſinij non habebitur, nec Eccleſiæ immunitate carebit: Delbene *vbi proximè, num.* 21 Farinac. *num.* 132. Peregrin. *c.* 7. *num.* 45. Guazzin. *verſ. Etſi committens.* Dian. *ſup. verſ. Vnde primò limitatur*, Bonacin. *d. num.* 5. Grammatic. *conſ.* 52. *num.* 49. Baiard. *n.* 20. Idem eſt de milite, qui ſtipendium accipit; nam etſi hoſtes perimat, aſſaſſinus non eſt, Delbene *d. ſect.* 3. *in fin.* Bonacin. *n.* 4. Ambroſin. *vbi proximè*, Baiard. *num.* 3.

87 DD. communiter *in d. c.* 1. *de homicid. in* 6. præmittunt, aſſaſſinium committi, cùm incautus pro mercede quis enecatur. Sed videtur quòd etſi aliquis occidat alterius inimicum non incautum, ſed præuidentem ſe ab eo occidendum, veluti ſi eſſet ad ſingulare certamen prouocatus, nihilominus aſſaſſinus reputabitur; nam etſi *in L.* 3. *tit.* 27. *part.* 7. Aſſaſſini dicantur, qui proditoriè homines incautos enecant, id à communiter accidentibus dictum eſt, cùm huiuſmodi homines non niſi per inſidias homicidia committant. Ant. Gom. *d. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 10. *verſ. Item etiam dicitur:* non quod aſſaſſini non ſint, qui ob pecuniam homines etiam præcauentes extinguunt; præcipua namque malitia huius criminis prouenit ex eo, quod propter lucrum, atrociſſimum homicidij delictum perpetretur; Ant. Gom. *d. n.* 10. D. Cou. *infrà, n. proxim.* Vnde non pauci de aſſaſſinis tractantes, huius qualitatis, quòd incautus occidatur non meminere, vt Menoch. *de arbit. caſ.* 360. *à n.* 41. Clar. *d.* §. *Aſſaſſinium*, Gonni *d. fallen.* 15. *n.* 2. 3. Quod etiam corroboratur ex præfata Bulla *Gregor. XIV.* vbi excipitur qui proditoriè proximum occiderit, & aſſaſſinus, ne immunitate gaudeant; ſi enim aſſaſſinus non eſſet, niſi qui, ſublata defenſione, interficit inſidioſè, ſuperfluum foret de eo mentionem fieri, cum ſub exceptione occidentis proditoriè ipſe aſſaſſinus contineretur: quod argumentum deduci poteſt etiam ex illis, qui de immunitate Eccleſiæ diſſerunt, qui ſeparatim de occidente per inſidias, & de aſſaſſino loquuntur, vt videre eſt apud laudatos *ſup.* Nec valet reſpondere, quod Pontifex, & DD. agunt de aſſaſſinis, de quibus *in d.* quoniam illi infideles iam non ſunt qui graſſentur, vt aduertit Delbene *ſect.* 1. *n.* 5.

Ex quibus omnibus concludendum eſt, quòd vt aſſaſſinium committatur, nō eſt præcisè neceſſarium quod aliquis incautus occidatur, quanquam ita ferè ſemper contingat; ipſe verò mandans proditionem admittit, qui ſecurus alteri mortem latenter machinatur; quo ſenſu proditorium crimen iſtud rectè nuncupatur, quidquid tenuerit Paz *num.* 140. 88

Dubium eſt, verum immunitate gaudeant delinquentes, ſi homo infidelis occiſus propter pecuniam ex alterius mandato fuerit? & affirmatiuam partem ſequitur Domin. Couarruu. *hoc n.* 9. *& num.* 10. *verſicul. Quintò, hinc apparet*, Dian. *d. reſolut.* 11. *verſ. Tamen ego*, Clar. *dict.* §. *Aſſaſſinium, num.* 1. vbi Baiard. *n.* 13. Ambroſin. *ſup n.* [illegible] Gutierrez *n.* 8. Paz. *n.* 135. 140. Nouar. *in concl.* [illegible] *nib. iur. Pontific. concluſ.* 43. *n.* 2. Guaz. *ſup. verſ. Ac etiam requiritur*, Maſcard. *de probat. conc.* 138. *n.* 13. Farin. *in prax. q.* 123. *n* 33. Hæc ſententia probatur *in d. c.* [illegible] *de homicid.* vbi aſſaſſini dicuntur, qui Chriſtianos enecant 89

Sed contra ſentiunt Delbene *ſect.* 2. Mar. Ital. *lib.* [illegible] *c.* [illegible] §. 4. *num.* 20. Peregrin. *dict. cap.* 7. *n* 39. Deci[an.] *vbi proximè*, Bonacin. *num* 9 Henric. Bocer. *ſup. lib.* 1. *cap.* 3. *n. m.* 14. Farinac, ſibi contrarius *de immunitat. cap.* 6. *nu.* 122. Ratio eſt, quoniam ad crimen aſſaſſinij nil aliud requiritur, niſi quòd homo propter pecuniam ex mandato alterius perimatur; quod vtique contingit, licet infidelis occiſus ſit: Nec obſtat *dict. cap.* 1. vbi agitur de illis aſſaſſinis, qui in odium veræ Religionis Chriſtianos, mercede conſtituta, perimebant, vt infideles; illi verò, quos nunc aſſaſſinos appellamus, & de quibus quod ad immunitatem Eccleſiæ, ſermo eſt, Chriſtiani ſunt, nec odio fidei, ſed auiditate lucri homicidia perpetrant; quare licet ad incurrendas pœnas contra illis aſſaſſinia vtentes, opus ſit, quòd fidelis occidatur, id neceſſe non eſt, quando de aſſaſſinis fidelibus, qui ob mercedem occidunt, tractatur, cùm ceſſet ratio odij fidei. Alioqui ſi omnia requiſita *d. c.* 1. deberent concurrere in aſſaſſinis omnibus præcisè, non eſſet aſſaſſinium ſi fidelis ſit, qui interficit; nam in *eo textu* agitur de infidelibus homicidis. Secundùm quæ hæc vltima opinio magis placet. 90

Sed cum oppoſita valde probabilis ſit, quæri iuxta eam ſolet, ſi conſtet, hominem per aſſaſſinum peremptum, non tamen appareat an Chriſtianus, vel infidelis ſit, quid præſumendum? & quidem ſi in territorio Chriſtianorum reperiatur peremptus, Chriſtianus cenſebitur, alioqui infidelis iudicabitur; Delbene *ſect.* 2. *num.* 8. Bonacin. *num.* 10. Iulius Clar, *num.* 2. Sed ſi in eo loco fideles, & infideles publicè commorentur, occiſus baptizatus non creditur, ſed probari debet, Guazzin. *in dict. n.* 42. *verſicul. Si verò non conſtaret*, Dian. *vbi proximè*, qui refert *Nouarium*, *Pacian.* & alios tenentes abſolutè, hominem Chriſtianum non præſumi: quibus iunge Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt* 14 *num.* 8. Quicquid nouiſſimè tradat Iuſt. Oſdeleb. *in cautel. crim.* qui opinatur, reo incumbere onus probandi, occiſum eſſe infidelem; quod eſt intelligendum iuxta diſtinctionem ſuprà traditam. 91

Quæritur, an aſſaſſinij reus ſit, qui pecunia ab aliquo accepta bannitum occidit? & negatiue reſoluit Greg. Lop. *in l.* 3. *gloſ.* 4. *tit.* [2]7. *p.* 7. ex Alberico, & Nello, de quo Decian. *tom.* 2. *lib.* [illegible] *c.* 30. *n.* 19. 92

Item quæritur de eo, qui mandatum ſuſcepit de occidendo pro pecunia, ſi mors non ſequatur [ſe]d deuentum ſit ad actum proximum vulnerum, vel in obligationis? & aſſaſſinum eſſe qui fecit quod potuit, conſequenterque Eccleſiæ immunitate priuandum, tenent Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib.* 2. *capit.* 3 *numer* 97 Peregrin. *ſuprà numer.* 31. Bobadill. *numer.* 35 [illegible] Bonacin. *numer* 6. *verſicul. Addo hoc valere*, Gambacurt. *de immunitat. cap* 34. *numer.* 12. Cutrell. *eod tract. lib.* 1. *quæſt.* 18. Gutier. *dict. q.* 7. *num.* 54. 93

*num.*54. *cum ſeqq.* Gonni *fall.* 15. *numer.*8. *in fin. fol.* 100. Guazzin.*dict.nu.*42. *verſ. Pro complemento cum ſeqq.* Scarp. *cap.*5.*fol.*45. Megal.*in* 3.*part.lib.*4. *cap.*2. *quaſt.* . *num.*20. Dian.*part.*1.*tract.*1.*reſol.*18.*verſ. Dices cum*, & alij; contra Delbene *d.dubit.* 21.*ſect.*5. *a num.*2. Farinac.*de immunitat. cap.*8.*num.*123.*in fin.* Dian. ſibi contrarium, *d.reſolut.* 11. *verſ. Verum licèt ego*, Maſcard. *d.concl.*138.*n.*2.5. Theſaur. *in pract. Eccleſ. de pœn.p.. verb.aſſaſſinium. cap.*1. *fol.* 154. Layman.*lib.*4.*tract.*9.*c.*3.*n.*9. & alios, quod benignè poteſt amplecti.

94 Idem de mandante dicendum eſt cum Delbene *ſect.*5. Suar.*dict.cap.*11.*num.*16. Maſcar. *n.*4. Franc. Leo *in theſaur.p.*1.*cap.*23.*num.*27. & alijs proximè laudatis, contra Mar.Ital.*lib.*1.*cap.*3.§.3.*nu.*10. Bocer.*ſup.lib.*1.*c.*3. *num.*4. Vtrum effectu non ſequuto, pœna ordinaria mandanti, & mandatario ſit imponenda? quæſtionis eſt; de qua latè per Farinac *in prax.q.*123.*à n.*19. Guttierr.*a n.*26. Ceuall. *tom.*1.*q.*540 *a n.* . Molin. *de inſtit. tom.*4. *diſputat.*25. Decian.*c.*30.*ex num.*13.

95 Ille verò, qui operam ſuam locat ad vulnerandum duntaxat, aſſaſſinus non eſt, vnde ei auxilium immunitatis non denegabunt, Farinac.*de immunitat. d.c.*8. *n.* 34. Dian.*d.reſolut.*18.*verſ. Non reticeam*, Gutter. *n.*59. Delbene *d. ſect.* 4. *n.*1. Decian. *ubi proximè*, *num* 41. Ceuall. *tom.* 2. *q.*901. *in princ.* vbi alios refert. Bonacin. *num.*7. Peregrin.*nu.*11. Guazz.*verſ. Secùs erit, ſi mediante*, Baiard. *ſupra*, *num.*2. Anton. Gabr. *commun. concluſ.*1. *de delict. num.*30. Ambroſin. *num.*11. & alij. Hinc colligi poteſt, quid dicendum de illo, qui ex mandato alterius propter pecuniam fuſtibus cædit, vel alapam impingit; hic enim propriè aſſaſſinus non eſt, quanquam ob immanitatem facinoris, ſi homini nobili iniuria fiat, & etiam ob proditionem, contrarium poſſet ſuſtineri; maximè attenta eorum opinione, quibus placet, his non eſſe immunitate ſubueniendum; etiamſi pecunia, & mandatum non interueniat; de quo etiam *ſup. num.* 74. quod in hac ſpecie facilius admittendum eſt, cum deterius delinquatur. Nec deſunt, qui affirment, aſſaſſinum dici, qui quomodolibet propter mercedem delinquit, vt refert Gomez *ſup. ex n.*3. quæ tamen cùm non omninò iuris ſanctione comprobentur, conſuetudini attendendum eſt, & ſuper eo alij cogitent.

96 Nomine aſſaſſinorum in hoc tractatu continentur, qui illis, vt aſſaſſinis fauet, receptando, vel defendendo: quod colligitur *ex d.c.*1. *de homicid. in* 6. & notant Delbene *ſect* 6.*num.*1. Farinac. *num.*124. Peregrin. *numer.*35. Gomez *num.*9. Bonacin. *ubi proximè*, *verſ. Secundò ſequitur* Guttier.*num.*63. Decian.*dict.cap.*30.*num.*42. Paz *d. cap.*3. §.3.*num.*140. Idem eſt de ſocijs, alijſque ad crimen perpetrandum cooperantibus Guazzin. *ſup. d. num.* 42. *in fin.* Bonacin.*num* 6. Peregrin.*num* 37. Barboſ. *ubi proximè*, Curtell. *d. quaſt.*18.*num.*6. & alij apud Delbene *num.* 2. De proxeneta verò eſt controuerſia, quoniam eum, qui inter mandantem, & mandatarium intercedit, non comprehendi aſſaſſinorum appellatione, ſentiunt Dian.*part.*4. *tractat.*1.*reſolut.*35. Cambacurt.*lib.*5.*cap.*34.*n.*14. Anton. de Marin.*quotidianar.reſol.c.*171.*n.*5. Nouar.*ſup.tit.de immunit. Eccleſ.n.*72.

97 Inter aſſaſſinos etiam numeratur teſtis qui pecunia, vel alio æquiualenti corruptus falſum teſtimonium fert, ex quo aliquis capitis pœnas innocens det: quod vtique de Iudice ſententiam mortis in inſontem propter lucrum proferente dicendum eſt, Peregrin. *dict. cap.*7.*n.*42. Mar.Italia *lib.*1.*cap.*5.§.4.*&* 5.*num.*114. 115. Curtell.*ſuprà.q.*19.*n.*14.15. Delbene *d.dubitat.*1.*ſect.vltim.ex num.*1. Bonacin.*n.*8. etſi oppoſitum probabile ſentiat Dian.*part.*3.*tract.*1.*reſolut.* 17. *in fin.* qui immunitate non gaudent, vt præfati DD. affirmant.

98 Sed ſi quis, mercede conſtituta, iuſſerit hominem necari, & ante effectum ſubſequutum reuocauerit mandatum, qui non obſtante reuocatione aſſaſſinus mortem intulit, quæri ſolet vtrum mandans aſſaſſinus habendus ſit? Affirmat Farin.*de immunit.cap.*8. *num.*118. *&* *in prax. q.*123 *num* 26. 9.82. Decian. verò *d.cap.*30.*num.*37. videtur ſentire contrarium, quando mandatarius ſciens reuocationem antequam ad actum proximum deueniret; nihilominùs occidit. Cui accedit Delbene *ſect.*5.*in fin* ex locis, ad quæ ſe remittit Guttier. *ſup. a num.* 44. At Farinacij ſententia de iure verior videtur, non tam quia mandans ex parte ſua delictum conſummauit, quàm quod in caſu, de quo agimus, non eſt propriè mandatum, ſed contractus locationis, *l.non ſolum* 11.§.*Procedit, ff. de iniur.* licèt ex eo actio ob turpem cauſam non detur, vt aduertit Decian.*ubi proximè*, *num.*2. Atque ita cum vtriuſque gratia celebretur, licet conductor velit reſilire, locator renuitque mercede priuetur, quod naturæ contractus conuenit, *l.ſicut* 5.C.*de actionib. & obligation.* qui etſi iniquus & nullus ſit, eius leges inter contrahentes obſeruantur. Quare tunc exiſtimo *Deciani* veram eſſe ſententiam, ſi mandans conſtitutam mercedem pro homicidio traditam remittat; aut promiſſam ſoluere non recuſet, ceſſat enim ratio occidendi, contractuſque ſeruatur, intereſſe ſoluto, atque ita ſi poſtea mandatarius delictum perpetret, mandans vt aſſaſſinus puniri non debet; qui omnem occaſionem delinquendi, quam præſtiterat, remouet.

Nec obſtat quod de mandato traditur communiter, 99
vt eo reuocato, mandans pœnas delicti non incurrat, vt videre eſt apud Delbene, *d. tract. 11. de immunitat. Eccleſ. tom.*1.*capit.*2.*dubitat.*8.*ſect.*9. Decian.*d.lib.* 9.*capit.*36. *numer.*32.*cum ſeqq.* Nam id procedit, quoniam mandatarij nihil intereſt, mandatum exequi, quod gratia mandantis duntaxat eſt adimplendum, cùm res integra ſit reuocationis tempore, vt notauit Delbene *numer.* 4. Aſſaſſini autem refert, ſuppoſita conuentione, mortem inferre; vndè manifeſta eſt diſparitatis ratio.

Ex his conſtat, ad aſſaſſinij crimen committendum, 100
neceſſariò deſiderari, quòd aliquid pretio æſtimabile promittatur, vel præſtetur propter homicidium, vt ſupponunt omnes *ex dict.capit.*1.*de homicid.in* 6. & quòd ſola promiſſio, ſit ſatis, docent Delbene *dict. dubit.* 21. *ſect.*1. *numer.*8. Farinac. *dict. capit.*8. *numer.* 125. Menoch. *caſ.*360. *numer.*42. Bonacin. *numer.*2. *verſ. Tertiò pro illius* Guttier, cum alijs, *numer.*20. Hinc quæritur, ſi res exigua ſit, quæ datur, vel promittitur, vtrum aſſaſſinium committatur? Negant Farinac. *dict. quaſt.* 123. *numer.* 43. *& dict.capit.*8. *numer.*127. Bonacin. *numer.*3. *verſ. Idem dici poteſt*, Vulpell. *conſ.* 143. *numer.* 9. Ambroſin. *capit.* 7. *numer.*9. Dian.*dict.reſolut.*11. *verſ. Quartò limitatur.* Quod rectè limitat Delbene *numer.* 10. 11. quando conſtaret propter rem etiam minimam homicidium fuiſſe patratum; imò grauius delinquitur, cùm magis vita proximi vilipendatur, de quo vide Caſtr. Pala. *tom.*2. *tract.* 11. *d ſp. unic punct.*9. *n.*34. Quæ res, vel quantitas exigua ſit; Iudicis arbitrio relinquitur, Menoch. *de arbitrar. caſ.*52. *num.*11.

Res autem pretio æſtimabilis in aſſaſſinio dicitur 101
etiam ſimoniacè, vel vſurariè data aut promiſſa. Vndè ſi quis beneficium promittat, vt homo occidatur, vel mutuet, crimen hoc perpetratur; nam ſufficit, quòd propter commodum delinquatur, Delbene *d. dubit.*21.*ſect.*1. Decian.*lib.*9.*cap.*30.*num.*17. Bonacin. *ſup. punct.* 16.§.9. Dian.*d.reſolut.*11. Baiard.*ad* Clar *in* §. *Aſſaſſinium.* Quicquid doceat Guazzin. *d. num.*42. *verſ Nec ex mutuo*, ex quibus nota aſſaſſinum non eſſe, qui nulla præcedente promiſſione, ſpe tamen aliquid conſequendi homicidium ex alterius mandato perpetrat, vt pluribus laudatis probat Delbene *n.*15.

Illud tandem animaduerſione dignum eſt, vt ſi pater 102
iuſſerit filio, quemquam occidere, pecunia, vel æquiualenti alio dato, vel promiſſo, non committatur aſſaſſinium; quia præſumitur filius interficere proprio odio quod habet aduerſus patris inimicum, iuxta doctrinam traditam *ſup. numer.*86. Ita Decian. *dict. capit.* 30. *num.*18.

Ad Num 18.

De atrocitate, & pœnis aſſaſſinij latè diſſerunt De- 103
cian.*d.c.*30. Ant.Gom.*lib.*3.*cap.*4.*num.*10. Guttier. *d.q.*7. Clar.§. *Aſſaſſinium*, & ibi Baiard. Farinac. *in prax.q.*124. *num.*6.7.

*nu.*6. 7. & DD. communiter *in dict.c.*1. *de homicid. in* 6. Qui aduertunt cum *D.Couar.*in præſenti, deterius delinqui propter pecuniam, quàm ſi ea non interueniret; Gregor.Lop.*in l.*3.*Gloſ.*1.*tit.*27.*p.*7.Paz *dict.§.*3.*num.*137. Anton.Gom.*vbi proximè*,Decian.*num.*4.Guttier. *num.*61. Gonni *dict.fallent.*15.*num* 6.*fol.*100. *column.*3.*poſt princip.* Clar. *num.* 7. *in fin.* Imò quod fieri abſque pœna gratis poteſt, pretio interueniente punitur acerrimè, *l.mariti* 29. *§.plectitur ff ad leg.Iul.de adulter.*Capyc.*deciſ.*155.*in* 6.*dubitat.* Decian. *vbi proximè*. A qua criminis immunitate prouenit, vt in eo leuiores probationes ad pœnam etiam ordinariam imponendam ſufficiant, quam regulariter in alijs, Decian.*num.* 2.Roland. *conſ.*14. *num.* 14. *volum.* 4. Clar.*ſup.num.*6.Guttier.*num.*21.Ceuall. *d.quæſt.*901.*n.*43. & plures apud Barboſ. *in collectan. ad dict. capit.* 1. *numer.*20. Quod in eo textu expreſſim cautum habetur. Quicquid dicat Delbene *dict.ſect.*1.*in fine*, quoad immunitatis priuationem.

Ibi : *Sed vt ad aſſaßinos redeam.*

103 Quanquam omnes fateantur, deciſionem *dict. capit.*1. *de homicid.in* 6.fuiſſe promulgatam aduerſus eos, qui infidelium opera vtebantur ad Chriſtianos occidendos; communi tamen Interpretum conſenſu ad illos extenditur, qui pecunia homines conducunt vt homicidia perpetrent, ſiue Chriſtiani, ſiue infideles ſint: & ita contra *D.Couar.* pœnas illius conſtitutionis incurrere, docent Delbene *dict.ſect.*1.*num.*7.Farinac.*in prax.quæſt.*8.*num.*83. *& quæſt.*123.*num* 23.Bobadill.*in Politic.tom.*1.*lib.*2. *c.*18. *num.* 57. Guttier. *num.* 4. Brun à Sole *in quæſtionib.legal. quæſt.*34.*num.*25.Gregor.Lop.*vbi proximè*, Mar. Italia *ſup. lib.*2.*cap.*5.*num.*149.Decian.*num* 4. Anaſtaſ. Germon. *de Sacror.immunit.lib.*5.*cap.*16.*num.*67. Clar.*num.* . Ambroſin.*de immunitat.cap.*7. *num.*1. *cum ſeqq.* Barboſ. *in collectan.ad d. cap.*1. *num.*14. & alij innumeri, quos hi referunt. Quæ ſententia cùm ſit conſuetudine comprobata (quæ eſt optima legum interpretes, *l.ſi de interpretatione* 37.*ff.de legib.*)vt teſtantur Gregor.Lop.Decian.Bobadill. Brun. & cæteri *vbi ſupra*, omninò amplectenda eſt in praxi: quanquam contrariam, quam D.Couar.*hic* tuetur, de iure verior videatur; vt ſentiunt Suar.*de cenſur.diſp.*23. *num.*46.Petr.Gregor.*ſyntagmat.iur.part.*3. *lib.*35. *capit.*5. *num.*2.*verſ.A quibus*.Nauar.*in Manual. cap.*27. *num.*136. Plaza *in Epitom.delictor.lib.*1.*cap.*22.*num.*43.Anton. Columb. *de controuerſijs in cauſ. crimin. art.* 357. & alij tam Theologi, quàm Iuriſperiti, quos refert Gonni *dict. fallent.*15.& Guttier.*ſup.num.*3.

Ibi : *Scribunt etenim Archidiaconus.*

104 Aſſaſſini per translationem, & ſimilitudinem dicuntur etiam fideles, qui pecunia, vel alio æquiualenti conducti homines enecant; propriè tamen erant populi quidam infidelium ex Syria, qui Mahometis errorem profitebantur, a Barbaris ſanctiſſimi habebantur, putabantque opus pium exercere occidendo ſuæ ſectæ, vel Principis inimicos, propter quod mortem oppetere minimè formidabant, horum opera Chriſtiani aliqui opprimebantur ex mandato etiam fidelium, qui illos, mercede conſtituta, conducebant, de quibus agitur *in dict cap.*1.*de homicid. in* 6. Notatur per Menoch. *caſ.* 360. *ex num.*40. Delbene *dict.ſect.*1. *num.*3. Bobadill.*ſup. verſ. Volaterrano eſcribe*, Suar. *dict. capit.* 51. *numer.*15. Petr. Gregor. *vbi proximè, numer.*2.Bonacin. *dict.§.*9. *numer.*2. *verſ. Reſpondeo nomen*, Guttier.*num.*2.Decian.*d.cap.*30. *num.*1. Gonni *fallent.*15.*numer.*2.

Verſ. *Primum verè cenſeo.*

105 Quòd Summus Pontifex *in d.capit.* 1.pœnis in eo ſtabilitis afficiat laicos etiam ſibi in temporalibus non ſubditos, probant aduerſus *D. Couar.* Decian. *numer.*5. Guttier.*num.* 9.Clar.*num.*4. & alij laudati *ſup. num.*102. *in princip* qui ita ſentiunt. Ratio eſt, vt ait *Guttier.* quia hoc crimen, etiamſi fideles occidat, atrociſſimum, crudele, & inhumanum eſt, vt præter citatos *ſup. num.* 103. *in princip.*notant Monticel. *reg crimin.*6. *num.*2.3. Barboſ. *in collectan.ad d.cap.*1.*num.*2.Ceuall. *d. quæſt.*901. *num.*28. Quamobrem potuit Summus Pontifex pœnas temporales ſtatuere in eos, in quos temporalem poteſtatem non habebat, cum in vtroque caſu ratio atrocitatis delicti militet. Per contrarium quos pro *D Couar.* citaui *d.n.*104. *in fine*, hanc quoque eius concluſionem probaſſe, conſequens eſt. Quæ magis iuri conuenit. Vide Pat. Suar. *de legib.lib.*3.*cap.*6.

Ibi : *Nam licèt iuriſdictio temporalis.*

Iuriſdictionem ſpiritualem à temporali diſtinctam 106 eſſe probant, *cap.licèt ex ſuſcepto* 10.*de for.competent. cap. ſolitæ* 6.*de maiorit.& obedient.cap. duo* 10.96. *diſtinct l.*3 *tit.*1 *lib.*4.*Recopilat.Gloſ.verb.ad Regem*, *in cap. cauſam* 7. *qui fil.ſint le itim.*Cardin.Bellarmin.*controuerſiar li . . de poteſt.Pontif tempòr.cap.*6.*col.*1.2.Bobadill.*in Politic tom.*1. *lib.*2.*cap.*17.*a princip.*Fuſc.*de viſitat.lib.*2. *cap* 21 *ex n.*1. Decian.*ſup.tom.*1.*lib.*4.*cap.*11.*num.*1. Caſtr. *de le . pœnal. lib.*2.*cap.*11.*pag.*436.Azeued.*in d.l.*3.*Recopilat.num.* Ceuall.*commun.tom.*1.*quæſt* 739.*num.*8.vbi latè, & alij plures apud Bobadill.*cap.*10.*num* 60.*lit. B*, Vtraque tamen reſidet in Summo Pontifice ſaltem habitu, vt probant ex alijs Bobadill *d.cap* 17.*à num.*3.Ceuall. *ex num.*46.atque ita publica delicta laicorum, quorum in temporalibus non eſt dominus, valet coërcere, Anaſtaſ. Germon. *de Sacror.immunit. lib.*2. *in princip. numer.* 19. Bobadill. *numer.* 10. *verſ. Bien conſta*. De quo vide Patr.Suar. *vbi proximè*.

Ibi : *Imò, & Imperator ipſe.*

Imperator quoque ſi pecunia, vel æquivalenti fecerit 107 hominem interfici, adhuc per aſſaſſinum Chriſtianum, pœnis *dict.cap.*1.ſubiacebit, Guttier.*vbi proximè*, Decian. *d.cap.*30.*num.*6.Hoſtienſ.*in d.capit.*1. *num.*19. Farinac. *d. quæſt.*123.*num.*25. & idem de Cardinalibus ſcribit Marr. *de iuriſdict.part.*4.*caſ.*85. *num.*11. *& caſ.*129. *num.*3. ac de Epiſcopis, vel Archiepiſcopis, Clar. *numer.*3. Farinac *num.*25.Decian.*num.*15.

Verſ. Secundò, *infero.*

Quod excommunicatio, de qua *in d. capit.*1. non liget 108 eos, quos vulgò *aſſaſſinos* appellamus, quando ſcilicet per hominem Chriſtianum homicidium perpetratur docent *D.Couar.* ſequuti Bonacin. *tom.*3. *de excommunic. extra Bull.diſp.*2.*quæſt* 2.*punct.*33.Nauar.*d.capit.*27.*n.*13 . Suar.*vbi proximè, ſect.* 4. *num.*47. & alij, quibos addendi ſunt relati *ſup.num.*104.*in fine*, qui cum *D. Couar.* contra Communem tenent, *d. capit.*1. ad eos, qui per Chriſtianos aſſaſſinos alios perimunt, non pertinere. Tamen his aduerſatur eadem communis ſententia, quæ pœnas *dicti textus* ad huiuſmodi delictum extendit, cuius fautores *ibidem* laudauimus; & in ſpecie quoad excommunicationem quod hodie incurratur per aſſaſſinos Chriſtianorum opera vtentes, mercede conſtituta, ad Chriſtianos vtique interficiendos, ſentiunt Sayr.*de cenſuris. lib.* . *capit.*34.*num.*21.Filliuc.*tract* 14.*capit.*4. *quæſt.*10. *numer.*63 Guttier. *num.*13.

Verſ. *Tertiò, eadem ratione.*

Ad hæc quoque videnda ſunt tradita *ſup. num.* 104. 109 nam qui *D.Couar.* ſequuntur *ibi*, hanc vtique concluſionem defendent. At qui Communem amplectuntur, etiam ſentiunt, diffidatum, ſeu bannitum eſſe, qui per homines fideles, vel infideles, pretio conductos, Chriſtianos extinguunt more Aſſaſſinorum, vt expreſſim notant Guttier. *ex n.*11. Clar.*n.*4.Carrer.*in prax.crimin.§.*5.*n* 8.Decian *d. c.*30.*n.*7 Sayr.*in clau Reg.lib.*7.*c.* 1 *n.*12.Farinac *d.q.*123. *n.*8.Cardoſ.*in prax.Iudic.verb.Aſſaſſinus,num.*3.

Ibi;

Ibi : *En verò diffidationis pœna.*

110 Diffidatus dicitur, qui à quocunque impunè occidi poteſt, Decian. *vbi proximè*, Ceuall. *dict. quæſt.*901. *num.*5. Ruin. *conſ.*4. *numer.* 14. *volum.*5. Barboſ. *in collectan. ad dict. capit.*1. *numer.*19. Gregor. Lop. *in l.*3. *Gloſ.*4. *titul.*27. *p.* 7. (vbi quod poterit impunè occidi propter pecuniam ab inimico acceptam, vt dixi *ſup. num.*92.) Guttier. *numer.*11. Sed an pater filium diffidatum poſſit abſque pœna occidere? Negat Decian. *ſup.* contra Carrer. *dict. numer.*8. Similiter nec frater, aut filius patrem, vel fratrem occidere poteſt, Menoch. cum alijs *conſ.*1189. *numer.* 28. 29. *& de arbitrar. lib.* 2. *p.* 90. *numer.*43. quem vide *ex numer.* 48. vbi de occidente bannitum ob propriam inimicitiam, vel proditoriè, quos extra ordinem puniendos docet, & Clar. *in prax.* §. *Homicidium*, *à numer.* 59.

Ibi : *Nec mirum ita à Romano Pontifice.*

111 Princeps Eccleſiaſticus poteſt condere legem irrogantem pœnam mortis pro aliquo delicto, quanquam ſententiam iudicialem, qua aliquis ad mortem damnetur, ferre non permittatur, Decian. *numer.*8. Guttier. *num.*16. qui etiam *D. Couar.* ſequuti aſſerunt, non fieri irregularem, qui Principi ſeculari conſilium præſtiterit, vt legem condat ſub pœna mortis aliquid prohibentem. Ratio eſt, quia neminem in particulari lex morte afficit; ſed ſolùm generaliter tranſgreſſoribus illam minatur; quemadmodum etiam licet ſcribenti librum, etſi Eccleſiaſticus ſit, inſtruere Iudices in cauſis criminalibus; vt ex alijs probat Bobadill. *dict. lib.*2. *capit.*17. *numer.*27. omninò ad præmiſſa videndus ex *numer.*24. Quid ſi Confeſſarius, vel Doctor conſulatur à Iudice, num teneatur reum occidere? & reſpondeat teneri, non effici irregularem; docet Dian. poſt alios *part.* 3. *tract.* 5. *miſcellan. reſol.* 80. licèt plerique aliter ſentiant, illud autem communiter probatur, poſſe abſque irregularitatis periculo dicere, quid in communi legibus cautum ſit, non conſulendo in particulari, nec aperiendo quid ipſe ſentiat in caſu, de quo interrogatur; vt docent DD. quos idem Dian. *ibi* refert, vbi etiam alij, qui exiſtimant nullo modo interrogato licitum eſſe in cauſa ſanguinis reſpondere.

Verſ. *Quartò, eadem ratione conſtat.*

112 Aſſaſſinij reos eſſe ipſos, qui locant operas ſuas, vt homines perimant, atque ita Eccleſiæ immunitate non gaudere, probaui ex pluribus *ſup. numer.*84. & quod pœnis omnibus ſtatutis *in dict. capit.*1. affici debeant, cùm earum capaces ſunt, vt fideles, qui hodie propter pecuniam aliorum inimicos enecant, docent Delbene *dict. capit.*16. *dubit.*21. *ſect.*1. *numer.*6. Farinac. *dict. quæſt.*123. *numer.* 19. Guttier. *numer.* 18. Decian. *numer.* 9. Scortia *theoremat.*385. Boſſ. *in prax. tit. de mandat. ad occidend. numer.*13. Pax *numer.*137. Gonni *dict. fallent.*15. *numer.*7. *fol.*100. Salced. *ad* Bernard. Diaz *in prax. cap.*96 alias. 100. *verſ. Secundus caſus*, Can????? *in quæſtionib. crimin. quæſt.*11 *de quæſtionib. tangent. punit. delict. capit.*6. *numer.*48. Barboſ. *ſup. numer.*7. licèt contra ſenſit Greg. Lop. *in l.*3. *Gloſ.*5. *titul.*27. *p.*7. Notandum verò eſt, quod etſi in *dict. cap.*1. mentio non fiat aſſaſſinorum infidelium, qui Chriſtianos occidebant, non fuit ex defectu poteſtatis, ſed quia pœnæ *ibi* ſtatutæ illis non conueniebant, Pontifex enim poteſt, maximè pro defenſione fidelium, pœnas ſtatuere aduerſus infideles, vt latè & eruditè probat B. Ioan. Capiſtran. *de Author. Pontific. part.*1. *principal. à princip. in tract. DD. tom.*13. *fol.*38. Gregor. Lop. *in l.*2. *Gloſ.* 3. *titul.*23. *p.*2.

Ibi : *Imò ipſos interfectores.*

113 Qui Aſſaſſinorum more conducti pecunia homines interficiunt vltimo ſupplicio affecti membratim ſcinduntur, ſolénique ad caudam equi in locum ſupplicij trahi, vt obſeruant Clar. *dict.* §. *Aſſaſſinium*, *numer.*4. Plaza *in epit. delict. lib.*1. *capit.*19. *numer.*5. Cancer. *ſup. numer.*49. Guttier. *numer.*13. Carrer. *ſup.* §.5. *num.*35. Decian. *num.*31. Ceuall. *ſup. num.*6. & 7. Imò cum hoc crimen committatur frequentiùs, proditoriè homicidium hic perpetrans, de iure Regio etiam dimidia bonorum ſuorum parte mulctabitur, fiſco applicanda; Ant. Gom. *variar. lib.*3. *capit.*3. *numer.*10. *verſ. Item etiam dicitur*, Guttier. *numer.*15. Cant. *vbi proximè*, de quo eſt *l.*10. *titul.*23. *lib.*8. *Recopilat.* Pecunia verò vel res ob homicidium accepta, debet reſtitui ei, contra quem mandatum eſt, vel eius hæredibus; Gregor. Lop. *in dict. l.*3. *Gloſ.*1. *titul.*27. *p.*7. Decian. *numer.*35. Carrer. *numer.*30. Capyc. *deciſ.*153. *num.*27. Baiard. ad Clar. *ſup. num.*9. qui, Decian. & alij aduertunt, hæredem aſſaſſini ad reſtitutionem hanc teneri, etſi lis cum defuncto conteſtata non ſit.

Verſ. *Quintò hinc apparet.*

Vt pœnæ de quibus *in d. cap.*1. locum habeant, neceſſè eſt, quòd Chriſtianus ſit, qui interficitur, vt aduotarunt Decian. *numer.*1 . Carrer. *num.*15. Clar. *num.*2. Boſſ. *ſup. n.*21. Guttier. *n.* . Pax *in prax. tom.*1. *part.*5. *c.*3. *n.*135. Plaza *ſup. d. cap.*19. *num.*3. Gonni *d. fallent.*15. *n.*7. Maſcard. *de probat. conc.*138. *n.*13. Guazzin. *ſup. defenſ.*1. *cap.* 38. *n.*41. *verſ. Ac etiam requiritur*, Aloyſ. Ricci. *in prax. aurea*, *reſolut.*38. Farinac. *in prax. q.*123. *a num.*33. Zerol. *in prax. Epiſcop. part.* 1. *verb. Aſſaſſini*, *verſ. Hinc oriuntur*, Peguer. *crimin. deciſ.*5. *n.*29. Quod etſi commune admodùm ſit; contrarium iure defendi poteſt, vt alijs placet, quos ipſe retuli *ſup. n.*91. de immunitate agens. 114

Verſ. *Sextò, deducitur.*

Supponendum eſt, prout *in dict. cap.*1. diſponitur, quòd Clericus aſſaſſinus iure ipſo depoſitionis pœnam incurrit: quod aduerrunt Delbene *ſup. tom.*1. *c.*6. *dubit.*5. *ſect.*2. *num.*1. Farinac. *d. q.*123. *n.*12. Barboſ. *n.*12. vbi alij, Ceuall. *num.*8. 115

Modò dubium eſt, an talis aſſaſſinus ſit actualiter degradandus, ac Brachio ſeculari tradendus, vt meritas pœnas det: Negat Barboſ. *n.*13. vbi probat: cui ſententiæ fauet *l.*61. *tit.*6. *p.*1. & *ibi* Gregor. Lop. *Gloſ.*1. vbi cauetur, quod Clericus etſi propter delicta *ibi* expreſſa ſit deponendus, non tamen Curiæ ſeculari tradendus, niſi perpetret ea, quæ lege præcedenti continentur. Sed nihilominus in crimine aſſaſſinij communis reſolutio eſt, quòd Iudici ſeculari tradatur. Imò etſi hoc controuerſum valdè ſit, Iudex ſecularis procedere abſque actuali degradatione poteſt; quod maximè obtinet, ſi aſſaſſinium Clericum perpetraſſe, notoriè conſtiterit; alioqui ſententia criminis declaratoria Iudicis Eccleſiaſtici deſideratur, vt ſecularis de Clerico aſſaſſino cognoſcere valeat: de quo vide Dian. *part.* *tract.*2. *reſolut.*51. Delbene *tom.*1. *dict. ſect.*2. *à princip.* Clar. *in prax.* §. *fin. q.*36. *num.*29. 30. Ceuall. *ſup. d. tom.*1. *q.*901. *per tot.* Decian. *d. cap.*30. *num.*21. Guttier. *num.*23. 24. Farinac. *in prax. q.*8. *num.*86. Mart. *de iuriſdict. part.*4. *cent.*2. *caſ.*129. *num.*17. Carol. de Graſſis *de effectib. Clericor. effect.*1. *num.*668. Curtell. *de immunit. Eccleſ. lib.*2. *q.*24. *num.*30. Gambacurt. *lib.*7. *cap.*14. *num.*13. Bellet. *diſquiſit. Cleric. part.*1. *tit.*3. §.7. *num.*6. Ex quibus colliges, receptius eſſe, Clericum aſſaſſinum non poſſe per Iudicem laicum puniri, niſi præcedat ſententia criminis declaratoria Eccleſiaſtici, maximè vbi delictum notorium non eſt.

Ibi : *Nam & ipſe idem opinor.*

Hanc diſtinctionem *D. Couarr.* inter Clericum mandantem, homicidium fieri per fidelem, aut infidelem, expreſsè reijciunt Guttier. *n.*24. Bobadill. *n.*57. *verſ. Pero no parece*, vbi alios laudat, qui ſentiunt, diſpoſitionem *d. c.*1. locum habere in Clerico conducente Chriſtianum pecunia, vt hominem enecet. 116

Verſ. *Septimò, vt ad inſtitutum regrediar.*

117 Vide quæ dicta ſunt *ſup. num.* 82. vbi plures referuntur, qui aſſerunt, aſſaſſinos eſſe, ac Eccleſiæ immunitate non tueri, qui homines etiam Chriſtianos pretio inducunt, vt homicidia committant.

Ibi : *Sic & Speculator.*

118 Hoc iam declaratum eſt per Gregor. XIV. vbi expreſsè ſtatuitur, aſſaſſinis Eccleſiæ immunitatem non ſuffragari quod vt alibi dixi, intelligi nequit de aſſaſſinis illis infidelibus, de quibus *in dict. cap.* 1. quoniam tunc temporis iam non graſſabantur.

Ad Num. 11.

119 Excommunicatio non impedit, quin excommunicatus Eccleſiaſtica immunitate defendatur, Suar. *d. tom.* 1. *de Religion. tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 3. Clar. in *prax.* §. *fin. quæſt.* 30. *num.* 18. Bonacin. *in ſumm. tom.* 3. *de Excommunicat.* in *partic. ext. Bull. diſp.* 2. *quæſt.* 1. *punct.* 16. §. 5. *num.* 3. Farinac. *de immunit. cap* 2 *num.* 44. *& in prax. q.* 28. *num* 39. Decian. *tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26 *num.* 3. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 26. *verſ. Quæro tertiò*, Gonni *de immunitat. fallent.* 19. *num.* 1. *in tract. fol.* 101. Anaſt. Germ *de Sacror. immunit. lib* 3. *cap.* 16. *à n.* 71. Guazzin, *de defenſ. reor. defenſ.* 1. *cap.* 37. *num.* 54. Delbene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* . . *ſect.* 3. Gregor. Lup. *in l.* 4. *Gloſ.* 1 *tit.* 11. *p.* 1. Carthar. *deciſ. crimin.* 59. *num.* 17. Bobadill. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 50. Pet. Gregor. *d. libr.* 33. *cap.* 22. *num.* 1. Pax *in prax. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3 §. 3. *num.* 112. Et omnes ferè, exceptis paucis quibuſdam, quos refert Farinac. *d. cap.* 2. *num.* 45. 78. Gonni *ſup.* qui meminit eorum, qui ſenſerunt, excommunicatum ab homine non gaudere immunitate, ſecus à iure. Sed communis ſententia omninò tenenda eſt; nam Eccleſia priuilegium habet generale tuendi omnes, qui ad ſe confugiunt, niſi in caſibus exceptis in iure: & nuſſibi cautum reperitur, quòd excommunicatus immunitate priuetur, neque inter effectus excommunicationis iſte numeratur, vt obſeruat Suar. *ſup.* Nec refert, quòd excommunicatus mortuus non admittatur ad Eccleſiam; nam iure ita conſtitutum eſt, vt ſepultura careat Eccleſiaſtica, & in hoc nullus fauor Eccleſiæ verſatur, ſicut in immunitate. Ex quo etiam reſpondetur ad aliud fundamentum *Felini*, & ſequacium, licèt enim excommunicatus rebellis ſit Eccleſiæ, tamen defendi debet ab eadem, cùm hoc in honorem Sacri loci cedat, cui priuilegium immunitatis conceſſum eſt. Neque excommunicato interdicitur materialis Eccleſiæ ingreſſus, ſed quatenus ordinatur ad aſſiſtendum Diuinis; quod eidem non licet; Bonac. & Decian. *ſup.* & hæc intelligas etiam in excommunicato publicè denunciato, vt aduertunt Dian. & Delbene *loc. citat.*

120 Idem dicendum eſt de homine interdicto, propter rationes proximè perpenſas, Suar. *d. num.* 3. Gambacurt. *de immunitat. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 4. Gonni *num.* 1. *in fine*, Delbene *ſect.* 2. Dian. *ſup verſ. Quæro ſecundò*, Farinac. *num.* 44. Ambroſin. *de immunitat. cap.* 8. *num.* 12. & alij communiter aduerſus Felinum *in c.* 2. *n.* 6. *de exceptionib.* Decian. *num.* 14.

Verſ. *Decimotertiò, quamuis excommunicata.*

121 Infidelem, qui ad Eccleſiam confugit, non eſſe dignum, vt in ea tueatur, docent Farinac. *in prax. quæſt.* 28. *num.* 68. Delbene *ſup. ſect.* 4. *à num.* 11. Peregrin. *de immunit. cap.* 12. *num* 1. Clar. *num.* 17. Suar. *ſup. num.* 11. Gonni *fallent.* 18. *num.* 4. Sarp. *de iur. Aſylor. cap.* 5. *fol.* 58. Guazzin. *cap.* 38. *num.* 3. Ambroſin. *de immunitat. cap.* 8. *num.* 8. Pax *num.* 106. Pereira *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 51. *num* 5. Bonacin. *ſup.* §. 10. *num.* 3. Qui contrariam probabiliſſimam dicit; Marquard. *de Iudæis. part.* 1. *cap.* 8. Decian. *dict. cap.* 26. *num.* 2. Franc. Leo. *in theſaur For.* *Eccleſiaſt. cap.* 14. *num.* 13. Cortell. *ſup. lib.* 1. *quæſt.* 22. Bobadill. *d. cap.* 14. *num.* 51 Lotter. *de re beneficia. lib.* 1. *c.* 3. *num.* 109. Guttier. *d. quæſt.* . *num.* 51. & alij plures Hæc ſententia maximè nititur *l.* 1. *C. de iis, q. ad Eccleſ. confugiunt.* vbi infidelibus immunitatis auxilium denegatur; cui deciſioni ſtandum eſt, cùm ſimus in re dubia, & iure Canonico expreſſim non deciſa, vt tenent Suar. *num.* 10. Decian. & alij *ſupra*: Alia fundamenta ſunt apud Delbene, qui latè diſputat. Quæ reſolutio procedit in Iudæis, Sarracenis, alijſve, qui Sacrum Baptiſma non ſuſceperunt.

Ibi : *Contrarium tamen notant.*

Sed aduerſus *D. Couar.* & præfatam communem opinionem, alij plures ſentiunt, infidelibus non eſſe immunitatis auxilium ſubtrahendum, vt Mat. Italia *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. Fagund *de præcept. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 4. *num* 49. Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 3. *num* 44. vbi teſtatur, ita fuiſſe per Sac. Congregat. immunitatis declaratum *menſe Februario anno* 1631. Portel. *in dub. Regular. verb. Eccleſiaſt. immunitas, num.* 10. Ricciul. *de iure perſon. extra gr. Eccleſ. exiſt. lib.* 2. *cap.* 12. Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap. quæſ.* 9. Carol. Matanta *in controuerſ. iur. part.* 1. *reſponſ.* 1. *num.* . Ludouic. Correa *in tract. de immunit. Eccleſ. part* *cap.* 3. Dian. *part.* 1. *tractat.* 1. *reſolut.* 2; Greg Lup *in l.* 4. *gloſ.* 1. *tit.* 11. *p.* 1. Ceuall. *tom.* 1. *q.* 269. Quæ ſanè opinio de iure defendi poteſt ex rationibus, quas pro illa *Dian.* conſiderat *vbi proximè*, qui adſtipulatur *l.* 2. *d. tit.* 1. ibi: *Todo ome*, prout aduertit Gregor. Lop. *d. gloſ.* 1. & Bobadill. *vbi proximè.* Et vltra alia fundamenta conſiderandum eſt, quòd egregijs Sacræ Scripturæ interpretibus placet, Ius Aſyli in Lege veteri etiam Gentilibus fuiſſe commune, vt dixi *ſup. num.* 18. licet Delbene oppoſitum probet *d. ſect.* 4. *à num.* 12. Præterea Beyerlinck, *in theat. vit. human. tom.* 1. *verb. Aſylum, à princip.* refert, idolorum delubra apud Nationes aliquas, vel exteris aſyla fuiſſe, quò magis omnibus venerabilia fiebant. Qua ratione Templorum veri Dei ſanctitati hoc ipſum tribuendum eſt, vt in eis nedum Chriſtiani, ſed etiam infideles ſint tuti, in quibus tuendis, pietatis, ac Maieſtatis amplitudo magis ſplendet. Nec ex iuris Cæſarei conſtitutione in *d. l.* 1. reſtringendum eſt priuilegium generaliter Eccleſiæ conceſſum, vt omnibus confugientibus ſua immunitate ſubueniat, maximè cùm veroſimile non ſit, quòd Sacrorum Canonum Conditores excluſionem infidelium omiſerint, ſi eos indignos Eccleſiæ immunitate indicarent. Tamen contrarium receptior eſt. 122

Prior autem ſententia ſolet limitari, ſi infidelis ad Eccleſiam confugiens, poſtulet baptizari abſque fictione, 123
vt tenent Suar. *d. cap.* 10. *num.* 11. Nauar. *in Manual c.* 25. *num.* 10. Baiard. ad Clar. *d. quæſt.* 30. *num.* 23. Gambacurt. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 88. Diana, Pereira, Bonacin. Pax. Guttier. *vbi proximè*, Carduſ. in *prax. iudic. verb. Eccleſia, n.* 81. & plures apud Delbene n. 25.

Oppoſitum ſuſtinent Decian. *ſup.* Guazzin. *n.* 4. *verſ.* 124
Tamen, Ambroſin. *d. cap.* 8. *num.* 8. & alij, qui ſentiunt, infideles baptiſmum in eo periculo conſtitutos ſimulatè poſcere, vt pœnam mortis euadant; & ita lege præſumi, *dict. l.* 1. *C. de iis, qui ad Eccleſ.* In qua controuerſia cum *Suar.* & *Bonacin.* dicendum eſt, quòd ſi Iudæus, vel Gentilis cupiebat abſque cogitatione confugij ad veram Religionem conuertere, & interim delicto patrato, confugiat ad Eccleſiam, & Baptiſmum petat, erit omnino tuendus, quia ceſſat ratio ſimulationis. Si verò poſtquam ad Sacrum Aſylum ſe recepit, oſtendat ſe velle ſuſcipere Baptiſmum, poterit Eccleſia eum retinere, vt experiatur, an fictè conuertatur, nec ne, atque ita illum tueri vel non; etſi aliqui teneant eſſe præſumptionem iuris, & de iure, quòd ſimulata ſit conuerſio, quorum meminit Suar. *n.* 12.

Verſ. *Decimoquartò, eadem ratione.*

Supponendum eſt, quòd confugiens ad Eccleſiam 125
propter crimen hæreſis nullo modo ab ipſa defenditur: nam

nam caſus iſte expreſſim excipitur *in d. Bulla Gregor. XIV.* vt notant Delbene *dict. cap. 6. dubit. 22 num. 1.* Suar. *d. cap. 10. num. 13.* Gutier. *de delic. q. 71 num. 2.* Cardinal. de Lugo *in tract. de fide, diſp. 24.* Decian. *tom. . lib. 5. cap. 40. nu. 7. & tom. 2. lib. 6. cap. 26. n. 4.* Filliuc. *tract. 15. c. 6. quaſt. 8. num. 151.* Ambroſin. *cap. 8. num. 1.* Bonacin. *§. 10. n. . .* Bobadill *ſup. num. 54.* Idem dicendum eſt de fautorib. hæreticorum, de apoſtatis, ſortilegis, alijſque de hæreſi ſuſpectis, Bonacin. *ibidem*, & *num. 2. verſ. Hinc patet*, Farinac. *de immunitat. cap. 13. num. 175.* Delbene cum alijs, *vbi proximè, à n. 8.* Dian. *part. 1. tract. .. reſolut. 58.* Mar. Italia *lib. 1. cap. 5. §. 6. num. . 9. 140.* Bobad. *num. 57.* Paz *num. 109.* & alij communiter. Et quanquam criminis huius cognitio ad forum Eccleſiaſticum ſpectet priuatiuè, *cap. i. ſim ſecundum 19 §. fin. de hæretic. in 6.* Clar. *in prax. §. Hæreſis, num. 6.* Gutier. cum multis, *vbi proximè, q. 33. num. 10.* Ac immunitas Eccleſiarum aduerſus iuriſdictionem Eccleſiaſticam non tueatur, vt latè probat Delbene *ſ. p. d. dubit. 10. ſect. 12. per tot.* Tamen ex eo, quod propter hæreſim immunitas non proſit, vtilis ſequitur effectus; nam Iudex laicus poterit abſque cenſuræ metu hæreticum ab Eccleſia extrahere, vt ipſum iudicandum Eccleſiaſtico tradat, ſicut aduertit Delbene *dubit. 22 num. 1. verſ. Reſpondetur*, Farinac. *d. cap. 13. num. 178.* Bonacin. *d. num. 1. verſ. Reſpondeo negando.* Et in hoc ſenſu *D. Couar.* præſens concluſio abſque contradictione procedit: quia hæreticus immunitate non gaudet.

126 Quæſtionis verò eſt de hæretico, qui propter crimen aliud, veluti homicidium ad Eccleſiam conuolat, an in ea ſit tutus? Negant cum *D. Couar.* Curtell. *ſup. lib. 1. q. 29.* Nauar. *d. cap. 15. nu. 20.* Tanner. *in 2. 2. diſp. 5. q. 8. dub. 1. num. 6.* Bobadill. *vbi proxime, num. 54.* Petr. Greg. *c. 21. num. 1.* Peregrin. *d. cap. 8. num. 9.* Gambacurt. *lib. 7. cap. 3. num. 6.* Gigas *de crimin. læſ. Maieſtat. lib. 3. qu. 93. nu. 18.* Decian. *d. num. 4.* Sarp. *capit. 5. fol. 60.* Ambroſin. *cap. 8. num. 9.* Guazzin. *num. 5. verſ. In tantum*, Paz *ſup. n. 108.* & alij, qui indiſtinctè docent hæreticum non iuuari immunitate. Quæ opinio, vt ipſi DD. declarant, accipienda eſt de eo, quem hæreticum eſſe conſtat, nec punitus, & reconciliatus eſt, hic enim, licèt aliquando in hæreſim inciderit, ab Eccleſia defendendum, ſi ob delictum non exceptum confugiat; omnes fatentur. Videantur ita expreſſim adnotantes Delbene *d. dub. . s. n. 7.* Bonac. *n. 2. verſ. Ex quo patet.*

127 At affirmant ſentientes hæreticum, præter crimen hæreſis, vel aliud exceptum, immunitate non eſſe indignum, Gregor. Lop. *in l. 4. Gloſ. 1. tit. 11. p. 1.* Suar. *vbi proxime*, Farinac. *de immunit. cap. 13. num. 172.* Delbene *d. dub. 10. ſect. 4 num. 5. 6. & dub. 22. num. 3. 4.* Correa *d. cap. 3. numer 3.* Bonacin. *num. 1. verſ. Secunda ſententia*, Mar. Itali *d. §. 6. num. 7.* Caſtr. Pal. *tom. 2. tract. 11. diſp. vnic. punct. 7. num. 4.* Dian. *ſup. reſolut. 29.* Azor. *part. 2. lib. 9. cap. 9. quaſt. 9.* Filliuc. *ſup. num. 151.* Portell. *nu. 10.* Trullench. *in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 2. num 2.* & alij. Similiter Religioſus apoſtata immunitate non carebit, niſi in Eccleſijs eius Ordinis, quem deſeruit; Dian. *ſup. reſolut. 33.* Bobadill. *d. num. 57.* Delbene *dubit. 24. ſect. 16.* Decian. *d. cap. 26. num. 13.* Farinac. *n. 169.* Mar. Ital. *dict. lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 17. verſ. Ex his ergo*, Guazzin. *num. 7.* Rebuff. *ad leg. Gall. tom. 2. de immunit. Eccleſ. art. 1. Gloſ. 1. num. 25.* Per rationem textus *in cap. fin. de immun. Eccleſiar.* in Eccleſijs propriæ Religionis non eſt tutus. Quæ intelligas ſecundum eos, qui tenent etiam Eccleſiaſticos immunitate gaudere, alioqui apoſtata hic à quacunque Eccleſia extrahetur, vt aduertit Delbene, *vbi proximè.*

Ad Num. 12.

128 Reus, qui ad Eccleſiam peruenit, inſectante Iudice, & ſatellitibus perſequentibus ipſum, ab ea extrahendus non eſt, Suar. *cap. 11. num. 19.* Farinac. *in prax. quaſt. 28. num. 41.* Gutier. *vbi ſtatim, n. 6.* Clar. *d. q. 30. n. 19.* Gomez *fallent. 31. fol. 106.* Decian. *d. lib. 6. cap. 28. nu. 31.* Bobadill. *num. 61. 62.* Cur. Philip. *tom. 1. part. 3. §. 12. num. 13.* Paz *n. 40.* Salazar *de vſu, & conſuetudin. c. 6. num. 19.* Bonacin. *§. 4. n. 17.* Guazzin. *cap. 37. num. 42.* Tuſch. *lit. E. conc. 10. num 29.* Ambroſin. *ſup. cap. 10. n. 13. verſ. Ivec non*, & ita vſu receptum eſſe pleríque teſtantur.

Ad Num. 13.

Is, qui per locum gaudentem immunitate captus à 129
familia Iudicis ſecularis ad carcerem, vel ſupplicium ducitur, defendi nequit prætextu immunitatis, cum liber ad Aſylum non venerit, prout deſideratur, Delbene *dict. ſect. 10. numero quarto, cum ſequentibus.* Farinac. *in prax. quaſtion. 28. num. 69. & de immunit. capit. 15. numer. 101.* Suar. *ſup. num. 18. & 19.* Tuſch. *conc. 18. num. 18.* Guazzin. *num. 43. verſ. Hac dicta ampliatio*, Franc. Marc. *deciſion. 989. tom. 1.* Decian. *num. 30.* Curtell. *lib. 1. quaſt. 25. num 8. 9. 30.* Gutier. *practicar. lib. 3. quaſtion. 6. a princip.* Bonacin. *numer. 21.* Bobadill. *numer. 62. verſ. Mas es de aduertir*, Scottia *theorem. 385.* Cur. Philip. *numer. 18.* Anton. Gomez *variar. lib. 3. cap. 10. num. 2. verſ. Quarto limita*, Azeued. *in l. 1. num. 11. titul. 2. lib. 1. Recopilation.* Dian. *part. 1. tractat. 1. reſolut. 30.* Qui hanc de iuris rigore veriorem agnoſcit, quæ ſane tenenda eſt; quanquam contrariam probent ipſe Dian. Paz *numer. 47.* Nauar. *capit. 25. numero decimonono.* Gernon. *lib. 3. cap. 16. num. 33.* Villagut. *de extenſ. leg. cap. fin. num 40.* Salaz. *ſup. capit. 7. num 19. in fin* Cl... *num. 22.* Peregrin. *cap. 5. num. 8.* Qui diſtinxit exiſtimans, priorem opinionem veram eſſe, quando reus neceſſariò ducitur per locum Sacrum, quia per alium non poterat; poſteriorem, ſi voluntariè abſque neceſſitate per Eccleſiam ducatur.

Eadem ratione mulier carcerata in Monaſterio, loci immunitate non gaudet, Gregor. Lopez *in l. 5. Gloſ. 2. titul. 29. part. 7.* Bobadill. *ſup.* Cur. Philip. *numer. 10.* Azeued. *in l. 3. numero duodecimo, titulo ſecundo, lib. 1. Recopilat.*

Verſ. *Decimo ſeptimo, perpenſis primis.*

Qui captos per iuſtitiæ miniſtros eorum manus euadit, 130
& in Eccleſiam ſe confert, ab ea euelli iure non poteſt, Suar. *vbi proxime, nu. 19.* Farinac. *de immunit. c. 13. n. 196.* Delbene *d. dub. 10. ſect. 7. num. 1.* Tuſch. *ſup. conc. 10. nu. 21. 30.* Layman. *lib 4. tract. 9. num. 9.* Guazzin. *d. cap. 37. nu. 39.* Ambroſin. *cap. 10. num. 13.* Bonacin. *num. 16.* Gutier. *num. 5.* Dian. *part. 6. tract. 1. reſolu. 27. verſ. Confirmantur ſupradicta*, Paz *num. 41.* Bobadill. *vbi ſup.* Decian. *n. 32.* Cur. Philip. *n. 13.* niſi ob caſum exceptum.

Quod ampliatur, etiamſi ab alijs violenter reus eripia- 131
tur ad fugam, Delbene *num. 1. 3.* vbi plures, Correa *ſup. part. 3. num. 21.* Farinac. *vbi proximè*, Dian. *ſup. verſ. Sed hanc ſententiam, & tract. 8. reſolut. 5.* Mar. Ital. *lib. 1. cap. 6. §. 2. a num. 70.* licet contrarium ſentiant Nouar. *in ſumm. Bullar. tit. de immunit. num. 14.* Paſqualig. *deciſ. 486.* Peguera *deciſ. 251.* Ambroſin. *cap. 10. num. 10.* Gamma *deciſ. 141.* Sed prior opinio longe communior eſt, ac optimè probatur à Delbene *d. cap. 16. dubit. 33 ex num 28.* Qui rectè ait, quòd etſi vim inferentes ſatellitibus perperam faciant, ac graui pœna ſint digni; tamen Eccleſia iure ſuo vtitur fauens ad ſe libere confugienti. Ad id verò, quòd obijcitur de reſtitutione facienda iuſtitiæ ſeculari, quæ ſpoliata eſt; quo præcipuè aduerſarij nituntur: poteſt reſponderi, ei locum non eſſe, quemadmodum nec punitioni delictorum, in qua publicus fauor verſatur, propter reuerentiam locis Sacris debitam; magna enim eſt ratio, quæ pro Religione facit, vt inquit Papinianus *in l. ſunt perſona 43. in fine, ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.*

Similiter reſpondendum eſt de eo, qui per vim etiam 132
vinctus ſecum ducens ſatellitem a quo ducebatur, Eccleſiam ingreſſus eſt, Delbene *dict ſect 7. numero ſecundo, tertio, & dubit. 19. ſect. 2. à numer. 4.* Farinac *de immunit. cap. 16. num. 217.* Dian. *part. 1. tractat. 1. reſolut. 13.* Quam ſententiam defendit Delbene *dict ſect. 2.* aſſerens, quòd iſte reus liber confugit, quandoquidem ipſe innitum

tum ſatellitem trahit ad Eccleſiam, & non trahitur, vt captus confugiſſe dicatur. Quod *ibidem* poſt *Farinac. & Dian.* ampliat, quamvis vulneret miniſtrum iuſtitiæ cum magna ſanguinis effuſione. At contra tenent Curtell. *lib.*1.*q.*13. Villadieg *in Politic.cap.*3.*num.*106. Gambacurt. *de immunit.lib.*4.*c.*28 *num.*6.

Verſ. *Decimooctauò, ex his conſtat.*

133 Reus, qui effracto carcere in Eccleſiam ſe recipit, ſi crimen exceptum non perpetraſſet, euellendus non eſt, ſed immunitatis auxilio iuuatur. Ita cum *D. Conar.* aſſerunt Suar.*n.*18, 19. Farinac.*in prax.q.*28.*num.*41. *& de immunit.cap.*14 *num.*200. Bonacin. *d.*§.4.*num.*36. Petr.Greg. *ſyntagmat. iur. lib.* 13.*cap.* 2. *num.*2. *verſ. Non effractores carcerum*, Peregrin.*cap.*5.*num.*9. Bobadill. *nu.*61.62. Dian. *part.*1.*tract.*1.*reſolut.*19. Ambroſin. *c.*10. *num.*11. Decian. *d.cap.*28.*num.*28. Layman.*d.tract.*9.*capit.*3.*num.*9. Guttier. *q.*6.*num.*5. Cur. Philip.*num.*13. Paz *num.*41. 163. Delbene cum alijs *dict.dubit.*10.*ſect.*6.*à princip.* Guazzin. *num.*37. Nauar.*ſup.numer.*29. Quicquid dixerit Gambacurt.*ſup. num.*9.

134 Aliter reſoluendum eſt de fugiente poſtquam ſententia exequibili ad triremes, vel metallum damnatus eſt; & multò magis ſi à loco metalli, vel triremibus fugiat, Bobadill.*num.*74. Cur.Philip. *num.*46. Marr. *de iuriſdict. part.*1.*cap.*51.*num.*17. Megal.*in* 3.*part.lib.*4.*cap.*2.*q.*1.*n.*331 Sarp.*ſup.cap.*5.*fol.*54. Cortell. *lib.*1. *q.*25.*n.*8. *& q.*40. *per tot.* Gamma *deciſ.*362. Villadieg. *ſup. n.*215. De quo apud nos eſt *l.*9.§.*penult.tit.*24.*lib.*8.*Recopilat.* vbi ita expreſsè ſtatuitur.

135 A qua opinione recedunt Ant. de Marinis *quotidianar.reſolut.c.*177.*n.*2. Dian.*part.*1.*tract.*1.*reſolut.*40. Pereira *ſup.part.*2.*c.*50.*n.*17. Trullench.*in Decalog.tom.*1. *lib.*1. *c.*11.*dub.*3.*n.*29. Correa *part.*3.*q.*4.*num.*9. Nouar.*ſup.n.*27. Giurba *crimin.conſ.*30. *num.*2. Lezana *verb. Immunitas, n.*16. Delbene *dubit.* 10. *ſect.*9. *per tot.* Similiter de exule aſſerunt Delbene *d.ſect.*6. *num.*2. Marc. Ant. Genuenſ.*in prax.c.*22.*num.*1. Bonacin. §.5.*n.*15. Farinac. *de immunit. c.*2.*à num.*37. Paz *n.*147. Nauar. *n.*19.*in fine.* Idem dic de banuito, Bonacin. & alij: Delbene *ſect.*5.

Ibi: *Qua quidem praxis ex eo etiam improbatur.*

136 Carceratos, qui, præſtito iuramento commentarienſi de redeundo ad carcerem, exiens ad Eccleſiam confugit, tutus eſt in ea, ſaltem ne pœna corporalis ipſi imponatur, ita vt ſi periculum eius immineat, extrahi non permittatur, ſed iuramenti relaxatio impetretur: Ita Suar. *num.*20. Decian. *num.*21.33. Bonacin.§.4. *n.*17. Farinac. *d.q.*28.*num.*43. *& de immunit.cap.*15.*nu.*200. Dian.*part.*3. *tract.*1.*reſolut.*37. Ambroſin.*cap.*10. *num.*12. Pax *num.*164. Layman.*vbi proximè*, Guazzin.*d.cap.*37.*num.*38. Fagund. *in præcept.Eccleſ.part.*2.*lib.*4.*cap.*4.*nu.*58. Nauar. *num.*19. Delbene *ſect.*10. Qanquam contrarium placeat Curtell. *ſup.q.*19. *num.*4. Bobadill. cum alijs, *num.*60. Peregrin. *cap.*5.*num.*10. Cur.Philip.*num.*12. Azor.*ſup. part.*1. *lib.*9. *cap.* 9. *verſ. Quid dicendum.* Sed Communis eſt omnino amplectenda, quam ſine diſtinctione admittendam eſſe, ita vt nullo modo reus extrahendus ſit ab Eccleſia, docent Bonacin. Delbene, & Dian. *vbi ſup.* Hæc dicta ſunt de carcerato iuſtè; nam qui iniquè in vinculis detinetur, an teneatur præcisè relaxationem iuramenti poſtulare? dixi *lib.*1.*cap.*2.*à n.*48.

Verſ. *Decimononò, oportet perpendere.*

137 Vt innoteſcat quibus caſibus Eccleſiæ immunitas delinquentibus non ſuffragetur, verba *Gregorianæ Conſtitutionis*, quæ omnes continentur, ſunt præmittenda, ibi: *Ad vnam tantùm formam reducimus, & moderamur, vt laici ad Eccleſias, locaque Sacra confugientibus, ſi fuerint publici latrones, viarúmque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur, vel depopulatores agrorum, quique homicidia, & mutilationes membrorum in Eccleſijs, earumque cæmeterijs committere non verentur, aut qui proditione proximum ſuum occiderint, aut aſſaſſinij, vel hæreſis, aut læſæ Maieſtatis rei in perſonam ipſiuſmet Principis, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur.*

Qua conſtitutione confirmatur quod *ex cap. inter alia, de immunitat. Eccleſiar.* docet *D.Couar.* ſcilicet depopulatores agrorum non gaudere Eccleſiaſtica immunitate. Sed dubium eſt, an poſt eam conſtitutionem, etiam diurnus depopulator cenſeatur exceptus; nam etſi *in d. cap. inter alia*, ſolum excipiatur nocturnus, in *præcitata Bulla* de depopulatore agitur ſimpliciter, atque ita omnis depopulator videtur comprehenſus; & ita tenent Farinac. *de immunit.cap.* *n.*16. Scortia *theorem.*38. Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſtic.lib.*2.*cap.*3.*num.*87. Lezana *ſup.num.*9. Bonacin. §.6.*num.*5. Dian.*part.*6.*tract.*1.*reſol.*15. *verſ. Verùm publicus, cum ſeq.* Guazzin.*capit.*38.*num.*38. Ambroſin. *cap.*4.*n.*5. etſi aliud tenuerit Caſtr.Pal.*d.diſp.vnic.punct.*9. *num.*5. quod probabile dicit Delbene *dubit.*17.*n.*23. Pellizz. *num.*11. 138

De nocturnis depopulatoribus agrorum nullum eſt dubium, quin Eccleſiæ immunitatem non ſpectentur; vt notarunt Delbene *dubit.*16. Farinac. *d.q.*28. *num.* 0. *& d.cap.*11.*num.*158. Bonacin. & Dian. *vbi proximè* Bobadill. *num.*24. Guazzin.*vbi proximè. num.* . Suar.*n.*4. Clar. *d. q.*30.*n.*9. Paz *n.*66.*cum alijs*, Decian. *c.*28. *num.*3. Pellizza. *num.*11. 139

Depopulatores agrorum dicuntur, qui ſegetes in agris ſurripiunt, vel vineas, & fructus deuaſtant, vt obſeruant Decian. Delbene, Paz, Bonacin. & alij *ſup.* Incendiarij quoque agrorum inter depopulatores recenſentur; non ſic qui in vrbe domos incendunt, niſi mors alicuius ſubſequatur, quæ cum prius forte inſectatur homicida immunitatem non conſequetur: Ita Delbene *n.*6, Bonacin. *num.*6. 140

Ibi: *Sic etiam excipitur famoſus latro.*

Latronem, vel graſſatorem publicum ad Eccleſiam confugientem extrahi poſſe, vt debitè coërceatur, adnotarunt Suar.Clar.Bobadill *ſup.* Delbene *dubit.* 13. *num.*1. *& dubit.*18. vbi de graſſatoribus. Pellizz.*n.*9. Ant. Gom. *d.lib.*3.*cap.*10.*num.*2. Barboſ. *d.cap.*2. *ex num.* 78. Guttier. *ſup.lib.*3.*quæſt.*4.*numer.*2. Decian. *numer.*2. Bonacin. *ſup.à num.*1. Gregor.Lop.*in l.*4.*Gloſ.*3. *titul.*11. *p.*1. Dian. *d.reſolut.*15.*in princip.* Guazz.*n.*33. Farinac. *de immunit. c.*20. *num.*147. 141

Quis autem publicus latro cenſeatur, vt immunitate priuetur, explicant præfati DD. maximè Decian. Delbene, Farinac. Bonacin. Barboſ. Guazzin. Pellizzar. Ex quibus colligitur, multa deſiderari. Primum, quod violenter furetur. Secundum in vijs publicis, & frequentatis ſiue in terra, ſiue in mari deprædari. Tertium, actus reiterationem, non enim ex vnico furto qualificato, vt dictum eſt, aliquis publicus latro dicetur. Quartum, quòd conſtet notorietate iuris, vel facti, confugientem talem latronem eſſe. Videantur præ cæteris *Delbene, & Dian.* Latrones publici etiam dicuntur, qui perſonas capiunt, & quaſi pretium libertatis, vel vitæ, ab eis accipiunt; ſi hoc in locis publicis, & cum alijs qualitatibus tradits perpetrent; Dian.*dict.reſol.*15.*in fine*, Delbene *dubit.*15. vbi alij. De famoſo latrone oooullia diximus *hoc lib. capit.*8.*num.*77.78. 142

Ibi: *Quaſi ſecundùm eos ſimplices fures.*

Fures alios, præter latrones publicos, immunitate non eſſe de iure priuandos, probant Delbene *d. cap.*16.*dubit.*24.*num.* . Mar.Ital.*lib.*1.*cap.*5.§.1.*num.*1. Bonacin. *d.* §.6. *num.*4. Dian.*part.*6.*tract.*1.*reſolut.*9. vbi de furante in Eccleſia, idem ſentit Decian.*num.*4. Clar. *num.*14. Farinac. *q.*28 *numer.*51. Guazzin. *cap.*37. *numer* 57. Paz *numer.*71. Anton. Gom. *vbi proximè*, qui duo limitant, ſi fur tria commiſerit furta, ex quo famoſus fur efficitur. Sed hæc limitatio eſt contra d. Bullam Gregorianam, & men- 143

tem

tem DD. qui exigunt, vt furta fiant violenter, & in vijs publicis.

Ibi: *Conſuetudo tamen conſenſu Clericorum.*

144 De hac conſuetudine extrahendi ab Eccleſijs ſimplices fures teſtantur, eandem approbantes, Suar. *d.n.*4. Bobadill. *n.*55. Iul. Clar. *vbi nuper*, Paz *n.*70. Sarp. *cap.*3. *fol.*39. Filliuc. *tract.*15. *cap.*6. *quaſ.*5. *n.*152. Farinac. *d. q.*28. *n.*51. Bonacin. *d.n.*4. *in fin.* Cur. Philip. *d.* §. 12. *n.*41. Guzzio. *ſup.* Pellizzar. *d.c.*5. *n.*3.

145 Eam verò conſuetudinem damnant, ſentientes non poſſe aduerſus immunitatem Eccleſiaſticam introduci, Dian. *d. reſolut.*9. Decian. *vbi proximè*, Mar. Italia *n.*2. Farinac. mutans ſententiam, *de immun. cap.*6. *n.*94. Pellizzar. *ſup. tom.*1. *tract.*8. *cap.*5. *n.*3. 10. Tuſch. *lit. E, conc.*10. *n.*23. Delbene *n.*5. qui tamen ſubdit, quòd ſi conſuetudo poſt Bullam *Gregor. XIV.* legitimè alicubi præſcripta ſit, ſuſtineri debet; nam omnes ante illam ſunt per Pontificem abrogatæ. Sed adhuc poſt eam conſtitutionem in Hiſpania eadem viget conſuetudo, vt teſtantur, qui poſt ipſam ſcripſere, & ita in vſu eſt, cùm Bulla Gregoriana recepta non ſit, vt dixi *ſup. n.*33.

146 Ex eadem Bulla reis læſæ Maieſtatis in perſonam Principis ius immunitatis Eccleſiæ non competit, vt notant Delbene *d. cap.*16. *dubit.*23. *num.*1. Dian. *part.*6. *tract.*1. *reſolut.* 18. *verſ. Sed ceſſat*, Guazzin. *d. defenſ.*1. *cap.*38. *num.*31. *verſ. Sed hodiè tollitur*, Bonac. §. 11. *num.*1. Ambroſin. *ſup. cap.*9. Peregrin. *cap.*9. Franc. Silui. *in fine var. reſolutionib. verb. immunitas num.*108. Circa quam exceptionem plures examinantur quæſtiones, de quibus latè Delbene, Dian. Bonacin. *vbi nuper.* Olim verò res erat controuerſa, non paucis ſentientibus, tales reos immunitate gaudere, vt Gutier. *d. lib.*3. *q.*4. *n.*17. Villagut. *de extenſ. leg. cap. fin. num.*5. Scortia *theorem.*387. Boſſi. *in prax. tit. de captur. num.*32. Caſtr. Palao, *d. diſp. vnic. punct.*10. *num.*42. Alijs pluribus contra tenentibus: ſcilicet Gigas *de crimin. læſ. Maieſtat. lib.*3. *tit. de plurib. & diuerſ. quæſtion. q.*93. *per tot.* Clar. *d. q.*30. *num.*10. *in fine*, Bobadill. *num* 55. Decian. *dict. cap.*28. *num.*13. Cur. Philip. *num.*58 Quæ ſententia expreſsè approbatur præfata conſtitutione quoad delinquentes in perſonam Principis, ſed quoad alios reos læſæ Maieſtatis reprobatur tacitè, vt ſentiunt *Bonacin. Delbene, & Dian.* qui ſic eam intelligunt, vt nec occidens Cardinales, Reginam, filios Principis, eiúſque ſupremos Miniſtros, vt Proceres, aut Conſiliarios, immunitate priuetur. De quo alij apud ipſos diuerſimodè opinantur, & meritò poteſt dubitari.

147 Vltra caſus in *eadem Bulla* exceptos, alij recenſentur, in quibus reus immunitate Eccleſiaſtica non defenditur, quos congerunt Gonni *ſup. fallent.*1. *cum ſeqq.* Clar. *dict. q.*30. Bobadill. *ſup. cap.*14. Paz *dict. cap.*5. §. 3. Villadieg. *in Politic. cap.*3. Guazzin. *d. cap.*38. Cur. Philip. *to.*1. *part.*3. §. 12. Petr. Sarp. *de Aſylor. immunit. cap.*5. Quos tamen communiter Theologi reijciunt, vt videre eſt apud Delbene *dubit.*24. *per to.* Dian. *p.*1. *tract.*1. *& p.*6. *tr.*1. qui tenent, nullum facinus etiam deterius in Bulla expreſſis excipi poſſe, ne reus immunitatem obtineat, quia Gregor. XIV. qui plures caſus excepit, quàm ius commune Canonicum, vſus eſt taxatiua, *Tantùm*, per quam extenſio excluſa eſt; maximè cum de immunitate, & fauore Eccleſiæ tractetur: cui ſententiæ etiam iuxta *cap. inter alia, de immunit. Eccleſ.* ſubſcribunt ſe Bobadill. *num.*22. Clar. *num.*10. Montalu. *in l.*4. *tit.*11. *p.*1. Farinac. *de immunit. cap.*25. *num.*353. Chartar. *deciſ. crimin.*9. Gutier. *d. q.*4. *num.*12. & alij, quos refert Bobadill. *ſup. lit. M*, qui aſſerunt, non eſſe leges ciuiles obſeruandas, quæ iubent, ne immunitas ſuffragetur raptoribus virginum, adulteris, & homicidis, vt *in Authent. de mandat. Princip. §. Nec autem homicidis*, quia iuri Canonico ſtandum eſt, & iſtam opinionem amplectuntur quamplurimi; quos laudant Delbene *d. dubit.*24. *ſect.*1. *num.*3. & Dian. *part.*6. *tractat.*1. *reſol.*25. *verſ. Secundò probatur*, iuxta quam, extenſio admittenda non eſt in hac materia ex identitate, vel maioritate rationis.

Contrarium verò affirmant D. Couar. *hoc cap. nu.*7. 8. Gambacurt. *lib.*5. *cap.*18. Portel. *in dubijs Regular. verb. Eccleſiæ immunitas, num.*15. Curtell. *ſup. lib.*1. *q.*1. *& 31.* Sarp. *cap.*4. *fol.*55. Decian. *d. cap.*28. *num.*10. Pet. Greg. *dict. cap.*2. *num.*1. *verſ. Sed & tertiò*, de quo *ſup. n.*36. Sed cum magis communiter oppoſitum teneatur, niſi conſuetudine aliud obtinuerit, prior opinio amplectenda eſt, vt poſt *Innocentium* reſoluit Bobadill. *num.*22. *in fine.* qua caſus excepti per DD. vltra expreſſos in Bulla, admitti poſſunt, vt in eis immunitatis auxilio non ſit locus. Alioqui in arbitrio Iudicum eſſet immunitas Eccleſiaſtica, ſi poſſent canonicam ſanctionem ad caſus ſimiles, vel atrociores extendere; quoniam qui caſus ſimilis dicatur, eſt in Iudicis arbitrio, vt docet Menoch. *de arbitr. lib.*2. *caſ.*84. *n.*7. 148

Ad Num. 14

Illi, qui ad Eccleſiam propter æs alienum confugiunt, immunitate non defenduntur, ſecundùm Curtell. *lib.*1. *q.*31. *à n.*26. Cenal. *in tract. de cognit. per viam violent. p.*5. *q.*5. *num.*16. Bobadill. *ſup. n.*66. Ant. Gom. *in l.*79. *Taur. n.*5. Parlad. *quotidianar. lib.*5. *cap. fin.* §. 6. *num.*1. Olan *in antinom. iur. verb. Fugiens, n.*104. Et alios præſertim Hiſpanos, qui mouentur *ex l. fin. tit.*2. *lib.*1. *Recopil.* vbi ita diſponitur, & declaratur, debitores non gaudere immunitate: quod etiam videtur deciſum per Clemens. VIII. qui per Bullas quaſdam præcepit, ne debitores fugitiuos ad Eccleſias Prælati admitterent, vt immunitate gauderent; vt refert Dian. *part.*3. *tract.*1. *reſol.*40. Delbene *dubit.*11. *ſect.*6. *num.*11. & in Gallia ita lege Regia conſtitutum eſſe teſtatur Pet. Greg. *n.*2. Nihilominus contrarium eſt verius, vt paulò inferiùs *n.*153. cum *D. Couar.* probabimus: nam ad l. Regiam (prætetquamquod dubium valde ſit, an poſſet immunitati Eccleſiaſticæ aliquid per illam detrahi) reſponderi poteſt, non eſſe in Hiſpania vſu receptam in debitore ſimplice, ſed in fraudulento, vt teſtatur Bobadill. *num.*68. Ad alterum fundamentum aſſerendum eſt cum *Diana*, eas Bullas miſſas fuiſſe ad Archiepiſcopum Bononienſem, & Nuncium Neapolitanum, vltra quorum territoria vim non obtinent aduerſùs ius commune. 149

Ibi: *His ſuffragatur, maximè in his Hiſpaniarum Regnis.*

Hoc nihil ad rem, vt immunitas debitoribus denegetur, vt obſeruant Nauar. *in Manual. c.*25. *n.*19. Paz *d.* §. 3. *n.*153. vbi alij, Decian. *d.c.*28. *n.*34. Sed de eo in Hiſpania curandum non eſt, quoniam debitores creditoribus minimè traduntur, & leges illud præcipientes in deſuetudinem abiere: obſeruaui *ſup. hoc lib. c.*1. *n.*40. 150

Ibi: *Cum ſeruus fugiens ad Eccleſiam.*

Paritas negatur, quia ſeruus à domino fugiens, ſui ipſius furtum committit, *l.*1. *C. de ſeru. fugitiu.* qui non extrahitur ad pœnam; ſed vt debitum iuxta ſuam conditionem miniſterium exhibeat; etſi ipſum Eccleſia tueretur contra dominum, peccatum foueret. Debitor verò non peccat confugiens, ne carceribus mancipetur, aut creditori quaſi ſeruus tradatur, vbi de eo viget ſtatutum, quoniam pœnale eſt, cum homo liber ſeruire inuitus compellatur; maximè ſi cum dedecore fiat, vt in Hiſpania, vbi ſignum miſerandi ſtatus ad collum geſtabat torquem ſcilicet ferreum: dixi *hoc lib. cap.*1. *num.*39. Hunc igitur Eccleſia defendit, ne pœnam quaſi ſeruitutis ſuſtineat, cum aliundè poſſit acquirere, vt creditoribus ſatisfaciat. Quibus, etſi aliter explicent, conſentiunt Delbene *dubit.*11. *ſect.*3. & alij *infrà n.*153. 151

Illud compertum eſt, quòd ſeruus ad Eccleſiam confugiens, non propter iudicem, ſed ob domini ſeueritatem, ſeu ſæuitiam, præſtito iuramento, aut ſufficienti cautione, arbitrio Prælati, de immunitate ſerui ſecundùm delicti qualitatem, eſt domino tradẽdus etiam inuitus: quod ſi cauere nequeat, aut nolit, vendere mancipium compellitur, 152

pellitur, de quo *in cap. inter alia, de immunit. Eccleſiar. l. præſenti, §. fin. C. de his, q. ad Eccleſ. l. 5. tit. 11. p. 2. §. Sed hoc tempore, Inſt. de his q. ſui, vel alien. iur. ſunt*, Delbene *dubit. 10. ſect. 13. per tot.* Farinac. *de immunit. cap. 4. n. 76.* Suar. *d. lib. 3. cap. 10. num. 2.* Decian. *lib. 6. cap. 26. n. 9.* Germon. *lib. 3. c. 16. n. 55.* Gutiet. *practicar. lib. 1. c. 1. num. 3. 18.* Bobadill. *n. 70.* Guzzain. *cap. 38. n. 27. 28.* & omnes communiter. Quod ſi ſeruus crimen perpetret, publica coërcitione dignum, tutus eſt in Eccleſia, nec domino debet reſtitui; vt notant Delbene *vbi proximè*, Paz *n. 162.* Greg. Lop. *in l. 3. Gloſ. 1. tit. 11. p. 1.*

Verſ. *Sed profectò.*

153 Debitor onere æris alieni grauatus ad Sacrum aſylum conuolans, eiuſdem gaudet immunitate; Suar. *cap. 11. num. 3.* Farinac. *d. q. 28. n. 31. & de immunit. cap. 3. n. 57.* Paz *à n. 150.* Laym. *d. tract. 9. cap. 5. n. 5.* Guzzain. *cap. 37. n. 47.* Azor. *p. 2. lib. 9. c. 9. quaſ. 9.* Decian. *cap. 28. n. 34.* Germon. *nu. 8. cum ſeqq.* Dian. *p. 1. tract. 1. reſol. 32. ad fin.* Cur. Philip. *n. 42.* Portell. *ſup. n. 14.* Tuſch. *lit. E. conc. 11. n. 5.* Genuenſ. *in prax. cap. 22. n. 1. 9.* Delbene *dubit. 11. ſect. 1. & 2.* Quorum plerique id verum putant, etſi ſtatutum exiſtat, vt debitor ſeruire creditoribus teneatur; vt Delbene *ſect. 3.* Decian. Diaz. Paz, & alij *ſup.* Imò idem erit in debitore de fuga ſuſpecto, Germon. *ſup.* Delbene *ſect. 4.* Farinac. *d. cap. 3. n. 60.* Suar. Dian. *ſup.* Guazz. *nu. 53.* & alij. Quod colligitur *ex l. 3. tit. 11. p. 1.*

Ibi: *Etiamſi debitor fugiens ad Eccleſiam.*

154 Debitor etiam obnoxius tributis Regalibus, vel publicis, confugiens ad Eccleſiam, extrahi non poteſt; Suar. *vbi proximè*, Farinac. *quaſt. 28. num. 31. & de immunit. c. 3. n. 51.* Dian. *d. reſol. 32. in fin.* Ambroſin. *ſup. cap. 13. num. 2.* Guazzin. *cap. 38. n. 46.* Bobadill. *n. 70.* Layman. *vbi proximè*, Paz *n. 155.* Gonni *d. fallent. 27.* Greg. Lop. *in l. 2. Gloſ. 2. tit. 11. p. 1.* Delbene *ſect. 5.* qui *num. 1.* refert Gambacur. Curtel. & Pet. Greg. contra docentes, & vide eundem Delbene *dubit. 24. ſect. 19. n. 2.*

155 Quæ omnia ſunt limitanda, quando debitor occultat bona, vt creditores ſuos fraudet; nam extrahi debet, alioqui Eccleſia patrocinaretur delictis, fieretque ſpelunca latronum, vt rectè ſentiunt Cur. Philip. *vbi proximè*, latè Gutier. *practicar. lib. 1. cap. 1. à numer. 15.* Hic enim confugiens ad Eccleſiam nihil aliud intendit, niſi aliena vſurpare, atque ita, abutitur loci ſanctitate, cuius Immunitas non ſuffragatur eis, qui, vt peccent, Sacra aſyla petunt. Quapropter tradi poterit accepta de impunitate cautione, vt carceri mancipetur, quo compellatur occultata bona exhibere, ex quibus ſatisfiat creditoribus.

Verſ. *Nec Iaſonis argumentum ſufficiens eſt.*

De hoc vide laudatos *n. 153.* quorum plures ſimiliter Iaſonis argumento reſpondent.

Ibi: *Poſſet fortaſſe Iaſonis.*

156 Quæſtionis eſt, vtrùm mercatores, vel campſores decocti immunitate gaudeant Eccleſiaſtica, etiamſi fraudulenter ſe geſſerint, ex alieno opulenter, ac luxurioſè viuentes? Negant, Gambacurt. *de immunitat. lib. 4. cap. 15.* Decian. *dict. numer. 34. circa finem*, Farinac. *dict. quaſt. 28. num. 53.* Bobadill. *num. 68. 71.* Rodrig. *in ſumm. tom. 7. cap. 154. num. 1.* Guazzin. *cap. 47.* & alij non pauci quos recenſet Delbene *ſect. 6. num. 1.* Pro quibus facit, quod Pius V. in quadam ſua conſtitutione hos fallitos publicis latronibus æquiparat, Idem habetur *in l. 2. & 6. titul. 19. lib. 5. Recopilat.* & notat alios laudans Bobadill. *n. 71.* & d. l. fin. *tit. 2. lib. 1. Recopil.* ad rem conducit.

157 Contrarium verò etiam communiter ſuſtinent Suarez *dict. num. 3.* Farinac. ſententiam mutans *de Immunitat. cap. 3. numer. 64.* Nauarr. *in manual. cap. 25. n. 19.* Delbene *dict. ſect. 6. per tot.* Ambroſin. *num. 4.* Gratian. *diſceptat. foren. cap. 580. num. 29.* Nouar. *in ſumm. Bullarij de immunitat. Eccleſiaſ. num. 28.* Dian. *dict. reſolut. 32.* Girond. *de priuileg. interpret. cap. 25. num. 1055.* Cherubin. *in compend. Bullar. tom. 2. conſtitut. 117. Pij V. ſchol. 2.* Correa *ſupra part. 3. q. 12. num. 12.* Sanchez *conſil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 2. dub. 8. num. 14.* & alij apud Delbene *num. 8.*

Sed hæ opiniones facilè conciliantur ex dictis *ſuprà*, 158
numer. 155. Aliud eſt enim dolum admiſiſſe campſorem, aut mercatorem, recipiendo, & diſſipando aliena, cùm ſciret, ſe futurum non eſſe ſoluendo; & aliud, bona, quæ decoctus habet, abſcondere: hic latro publicus cenſetur, quare immunitate iuuandus non eſt, dum creditoribus ſuis, cùm poſſit, ſatisfacere renuit: Ille verò, id eſt, qui bona non occultat, etſi antecedenter aliena vſurpauerit, cum ad Eccleſiam confugit, iam à delicto ceſſauit, ſolúmque intendit perſonam à vexationibus, & carcere liberare, nec latro publicus habetur: quæ diſtinctio planè probatur *in l. 6. titul. 19. lib. 5. Recopilation.* & traditur per Gutierrez, & Cur. Philipp. *loc. citat. ſuprà, num. 155.* qui in ſpecie loquuntur. Imò plerique ex illis, qui docent mercatores fallitos non eſſe immunitate tuendos, expreſſim loquuntur de eis, qui ſecum portant bona, aut aliàs eadem occultant; etſi alij, quibus *D. Couar.* aſſentire videtur, abſolutè doceant, hos, qui non fortunæ caſu, ſed dolo, & luxurioſè viuendo ad decoctionem peruenerunt, extrahi ab Eccleſia poſſe.

Quomodocunque tamen ſit, quoties aliquis ob æs 159
alienum tradendus eſt Iudici ſeculari, præcedere debet cautio de impunitate, non enim euellitur ad punitionem delicti, propter quam non extraheretur; ſed vt carceris ærumnis, alijſque legitimis medijs compellatur bona manifeſtare, ex quibus creditoribus ſatisfiat: ſic cauetur *in l. fin. tit. 2. lib. 1. Recopil.* vbi de abſcondentibus bona agitur, & verſ. praxi receptum, ex decreto Supremi Conſilij, teſtatur D. Couarr. *verſ. Proximo ſequenti*; nam vt rectè ait Delbene *d. ſect. 6. à n. 4.* iſti non ſunt propriè publici latrones, vt quaſi tales immunitate priuentur, ſed illis comparantur; quod non ſufficit ad ampliandas pœnas in præiudicium huiuſmodi priuilegij Eccleſiarum.

Verſ. *Nec tamen me latet.*

Videas *proximè tradita.*

Ibi: *idem ad Iudices Eccleſiaſticos.*

Hoc decretum in noua legum compilatione, eſt *l. fin. tit. 2. lib. 1.*

Idem, quod de debitoribus, dicendum eſt de obligatis 160
ad ratiocinia, ratione publicæ, vel priuatæ adminiſtrationis; qui, ſi bona, & libros rationum exhibeant, extrahi ab Eccleſia non poterunt, de quo Farin. *de Immunit. c. 3. n. 63.* Delbene *dubit. 11. ſect. 6. nu. 9. 10. & dubit. 24. ſect. 19. n. 4. cum ſeqq.* Nauarr. *d. c. 25. n. 19.* Dec. *ſup. c. 28. n. 26.* Dian. *part. 6. tr. 1. reſ. 20. in fi.* Paz *n. 158.* Cur. Philip. *n. 43.* Quanquam eos immunitate iuuari abſolutè dicant Curtell. *vbi proximè, quaſt. 32.* Gonni *fallent. 37. num. 107.* vbi alij. Sed priorem ſuſtinendo, non refragatur *cap. vxor: 17. q. 4.* quod loquitur de ſeruo, qui cum reddere rationes teneretur, ad Eccleſiam confugit, qui iubetur domino reſtitui, quemadmodum de iure, etiam ſecluſa obligatione reddendarum rationum, fieri debet, vt *ſuprà* dicebamus: ſecus autem in homine libero dicendum eſt, niſi bona, vel libros ſubtrahat, vt aduotant Paz, & Cur. Philip.

Ad Num. 15.

Eſt præmittendum, quod Dom. Couarru. *in præ-* 161
ſenti, loquitur iuxta ius antiquum, ante Bullam Gregor. XIV. quo tempore *ex capit. fin. de immunitat. Eccleſiar.* communis reſolutio erat, quod licet in *dicto textu* ſolùm mentio fiat de homicidio, & membrorum mutilatione

tione in Eccleſia facta, vt propter ea reus extrahi poſſet; tamen ex generalitate verborum colligebatur, ea delicta, in exemplum, expreſſa fuiſſe, non vt cætera excluderentur, atque ita omne crimen ſaltem graue in loco ſacro perpetratum, delinquentem immunitate reddebat indignum, vt docent Suar. *d.cap.*11.*n.*6. Gonni *fallent.*3.*n.*5. *fol.*97. vbi alij Clar. *d.q.*30.*n.*15. Per. Gregor. *ſyntagmat. iur. lib.* .c 22.*n.* .Nauarr. *ſuprà,n.*20.Paz.*n* 73. *cum ſeqq.* Deci. *ſup n.*5. Azeued. *in l.*3.*n.*24 *tit.*2.*lib.*1.*Recopil.* Gregor. Lop. *in l* 4.*gloſ.*5.*tit.*11.*part.*1. Reginal. *in prax.tom.* 1. *lib.*9.*cap.*26.*n.*39.Guttier. *lib.*3. *practicar. q.* 1. *num.* 17. Sarp. *c.* .*fol.*43. Portel.*ſup.n.*15. Villadieg. *d.c.*3. *nu.* 206. Curt. *lit.*1.*q.*1. Zipæus *in iur.nouo Canon.lib.*3.*de immunit. Eccleſ.n.*10.Cut.Philip.*n.* 20.Bobad.*n.*32.Ant.Gom.*lib.*3. *c.*10.*n.*2.*verſ.Tertius caſus.*

162 At neoterici, maximè Theologi qui poſt præfatam Bullam ſcripſere, exiſtimant, hodie ſolùm extrahi poſſe ab Eccleſia, qui hominem occiderint, aut membro aliquo mutilauerint; quoniam in *ea conſtitutione* horum delictorum mentio tantum fit, in qua Pontifex vſus eſt taxatiua, *Tantum*. per quam omnes caſus alios excluſit, ſic corrigens, vel declarans *d.c.vltim.* quod ſecundùm communem intellectum, omnia crimina ſimilia, vel grauiora expreſſis comprehendebat; & quod dicta conſtitutio, tam conſuetudines aduerſus Eccleſiaſticam immunitatem, quàm ius commune quatenùs *ibi* ſtatutis contrarium eſt, abroget, ex pluribus probat Dian. *part.* 1 *tractat.*1.*reſolut.*1. vbi & aduerſariorum non obliuiſcitur. Ita docent idem Diana *ſuprà,reſolut.*2.Farinac. *de Immunitat.* ſententiam retractans, *c.*16. *n.* 208. Delbene *dubitat.* 19. *ſect.*1.*a n.*9.Gratian.*diſceptat.c.* 80.*num.*29.Bonacin.*dict. punct.* 6.*§.*7.*n.*11.*verſicul.Sed mihi*: Poet. *deciſ.* 307.*n.* 3. Peregrin.*ſuprà,c.*6.*n.*23.& *c.*12.*num.*15.Genuenſ. *in prax. c.*22.*n.*8.Megal.*in* 3. *part.lib.*4.*c.*2.*q.* 1. *num.* 5. Scortia *d. Theorimat.*385.Guazzin. *ſuprà c.*38.*n.*11.Atque ita fuiſſe declaratum *per Sacram Congregationem immunitatis, die* 28. *Martij anno* 1631. teſtis eſt oculatus Barboſa *in collectan. Bullar.verb.immunitas, de eo, qui in Eccleſia furtum admiſit.* Quam ſententiam magis congruere menti Pontificis in *præfata Bulla* veroſimilius eſt. Prior tamen (quam poſt eandem conſtitutionem probant vltra Bobadill Zipæ.*ſuprà*, Gambacurt.*de Immunitat.lib.*2.*c.* .8. Tanner. *in* 2.2.*diſputat.*5.*q.*8.*dub.*1.*num.*16.) vſu magis recepta eſt, ſaltem apud nos; nam in Eccleſia delinquentes ab ipſa extrahuntur regulariter: nec mirum eſt, cum in Hiſpania Bullam Gregorianam vſu receptam non eſſe conſtet.

163 Hinc eſt, vt licet adulter immunitate gaudeat, vt alibi dictum eſt, ſi in Eccleſia tale crimen fuerit perpetratum, reus ad punitionem à locis ſacris euellitur, Paz *num* 85. vbi alij. Cut.Philipp.*num.*19. qui idem dicunt de raptore virginum, vel extrahente à Monaſterio Monialem, cum in loco ſacro delinquat.

Verſ. *Viceſimoſecundò.*

164 Quæſtionis eſt, verùm delinquens in Eccleſia, non ex propoſito, nec animo obtinendi immunitatem; ſed ſubitò orta rixa, vel oblata occaſione, ſit ab ipſa euellendus? Negant Azor. *inſtit.moral.part.*2.*lib.*9.*c.*9.*q.*9. Guttierr.*d. lib.*3.*pract.q.*1. *num.* 8. *cum ſeqq.* Tuſch. *lit. E, concluſion.* 12.*num.*13.14.Farinac.*de immunitat.c.*16.*n.*238.Dian.*part.* 3.*tractat.*1.*reſolut.*12.Azeued. *vbi proximè*, Nouar. *ſuprà, n.*58. Seſſe *deciſion.*:41.*num.*8.Zambell *in repertor. moral. verb. Eccleſia quoad eius immunitat.n.*13 Menoch. *de præſumpt lib.*5.*præſumpt.*30.*n.*10.Sperell *deciſ.* 59.*n.*36. Mar. Italia *de Immunitat.lib.*6.*c.*5.*§.*3.*n.*1.Guaz.*c.*38.*n.*14.*in fin.* Cor.Philip.*n.*20.Greg.Lop.*in l.*4.*gloſ.*6.*tit.*11. *part.* 1. & ita Romæ fuiſſe deciſum *anno* 1539. circa homicidium in Eccleſia Sancti Ioannis Lateranenſis caſu patratum, refert Dian.*part.*6.*tractat.*1.*reſol.*7.*verſicul. Sed quid dicendum*: quod etiam comprobatur *ex l.*3.*tit.*2.*lib.* . *Recopilat.l.*4. *tit.* 11. *part.* 1. ibi: *Enſuziandoſe de ampararſe en ella.* Ac de iure verius videtur; attenta deciſione *c.fin. de Immunitat. Eccleſiar.* ex qua colligitur, præcipuam, finalemque rationem eius fuiſſe, ne delinquendi occaſionem homines arriperent ex ſecuritate immunitatis Eccleſiæ, ſi in ipſa delinquerent; cæteræ verò rationes ad comprobationem adducuntur, atque ita, deficiente cauſa finali, ceſſare debet diſpoſitio, vt dixi *lib.*1.*c.*20.*n.* 41. Sic Guttierr.*n.*12.& alij.

165 Nihilominus affirmant cum *Domin Couarruu.* eos immunitate indignos eſſe, qui in Eccleſia, cœmeteriové deliquerint quomodolibet, etiam ex tempore, & non præmeditato conſilio, Soarez *d.c* 11.*n.*6.*in fin.*Nauarr.*ſup.d. c.*25.*n.*20.Delbene *dubitat.*19.*ſect.*4. vbi probat Bobadill. *n.*26.Farinac. ſibi contrarius *q.*28.*n.*54.Peregrin.*c.*6.*n.* 5. Clar. *d.q.*30 *n.*15.Layman.*d.c.*3.*n.*6. Paz. *n.* 8.Gambacurt.*lib.*5.*c.*23. Decian.*vbi proximè,column.*2.Lezan.*verb. immunitas, n* 31.Barboſ. *de iur.vniuerſ. Eccleſiaſt.lib.*2.*c.*3. *nu.* 104. Bonacin. *§.* 7.*n.* .*verſic. Amplia tertiò.* Anaſtaſ. Germon. *ſuprà, lib.*3.*c.*16.*n.* 79. Cutell.*q.* 11.Pellizzar. *n.*12.Quæ opinio præter probabilitatem, quam habet, vt conſtat ex adductis per Delbene *ſuprà*, eſt vſu comprobata, vt teſtantur ibidem *Delbene, Clar. Paz. Suar.*& alij.

166 Illud obmittendum non eſt, quòd ſi prior opinio eſſet practicanda, ipſi homicidæ incumbit onus probandi incontinenti, homicidium fuiſſe ſubitu perpetratum, vel aliud quodlibet delictum; quoniam præſumptio eſt contra ipſum, quod ex propoſito, & ſpe immunitatis deliquerit, vt obſeruant Delbene, & Farinac.*d.c.*16.*n.* 241. Guttierrez, Bobadill. Azor. Azeued. & alij, *vbi proximè*: facit *l.*1.*tit.*25.*lib.*8.*Recop.*

Verſ. *Viceſimotertiò.*

167 Qui in Eccleſia perpetrat crimen, propter quod indignus immunitate iudicatur, nedùm in ipſa, quam immediatè offendit, ſed nec in vlla alia tutus erit; Germon. *n.*80.Delbene *d.dubit.*19.*ſect.*1.*n.* 25. Decian.*n.*8.Sanchez *conſil.mor.tom.*2.*lib.*6.*c.*1.*dub.*7.*n.*16.Farinac.*d. q.* 28.*n* 59. & *d.c.*16.*n.*2 9. Azor. *vbi proximè*, Clar.*d.n.*15.*verſ.Sed quid ſi aliquis*, Ambroſin.*c.*5. *n.*3. Scott. *ſuprà*, Guazzin. *n.*17. Bonacin. *verſic. Amplia primò*, Tuſch.*n.*11. Filliuc. *tract.* .5.*c.*6.*quæſ.*8.*n.*152.Paz *n.* 79. Ratio eſt, quoniam Eccleſia, cui priuilegium conceſſum eſt, & iniuria fit, vnica eſt per totum orbem terrarum diffuſa, vt *Decian. Bonacin.*& alij ferè omnes aduertunt, & habetur *in c.loquitur* 18. 24. *quæſtion.*1.

Verſ. *Viceſimoquartò.*

168 Quoties quis in Eccleſia deliquit, ſi nondum punitus fuerit, poterit extrahi ab eadem pro quocunque crimine, etiamſi propter illud immunitate priuari non deberet. Ratio eſt, quoniam fruſtra auxilium Eccleſiæ implorat quomodolibet, qui in ipſam deliquit, Ambroſin.*c.*5. *n.*10.Tuſch.*ſup.* Peregrin.*de immunitat.c.*6.*nu.* 20. Sarp.*d. c.*5.*fol.*60. Clar. *vbi proximè.* Sed contrarium eſt verius, ac tenendum cum D.Couarruu.*in præſenti*: ſcilicet quod committens delictum exceptum, quia in Eccleſia patratum, vel alias, non poteſt euelli ab illa pro alijs criminibus non exceptis: quòd ſi Iudex competens procedat aduerſus reum pro delicto excepto, rectè extrahet delinquentem, ac puniet pro non excepto; quia cùm extractio ſit licita, eum, quem extra Eccleſiam inuenit, iure plectit pro quolibet exceſſu: Ita Decian.*d.c.*28.*n.* 9. Delbene *dubit.*19.*ſect.*10.*n.*1. 2.& *dubit.*24 *ſect.* 12.*per tot.* Guazzin.*num.* 16. Dian.*part.*6.*tractat.*1. *reſolut.* 26 *verſ. vltim.* Farinac. *d.quæſt.* 28.*n.*67.*in fin.*& *de Immunitat.dict.cap.*16. *n.*222. Caſtro Palao *tom.*1.*tract.*11.*diſputat.vnic.punct.* 10. *n.*12.Guttier.*d.q.*1.*num.*18, Ioan.Viſchis *tract.de immunitat. Eccleſiæ.n.*64. Gonni *eod.tract.fallent.*11.*num.* 2.*fol.*96. Bonacin.*ſup.num.*9. Rationem hic reddit, quoniam verba ſunt formaliter accipienda, & ſic pro ipſo delicto in Eccleſia commiſſo extrahi poſſe; non pro alijs: & hæc vera ſunt, tam de delinquente in Eccleſia, quàm aliàs delictum exceptum admittente; de quo Delbene *dict. ſect.*22.

Verſ. *Viceſimoquintò.*

169 Delictum leue in Eccleſia commiſſum non priuat immunitate delinquentem, quod plane deducitur *ex d. c. fin. de immunitat. Eccleſ.* necnon ea *Bulla Gregoriana*, vbi excipitur homicida, vel membrorum mutilator, quæ literæ exprimantur in exemplum, & non taxatiue, vt volunt laudati *ſupra, n.* 161. tamen vt alia delicta cenſeantur excepta, debent eſſe grauiora, aut ſaltem expreſſis ſimilia, ſecundum notata per DD. *in cap. qui ad agendum 4. §. de procurator. in 6.* & per me *lib.* 1. *c.* 6. *n.* 21. quapropter mutilatione leuius crimen in Eccleſia admiſſum non efficiet, vt delinquens extrahi poſſit, vt obſeruat Bobadill. *n.* 33. vltra quem ita docuere Dec. *d. num.* 9 *in fin.* Chartar. *criminal. dec.* 74. *n.* 6. Dian. *part.* 6. *tr.* 1. *reſol.* 7. *verſicul. Neque obſtant rationes*, Farin. *d. q.* 28. *nu.* 63. Villalob. *in ſumm. to.* 1. *tract.* 39. *difficult.* 3. *n.* 6. Guazz. *d. c.* 38 *n.* 12. *in fin.* Suar. *vbi ſupra*, Paz *n.* 81. Peregr. *c.* 6. *n.* 29. Cur. Philipp. *nu.* 20. Fagundez *ſupra, part.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 48. Gonni *fallent.* 3. *in fin. fol.* 97. Sanch. *conſilior. moral. d. c.* 1. *dub.* 8 *n.* 5. Delbene *dub.* 19. *ſect.* 1. *n.* 17. 18. Quæ ſint grauia, vel leuia crimina, Iudicis arbitrio relinquitur, Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 266. *num.* 2.

170 Hinc dubitatur, an immunitate priuetur, qui abſque alicuius membri mutilatione vulnerat in Eccleſia cum abundanti ſanguinis effuſione, ex quo mors non ſequatur? Affirmat Tuſch. *lit. E. concl.* 59. Mar. Italia *lib.* 1. *c.* 5. §. 3. *n.* 18. Oppoſitum tenent Bonac. *d. §.* 7. *n.* 7. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 7. *verſicul. Vnde ex his ſequitur*, Farinac. *dict. c.* 16. *nu.* 227. 249. Caſtr. Palao *d. diſp. vnic. punct.* 6. *num.* 10. Chartar. *ſuprà*, Delbene *d. dub.* 19. *ſect.* 2. *à princip.* Buët. *deciſ.* 109. *num.* 3. & alij, quæ opinio comprobata eſt per *Sacram Congregationem Epiſcoporum, die* 16. *Nouemb.* 1618. quæ declarauit, eum immunitate gaudere, qui in Eccleſia alterum in facie vulnerauit, vt teſtatur Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſ. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 13. & planè procedit ſecundùm eos, quibus placet, ſolùm propter homicidium, & mutilationem in Eccleſia delinquentem extrere immunitate, qui recenſentur *ſup. n.* 162. At qui contra opinantur relati *ſup. n.* 161. 162. *in fin.* cum omnia grauia delicta in loco ſacro commiſſa, excepta ſentiant, conſequenter de vulnere æſtimabunt, ſi Iudicis arbitrio graue delictum iudicetur ex circumſtantijs, veluti ex animo percutientis, ſi occidere voluerit; ex perſona vulnerati ac ex vulneris qualitate.

Verſ. *Viceſimoſextò.*

171 Qui ex propoſito iuxta Eccleſiam delinquit, ſpe ad ipſam confugiendi, immunitate minimè defenditur, Sanchez *d. c.* 1. *dub.* 5. *n.* 10. Farinac. *q.* 28. *n.* 57. & *d. c.* 16. *n.* 210. Matth. *de iuriſdict. part.* 2. *c.* 51. *n.* 2. Menoch *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 10. *n.* 12. Gambacurt. *lib.* 5. *c.* 19. Villadieg. *ſup. n.* 206. Ambroſ. *c.* 5. *n.* 4. Barboſ. *ſup. n.* 109. Gonni *fallent.* 25. *fol.* 103. Curtell. *lib.* 1. *q.* 2. Tuſch. *ſupra, concl.* 11. *n.* 4. *in fin.* Azeued. *in d. l.* 3. *n* 26. Gutier. *d. q.* 1. *n* 15. Guaz *c.* 38. *nu.* 19. *in fin.* Bobadill. *n.* 7. Paz *n.* 94. *cum ſeqq.* Greg. Lop. *in l.* 4. *gloſ.* 5. *tit.* 11. *part.* 1. Cur. Philipp. *n.* 21. Quæ ſententia magis communiter eſt recepta, & approbata per Clementem Octauum *in vna Panormitana*, apud Farinac. *d. q.* 28. *n.* 56. Barboſ. *d. c.* 3. *n* 109. qui declarauit, delinquentem immunitate priuandum, qui ſub ſpe eius deliquit.

172 Sed vtrùm qui propè Eccleſiam delictum perpetrauit, præſumatur in dubio ſpe ad ipſam confugiendi deliquiſſe? Negat Guaz. *ſup. verſic. Et regula eſt*, Vulpell. *concl.* 130. *n.* 18. Barard. ad Clarum *d. q.* 30 *n.* 21. Affirmat. Farin. *d. c.* 16. *n.* 214. vbi alij; Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 33. *n.* 3. Guttier. *nu.* 10. Paz *n.* 94. Menoch. *ſup. n.* 15. Quod ſaltem verum eſt, quandò crimen ex propoſito fuit commiſſum in loco Eccleſiæ vicino, vt obſeruant Menoch. *n.* 16. Guaz. *ibid.* Cur. Philip. *ſupra*, Barard. *nu.* 20. Henriq. Boic. *in c. Eccleſiæ, de immunitat. Eccleſ.* Dec. *d. c.* 28. *nu.* 15. Bobad. *num.* 1. vbi alij. Quando autem cenſeatur homicidium deliberato animo commiſſum? ab arbitrio Iudicis pendet, ac ex varijs coniecturis dignoſcitur, quas recenſet Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 361. *per tot.* Illud compertum eſt, vt notat Guttier. ex alijs, quòd homicidæ incumbit probare, ſe non animo gaudendi immunitate iuxta Eccleſiam deliquiſſe, quoniam contra ſe præſumptionem habet; ſufficit autem, ſi probetur, reus orta ex tempore rixa occidiſſe, vt immunitate tueatur; quoniam ſic eliditur præſumptio, quòd ſpe immunitatis obtinendæ deliquerit, Menoch. *d. præſ.* 10. *n.* 11.

Non deſunt tamen; immò ſunt plures, qui contra præmiſſam communem ſententiam aſſeuerant, delinquentem 173
propè Eccleſiam, adhuc ex propoſito, & ſpe confugiendi ad illam, non eſſe immunitate deſtitutum; mouentur, quia tam *in c. fin. de immunitat. Eccleſiarum*, quam in *Bulla Gregoriana*, dumtaxat excipitur, qui in Eccleſia, vel cœmeterio deliquerit, atque ita non intelligitur exceptus propè Eccleſiam quomodolibet crimen non exceptum perpetrans, nec extenſio in præiudicium Eccleſiæ de loco ad locum admitti debet; argu. *c. odia, de reg. iur. in* 6. Ita Delbene *d. dub.* 19. *ſect.* 4. vbi late, Dec. *d. c.* 28. *n.* 5. qui *in fin.* limitat, ſi inſidioſe quis vt occidat, ducat hominem ad locum Eccleſiæ proximum, Nauarr. *d. c.* 25. *n.* 22. Layman. *lib.* 5. *tr.* 9. *c.* 3. *n.* 7. Fagundez *de præcep. Eccleſ. tract.* 2. *lib.* 4. *c.* 8. *n.* 45. Peregr. *de immunit. c.* 6. *n.* 60. Dian. *part.* 2. *tr.* 1. *reſol.* 3. Ricc. *part.* 3. *deciſ.* 250. *per tot.* Nauarr. *ſuprà, nu.* 6. Filliuc. *tract.* 15. *c.* 6. *n.* 132. Mar. Italia *lib.* 1. *c.* 4 §. 7. *num.* 16. Sperell. *deciſ.* 60. & 61. Crauſm. *in contr. forenſ. c.* 10. *n.* 95. Marant. *in contron. iur. part.* 2. *reſponſ.* 45. *num.* 10. *cum ſeqq.* Trullench. *in Decalog. tom.* 1. *c.* 11. *dub.* 3. *n.* 3. Suar. *c.* 11. *n.* 9. Bonac. *ſup. n.* 12. Pellizar. *n.* 15.

Quod eadem ratione per aliquos ampliatur ad delinquentes in porticu, oſtio, ſacriſtia, campanili, ſcalis, atrijs, 174
vel tecto Eccleſiæ; nam etſi hæc loca veniant appellatione *Eccleſiæ*, vt ad ea confugientes immunitate gaudeant, ſicut dictum eſt *ſuprà*; aliter in re, de qua agimus, dicendum eſt. Diſcriminis ratio patet, quoniam *ibi* agitur de fauore Eccleſiaſticæ immunitatis, hic verò de odio, & pœna; quare in vno caſu ſignificatio verbi ampliatur, quæ in altero reſtringitur, iuxta *d. regulam iur. c. odia*. Sic Delbene *de ſect.* 6. *n.* 1. Sperel. *d. deciſ.* 60. & 63. Marant. *ſup. reſponſ.* 36. *per tot.* Ant. de Marinis *variar. reſol. c.* 170. *n.* 12. Barboſ. *d. c.* 3. *à n.* 64. Dian. *part.* 6. *tr.* 1. *reſ.* 7. *verſ. Oritur etiam, cum ſeqq.* vbi ampliat quòd idem ſit de delinquente in palatio Epiſcopi, Monaſterijs Religioſorum, & alijs locis, quæ quoad immunitatem *Eccleſiæ* appellatione continentur. Ad quod facit, quia ſtatutum puniens vulnerantem in Eccleſia, non comprehendit propè ipſam percutientem, Gonni *d. fallent.* 25. *in fin.* Marc. Mantua *conſ.* 211. *in fin.* Ioan. Andr. *in addit. ad Speculator. tit. de immunit. Eccleſ. in fin.*

Quoad præcipuam quæſtionem, licet iure defendi poſſit, & admodùm probabilis ſit ſententia poſterior; tamen 175
prior tenenda eſt, vtpotè quæ vſu, Pontificis declaratione, ac frequentiori Interpretum conſenſu roboratur.

Quoad ampliationem verò ſuppoſito, quod deliquerit aliquis in ſcalis, vel alio ſimili loco ſpe gaudendi immunitate, conſequenter iuxta magis communem opinionem, quam nuper probauimus; dicendum erit, reum extrahi poſſe, cum propè Eccleſiam facinus perpetrauit. At quando abſque illa ſpe in prædictis locis delinquitur, ſimiliter reſpondendum exiſtimo, admiſſa opinione, de qua *ſup. n.* 165. Ratio eſt, quoniam omnia loca, quæ in honorem Eccleſiæ immunitate gaudent, comprehenſa cenſentur *in d. c. fin.* & in *Bulla Gregoriana*, eo quod Cœmeterium excipitur, quod licet extra Eccleſiam ſit, nihilominus in eo delinquentes immunitate priuantur, quia ad illud confugientes, ſecuritatem conſequuntur. Igitur idem ſentiendum eſt de atrijs, porticu, vel oſtio Eccleſiæ, cùm nulla differentiæ ratio poſſit conſiderari. Neque neceſſe fuit, omnia loca, quæ immunitatis priuilegio pollent, in ea conſtitutionibus exprimere; ſatis enim eſt, vnum extra Eccleſiam, Cœmeterium ſcilicet exempli gratia commemorare; qui intellectus non eſt extenſiu legis odioſæ contra Eccleſiæ immunitatem, ſed comprehenſiua identitate omnimoda rationis, quæ in quacunque materia etiam ſtrictiſſima debet admitti, ſuadente Legiſlatoris intentione, vt probauimus *ſup. hoc lib. c.* 9. §. 5. *n.* 43. maximè cum hic verſetur fauor Eccleſiæ, cui iniuria fit delinquendo in locis Templo proximis, quæ etiam Religioſa cenſentur, *l. qua Religioſis* 44. *ff. de rei vendic.*

Hic

176 Hic etiam quæri poteſt de extrahente aliquem per vim ab Eccleſia, eumque extra illam interficiente? & hunc immunitate gaudere, ſentiunt Dian. *ſup. verſicul. His tamen non obſtantibus*, Bonacin *ſupra*, *num.*4. Caſtr. Palao *d.diſput.vnic.punct.9.n.*8. Delbene *dubitat.*19 *ſect.*9. vbi de extrahente per dolum. Fundamentum eſt, quia iſte in Eccleſia non occidit, qui caſus exceptus eſt, non quandò vi euellitur ab Eccleſia, vt occidatur extra, & extenſio admitti non poteſt. Meritò tamen contrarium receptius eſt, quoniam hic extrahens delictum in Eccleſia perpetrat violentiæ, vel doli, propter quod immunitate eſt priuandus, Sanch. *d.c.*1.*dub.*8.*n.*21. Gonni *ſup. fallent.*9. imò homicidium ipſum videtur in Eccleſia patratum, cum ibi inceptum fuerit, vt obſeruat Gonni, ex quibus ſic docent Farinac. *d.c.*16. *n.*219. Barboſ. *ſup n.*114. Azot.*d.c.9.q.*14. Scortia *in Bull. Pontific. epit.*152.*theorem.* 382. Peregrin.*c.*6.*n.*16. Cur. Philip.*part.*3.§.12. *n.*14. Nauar. *n.*21. Paz *n.*101. Sanchez *ſupra*, qui fatetur propter extractionem violentam non gaudere immunitate, quia in Eccleſia commiſſum eſt delictum: ſecus propter homicidium, atque ita in re nobis conſentit, cum euulſus propter violentiam puſſit vt homicida plecti, ex dictis *num.*168.

Ibi: *Hinc ſcribit eleganter.*

177 Committens peccatum reſeruatum quod aliàs non eſſet perpetraturus, ſpe conſequendi abſolutionem virtute Iubilæi, vel Apoſtolicarum literarum, abſolui ex eis non poteſt. Ita cum *D. Couar.* tenent. Menoch. *d.præſumpt.* 10.*n* 6.7. Bobadil. *n.*28. Corduba *in tract. de Indulg. q.*34. *præſ.*3. Germon. *d.c.*16. *n.*82. Paz *n.*95. & alij. A quibus recedunt Delbene *ſup.ſect.*6.*n.*3. Bonacin. *n.*12.

Verſ. *Viceſimoſeptimò.*

178 Si quis ex loco profano ſagitta, iaculo, vel pila tormentaria exiſtentem in Eccleſia occidat, aut mutilet, immunitate priuatur; ſic cum *Dom. Couarrun.* aſſerunt Gonni *fallent.*6.*fol.*98. Suarez *d.c.*11.*n.*7. Nauarr. *vbi proximè*, Sanchez *ſuprà*, Farinac. *d.q.*28. *n.*61. *& de Immunitat.c.*16.*n.*124. Bonacin. *n.*1. Mar. Italia *lib.*1.*c.*5.§.3. *n.*47. Delbene *ſect.*7. Decian. *n.*6.*in fin.* Ambroſin. *r.*5. *n.*9. Bobadill. *n.*30. Layman *d.c.*3.*n.*6. Ricc *part.*5. *collectan.*1792. Dian. *part.*1.*tract.*1.*reſolut.*9.*in fin.* Paz *n.*99. Scortia *theoremat.*385. Guazzin. *n.*11. Peregrin. *c.*13.*n.*16. Cur. Philipp. *n.*23. Portell. *d.verb. Eccleſia immunitas*, *n.*15. Quidquid ſentiant Henriquez *in ſumm.lib.*4.*c.*17.*n.*4.*in fin.* Villagut. *de extenſion. leg. c. fin. n.*50. & alij apud Farinac. Quod limitat, ſeu declarat Delbene *num.*3. vt non procedat, cum quis moritur in Eccleſia ex vulnere extrà accepto, quoniam homicida non fuit cauſa mortis in Eccleſia, vt in caſu propoſito, Bonacin. *numer.*5. Pellizzar. *numer.*14.

179 E contra ſi quis exiſtens in Eccleſia eodem modo perimat, qui extra illam eſt, immunitate non defenditur, Suarez, Decian. Nauarr. Mar. Italia, Farinac. Portell. Sanchez *vbi proximè*, Azot. *d.lib.*9.*c.*9. *q.*14. Gonni *fallent.*4. Gutierrez *dict. lib.*3. *quæſt.*1. *num.*19. Matth. *de iuriſdict. part.*2.*cap.*51. *nu.*26. Duard. *in Bull. Cœn. lib.*2. *canon.*15. *quæſt.*16.*num.*23. Gambacurt. *lib.*5. *cap.*14. *num* 21. Villadieg. *in politic. cap.*3. *num.*206. Sarp. *de iur. Aſylor. cap.*4. *fol.*44. Curtell. *lib.*1.*quæſt.*9. Pellizzar. *ſuprà*, *num.*13. & alij nuper allegati. Quæ ſententia tenenda eſt, quoniam in alium ſagittam, vel quid ſimile ad occidendum immittens in Eccleſia, graue facinus admittit, adhuc effectu non conſiderato, vt conſtat *ex l.*14.*tit.*23.*lib.*8.*Recopilat.* vbi cauetur, vt, etiam nullo damno dato, pœna capitis teneatur, qui pilam tormentariam, ſagittam, vel quid ſimile in aliquem iniecerit: quapropter immunitate dignus non eſt ſic in Eccleſia delinquens, cum crimen graue ſit, & atrox, iuxta doctrinam, dè qua *ſuprà*, *num.*161. *cum ſeqq.* Sed ſi attendatur homicidium ſubſequutum, etiam ſecundùm oppoſitam opinionem traditam *n.*162. idem dici debet; nam actus occidendi habuit initium in Eccleſia per immiſſionem ſagittæ, & vnica actio totum illud ad homicidium tendens reputatur, veréque poteſt dici, homicidam in loco, quò pilam miſit, enecaſſe.

180 Quibus non obſtantibus, reum eſſe tuendum, ſuſtinent Delbene *ſect.*5. Ricc. *dict. collectan.*1792. Nouar. *ſup. num.* 51. Dian. *vbi proximè*, Peregrin. *ſup.* Bonacin. *numer.*3. apud quos fundamenta reperiuntur, maximè apud Delbene.

181 Quod ſi quis mandet, quemquam in Eccleſia occidi, vel mutilari, aliudve graue crimen admitti, effectu ſequuto, immunitate non gaudebit, etſi extra Eccleſiam dederit mandatum; Suarez *ſup num.*. Farinac. *d. cap.*16. *num.*230. Sanch. Matth. *ſupra*. Curtell. *quæſt.*10. Mar. Italia *num.*48. *cum ſeqq.* Peregrin. *cap.*6.*num.*36. Barboſ. *d.cap.*9. *num* 116. Sarp. *vbi proximè*, Gambacurt. *cap.*25. Duard. *ſupra*, Paz *num.*100. Gonni *fallent.*7. vbi ampliat ad mandantem, vt ex loco profano ſagitta, vel arcabuzio exiſtens in Eccleſia per aliquem occidatur; Decian. *num.*7. & ita verum eſt, quod limitant Paz, Sanchez, & Nauarr. *d.n.*11. quoad delictum mandati, non quoad homicidium, cui cauſam præſtitit.

182 Sed aduerſus nuper laudatos præfatum mandantem ab Eccleſia defendendum tenent Delbene *ſect.*8. Palao *d.diſput.vnic.punct.*4.*ex n.*17. Dian. *part.*1. *tract.*1. *reſolut.* 10. Bonacin. *dict.*§.7.*n.*10.

183 Similiter non gaudet immunitate, qui in Eccleſia mandat, vt aliquis extra Eccleſiam perimatur, aut mutiletur, aliudvè facinus perpetretur, ſecundùm Sanchez, Suarez, Azot. Barboſ. Layman. Sarp. *vbi proximè*. Nauarr. *dict.num.*21. Paz *num.*98. Gutierrez *dict. lib.*3. *quæſt.*1. *per tot.* Guazzin. *dict. defenſion.*1.*cap.*38.*num.*21. Gon. *fallent.*5. qui Pax, Nauarr. Sanch. ſentiunt huc procedere quoad delictum mandati, quod in Eccleſia verè fuit patratum, ſecùs quoad homicidium, quod iure poteſt defendi. Vide Guazzin. *cap.*37.*n.*59.

184 Alij verò nempè Delbene, Diana, Bonac. *vbi proximè*, Dec. *n.*7. *n.*150. Ambroſin. *n.*6. & nonnulli, quos refert Delbene *n.*4. opinantur, illum non eſſe immunitate deſtituendum; & quidem ita verum eſt, ſi concederetur, ſolam mutilationem, vèl homicidium in Eccleſia factum immunitate delinquentem priuare; ſed cum hoc certum non ſit, prior opinio amplectenda eſt, cùm graue delictum in loco ſacro committatur.

185 Etiam ab Eccleſia euellendus erit, qui cum propter crimen exiſtens ſub ipſius tutela, exit ad aliud ſcelus committendum, Ioann. Sanchez *ſelectar. diſp.*44.*num.*31. Curt. Philipp. *n.*22. Thom. Sanch. *d.dub.*8. *num.* 18. Sed contrarium placet Dian. *part.*1. *tractat.*1. *reſolut.* 39. Bobadill. *nu.*19. Azeued. *in l.*3. *n.*28. *tit.* 2. *lib.*1. *Recopilat.* Guttier. *d. lib.*3. *q.*1.*n.*34. vbi limitat *n.*35.

Verſ. *Viceſimooctauò.*

186 Quæſtionis huius indagatio apud nos ſupervacanea eſt, nam vt alibi diximus, fures ſimplices, etiam ab Eccleſia extrahuntur de conſuetudine, ſed ſtando in terminis iuris communis, eſt omninò tenendum cum *D. Couarrun.* quod fur gaudeat immunitate quoad perſonam, quanquam cum re furtiua ad Eccleſiam confugiat, ipſa tamen res abduci, ac domino tradi poteſt; alioqui Eccleſia foueret delictum; quod etſi de nouo non fiat, continuatur, dum alienum detinetur, domino inuito; Suarez *d.cap.*11. *num.*8. vbi limitat, ſi fur vellet rem in Eccleſia occultare; quia ob delictum hoc occultationis in loco ſacro, immunitate non iuuabitur, Delbene *dub.* 24. *ſect.* 8. *nu.* 5. vbi de furante rem ſacram, eámque ſecum ad Eccleſiam deferente, & alios refert Guazzin. *ſuprà*, *cap.*37.*num.*58. Decian. *d.cap.*28. *num.*4. Paz *n.*93. Farinac. *d.c.*16. *nu.* 218. Tuſch *lit. E, concl.*11. *n.*16.17. Bonacin. *d.punct.*6. §.5. *num.* 7. *verſic. Amplia ſecundò.* Thom. Sanchez *ſuprà*, *num.* 14. Guttierrez *practicar. lib.*1. *quæſt.*1. *num.* 2. Anton. à Gamma *deciſ.* .. *num.*1. Azeued. *in d.lib.*3. *num.* 3. Dian. *part.*6. *tract.*1. *reſolut.*9. *verſicul. Verùm pro coronide*, qui ait, nouam contrectationem rei furtiuæ in Eccleſia factam, etſi nouum &

distinctum

diſtinctum crimen cenſeatur, leue eſſe; quapropter immunitate ſua priuari nequit. Illud omittendum non eſt, quod notat Delbene *nu.9.10.* nempe furem re ablata eſſe per iudicem Eccleſiaſticum in Eccleſia ſpoliandum, aut de eius licentia per ſecularem, vbi refert Speciel. *deciſ.3.4.* Vide infra, *n.104.*

187 Furtum verò in Eccleſia commiſſum priuat delinquentem immunitate, Gonni *fallens. 3. num.5.* Decian. *vbi proxime,* Suarez *d.num.8.* Gregor. Lopez *in l. 4. gloſ. 5. tit. 11. part. 1.* Bobadill. *num.83.* Ioan. Viſchis *in tract. de Immunit. num.32.* Paz *num.88.* Nauarr. *in cap. poſtulaſti, de for. compet.* Guttier. *d. lib. 3. quæſt. 1. num. 17.* Quod à fortiori procedit, ſi res ſacras quis furetur, quia ſacrilegium committit, necnon alias res etiam non ſacratas Eccleſiæ in ipſa ſurripiens, Decian. *tom. 1. lib.6. cap.30. à num. 16.* Sacrilegus autem fruſtra defendi ab Eccleſia deſiderat, Gregor. Lop. *ſup.* Decian. *cap.36. n.7.* Guttier. *num.33.* Curtell. *lib. 1. quæſt. 2. & q.17. num. 12.* Tuſch. *lit. E, concluſ.11. num. 9.* Sarp. *ſupra, dict. cap. 5. fol.43.* Boer. *deciſ.109. num.3.* Farinac. *dict. qu. 28. num.47.* Germon. *d.cap.16. num.71.* Bobadill. *num.48.* Gonni *fallent. 34.* Clar. *d.q.30. num.9. circa fin.* Paz *num. 103.* Nauarr. *in manual. cap. 18. num.39.* Qui dum rectè aduertunt, hoc verum eſſe de committente in Eccleſia ſacrilegium; quod extra illam multipliciter poteſt patrari, vt late explicat Decian. *d.c.30.* Verùm ſacrilegus ſit, qui rem priuati in Eccleſia furatur? vide apud Dian. *part.1. tract.7. reſolut. 27.* vbi negatiuè reſoluit, niſi res eſſet ſub cuſtodia Eccleſiæ, veluti ad Feſtiuitatem commodata.

188 Sed contrarium in vtroque caſu, pluribus laudatis, probat Delbene *dubit. 4. ſect. 4. num. 4. cum ſeqq.* vbi ex Barboſ. *in collectan. Bullar. verb. immunitas*, teſtatur, ſic Sacram Congregat. immunitatis declaraſſe de furante in Eccleſia 28. *Martij* 1633. quod etiam refert Dian. *part. 6. tract. 1. reſolut. 9. verſ. Sed affirmatiuam, cum ſeqq.* vbi etiam Authores recenſet, & de ſacrilegis, *reſolut.26. verſ. Sextò quæro*, quibus accedit Guazzin. *in d.c.38.n.10.11.* Sed quæſtio hæc pendet ab ea, de qua *ſuprà, à num.16.* & ſuſtinendo ſententiam, quæ habet omnia delicta in Eccleſia commiſſa reddere reum immunitate indignum, etiam poſt Bullam Gregorianam; dicendum eſt conſequenter, nedum ſacrilegium, ſed etiam furtum in Eccleſia patrantes ab ipſa extrahendos, maximè vbi talis fuerit conſuetudo; nam furtum, niſi paruitas rei ablatæ excuſet, graue crimen eſt; vt fusè probat Guttierrez *de delict. quæſt. 154. per totam*, Clar. *in §. Furtum*, & nos alibi diximus.

Ibi : *Nam licet regulariter delinquens ſit ad locum delicti.*

189 Reum ad locum, in quo deliquit, remittendum, ex pluribus probat Carleual. *de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q.7. ſect. 2. n. 801.* vbi latiſſime per *num ſequent.* materiam explicat; Clar. *in § fin q.38.* Dec. *ſupra, tom.2. lib 4. c.19. à princip.* D. Couar. *pract. c.11.* Farinac. *in prax. q. 7.* Guaz. *de defenſ. reor. defenſ. 1. c.17.* Tondut. *de præuent. iudicial. part. 2. c. 11.* Bobadill. *in polit. tom.1. lib. 2. c. 14. d. num. 69.* Quid ſi delictum fiat in confinio diuerſorum territoriorum? Vide Tondut. *c.31. per tot.*

Ibi : *Si tamen quis Toleti.*

190 Eſt controuerſia ſatis agitata, vtrum ſcilicet fur adſportans rem, quam in vno abſtulit territorio in aliud, poſſit ibi puniri: de qua Clar. *n.16.* Guazzin. *late c. 13.* Carleual. *ſect. 1. num. 720.* vbi multa: & reiecta opinione affirmatiua; altera quæſtio ſubſequitur, de qua in præſenti; An fur remittendus ſit, ſi per Iudicem loci delicti petatur? At contra *Bartol.* ex rationibus, quas *D. Couar.* perpendit *dict. cap. 11. nu. 9.* cum eo dicendum eſt, furem, quamuis rem contrectet alibi, remittendum eſſe ad iudicem loci, vbi furtum admiſit, ſi poſtuletur. Idem tenet Didac. Perez *in l.1. gloſ. 1. pag. 339. column. 1. verſ. Quæri etiam poteſt, tit. 18. lib. 2. Ordinament.* Carleual. *ſect. 1. nu. 726.* videndus per *numer. ſequent.* Bobadill. *n. 73.* Decian. *dict. lib. 4. cap. 17. num. 15.* Bos. *in prax. tit. de furt. num. 18.* & alij apud Bobadil. *vbi proximè, lit. B,* etſi aliter decisum teſtentur aliqui quos laudat Carleual. *n. 226.*

Ad Num 36.

Sciendum eſt quòd Clericus quoad Iudices ſeculares immunitate gaudet, quãdo ſcilicet propter defectum alicuius requiſiti, ex iis quæ deſiderantur per Trident. *ſeſ. 23. cap. 6.* fori priuilegio non defenditur, vnde ſi quis in minoribus, beneficiatus non ſit, nec alicui Eccleſiæ deſeruiat habitum Clericalem deferens, & ad Eccleſiam confugiat, extrahi a ſeculari poteſtate nequibit, niſi pro criminibus exceptis, Delbene *dubit. 10. ſect. 11.* Nauarr. *dict. cap. 25. num. 22.* Suarez *cap. 10. num. 7.* Genuenſ. *in prax. cap. 22. num. 11.* Filliuc. *tract. 15. cap. 6. quæſt. 8. num. 151.* Farinac. *in prax. quæſt. 28. num. 7. & de Immunitat. cap. 2. à num. 34.* Gambacurt. *lib. 4. cap. 11.* Germon. *de ſacr. immunit. lib. 3. cap. 16. à n. 90.* Mat. Italia *lib. 1. c. 3. §. 1.* Verum nec à Iudice Eccleſiaſtico erit euellendus, Delbene *ſect. 11.* cum ad eius forum non pertineat, ſed vt laicus habeatur. 191

192 De Clericis verò alijs, qui ſeculari poteſtati ſubiecti non ſunt, quæſtio eſt, an per Iudices Eccleſiaſticos extrahi ab Eccleſia propter delicta non excepta poſſint? Affirmant Delbene fuse probans *ſect. 12. à princip.* Nauarr. *vbi proximè,* Layman *lib. 4. tract. 9. cap. 3. n. 11.* Gonni *fallent. 21. in fin.* vbi de praxi teſtatur, Suar. *num. 67.* Genuenſ. *ſupra,* Azor. *part. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 9.* Clar. *dict. quæſt. 30. nu. 16.* Portell. *ſuprà, verb. immunitas Eccleſiæ, num. 13.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. part. 1 tit. 3. §. 15.* Filliuc. *ſup.* Curtell. *lib. 1. quæſt. 21.* Ricc. *part. 3. deciſ. 171.* Fagund. *ſup. præcept. 2. lib. 4. cap. 4. num. 52.* Paz. *d. §. 3. numer. 141.* Rodrig. *quæſtion. Regular. tom. 2. quæſt. 30. artic. 4.* Villadieg. *dict. cap. 3. num. 211.* Megal. *in 3. part. lib. 4. cap. 2. num. 34.* Gregor. Lop. *in l. 4. gloſ. 1. tit. 11. part. 1.* Peregrin. *ſup. c. 12. num. 3.* Curt. Philipp. *num. 17.* Sanchez *dict. dub. 8. num. 6. verſ. Secunda ſententia,* Guttier. *practicar. lib. 3. quæſt. 3. n. 3.* Bonacin. *§. 5. num. 5. verſicul. Secunda ſententia,* Azeued. *in l. 3. num. 17. tit. 2. lib. 1. Recopilation* quod vtique in omnibus perſonis Eccleſiaſticis procedit, & potius de conſuetudine, quam de iure verum eſſe plures ex præallegatis agnoſcunt.

Sed contrariam ſententiam, quòd ſcilicet perſonæ Eccleſiaſticæ immunitate Eccleſiæ propter delicta quoad ſuos Iudices potiantur, tenent cum *D. Couar.* Decian. *tom. 2. lib. 6. cap. 36. num. 1.* vbi diſputat Tuſch. *lit. E, concluſ. 9. num. 17. & concluſ. 11. num. 27.* Dian. *part. 1. tract. 1. reſolut. 24.* Zerol. *in prax. Epiſcopal. part. 1. §. Immunitas Eccleſiæ; verſ. 8.* Guazzin. *d. defenſ. 1. cap. 37. num. 48.* Gambacurt. *de immunitat. lib. 4. cap. 11. num. 8.* Monticell. *in prax. crimin. regul. 12. num. 18.* Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. à num. 135.* Duard. *ſupra lib. 2. canon. 15. quæſt. 16. num. 13.* Lotter. *de re beneficiar. lib. . quæſt. 13. ex num. 112.* Farinac. *dict. q. 28. num. 7. & de Immunitat. cap. 2. num. 34.* Lezan. *in ſumm. verb. Immunitas, numer. 6.* Ambroſin. *de Immunitat. cap. 12. num. 3.* Salgad. *de protect. Reg. tom. 2. part. 2. cap. 4. num. 115.* Mat. Italia *de Immunitat. lib. 1. cap. 3. §. 1.* Gened. *in canonic. quæſtion. quæſt. 42. per tot.* Bobadill. *d. cap. 14. num. 58.* & ita de iure tenendum eſt, niſi aliud fuerit vſu receptum; nam conſuetudini ſtandum eſt, vt obſeruant *Decian. Farin. hic.* & alij, ac iuxta hanc ſententiam decidiſſe Sacram Congregationem Concil. Tridentin. & Epiſcopor. aſſerit Dian. *part. 3. tract. 1. reſolut. 35.* & Barboſ. *ſupra,* Delbene *poſt d. ſect. 12.* vbi de difficultatum ſolutione, *n. 4.* 193

Ibi : *Qua in re ipſe conſiderandum eſſe cenſeo.*

Compertum eſt, Clericos per Eccleſiaſticos Iudices extrahi ab Eccleſia poſſe in caſibus exceptis, vt ſupponunt omnes, dum de criminibus non exceptis loquuntur, vt *Decian. Guttierr.* & alij. Ex quo *D. Couar.* infert *in præſenti*, vt ex omnibus delictis, pro quibus Clerici ſ degradari, 194

degradari, ac Curiæ ſeculari tradi permittitur, poſſit ab Eccleſia per Eccleſiaſticum Iudicem extrahi; nam degradatio actualis, & traditio præfata non fit, niſi propter enormiſſima ſcelera quæ indignum reum immunitate efficiunt, quam doctrinam ſequuntur Suar. *num.*8. Bobadill *num.*59. Guazzin *num.*51. Farinac. *dict. qu.* 28. *à num.* 7. Guttierr. *n.* 2. & alij *ſup.* laudati: At autem hoc omnino certum ſit, ita vt regula conſtitui poſſit, quod quoties Clericus Curiæ ſeculari tradendus ſit, toties expelli ab Eccleſia per Iudicem Eccleſiaſticum queat? oportet indagare; quoniam de ea dubitat Suar. *vbi proximè*. Ad quod ſciendum eſt, ob quæ facinora ad actualem degradationem, ac traditionem deueniatur; quo cognito, apparebit num caſus aliquis detur, in quo extrahi Clericus prohibeatur, quanquam degradatione ſit dignus.

195 Primum crimen, propter quod Clericus traditur degradatus Curiæ ſeculari, eſt aſſaſſinium, c. 1. *de homicid. in* 6. Farinac. *in prax. quæſt* 8. *num* 82. *cum aliis* Delbene *de immunitat. Eccleſiaſt. tom.* . *cap.* 6. *dubit.* 5. *ſect.* 2. *à princip.* Barboſ. *in collect. ad cap. cum non ab homine*, *num.* 11. *de iudic.* Viuian. *in prax. iuriſpatr. deciſ.* 107. *n.* 8. Hic caſus, & ante conſtitutionem Gregorianam, ex communi opinione, & in ipſa expreſſim exceptus eſt. Vide *ſuprà num.* 82. 137.

Secundum eſt hæreſis, *cap. ad abolendam* 9. *de hæretic.* Delbene *num.* 52. 53. Barboſ. *ibidem*, Bobadill. *in politic. dict. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 75. Viuian. *ſup.* Hoc crimen excipitur in *dict. Bulla Gregoriana*, vide *ſuprà*, *n.* 137.

Tertium eſt crimen falſi circa literas Apoſtolicas, *cap. falſariorum* 7. *de crimin. falſi* notant Delbene *num.* 54. & alij *vbi proximè*, quod nec in *dict. Bulla* exceptum eſt, nec à DD. excipitur quoad immunitatem;

Quartum eſt conſpiratio aduerſus proprium Epiſcopum, *cap. ſiquis Sacerdotum* 11. *quæſt.* 1. Delbene *num.* 55. Barboſ. *dict. num.* 11. Bobadill. *ſuprà*, Viuian. *dict. num.* 8. & ſimiliter *in Bulla* exceptum non reperitur, niſi reducatur ad clauſulam de proditorie occidente. Verum tamen eſt, quòd occidens Clericum immunitate non gaudet, vt reſoluunt Farinac, *dict. quæſt.* 28. *num.* 18. Guazzin. *cap.* 58. *num.* 52. Gigas *de crimin. læſ. Maieſtat. lib.* 1. *rubric. qualiter, & à quib. quæſt.* 10. *num.* 16. Decian, *cap.* 28. *num.* 11. & alij apud Delbene *tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 24. *ſect.* 11. vbi contrarium cum alijs ſuſtinet etiam in occidente Epiſcopum, & idem in Eminentiſſim. Cardinal. docent aliqui non improbabiliter, de quo ipſe *dub.* 23. *ſect.* 1. *à n.* 38.

196 Quintum delictum eſt crimen nefandum ſodomiæ, ex conſtitutione Pij V. Barboſa *ſup.* Bobadill. *dict. num.* 79. Ceuall. *de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæſt.* 43. *num.* 3. Nauarr. *in manual. cap.* 27. *num.* 149. Delbene *vbi proximè*, *ſect.* 7. *num.* 3. Viuian. *ſup.* Sed neque hic caſus excipitur *in Bulla*, communiter tamen ſodomitam immunitate priuandum placet, vt ſentiunt Curtell. *ſup. lib.* 1. *quæſtion.* 2. Bobadill. *cap.* 14. *num.* 20. Correa *in cap. inter alia, de immunitat. Eccleſ. p.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 40. Salced. ad Bernard. Diaz *in prax. cap.* 86. *pag.* 254. *colum.* 1. *in fin.* Phæb. *Luſitan. deciſ.* 81. *num.* 7. *tom.* 1. Cur. Philipp. *dict.* §. 12. *num.* 19. Mar. Ital. *dict. cap.* 5. §. 3. Auend. *de exequend. mandat. part.* 1. *cap.* 229. Rodrig. *quæſtion. Regular. tom.* 2. *q.* 5. *artic.* 4. & idem de Clerico ſic delinquente docuit expreſsè cum alijs Bobadill. *num.* 21. Aduerſus quos, immunitate ſodomitas gaudere defendit Delbene *vbi proximè*, *à numer.* 1. Giurba *conſ.* 100. *num.* 4. Bonacin. *dict.* §. 5. *num* 14. Farinac. *de immunitat. cap.* 6. *n.* 98. Sanch. *dict. cap.* 1. *dub.* 10. Lezan, *ſup. num.* 16. Nauar. *dict. tit. de immunit. Eccleſ.* Caſtr. Palao *ſup. dict. diſp. vnic. punct.* 10. *num.* 6. Diana *part.* 4. *tract.* 1. *reſolut.* 45. Eliſæ. Dauza *in pugna DD. tom.* 1. *tit. de immunitat. Eccleſ. c.* 4. *n.* 10. 11. vbi de Clerico, Delbene *n.* 6.

197 Sextum eſt, cum Clericus non Presbyter Miſſam celebrat; nam propter hoc ſeculari Iudici tradendum, cauetur à Clement. VIII. Barboſ. *in collect. ad c. cum non ab homine*, *n.* 11. *de iudic.* Viuian. *ſup.* De quo nihil ſtatutum eſt quoad immunitatis priuationem, niſi tale perpetrans de errore contra fidem arguatur.

Septimum eſt, falſam monetam cudere, vel legitimam tondere, quod conſtituit Vrbanus VIII. *in Bulla*, quæ incipit: *In ſupremo*, edita *die* 13. *Nouemb. anno* 1627. Barboſ. *ſup.* Hic caſus exceptus in *Bulla Gregoriana* non eſt, tametſi eos immunitate indignos eſſe, qui flagitium iſtud patrauerint, ſentiat Sarp. *de iur. Aſylor. cap.* 5. *fol.* 52. contra quem omnes communiter tenent, Guttierr. latè agens, qui teſtatur, ita in Valliſoletana Cancellaria decitum, *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 4. *per tot.* Delbene *dict. dubit.* 24. *ſect.* 18. Bobadill. *dict. cap.* 14. *num.* 43. Farinac. *dict. cap.* 6. *num.* 91. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 19. Mar. Italia *dict. cap.* 5. §. 1. *num.* 13. Bonacin. *in ſumm. tom.* 3. *de excommunicat. extra Bull. diſput.* 2. *qu.* 5. *punct.* 16. §. 11. *n.* 6. Cur. Philipp. *num.* 28. Trullench. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 11. *dub.* 5. *num.* 28. Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 122 qui teſtatur, quod cum Neapoli monetarij quidam in Eccleſiam ſe recepiſſent, Prorex exorauit Paulum V. vt præciperet, eos Curiæ ſeculari conſignari, atque ita Pontifex Nuntio Apoſtolico imperauit *die* 9. *Iulij* 1619. vt conſtito ſummariè, & ex proceſſu laicorum, quòd ipſi eſſent monetarij, quod Prorex ſupplicauerat, fieret.

Tandem Clericus immiſcens ſe quibuſcunque enor- 198
mibus delictis, in eiſque incorrigibilis perſiſtens, eſt Curiæ ſeculari, vt puniatur, poſt degradationem mittendus: *cap. cum non ab homine*, *de iudic.* vbi Barboſ. *in collect. n.* 11. Delbene *ſuprà*, *dict. cap.* 6 *dubit.* 5. *ſect.* 3. *num.* 56. *cum ſeqq.* Viuian. *dict. num.* 8. De quo conſulas *Delbene*, & *Barboſ.* apud quos, quæ cenſeantur delicta enormia? Quæ monitiones præcedere degradationem debeant? Et an Iudex ſecularis poſſit contra incorrigibilem non degradatum procedere. Hic etiam caſus exceptus non eſt, nam reiteratio delicti non priuat reum immunitate.

Ex his colligere licet, num certum ſit, quod *D. Couarr.* 199
pro regula tradit? cuius pace dicendum eſt, quod ſi Iudex Eccleſiaſticus ſequutus opinionem, de qua *ſuprà*, *nu.* 192. extrahat Clericum ab Eccleſia pro crimine falſæ monetæ, vel aliò, propter quod laicus immunitate non priuaretur, non debet, nec poteſt reum Curiæ ſeculari tradere; ſed mitius puniendus erit, vt rectè docent Suar. *vbi proximè*, Gonni *dict. fallent.* 21. *numer.* 1. *in fin.* poſt Bernard. Diaz, quem *D. Couarr.* refert. Abſurdum enim eſſet, deterioris conditionis eſſe Clericum, quam laicum, cum vterque per ſecularem poteſtatem pœna ordinaria delicti veniret puniendus; & hoc caſu ceſſat præcipua ratio, propter quam Eccleſiaſtici immunitate non gaudent: nempè quia per Iudices Eccleſiaſticos leuiter, & ad correctionem potiùs, quam ad vindictam coërceri ſolent, vt videre eſt apud Delbene, & alios laudatos *ſup. d. num.* 192.

Illud obiter notandum eſt ex Sanch *dict. cap.* 1. *dub.* 9. 200
quod ſiquis Clericus, vel laicus mandet, vel conſulat, vt delictum exceptum fiat, non eſt immunitate priuandus tanquam perpetrator talis criminis; de quo vide, quæ diximus *ſuprà*, *n.* 181.

Ad Num. 17.

Dum reus in Eccleſia exiſtens iure extrahi non po- 201
teſt, non eſt per ſecularem Iudicem vinculis alligandus, aut aliquo modo vinciendus, vel vexandus, Suar. *dict. lib.* 3. *cap.* 11. *num* 2. Delbene *dict. cap.* 16. *dubit.* 17. vbi latè Farinac. *dict. quæſt.* 28. *numer.* 9. & *de Immunitat. capit.* 19. *num* 297. Bonacin. §. 3. *num.* 5. Toſcb. *lit. E*, *concluſ.* 10. *numer.* 12. 16. Sanch. *dub.* 13. *n.* 1. Mar. Italia *dict. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *numer.* 51. Guazzin. *dict. defenſ.* 1. *capit.* 32. *numer.* 2. Decian. *lib.* 6. *cap.* 27. *num.* 6. Paz. *numer.* 117. Bobadill. *n.* 9. Gonni *dict. tract. de Immunit. quæſt.* . Quod eſt omninò certum, quando reus immunitate debet gaudere: ſed ſi dubium ſit, vincula ab vtroque Iudice, tàm Eccleſiaſtico, quàm ſeculari inijci reo poſſunt, cuſtodeſque circa Eccleſiam apponi, ne delinquens euadat: & multò magis, ſi compertum fuerit, locum non eſſe immunitati. Sed regulariter Eccleſiaſtici omnes cõfugas in Eccleſijs defendere

 hituntur,

nitentur, vt aduertit Gonni *vbi proximè*, quare de eorum conſenſu nunquam reus alligatur, vel aliter cuſtoditur; ſeculares verò Iudices, vbi poſſunt, Eccleſias obſideri faciunt, ne reclutus euadat; Clar. *d. § fin. q.* 30. *num.* 21. Gonni *ſup.* Curt. Philipp. *nu.* 52. Azeued. *in l.* 5. *n.* 21. 22. *tit.* 2. *lib.* 1. *Recopilat.* Paz *ſup. à n.* 3. vbi teſtatur, quòd de conſuetudine vincula non inijciuntur, ſed cuſtodes apponuntur, cùm ſuper immunitate diſceptatur, & hoc de iure ſeruandum probat; modò extra locum ſacrum cuſtodes exiſtant, Delbene *num.* 3. 4. vbi plures laudat Dian. *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 8. *in fin.* Vide *infra, n.* 208.

202 Nota præterea, reum in Eccleſia exiſtentem non poſſe per Iudicem laicum ad aliquam pœnam corporalem damnari, vt colligitur *ex cap. inter alia, de immunit. Eccleſ.* & docent Suar. *n.* 5. Farinac. *ſupra, c.* 21. *n.* 333. 336. Bonacin. *n.* 8. Tuſch. *lit. E, concluſ.* 1c. *num.* 5. 8. 14. Dian. *d. tract.* 1. *reſolut.* 12. Mar. Italia *ſup. c.* 6. § 3. *n.* 1. Peregrin. *c.* 13. *n.* 13. Barboſ. *d. c.* 3. *num.* 56. Delbene *d. c.* 16. *dub.* 31. vbi multos refert, ac probat, neque ad exilium, nec ad carcerem perpetuum, vel ad triremes, damnandum. Circa quæ, videas aliter ſentientes, Sarp. *ſup. c.* 2. *fol.* 30. Carrell. *lib.* 1. *q.* 12. Gambacurt. *lib.* 4. *cap.* 35. 55. In praxi autem obſeruatur, vt contra exiſtentem in Eccleſia, velut in abſentem in foro ſeculari procedatur, & ad mortem, vel aliam pœnam pro delicti qualitate damnetur, Farinac. *d. q.* 28. *n.* 77. Delbene *n.* 15. Clar. *d. q.* 30. *n.* 1. quod vt ait Delbene *n.* 16. non eſt contra Eccleſiæ immunitatem, quandoquidem ſententiæ exequutio confertur in tempus, quo reus immunitate non defendatur, Bonacin. § 3. *num.* 9.

203 Pecuniarias verò pœnas, ſiue bonorum confiſcationem exequi Iudex ſecularis non prohibetur in illis bonis, quæ immunitate gaudens extra Eccleſiam habuerit, Decian. *dict. lib.* 6. *cap.* 36. *num.* 10. Delbene *num.* 15. Bonacin. cum alijs, *vbi proximè*, Bobadilla *dict. cap.* 14 *nu.* 106. Sed quid de bonis, quæ ſecum ad locum ſacrum tulit, num eis per Iudicem ſecularem ſpoliari poſſit? In quo diſtinguendum eſt, ſi res non ſint alienæ, & iuſtè, ac licitè retineantur per reum, nullo modo illis priuandus eſt; Suar. *num.* 3. Farinac. *d. cap.* 19. *num.* 100. Scortia *Theoremat.* 385. Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 13. Lezan. *verb. immunitas, num.* 18. 19. Delbene *dub.* 30. *num.* 1. vbi teſtatur, Sacram Congregationem controuerſ. Iuriſdictionalium 13. *Ianuarij* 1633. declaraſſe, aduerſus auferentes reis bona, quæ in Eccleſia habent; imò etiam arma non prohibita; procedendum, tanquam contra Eccleſiaſticæ immunitatis violatores.

204 De bonis alienis, & quæ iuſtè aut licitè retineri nequeunt, quæſtio eſt, an valeat Iudex ſecularis, non expectata Eccleſiaſtici licentia, eadem reo in Eccleſia exiſtenti auferre? Affirmant Suar. Layman. *vbi proximè*, Villadieg. *in polit. cap.* 3. *num.* 214. & alij non pauci apud Delbene *num.* 3. 4. Negant Farinac. *de Immunitat. cap.* 16. *num.* 248. Peregrin. *ſup num.* 5. Marant. *in controuerſ. iur. part.* 2. *reſponſ.* 37. *num.* 1. Nouar. *ſup. num.* 6. Ciarlin. *in controuer. forenſ. cap.* 10. *num.* 16. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 8. Delbene *num.* 4. *verſ. Quamuis etiam.* Qui rectè ſentit *num.* 8. ſemper Superiorem Eccleſiæ prius eſſe requirendem, vt res delinquenti tollat, quibus de iure priuari debet; quod ſi tenuerit, tunc miniſtri laici poterunt per ſe ipſas capere.

Verſ. *Triceſimoprimò*.

205 Eccleſiam, in qua aliquis exiſtit immunitate gaudens, obſidere non licet, vt eidem alimenta, vel alia ad vitam neceſſaria exhiberi impediantur, nec aliquomodo reum vexari permiſſum eſt; Delbene, *dubitat.* 59. *num* 1. Farinac. *dict. quæſt.* 28. *num.* 9. Suar. *num.* 4. Gregor. Lop. *in l.* 2. *gloſ.* 4. *tit.* 11 *part.* 1. Sanch. *dub.* 13. *num.* 4. Petr. Greg. *ſyntagmat. iur. p.* 3. *lib.* 33. *cap.* 22. *num.* 3. Anton. Gom. *variar. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 1. Bonacin. *ſup. num.* 4. Bobadill. *num.* 91. Clar. *num* 21. Layman. *vbi proximè*, Decian. *d. cap.* 2[illegible]. *num.* 6. Guazzin. *ſup. cap.* 32. *num.* 6. Paz *d. §.* 3. *num.* 6. Atque ita verum eſt, non ſolùm, quando certum eſt, reum immunitate gaudere, ſed etiam dum controuertitur an gaudeat: vt ſentiunt omnes præcitati, & exprimunt Sanch. *n.* 1. & Paz. Alioqui reus indirectè extraheretur ab Eccleſia, qui ne fame periret, ſe ipſum traderet. Sed obſeruandum eſt, quòd ſi ad victum præciſe quærendum, vel quid aliud naturæ neceſſarium à loco ſacro exiret, & a ſatellitibus caperetur, eſſet omnino Eccleſiæ reſtituendus delinquens, modò non diuagetur, ſed recta via vadat; ac ſine mora reuertatur; Decian. *d. n.* 6. *in fin.* Paz *n.* 174. *cum ſeqq.* Curt. Philipp. *ſuprà, n.* 51. Bonacin. *d. n.* 4. *verſ. Ex quo præcitati.*

Adeò verum eſt, non eſſe exiſtentibus in Eccleſia alimenta deneganda, vt, ſi nec proprio labore, nec aliundè habeant, quo ſe alere valeant, ex bonis Eccleſiæ, ſub cuius tutela ſunt, eis exhibeantur, *l.* 2. *tit.* 11. *part.* 1. vbi Greg. Lop. *gloſ.* 6. Gloſſ. *in c. diffinimus:* 17. *q.* 4. Delbene *ex num.* 2. Farinac. *vbi proximè*, Peregrin. *n.* 12. Decian. *c.* 29. *n.* 3. Bobadilla *ſuprà*, Paz *num.* 176. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 33. *verſ. Et tandem*, Cur. Philipp. *n.* 50. Circa quod notare oportet, quòd ſi reclusus pauper ſit, nec poſſit laborare, Eccleſia liberaliter illi ſubuenit abſque ſpe compenſationis, vel reſtitutionis; ſed ſi laborare queat, cogi ad id poterit per Prælatum; aut ſi bona habuerit, quibus pro tunc vti impoſſibile ſit, tenetur expenſas reſarcire; Gregor. Lop. *vbi proximè*, Delbene *n.* 4. vbi ampliat, ad eum, qui ab amico; vel conſanguineo alebatur, & aſſerit, poſſe perſonam rei detineri, donec ſoluat, aut aliter ſatisfaciat Eccleſiæ, quod impenſum eſt. 206

Licet autem reo exiſtenti in Eccleſia alimenta ſubtrahenda non ſint, id limitatur, ſi notorie conſtat, ipſum immunitate indignum eſſe, quoniam tunc Iudex laicus obſidere Eccleſiam non prohibetur ad impediendam alimentorum miniſtrationem, vt ſic reum fame extrahat, quem aliàs euellere de ſacro im[illegible]tur. Ita ſentit Bobadill. *vbi proximè*, qui bene declarat, [illegible] Eccleſiaſticus requiſitus delinquentem conſignare tenuit. 207

Præterea aduertendum eſt, licere Iudici ſeculari cuſtodes circa Eccleſiam conſtituere, ad capiendum reum gaudentem immunitate, ſi fortè à loco ſacro ſponte receſſerit, per quod immunitas non violatur; Suarez *dict. cap.* 15. *num.* 4. Delbene *vbi proximè, num* 7. Gregor. Lop. *dict. gloſ.* 4. Sanchez *dub.* 13 *num.* 1. Farinac. *dict. cap.* 19. *num.* 399. Peregrin. *num.* 11. Mar. Italia *dict.* § 2. *num.* 53. Bonacin. *num.* 5. *verſicul. Negandum tamen.* Nefas verò eſt, mittere homines in locum immunem, vt metu eorum reus exeat, Delbene *dub.* 28. Pax *num.* 167. de quo ſuprà, *n.* 201. *in fin.* 208

Ad Num. 18

Qui confugiens ad Eccleſiam, eamque clauſam inueniens, portas, anſam, vel vectes manibus apprehendit, à ſacro Aſylo euellendus non eſt Farinac. *de Immunitat. c.* 17. *num.* 279. Suarez *cap.* 9. *num.* 8. Decian. *cap.* 25. *num.* 17. Bonacin. § 4. *num.* 19. Guazzin. *cap.* 37. *num.* 45. Sanch. *dict. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 5. *ad medium*, Pax *num.* 46. qui de praxi teſtatur, Dian. *part.* 6. *tractat.* 1. *reſolut.* 3. *verſicul. Sed iſte Author*, Bobadill. *num.* 81. Caſtr. Palao *d. diſput. vnic. punct.* 6. *num.* 9. Correa *in dict. cap. inter alia, part.* 2. *num.* 16. Delbene cum alijs *dubit.* 9 *ſect.* 6 *num.* 6. Carthar. *crimin. deciſ.* 7. *num.* 11. Gambacurt. *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 9. Cur. Philipp. *num.* 14. vbi aſſeritur, ſufficere, quòd adhæreat ianuæ, vel parietibus Eccleſiæ; quod non improbabiliter defendi poteſt, quando confugiens limen Eccleſiaſticæ ianuæ tetigit capite, & humeris, quia à miniſtris iuſtitiæ inſectatus cecidit, vt reſoluit Dian. *part.* 6. *tractat.* 1. *reſolut.* 6. *in fin.* Trullench. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *n.* 12. licèt contrarium doceant Delbene *dubit.* 29. *num.* [illegible]0. Bonacin. § 4. *num.* 20. Ex quibus colligitur, non gaudere immunitate, qui vtrumque pedem extra locum immunem habens humeris hæret parieti, vel portis Eccleſiæ, niſi vectem, vel ferram manibus apprehendat: ſecus dicendum videtur de eo, qui clauſo oſtio, in limine ſe conſtituit, cum in loco ſacro totus ſit, vt ipſi ſupponunt; & ita licet nihil apprehendat, tutus erit, Bonac. *num.* 19. *in fin.* De quibus vide Decian. *ſup.* Barb. *in addit.* 209

ad

ad collectan. in c. Eccliſia, n. 3. *de immunit. Eccleſ.* Delbene *dub.* 9. *ſect.* 8. *n.* 13. Sarp. *c.* 4. *fol.* 41.

210 Pulchrè hic quæri poteſt, ſi quis ſe proijciat per feneſtram ex domo priuata in atrium, aut cœmeterium Eccleſiæ, & antequàm corpore locum ſacrum contingat, intra ambitum eius à ſatellitibus capiatur, num immunitate fruetur? & affirmatiuè reſpondendum eſt, nam hic in loco immuni apprehenditur, & aër, qui correſpondet Eccleſiæ intra eius circuitum eadem prærogatiua gaudet: Ita Cardoſ. *in prax. indic. & Adnotator. verb. Eccleſia, num.* 77. Barboſ. *vbi proxime, num.* 4. Quæ reſolutio comprobatur ex ſingulari doctrina Pellizzar. *in man. Regular. tom.* 1. *tract.* 10. *c.* 5. *ſect.* 2. *num.* 79. docentis, monialem diabolica arte ſuprà tectum Monaſterij eleuatam non violare clauſuram, ſi eius ambitum non excedat, modò multùm a tectò ſurſum non diſcedat: & rationem reddit, quia ſcilicet intra Monaſterium eſſe cenſetur, quæ ratio æque militat in ſpecie propoſita quoad immunitatem.

Verſ. *Triceſimotertio, idem dicendum erit.*

211 Qui exiſtens intra Eccleſiam per aliquam partem pallij, vel veſtis extra pendentis extrahitur; immunitate priuari non poteſt, Suar. *d. cap.* 12. *n.* 4. vbi rationem tradit, Decian. *cap.* 25. *num.* 21. Dian. *vbi proxime,* Guazzio *c.* 37. *n.* 45. Bonac. *d. n.* 10. Paz *n.* 47. Peregrin. *c.* 4. *n.* 18. Cur. Philip. *vbi nuper,* Delbene *dub.* 29. *n.* 8. 9. Sanchez *d. dub.* 8. *num.* 22.

212 Quid de eo, qui per aliquam partem corporis exiſtentis extra locum ſacrum euellitur? multis placet, hunc ſorte reſtituendum; quia ſat eſt, vnum pedem, vel manum intra locum immunem habere, ita Decian. *n.* 17. *in fi.* Pereg. *n.* 61. *verſ. Et idem dicendum,* Farinac. *in prax q.* 28. *n.* 4. *in fin.* Ambroſin. *de Immunit. c.* 10. *n.* 5. Barboſ. *vbi proxime, n.* 2. Dian. *vbi ſupra.* De quo conſule Suar. & Delbene, qui præcipuas corporis partes in Eccleſia eſſe in hoc caſu deſiderant.

Verſ. *Triceſimoquarto.*

213 Vbi compertum eſt, reclusum non gaudere immunitate, Iudex laicus abſque licentia Prælati ipſum licitè extrahit, Suar. *d. c.* 13. *n.* 1. Farinac. *n.* 75. Sanch. *dub.* 13. *n.* 3. Azeued. *in l.* 3. *n.* 29. *tit.* 2. *lib.* 1. *Recopilat.* Fagundez *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 1. *n.* 22. Sarp. *c.* 6. *fol.* 61. 62. 67. Curtell. *lib.* 1. *q.* 1. *n.* 50. *& q.* 34. *n.* 3. Gonni *d. tract. de Immunitat. q.* 11. Clar. *ſup. n.* 20. Decian. *c.* 29. *num.* 4. Bobadill. *n.* 94. Villadieg. *in politic. c.* 3. *n.* 238. Rebuf. *ad leg. Galliæ tom.* 1. *titul. de immunitat. Eccleſ. artic.* 1. *gloſ.* 2. *n.* 4. Gambacurt. *lib.* 6. *c.* 14. *& lib.* 8. *c.* 10. Greg. Lop. *in l.* 12. *gloſ.* *titul.* 14. *part.* 3. Aueud. *in c.* 22. *Prætor. n.* 9. Paz *numer.* 182. 183. vbi tradit praxim, quæ in Hiſpania ſeruatur, quando Iudex Eccleſiaſticus cenſuris prohibet, ne reus extrahatur, quo caſu per viam violentiæ ad Regias Cancellarias recurritur: Cur. Philipp. *n.* 56. Atque ità in Hiſpania obſeruatur, non obſtante Bulla ſæpè citata Gregorij XIV. quæ vſu recepta non eſt, vt aſſerunt Curtell. Cur. Philipp. *ſup. n.* 57. Delbene *dub.* 40. *ſect.* 2. *nu.* 3. & notauimus cum Dian. & Portell. *ſup. hoc c. n.* 33.

214 Sed contrarium maximè poſt præfatam conſtitutionem (quæ expreſsè vetat extractionem delinquentis etiam immunitate priuandi, abſque licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij Generalis, ibi: *Volumus, dictâque authoritate decernimus, & declaramus, vt Curia ſecularis, eiuſque Iudices, & Officiales ab Eccleſijs, Monaſterijs, locíſque ſacris prædictis laicum aliquem, vt præfertur, delinquentem, in nullo ex caſibus ſupra dictis, ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius Officialis, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo authoritatem habentis, &c*) ſuſtinent Bonacin. *ſup.* §. 14. *n.* 2. *verſ. Secundò idem verum cenſeo,* Ant. Gom. *variar. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 2. *in fin.* Pellizzar. *ſup. tom.* 1. *tract.* 8. *c.* 5. *ſect.* 1. *n.* 60. Anaſtaſ. Germon. *de ſacror Immun. lib.* 3. *c.* 16. *n.* 95. Dian. *part.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 14. Farinac. (contra quod priùs docuerat, *vbi proximè,*) *de Immun. c.* 22. *n.* 359. Delbene plures laudans *dict. dub.* 40. *ſect.* 2. *&* 3. *per tot.* Guazzin. *d. defenſ.* 1. *c.* 31. *num.* 3. & plures alij. Rotum aliqui aſſeuerant, Bullam Gregorianam vbique eſſe ſeruandam: non obſtante contraria conſuetudine, aut quod vſu recepta non fuerit, vt Bonacin. §. 13. *n.* 3. Pellizzar. *n.* 57. Dian. alijs adductis *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 29. *verſ. Sed quia.* Mouentur, quòd in ea conſtitutione inſerta eſt clauſula decreti irritantis, quæ eam vim habet, vt obliget omninò. Nihilominùs contra ſentiunt Delbene *n.* 7. *in fin. cum ſeq.* Sarp. *ſupra, fol.* 67. & alij apud Farinac. *de Immunitat. c.* 2. *n.* 16. Hæc tamen vltima principalis concluſio ab omnibus limitatur, ſi Epiſcopus, vel eius Vicarius requiſitus licentiam concedere detrectet, tunc miniſtris laicis tunc, minori, quo fieri poſſit, ſcandalo, reum euellere permittitur in carceribus Epiſcopi cuſtodiendum, donec ipſe immunitate indignus declaretur: Delbene *d. ſection.* 2. *n.* 2. vbi alij. Bonacin. §. 14. *n.* 3. *verſ. Quinta eſt,* & ita in *dicta Bulla diſponitur.*

In dubio autem, an reus gaudeat immunitate? Iudex eum extrahere prohibetur, quia Eccleſia ſpolianda non eſt ſua immunitate, in cuius poſſeſſione eſt Azeued. *in l.* 3. *n.* 21. 22. *titul.* 2. *lib.* 1. *Recopilat.* Decian. *c.* 29. *nu.* 2. Cur. Philipp. *n.* 53. Bobadill. *n.* 101. Paz *n.* 3. Farinac. *de immunitat. c. vltim. n.* 370. Delbene *dubitat.* 27. *n.* 6. vbi alij. Sed in quæſtione iuris dubia propter varietatem opinionum, ſi Iudex ſequutus contrariam Eccleſiaſticæ immunitati; delinquentem euellat, tanquam violator eius puniri non debet, Bobad. *vbi proxime,* Decian. *c.* 28. *n.* 1. ſed pendente cauſa ſuper immunitate, innouare, nec ad exequutionem venire ſententiæ aduerſus reum extractum Iudici ſeculari non licet, Guazzin. *c.* 38. *n.* 54. Ceuall. *q.* 817. *n.* 15. vbi praxim refert Azeued. *in l.* 3. *n.* 20. *titul.* 2. *lib.* 1. *Recopilat.* Cur. Philip. *n.* 58. 215

Verſ. *Triceſimoquinto.*

Iudex ſecularis punire valet crimen in Eccleſia commiſſum ab eo, qui ad ipſius iuriſdictionem ſpectat, cùm ſcilicet illud Eccleſiaſticum non eſt: *l.* 12. *tit.* 13. 14. *part.* 3. Clar. *in prax.* §. *fin. qu.* 39. *n.* 18. Guazz. *d. defenſ.* 1. *cap.* 25. *num.* 20. Menoch. *conſ.* 1000. *num.* 43. Farinac. *in prax. dict. quæſt.* 28. *num.* 62. Roland. *conſ.* 24. *num.* 5. *lib.* 1. Anton. Gom. *dict. cap.* 10. *num.* 2. *verſ. Tertius caſus,* Azeued *num.* 3. Guttierrez *practicar. lib.* 3. *quæſtion.* 1. *numer.* 13. Gonni *ſuprà quæſtion.* 16. *fol.* 112. Ripol. *de iuriſdict. omn. Iudic. cap.* 1. *num.* 170. Bobadill. *dict. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 160. Sanchez *ſupra, cap.* 1. *dub.* 14. Oliban. *de iur fiſc. cap.* 11. *ex nu.* 7. Ioann. Vitchis *de immunitat. Eccleſ. num.* 17. Paz *d.* §. 3. *num.* 149. Decian. *tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 17. *n.* 11. *& tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 29. *num.* 13. Ratio eſt, quia licet Eccleſia exempta ſit à iuriſdictione ſeculari, ipſa territorium non habet quoad temporalia, niſi in Clericos, ac perſonas Eccleſiaſticas; quare laicus in ea delinquens, cum in territorio poteſtatis ſecularis crimen admiſerit (de quo etiam Eccleſia eſſe dicitur) à laico Iudice puniri iure poteſt. Videantur Decian. Gonni, Bobadill. *vbi proximè,* quidquid aliqui ſenſerint, vt Læli. Iurdan. *de maiorib. Epiſcopor. cauſ. ad Papam deferen. cap.* 8. *n.* 25. Delbene *dubit.* 19. *ſect.* 3. *n.* 9. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 8. *verſ. Nec admiſſo, ad fin.* 216

Ibi: *Tametſi ſecundum eum.*

Qui in Eccleſia delinquit, per Iudicem Eccleſiaſticum etiam puniri poteſt ratione ſacrilegij, & quoad eius pœnam duntaxat; de quo Gonni *ſup.* Dian. *p.* 4. *tr.* 1. *reſol.* 67. *& p.* 6. *tr.* 1. *reſ.* 9. *in fin.* Gurtier. *n.* 14. Delbene *d. c.* 16. *dub. vlt. n.* 1. 2. Tuſch. *lit. I, conc.* 59. *à n.* 8. Caball *reſolut. crimin. caſ.* 194. *n.* 11. & alij apud Farin. *de Immun. c.* 16. *num.* 136. qui fatentur crimen iſtud eſſe mixti fori, & cum vterque tàm Eccleſiaſticus, quàm ſecularis ſit competens reſpectu ſacrilegij, locus erit præuentioni, de quo latè per Decian. *d. lib.* 6. *c.* 36. *per tot.* vbi an ſi puniatur per vnum Iudicem, poſſit per alterum coerceri? Nota tamen quod diximus *ſup. n.* 187. vbi ex *Diana* traditur, non omne delictum in Eccleſia commiſſum eſſe ſacrilegium; etſi alij contra ſentiant, quos idem refert. 217

Verſ.

Verſ. *Triceſimoſexto.*

218 Præmonendi ſumus, controuerſum eſſe, an confugiens ad Eccleſiam cum armis vetitis immunitate ſit dignus? Affirmant Delbene *d. dubit. 19. ſect. 4. n. 5.* Farinac. *de Immunit. c. 16. n. 147.* Bonac. §. 5. *n.* 12. Spetel. *deciſ. 46. n. 15. 16.* Guazzin. *c. 38. n. 16.* Decian. *d. lib. 6. c. 26. n. 10.* qui ita de conſuetudine ſeruari ait, Ambroſin *c. 5. n. 5.* Dian. *part. 1. tract. 1. reſ. 17.* Peregrin. *c. 11. n. 1.* Charr. *crimin. deciſ. 74. n. 8.* & ſic fuiſſe declaratum per Sac. Congreg. Epiſcopor. *in vna Salernitana, die 30. Septemb.* 1616. teſtis eſt Dian. *part. 6. tract. 1. reſolut. 8. verſ. Nec admitto*, vbi late probat, qui ferè omnes loquuntur poſt Bullam Gregor. XIV.

219 At negant Rebuff. *ſup. tom. 2. tit. de immun. Eccleſiaſt. gloſ. 1. num. 28.* Sarp. *c. 5. fol. 43.* Villadieg. *d. c. 3. n. 144.* Curtell. *lib. 1. q. 17.* Petr. Plaza *in epitom. delict. lib. 1. c. 8. n. 28.* Baiar. ad Clar. §. *fin. q. 30. n. 16.* & alij: Sed a priore ſententia recedendum non eſt, quam apud nos vſu receptam; inſinuant Paz. *n.* 149. Bobad. *lib. 2. c. 13. n. 108.* Cur. Philipp. *n.* 16. dum aſſerunt, quoad auferenda arma non gaudere reum immunitate, quaſi ſecùs ſit quoad perſonam.

220 Seruus verò ſi ad Eccleſiam arma deferens fugerit, etiam non præſtita cautione de impunitate tradendus eſt domino, quanquam alioqui abſque illa non reſtituatur; ita habetur *in l. ſi ſeruus 3. C. de iis, qui ad Eccleſ. confug.* quam conſtitutionem edidit Theodoſius Iunior *anno Domini* 431. motus, quia ſerui octoginta, natione barbari, cùm domini ſæuitiam diutius tolerare nequirent, omnes armati Templum adierunt, iuſſique vt inde diſcederent, renuerunt, ac multis diebus perſtiterunt impedientes Diuina peragi, parati, diſtrictis gladijs ad reſiſtendum cuicunque ſibi inuadenti, tandem vno Clerico interfecto, & altero vulnerato, ſibi ipſis manus intulerunt, vt refert Socrat. *lib. 7. cap. 33.* Guid. Panciról. *in theſaur. var. lect. lib. 2. c. 182.* & traditam concluſionem, probant Decian. *d. tom. 2. lib. 6. c. 26. n. 9. & lib. 8. c. 3. num. 10.* Sed contrarium verius videtur Suar. *ſup. c. 10. n. 2.* Angel. *in ſumm. verb. Immunitas, n.* 12. Delbene *dub. 10. ſect. 13 in fin.* qui cautionem præſtandam rectè docent, niſi ſeruus in Eccleſia ita delinquat, vt immunitate, etſi liber foret, priuaretur, quo caſu Iudici ad punitionem traderetur.

221 Iudicem laicum poſſe auferre arma vetita recluſo in Eccleſia, cum *D. Couar.* tenent Suar. *c. 12. nu. 3.* Curtell. *lib. 2. q. 8.* Sarp. *vbi proximè*, Sanch *dub. 14.* Pax. *d. nu.* 140. Layman. *lib. 4. tr. 9. c. 3. n. 13.* Bobadill. *d. lib. 2. c. 14. in fin.* Villalub. *in ſumm. to. 2. tr. 34. diffic. 5. n. 1.* Curt. Philipp. *dict. n.* 26. Canalcan. *de Brach. Reg. part. 1. n.* 101. Fagund. *de precept. Eccl. precept. 2. lib. 4. c. 4. n.* 66. Follet. *in prax. crim. Canon. cap. 37. n. 30.* Portell. *ſup. verb. Eccleſia immunitas, nu.* 15. Baiard. *ſup. n.* 4. Gambacurt. *lib. 4. c. 16. n. 11. & c. 26. n. 11.* Villadieg. *d. c. 2. n.* 214. Idem dicendum eſt, ſi raptor fœminam ſecum in Eccleſiam introducat, quæ auferenda vtique per Iudicem ſecularem eſt, Suar. Layman, & alij *ſup.* ſed arma non prohibita, velut enſem capere ſatellites prohibentur, quando reus gaudere debet immunitate, etiamſi eo aliquem percuſſerit; nam arma applicantur miniſtris in præmium capturæ, quæ cùm non ſubſequatur, nullum ius illis quæritur; Bobadill. & Cur. Philipp. *vbi proximè.*

222 Oppoſitum verò: nempè non licere Iudici ſæculari, niſi accedente Eccleſiaſtici licentia, in Eccleſia arma vetita tollere, maximè poſt Bullam Gregorianam, defendunt Delbene *dub. 19. ſect. 3. à n. 7.* Farin. *d. c. 16. n.* 248. Zambell. *in repertor. Moral. verb. Eccleſia quoad eius immunitatem, n.* 9. Guaz. *c. 29. n.* 9. Caſtr. Palao *tom. 2. tract. 11. diſp. vnic. punct. 9. n.* 10. Marant. *in controuerſiar. p. 2. reſponſ. 37. n. 1.* Nouat. *ſup. n.* 6. Ciarl. *controuerſ. forenſ. c. 20. nu.* 16. Dian. *part. 1. tract. 1. reſol. 17. in fin. & part. 6. tract. 1. reſol. 8. verſ. Nec admitto in fin.* Atque ſic per Sacram Congregationem Immunitatis fuiſſe deciſum, teſtis eſt Delbene *n.* 9. Nihilominus prior opinio magis communiter recepta, & in praxi obſeruata eſt, vt conſtat ex iis, quos pro ipſa proximè recenſuimus.

Ibi: *Nam regulariter arma prohibita ſunt.*

De prohibito armorum vſu latè, & eruditè agit Dec. 223
d. tom. 2. lib. 8. c. 3. per tot. Bobadill. *lib. 2. c. 13. ex n.* 60. Guttier. *pract. lib. 1. q. 12.* Clar. *d. §. fin. q. 82. ſtatut. 6. & ibi* Baiard. Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ.* 394. ex quibus conſtat lege Iulia *de vi public.* arma habere, ac deferre vetitum eſſe, quòd apud Romanos à Rege Seruio Tullio ſub cuius tempus arma intra vrbem deferre non licebat, conſtitutum eſt. Et arma regulariter eſſe tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus prohibita: *D. Couar.* ſequuti docent Guttier. *n. 3.* Plaz. *ſupra, c. 8. n.* 25. Delbene *tom. 1. c. 4. dub. 2. nu.* 19. Paz *tom. 1. part. 7. cap. vnic. à num.* 6. vbi quæ arma apud nos permiſſa ſunt.

Ibi: *Extant & Regiæ ſanctiones hac de re.*

Quæ circa armorum delationem Iure Regio ſunt ſtatuta inuenies *ſub. tit. 6. lib. 6. Recopilat.* & alibi ſunt nonnullæ ſanctiones ad id ſpectantes, vt *l. 5. tit. 4. lib. 1. l. 7. tit. 2. lib. 8. l. 16. cum ſeqq. tit. 33. eod. libr. Recopilat.* 224

Ibi: *Pœna tamen, quæ ob armorum vſum.*

Pœna, quæ ob armorum vſum Clericis imponitur, 225
apud Iudicem Eccleſiaſticum exigenda eſt, D. Couarr. *practicar. c. 33. nu. 7.* Paz *vbi proximè*, Sarmiento *ſelect. lib. 7. c. 13. n. 2.* Bobadill. *lib. 2. c. 18. n. 70. 71.* Clar. §. *fin. q. 36. n. 26.* Guttier. *d. q. 12. num. 5. verſ. Rurſus videtur, & n. 6.* Acued. *in l. 1. n. 3. tit. 6. lib. 6. Recopilat.* Salced. ad Bernard. Diaz *in prax. c. 55. lit. A, verſ. Pro quo etiam*, & alijs imò addit *D. Couar.* licet dubius, non teneri Iudicem Eccleſiaſticum exequi pœnam ſtatuti aduerſus Clericum, ſed poſſe aliter iuxta Canonicas ſanctiones imponere debitam pœnam, quem ſequuntur Suar. *de legib. lib. 5. c. 34. n. 5. 18.* Bonac. *eod. tract. diſp. 1. q. 1. punct. 6. n. 29.* Salzed. & Paz *ſupra*, Delbene *tom. 1. c. 9. dub. 2. n. 28*, quem omnino videas, etſi contradicat Clar. *vbi ſuprà.* Sed hæc quæſtio pendet ab illa, vtrum ſcilicet Eccleſiaſtici aſtringantur legibus ciuilibus in bonum commune ſtatutis, quæ non repugnant Sacris Canonibus, nec libertati Eccleſiaſticæ derogant, & in communi feruntur, qualis eſt lex prohibens armorum vſum? De quo latiſſimè Delbene *vbi proximè, dubitat. 1. 2.* & ſub hac *numer.* 35. cum alijs reſoluit, quod ſi ad pœnam irrogandam nulla deſideretur iudicialis controuerſia, ſed quod de plano imponatur, poterit Iudex ſecularis eam per ſe petere à Clericis; quibus non obtemperantibus, pignus capere non prohibetur; quod docuerant aliqui ſine diſtinctione, quos refert Bobadilla *ſupra n. 69. lit. H*, qui *lib. 2. cap. 15. per tot.* fusè tractat, quando licitum ſit Clericis arma ſumere. Illud compertum habetur, non poſſe Eccleſiaſticos armis defendere, ne reus ab Eccleſia confugiens extrahatur, ſed ſolùm ianuas claudere, vel aliter ingreſſum laicis miniſtris impedire abſque ſtrepitu armorum; Suar. *d. c. 13. n. 5.* Bobadill. *citat. c. 15. n. 29.* Fagundez *de precept. Eccleſ. lib. 4. c. 4. n.* 59. Gonni *ſuprà q.* 124. Layman. *lib. 4. tractat. 9. c. 3. n.* 14. Azcued. *in l. 9. n. 30. tit. 2. lib. 1. Recopilat.* Curtell. *lib. 1. q. 37 in fin. & lib. 2. q.* 10. Paz *ſuprà, part. 5. c. 3. §. 3. n.* 16. Mat. Italia *d. lib. 1. c. 6. §. 2. n.* 45. Bunacin. *d. punct. 16. §. 1. n* 3. Farinac. *de Immunitat. c. 2. n.* 46. Delbene *d. c. 16. dubitat.* 32. de quo Domin. Couarruu. *verſicul. ſeq.* Ipſe verò delinquens etiam armis ſe aduerſùs miniſtros iuſtitiæ defendendo, ne iniuſtè extrahatur, non peccat; Suarez, Farinac. Italia *vbi proximè*, Dian. *part. 6. tractat. 1. reſolut. 32. verſicul. Sed ibi ipſe*, Delbene *ſup. n.* 3.

Ibi: *Apud Gallos Clerici.*

Huius conſuetudinis in Gallia receptæ puniendi 226
Clericos deferentes arma prohibita per Iudices, laicos meminere Petr. Gregor. *ſyntagmat. iur. lib. 36. c. 27. in fin.* Menoch. *ſuprà, n.* 32. Clar. *d. q. 36. n.* 26. Delbene *d. cap. 8. dub. 2. n.* 34. Decian. *lib. 8. cap. 3. n.* 23. Bobadill. *d. c. 18. n.* 69. Vulpell. *de libertat. Eccleſ. part. 2. n.* 37. Guttier. *ſup. n.* 6.

Ibi:

Ibi: *Apud Hiſpanos vſus obtinuit.*

227 Quòd Iudices laici valeant Eccleſiaſticos cum armis repertos eiſdem ſpoliare; & in Hiſpania ita vſu receptum eſſe, affirmant Menoch. Gutierrez, Clar. *vbi proximè*, Plaz. *n.* 26. Rodriguez *in ſumm. part.* 2. *c.* 157. *n.* 15. Botreh. *de præſtant. Reg. c.* 71. *n.* 43. Pat. Vaxquez *in* 2. *part. tom.* 2. *diſput.* 167. *c.* 4. *n.* 51. Bobadill. *ſupra*, *n.* 96. Graffis *in ſuis deciſionib. part.* 1. *lib.* 4. *c.* 18. *n.* 168. Cotiolan. *in Bull. Cœn. excommunicat.* 10. Paz *n.* 7. Mexia *in pragmatic. taxæ pan. concluſion.* 5. *n.* 58. Molina *in empor. iur. part.* 1. *tit.* 1. *q.* 6. *n.* 17. Quod ita intelligendum eſt, vt arma ablata miniſtris capientibus relinquantur.

228 Idem docent de Clerico exercente piſcationem, vel venationem ſtatuto prohibitam: ſcilicet, quòd poſſit canibus, retibus, alijſque inſtrumentis ad piſcandum, vel venandum per Iudicem ſecularem priuari, Molina *num.* 16. Villalob. *in ſumm. tom.* 2. *tractat.* 10. *difficultat.* 16. *n.* 2. Cened. *in collectan. part.* 2. *collect.* 37. *n.* 19. Ledeſma *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 8. *c.* 9. *concluſ.* 33. Salced. *ſup. c.* 68.

229 Sed ea, quæ prædiximus, non parum difficultatis habent: ſunt etenim non pauci præſertim Theologi, qui ſentiunt, neque de iure, neque de conſuetudine fieri poſſe, vt Eccleſiaſtici per Iudices laicos iudicentur, ſiue ſpolientur, ſaltem vt ipſi miniſtri ſeculares ablata ſibi retineant, ſed quod ea ſint Iudici Eccleſiaſtico reſtituenda; nam etſi concedatur (quod ſine controuerſia non eſt) Eccleſiaſticas perſonas teneri ex vi coactiua obſeruare ſtatuta laicorum reſpicientia publicam vtilitatem, & in communi lata, adhuc tamen ad eam obſeruationem per proprios Iudices ſunt cogendi, ac propter tranſgreſſionem plectendi; non per laicos, qui nullam in Eccleſiaſticos iuriſdictionem obtinent, niſi per Sedem Apoſtolicam eiſdem concedatur; in quo pari paſſu priuilegium, & conſuetudo, aut præſcriptio non ambulant; ex quibus conſuetudines, tàm Hiſpaniæ, quàm Galliæ, quæ laicis in Clericos iuriſdictionem tribuunt, damnant Bonacin. *in ſumm. tract. de legib. diſputat.* 16. *q.* 2. *punct.* 1. §. 1 *n.* 8. Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 2. *Canon.* 12. *q.* 11. *n.* 51. Bellet. *diſq. Cleric. part.* 1. *tit.* 2. §. 2. *n.* 38. Mari. *de iuriſdict. part.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 7. *n.* 10. Genuenſ. *in prax. c.* 74. *n.* 6. Ricc. *part.* 3. *deciſ.* 295. *per tot.* Dian. *part.* 1. *tractat.* 1. *reſolut.* 9. Delbene omninò videndus *tom.* 1. *c.* 1. *dubitat.* 15 *sect.* 5. 6. vbi latè. Sed conſuetudines prædictæ defendi poſſunt, quia ob negligentiam, ſeu lenitatem Iudicum Eccleſiaſticorum ſunt introductæ, atque ita legitime præſcriptæ, cùm iuſtam cauſam initio habuerint.

Verſ. *Cæterum, vt & hoc non omittamus.*

230 Moribus apud Gallos obtinuit, vt rei ad Eccleſiam confugientes illicò extrahantur, ac in vinculis publicis apud ſeculares conſtituantur, donec ſuper immunitate pronuncietur, qui ſi ea gaudere debeant, Eccleſiæ reſtituuntur, alioqui pœnas delicto debitas dant; Dec. *lib.* 6. *c.* 29. *n.* 2. *in fin.* Bobad. *d. c.* 14. *n* 95. vbi tradit quomodo apud nos Iudex ſecularis in extrahendis delinquentibus ab Eccleſia ſe gerat. Sed Petr. Greg. *ſup. d. c.* 22. *n.* 3. teſtatur in Gallia reos Eccleſiarũm immunitate non defẽdi; idemq; in Alemania obſeruari ex practic. Papienſ. refert, At verum huiuſmodi conſuetudo hodie ſit abrogata ex d. Bulla Greg. XIV. & Vrban. VIII. conſtitutione edita *die* 5. *Iun.* 1541. & Conc. Trident. *ſeſ.* 25 *de refor. c.* 10. quibus omnes conſuetudines aduerſus immunitatem, ſeu libertatem Eccleſiaſticam ſublatæ fuiſſe videntur? maximè controuertitur; ſuper quo conſulas Delbene *d. c.* 16. *dub.* 6. 7. Guazz. *de defenſ. reor. defenſ.* 1. *c.* 34. Dian. *p.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 1. *&* *p.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 29. Pellix. *ſup. cap.* 5. *sect.* 1 *n.* 3. 36. Farinac. *de Immunit. c.* 2.

231 Sed quæri opportunè poteſt, ſuppoſito, quòd conſuetudo prædicta viribus ſubſiſtat; nunquid, ſi reus in carcere renunciet immunitati, poſſit Eccleſia in cauſa immunitatis proſequi, vt ſibi extractus reſtituatur, ſi conſtiterit, crimen exceptum non eſſe commiſſum? & affirmatiuè reſoluit Delbene *d. c.* 16. *dub.* 33. *n.* 7. vbi loquitur de eo, qui nomine Epiſcopi in carcere Iudicis ſecularis detinetur. Ratio eſt, quoniã renunciatio rei non valet quidquam operari contra Eccleſiam, cui ius quæſitum fuit ad reſtitutionem, cùm delinquens fuiſſet ab ea violenter euulſus; qui licèt poſſit a loco immuni vltrò exiens, ſe immunitate priuare, quo caſu ſi capiatur, nulla irreuerentia committitur; tamen poſtquam inuitus extractus eſt, nequit, quod in Eccleſiam factum eſt, ſuo conſenſu condonare. Atque ita prius reſtituendus erit delinquens, ac poſtea ipſe ſi velit libere egrediens, ſe Iudici ſeculari tradere non prohibetur.

Idem dicendum eſt de eo, qui illegitimè à Iudice ſecu- 232
lari euellitur, qui etſi poſteà immunitati renũciet, eſt nihilominus reſtituendus; Delbene *vbi proximè*, *n.* 5. vbi alij, qui *n.* 6. reſoluit, non poſſe exiſtentem in Eccleſia renunciare iuri immunitatis, vt inde captus extrahatur, cùm priuilegium locis ſacris principaliter ſit conceſſum, non ipſis confugientibus. Ad quæ videas ſic tenentes Dec. *d. lib.* 6. *c.* 26. *num.* 12. Caſt. Palao *d. diſp. vnic. punct.* 11. *n.* 3. Goan. *ſupra*, *c.* 36. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 32. Trullench. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 11 *dub.* 2 *n.* 14. *cum ſeq.* Mar. Italia *d. lib.* 1. *c.* 6. §. 2. *n.* 82. Maſtrill. *lib.* 2. *deciſ.* 169. Pechi. *in tractat. de arreſto, & de iur. ſiſtendi, c.* 9. *num.* 3. *in fin. verſ. Ego verò.*

Adeò autem verum eſt, extractum reum illegitimè fo- 233
re reſtituendum Eccleſiæ, licet immunitati renunciet, vt idem ſentiendum ſit, quanquam ex ſubſequentibus probationibus appareat, tale eſſe delictum, vt indignus delinquens immunitate cenſeatur; cùm ſpoliata Eccleſia ante omnia reſtitui debeat; ita Delbene *n.* 9. *cum ſeqq.* Genuenſ. *in prax. c.* 22. *n.* 6. Paz *ſupra*, *d.* §. 3. *num.* 13. Gonnẽ *qu. vlt.* vbi ait, poſſe Iudicem incontinenti reum iterum capere, & reſpondet *ad leg. in condemnatione*, §. *dolo facit*, *ff. de reg. iur.* quòd ea in poſſeſſorijs locum non habet. Præterea ſi ita extractus ab Eccleſia, poſteà crimen exceptum commiſerit, adhuc reſtitui debet, quoniã ius Eccleſiæ anterius eſt ad reſtitutionem, quam quod Curia ſecularis ex nouo delicto ad retinendum reum acquiſiuit, Farinac. *d. c.* 2. *n.* 49. Dian. *citat. reſol.* 32. *verſic. Quæro quarto*: Peregr. *c.* 13. *n.* 23. Italia *n.* 49. Genuenſ. *ſup. c.* 17. *n.* 5. Bonacin *to.* 2. *diſp.* 3 *q.* 7. *punct.* 4. *n.* 13. Delbene *n.* 2. licet diſſentiat *deciſ.* 37. cuius ſententia in vtroque caſu poſſet admitti quando timeretur, quòd ſi reus reſtitueretur, aut fugeret, aut pro eius defenſione, ne iterum extraheretur, oriretur ſcandalum; nam vbi adeſt periculum grauis mali, reſtitutio ſpoliato iure denegatur. *cap. litteras* 13. §. *fin. de reſtitut. ſpoliator.*

Aliqui docent, poſſe ab Eccleſia extrahi reum, qui 234
ſponte capitur à familia Iudicis laici intra locum immunem; quia priuilegium eſt, ne quis extrahatur inuitus; quod in hoc caſu minimè contingit, cùm ſuo conſenſu quis capturæ ſe ſubijciat, nec hic immunitati renunciat in præiudicium Eccleſiæ, quæ extractione volentis non violatur; Gonut *d. tractat. de immunitat. fallent.* 12. Ioann. de Veſchis *n.* 56. Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſt. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 58. Bobadill. *lib.* 2 *c.* 14. *n.* 80. ſed quia talis extractio etiam volentis in Eccleſiæ irreuerentiam cedere poſſet; ideo conſultius eſt vt reus ſi velit, ſponte exeat, vt extra locum ſacrum apprehendatur.

Ibi: *Sed & illud non eſt in hoc tractatu.*

De his vide, quæ dicta ſunt *ſup. nu.* 223. *ante finem*, vbi 235
plures laudaui aſſerentes, Eccleſiaſticos non armis, ſed cenſuris immunitatem Eccleſiarum tueri debere. Sed in caſu tamen neceſſitatis licere Prælatis vti opera laicorum, vel Clericorum, qui nondum ſacris ordinibus ſint initiati ad defenſionem cum armis, concedunt Delbene *d. dub.* 12. *n.* 3. vbi alij; Suar. *c.* 13. *n.* 5. *in fin.* Bonac. *tom.* 3. *tract. de Excommun. extr. Bull. diſp.* 2. *q.* 5. *punct.* 16. §. 3. *n.* 3.

Vltra Eccleſiaſticas cenſuras alijs pœnis ſubijciuntur 236
Iudices, qui per extractionem reorum Eccleſiaſticam violant immunitatem, quas referunt Decian. *d. lib.* 6. *c.* 28. Guazzin. *c.* 30. Bobadill. *ſup. n.* 18. Pellizar. *d. tract.* 8. *c.* 5. *n.* 46. Suar. *c.* 16. *n.* 7. Farinac. *in prax. q.* 28. *à princ. & de Immunit.*

munit.c.20.n.309.cum alijs, Petr. Gregor. *ſup.lib.33, c.21. n.4.*latiſſimè Delbene *dubit.35.* vbi qui eas pœnas incurrant;Et quando, & ad quid Iudex extrahendo teneatur in foro conſcientiæ?docent Delbene *dub.34. ex n 7.*Suar. *ſup.n.15.*De huiuſmodi pœnis ſunt iura,tam ciuilia,quàm canonica,*c.quiſquis,& ſi quis contumax.17. q.4.* Trident.*ſeſſ.25. de reformat.c.20.* Bulla præcitata Greg. XIV. *l.2.* & *ibi* Gloſ. *l.præſenti C.de iis q. ad Eccleſ. confug. l.4. tit. 11. p.1.l.4.tit.2.lib.1.Recep.*

Ibi : *Quod & edicto Regio.*

Hoc habetur *in l.6.tit.4.lib.1. Recopil.*à noſtris Principibus Catholicis Ferdinando, & Eliſabetha conſtitutum.

237 Pro coronide autem non grauabor,quædam circa materiam huius capitis dubia valde neceſſaria,ac ſcitu digna, quaſi currenti calamo reſoluere. *Primò* dubitatur, quis ſit Iudex competens, cum controuertitur, an reus gaudere debeat immunitate ? Et ad Iudicem Eccleſiaſticum cognitionem pertinere, dicendum eſt cum Farin. *de Immunit.c.vlt.n.*366.367.Pellizzar.*n.*40. Gutier.*pract. lib.3.q.1.n.5.* Anaſtaſ.Germ.*de ſacror.immunit.lib.3.c. 16. n.21.*Bathoſ.*d.c.3.n. 155. cum ſeqq.* Bobadill. *lib.2.c.17. n.154.*Guazzio.*c.31.n.3.*Lotter.*de re benefic. lib. 1. q.13. n.96.* Dian. *part.4. tract.1.reſol.49.* Delbene *dub. 41.* vbi plures alij.Quod intelligas priuatiuè quoad Iudices ſeculares, imò poſt *Gregorianam conſtitutionem* ſolùm ſpectat ad Epiſcopum cognitio ſuper immunitate, ibi : *Niſi cognito prius per Epiſcopum, vel ab eo deputatum, an delinquentes verè crimina excepta commiſerint.* licèt Iudicem ſecularem etiam competentem eſſe opinentur Pereir. *de man.Reg.p.2.c.16.n.12.*Pax *d.§.3.n.8.*& alij apud Germon. Dian. & Delbene. Apud nos de huiuſmodi cauſis cognoſcitur in ſupremis Regiis tribunalibus, ad quæ per viam violentiæ aduerſus ſententias Eccleſiaſticorum deferuntur, de quo D. Salgad.*de protect. Reg.*Ceuall. *de cognit.per viam violen.*& praxim tradit Paz *n.*182. 183.

238 Secundò dubitatur, quis poteſt concedere facultatem euellendi reos ab Eccleſia, qui de iure gaudere debent immunitate ? Quod Pontifici duntaxat permiſſum eſſe, reſoluendum eſt,Guazzin.*c.31. n.1.*Decian.*lib.6.c.27.n.4.* Delbene *dub.26.n.5.*

Tertiò dubitatur, quid iuris, ſi delinquens affirmet, ſe à loco ſacro extractum, ſatellites verò negent?Reſpondent, ſatellitibus non eſſe credendum,Dec. *d.lib.6.c.29. n.10.*Guaz. *c.37.n.78.*Mar.Ital.*lib.1.c.6.§.2. n.98.* Farin. *de Immunitat. c.2.n.54.* Tuſch.*lit.E,concluſ.10.n.17.* Sed oppoſitum probat Baiard.ad Clar. *d. q.30.n.24.* Placet aliis hoc arbitrio Iudicis decernendum, inſpecta qualitate ſatellitum, aliiſque circunſtantiis, vt Bonacin. *d. punct.16.§ 3.n.15.* Peregr. *de immun. c.13. n.16.*conſentit Menoch. *de arbitr.lib.2.caſ.112.n n.8.* qui generaliter docet,Iudicis arbitrio relinqui,an nuncio in pertinentibus ad eius officium credendum ſit. Sed in praxi obſeruatur *Baiardi* ſententia.

Quartò dubitatur, num Oratoria immunitate gaudeant?Et quando authoritate Epiſcopi conſtructa ſunt, immunitatem habent : ſecus ſi abſque ea facta ſint;Delbene *dub.9.ſect.12.*vbi plurimi,Farin.*de Immunitat. c.17. n.267.*Suar. *ſup.c.9.n.10.* Clar. *d.q.30.n.7.* Guazzin.*c.37. n.30.* Pellizar.*n.5.* Aliud dicendum videtur de cancellis, qui affixi ſunt intùs parietibus Eccleſiæ,vulgo *Tribunas*, nam cum intra locum ſacrum ſint, licet priuatis domibus adhæreant, qui in illis extiterit, extrahi nequibit; vt colligitur ex dictis *ſuprà,n.39.cum ſeqq.* 239

Quintò dubitatur de confugientibus ad palatia ſupremorum Principum : quos totos eſſe compertum eſt; Petr.Greg.*n.16.* vbi exempla refert,Delbene *ſect.15.n. 2. verſ.Hinc ſequitur,*Sanch. *conſ.mor.tom.2. lib.6.c.1.dub.7. n.2.in fin.*Curt.Philip. *tom.1.part.3.§.12.n.4.*Paz *d.§.3.n 52.*Bobad. *vbi proximè, n.13.*Eodem priuilegio præfulgent domus Legatorum, ſiue Oratorum qui ſupremos Principes repræſentant.Delbene *ſuprà*, Bobadill *nu. 11.* Curt.Philip. *n.5.* Quæ immunitas, cùm ſit profana, poteſt per Principem ſecularem non recognoſcentem Superiorem,priuatorum domibus concedi, Dec. *dict. lib.6. c.25.n.16.*Bobadill. *vbi proximè.* Guaz.*c.37.n.27.*

Sextò dubitatur, an Iudex, qui non legitimè reum ab Eccleſia euellit, teneatur illum eidem Eccleſiæ reſtituere ; vel ſatis ſit, ſi alteri cuilibet reddatur delinquens? Et affirmatiuè reſpondendum eſt ſatisfacere, reum conſtituendo in quocunque loco ſacro, niſi eius vel Eccleſiæ ſpoliatæ interſit, quod reſtitutio eidem loco fiat;de quo Farin. *de Immunitat.c.2.n.48.*Delbene *dub.33.à n.12.* Bonacin *in ſumm.tom.2.diſp.3.q.7.punct.3. n.34.* Bobadil. *d.c.14.n.98.* Dian. *part.6. tract.1.reſol. 27.* quorum aliqui aſſerunt, reſtitutionem fieri poſſe Epiſcopo, vel eius Vicario, qui Eccleſiam repræſentat;Delbene, & Dian. *ſuprà.* 240

INDEX
LOCVPLETISSIMVS OMNIVM,
QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Primus numerus Librum, Secundus Caput, Tertius marginalem numerum indicat.

ABBAS non exemptus nequit bona immobilia, vel mobilia pretioſa alienare abſque Epiſcopi conſenſu, lib. 1. cap. 3. n. 46.
Exemptus etiam prohibetur alienare ea bona ſine aſſenſu Pontificis, vbi recepta eſt *extrauag. Ambitioſæ*, ibid. n. 48
Abbas quos, & quibus Ordines Eccleſiaſticos conferat, lib. 1. 10. 36. cum ſeqq.
Abbas an poſſit Religioſos in obſides dare, lib. 2. c. 1. n. 11.
Abigei pro primo delicto capitis pœnas ſuſtinent, lib. 2. c. 1. n. 74.
Abſoluendi Sacramentaliter poteſtas in articulo mortis competit cuilibet Sacerdoti de iure Eccleſiaſtico tantùm, lib. 1. 10. 44.
Abſoluere à peccatis mortalibus iam anteà ritè confeſſis quilibet Sacerdos, etiam hæreticus, vel degradatus poteſt, ibid. n. 45.
Abſolutus ſemel in iudicio, iterùm vexandus, non eſt, lib. 2. 10. 2.
Legitimè abſolutus innocens præſumitur, ibid.
Abſolutus ab obſeruatione iudicij denuò accuſari poteſt, ibid. n. 8.
Abſolutus ab obiectis ad eius electionem irritandam, nequit ſuper eiſdem ampliùs moleſtari, ibid. n. 5.
Idem eſt de abſoluto ab actione populari, ibid.
Abſolutus à crimine per diſpenſationem de eo accuſari non poteſt, ibid. n. 18.
Secus eſt ſi ſacramentaliter abſoluatur, n. 21. 22.
Abſolutus à Iudice procedente per viam inquiſitionis accuſari de eodem delicto nequit, ibid. n. 26.
Aliud erit ſi crimen per exceptionem ſit obiectum, n. 27. Limitatur, n. 28.
Abſolutus ob iuramentum à ſe præſtitum, iterum accuſari de eodem ſcelere prohibetur, ibid. n. 33.
Abſtractione vti licet, tam in iudicio, quam extra, quoties adeſt iuſta cauſa celandi veritatem lib. 1. 2. 20.
Abſtractione non excuſatur periurium, ſi cauſa iuſta deficiat ad non detegendam veritatem, ibi, n. 45.
Accuſatore non probante, quomodo reus ſit abſoluendus, lib. 1. c. 1. n. 27.
Accuſatus, vel denunciatus de crimine, ad Eccleſiaſticam dignitatem eligi prohibetur. lib. 1. 16. 70.
Fallit, ſi notoriè ſit innocens, ibidem.
Accuſatus quibus de cauſis abſoluitur, lib. 2. 10. 6.
Accuſationem repetere quandiù liceat, ibid. n. 9. poteſt ſuſcitari ab eodem, cum reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij, n. 10. Repeti permittitur, quoties prævaricatio probatur, & ſi definitur, quis abſolutus ſit? n. 11. Eam repetit propriam proſequens iniuriam, & quæ ad id requirantur, vſque ad n. 14.
Accuſatio de eodem facto reperitur ſi ex eo plura delicta oriantur, & ſuper alio ad iudicium reus trahatur, quam de quo iudicatum eſt; ſecus ſi vnum ſit delictum etſi qualitas aggrauans fuerit in priori accuſatione omiſſa, ibid. num. 83.
Actio furti pro re minima non datur, lib. 1. 3. 76.
Neque de dolo, ibid. n. 87.
Sine actione in iudicio nullus auditur, lib. 1. 6. 6.
Actio perſonalis non tranſit ad ſucceſſorem ſingularem, lib. 1. 8. 3.
Redhibitoria competit, cum res empta non placet, lib. 1. c. 9. n. 2.
Perſonalis an præſcribatur cum mala fide debitoris, ibid. num. 14.
Quæ actiones dentur pro legato, remiſſiuè, ibid. n. 27.
Incipiunt ab adita hæreditate, ibid. n. 32.
Actio antequam naſcatur, tempore perire non poteſt, ibid. num. 33.
Actio an quæratur de iure communi alteri per alterum ex obligationibus, quæ re contrahuntur, lib. 1. 14. 7.
De iure Regio actio indiſtinctè alteri per alterum acquiritur, ibid. n. 9.
Requiritur tamen ad agendum, abſque ceſſione ratihabitio, ibid. n. 43.
Actio abſque ceſſione quando alteri per alterum quæratur, remiſſiuè, ibid. n. 49.
Actio in rem contrà non poſſidentem exerceri non poteſt, lib. 1. 16. 56.
Poteſt contrà detentatorem rei, ibid. n. 57.
Actiones confeſſoriæ, & negatoriæ quibus dentur, ibid. num. 59.
Vtrum competant pro aliis iuribus præter ſeruitutes? ibid.
Actio perſonalis non ſequitur ſucceſſorem ſingularem, lib. 2. c. 2. n. 3.
Actio realis rem comitatur quocumque vadat, lib. 2. 2. 4.
Redhibitoria quæ eſt, & pro quibus rebus concedatur, lib. 2. 3. 77.
Sine actione nemo in iudicio auditur, n. 79.
Actio perſonalis datur ex *l. 2. C. de reſc. vend.* n. 81.
Non tranſit in ſigularem ſucceſſorem, n. 82. 83.
Nec datur ſingulari ſucceſſori, n. 86.
Actio perſonalis abſque ceſſione ſingulari ſucceſſori non competit, etſi detur ratione rei in quam ſucceſſit, n. 86.
Actio ciuilis quando criminali accuſationi præiudicet, lib. 2. 10. 17.
Actio ciuilis iniuriarum criminali præiudicat, & è contra, n. 78.
Actionem per teſtatorem remitti, vel iubere hæredi, vt remittat, idem eſt, lib. 2. 14. 25.
Actio perſonalis ad hæredes tranſit, lib. 2. 15. 31
Actore non probante, qualiter reus ſit abſoluendus, lib. 1. c. 1. n. 28.
Actor, qui ad iudicium trahitur inuitus, reus potius cenſetur, lib. 1. 18. 21.

Actor forum rei ſequi tenetur,ibid.n.55.
Inter actus directè,vel indirectè ad mortem tendentes diſ-ſerentia,lib.1.5.56.
Actum directò ad mortem propriam tendentem,nemo niſi ex Diuina reuelatione poteſt exercere,ibid.n.58.
Actus in dubio præſumitur licitè geſtus,lib.1.7.70.
Simulatus iuramento non confirmatur,ibid.n.81.
Simulatus non creditur, niſi ſubſit cauſa ſimulandi, ibid. num.84.
Actus non debet vltrà , vel contrà agentis intentionem operari,lib.1.9.47.
Actus natura non immutatur per diſpoſitionem , quæ reſ-picit exequutionem,lib.1.14.55.
Ex actibus merè voluntarijs non inducitur obligatio, lib.1.17.40.
Fallit fauore Eccleſiæ in oblationibus,ibid.n.42.
Actus nullius ob gratiam alicuius,de eiuſdem conſenſu po-teſt ſubſiſtere,lib.1.10.17.
Actus contra legis formam nullus eſt,ibid.n.63.
Ex actu, quem impugnat aliquis, commodum ſentire non debet,lib.2.c.3.80.
Actus non eſt vltra intentionem agentium operaturus, lib.2.4.34.& cap.10.n.48.eiuſd.lib.
Actus quilibet ſolemniter factus creditur,lib.2.13.21.
Actus, qui non valet,vt fit,quando vt valere poteſt, ſuſti-neatur,lib.2.16.45.
De actus cuiuſque natura cenſentur, quæ conſueuerunt in eo interuenire,lib.2.17.81.
Actus, qui gratis licitè fit , ob pecuniam factus punibilis efficitur,lib.5.50.103.
Ab aditione hæreditatis iuxta ius commune omnia , quæ in teſtamento diſponuntur, pendent,lib.1.15.70.
Adminiſtrator an exequutiuè poſſit conueniri ante reddi-tas rationes,lib.2.c.14.n.13.
Adminiſtrator quibus de cauſis domino teneatur , lib. 2. 14.1.
Si et reliqua remittantur,debet,quæ penès ſe extant, reſti-tuere,num.3.
Adminiſtrationem alieni patrimonij habens poteſt ſine ſpeciali mandato reſtitutionem in integrum poſtulare, lib.1.6.58.
Adminiſtratio quæ à lege defertur,libera intelligitur,ibid. num.59.
Eam qui habet,de calumnia iurare valet,ibidem.
Adoptiui non incurrunt pœnas ob patris delicta,lib. 2.18. 52. Non ſunt propriè filij,lib.5.18.17.
Adulter toties peccat,quoties alienam vxorem cognoſcit, ſecùs fur rem furtiuam contrectans, lib.2.cap.10. num. 108.& 109.
Adultera quandiù nupta eſt,nequit accuſari,ſi adulter ab-ſoluatur,lib.2.10.4.
Aduocatis quando liceat, pro cauſarum patrocinio cauil-lationibus vti,lib.1.1.1.
Aduocatus palinodiam canere non cogitur,lib.1.15.30.
Affectus in delictis quando puniatur, quamuis non ſequa-tur effectus,lib.1.5.30.
Affinis admittitur in iudicio ſine mandato,lib.1.6.39.
Agens rei vendicatione an videatur fateri penes aduerſa-rium eſſe poſſeſſionem?lib.1.16.50.
Non videtur ſuæ poſſeſſioni renunciare,ibid.n.57.
Agere in iudicio,nemo cogitur,lib.1.18.3.
Agens ex *l.diffamari* , quoad primam petitionem actor, quoad reliqua reus habetur,ibid.n.17.
Agens ex cauſa inteſtati non cogitur probare defunctum teſtamentum condidiſſe,lib.2.c.6.n.27.& 31.
Quid ſi fama ſit , quod teſtatus deceſſerit,n.32.
Alienatio rei Eccleſiaſticæ,non ſeruatis iuris ſolemnitati-bus,ipſo iure nulla eſt,lib.1.3.50.
Alienum , inuito domino , retinere peccatum eſt , lib. 1. c. 2. n. 25.
Alienare prohibitus contrahendo , nec delinquendo do-minium transferre poteſt , lib.2.8.98.
Alienatio rerum Eccleſiæ abſque iuris ſolemnitatibus nul-la eſt,lib.5.16.2.
Alienationis verbum quando locationem ad longum tem-pus comprehendat,n.25.
Alienatione prohibita conſtitui hypotheca non poteſt, num.71.73.
Alienationis verbum dominij translationem importat, num.75.
Alienatio bonorum Eccleſiæ, quibus de cauſis permiſſa ſit,n.80.Quis ordo in ea ſeruetur,n.82.
Alienare Reliquias ſanctorum quando liceat,n.31.
Ad alienationem bonorum Eccleſiæ , quæ ſolemnitas de-ſideretur,lib.2.17.4.cum ſeqq.
Aſſenſus Pontificis omnes defectus ſolemnitatum ſupplet, ſi abſolute præſtetur,n.16.17.
Solemnitates iuris ciuilis non requiruntur,n.18.Cum abſ-que ſolemnitate licet bona Eccleſiæ alienari , n. 19. cum ſeqq.
Authoritas ſuperioris in hac alienatione quomodo adhi-benda,& à quo præſtanda,n. 30.31.
Ad validitatem alienationis bonorum Eccleſiæ concurre-re debent cauſa,& ſolemnitas,n.16.& 32.Defectus cauſæ irritat iure contractum etiam ſolemnem , n. 34. Quid ſi cauſa iuſta falsò putabatur,n.36.
Alienatio ſi ſolemniter facta probetur, iuſta cauſa interue-niſſe præſumitur,n.16. & 37. Si ſolemnitas non inter-uenerit,& cauſa creditur defeciſſe,n.38.
Alienatio rei Eccleſiaſticæ pro ære alieno ſoluendo facta vt teneat , quæ ſunt ab emptore probanda,n.16.39.& 40.
Alimentorum diutina exhibitio quando probet numera-tionem dotis , lib 1.7.106.
Quanto tempore ſint alimenta præſtanda,vt dicatur diu-tina exhibitio,ibidem.
Ambiguitas vitiat diſpoſitionem,lib.1.13.26.
In ambiguis quod eſt veroſimilius ſequi debet.lib. 2. c.18. num.12.
Amicitia vera ſimilis eſt ſtrictiſſimæ cognationi , lib. 1. 6. 41.
Amicitia an licitè deducatur in pactum mutui cauſa, lib. 2. 50. 39.
Amicus in iudicio ſine mandato admittitur , quando eſt ſtrictiſſimum amicitiæ vinculum,lib.1.6.41.
Amor patris,& filiorum maximus,lib.1.2.93.cum ſeqq.
Similiter mariti , & vxoris,ibid.n.97.
Eximium amoris paterni exemplum , ibidem.
Ancillæ honeſtè viuentes pro debito ciuile carceri ſubijci non poſſunt,lib.2.c.10.14.
Ancilla prægnans non pluris æſtimatur , quàm ſi vacuo ventre ſit,lib.1.15.13.
Animæ ſuæ nullus eſt Dominus,lib.2.c.8.n.121.
De annorum differentia,& quot diebus conſtet vnuſquiſ-que,lib.1.18.8.
Annus olim apud Hiſpanos à quo incipiebat,ibid.n.10.
Anni Chriſti numerantur ab anno trigeſimo octauo Eræ Cæſaris,ibid.n.12.
De anni computatione ad fructuum diuiſionem , Ibidem num.15.
Antecedens qui vult,vult & conſequens, quod neceſſariò ſequitur ex eo,lib.1.7.87.
Appellans per errorem à laudo in tempore non amittit ius petendi reductionem ad arbitrium boni viri etiam extra tempus,lib.2.12.6.
Appellare quando licet ab arbitrio eorum ſuperior debet adiri,n. 17. licet,ſi ſententia paratam exequutionem ex ſtatuto habeat , vel ſi ita conuenerit in compromiſſo, num.18.
Appellari an poſſit à ſententia iudicis , qui de reductione ad arbitrium boni viri cognoſcit? num.31. cum ſeqq.
Appellare ſemper permiſſum eſt , niſi iure vetitum repe-riatur , num. 24. In dubio eſt appellationi deferendum, ibidem. Quibus caſibus denegetur,remiſſiue,n.25.
Appellari num queat à iudice , qui pro ſuo arbitrio iuſſus eſt iudicare,n.27 cum ſeqq.
Appellationis iudex iuxta quas leges tenetur iudicare, num.30.
Appellatio vni ex litigantibus prohibita , & aduerſario cenſetur denegata,n.36.
Arbiter iudicis vicem gerit,lib.1.c.2.n.30.
Arbitri quamuis exprimant , ſe non conſentire ſententiæ eius,qui in minori quantitate condemnat, habet locum

decisio *l. diem proferre, §. ſi plures, ff. de recept. arbit.* ibid. num.41.

Si arbitri ſint clericus, & laicus pro reductione ad boni viri arbitrium, ſuperior clerici adeundus erit, lib.1. 18.52.

Arbitrator poteſt iuxta propriam conſcientiam iudicare, lib.1.1.24.

Eſt quaſi negotiorum geſtor, ibid.n.38.

In arbitratoribus non procedit textus in *d.§. ſi plures*, lib.1. 2. 57.

Arbitria adinſtar iudiciorum inuenta, ibid.n.30.

Arbitrorum differentia, lib.1.12.1.

Arbitri iuris habent iuriſdictionem à lege, ac ab illis ad Principem appellatur, eorum ſententia actionem parit iudicati, ibid.2.

Ab arbitris compromiſſarijs appellatur, niſi de iure Canonico, & quam vim eorum ſententia obtineat, num.3.

Contra arbitratorum laudum reductio ad arbitrium boni viri poſtulatur, ſed appellare non licet, nu.4. Remedium illud renunciatione tollitur, niſi dolus, aut enormis læſio interuenerit, n.5. Intra quod tempus poſſit proponi, n.6.

Ab arbitris quando appellatio interponi poſſit, n.12. cum ſeqq.

Arbitratorum laudum de iure Hiſpano paratam exequutionem habet, n.15. Sed ex eo damnatus infamis non efficitur, n.16.

Arbitratoribus diſcordantibus, ſi tertius eligatur, non appellatur, ſed petitur reductio, ibid.n.34.

Archiepiſcopus de cauſis eorum, qui ſuffraganeis Epiſcopis ſubditi ſunt, niſi media appellatione non valet cognoſcere, ibid.13.

Argumentum ab abſurdo vitando validum eſt in iure, lib.2. 4. 73.

Argumentum de feudo ad emphyteuſim, & è contra non valet, lib.2. 17. 51. & capit. 18. numer.6. eiuſdem libri.

Argumentum à contrario ſenſu non procedit, cum reſultat abſonus intellectus in legis correctionem, lib. 1. 7. 52

Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale non valet, ſi diuerſa ratio reperiatur, lib.1.19.80.

Arma auferre exiſtenti intra Eccleſiam Iudex laicus an poſſit? lib.2.c.20.n.121.& 122.

Armorum vſus regulariter eſt vetitus, n.123.124.

Arrhę in locum donationum propter nuptias ſucceſſerunt, lib.1.c.8.n.51.

Arrhæ de iure Regio vltra decimam bonorum mariti partem non debentur, lib.2.6.38. Limitatur, ibid.

Cui incumbat probare arrharum exceſſum, vel ſufficientiam bonorum, n.39. cum ſeqq.

Artifices, vt architecti, vel fabri ſuſcipientes, domum ædificandam pro certa quantitate, non habent remedium *l.2.C. de reſc. vendit*, lib.2.cap.3.n.4.

Aſſaſſinus non gaudet Eccleſiaſtica immunitate, de quibus fusè agitur, lib.2.20.28. cum ſeqq.

Aſſaſſini qui fuerint, n.104.

Aſſaſſini quibus pœnis afficiantur, n.113.

Aſſaſſinus an ſit qui infidelem occidit? n.114.

Aſſaſſini Clerici num ſint actualiter degradandi? numer.115.

In aſſecurationis contractu locus eſt remedio *l. 2. C. de reſc. vend.* lib.2 c.3.n.3.

De Aſylis Gentilium, remiſſiuè, lib.2.c.20.n.20.

Aſylum quis primus conſtituerit, n.21.

De Aſylo à Romulo conſtituto, n.22.

Aſylum apud Romanos, & ſeruis commune erat, numer.24.

Aſyla feris eſſe fertur, ibid.

Auro, vel argento legato quid contineatur, lib.1. cap.13. num.46.

B

BAnnitus à quibus perſonis occidi non poſſit, lib. 2. 20,119.

Per Baptiſma pœna delicti quoad forum externum non remittitur, lib.2.10.24.

Baptiſma etiam peccatorum actualium culpam, & pœnam tollit, n.25.

Beneficiarius ſi ſoluendo non ſit, ex fructibus beneficij creditoribus ſatisfit, et congrua ſuſtentatione reſeruata, lib.1.1.66.

Beneficiarius an ſtare locationi anteceſſoris de bonis ad beneficium ſpectantibus cogatur? lib. 2. 15. 00. cum ſeqq. Et vtrùm beneficiarius, qui locauit, vel eius hæres ad intereſſe conductori teneatur? n.105. Quid de penſionibus anticipatè ſolutis, n.102.

Beneficiarios non tenetur ſtare locationi anteceſſoris, etſi nomine Eccleſiæ contraxiſſet, n.115.

In beneficiorum permutatione non eſt locus *l.2. C. de reſcind. vendit.* lib.1.c.5.n.11.& 60.

Beneficiorum permutatio propria authoritate facta eſt ſimoniaca, ibid.n.16.

De ea licitè tractatus haberi poteſt ante aſſenſum præſtitum à Prælato, ibid.n.36.

Requiritur conſenſus Epiſcopi, quamuis ad eum prouiſio non ſpectet, ibid.n.38.

Beneficij renunciatio, niſi in manibus Prælati, non tenet, ibid.n.39.

Quid ſit beneficij renunciatio, ibid.n.40.

Beneficio renuncians antequam per Prælatum acceptetur, & poſſeſſionem, & proprietatem retinet, ibid.n.41.

Aſſenſus vno contextu præſtandus eſt, ibid.

In permutatione beneficiorum pecunia interuenire, aut penſio conſtitui non poteſt, ibid.n.61.

Fallit, ſi authoritate Pontificis fiat, ibid.n.63.

Beneficium Eccleſiaſticum propter officium datur, lib.1. 15. 58.

In beneficij impetratione exprimendum eſt, an ſupplicans clericus ſit, vel laicus, lib.1.20.29.

Quæ neceſſariò inſeri debeant precibus ad beneficium impetrandum, remiſſiuè, ibid.n.64.

In beneficij Curati impetratione huius qualitatis mentio fieri debet, ibid.n.67.

Ad beneficij cuiuslibet impetrationem, valor ipſius declarandus eſt, ibid.n.73.

In expreſſione valoris beneficij falſitas vitiat gratiam, ibid.n.74.

Expreſſio maioris valoris non officit, ibid.n.77.

Valor beneficij, quod quis habet, an ſit exprimendus, cum alterum petit, ibid.n.87.

Quotidianæ diſtributiones, nec quod pro anniuerſarija datur, ad valorem beneficij non computantur, ibid. num.88.

Beneficium precibus hæretici obtentum retineri etiam ab ignorante non poteſt, ſed ſi ſciens illud accepit, ad alia manet inhabilis, lib.2.8.56.

Beneficium Eccleſiaſticum quando propter infamiam amittatur, n.59.

In beneficio Eccleſiaſtico præfertur, qui primus titulum adipiſcitur, etſi alius in poſſeſſione præceſſerit, lib.2. 19.20.

Blaſphemia eſt crimen mixti fori, niſi hæreticalis ſit, quæ ad forum Eccleſiaſticum omninò pertinet, lib.2. 10.36.

Blaſphemias plures vno iræ impetu proferens quot delicta, vel peccata committat, n.93.

Bona paraphernalia, quæ ſint, lib.1.7.22.

Bona defuncti ſunt pro legatis obligata, lib.1. 9.28.

Bona clericorum in dubio præſumuntur intuitu Eccleſiæ quæſita, lib.1.15.51.

Cuius bonis multò magis perſonæ parcendum, lib.1.c.10. n.33.

Bona non dicuntur, niſi quæ ære alieno deducto, ſuperſunt, lib.1. 2.13.

Bonorum mobilium, & immobilium appellatione iura, & actiones non continentur, numer.19. Hæc tertiam bonorum ſpeciem conſtituunt, ibid. Limitatur, numer.20.

Bona aduentitia quando cedant fiſco propter filij crimen, lib.2.8.96. cum ſeqq.

Bonis mariti ob eius delictum publicatis, vxori dimidia pars ex acquiſitis, matrimouio conſtante, non auferetur,n.108.

Bona Clerici hæretici non ex beneficio quæſita cui applicentur,lib.2.9.130.

Bona hæreticorum fiſcus Principis ſecularis capit, n.138. Ampliatur, licet reus vaſſallus ſit Proceris, n.132. Si bona reperiantur apud diuerſos Principes ſupremos, quilibet quæ in ſuo territorio fuerint, percipit, n.133. Quid ſi ſint mobilia? n.134.

Quid circa bona hæreticorum in Hiſpania obſeruetur, n.136.137.

In bonis diſtrahendis, in quibus exequutio facta eſt, quæ ſolemnitas in Hiſpania obſeruetur, lib.2.11.16. cum ſeqq.

Bona Eccleſiæ ad ſubueniendum pauperibus, alienari poſſunt,lib.2.16.83.Quid ſi ſua culpa pauperes ſint effecti? n.87.cum ſeqq. Bona Eccleſiæ dicuntur eſſe pauperum, num.84.

Bona prohibita alienari an poſſint diſtrahi ad liberandum à carcere poſſeſſorem? n.94.95.

Eccleſiaſtica alienanda ne ſint? vt pro criminibus carcerati libertatem obtineant,n. 97.98. Quid de damnatis ad triremes? n.100.

Mobilia pretioſa, & immobilia quæ cenſeantur quoad prohibitionem alienandi bona Eccleſiarum,n.101.com ſeqq.

Bona Eccleſiaſtica quæ dicantur, ne alienari abſque ſolemnitatibus poſſint,lib.2.17.1.

Bona Eccleſiæ inferioris quorum conſenſu,& authoritate alienentur,n.28.29.

Bona Eccleſiæ pro quibuſcumque hæredibus perpetuò in emphyteuſim dari permiſſum eſt iuris ſolemnitatibus adhibitis,n.68.

Poſſunt præſcribi aduerſus Eccleſiam,n.80.

Bonam fidem habere quis poteſt, quamuis ſciat,rem per in integrum reſtitutionem auocari poſſe,lib.1.3.9.

Bona fides in præſcriptione 30.vel 40.annorum iure ciuili non deſideratur,lib.1.9.20.

Bonæ fidei maximè congruit, vt promiſſis ſtetur, lib. 2. 19.14.

Brutum,cui fœmina ſe turpiter commiſcet,debet extingui, lib.2.8.14.Pretium eius domino ſoluendum eſt,num.15. Quid ſi cum eo delinquens non interficiatur, numero. 16.

Bulla Iulij III. circa diuiſionem fructuum beneficij vacantis in Hiſpania recepta non eſt,lib.1.15.58.

Bulla Gregorij XIV. circa immunitatem Eccleſiarum in Hiſpania vſu recepta non eſt lib.2.c.20.n.33.& 213.

C

Cadauer nequit à creditoribus detineri ne ſepeliatur, niſi fuerit manifeſti vſurarij,lib.2.c.1.n. 73.

Cadauera ne maneant inſepulta publicè intereſt, numer. 77.

Propter enormitatem criminis ſolent inſepulta relinqui, num. 78.

Punitorum abſque Iudicis licentia ſepelire non licet, num.83.

In cadauera reorum nonnunquam ſolet vindicari, lib. 2. 10.112.

Caducitatis pœna per vtilis dominij tranſlationem incurritur,ſi domino irrequiſito fiat,lib.2.16.25. Eam Prælatus abſque ſolemnitatibus iuris remittit, lib. 2. 17.20.

Calumniator in cauſa ciuili qui bona non habet in corpore luit,lib.2.1.58.

Quomodo puniatur in cauſa criminali ex qua veniret pœna corporalis irroganda,lib.2.9. 11. Ad punitionem nouus proceſſus neceſſè non eſt,n.12.

Canonicus ſimoniam non committit, aſſiſtens Diuinis, principaliter propter quotidianas diſtributiones, lib.1.20.40.

Canonicus an ſtare locationi anteceſſoris teneatur,lib.2. 25. 100.

Quid de penſionibus anticipatè ſolutis, numer. 102. &. 103.

Capitulum, ſede vacante, quid poſſit circa rerum Eccleſiaſticarum alienationes lib. 2.c.17.n.10.

Caput, *non eſt noſtrum*,12.q.3.explicatur,,lib.1.2.62.

Cap.*ad noſtram,de reb.Eccleſ.* lib.1.c.3.n.5.54.&.94.

Cap. *qui contra,de reg iur.in* 6. lib.1.3.40.

Cap. *cum vniuerſorum, de rer.permutat.* lib.1.5.14.29.

Cap. *nemo,de ſimon*, ibid.n.24.

Cap *dudum, de prabend.in* 6. ibid.n.54.

Cap.*ad quaſtiones,de rer.permutat.*ibid.n.65.

Cap. *qui ad agendum,de procurat.in.*6. lib.1.6.26.

Cap. *nonnulli,§ cum autem, de reſcript.* ibid.n.42.

Cap. *conſtitutus, de in integ.reſtitut.* ibid.n.50.54.

Cap.*ex literis, de pignorib.* lib.1.8.6.

Cap.1.*de Sacrament.non iterand.*lib.1.10.16.

Cap.*ſiquis Epiſcopus* 8.*in Canon.Apoſt.* lib.1.17.20.

Cap. *prohibemus, de decim.* ibid.60.

Cap 2. *de feud.* ibid.n.67.

Cap.*licet Epiſcopus.de prabend.in.*6.ibid.n.71.

Cap. *accedentes, de præſcript.* ibid.n.80.

Cap. *quicunque* 17.q.4. lib.1. 19.90.

Cap. *cui de nonſacerdotali, de prabend.in* 6. lib.1.20. 89.

Cap. *tua* 25.§. *fin. & cap ex parte,de decim* conciliantur, lib.1.18.139.

Carceris effractores, qua pœna afficiantur, lib.1.2. 76.

Fugientes à carcere non puniuntur, ſi illico ſpontè reuertantur,ibid.n.77.

Idem eſt, quando fugiens notoriè detinebatur iniuſtè, ibidem.

In foro conſcientiæ quoties ſine peccato cuſtodiam euadere quis permittitur, & frangere carcerem,vel vincula poteſt,ibid.n.78.

Iniuſtè carceratus,cuius innocentia notoria eſt,non plectitur,nec pro confeſſo habetur, quamuis cum fractione carceris fugiat,ibid,n.82.

Poteſt à quolibet abſque violentia impunè eripi, ibidem.

Quibus liceat, eumdem etiam frangendo carcerem liberare, ibid.n.83.

Carceratus iuſte, etſi innocens ſit, quomodò puniatur, ſi fugerit,ibid.n.84.

Carceratos etiam ſine conſcientia criminis fugere à vinculis,euenit,ibid.

Cuſtodiam euadens qualiter peccet,ſi impedientibus iuſtitiæ miniſtris reſiſtat, ibid.n.85.

Carcere fracto,qui fugit,Eccleſiaſtica gaudet immunitate, ibidem.

Carcerem frangens,damnum patietis,vel vinculorum,quę rupit,ſoluere debet, ibid,n.86.

Leges ſtatuentes in carceris effractores in foro poli non ligant,ibid.n.87.

Carcerato ad fugam qui poſſint cooperari, ibid.n.90.

Hoc iuſtitiæ miniſtris omnino eſt illicitum, ibid.

Carcerem infringere, vt alius liberetur, nefas eſt, ibid. num.91.

An liceat, inſtrumenta ad fractionem carceris capto miniſtrare,ibid.

Quibus licitum ſit carcerem frangere, vt alius euadat, ibid.n.92.

Fugere abſque peccato non poteſt, qui damnatus eſt, vt in carcere ſit, n.98.

Quid ſi carcer perpetuus ſit,vel ad triremes quis ſit damnatus remiſſiue,ibid.n.99.

Carceris perpetui pœna num poſſit imponi? remiſſiuè, ibid. n.100.

Pœna carceris ad tempus frequenter Iure Regio irrogatur,ibid.n.101.

Ad carcerem priuatum nemo ſe poteſt obligare,lib. 2. 5. 10. Idem eſt ad publicum,n.53.

Carceri ſubiici ob debitum ciuile multi non poſſunt,n.54.

Carceratus ob delictum, ex quo pœna pecuniaria irrogatur,etſi ſoluendo non ſit corporalis,cautione fideiuſſoria,dimitti debet ſecus ſi alternatiuè pœna corporalis, vel pecuniaria arbitrio offenſi lege imponatur,lib. 2. 8. 138.

Carceratus iuſſu Principis, aut alterius iudicis ſuperioris non poteſt ab inferiore ſub fideiuſſoribus relaxari, num. 129.
Si carceratus pœna corporali dignus, datis fideiuſſoribus, relaxetur, & fugiat, fideiuſſores ſolùm pecuniariam pœnam debent ſuſtinere, n. 130.
Carceratorum cura habenda, ne alimenta eis deficiant, & quibus incumbat, lib. 2. 16. 96.
Cardinales Præsbyteri ſuis familiaribus minores Ordines conferunt, lib. 1. 11. 59
Cardinalatus Ordo non eſt, ibid n. 64.
Cardinalem verbaliter offendens non incurrit pœnas ſtatutas in cap. *felicis, de pæn. in* 6. lib. 1. 11. 59.
Caſus omiſſus manet ſub diſpoſitione iuris communis, lib. 2. 5. 47.
Non eſt omiſſus qui tacitè ex diſpoſitione intelligitur deciſus, lib. 2. 5. 47.
Cauſa naturalis præualet accidentali, lib. 1. 5. 6.
Cauſa ceſſante, ceſſat effectus, lib. 1. 4. 21. & c. 9. n. 43. eiuſd. lib.
Cauſa principali mandata, omnia cenſentur commiſſa, ſine quibus illa expediri non poteſt, lib. 1. 6. 9.
Cauſa principalis, & exequutio vna, eademque cenſentur, ibid. n. 11.
Cauſæ quæ ſingulare mandatum poſtulant, remiſſiuè ibid.
Cauſa quotuplex, lib. 1. 20. 30.
Cauſa finalis inter alias primum locum obtinet, ibid. n. 31.
Eſt prima in intentione, & vltima in exequutione, ibid. num. 32.
Cauſa impulſiua propriè cauſa non eſt, ibid. n. 33.
Cauſa non ſunt omnia, ſine quibus aliquid non fieret, ibid. num. 34.
Cauſa finali ceſſante, ceſſat effectus, non ſic ſi impulſiua ceſſet, ibid. n. 41. & 42.
Cauſa finalis, & impulſiua quæ dicatur quoad gratias à Principe conceſſas, ibid. n. 43.
Cauſæ, ob quas Deus inſontes ſolet affligere, inquirendæ non ſunt, lib. 2. 8. 13. Secùs eſt quoad ius humanum, nam cauſa conſtare debet, propterquam innocentes pœnis aliquando afficiuntur, ibid.
Cauſæ ad augendas, vel moderandas pœnas legis, remiſſiuè, lib. 2. 9. 103
Cauſæ mixti fori quæ ſint, lib. 2. 10. 36.
Cautela ad petendam in integrum reſtitutionem in loco rei ſitæ oſtenditur, lib. 1. 4. 4.
Cautela abundans non nocet, lib. 1. 20. 84.
Cautio quoties per legem præſtari iubetur, intelligitur cum hypotheca bonorum, lib. 1. 8. 37.
Cedenti bonis quæ relinqui debeant, lib. 2. c. 5. n. 42.
Præſtat cautionem de reliquo ſoluendo cum poſſit, n. 43.
Cedere bonis, qui prohibeantur, licet regulariter omnibus liceat, n. 44.
Cedens bonis à creditoribus futuris in ſolidum conuenitur, n. 46.
Quomodò ei alimenta ex poſtea quæſitis taxanda, n. 47.
Cogitur vendere amplam poſſeſſionem exiguos fructus reddentem, vt creditoribus ſatisfaciat, ibidem. Habet ex poſtea acquiſitis alimenta, etſi vſurarius fuerit, n. 48.
Cedens bonis cum ignominia ex ſtatuto ab ære alieno penitus liberatur, n. 49. 50.
Cedere bonis an valeat, qui propter delictum ad intereſſe partis læſæ eſt obligatus, n. 60. 61.
Cenſus non perpetui redimendi facultas ad nullum tempus pacto reſtringi poteſt, lib. 1. 9. 53.
Cenſus iam ſemel conſtitutus minoris vendi poteſt quam lege Regia taxatum eſt, ibid. n. 57.
Secluſa lege poſitiua licitè conſtituitur, ita vt redditus non in pecunia, ſed in frumento, vel alia ſpecie ſoluantur, lib. 1. 15. 49.
Cenſus perpetuus, vel redimibilis reſeruatiuus in Hiſpania conſtitui poteſt, vt redditus in tritico, vino, vel alia ſpecie ſoluantur, ibid. n. 50.
Videas infra verbo, pactum.
Cenſus ſi redimatur, an domino proprietatis, vel vſufructuario ſit pecunia tradenda, lib. 2. c. 2. n. 27.
Ceſſio bonorum ad quid inuenta, lib. 2. 5. 36.
Fieri nequit donec debitor in vinculis ſit, niſi perſona ſit quæ carcerari non poteſt, ibid.
Ceſſio qua forma fiat, n. 37
Non admittitur, niſi debitor agnoſcat debitum, aut fuerit condemnatus, n. 38.
Ceſſione bonorum facta per filiumfam. pater præfertur, vt operis filij vtatur, lib. 2. cap. 5. n. 40.
Ceſſio bonorum legalis in vſu non eſt, n. 41.
Ceſſio non prodeſt, ſi vel vnum nummum cedens occultet, n. 42. Eſt auxilium infelix ibid.
Ceſſio principalis fideiuſſoribus non prodeſt, ibid. 45. Non tollitur nec ciuilis, nec naturalis obligatio quoad reſiduum, n. 51.
Ceſſionis bonorum remedium an renunciatione tolli queat? n. 52. Quid ſi accedat iuramentum? n. 55.
Chirographum à debitore recognitum habet de iure Regio exequutionem paratam, lib. 2. 11. 28. & coram quo recognitio fiat, ibid.
Non recognitum paratam exequutionem nequit habere, etſi conuenerit, vt exequutiuè agi poſſit, ibidem.
Quando alijs creditoribus præiudicet, remiſſiuè, n. 30.
A quo tempore habeat prælationem ex hypotheca, num. 31. 32.
De recognitione chyrographi trium teſtium ſubſcriptionibus comprobati ad hypothecæ prælationem, num. 33. 34
Habetur pro recognito, ſi debitor recognoſcere recuſet, num. 35.
Chriſma in Sacramento confirmationis an ſit ex inſtitutione Diuina adhibendum? lib. 1. 10. 14. cum ſequentibus.
Chriſma ex vi propriæ ſignificationis quid ſignificet, ibid. num. 18.
An poſſit Pontifex illud conficiendum ſimplici Sacerdoti committere? ibid. n. 36.
Chriſtus in quantùm homo vſus eſt poteſtate delegata in inſtitutione Sacramentorum, lib. 1. 10. 6.
Chriſtus quo anno ab Orbe condito natus eſt, lib. 2. 12. 9.
Chriſtus num legitimo tempore Paſcha celebrauerit eo anno, quo paſſus eſt, lib. 1. c. 17. 17.
Circuncifio ob nullum finem licita eſſe poteſt, lib. 1. 17. 22.
Ciuitas vltra dimidiam læſa vtitur remedio *l. 2. C. de reſc. vendit. intra* 30. *annos*, etſi ſtatuto tempus reſtrictum ſit, lib. 2. 3. 92.
Enecans proprium Epiſcopum ſede Epiſcopali priuatur, lib. 2. 8. 162.
Ciuitatis Rector ſtare debet locationi anteceſſoris 15. 114.
Ciuitates refugij quo, & quæ fuerint apud Hebræos, lib. 2. c. 20. n. 17. & 18.
Clauſulæ generales reſtringuntur ſecundum expreſſum in diſpoſitione lib. 1. 6. 21.
Clauſula *Motu proprio* quid ſignificetur, lib. 1. 20. 7.
Clauſulæ ex ſtylo tabellionum inſtrumentis appoſitæ quam vim habeant, lib. 2. 4. 39.
Clauſula, per quam in venditione ſibi inuicem contrahentes exceſſum pretij, vel diminutionem donare dicuntur, quid operetur. n. 34.
Guarentigia quæ ſit? lib. 2. 11. 21. An hodie ſi omittatur, habeatur pro inſerta n. 29.
Clericorum bona patrimonialia non gaudent priuilegijs, quæ rebus Eccleſiaſticis conceduntur, lib. 1. 4. 8.
Clericus pro illis bonis petens reſtitutionem in integrum contra laicum, non poteſt coram Eccleſiaſtico iudice aduerſarium conuenire, ibid. n. 9.
Limitatur n. 10. & 11.
Clericis pro rebus Eccleſiaſticis competit priuilegium *l. vnic. C. quand. Imperat.* ſecùs pro patrimonialibus, ibid. n. 10.
Clerici in Hiſpania prohibentur laicos ad Eccleſiaſtica Tribunalia vocare, n. 13.
Clericorum quælibet bona ſub ſpeciali dominio Dei ſunt, ibid. n. 15.
Clerici patrimonium, ad cuius titulum fuit Sacris initiatus num gaudeat priuilegijs rerum Eccleſiaſticarum? ibid. n. 17. 18. Non poteſt alienari, niſi Clericus ſufficiens obtineat beneficium, ibid. n. 19.

INDEX.

Clerici à pœna palinodiæ ſunt immunes,lib.1.c.1.30.
De iure communi ſucceſſorem in bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis habere non poſſunt,lib.1. 15.51.
Contrarium in Hiſpania obſeruatur, ibid. n.52.
An Clericis in Hiſpania liceat de prædictis bonis teſtamentu in vſus non pios diſponere? ibid.n.53.
Clerici non debent Pontifici decimas ex redditibus Eccleſiaſticis,lib.1.17.54.
Clericus propter iactationem ad ſæculare Tribunal, vt agat,trahitur inuitus,lib.1.c8.38.
Clericus damnatus ob delictum ad pœnam pecuniariam non gaudet priuilegio,c. *Oduardus*, de pignorib. lib. 2. 1.61.
Ex cauſa ciuili ſi ſoluendo non ſit, nequit carcerari, aut excommunicari,num.64.Nec conuenitur vltra quam facere poteſt,n.65.
Fugitiuus ob debita capi à iudice, vel creditore ſeculari poteſt, vt Eccleſiaſtico tradatur,n.67.
Quibus Clericis præfata competant priuilegia,n. 68. Spectant ad Religioſos,n.69.
Clericus damnatus tribus ſententijs conformibus an iuuetur priuilegio *d. c. Oduardus*? nu. 70. Quid ſi damnetur ... depoſiti.n.71.
Clerici non comprehenduntur, ſi populus Eccleſiaſtico interdicto afficiatur,lib.2.8.152.
Clericus fur, vel latro quomodo puniendus, lib. 2. 9. 96. & 97.
Clerici hæretici bona acquiſita ex beneficio Eccleſiaſtico cui applicentur,ibid.n.128.129.
Clericum in eadem rixa ſæpè percutiens vnicam contrahit excommunicationem,lib.2.10.90. Secus ſi plures Clericos vno impetu vulneret,16,aut eundem ſæpe ex interuallo offendat,n.102.
Clericus ob proditorium homicidium an degradetur actualiter? lib.2.10.62.Quid ſi crimen Maieſtatis ſecularis perpetret? n.65.
Clericus num immunitate Eccleſiaſtica ob delictum defendatur,n.191.cum ſeqq.
Ex quibus delictis degradetur, ac Curiæ ſeculari tradatur, n.193.cum alijs.Traditur ſodomita, nec gaudet Eccleſiæ immunitate,n.196.
Clericis arma deferentibus iudices laici ea de conſuetudine auferunt in Hiſpania,n.217.
An Clericis exercentibus vetitam venationem, vel piſcationem valeat iudex ſecularis auferre inſtrumenta? num. 228,229.
Colonus partiarius eijci à ſingulari ſucceſſore poteſt,elapſo anno currenti,lib,2.13.30.
Colonus an propria authoritate expelli à ſingulari ſucceſſore poſſit,n.38.
Si cum hypoteca contraxit,num eijci poſſit, oblato intereſſe à ſingulari ſucceſſore?n.49.50.
Non expellitur, etſi dominus egeat proprijs vſibus prædio ruſtico ante finitum locationis tempus,n.67.
Commodatarius, cui actio commodati remittitur, rem commodatam debet reddere,lib.2. 4 6.
Commodum ex propria iniquitate nullus ſentire debet,lib. 1.3.33.& c.19.23.eiuſd.lib.
Commodum conſequi nequit aliquis ex eo, quod impugnat,lib.1.7.33.
Commune bonum priuatorum commodis proferendum, lib.2.c.3.n.46.
Concubinatus iure communi permiſſus non approbatus, lib.2.c.13.n.13.
Condemnare quis non poteſt,niſi abſoluendi habeat poteſtatem,lib.1.4.50.
Conditio vera non eſt, quæ in futurum diſpoſitionem non confert,lib.1.2.34.
Conditiones ſpecificè ſunt implendæ,lib.1.10.62.& c. 19. n.72.eiuſd.lib.
Conditio abſtinendi à nuptijs non reijcitur,ſi viduis adijciatur,lib.1.19.50.
Quando reijcitur, eſt contra manifeſtam diſponentis voluntatem ob commune bonum,ibid.n.54.
Conditio ingrediendi Religionem, vel ſuſcipiendi Sacros Ordines eſt adimplenda, & ſub ea ſubſtitutum non capit legatarius;ſi ineat matrimonium,ibid.n.68.
Conditio viuendi continenter reijcitur, & matrimonium contrahens legatum percipit,ibid.n.69.
Conditio ingrediendi Religionem an cenſeatur impleta per profeſſionem Regulæ Tertij Ordinis D. Franciſci? ibid.n.70.
Conditio: *Si Religioſus fiat*,impletur ingrediendo Religionem, quamuis in ea non profiteatur ingreſſus, ſecluſa fraude ibid.n.78.
Conditio: *ſi in matrimonio deceſſeris*, verificatur, ſi vterque coniux ſimul pereat,lib.2.7.8.
Conditio, vt res Eccleſiæ relicta abſque ſolemnitatibus poſſit alienari,non reijcitur,lib.2. c.10.n.13.& 24.
Conductor Regalium tributorum maior non carceratur, ſi idoneos fideiuſſores præſtet,lib.2.1.35.
Conductores Regiorum redditum non habent remedium *l.2.C.de reſcindend.*
Conductor,cui actio locati remittitur,debet rem locatam reſtituere,finita locatione,lib.2.14.6.
Conductor non cogitur ſtare locationi, quoad ſuccedentem in beneficium,lib.2.15.106.
Conductor ad longum tempus naturaliter poſſidet.
Conſiliarius conſultus in cauſis ſanguinis an tutè poſſit contra reum reſpondere?lib.2.20.11.
Confeſſio dotis receptæ cauſa donationis facta poteſt expreſſe,vel tacite reuocari lib. ...
Omnibus regulis donationis ſubijcitur,ibid.n.78.
Eget inſinuatione,ibidem.
Poteſt infirmari poſt tempus ad excipiendum de dote non numerata iure ſtatutum,ibid.n.79.
An iuramento firmetur? ibid.n.80.cum ſequentibus.
Quando dicatur ſimulata,ibid.n.84.
Confeſſio dotis traditæ, conſtante matrimonio emiſſa, præſumitur donationis cauſa facta,ibid.n.85.
Fallit,ſi promiſſio præceſſerit, ibid.n.101.
Confeſſio geminata non excludit exceptionem dotis non numeratæ,ibid.n.102.
Confeſſio mariti cum alijs coniecturis probat dotis traditionem,ibid.n.105.
Vtrum exhibitio diutina alimentorum ſit coniectura ſufficiens?ibid.n.106.
Confeſſio viri cum vno teſte probat, dotem fuiſſe receptam,ibid.n.108.
Confeſſio ſola in fauorem tertij ſufficit ad probandam dotis receptionem,ibid.n.109.
An hoc caſu locus ſit exceptioni dotis non traditæ? ibid. num.110.
Confeſſio mariti facta virtute ceſſionis,quam mulier fecit de eo,quod ſibi debebatur,num habeat vim numerationis?ibid.n.111.
Confeſſio dotis numeratæ,facta ante matrimonium, vel eius conſummationem, præſumitur ſpe futuræ numerationis emanaſſe,ibid.n.113.114.
Confeſſio mariti quando ſuis creditoribus nocet,remiſſiuè,ibid.n.115.
Nocet futuris, ſecluſa fraudis ſuſpicione,aut donationis ibid.n.121.
Confeſſio tormentis,aut metu eorum extorta ab eo,qui de iure torqueri non poterat,eſt nulla,lib.2.9.48.
Confeſſio ſacramentalis inter abſentes non valet, lib.2. 13.45.
Confeſſio inter præſentes per ſcripturam licitè fieri nequit, niſi ex rationabili cauſa, lib.2. 16. 46. cum ſeqq. Secus ſi pœnitens peccata coram Sacerdote legerit, num.48.
Confeſſionis præceptum duplex,n.50.
De confeſſionis integritate quoad confitentem per interpretem notabilia,n.54.
Ad confeſſionem an teneatur aliquis ſua peccata ſcribere, ne obliuiſcatur?n.55.
Confiteri an teneatur qui eloqui neſcit, vt Eccleſiæ præcepto ſatisfaciat,lib.2. c. 16.n.50.
Confirmationis Sacramentum quid ſit,lib.1.10.3.
Eſt vnum ex ſeptem Sacramentis legis Gratiæ, ibid. numet.4.
Sub quod tempus fuerit inſtitutum,ibid.n.8.

Qui

Quæ ſit eius firma,ibid.n.9. Quæ materia proxima, n.10. Quæ remota,n.1ſ.

Sacramentum Confirmationis non recipere, culpa lethalis non eſt,ibid.n.20.Etiam ſi immineat periculum fidei amittendæ,ibid.n.21.

An aliquando poſſit eſſe peccatum graue ? remiſſiuè,ibid. num.22.

Eſt lethale, ſi omittatur ex contemptu,ibid.n.23.

Vtrum ſit regulariter venialet ibid.n.24.

Sacramenti Confirmationis Miniſter Ordinarius eſt Epiſcopus conſecratus,ibid.n.25.

Extraordinarius ex Papæ commiſſione ſimplex Sacerdos, ibid n.26.

Non poteſt hoc Sacramentum,etiam ex delegatione Pontificis, ab eo qui Sacerdos non ſit, conferri, ibid. numer.56.

Confirmatio nihil de nouo adijcit,ſed quæ ſunt,corroborat, lib.2.8.77.

In confiſcatione non veniunt ea,de quibus reus diſponere in alterius præiudicium non poſſet,lib.2.9.128.

Coniecturis non eſt locus in claris,lib.1.19.53.

Coniecturis non eſt locus in claris,lib.1.4.52.& c.6.n.31. eiuſd.lib.

Coniuncti tacitè ad bona defuncti præſumuntur vocati, niſi teſtamentum fuiſſe oſtendatur, lib. 1. cap. 6. n. 30. & 31.

Coniuges ſi inuicem ſibi donent ſuperſtiti, ſimul vtroque extinctu,nihil debetur,lib.2.7.39.

Conſanguineus non poteſt pro coniuncto expedire, quæ ſpeciale mandatum poſtulant,ſine illo,lib.1.6.56.

Quoties ſine mandato admittitur in iudicio ſatiſdare de rato compellitur,ibid.n.58.

Ratihabitione non ſequuta, nihil valet, quod actum eſt, ibidem.

Admittitur vſque ad quartum gradum,ſine mandato,ibid. num.59.

Conſanguineus ſimul,& conſors litis poteſt, ſine mandato petere in integrum reſtitutionem principaliter, niſi aduerſarius opponat, ibid.n.53.

Conſanguineus admittendus ſine mandato ſubſtituere procuratorem non valet ante litis conteſtationem, ibid. num.55.

Cum conſcientia erronea exercens actum ex ſe licitum peccat,lib. .c.1.n.2.

Conſcientia in hoc tractu quomodo accipiatur,ibidem.

Idem de conſcientia dubia,ibid.n.3.

Dubium debet eſſe practicè practicum, & quale illud ſit, ibidem.

Quale peccatum perpetret, qui conſcientia erronea, vel dubia operatur,ibid.n.4.

Conſenſus non pertinet ad incognita,lib.1.13.52.

Non extenditur ad futura,ibid.n.43.

Tollitur per errorem,lib.1.20.46.

Conſenſus non trahitur ad incognita. lib.2.c.3.n.78.

Conſors litis de iure communi ante litem conteſtatam experiri in iudicio nomine conſortis, abſque mandato non poteſt,lib.1.6.51.

Non admittitur ad ea, quæ ſpeciale mandatum depoſcunt, ſine illo,ibid.n.52.

Conſuetudo, quæ contra ius non eſt, decennio inducitur, lib.1.17.96.

Conſuetudine exemptio à ſolutione decimarum comparatur,ibid.n.97.

Eadem introduci poteſt,vt ex certis fructibus decimæ non debeantur,ibid.n.99.

Ad conſuetudinem inducendam contra Eccleſiam circa decimas non ſoluendas quadraginta annos labi,neceſsè eſt,ibid.n.108.

Conſuetudo, nec titulum, nec bonam fidem exigit,ibidem.

Inter conſuetudinem,& præſcriptionem differentiæ, ibid. n.110.

Conſuetudine fieri poteſt, vt nullæ decimæ ſolvantur, ſi aliter Miniſtris Eccleſiæ neceſſaria exhibeantur, ibid. num.111.

Conſuetudo permiſſa non eſt in dubio irrationabilis iudicanda,ibid.n.113.

Conſueta opponi in contractibus,an habeantur pro expreſſis,etiſi fuerint omiſſa lib.1.15.4

Conſuetudo iuri naturæ contraria non valet, lib. 2. 8. 136.

Quid poſſit contra ius humanum ? lib.1.17.59.

Fortius,quàm lex operatur,ibid.

Contra Eccleſiæ vtilitatem an valeat,n.60.

Quæ irrationabilis iudice ne ſuſtineatur,n.61.

Conſuetudines laicorum quando Eccleſiaſticos obligent, lib.2.18.23.

Conſuetudines aduerſus Eccleſiaſticam immunitatem an hodie ſint ſublatæ? lib.2.20.130.

Contractus ampliſſimæ quantitatis ob leuem minoris læſionem reſcindi, non oportet,lib. .3.64.

Contractus ex conſenſu partium poteſt claudicare. lib. 1. 14.41.

In contractibus innominatis, etiam fauore piæ cauſæ celebratus de iure communi eſt locus pœnitentiæ, ibid. num.69.

Secùs de iure Regio, ibid.n.70. Quid iure Canonico remiſſiuè,n.71.

Contrahentibus licitum eſt, ſe inuicem decipere, lib. 1. 3.75.

In contractibus ſtricti iuris num ſit locus remedio *l. 2. C. de reſcind.vend.remiſſiue*,3.2.

Contractus,vulgò, *Mohatra* dictus damnatur,lib.1.3.93.& quando licitè fieri poſſit,n.64.

Contractus naturam, & nomen accipiunt ab eo, quod contrahentes principaliter agere intendunt,lib.1.4.42.

Contractus etſi alterius ſequela ſit, non ſubſiſtit abſque proprijs ſolemnitatibus,n.43.

Contractus ex nomine [illegible]atur,quoties non apparet,quid actum ſit,n.44.

Contractus ſubſtantia potiùs inſpicitur, quàm nomen, n. 45 Limitatur,n.46.

Contractus bonæ fidei à contractibus ſtricti iuris, etiam iure canonico diſtinguuntur,n.61.

Contractus propter dolum irritus conſenſu decepti validatur,nec licet doloſo reſilire.n.66.

Contractus vetiti per extrauag. *Ambitioſè de reb.Eccleſ.* num valeant, ſi cedant in Eccleſiæ vtilitatem, lib. 2. 16.64.

Contractus præſumitur iuxta naturam ſuam celebratus, lib.2.18.2.

In contractibus verba ſtrictè accipiuntur,n.9.

Maſculinum non continet fœmininum,n.23.

Ex contractibus, vt emptione ius in re non quæritur, n.5.

Contrahens præſumitur hæredibus,maximè liberis proſpicere,lib.2.17.83.

Contratiorum ea natura eſt,vt vno cognito,in alterius cognitionem deueniatur, lib.1.5.52

In correctorijs extenſio non admittitur, lib.1.5.44. fallit ſi ſit expreſſa ratio, nam caſus ſimiles comprehenduntur,lib.2.5.45.

Conuictus de hæreſi, quàm non commiſit ; poteſt ſecluſo periurio & mendacio,fateri delictum media abſtractione,vt ſe à morte liberet,lib.1.c.2.n.52.

Conuictus de delicto ſi legitimè interrogetur,debet aperire veritatem, ibid.n.6.

Creditor requiſitus, vt debitori ſerulenti pro debito ferreum torquem imponeret, ſi id omiſiſſet, ſequenti creditori debitor tradebatur, lib.2.1.39.

Creditor impediens cadauer ſui debitoris ſepulturæ tradi quomodò puniatur,n.73.

Creditores hæreditatij,vbi eſt melioratus in tertiu,& quintu,tutiùs facient ſi ſimul illum & hæredem conuenerint, lib.2.c.2.n.16.

Creditor per ſententiam rem debitoris capiens tenetur debitoris locationi ſtare,lib.2.5.1.

Creditori inuito aliud pro alio ſolui non poteſt, lib. 2. 19. 14.

Creditor prior hypotecarius, etſi poſſeſſionem non receperit, anteponitur poſteriori, cui res tradita eſt, numer.49.

Creditor cogi non poteſt, vt partem eius, quod ſibi debetur, recipiat, lib. 1.1.24.
Creditor dominus directus rei feudalis ſibi in pignus datæ omnes fructus ex ea ſuos facit, lib. 1.3.7.
Creditores habentes expreſſam hypothecam, qui contraxerunt cum marito poſt promiſſam dotem, & ante matrimonium, præferuntur mulieri, lib. 1.7.15.
Prior tempore, potior eſt iure, ibid. n.59.
Creditor mutuans ad emptionem militiæ magis priuilegiatus eſt, quam mulier, ibid. n.59. Idem eſt in funus debitoris, ibidem.
Agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorem quomodo in libello concludere debeat, lib. 1.c.8.n.2.
Creditor recuſans ſoluere meliorationum expenſas compellitur accipere hypothecæ æſtimationem, etſi toto debito non ſit ſatis, ibid. n.10.
Crimen ſibi falsò quis imponere poteſt, vt torturæ cruciatum euitet, quamuis capite ſit plectendus, lib. 1.2.50.
Fallit in Religioſo graui, optimæque æſtimationis, ibid. n.51.
Crimen à ſe non patratum fateri quis poteſt, vt ſic vitam ſeruet, ibid. n.55.
Crimen verum alteri exprobans, an aliqua pœna ſit dignus? lib. 2.11.42. cum ſeqq.
Crimina ad punitionem detegi, publicè intereſt, ibid. num.45.
Crimen verum obijciens etiam animo iniuriandi temperate eſt coercendus, ibid. n.46.
Crimen occultum licet in foro animæ obijcere iniurianti, ſi aliter quis proprium honorem tueri non valeat, ibid. n.49.
Crimen verum opponens in iudicio, quod ad cauſæ defenſionem non attinet, puniri debet, ibid. n.54.
Idem erit etſi ad cauſæ defenſionem conducat, cum de animo apparet iniuriandi, ibid. n.55.
Crimen occultum proximi ob finem bonum abſque peccato poteſt extraiudicium reuelari, ibid. n.57.
Etiam abſque bono fine, ſed ex leuitate detegere crimen occultum vni, vel duobus, quos detegens secretò ſcit, ſecretum ſeruaturos, culpa grauis non eſt, ibid. n.58.
Crimen per exceptionem opponens ſe inſcribere non compellitur, lib. 2.c.9.n.9.
Curialis impetrans vitioſè literas Apoſtolicas proprio dolo, pœna falſi tenetur, lib. 1.20.45.

D

Damnum, quod aliquis directè infert, tenetur in foro conſcientiæ reſarcire, quamuis det operam rei licitæ, lib. 1.2.89.
Debitorem quinquaginta interrogatum in iudicio, an centum debeat? negare ſimpliciter poſitionem non poſſe, qui ſentiunt, lib. 1.2.21. Contrarium verius, n.21.
Vtrum ſic negans ſit in expenſis condemnandus, & conſtituatur in mora quoad debitam quantitatem? ibid. num.23.
Debitor per interpellationem iudicialem conſtituitur in mora, ibid. n.24.
Debitor, à quo plus petitur, inficiando abſolutè poſitionem, peccat contra iuſtitiam, niſi habeat in animus, offerre creditori, quod debet, ibid. n.25. Non tamen eſt periurus, n.26.
Erit periurus, ſi reſpondeat, ſe nihil debere, ibid. n.27.
Idem eſt, ſi interrogetur an debeat centum, vel minorem quantitatem, & ſimpliciter neget, ibid. n.18.
Debitori, qui alienam rem in ſpecie non retinet, in foro conſcientiæ vis inferri non poteſt, quamuis aliter debitum exigi nequeat, ibid. n.106.
In debitoris poteſtate eſſe non debet, creditorum ſuorum conditionem deteriorem facere, lib. 1.7.118.
Debitori an præſcriptio aliqua obſtet, ne poſſit rem, quam pignori dedit, redimere? lib. 1.9.23.
Si poſſidet, præſcriptio nulla ei nocere poteſt, ibid. n.24.
Nec currit præſcriptio, ſi ſemper ſit paupertate impeditus ad redimendam rem ſuam, ibid. n.26.
Debitor dum de ſua nobilitate docuerit in vinculis eſſe, aut ſub fideiuſſore laxari debet, niſi notoriè nobilis fuerit, lib. 1.16.70.
Debitor num teneatur debitum ad domum creditoris deferre? lib. 1.17.102.
Debitores, qui ſoluendo non erant, quomodò apud Romanos creditoribus addicebantur, lib. 2.1.1. cum ſeqq.
Poſt *l. æs alienum*, *C. de action. & oblig.* ſunt in vinculis publicis, donec ſatisfaciant, bonisvè cedant, n.8.
Apud nos in carcerem detruduntur, etiamſi bona habeant, niſi cautionem, vulgò, *de seneasiento*, præſtiterint, num.13. Olim creditoribus ſeruire cogebantur, vt operæ cum debito compenſarentur torquem ferreum ad collum deferentes, niſi eſſet maritus ſeruiens vxori ſuæ, num.39. Hæc iam in deſuetudinem abiere, n.40.
Debitor defunctus eſt ſepeliendus non obſtante contradictione, & appellatione creditorum, n.76.
Omnis debitor ad cedendum bonis admittitur regulariter, n.44.
Debitor ſpeciei, ea perempta, liberatur, lib. 1.4.77.
Debito alterius nemo grauari debet, lib. 2.8.7.
Decimæ quid ſint, lib. 1.11.4.
Debentur Deo, eiuſque portio dicuntur, ibid. n.14.
In lege veteri triplex fuit decimarum differentia, ibid. num.15.
Iudæi an aliquando poſt mortuam legem ad decimas tenerentur? ibid. n.25.
Decimæ quo iure hodiè debentur, ibid. n.27.
De diuiſione, ac differentia Decimarum apud nos, ibid. n.28.
Vbi ſoluendæ, ibid. num.29. Perſonales in vſu non ſunt, ibidem.
Vtrum debeantur ex turpiter, vel iniuſtè quæſitis? ibid. n.30. Soluuntur ex fructibus, etſi ſemen furtiuum ſit, ibidem.
Perſonales Hebræi non pendebant, ibid. n.31.
Hodiè ad quas teneantur infideles, ibid. n.32.
Decimæ eleemoſyna non eſt, ibid. n.36.
Quibus actionibus peti in iudicio poſſint, ibidem. Competit tacita hypotheca, & tranſit contra ſingularem ſucceſſorem prædij, ibid. A quo tempore incipit, ibidem.
Decimarum cauſa eſt fauorabilior tributo Regio, dict. num.36.
Non admittitur compenſatio aduerſus decimas petentem, ibidem.
Non ſoluens decimas poteſt excommunicari, duplexque peccatum committit, ibid. n.46.
Peccatum fit ex quo moram committit debitor, & quando in ea conſtituatur, ibid. n.47.
Decimæ quibus temporibus ſoluendæ, ibid. n.48.
Eas non ſoluenti vtrum poſſint Sacramenta denegari? ibid. n.49.
Locari vltra triennium poſſunt, ibid. n.53.
Decimæ in perpetuum laicis conceſſæ ante Lateranenſe Concilium per Prælatos inferiores Pontifice, iuſtè retinentur, ſecus poſtea obtentæ, ibid. n.57.
In dubio num præſumantur ante, vel poſt illud conceſſæ? ibidem.
A quo tempore cœpit prohibitio dandi decimas laicis in feudum perpetuum, ibid. n.58.
Quando Concilium præfatum fuit celebratum, ibid. n.59.
Decimæ laicis perpetuò conceſſæ inter profana bona computantur, ibid. n.63.
Per conceſſionem decimarum nihil ſpirituale laicis confertur, ſed iuſtius temporalis ad commoditatem, ac fructus percipiendos, ibid. n.65.
Decimæ an iuſtè retineantur à laicis per ſolam immemorialem poſſeſſionem? ibid. n.69.
Ius percipiendi decimas quanto tempore Eccleſia non Parochialis contra ſimilem præſcribat, ibid n.80.
Decimæ quatenus ſint neceſſariæ ad Miniſtrorum Altaris ſuſtentationem, tolli minime nequeunt, ibid. n.81.
Alioquin conſuetudine ad minorem quantitatem, vel ad nihilum reduci poſſunt, ibid. n.82.
Decimæ ex redditibus Eccleſiaſticis nô debentur, ibid. n.88.

Sunt

Sunt onus reale, quod rem vbique comitatur. ibid. numer.89.
Debentur ex prædijs vnius Eccleſiæ ſitis intra terminum alterius,ibid.n.92.
Decimarum ius vna Parochia contra aliam, cui de iure ſolvuntur,quadraginta annis præſcribit,ibid.n.93.
Circa cauſas decimarum conſuetudo in primis eſt attendenda,ibid.n.94.
Quoties ius percipiendi decimas dubium eſt,ſcilicet an potius vni, quam alteri Eccleſiæ ſint ſoluendæ? decennio quæ fuerit in poſſeſſione,præſcribit,ibid.n.95.
Decimæ etiam prædiales conſuetudine minui poſſunt,ibid. n.98.Sed decima dicetur,quæcunque pars fructuum pendatur,ibid.
Decimæ,etſi non petantur,debentur,ibid.n.100.
Earum debitores non tenentur,ipſas ad horrea clericorum portare de iure,ibid.n.101.
Ex perſonalibus deducuntur expenſæ,ibid.n.104. Secùs ex alijs,n.105.Sed poteſt conſuetudine introduci,vt ex prædialibus etiam ſumptus detrahantur,ibid.
Quæ expenſæ ex perſonalibus deducendæ,ibid.n.106.
Quo tempore, & modo facienda eſt lucrorum computatio ad ſolutionem decimarum perſonalium, ibid. n.107.
Decimarum cauſæ ad forum ſpectant Eccleſiaſticum,ibid. n.145.
Super conceſſis Hiſpaniarum Regibus etiam inter Eccleſiaſticos priuatiuè in Supremis Tribunalibus Regijs cognoſcitur,ibid.n.131.
Delictum eſt, circa ſpiritualia abſque Eccleſiæ permiſſu contrahere,lib.1.5.22.
In delictis euentus non inſpicitur, ſed voluntas, ibid. num.31.
Delicta mixti fori quæ dicantur,lib.1.10.36.
Delictum idem toties puniri debet, quoties ex interuallo repetiruit,lib.2.c.10.n.84.& 106.
De delictorum numerica diſtinctione, à n.84.
Delicta plura ſimul patrans quando diuerſis pœnis afficiatur,n.88.
Delicta plura ex interuallo ad eundem finem quando vna,vel pluribus pœnis coercentur,n.99.106.
Delictum non præſumitur,lib.1.17.45.
Delictum idem acriùs punitur, ſi pecunia quam ſi gratis committatur,lib.2.10.102.
Pro delictis tolerandis pecuniam accipere,nefas eſt, lib.2. 9.118.
Delinquentes in eremo quomodo per iudices, vulgò, *de la Hermandad*, in Hiſpania puniantur,lib.2.10.120.
Delinquentibus carceratis ſubueniendum eſt, lib. 1. 16. 96.
Delinquens propè Eccleſiam an præſumatur, ſpe ad eam confugiendi deliquiſſe?lib.2.10.172.
Demonſtratio falſa diſpoſitionem non vitiat, lib. 2. 20. 69.
Denunciator criminis ad ſe inſcribendum non compellitur,lib.2.c.9.n.8.
Depoſitarius, cui actio depoſiti remittitur, rem depoſitam debet reſtituere, lib.2.c.14.num.16.Quod limitatur, ibid.
Depoſiti actionis priuilegio non gaudet, qui vſuras ex pecunia depoſita percipit,lib.1.7.56.
Deus eſt Dominus abſolutus omnis vitæ creatæ, de qua poteſt liberè diſponere,lib.2.8.13.
Contra diffamatorem non datur remedium *l.diffamari, C. de ingen.manum.* ſi iuſta ſit ad diffamationem cauſa,lib.1. 28. 5.
Diffamator bis eſt præmonendus antequam eidem ſilentium perpetuum imponatur,ibid.n.10.
Auditur etiamſi termini lapſi fuerint, modò ſententia lata non ſit,ibid.n.11.Tenetur expenſas litis adverſario ſolvere,ibid.
De diffamatione ſaltem ſummariè conſtare debet,vt diffamatus admittatur,ibid.n.12.
Diffidatus quis dicatur,lib.1.c.10.n.110.
Diluuium vniuerſale quo anno poſt Orbis creationem contigit,lib.1.12.5.
Diſpoſitio caſus ſimiles continet non per extenſionem, ſed per comprehenſionem,lib.2.5.43.& c.11.n.14.eiuſd. lib.
Diſpoſitio hominis cenſetur iuris diſpoſitioni conformis, lib.2.7.38.& c 18.n.36.eius lib.
Diues nemo præſumitur,lib.1.6.11.
Diues an præſumatur nunc, qui antea diuitijs abundauit, & è contrariò remiſſiuè,n.12.
Diues nullus naſcitur,n.15.
Diuitem qui ſe vel alium dicit,id probaturus eſt n.16. fallit ſi notoriè ſit diues,n. 17.
Diuites in dies propria induſtria homines fieri ſolent, n.19.
Facile ad delinquendum prolabuntur,vbi ſola pœna pecuniaria irrogatur,lib.2.9.19.
Gaudent nobilium priuilegijs,n.56.
Diuitiæ fortunæ impetu obueniunt, & abeunt, lib. 1. 6. 11.
Naturæ contrariæ dicuntur,n.15.
Sunt qualitas accidentalis,n.19.
Nobilitant,ibid. n.56.
Doctor palinodiam canere non compellitur, lib.1.11.30.
Actu legenti competit priuilegium, vt in dubio inſtrumentum pro ſuo ſalario confectum prius præſumatur, lib.1.16.37.
Doctor conſultus in cauſa ſanguinis an poſſit in reum abſque irregularitatis metu reſpondere? lib.2.10. 111.
Doloſus poteſt agere,vt deceptus declaret an velit,vt contractus valeat,vel non,lib.2.4.67.
Dolus non in quantitate, ſed in facti qualitate conſiſtit, lib.1.c.16.n.85.
Dolus non præſumitur,lib.1.c.11.n.56.
Dolus nullo iure licitus eſſe poteſt,lib.2.3.11.
Doli ſuſpicione non caret, qui vltra dimidiam lædit, etſi verè dolus non præſumatur,lib.2.4.24.
Dolus alius ex propoſito,& alius re ipſa contingens, numer.59.
Dolo enormiſſima læſio æquiparatur,& in quo differant, num.59.
Dolus ex propoſito contractum emptionis reſcindit, vel annullat,n.60.
Dolus dans cauſam contractui qualis ſit,& de eius effectibus,n.61.
Dolus ad annullandos contractus talis eſſe debet, vt in virum prudentem cadere poſſit,n.63.
Dolus incidens qualis ſit, & quos effectus producat, numer.64.
Dolo à tertio adhibito,quæ actio læſo detur,n.65.
Vbi dolus adeſt incidens,non datur dilectio doloſo ad reſcindendam venditionem,ſed cogitur ſupplere pretium, num.68.
Dolus præteritus in generali liberatione non venlet,lib.2. 14.28.Limitatur,n.31.
Dolus futurus remitti non poteſt,n.34.45.
Verus non præſumitur remiſſus,n.41.
Quid ſi nihil doloſo adſit?n.42.
Dolus præſumitur in eo,qui non reſtituit, quod debet ex adminiſtratione,n.43.
Dolum præteritum tacitè, vel expreſsè remittere licet, num.44.
Dolus verus futurus num tacitè poſſit remitti? numer. 47.48.
Dolum remittere, & actionem depoſiti, idem non eſt, num.47.
Dolus verus,& præſumptus qualis ſit,n.50.
Dolus non præſumitur,n.53.
Dominium rei donatæ inter coniuges per traditionem non transfertur,lib.2.7.14.
Ex contractu conditionali per traditionem ſtatim quæritur,ſi id domino placuerit,lib.2.19.7.
Vbi ex prima venditione transfertur ipſo iure, non eſt locus *l quoties,C.de rei vendirat*,n.19.
Dominium rei legatæ à quo tempore legatario quæratur, lib.1.9.29.& c.15.n.67.cum ſeqq eiuſd.lib.
Dominij probatio difficilis,lib 1 14.19.
Dominium rei donatæ Eccleſiæ, ipſi non acquiritur ante acceptationem,

acceptationem, ibid. num. 52.
Dominium cum ſuo onere transfertur, ibid. n. 61.
Dominium rei legatæ, etiam ante acceptationem, reuocabiliter quæritur legatario, lib. 1. 15. 75.
Donator poteſt reuocare pactum, quod ad fauorem proprij hæredis adiecit donationi, lib. 1. 14. 51.
Nequit reuocare pactum in extranei commodum appoſitum poſt illius acceptationem, ibid. n. 34.
Donans extraneo non præſumitur de futuris liberis cogitare, lib. 1, 19. 14.
Donans immensè, cum filios habeat, animus fraudandi illi eſſe, creditur, ibid. n. 100.
Donator quando de euictione teneatur, lib. 2. c. 19. n. 39.
In dubiis pro ſtipulatore reſpondetur, vbi pro eo extat veroſimilitudo, lib. 2. c. 16. n. 16.
Donatarius ſecundus in caſu *l. quoties, C. de donat. q. ſub mod.* nec dominium, nec poſſeſſionem, abſque traditione conſequitur, lib. 1. 14. 10.
Donatarij hæres non priuatur donatis, ſi ignarus alimenta non præſtet donatori debita ex pacto donationi adiecto, ibid. n. 21.
Donatario num liceat, modum adiectum donationi adimplere, poſtquam illum donator reuocauerit? ibid. n. 32.
Donatarius ſecundus in caſu *d. l. quoties*, commodum ad hæredes tranſmittit, etſi nondum dies, aut conditio extiterit, ibid. n. 35.
Nullam actionem habet, antequã idem accepter, ibid. n. 37.
Donatario abſenti an acquiratur actio ex Notarij acceptatione? ibid. n. 42.
Donatarius in foro conſcientiæ tenetur donata reſtituere, cum donatio *ex l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat.* retractatur, lib. 1. 19. 26.
Donatarios bonorum omnium an poſſit à creditoribus donatoris conueniri? lib. 2. c. 2. n. 31.
Non iuuatur exceptione excuſſionis, ibid.
Pro donatione propter nuptias competit tacita hypotheca ſine prælatione, lib. 1. 7. 23.
Donatio inter perſonas coniunctas fraudulenta præſumitur, ibid, n. 63. & c. 16. n. 21. eiuſd. lib.
Inter coniuges quamuis contra legem fiat, delictum non continet, ibid. n. 64. Firmatur iuramento, n. 65. Præſumitur facta ob affectum coniugalem, n. 67.
Donatio regulariter non præſumitur, ibid. n. 73.
Inter virum, & vxorem cur prohibita, ibid. n. 74.
Donatio dotis cauſa non eget inſinuatione, ibid. n. 78.
Donatio hodiè vſque ad quam quantitatem valeat ſine inſinuatione, remiſſiuè, lib. 1. n. 22.
Reuocatur, ſi grauem iniuriam verbalem donatarius inferat donatori, ibid, n. 64.
Quando reuocetur, quia donatarius actum in iudicio exercet aduerſus donatorem, ibid. n. 66.
Remuneratoria non fit irrita propter ingratitudinem, ibid. num. 67. Nec facta ob cauſam, ipſa ſequuta, n. 68. Nec in tertij detrimentum, n. 69.
Donatio omnium bonorum non comprehendit futura, lib. 1. 13. 41.
Donatio inter viuos quando cenſeatur perfecta, lib. 1. 14. 1. Non eſt perfecta ante acceptationem, n. 2. Tacita ſufficit acceptatio, n. 29.
Poſtquam acceptata eſt, eidem modus, aut conditio adijci nequit, ibid. n. 3. Fallit, ſi incontinenti apponatur, n. 4.
Donatio Eccleſiæ facta ſub modo, eo non impleto, non reuocatur, ſed agitur ad implementum, niſi aliud in donatione expreſſim ſit cautum, ibid. nu. 15. Modus adiectus creditur ex cauſa impulſiua fauore Eccleſiæ, n. 18. Cum donatio eſt reuocanda, non ſufficit omiſſio ſolius Prælati, n. 16.
Donatio facta ſub modo ob non implementum reuocatur, quando modus fuit cauſa finalis: Secus ſi impulſiua, ibid, n. 17. Mora ad reuocationem deſideratur, n. 20. Purgari poteſt, ibidem. Fallit in caſu, *l. 1. C. de donat. q. ſub modo*, n. 21.
Si apponatur in donatione pactio in fauorem tertij, poteſt poſt acceptationẽ principalis donatarij reuocari, ibi. n. 22.
Donatio ante acceptationem liberè reuocatur, ibid. n. 30.
Facta infanti, vel ei, qui in vtero eſt ſtatim, abſque acceptatione manet irreuocabilis, ibid. n. 35.
Donatio quibus caſibus ante acceptationem reuocari non poteſt, ibidem.
Iuramento firmata donatione, an pactum ei in commodum tertij appoſitum poſſit ante acceptationem ipſius reuocari? ibid. n. 36.
Ex donatione nõ acceptata nulla oritur obligatio, ibi. n. 38.
Donatio an ſit irreuocabilis, acceptante Notario abſentis nomine, ibid. n. 40. Reuocari nequit, etiamſi Notarius conſentiat, n. 46.
Donatio ante acceptationem vtrum de iure Regio poſſit reuocari? ibid. n. 44.
Quid, ſi Notarius abſentis nomine acceptauerit, ante ratihabitionem? ibid. n. 48.
Donationi pactum appoſitum in fauorem tertij poteſt reuocari antequam ab eo acceptetur, quamuis dies ad exequutionem præſcriptus aduenerit, ibid. n. 51.
Pactum additum donationi ad vtilitatem Eccleſiæ, ante eius acceptationem iure reuocatur, ibid. n. 52.
Donatio pio loco, vel cauſæ facta ante acceptationem eſt reuocabilis ibid. n. 54.
Idem eſt ſi dotis cauſa fiat, matrimonio nondum inito, ibid. n. 58.
Donatio ante *l. ſi quis argentum, C. de donat.* quando valebat, ibid. n. 67.
Poteſt per donatarium acceptari adhuc poſt mortem donatoris, ibid. n. 72.
Donatio in extraneum collata per natiuitatem filiorum in totum, reuocatur, lib. 1. 19. 2. Fallit ſi donans de illis cogitauit, n. 5. Aut ſi prolem haberet tempore donationis, n. 6. Hoc limitatur, ſi ſit odioſa parenti, num. 7. Vel non erat naturalis, & legitima, n. 8.
Facta à patre, qui putabat, filium ſuum deceſſiſſe, reuocatur in totum, ſi filius ſit ſuperſtes, ibid. n. 4.
Non retractatur natiuitate filij, qui naturaliter impoſſibile eſt, vt viuat, ibid. n. 9.
Nec quando donator ſpecialiter renunciauit beneficio *l. ſi vnquam, C. de reuocat. donat.* ibid. n. 11.
Aut ſi ſit remuneratoria, vel ob cauſam, ibid. n. 12. 13.
Donatio, filijs naſcentibus, vſque ad legitimam reuocatur, etſi de illis pater, dum donabat, cogitaret, ibid. n. 16.
Ex *d. l. ſi vnquam*, reuocatur ipſo iure, & viuo parente donatore, ibid. n. 17.
Ad eam reuocationem deſideratur, vt filius ſuperueniens legitimus ſit, ac naturalis, ibid. n. 18. Quid de legitimatis per matrimonium ſubſequens, n. 19. Non reuocatur, ſi per fraudem filius legitimaretur per matrimonium in articulo mortis, nu. 20. Fraus eo caſu non præſumitur, niſi aliundè conſtet, ibidem.
Donatio reuocatur, ſi parens habens liberos ſucceſſionis incapaces extraneo donet, ac poſtea per ſubſequens matrimonium illi legitimi fiant, ibid. n. 21.
Non retractatur per filium legitimatum ex Principis reſcripto, ibid. n. 22.
Vtrum donatio à matre facta reuocetur, ſi eidem filius naſcatur naturalis? ibid. n. 25.
Donatione reuocata ex *d. l. ſi vnquam*, dominium rerum donatarum ipſo iure ad donatorem reuertitur, ibid. n. 16.
Donatio cauſa mortis àn reuocetur filiorum natiuitate remiſſiue, ibid. n. 27.
Donatio ſemel per filij ſuperuenientiam irrita num conualeſcat per taciturnitatem donatoris? ibid. n. 28.
Facta filio donatoris ob aliorum natiuitatem, vſque ad legitimam duntaxat euaneſcit, ibid. n. 29.
Quid ſi filius donatarius ſit naturalis, ibid. no. 30. Quid ſi adoptiuus, n. 32.
Donatio in liberos collata de iure Regio non retractatur quoad tertium, & quintum bonorum patris, qui donauit, ibid. n. 40.
Donationem Eccleſiæ factam, prole donatori nata, non reuocari, niſi quoad legitimam, ibid, n. 41. In totum reuocari, verius eſt, n. 89. Limitatur, ſi fiat pro exoneranda conſcientia donatoris, n. 91.
Donatio inofficioſa quæ dicatur, ibid. n. 93.
Quod tempus inſpiciendum, vt inofficioſa cenſeatur, tam iure communi, quam Regio, ibid. n. 96. 97.

Inofficioſa

Inofficioſa re,& conſilio in totum corruit,re ſolùm quoad legitimam, ſi fiat extraneo, facta verò liberis indiſtinctè vſque ad legitimam,ibid.n.98.Quando dicatur re, & conſilio inofficioſa,n.99.

Donatione tanquam inofficioſa reuocata,vtrum fructus ex rebus donatis interim percepti reſtitui debeant?remiſſiuè,ibid.n.103.

Donatio etiam remuneratoria, vt inofficioſa retractatur, ibid.n.104.Quod limitatur,ibid.

Ius ad reuocandam donationem quanto tempore præſcribatur,ibid.n.105.

Donatum dotis cauſa, nuptijs non ſequutis, condictione repetitur,lib.1.14.68.

Donatum quantum eſſe debeat, vt locus ſit auxilio *d.l.ſi vnquam*,lib.1.19.106.

Non eſt neceſſe,vt res donata ſit pretio æſtimabilis, ibid. num 107.

In donatione quando ſit locus *l.2.C.de reſcindend. vendit.* lib.2.4.12.

Donatio ante inſinuationem poteſt ſaltem quoad exceſſum reuocari,n.35.

An contineatur ſub renunciatione,*l.2.C.de reſcind.vendit.* num.41.

Præſumitur inter coniuges, ſecus inter extraneos,n.53.

Inter coniuges,vtroque ſimul extincto,confirmatur, lib.2. 7.10. Idem eſt inter patrem, & filiumfamil.n.11. Non confirmatur inter coniuges morte,niſi traditio præceſſerit,n.12.Similiter inter patrem, & filium,ibid. An ad confirmationem donationis inter coniuges traditio ficta ſufficiat?n.13.Donatio reciproca inter coniuges abſque traditione morte confirmatur,num.13 In Hiſpania num donatio inter coniuges ſuſtineatur?n.15.Vbi donatio morte confirmatur, fructus à die traditionis ad donatarium pertinent, n.14. ſufficit ad confirmationem coniugis mors ciuilis, n.17. Cur prohibita ſit ea donatio,n.19. An ſit fauorabilis? n.20. Vt confirmetur, cui incumbat probare donatarium ſuperuixiſſe, n.21. Inter coniuges putatiuos nullo modo valet,niſi donator ſciuerit matrimonij impedimentum,n.21.

Donatio cauſa mortis valet, ſi donator, & donatarius ſimul decedant,lib.2.7.44.

Donatio ob ingratitudinem reuocari non poteſt in Tertij præiudicium,lib.1.8.87.

Non præſumitur,lib.2.15.37.

Pro dotibus fideiuſſores à maritis accipere, quando permittatur,lib.1.7.8.Competit mulieri aduerſus eos tacita hypotheca,ibid.

Pro dote contrahitur hypotheca in bonis mariti minoris etiam immobilibus ſine decreto,ibid.n.9.

Dotis hypothecæ ſubijciuntur bona viri, quamuis ipſe proteſtetur, nolle ea obligari,ibid.n.10.

Dotes mulieribus conſeruari,publicè intereſt,ibid.n.12.

Dos abſque matrimonio eſſe non poteſt,ibid.n.15.

Dos à teſtatore ex liberalitate relicta omnibus eius poſtponitur creditoribus,ibid.n.51.

Dos confeſſata per virum an gaudeat priuilegijs dotis verè receptæ?ibid.n.60.Non gaudet,n.75.

Facta confeſſio dotis,matrimonio conſtante, donationem importat,ibid.n.61.62.

Dos confeſſata non eſt propriè dos,ibid.n.76.

Dotis non traditæ exceptio intra quæ tempora proponenda,ibid.n.89.Datur etiam contra extraneum, in cuius fauorem maritus eſt confeſſus traditionem, ibid. Ceſſat,ſi Tabellio de receptione fidem faciat,ibid.

Dos confeſſata poſt lapſum temporis ad opponendum de ea non tradita pro numerata habetur, ibid. numer.90.

Vtrum obtineat dotalia priuilegia inter mariti creditores, qui ſola confeſſione nituntur,ibid.n.120.

Dotibus in dubio fauendum,lib.1.16.12.

Non habent omnia fiſci priuilegia, ibid. numer.13. Nec quod ex *l.ſi is qui.ff.de iur.fiſc.* competit fiſco,ibid.n.16.

De dote ad fiſcum in priuilegijs argumentum non valet, ibid.n.31.

Dotis inſtrumentum anterius præſumitur etiam aduerſus fiſcum,ibid. n.36.cum ſeqq. Hoc priuilegium tranſit ad quemcunque mulieris ſucceſſorem,n.37.

Dos vxoris Primipili eſt obligata pro adminiſtratione militaris annonæ,ibid.n.39.Non ſic bona paraphernalia, num.40.

An idem hodie ſeruetur in Regijs Theſaurarijs, ibid. numer.41.

Duellum eſt vetitum, & omnes conuentiones circa illud irritæ,lib.2.c.10.n.73.

Ad illud prouocans non videtur in mortem,vel vulnus ſui ipſius conſentire,aut damnum remittere,n.74 Prouocatus ſi occidat prouocantem, ad pecuniariam ſatisfactionem non tenetur.Secus è contra,n.76.

E

ECcleſia poſt quadriennium reſtituitur in integrum propter enormiſſimam læſionem,lib.1.4.51.

Eccleſiæ tempus non labitur ad petendam reſtitutionem, viuo Prælato,qui alienauit,ibid.n.55.

Eccleſia ob quam læſionem ſit reſtituenda,iudicis arbitrio relinquitur,ibid.n.66.

Enormiſſimè læſa vſque ad triginta annos reſtitutionem poteſt poſtulare,ibid.n.90.

Vtitur priuilegio *l.vnic.C quand Imperat.*lib.1.4.12.

Infallibiliter cauſas fidei definit,lib.1.10.5.

Nequid quoad ſubſtantiam immutare,quæ ſunt de neceſſitate Sacramenti,ibid.n.13.

Nec Epiſcopum, aut Sacerdotem ſuis Ordinibus priuare, ibid.n.28.

Eccleſia,ſcandalo ceſſante, poteſt vti in diuerſum finem, quæ Iudæi in ſuis ceremonijs adhibebant,lib.1.17.12.

Eccleſia vltra dimidiam læſa,non obſtante ſtatuto, poteſt vti remedio *l.2.C.de reſcindend. vendit.* vſque ad triginta annos,lib.2.c.3.n.92

Cogi poteſt ad ſupplendas ſolemnitates quæ in contractu defecerunt,ſi eum valere eligat, lib.2.16.64. Eſt mater pauperum,n.84.

Eccleſiæ, & pauperibus egentibus, an illi, vel his prius ſubueniendum,n.86.

Eſt pietatis cultrix,n.89.

Non iudicat de occultis,lib.2.8.69.

Eccleſiæ bona quibus conditionibus in emphyteuſim dari poſſunt,lib.2.17.1.

Non tenetur ex mutuo,niſi in eius vtilitatem verſum fuiſſe probetur, n.41. cum ſeqq. Quomodo probandum, num.49.

Eccleſia præfertur poſteriori emptori licet huic poſſeſſio tradatur,quam illa non accepit, lib.2.19.23. Limitatur, num.24.25.

Eccleſiaſtici etiam Parochiam non habentes ius percipiendi decimas poſſunt præſcribere, lib.1.capit.17. num.78.

Ad quas decimas teneantur ibid.n.90.

Poſſunt ab onere ſoluendi decimas eximi conſuetudine, ibid.n.91.

Eccleſiaſtici an, & quando per iudices ſeculares compelli poſſint ad vendenda ad victum neceſſaria pro iuſto pretio?lib.2.c.3.n.44.& 45.

Eccleſiaſtici debent pœnas pecuniarias arbitrarias in pios vſus conuertere,lib.2.9.121. Secus ſi lege iudicibus deferantur.n.122.

Eccleſiaſticis non licet armis impedire,ne reus ab Eccleſia per iudicem extrahatur,lib.2.20.125.Limitatur, n.215.

Tenentur ad ſtatuta laicorum pro bono communi aliquid generaliter prohibentia,n.229.

Electio ex *l.2.C. de reſc.vend.* competit vſque ad ſententiæ executionem,lib.2.4.95.

Electio minùs digni ad beneficia Eccleſiaſtica iure canonico ad maius malum vitandum toleratur, lib.1.4.55.

Emancipationem allegant eius probatio incumbit, lib.2. 6.29.

Emancipati pœnas luunt ob crimen patris,lib.1.8.51.

Emens ab Eccleſia non tenetur ſtare locationi, lib. 1. 1.531.

Ad emptorem commodum, & incommodum rei pertinet poſt perfectam venditionem,ibid.n.18.

Emptor

INDEX.

Emptor regulariter non cogitur in locatione facta à venditore perſeuerare, ibid. num. 30. Fallit in fiſco vendente, n. 31.

Si vltrò in locatione perſiſtat quomodò penſionem conſequi valeat, ibid. n. 32.

Emens, aut vendens, vltra taxam legis ad reſtitutionem qualiſcunque exceſſus in vtroque foro tenetur, lib. 2. n. 3. c. 7.

Emere licet, anticipata ſolutione infra pretium currens cum contrahitur, ſi dubium ſit, an traditionis tempore res plùs, vel minùs ſit valitura, n. 59.

Emere viliùs ob anticipationem ſolutionis vſurarium eſt, num. 65.

Emens ſcienter pro pretio iniuſto infra dimidiam in foro exteriori ad nihil tenetur, lib. 2. 4. 69.

Emere an liceat infra iuſtum pretium à ſciente valorem rei, n. 70. 71.

Emens ſub conditione reique poſſeſſionem accipiens non præfertur priori emptori, ſi ante aduentum conditionis contenderint, lib. 2. 19. 60.

Emptor quando dicatur vltra dimidiã læſus, lib. 2. 3. 69. Eſt dominus rei emptæ, etſi vltra dimidiam læſerit, n. 75. Ad eum periculum ſpectat, ibid. Agens ex *l. 2. C. de reſcind. vend.* fructus perceptos reſtituit, n. 80. Nihil conſequitur, ſi facultatem reddendi rem non habeat, venditore rem recipere eligente, n. 88. & c. 4. n. 79. eiuſd. lib.

Emptor poſterior accipiens poſſeſſionem per actum fictum præfertur priori poſteà vere poſſeſſionem apprehendens, ibid. 6. Emptor non fit dominus per traditionem, niſi venditori ſatisfecerit, n. 15. Emptor ex pacto retrouendendi an præcise ad rei traditionem compellatur? n. 17. Si priùs ſatisfaciat venditori, præfertur anteriori in contractu, & poſſeſſione, n. 12. & 45. Fallit cum venditor dominus non eſt, n. 43. Prior poteſt ſe opponere, ne res ſibi vendita alij tradatur, 57. 58. Quid ſi contractus firmetur iuramento, n. 59.

Emphyteuſis rei Eccleſiæ non valet, niſi iuris ſolemnitates adhibeantur, lib. 2. 17. 50. Limitatur, n. 71.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro hæredibus accepta quos comprehendat, n. 63. cum alijs. Non pertinet ad filios illegitimos, niſi de illis expreſſe mentio fiat, n. 79. Quæſita per præſcriptionem ad quos ſucceſſores tranſeat, numer. 80. 81.

Emphyteuſis ad certum tempus data ad hæredes extraneos transfertur, ſecus ſi ad certam generationem, numer. 84. 85.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica, & ſecularis ſimpliciter accepta quomodo quoad ſucceſſionem inter ſe differant, lib. 2. c. 18. n. 2. & 3.

Emphyteuſis ex ſua natura perpetua eſt, lib. 2. 17. 83. & c. 18. n. 2. Eſt contractus ſtricti iuris, lib. 2. c. 18. n. 9.

Emphyteuſis pro filijs accepta ad quos ſpectet, n. 17. cum ſeqq.

Emphyteuſim accipiente patre pro filijs, & filiabus, omnes ſimul pariter vocantur, lib. 2. 10. 50. Limitatur, n. 51. Ampliatur, n. 23. Emphyteuſis triplex n. 55.

Accepta pro filijs an eis non hæredibus deferatur, n. 42. Quid ſi accipiatur pro filijs hæredibus, n. 47. Quid pro ſe, & hæredibus? n. 49. 50. Quid pro ſe, & hæredibus maſculis aut legitimis? n. 51.

Quomodo inter ſucceſſores diuidatur, n. 88.

Pro hæredibus, & ſucceſſoribus data cuius naturæ ſit, n. 89.

Emphyteuſim hereditariam non capit inſtitutus in re certa, etſi ſit ex voeatis, n. 90. Quid ſi ſit hæreditaria? n. 91.

Emphyteuta accipiens ſimpliciter rem Eccleſiaſticam, vſque ad nepotes eam transfert, lib. 5. c. 17. n. 82. & 83.

Locans ad longum tempus domino irrequiſito, caducitatis pœnam incurrit, lib. 5. 16. 25.

Non entis nullæ ſunt qualitates lib. 1. 7. 15.

Epiſcopus ſecundum allegata, & probata tenetur iudicare, lib. 1. c. 1. n. 23.

Hæreticus, vel quouis modo ab Eccleſia præciſus validè Confirmationis Sacramentum adminiſtrat, lib. 1. 10. 28.

Epiſcopus non valet collationem minorum Ordinum ſimplici Sacerdoti committere, ibid. n. 35.

Contrà Epiſcopum à non habente eam dignitatem poſſunt præſcribi, quæ ad Epiſcopalem dignitatem, vel iuriſdictionem ſpectant, ibid. n. 63.

Epiſcopi Conſecratio an ſit Ordo à Sacerdotali diſtinctus? ibid. n. 64.

Epiſcopus verum validè conſecretur, qui Sacerdos non ſit? ibid. n. 65. cum ſeqq.

Non poteſt teſtari de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis, niſi de licentia Pontificis, lib. 1. 1. 54. Secùs de alijs bonis, dum in dignitate fuerit, aliundè habitis, n. 55.

Epiſcopi quid olim potuerint, & hodie poſſint circa decimas laicis concedendas, remiſſiuè, lib. 1. 7. 51.

An valeant dare laicis in feudum perpetuum decimas, quæ nunc vacauerint, ſi ita erant ante Concilium Lateranenſe conceſſæ? ibid. n. 66.

Quas decimas de iure ſoluere teneantur, ibid. n. 85.

Epiſcopus pauper poteſt ſibi pœnas arbitrarias pecuniarias applicare, l. 5 c. 9. n. 153.

Equites ordinum militarium D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ num ſint verè Religioſi? remiſſiuè, lib. 1. 19. 74.

Era vnde dicta, lib. 1. 12. 13.

Era Chriſti quando fuit in Hiſpania recepta, ibid. n. 14.

Errans in iure nec bonam, nec malam fidem habet lib. 1. 3. 39.

Errans in iure, vbi ius ipſum actui reſiſtit, ſuos fructus non facit, ibid n. 40.

Error iuris bonam fidem parit, ibid. n. 38.

Error non præſumitur, ibid. n. 41.

Errore iuris, & facti concurrente, oritur bona fides, ibid. num. 45.

Exceptiones contrarias in iudicio opponere nemo prohibetur, lib. 1. 2. 13.

Exceptio debet eſſe de regula, quam firmat in contrarium, lib. 1. 6. 23. & c. 14. n. 59. eiuſd. lib.

Exceptio dotis non traditæ opponi poteſt per viri creditores, quandiù per ipſum poteſt, lib. 1. 7. 116.

Poſt tempus lapſum eam creditores obijcere nequeunt, niſi ob ignorantiam reſtituantur, ibid. n. 117.

Exceptioni dotis non traditæ maritus renuncians non impedit, quod illam obijciant creditores, ibid. num. 118. Ex tali renunciatione oritur præſumptio donationis, num. 119.

Exceptio dotis non numeratæ opponi poteſt à viri creditoribus aduerſus confeſſionem ante matrimonium emiſſam, ibid. n. 125.

Excipiens fateri non videtur, lib. 1. 2. 12.

Exceptio debet eſſe de regula, lib. 5. 5. 33. Firmat regulam in contrarium, n. 38. 41. Fallit in caſibus excepto ſimilibus, n. 42. Quomodo augmentum diſpoſitionis operetur exceptio, n. 50. Mentem conſtituentis regulam aperit, n. 52.

Exceptio rei iudicatæ in criminalibus impedit accuſatori ingreſſum, lib. 2. 10. 3.

Excommunicatio in Vniuerſitatem ferri non poteſt, lib. 2. 8. 137.

Maiorem niſi pro culpa mortali inferri non licet. n. 145. Debet eſſe peccatum externum, n. 146. Pro veniali ſi feratur, eſt iure ipſo nulla à quocumque lata, n. 147.

Excommunicatio in Vniuerſitatem nec criminoſos ligat, niſi à Pontifice imponatur, n. 149.

Ab excommunicatione vna abſolutus, qui pluribus tenebatur, à cæteris abſolutus non cenſetur, lib. 2. cap. 10. n. 103. & 104.

Excommunicatus vti non poteſt remedio *l. diffamari C. de ingen. manumiſ.* lib. 1. c. 18. n. 18.

Non auditur in iudicio, niſi vt reus neceſſarius, ibid. n. 19.

Contra ipſum excommunicatum prædictum remedium proponi poteſt, & ad agendum admittitur, ibid. n. 20.

Excommunicatus etiam in foro ſæculari à iudicio repellitur, ibid. n. 22.

Vt actor non admittitur, ſi ſpontè ad iudicium accedat. Secùs ſi coactus, ibid. n. 23.

Quibus caſibus audiatur in iudicio, remiſſiuè, ibid. numer. 24.

Cum excommunicato iudicium peractum, parte non opponente, ſuſtinetur, ibid. n. 25.

An

INDEX.

An cogatur procuratorem conſtituere, quando in iudicio comparere permittitur? ibid.n.28.

Excommunicatus etiam non denunciatus, parte opponente, reijcitur à iudicio, ibid.n.29.

Ipſe nullum ius habet ad fidelium communionem, qui illum, ſi velint, vitare poſſunt, ibid.n.30.

Excommunicatus iterùm poteſt excommunicari? n.103.

Excuſſionis exceptione ſe tueri valet tertius poſſeſſor, qui hypothecaria conuenitur, niſi ex cauſa lucratiua poſſideat, lib.2. 2.4. Non impedit litis ingreſſum, ſed poſſunt bona principalis excuti, lite pendente, ibidem.

Excuſſio prætermittitur, cum agitur contra tertium poſſeſſorem ex *l.2. C.de reſcind. vend.* lib.2.3 82.

Sub exemplo omnia cenſentur expreſſa, quæ ſunt eiuſdem rationis, lib.1. 6.28.

Executio litis principalis appendix eſt, lib.1.6.11.

Executori non licet, ſententiam notoriè iniuſtam, aut intolerabilem errorem continentem exequi, lib.1. 1.41.

Tenetur ſententiam non notoriè iniuſtam exequi, ſi commode ſe excuſare non poſſit, ibid.n.42.

Exequi compellitur Iudex laicus ſententiam etiam iniuſtam Eccleſiaſtici in cauſis merè Eccleſiaſticis, ſi commodè ſe excuſare non valeat, ibid.n.43.

In executionibus quis ordo ſeruetur? lib.2. 1.12. An vitietur executio, ordine iuris inverſo? ibid.

Executioni locus non eſt, vbi quantitas liquida non debetur, lib.2.11.2. cum ſeqq. Limitatur, n.12.

Executio vbi ex ſtatuto datur, pro liquido intelligitur, num.5.

Executiuè agi poteſt ad pretium vbi certa quantitas frumenti aut vini debetur, n.11.

In Executione quæ forma obſeruanda, remiſſiuè, n.15.

Executio in pecunia facta quomodo expediatur, remiſſiuè, n.19.

Exhæredatio non eſt interpretatiuè iuuanda, lib.1.cap.13. num.28.

In exorbitantibus à iure extenſio non admittitur ex rationis identitate, niſi in fauorabilibus, lib. 2. 5. n.44.

Expenſæ funeris omnibus alijs debitis præferuntur, lib.2. 1.77.

Expreſſum illud etiam dicitur, quod ex verbis colligitur apertè, lib.2.10.48.

Aliter operatur, ac tacitum, lib.2. 14.47.

Facit ceſſare tacitum, lib.2 18.103.

Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, nihil operatur, lib.1. 2. 42.& c.19. n.67. eiuſd. lib.

Expreſſum dicitur, quod ex verbis manifeſtè colligitur, ibid.n.65.

Extenſio in exorbitantibus à iure non datur, lib.1.15.31.

Extrauagans, Ambitioſæ, *de reb. Eccleſ. in comm.* an ſit vſu recepta, lib.1.cap. 16. num. 54. Quid in Hiſpania? n.62.

F

Factum iudicis cenſetur factum partis, lib.1.4.29.

Facti quæ ſunt, non præſumuntur, ſed probantur, lib.2. 6.36.

De facto eiuſdem hominis ſæpius quæri non debet, lib.2. 10. 2.

Falcidia quomodo in legato vſusfructus computanda, lib. 2. 2.45.

Facultas mera non præſcribitur; ſed ius, vel actio illi coniuncta tempore perit, lib.1.9.10.

Meræ facultatis quæ dicantur, remiſſiuè, lib.1. 17.40.

Falſitas cum circa cauſam impulſiuam contingit, non gratia, ſed ſolùm facilitas ad concedendum eſt inuoluntaria, lib.1.20.54.

Falſum inſtrumentum conficiens, aut eo vtens quomodò puniatur, lib.1. 2.13.

Illud fabricans etiam ad iuſtam defenſionem grauiter peccat, ibidem.

Falſum inſtrumentum fabricans abſque alterius præiudicio extra ordinem coërcetur, ibid.n.15.

Falſi reus fit, qui legitimè interrogatus veritatem celat, ac ſi mendacium proferat, ibid.n.16.

Famam propriam prodigere, an ſit licitum? lib.1.2.33.

Plurimi eſt habenda, lib.1. 3.77. Charior eſt vita, n.78.

Omni commodo pecuniario præfertur, lib.1. 11.3. Eſt theſaurus inæſtimabilis, nu.36. Oportet, vt reſtituatur, num.37.

Fama plenè probat vbi de modico tractatur præiudicio, lib.2.c.6.nu.53.

Probat quæ ſunt difficilis probationis, ibidem.

Fœminæ nonnullæ ad obſeruandam pudicitiam ſe ipſas interfecerunt, lib.2. 2.62.

Fœminarum genus auariſſimum, lib.1. 7. 72. Lucra blanditijs aucupantur, ibidem.

Fœmina honeſta non carceratur ob debitum ciuile, nec ob leue delictum, lib.2. 1.14. Quid in matre, aut auia tutrice liberorum, n.16. Nupta etiam turpiter viuens non carceratur, niſi vir eius turpitudini conſentiat, n.15. Quando fœmina honeſte viuere dicatur. ibid. Quod priuilegium renuntiatione tolli nequit, n.16.

Fœmina concubina alterius, quam patroni inhoneſta iure communi putabatur, lib.2.3.13.

Fœmina, & viro æqualiter percuſſis, an illa diutius viuat? lib.2. 7.2.

Fœminæ viris animi, & corporis viribus inferiores, ibid.

Fœmina, & viro eodem conflictu peremptis, quis prior obiiſſe præſumatur, n.56.

Fœminæ vnà cum maſculis ad emphyteuſim ſimpliciter à parente acceptam admittuntur, lib.2. 18. 4. Limitatur, num.5. Cur à feudi ſucceſſione regulariter excludantur, n.7. Quibus caſibus ad feudum admittantur, n.57.

Fœtus nondum editi inter fructus pendentes computantur, lib.1.15.2.

Feudum eſt beneficium; quod propter officium conceditur, lib.1.3.6. & c.15.n.66. eiuſd.lib.

In feudi conceſſione locus non eſt remedio *l.2.C.de reſcind. vendit.* lib.1. 3.97.

Feudum propriè non eſt, quod propter penſionem datur, ibid.n.98.

In feudi receptione mentio hæredum de maſculis tantum intelligitur, lib.2. c.18.n.52.

Feudum pro hæredibus conceſſum, ita eſt hæreditarium, vt liberi non hæredes excludantur, n.53.

Feudum hæreditarium, vel emphyteuſis dupliciter dicitur, n.54.

A feudo repellitur filius, qui patris anteceſſoris reſpuit hæreditatem, n.55.

Feudum ſimpliciter acceptum hæres extraneus non capit, num.56.

Feudum ad omnes deſcendentes primò accipientis ſucceſſiuè tranſit de iure communi; de Regio Hiſpano nepotes non tranſgreditur, n.58.

Feudum, aut dicitur hæreditarium, aut ex pacto, & prouidentia, n.59.

Ad feudum, vel emphyteuſim hæreditariam acquirendam an ſit neceſſe vltimi poſſeſſoris hæreditatem adire? num.60.61.

Feudum antiquum hæreditarium, vel mixtum nullus percipit, niſi ſit hæres, n.65.

Simpliciter conceſſum filius non acquirit reiecta patris ſucceſſione, n.67. An ſit hæreditarium? n.68.74.

Pro liberis conceſſum ad eos non pertinet, qui patris repudiauerint hæreditatem, n.69.

Pro hæredibus receptum nemo acquirit, qui hæres non exiſtat, n.71.

Hæreditarium quod dicatur, n.72.

In feudum ſuccedens quando creditoribus hæreditarijs teneatur, n.79. cum ſeqq.

Alienatum per parentem quando poſſit filius adiens paternam hæreditatem reuocare, n.83. cum ſeqq. Quomodo inter ſucceſſores feudum diuidatur, n.88.

Pro hæredibus, & ſucceſſoribus conceſſum cuius ſit naturæ, n.89.

Non hæreditarium capit inſtitutus in re certa, ſi fuerit ex vocatis, n.90. Quid ſi ſit hæreditarium, n.91.

Fictio iuris probationem in contrariũ non ſuffert, lib.2.6.8.

Fides præſtita reis ſeruari debet, lib 1. 2.108.

Mala fides præſumpta ex interpellatione iudiciali non impedit reuocabilem fructuum acquiſitionem, lib.1.3 29.

INDEX.

Inter bonam fidem,& malam medium dari poteſt ſpeculatiuè, ſed non practicè, ibid.n.43.
Fideiuſſore pretium accipiente propter obligationem locus eſt l.2. *C.de reſc. vend.* lib.2. 3.3.
Fidelis in dubio an quis præſumatur? lib.2. 20.91.
Filia hæretici an incurrat pœnas ob delictum patris, remiſſiue? lib.2. 8.35.
Filiæ an ſuccedant in emphyteuſim pro filijs acceptam, lib.2. cap.18. n.8. cum ſeqq.
Filium a vinculis eximens, ſe ipſum cenſetur liberare, lib.1. 2.96.
Filius inferens patri verbalem iniuriam qua pœna de iure Regio teneatur, ibi,n.101.
Filius de bonis paternis litigans, de damno vitando tractat, lib.1. 5.44.
Filiusfam. mortuo patre, bonorum eius ipſo iure dominus efficitur, ibid.n.45.
Abſtinens ſe paterna hæreditate, iuri iam quæſito renunciat, ibid.n.46.
Vtrum poſſit vendicare ſua bona aduentitia alienata per patrem, non diſcuſſis paternis bonis, lib.1. 8.31. cum ſequentibus.
Habet tacitam hypothecam in bonis pro adminiſtratione aduentitiorum, ſiquid dolo fecerit, aut ſine iuſta cauſa alienauerit, ibid.n.36. Incipit à die ſuſceptæ adminiſtrationis, n.37.
An poſſit præfata bona alienata per patrem, eo viuente, reuocare? ibid.n.38. cum ſeqq.
Non decet, filios parentum caſtigatores exiſtere, ibid.n.39.
Filius exiens patria poteſtate dimidiam vſusfructus partem de bonis aduentitijs patri adimit, ibid.n.42. Si per matrimonium exeat iuxta ius Regium, nihil patri relinquit, ibidem.
Filiusfam. abſque patris licentia ſtare in iudicio non valet, ibid.n.45. Pater cogitur conſentire,& ſi renuat, Iudex litigandi tribuit filio facultatem, ibid. An ſufficiat tacitus patris conſenſus,& quando ſit præſtandus, ibidem. Quibus caſibus ſtare in iudicio abſque licentia patria permittatur, ibidem.
Vtrum poſſit agere pro bonis aduentitijs, in quibus pater non habet vſumfructum, ibid.n.46.
Filiofam. præſcriptio non nocet, tametſi agere de licentia patris non prohibeatur, ibid.n.56. 60. Aliud iuris eſt, ſi agere ſine licentia poſſit, n.61.
Contrà filiumfam. an currat præſcriptio in aduentitijs, in quibus patri vſusfructus non eſt? ibid.n.62.
Filius, ſiue in poteſtate, ſiue emancipatus agere in iudicio contra patrem, non petita venia, prohibetur, ibid.n.65. Idem eſt de filio adoptiuo, vel ſpirituali. Non ſic de inceſtuoſo, ibid.
Filiusfam. non niſi nominatim à patre poteſt exhæredari, lib.1. 13.29.
Filij, quorum parentes ſunt ignoti, non admittuntur, quoties ſtatuta ſanguinis puritatem depoſcunt, lib.1. 16.64.
Filius etiam vltrà legitimam potior eſt Eccleſia in bonis patris, lib.1. 19.42.
Filius non debet legitimam aſcendentibus patris ex illius bonis, ibid.n.43.
Filiorum legitima quanta ſit de iure communi, & Regio, tam Caſtellano, quam Luſitano, ibid.n.108.
Filiorum legitimorum mentionem facere debet pater in impetratione legitimationis illegitimi, lib.1. 20. 100. Numerum eorum exprimere, neceſſe non eſt, n.104.
Filij legitimati per reſcriptum Principis cum naturalibus, & legitimis de iure Regio non ſuccedunt, ibid. n.102.
Filij ob paterna debita olim apud Romanos creditoribus addicebantur, lib.2. 1.4. Hodie fame premente a patre in pignus tradi poſſunt n.5. Fallit ſi ſint in ſacris filij conſtituti, ibid. Apud Hebræos an pro paternis debitis ſerui efficerentur, n.6.
Filij nec in ſubſidium tenentur ad æs alienum, quod pater fecerit, etiam pro eis alendis, n.16.
Filius naturalis paterna nobilitate decoratur, n.23. Quis ſit filius naturalis, ibid.
Filij naſcendo ius in bonis patris, quoad alimenta, ſucceſſionem acquirunt, n.9. 19.
Dicitur diues, qui patrem habet diuitem, lib.2. 6.19.
Filius, adhuc viuo patre, paternæ dignitatis nomine nuncupatur, num.79.
Filios reorum læſæ Maieſtatis occidi nulla lege humana conſtitui poteſt, lib.2. 8.22.
Filij ſæpè à paternis moribus recedunt, n.22.& 68.
Filij ob patris facinora lege humana iuſte pœnis non corporalibus affici poſſunt,& quare, n.23 24.
Filij parentum mores ſolent imitari, n.35.
Filij hæreticorum fautorum, & receptatorum eorum pœnas luunt, lib.2. 8.36. Secus ſiquis tanquam ſuſpectus de hæreſi damnatus ſit, n.37.
Filius reuelans patris hæreſim ab omni pœna ob paternum crimen eſt immunis, ibid.
Filij, & nepotes per virilem ſexum infames fiunt ob patris proditionem in perſonam Principis, vel Rempublicam, n.38. Fiunt inhabiles ad officia publica, ibid. Item ad Eccleſiaſtica beneficia, n.39. Limitatur in filijs Clericis. Quid ſi in Pontificem, vel Cardinales deliquerint, ibid. Illi proditorum filij ſunt irregulares, n.40. An & quando valeant in maioratum ſuccedere, numer.43. cum ſequentibus.
Filius mulieris crimen læſæ Maieſtatis committentis non incurrit pœnas *l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſtat.* n.47.
Filij illegitimi ſuſtinent pœnas ob patris [illegible] crimen, nu. [illegible] Idem eſt ſi humana Maieſtas lædatur, nu. 51. Aliud eſt de adoptiuis, n.52. Emancipati [illegible] tenentur, n.53.
Filij cur puniantur [illegible] patris ſcelus, num.68. Sunt pars corporis p[illegible]
Concepti ante crimen v[illegible] pœnas contrahant, num.70. & 71.
Filius natus ante patris dignitatem an [illegible] ius prærogatiuis gaudeat, & nato poſt dignitatem adeptam præferatur? num.72.73.
Filius nobilis non eſt poſt cuius natiuitatem pater nobilitatur, n.74.
Filij nati ante paternum crimen diuinitùs puniri ſolent, num.80.
Filij bonis publicatis propter delictum, peculium caſtrenſe, vel quaſi an patri relinquatur? lib.2. 8.98. cum ſeqq. Quid de aduentitiis? n.96. eiuſd. lib.
Filiusfam. teſtari de iure communi non poteſt de aduentitijs, etſi pater in illis vſumfructum non habeat, n.100.
Filio ſoluente pœnam pecuniariam pro patre, huic in legitimam imputatur, n.118.
Filij Clariſſimorum, & Decurionum torqueri nequeunt, lib.2 9.42.
Filius remittens patri actionem tutelæ, reliqua donare videtur, lib.2. 16.16. cum ſeqq.
Filius an teneatur ſtare patris locationi quoad legitimam, lib.1. 15.59.
Filiarum appellatione filiæ an veniant? lib.2. c.18. n.9. & 1 .
Filij cum patre non concurrunt, vbi emphyteuſis pro ſe,& liberis datur, lib.2. 18.24.
Filius adiens cum beneficio inuentarij poteſt emphyteuſim, vel feudum non hæreditarium à patre alienatum reuocare, nu.83. Idem eſt de mixto, nu.84. Limitatur, num.85.
Filius in legitima inſtitutus, dato cohærede vniuerſali, an capiat feudum hæreditarium? n.92.
Inſtitutus in re certa non admittitur ad feuda hæreditaria, num.94.
Fiſcus vnde dictus, lib. 1.16.2.
Qui fiſcum habeant, ibid.n.3. cum ſeqq.
Fiſci definitio, ibid.n.5.
Inter fiſcum,& priuatum Principis patrimonium differentia, ibid.
Fiſco in dubijs an fauendum? ibid.n.6.7.
Quoties ſpecialiter non reperitur priuilegiatus, iure communi vtitur, ibid.n.8. Multa in iure obtinet priuilegia, num.10.
Non omnibus dotis gaudet priuilegijs, ibid.n.13.
Cum dubitatur, an fiſco competat aliquod priuilegium? aduerſus illum reſpondendum erit, ibid.n.15.
Fiſcus priuato non præfertur, ſi de inſtrumentorum priori-

tate non conſtet,ibid.n.16.Limita vt infra,n.45.
Fiſcus præponitur creditoribus,qui prius contraxerunt,in fructibus perceptis poſt ſuum contractum ex rebus, quas ante illum debitor poſſidebat,& quid de pendentibus tempore contractus fiſcalis?ibid.n.24.
Num præfertatur anterioribus creditoribus tacita hypotheca munitis?ibid.n.25.
Cauſa fiſci regulariter fauorabilis non eſt , ibidem numer.29.
Fiſcus potior non eſt , vbi paria ſunt iudicantium ſuffragia, ſed ius commune ſeruatur,ibid.n.30.
Agens ex *l.ſi is , qui ff. de iur.fiſc.* probare debet, poſt ſuam obligationem bona fuiſſe debitori quæſita,ibidem. num. 32.33.
Fallit , ſi fiſcus agat ex cauſa onerosa contra priuatum titulo lucratiuo poſſidentem,ibid.n.34.
Fiſcus cum priuato ad exactionem pœnæ concurrens præfertur,ſi bona rei vtrique non ſint ſatis,ibid.n.47.
Habet tacitam hypothecam in bonis damnati ex delicto à die ſententiæ,ibid.n.48.
Fiſco agente,res,quæ penes priuatum eſt , de qua eſt controuerſia,ſequeſtrari debet,ibid.n.55.
Fiſci priuilegium, vt pro debito ciuili nobiles carcerentur, ad conductores Regalium redituum non tranſit , lib. 2. 1.58.
Fiſcus ex priuilegio agit exequutiuè aduerſus omnes ſuos creditores.ſed intelligitur pro liquido,lib.2.11.9.
Fiſco exequutiuè agente , tempora proclamarum ad bona debitoris diſtrahenda,reſtringuntur,n.17.
Fiſcus ſuccedens vniuerſaliter nequit à contractu locationis recedere,lib.2.15.6.
Fiſcalem colonum eijcere ſingularis ſucceſſor prohibetur, niſi intereſſe ſoluto,n.57.
Fontes Baptiſmales quondam in Hiſpaniæ vrbe die Dominicæ reſurrectionis diuinitùs implebantur aqua,lib.1. 17. 21.
Forma petendi relaxationem iuramenti , remiſſiuè , lib. 1. 4.43.
Forma ſpecificè implenda,lib.1.20.83.
Quando poſſit per æquipollens ei ſatisfieri , ibidem, numer.80.
Forma alia ſubſtantialis,& effectualis alia,ibidem.
Fratres reuocant donationem,vt inofficioſam à fratre turpi perſonæ factam,lib.1.19.94. Non ſolùm quoad legitimam,ſed in totum,n.95.
Eorum legitima quanta ſit,ibid.n.110.
Fratri imputatur in legitimam quod pro eo ſolutum eſt à fratre in pœnam delicti,lib.2.
Fraudibus eſt obuiandum,lib.2.c.13.n.77.
Fructus ſi vnà cum re in iudicio petantur, qui ſolùm officio Iudicis debentur,ſi reus rem reſtituere iubeatur,videtur à reſtitutione fructuum perpetuò abſolutus,lib.1.3.1.
Fructuum diuiſio,ibid.n.10.cum ſeqq.
Ciuiles propriè fructus non ſunt,ibid.n.14.
In dubio fructus potiùs naturales , quam induſtriales cenſendi ſunt,ibid.n.16.
Naturales an acquirantur poſſeſſori bonæ fidei?ibid.n. 17. cum ſeqq.
Fructus, ex quibus poſſeſſor locupletior eſt factus , extare videntur,ibid.n.21.
Quando præſumantur conſumpti per bonæ fidei poſſeſſorem,ibid.n.28.
A Bonæ fidei poſſeſſore triennio vſucapiuntur,ibid.n.31.
Conſumpti ante triennium,ex quo percepti fuere,ſi poſt illud poſſeſſor bonæ fidei conueniatur , vtrum ad eorumdem reſtitutionem teneatur?ibid.n.32.
Poſt vſucapionem fructuum ceſſat omninò illorum reſtitutio,ibid.n.35.
Ad fructuum acquiſitionem ſufficit , abeſſe malam fidem, quamuis bona non ſit,ibid.n.43.
Fructus percepti ante litem conteſtatam non reſtituuntur agenti ex *l.2.C.de reſcind.vendit.* ibid.n.73.
Fructus rei feudalis præſumuntur correſpondere valori laboris vaſſalli,cui omnes debentur,ibid.n.95.96.
Fructus Eccleſiaſtici beneficij, cum locantur, omninò , vt res temporalis,à titulo ſeparati conſiderantur,lib.1.5.67.
Percepti poſt litem conteſtatam ſunt cum expenſis melioramentorum per bonæ fidei poſſeſſorem compenſandi, lib. 1. 8. 22. Quomodò facienda eſt melioramentorum computatio,n.28.
Fructus pendentes cum fundo, cui adhærent, vna, eademque res cenſentur,lib.1.15.6.
Inter immobilia numerantur,ibid.n.8. Quo ſenſu dicantur fundi pars,n.9.
Fructus ſati , ac collecti poſt perfectum contractum etiam ante traditionem,ad emptorem ſpectant,ibid.n.15.
Fructus pendentes in re fideicommiſſo ſubiecta , cum dominium ad fideicommiſſarium tranſit , omnes ipſi debentur,ibid.n.18.
Idem eſt ſi pendeant die fideicommiſſi cedente, ſi nulla fideicommiſſarij in petendo mora interuenerit , ibidem num.19.
An pendentes debeantur ei,qui ex pacto retrouendendi redimit?ibid.n.33.cum ſeqq.
Fructuum diſtributio pro rata temporis quomodò facienda,remiſſiuè,ibid.n.40.
Fructus pendentes tempore emptionis omnes cedunt retrahenti ex iure ſanguinis,ibid.n.43.
Sati,ac collecti poſt emptionem ante moram emptoris,vel litis conteſtationem ad conſanguineum retrahentem non pertinent,ibid.n.45.
Fructus anni currentis quomodò diuidendi inter hæredem beneficiarij mortui,& ſucceſſorem,ibid.n. 56. In primis ſtandum erit Epiſcopatus conſuetudini,n.57.
Debentur beneficiario,qui deceſſit, pro parte ob ſeruitium Eccleſiæ præſtitum,ibid.n.58.
Fructus beneficij cuius ſint poſt reſignationem ante præſtitutum aſſenſum Superioris,ibid.n.59.
De diuiſione fructuum pendentium inter hæredes commendatarij Ordinis militaris , & ſucceſſorem , ibidem num.64.
Fructus feudi quemadmodum diſtribuantur inter hæredes vaſſalli,& qui in feudum ſuccedit,ibid.n.65.
Fructus rei legatæ à quo tempore cedant legatario , ibid. n.67.73.Quid in fideicommiſſario particulari,n.74.Quid de vniuerſali, remiſſiue,n.75.
De diuiſione fructuum pendentium inter hæredes maioratus poſſeſſoris,& ſequentem,ibid. n. 76. Quid de pœnis iudicialibus ad maioratum attinentibus,n.77.
Fructus omnes pendentes in rebus maioratus ſuos facit, qui immediatè primo fundatori ſuccedit,ibid.n.78.
De varijs fructuum diuiſionibus,remiſſiuè,ibid.n.80.
Fructus pendentes in bonis viri, vel vxoris tempore ſoluti coniugij ad quem pertineant,ibid.
Fructus recondere non licet,Clericis non præmonitis,quibus ex eis decimæ debentur,lib.1.17.103.
Pendentes ſunt deſcribendi , ſi id poſtulet Parochus,vel alius,cui decimæ ſunt ſoluendæ,ibidem.
Fructus an ſint reſtituendi venditori , reſciſſo contractu ex *l.2.C.de reſc.vendit.* lib.2.3.72.cum ſeqq.
Fructus rei pertinent ad dominium,n.75.
Fructus ex proprijs agris percepti licet venales habeantur inter merces non numerantur,lib.2.cap. 5. n. 30. & 31. Vbi,an debeantur vino,vel oleo legato?
Beneficij an locari ad longum tempus poſſint?lib. 2. 17. 3. cum ſeqq.Inter bona Eccleſiaſtica numerantur,n.6.
Frumentum vetus dare , vt tantundem ex nouo reddatur, quando liceat,lib.2.3.n 61.& 62.
Fundus continet vniuerſitatem,lib.1.13.19.
Si locatus vendatur,fructibus pendentibus,omnes emptoris fiunt,lib.1.15.4.
Fur ſemper eſt in mora,lib.1.2.14.
Furti actio pro minimis non datur,lib.1.3.76.
Furti damnatus infamia notatur,ibid.n.79.
Fur famoſus dicitur,qui clàm ſæpiùs furatur,ſed non latro, lib.2.9.76.
Pro tertio furto capitis pœnas dat,quod limitatur, lib. 2. 6.81.cum ſeqq.
Furtiuam rem ſæpè contrectans plura non admittit delicta, niſi à poſſeſſione receſſerit,lib.2 10.107.
Fur an gaudeat Eccleſiaſtica immunitate , lib. 2. 20. 141. cum alijs?

INDEX.

An ſit remittendus ad locum delicti, etſi in alio territorio cum re furtiua reperiatur? n. 190.
Furans rem ſacram de loco ſacro afficitur vltimo ſupplicio, lib. 2. 9. 74.
Furans cum fractione parietis pro primo furto non ſuſpenditur, n. 75.
Pro furto primo, quæ pœna irrogetur, n. 73. Quid ſi aliud crimen miſceatur, n. 74.
Furtum ſi fiat aleatori tempore ludi non punitur, ibidem.
Pro ſecundo furto pœna arbitraria de iure communi imponitur, & quid in Hiſpania ſi ſtatutum ſit, n. 79. 80. De iure noſtro ſecundum furtum tempore belli factum pœna mortis coërcetur, ibid.
Pro furto primo maximo an pœna mortis poſſit infligi? n. 91. 92. Quod dicatur magnum furtum iudicis arbitrio relinquitur, n. 91.
In pœnam furti ſimplicis iure mortis pœna poteſt ſtatui, num. 93.
Furti pœnæ apud varias gentes referuntur, & quæ de iure irrogentur, n. 95. ad 100.
Furcarum ſupplicium mitius decapitatione, ſed turpe, num. 53.

G

Genus logicum à legali differt, lib. 1. c. 13. n. 6. Eius definitio, ibid.
Sub generali diſpoſitione non veniunt quę ob graue præiudicium præſumitur noluiſſe diſponens comprehendere, lib. 2. 4. 3.
Graſſatores an pro primo admiſſo poſſint capite plecti? lib. 2. 9. 75.
Græci quam anni computationem obſeruabant, remiſſiuè, lib. 1. c. 12. n. 2.

H

Hæbræi à quo tempore annos numerabant, lib. 1. 12. 4.
Quas decimas ſoluebant, vide verb. *Decima*.
Hæbræorum ſeruitus quandiù durabat iuxta legem Moyſis, lib. 2. c. 1. n. 7.
Hæres rem legatam triginta annis contrà legatarium præſcribit, lib. 1. 9. 22.
Hæredis bona ſunt legatarijs obligata, ſi inuentarium conficere omittat, aliàs non, ibid. n. 30.
Hæres extraneus præfertur conſanguineis defuncti in eiuſdem morte remittenda, lib. 1. 13. 40.
Hæres reuocare non valet pactum à defuncto in fauorem libertatis adiectum, lib. 1. 14. 27.
Non eſt melioris conditionis, quam defunctus, ſed eiuſdem, ibid. n. 60. Compelli poteſt ad idem ad quod anteceſſor tenebatur, n. 61.
In commodum, & in incommodum ſuccedit, ibid. 62. Et in omne defuncti ius, n. 64.
Ex hæredis perſona obligationis natura non immutatur, ibid.
Hæres, & defunctus vna, eademque perſona exiſtimantur, ibidem.
Hæres etiam ante acceptationem, donationem à defuncto factam non reuocat, ibid. n. 67 Nec pactum ad tertij vtilitatem appoſitum, n. 72.
Hæres fructuarij poteſt retinere fructus pendentes tempore mortis illius, donec expenſæ in eis factæ ſibi ſoluantur, lib. 1. 15. 17.
Qui hæres extitit donatori donationem inofficioſam ſolùm quoad legitimam poteſt retractare, lib. 1. 19. 101.
Hæres intra quod tempus à morte anteceſſoris conueniri non poſſit, lib. 2. 1. 74.
Inſtitutus poſt mortem vſufructuarij bonorum omnium poteſt ſtatim mortuo teſtatore hæreditatem adire, & à creditoribus hæreditarijs conueniri lib. 2. 2. 32.
Hæres dato vſufructuario bonorum omnium quomodo ante, & poſt tradita bona eſt ſatisfacturus creditoribus, num. 36. 37.
Hæredis fauore contra legatarios in dubio reſpondetur, lib. 2. 5. 46.
Aſſerenti tot bona eſſe in hæreditate, & non plura an credatur? lib. 2. cap. 6. n. 18. 24. & 25.
Hæredes occiſi agere poſſunt contra homicidam ad intereſſe pro eo quod defunctus, ſi viueret, ſua arte, & operis lucraretur, n. 54. 65. Vbi an per moritorum remitti poſſit?
Homicidæ hæredes, qui vltimo ſupplicio affectus eſt, non liberantur à ſatisfactione intereſſe, n. 59.
Hæres mortem, aut iniuriam inferentis ad quid teneatur, num. 62. 63.
Quando ex delicto defuncti obligetur, ibid.
Hæres damnum paſſi an iuret in litem? lib. 2. 14. 61.
In hæredes ob delictum non iuratur in litem, niſi cum doloſo fuerit conteſtata, n. 62. 63.
Hæres cum defuncto vnà eademque perſona exiſtimatur, lib. 2. 15. 5.
Hæredes cenſentur in contractibus comprehenſi, etſi eorum mentio non fiat, n. 73.
De hæreſi conuictus poteſt ſcelerſo iuramento, & mendacio fateri ſe illud crimen admiſiſſe, quamuis ſit innocens, vt mortis pœnam ſubterfugiat, lib. 1. 2. 52.
Hæreſis Circuitorum circa mortem ſibi inferendam, ibid. num. 61.
Ob hæreſim omnino internam pœnæ iuris non irrogantur, lib. 2. 8. 69.
In hæreſis cauſa licet teſtibus ad detegendum crimen teſtimonia ex interuallo corrigere, lib. 2. 13. 98. Et quid in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, n. 99.
Hæreticæ filius non incurrit pœnas iuris, lib. 2. 8. 75.
Hæreticorum filij quas pœnas ſuſtineant, lib. 2. 8. 31. cum ſequentibus.
Hæretici nepos ex filia non incurrit pœnas, n. 35.
Hæretico reſipiſcente, eius liberi nullam pœnam patiuntur, lib. 2. 8. 37.
Hæretici filius an priuetur beneficijs Eccleſiaſticis ante crimen patris obtentis? n. 54. cum ſeqq.
Hæreticus iure ipſo beneficijs Eccleſiaſticis priuatur, lib. 2. c. 8. n. 60. & 61. Idem eſt de fautoribus hæreticorum, n. 63.
Hæretici filius ante crimen conceptus an pœnis ſubijciatur? n. 64.
Hæreticorum bona ad fiſcum Principis ſecularis ſpectant, lib. 2. 9. 138.
Hæreticorum libros legentes aut retinentes excommunicatione ligantur, lib. 2. 10. 116.
Hæretici de generali conſuetudine igne abſumuntur, numer. 118. Quando viui, vel mortui comburantur, num. 119.
Hæretici traditi curiæ ſeculari debent interfici, numer. 115.
Hidalgus in Hiſpania quis dicatur? lib. 2. 1. 22.
Hypotheca pro dote à quo tempore incipiat, lib. 1. 7. 15.
Tranſit in quemliber ſucceſſorem, ibid. n. 16.
Pro dotis augmento quando naſcatur, ibid. n. 27.
Tacita dotalis an ceſſet propter expreſſam? ibidem, numer. 30.
Tacita hypotheca prior antefertur poſteriori expreſſæ, ibid. n. 43.
Nulla competit vendenti habita fide de pretio in re ipſa, quam diſtrahit, ibid. n. 53.
In tractatu hypothecarum ſæpiſſimè fallit regula : *Si vinco vincentem te*, &c. ibid. num. 57. Quæ regula generaliter limitatur, vbi datur diuerſa vincendi ratio, n. 58.
Creditores cum hypotheca chirographarijs anterioribus præferuntur, ibid. n. 124. Etiamſi ſint priuilegiati, lib. 1. cap. 16. n. 58.
Hypothecæ cedit omne incrementum rei, tam intrinſecum, quam extrinſecum, lib. 1. 8. 16.
Hypotheca non liberatur, niſi totum, pro quo eſt obligata, ſoluatur, ibid. n. 19.
Inter hypothecam, & legatum differentia quoad venialium comprehenſionem, lib. 2. 5. 21.
Hypotheca an verbo alienationis comprehendatur? lib. 2. c. 16. n. 66. & 67.

Hypothecæ bona Eccleſiæ ſubijci non poſſunt, lib.2.16.74. Quid de Hypotheca generali, n.75.
Hypotheca ſpecialis, & generalis quoad alienationis periculum non differunt, lib.2.16.76.
Hypothecaria non datur contra tertium poſſeſſorem mercium, lib.1.5.18. cum alijs.
Homicidæ quomodo puniantur, lib.2.9.21.
Homicida an in foro animæ teneatur propter mortem illatam quid pecuniarium præſtare, aut opera pia pro anima defuncti facere, lib.2.c.10.n.64.& 65.
Homicida proditorius dicitur, qui dormientem, aut infantem enecat, lib. 2. 10.68. Idem eſt ſi inimicum securè perimat, num. 71. 72. Aliud eſt, ſi quis in rixa à tergo occidat dimicantem cum conſanguineo, vel amico, ibid.
Homicida ad funeris ſumptus non tenetur, quod limitatur, lib.2.16.53.
Homicidium mortis pœna eſt dignum, lib. 2. 9. 16. Quomodo apud diuerſas nationes puniatur, n.17.
Homicidium ſola pœna pecuniaria puniri, an iuſtè ſtatui poſſit? lib.2.c.9. nu.18.& 21. Etſi grauiſſimum crimen, num.20.
Homicidium proditoriè factum præſumitur, lib.2.20.79.
Homines veniæ ſpe facilè ad delinquendum prolabuntur, lib.1.c.20.n.93.
Homo liber pignori dari nequit, lib.2. c.9.
Mortuus præſumitur poſt centeſimum, ætatis annum, lib.2. 7.29.
Homo liber ſuo conſenſu ſolo effici ſeruus non poteſt, lib.2. 9.133.
Homo non eſt dominus membrorum ſuorum, n.134.
Homines abiectæ conditionis nimiùm pecuniam amant, lib.2. 9.38.
Homo nequit conſentire in mortem, vel damnum corporis ſui, lib.2.10.73.
Honor apud honeſtos viros, ac nobiles pluris quam vita habetur, lib.1.12.9.
Pro honore tuendo licet in foro animæ, aggreſſorem occidere, ibid.n.10. Eius amiſſio morti aſſimilatur, n.36.
Hoſpitalis Rector tenetur ſtare locationi anteceſſoris de bonis ad illud pertinentibus, lib.2.c.15.n.135.

I

IGnorantia inuincibilis, ſiue probabilis iuris, vel facti excuſat à peccato, lib.1.1.5.
Quæ ſit hæc ignorantia, ibid.n.6.
Vincibilis ſeu culpabilis non excuſat, ibid.n.7. Minuit tamen malitiam actus, & aliquando poteſt à mortali excuſare, ibid.
Ignorantia affectata quæ ſit, ibid.n.8.
Potius auget, quam minuit peccatum, ibid.
Ignorantia inuincibili poſſunt excuſari, qui ob bonum finem ſe ipſos interficiunt, lib.1.1.60.
Immemorialis præſcriptio tantùm poteſt, quantùm Principis priuilegium, lib.1.c.17.n.74.& 79.
Immunitas Eccleſiaſtica vnde dicta, lib.2. 20. 2. Quotuplex, num. 3. In quo differat à libertate, n.5. Quid ſit, n.6. Quo iure inuenta, n.8. cum ſeqq. A quo tempore cœpit, n.16. Circa eam ſtatue iuri Canonico, n.24.
Immunitatem habet Eccleſia Epiſcopi authoritate conſtructa, lib. 2. 20. 25. Non conſecrata, num.26. Nondum perfecto ædificata, num. 27. Vbi quid de directa, gaudet polluta, num. 28. Quid ſi apud hoſtes ſit, num.29.
Quoad immunitatem quantum poſſit conſuetudo, nu.30. cum ſeqq. Immunitatis priuilegium an reſtringi debeat, n.34. cum ſeqq.
Quoad immunitatem, quæ loca Eccleſiæ appellatione contineantur, à n.39.
Immunitatem defenditur, qui ad Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum liber confugit, ſecus ſi captus, num.53.54.
Immunitatem regulariter conſequitur omnis ad Eccleſiam confugiens, lib.2.20.55.
Immunitate priuatur proditorie decidens, num. 56. cum alijs. Quid de vulnerante, ibid. Quid de deducente, vt alius occidat, num. 66. Quid de enecante veneno, num. 67. Quid de occidente infantem, 68. 69. De occidente à tergo rixantem cum conſanguineo, vel amico, num.72.
De occidente inimicum in duello, num. 73. De inferente proditoriè iniuriam atrocem, num. 74. De iudice, accuſatore, vel teſte dante cauſam morti inſontis, num.75. De homicida abſque inſidijs, num. 76. cum ſequentibus. Immunitate an iuuentur raptores virginum, lib.2. c.20. n.80.& 81.
Immunitate non defenditur aſſaſſinus, ibid. num. 85. cum alijs.
Immunitate gaudet excommunicatus, num. 119. Interdictus, num. 120. Quid de infideli, num. 121. De hæretico, num. 125. cum alijs. De Religioſo apoſtata, num.127.
Gaudet, qui Eccleſiam ingreditur, iuſtitiæ miniſtris eum perſequentibus, num. 128. Qui à manibus ſatellitum fugit, num. 130. Qui ab alijs vi eripitur, num.131. Qui ſatellitem ſecum ad Eccleſiam violenter adſportat, num.132. Nec non carceris effractor, num.133. Quid de damnato ad triremes, vel metallum, & de bannito, aut exule? num.134.135. Quid de illo, qui præſtito iuramento de redeundo ad carcerem Eccleſiam petijt? num.136.
Immunitate priuantur depopulatores agrorum, num.138. 139. Publici latrones, numer. 141. Quid de furibus? num. 143. 144. Priuantur rei læſæ Maieſtatis, num. 146. An gaudeant qui grauiora crimina, quàm expreſſa commiſerint, numer. 147. 148. Quid de debitoribus, vel mercatoribus fallitis, num. 149. cum ſequentibus.
Delinquens in Eccleſia num immunitate defendatur? n. 161. cum ſeqq. Non defenditur adulterium, vel raptum in Eccleſia perpetrans, n.163.
Ab omnium Eccleſiarum immunitate excluditur, qui in vna deliquit, n.167. Non excluditur, qui leue delictum admiſit, n.169. Quid ſi quis vulneret cum magna ſanguinis effuſione? n. 70.
Vtrum immunitate gaudeat propè Eccleſiam delinquens? n.17?. cum ſeqq.
Immunitate priuatur qui occidit extra Eccleſiam, quem ab ea violenter extraxit, n.176. Quid de occidente exiſtentem in Eccleſia ſagitta à loco non Sacro miſſa, & è contra, n.178. cum ſeqq.
Mandans extra Eccleſiam patrari delictum intra illam, & è contra an immunitate priuetur, n.181.182.
Fur contrectans rem furtiuam in Eccleſia an immunitate priuatur? n. 186. Quid ſi furtum fiat in loco Sacro, numer.187.188.
Immunitate an priuetur ſacrilegus? n.187.
An Clerici, n.194. cum ſeqq.
An occidens Epiſcopum, vel Clericum, num.195. Quid de ſodomita? numer. 196. Quid de monetarijs? numer.197.
Mandans committi delictum exceptum non eſt immunitate indignus 200. vide ſup. n. 181.
Immunitatem conſequitur, qui Eccleſiæ ianuam inueniens clauſam, ferram, vectem, vel aliud ſimile apprehendit manibus, numer. 209 Idem eſt de illo, qui ex priuato loco ſe proijciens in Sacrum intra ambitum eius capitur, antequam terram corpore tangeret, numer.210.
Extractus ab Eccleſia per partem corporis, vel veſtis extra eam exiſtentis an gaudeat immunitate? 211 211.
Gaudet cum armis prohibitis ad Eccleſiam confugiens, 218.
Immunitati an poſſit renunciari, n.231.232.
Impedimentum, quod per impeditum poteſt amoueri, non excuſat, nec tale iudicatur, lib.1.8.53. Limitatur, quando difficilè tolli poteſt, ibid.
Imperatorum ſententia in *l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt.* examinatur, lib.2.c.8.n.22.
Impoſſibile reputatur, quod ab alieno pédet arbitrio, n.56.

Inanimata ob ſcelus hominis ſolent extingui, lib. 2. c. 8. num. 17.
Offendentia homines iudicantur ac plectuntur, ibid. n. 18.
Indefinita oratio ex vi propriæ ſignificationis non æquiualet vniuerſali, lib. 1. 13. 22.
Æquiualet, ſi appareat de mente proferentis, Ibid. n. 23.
Item ſi æquè conueniat omnibus ſub vniuerſali contentis, ibid. n. 27. 41. Aut ſi per nomen collectiuum proferatur, num. 38.
Indefinita pro vniuerſali non accipitur, quoties aliqua differentia inter contenta ſub vniuerſali reperitur, ibidem num. 33.
Quando apud logicos habeatur pro vniuerſali, vel particulari, ibid. n. 35.
Negatiua æquipollet vniuerſali, ibid. n. 36.
In lege poſita quando vim habeat vniuerſalis, ibid. n. 37. Et quid in ſtatutis, n. 38.
Indefinita affirmatiua in depoſitione teſtium non cedit pro vniuerſali: ſecus negatiua, ibid. n. 48.
Indefinita vſurpatur pro vniuerſali fauore piæ cauſæ, ibid. num. 49.
Indefinita ſiue affirmatiua, ſiue negatiua non æquiualet vniuerſali, ſi abſonus reſultet intellectus ibid. n. 50.
Indefinita oratio quando vniuerſali æquiualeat, lib. 2. c. 5. num. 25.
De indictionum vſu ad temporis computationem, lib. 1. 12. 16. cum ſeqq.
Inducta ad diminutionem non debent augmentum operari, lib. 1. 6. 25.
Inducta ad vnum finem non poſſunt contrarium operari, lib. 1. 9. 47.
Inducta ad vnum finem poſſunt indirectè contrarium operari, lib. 2. c. 5. n. 50.
Secus directè, lib. 2. c. 10. n. 75.
Inimicorum famam lædere, non decet, lib. 1. 11. 14.
Inimicus an beneuolentiæ ſigna exhibere teneatur, lib. 2. 10. 70.
Infames de iure ciuili tales Canonico habentur, niſi aliter cautum reperiatur, lib. 1. 8. 39. Ad Ordines Eccleſiaſticos promoueri nequeunt, n. 40.
Infamia iuris, vel facti quando priuet beneficio Eccleſiaſtico quæſito, aut impediat acquirendum, lib. 2. 8. 59.
Infamia ex ſententia arbitrorum non contrahitur, lib. 2. 12. 16.
Iniuria verbalis dicitur etiam, quæ per ſcripturam fit, lib. 1. 11. 2.
Atrox verbis quoque poteſt irrogari, ibid. n. 5.
Iniuriarum actione non tenetur, qui exprobranti falſum, vel occultum crimen reſpondet, *Mentiris*. ibid. n. 6.
Iniuria an ſit, dicere: *falſum*, aut *mendacium dicis*? ibidem num. 11.
Ab iniurijs oportet abſtinere, ibid. n. 12.
Iniuriam atrocem inferens proditoriè nobili, Eccleſiaſtica immunitate non gaudet, ibid. n. 36.
Iniurias remittere Regij animi proprium eſt, ibid. n. 41.
Iniuriarum actio non datur in eum, qui abſque animo iniuriandi quid iniurioſum profert, ibid. n. 44.
Iniuriam irrogans prouocatus mitius eſt plectendus, ibid. n. 47. Sed ſi verba iniurioſa ſolum ad defenſionem referantur, nullam pœnam meretur, n. 48.
Si iniurijs, ſeu contumelijs duo ſe inuicem afficiant, nec appareat, quis prouocator, & quis prouocatus fuerit, actio vtriuſque compenſatione tollitur, ibid. n. 50. Fiſcus tamen ab vtroque pœnam ſibi lege debitam exigit, n. 51.
Iniuriam inferens in iudicio acrius puniri debet, ibid. n. 53.
Atrox iniuria eſt, quæ, præſente Prætore, fit, ibid. n. 54.
Abſque dolo iniuria non infertur, ibid. n. 56.
Iniuriarum tenetur actione, qui crimen, quem aduerſario obijcit in iudicio, non probat, niſi proteſtatione, vel alia iuſta cauſa excuſetur, ibid.
Iniuria nutu, vel ſignis alijs poteſt inferri, ibid. n. 46.
Iniuriæ grauis quæ ſit, iudicis arbitrio relinquitur, ibidem num. 65.
Iniuriam nobis inferentes odio proſequi non licet, lib. 2. 10. 40.
Iniuriam paſſus, odio depoſito, agere ad pœnam poteſt, n. 41. An teneatur ab accuſatione deſiſtere, ſi ſibi intereſſe offeratur, n. 43.
Iniuriam remittens in foro animæ, vt abſoluatur, non videtur ius aliquod ad forum externum ſpectans condonare, n. 46. Limitatur, n. 47.
Iniuriarum actione remiſſa, ſupereſt actio ad damnum in re familiari datum, n. 49.
Iniuriam inferens ad quid teneatur, n. 150.
Iniuriæ & damnorum taxatio quomodo fiat, n. 81.
Iniurias plures verbales vno impetu proferens pro vno delicto punitur, licèt acrius, n. 91. Quid ſi ſtatuto pro ſingulis contumelijs certa pœna imponatur, numer. 92.
Iniurians an teneatur in foro animæ aliquid præſtare ob iniuriam, n. 64. cum ſeqq. Debet veniam ab offenſo poſtulare, n. 67.
Iniurians ad ſui defenſionem quando damnum reſarcire cogatur, n. 71.
Iniurians quotupliciter conueniri poſſit, n. 78. Poteſt pro expenſis, & damnis principaliter, vel incidenter conueniri, n. 80.
Iniuriatus in foro animæ debet veniam concedere deprecanti, n. 67. Odium deponere, etiam venia non petita, num. 68.
Innocens iuſtè, ſiue iniuſtè damnatus quomodo poſſit ſe à Iuſtitiæ Miniſtris defendere, lib. 1. c. 2. n. 80. Vitam amittere ob commune bonum tenetur, ibid.
Innocentes punire, ob aliena peccata an liceat? lib. 2. c. 8. n. 6. 7. & 10.
Innocentes plectere ab omni iure alienum eſt, n. 9.
Occidi non poſſunt pro ſalute Reipublicæ, ſed tradi, etſi præuideatur occiſio, fas eſt. n. 9. Quid ſi nolit conſentire ſui ipſius traditioni, ibid.
Innocentes aliquando pro alienis peccatis Diuino iudicio pœnas dant, n. 10. 11. & 20. Idem de iure humano, iuſta exiſtente cauſa, fit, n. 12. 13.
Inquilinus an poſſit ædem locatam relinquere ex ſuperueniente cauſa, lib. 2. 15. 65. Quid ſi habitatio impedita ſit? nu. 66.
Expelli poteſt, vrgente domini neceſſitate, licet locatio iuramento, & hypotheca roboretur, n. 72.
Non eijcitur à ſingulari ſucceſſore, n. 73. Sic ab hærede, num. 74.
Inquilini eijciendi ius ob domini neceſſitatem cedi nequit, ibid.
Expellitur, non obſtante pacto de non eijciendo inquilino, n. 76. 79. Aliud eſt de pacto expreſſo de non eijciendo ob domini indigentiam, n. 80.
Inquiſitio fieri nequit de delictis manifeſtacis per famoſum libellum, niſi aliunde fama oriatur, lib. 1. cap. 21. num. 53.
Inſinuatio donationis quid ſit, lib. 2. cap. 4. num. 35. Quibus de cauſis inuenta, ibid. An requiratur, cum in contractu oneroſo remiſſio interuenit? n. 36. 37. & 41.
Inſtitutio in re certa aliena nullius momenti eſt, lib. 2. 18. 96.
Inſtitutus in vſufructu omnium bonorum dicitur in re certa inſtitutus. lib. 2. 2. 6. Non conuenitur à creditoribus hæreditarijs, nu. 26. Quid ſi alius poſt eius mortem vniuerſaliter inſtituatur, nullo de præſenti dato cohærede, n. 34.
Inſtitutus in vſufructu bonorum omnium non dato cohærede, intelligitur vniuerſaliter inſtitutus cum onere reſtituendi, cum moriatur, hæreditatem ſucceſſoribus ab inteſtato teſtatoris, n. 35.
Inſtitutus in re certa loco legatarij eſt, & particularis ſucceſſor, lib. 2. 18. 94. Sed habetur eſt hæres vniuerſalis, n. 95. Nullo vniuerſali hærede inſtituto, ipſe vniuerſalis eſt ſucceſſor, n. 96.
Inſtrumenti productio, quod, vel tenor eius de verbo ad verbum in actis non relinquitur, nullius eſt momenti, lib 1. 1. 34.
Inſtrumentorum productio duplex, ibid. n. 35.
Inſtrumenta falſa faciens, vel eis vtens, quomodò puniatur, lib. 1. 8. 15.

In

INDEX.

In inſtrumentorum confectione quæ ſunt de neceſſitate adhibenda, remiſſiuè, lib. 1. 12. 19.

Inſtrumentis duobus apparentibus, de quorum prioritate non conſtat, illud præualet, quod habet horam, qua fuit confectum, aut quod fauet poſſeſſori, lib. 1. 16. 16. Fallit, fiſco agente ex cauſa oneroſa contrà poſſidentem titulo lucratiuo, quia poſſeſſio non iuuat, ſed pro fiſco præſumitur, ibidem. Quid ſi habens inſtrumentum, hora expreſſa aduerſus poſſidentem contendat, ibid.

Inſtrumentum eius, qui poſſidet etiam titulo lucratiuo creditur prius factum, quam actoris ex cauſa oneroſa, ibid. n. 19.

Inſtrumentum fiſci anterius non præſumitur, quando agit contrà poſſidentem ex ſimili cauſa, ibidem.

Inſtrumentum edere, contumaciter tenuens, quibus pœnis afficiatur, remiſſiuè, lib. 1. 18. 7.

Vt priuetur iure, quod habet ex inſtrumento, quod edere recuſat, bis interpolatè eſt præmonendus, ibid. n. 8.

Ab inſtrumentorum editione quibus de cauſis poſſit ſe aliquis excuſare, ibid. n. 9.

Inſtrumenta falſa pluries in eadem cauſa ex interuallo producens pro vno delicto coercetur, lib. 2. 10. 100.

Inſtrumentum exequi non poteſt, niſi debitum antea liquidetur, lib. 1. 11. 9.

Ex conditionali agi exequutiuè poteſt, ſi conditionis implementum apud Iudicem probetur, n. 13.

Abſque clauſula guarentigia an de iure Regio paratam exequutionem habeat, n. 21. cum ſeqq.

Inſtrumentum confectum vbi paratam exequutionem habet ex ſtatuto, an ſi præſenteruı, vbi tale ſtatutum non eſt, agi exequutiuè poſſit, & quid e contra? lib. 2. 12. 26. 27.

Inſtrumenti publici fides quomodo tolli poſſit, lib. 2. 13. 112. Duo teſtes ſufficiunt, num. 113. Eſt in arbitrio Iudicis potius duobus teſtibus, quàm inſtrumento credere, n. 114. Si ſit vnus teſtis pro inſtrumento, tres ad reprobationem deſiderantur, n. 116. Quibus teſtibus magis credendum, an comprobantibus, vel impugnantibus inſtrumentum? ibidem. Quos teſtes tam inſtrumentarij, vel non inſtrumentarij deſiderentur, numer. 117. cum alijs.

Inſtrumentum apud Principem confectum per teſtes reprobari non poteſt, n. 118. Quot & quales teſtes de iure Regio ad impugnandum inſtrumentum publicum requirantur, n. 124.

Inſtrumentum non publicum duobus euertitur teſtibus, num. 125.

Inſtrumentum publicum, pro quo Tabellio, qui id confecit, teſtificatur, quomodo de iure Regio poſſit impugnari, num. 126.

Intentionis propriæ fundamentum, etſi in negatiua conſiſtat, tam actor, quàm reus probare cogitur, lib. 2. 6. 10.

Interdicto Eccleſiaſtico communitas affici poteſt, quo & inſontes ligantur, lib. 2. 8. 150. Continentur impuberes habentes vſum rationis, 151. Non, ſi eo careant, ibidem. Quid ſi durante interdicto, ad rationis vſum perueniant, n. 155. Infantes an poſſint in loco Sacro ſepeliri? n. 151.

Interdicta Ciuitate, ciues etiam abſentes comprehenduntur, lib. 2. 8. 152. Fallit in habente duplex domicilium, ibidem.

Interdictum Eccleſiaſticum eſt pœna ſpiritualis, n. 153.

Interdicto innodatur, qui in Ciuitate interdicta domicilium conſtituit, n. 154. Limitatur, ibid.

Ab interdicto generali eximitur ciuis innocens, qui domicilium aliò transfert, n. 156.

Idem eſt, ſi communitas diſſoluatur, n. 157.

An liberetur ab interdicto generali, qui, eo durante, incidit in amentiam, cum eſſet inculpabilis? n. 157.

Familia interdicta, vtrum ad eam veniens ligetur, aut ab ipſa recedens eximatur, n. 158.

Interdicto generali perſonali poſito in vrbe aliqua, num Eccleſiæ interdictæ cenſeantur? lib. 2. cap. 8. num. 159. & 160.

Interdicto perſonali generali irretitus, ſi innocens ſit, poteſt Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi, n. 161.

In loco interdicto non interdictus decedens, poteſt aliò deferri, vt in Eccleſia ſepeliatur, n. 161.

Legitimè interrogatus in cauſis criminalibus per quas pœna corporalis venit imponenda, quando delictum fateri in foro animæ teneatur, lib. 1. 2. 4. cum ſeqq.

Iuridicè interrogatus an centum mutuò à Titio acceperit? ſi ſecretò iam ſoluerit, nec poſſit probare ſolutionem, tuta conſcientia per abſtractionem negat receptionem, ibid. n. 17.

Quod interrogatus reſponderet veroſimiliter diſponens pro expreſſo habetur in diſpoſitione, lib. 1. 19. 5.

Inteſtatus quilibet præſumitur deceſſiſſe, lib. 1. c. .. n. 26.

Inuaſorem occidere, fas eſt pro tuenda vita, cum aliter periculum nequit euitari, lib. 1. 11. 8.

Inuentarij confectionem remittere tutori teſtator poteſt, lib. 1. 14. 35. Sed Iudex, ſi oportuerit, cogere valet, vt fiat, aut per ſe facere, ibid.

Inuentarium ne fiat de bonis pupilli, Iudex præcipere poterit ex iuſta cauſa, n. 37.

Inuentarium qua ſolemnitate, & forma faciendum, n. 38.

Inuentarij confectionem remittere teſtator non valet in præiudicium legitimæ filiorum, aut creditorum, n. 39.

Irregularitas à duplici capite prouenit, & vtrum ſit pœna ſpiritualis? lib. 2. 8. 28.

Irregularitatem non contrahit, qui ſcribens librum, in cauſis criminalibus Iudicem inſtruit, lib. 2. 10. 111.

Iudex vtrum poſſit, ac debeat ſecundum acta contra propriam conſcientiam iudicare? remiſſiuè, lib. 1. c. 1. num. 1. Qui negant, n. 10.

Non licet Iudici ex ſcientia habita ex confeſſione Sacramentali vllo modo in foro exteriori iudicare, ibid.

Iudex tenetur ſecundum allegata, & probata, non obſtante ſua priuata ſcientia, iudicare, ibid. n. 12.

Licet ſpeculatiuè contrarium ſentiat, poteſt præfatam ſententiam practicare, propria opinione depoſita, ibidem num. 13.

Diſtinctionem inter cauſas ciuiles, & criminales quoad iudicandum contrà propriam conſcientiam qui admittunt, ibid. n. 14.

Iudici non creditur in tertij præiudicium etiam circa cauſas, de quibus cognoſcit, ibid. n. 16. & 33.

Fallit in eis, quæ ab eius animo, & arbitrio pendent, ibid. num. 32.

Iudices Supremi Senatus Principis an poſſint iuxta propriam conſcientiam contra acta iudicare? ibidem numer. 17. 18.

Iudex quibus caſibus valeat iuxta propriam conſcientiam iudicare, remiſſiuè, ibid. n. 25.

Iudex debet ita reum abſoluere, vt acta depoſcunt, non expectata propria conſcientia, ibid. n. 26.

A Iudicis arbitrio pendet, quanta fides ſit teſtibus adhibenda, ibid. n. 31.

Iudex, cui permiſſum eſt ſine ſcriptis in cauſa procedere, tenetur teſtes in ſubſtantialibus adhibere, ibid. n. 33.

Qui certò ſcit, eſſe innocentem, quem ex actis deliquiſſe apparet, quid facere teneatur, ibid. n. 37.

Non debet cedere Magiſtratui, ibid num. 38. Sed cauſam ad ſuperiorem eſt remiſſurus, ſi conuicto id profuturum ſperet, n. 39. Poteſtque pronunciare, ſibi de cauſa non liquere, n. 40.

Iudex laicus in cauſis merè Eccleſiaſticis debet Eccleſiaſtici ſententiam exequi, etſi iniuſtam eſſe non notoriè cognoſcat, niſi ſe commodè valeat excuſare, ibidem num. 43.

Iudex non aſtringitur ad exequendam alterius ſententiam, niſi ſibi de eius iuſtificatione conſtiterit ibid. n. 44.

Requiſitus vt ſententiam iuſtam ex actis exequatur in eum, quem priuatim inſontem cognoſcit, annuere debet, niſi ſe commodè valeat excuſare, ibid. n. 45.

Iudex quando dicatur ſecundum iuris ordinem interrogare, lib. 1. c. 2. n. 9.

Debet nota facere reo, quæ ipſum onerant, ibid. n. 10. Fallit in cauſa hæreſis, & alijs, ibid.

Iudex neminem poteſt damnare, vt fame pereat, ibidem, num. 57.

Poteſt, ac debet ſimulatione prudenter vti, ibid. n. 107.

Licitè ſequitur quamlibet opinionem cõmunem, lib. 1. 1. 71.

INDEX.

Quamuis eam minus probabilem putet,n.72.
Iudex cauſæ præparatæ eſt competens ad præparantem, lib.1.4.5.
Iudex loci,vbi res ſita eſt,cognoſcere poteſt,quoties ſuper ea lis vertitur,ibid.n.8.
Qui eſt competens ad cauſam præparantem, & de præparata cognoſcit,ibid.n.46.Intellige quando ad vtramque aliàs eſt competens,ibid.
Iudex Eccleſiaſticus abſoluens à iuramento, num valet de cauſa principali iudicare?ibid.n.47.
Cognoſcit inter laicos ratione iuramenti,ibid.n.48.
Iudex contractus,& de diſtractu cognoſcit,ibid.n.49.
Iudex Eccleſiaſticus procedit aduerſus laicus pro violentia perſonis Eccleſiaſticis, aut earum rebus illata, ibid. num.50.
Iudex ex officio agentem ſine actione debet repellere:alinquio parti ad intereſſe tenebitur, & in ſyndicatu plecti poterit,lib.1.6.7.
Quis ſit Iudex competens, cum agitur ex remedio *l.diffamari, & l.ſi contendat*, lib.1.cap.18.num.16. & 33. cum ſeqq.
Iudices Eccleſiaſtici cenſuris cogere poſſunt Sæculares, vt excommunicatos vitandos à iudicio repellant, cum admitti de iure non poſſunt,ibid.n.26.
Iudex ex officio poteſt excommunicatum vitandum repellere,ibid.n.27.
Iudex in leuibus delictis poteſt, ſi conſtet de inopia rei, pecuniariam pœnam fiſco applicatam condonare,lib.2.1.63.
Poteſt dare cadauer delinquentis Medicis ad anatomiam, num.78.
Eccleſiaſticus cenſuris iure compellit Iudicem laicum, vt patiatur, quòd vltimò ſupplicio afficiendis Sacramenta, quorum capaces ſunt, exhibeantur,n.81.
Iudex in cauſis criminalibus iniquè damnans quomodò puniatur,lib.2.9.6.cum alijs.
Poteſt ex cauſa à pœnis legalibus recedere, num.101. 102. Poſt latam ſententiam prohibetur, inconſulto Principe pœnam immutare,num.105. Limitatur, ibid.Quid poſſint Iudices circa pœnas legales,num.108.cum ſeqq.Eſt exprimenda cauſa,quare à pœna ordinaria Iudex receſſit,n.113.
Iudex ſi condemnet ad pœnam pecuniariam, & ea intra certum diem non ſoluta,ad corporalem,poteſt poſt lapſum termini pecuniam exigere,lib.2.9.135.
Iudices Eccleſiaſtici non prohibentur pro delictis pœnam pecuniariam imponere,n.116.cum ſeqq. Sed id frequentare non debent,n.117.
Iudex quando poſſit pœna delicti punire eum; cui per exceptionem illud obijcitur,remiſſiuè,lib.2.10.28.
Iudex Eccleſiaſticus, vel ſecularis poteſt in cauſis mixti fori plectere abſolutum, aut non ſufficienter ab altero punitum,n.37.cum ſeqq.
Iudex loci, vbi laudum latum eſt de eius reformatione cognoſcit apud nos, & quid ſi vnus ſit Iudex arbitratorum,& alter partium,lib.2.12.10.
Iudex an arbiter,vel arbitrator iure eligi à partibus poſſit? num.20.
Iudex appellationis quoad ordinem iudicij ſtylum,& leges proprij Tribunalis obſeruat,n.30.
Cognoſcens ſuper reductione ad arbitrium boni viri eadem æquitate,qua arbitrator vſurus eſt,n.35.
Iudex laicus non prohibetur extra loca Sacra Miniſtros conſtituere, vt reum capiant, ſi exierit ab Eccleſia, in qua ob delictum recluſus eſt,lib.2.20.208.An poſſit extrahere propria authoritate reum immunitate indignum? n.213.214.Quid ſi dubitetur, an gaudeat?n.215. Nequit punire reum, lite pendente ſuper immunitate, ibidem. Punit delictum in Eccleſia commiſſum,n.216.
Eccleſiaſticus cognoſcit ratione ſacrilegij de crimine in Eccleſia patrato,n.217.
Laicus an poſſit arma intra Eccleſiam auferre?num.221. cum ſeqq.
Vel exigere pœnam ſtatuti à Clericis propter armorum vetitorum delationem, n.225. Quid ſeruetur in Gallia? num.226.
Eccleſiaſticus priuatiuè de immunitate cognoſcit, & quid in Hiſpania?n.237.
Iuramentum de re leui non implere, veniale peccatum eſt, lib.1.c.1.n.9.
Promittens cum iuramento,regredi ad carcerem,etſi mortem iniuſtam timeat, niſi relaxationem impetret, ad reditum tenetur, lib.1.2.43.Limitatur, n. 47. Qui contrà ſentiunt,referuntur,n.48.
Iuramentum obligat, quoties ſeruari abſque diſpendio ſalutis æternæ poteſt, ibidem n.43. & cap. 7. n. 84. eiuſdem lib.
In iuramento promiſſorio Deus quaſi in fideiuſſorem adducitur,lib.1.2.44.
Iuramentum de re illicita peccatum graue eſt, ibid. n. 45. Item ſi deficiat animus implendi,n.46.
Per iuramentum additur forus foro,lib.1.4.28.
Iuramentum vinculum iniquitatis non eſt,lib.1.7.66.
Sequitur naturam actus,cui adhæret,lib.1.14.36.
Iuramentum non confirmat actum vetitum ob publicam vtilitatem,lib.1.1.19.
Iuramento promittens,quod ſcit eſſe impoſſibile, periurus non eſt,n.71.
Iuramentum non firmat actum vetitum ad tertij præiudicium,n.55.Nec qui probibetur ratione materiæ, quæ poteſtati iurantis ſubiecta non eſt,ibid.
Iuramentum ſuppletorium probationis non defertur, cum agitur de probando rei valore ad remedium *l.2.C.de reſc. vend.* lib.2.3.23.
Iuramentum naturam actus,cui adhæret, ſequitur,nec intentionem iurantis egreditur,nec trahitur ad incognita, lib.2.4.5.
Per iuramentum probantur, quæ ab animo cuiuſque pendent,vt ſcientia,& ignorantia,lib.2.c.10.n.13.& 16.
Iuramentum de veritate dicenda reus in criminalibus præſtat, & quando ad ſe purgandum ei defertur, lib. 2. 10.35.
Iuramentum litis deciſiuum quilibet in iudicio poteſt adeerſario deferre,lib.2.c.13.n.7. An poſſit probari contrarium?n.18.19.
Iuramentum præmittere non cogitur, qui à partibus ſponte eligitur,vt aliquod pro ſuo arbitrio declaret,n.26.Secùs ſi vt peritus declaraturus ſit,n.27.28.
Iuramentum non ampliat obligationem,ſed confirmat,lib.1.14.10.Non eſt iniquitatis vinculum, num 46 In litem non datur hæredibus,aut in hæredes,niſi cum defuncto lite conteſtata, n.61. cum ſeqq. In litem an iuretur ob præſumptum dolum?n.64.65.
Iuramentum de non alienandis rebus Eccleſiæ à Prælato præſtitum quomodò intelligatur,lib.2.16.10.
Iuramentum ſic accipi debet, vt minùs obliget iurantem, num.23.
Iuramenti relaxatione non eget, qui dolum ex propoſito in contractu paſſus eſt,lib.2.4.31.
Iuriſdictio Eccleſiaſtica, & ſecularis ſunt ſeparatæ, lib. 2. 20.207.
Iuris Diuini quæ ſunt,hominum dominio,aut diſpoſitioni non ſubijciuntur,lib.1.5.22.
Ius offerendi non eſt in obligatione, ſed in electione poſſeſſoris,qui melioravit,lib.1.8.5. Datur ſucceſſori etiam ſingulari,n.17.
Ius offerendi, quod competit creditoribus inter ſe triginta annis præſcribitur,lib.1.9.11.
Ius redimendi ex pacto retrouendendi quanto tempore præſcribatur, ibid. n. 12.An præſcribi poſſit cum mala fide eius,qui vendere obligatus eſt,n.18.
Ius illud oritur à die perfectæ venditionis,ibid.n.12.
Iuri publico priuatorum pactis non derogatur, ibidem num.44.
Ius redimendi de iure Regio viginti annis extinguitur, ibid.n.45.
Tempore perit, quamuis firmetur pactum retrouendendi iuramento,ibid.num. 49.Fallit, ſi cum iuramento fuerit præſcriptioni renunciatum,n.50.
Quando ius redimendi vltra triginta annos duret, ibidem num.5.
Cedi poteſt,ibidem.

Ius redimendi cenſum non perpetuum nullo tempore etiam immemoriali præſcribitur,ibid.n.52.
Contrà præſcriptionem iuris redimendi an minoribus reſtitutio concedatur,ibid.n.54.
Iuſpatronatus, quod in Eccleſia habetur, triplex, lib.1. 13.9. Quomodò acquiratur,ibid.
Vendi per ſe non poteſt,ibid.num.10. Pœna aduerſus venditores ſtatuta,n.11. Cum vniuerſitate vendita tranſit in emptorem,n.15.
Ius ſepulchri per ſe ſine labe ſimoniæ venditur, ibidem num.11.
Propter iuſpatronatus augendum non eſt pretium vniuerſitatis venditæ,cui adhæret,ibid.n.13.
Iurepatronatus euicto, emptor vniuerſitatis agere non poterit ad repetitionem alicuius partis pretij, ſed vt in totum à contractu recedatur,ibid.n.16.
Non pertinet ad creditorem, qui villam,cui adhæret, in pignus accipit,ibid.n.17.
Non poteſt propria authoritate illud,poſtquam in Eccleſia fuerit conſtitutum,priuatus villæ, vel caſtro annectere,ibid.n.19.
An veniat in venditione bonorum omnium?ibid.n.20.
Non transfertur in emptorem patrimonij,in quo illud eſt, ſi venditor nihil aliud,aut paulò plus in bonis haberet, ibid.n.21.
Ius paſcendi an ſit ſeruitus realis, vel perſonalis? lib. 1. 17.121.
Ius paſcendi in paſcuis publicis quadraginta annorum præſcriptione comparatur,ibid.n.124.
Ius gentium nihil ſtatuere contra naturalem rationem poteſt:ſed aliquando permittit,lib.2. 3. 13. Solet naturale vocari,ibid.
Ius naturale nullum malum permitit,ibidem. Permiſſiuum mutari,ac tolli poteſt,n.15.
Iure dantis extincto,ius accipientis perit, lib.2.15.16.
Ius ob proprium vſum indultum,ceſſibile non eſt.n.74.
Diuinum dupliciter accipitur,lib.5.20.7.
Iuſpatronatus Eccleſiaſticum quoad ſucceſſionem triplex, lib.1.18. 97. Ex vſu ſuccedendi quale ſit,dignoſci ſolet, ibid.
Poteſt primò acquirens,Epiſcopo conſentiente, naturam eius immutare,lib.5.c.18.num.96. Defertur iure hæreditario vniuerſalibus ſucceſſoribus abſque ſexus diſtinctione,num.98.Præſumitur hæreditarium,num. 99. Familiare,omnibus de cognatione extinctis,tranſit ad hæredes extraneos, niſi taxatiua in conſtitutione adijciatur,num. 100. Deſcendens non ſuccedit in iuſpatronatus Eccleſiaſticum,ſi hæres non exiſtat, niſi merè Gentilitium ſit,n. 101. Licet in re certa fuerit inſtitutus, n. 102. Merè Gentilitium eſt, quod pro liberis reſeruatur, num.103.
Iuſpatronatus Eccleſiaſticum an tranſeat in emptorem hæreditatis? lib.2.cap.10.n. 104.cum ſeqq. Quid de fideicommiſſario vniuerſali,num.107.cum alijs.Non pertinet ad melioratum in tertio,& quinto bonorum; nec ad exhæredatum,n.114.Neque ad ementem legitimam à filio,n.115. Poteſt alienari in præiudicium vocatorum; num.116.
In alienatione iuriſpatronatus Eccleſiaſtici quando, & qualis Prælati conſenſus requiratur, n. 117. cum ſeqq.
De gentilitio, vel mixto an poſſeſſor in præiudicium vocatorum diſponere valeat,lib.5.c.18.num. 120. In Gentilitium ſuccedirur in capita,in hæreditarium in ſtirpes, & quid de mixto? num. 151. Quando ſucceſſor maioratus in ius patronatus ſuccedat, vel monaſterium remiſſiuè,ibid.Datur repræſentatio,ibid.
Iuſpatronatus ad quos pertineat, ſi teſtator, pluribus hæredibus inſtitutis,præcipiat vni, vt Eccleſiam ædificet, n.152.cum ſeqq.
A iuſtitia declinans propter miſericordiam,minus peccat, quàm ſi ob ſeueritatem deuiaret,lib.2.9.22.

L

LAici ſunt incapaces iuris percipiendi decimas, lib. 1. 17.50. Eas exigere Clericorum nomine non prohibentur,n.52.
Laicus conducens à Clericis decimas, poteſt pro penſione coram Eccleſiaſtico conueniri,ibid.n.54.
Laicis licet,decimas ſibi ante Concilium Lateranenſe perpetuò in feudum conceſſas,alij Eccleſiæ largiri,Epiſcopo conſentiente,ibid.n.61.Et an poſſit eas alteri alienare? n.62.
Laicus effici capax iuris percipiendi decimas non poteſt, niſi Pontificis authoritate,ibid.n.64.
Laicus an teneatur vltra immemorialem poſſeſſionem percipiendi decimas, probare ex fama, conceſſionem ante Lateranenſe Concilium,ibid.n.68.
Spoliatus iure decimarum eſt ante omnia reſtituendus,niſi ſpolietur ab Eccleſia, ad quam de iure decimæ ſpectabant,ibid.n.70.
Laici etiam immemoriali poſſeſſione nequeunt ius ad decimas quærere,ibid. n. 73. Litigantes ſuper decimis debent iuſtum titulum allegare,n.74.
Laicus contrà laicum ius decimarum poteſt præſcribere, ibid.n.75.
Laicis iudicare de ſpiritualibus non permittitur,ibid.num. 146.Neque incidenter,n.147.
Laicus Iudex de cauſis decimarum in quæſtionibus facti cognoſcit,ibid.n.148. Et ſi de ſola poſſeſſione diſceptetur,n.149. Item ſi decimæ ad laicos pertineant, nam & ſuper proprietate iudicare permiſſum eſt,n.150.
Laicus viens remedio *l.diffamari.C.de ingen manumiſ.* Clericum, vel Epiſcopum coram ſæculari Iudice comparere compellit,lib.1.18.37.
Latrones famoſi qui dicantur,lib.2.9.77.
Latro publicus,vt quis ſit, quæ concurrere debeant, lib.2. 20.142.
Lædens enormiſſimè, contractu reſciſſo, omnes fructus perceptos, & quos percipere potuit, reſtituit, lib. 2. 4. 33.
Lædens etiam infra dimidiam, peccat, & in foro animæ tenetur ad reſtitutionem,nec excuſatur bona fide,quam, cùm contraxit, habuit, num. 56. 57. Limitatur,n.58.
Lædens vltra dimidiam, ſi pretium ſit ſuppleturus, totum exceſſum dare compellitur vſque ad iuſtum rei valorem, num.72.
Læſio intra latitudinem iuſti pretij contingens iure naturali non improbatur,lib.2.3.9.
Vltra dimidiam iure digeſtorum contractus reſciſſionem non operabatur,n.10.16.
Intra dimidiam in foro externo permittitur,num.13.Etiam iure Canonico,n.16.
Ex læſione agebatur iure digeſtorum quoad res in dotem datas,n.16.
Læſione qualibet interueniente, agitur, vbi lege pretium taxatum eſt,ibid. Item in venditione inter coniuges,ibidem.Idem eſt,ſi læſio circa quantitatem,vel qualitatem rei venditæ contingat,n.17.
Ad læſionem valor rei inſpicitur tempore contractus, num.19. Fallit ſi tractum habuerit ſucceſſiuum ibid.
Vt læſio vltra dimidiam probetur, quomodo teſtes circa valorem rei debeant deponere, n.20.52.
Læſio vltra dimidiam contingit etiam propter exceſſum vnius nummi, qui dimidium iuſti valoris excedat, numer.51.
Enormiſſima qualis ſit Iudicis arbitrio committitur,lib.2. 4.30. Dolo ex propoſito comparatur,num.33.Ea interueniente,læſus agere præcisè ad contractus reſciſſionem poteſt,ibid.
Læſio contingens in venditione inter coniuges liberalitati tribuitur,num.53.
Læſus enormiſſimè an venire poſſit aduerſus contractum, quem iurauit non obtenta relaxatione iuramenti, lib. 1. c.4.n.43.& 44.
Læſus vltra dimidiam quandiù poſſit vti remedio *l.2.C.de reſc.vend.*lib.2.cap. 3. n. 89. & 90. Si tempore excludatur; nec per exceptionem opponere de læſione poterit, num.91.
Læſus enormiſſimè ad 30.annos agit contra eum, qui læſit, etiamſi remedium *d.l.2.*ad breuius tempus ſit ſtatuto reſtrictum,n. 92. Debet petere relaxationem iuramenti,

vbi

Vbi illud in contractu interceſſerit, lib. 2. 4. 31. Poteſt venire aduerſus contractum, etſi iurauerit non petere iuramenti abſolutionem, modò vtrinſque relaxationem obtineat, ibid. Non prohibetur agere, etſi ſæpius enormiſſimæ læſioni renunciet, n.32.
Læſus vltra dimidiam agit ad pretij ſupplementum, licèt res culpa eius, qui læſit periciit, lib.2. 4.80.
Læſis an competat remedium aliquod præter datum in *l.2. C.de reſc. vendit?* n.81.
Legatarius hæredis bona obligata non habet, lib.1.9.30.
Actionem incipit habere ab adita hæreditate, ibid.n.32.
Caret legato ſub conditione: Si ipſe matrimonium non contrahat, relicto, ſi contraxerit, eum cauſa pia fuerit ſubſtituta, lib.1. 19.63.
Monaſterium ingreſſus non percipit legatum ſibi ſub conditione non ingrediendi religionem datum, ibid.n.81.
Legatarius, cui vſusfructus rei certæ relinquitur, non tenetur creditoribus hæreditarijs, lib.x. c.2. n. x. Limita ſi agatur rei vendicatione, vel hypothecaria, nu.4. Item pro oneribus realibus ad quæ de iure vſufructuarius aſtringitur, n.8.
Legatarius partis bonorum, vel vſusfructus, non obligatur defuncti creditoribus, n. 22. Secus eſt de legatario bonorum omnium, aut quotæ hæreditatis, n.23.
Legatarius vſusfructus bonorum omnium nequit à creditoribus hæreditarijs conueniri, licèt teſtator iuſſerit, vt ad æris alieni ſolutionem teneatur, n.24.
Legatum quantumcunque priuilegiatum non debetur, niſi toto, ære alieno, deducto, lib.1.7.33.
Legatus de latere eſt Iudex Ordinarius in tota Prouincia, in qua ſuo munere fungitur, lib.1. 4.33.
Legata debentur iure Regio, quamuis hæreditas non adeatur, lib.1. 15.71.
An reuocentur ob filiorum ſuperuenientiam iuxta *l.ſi vnquam. C.de reuocand.donat.* remiſſiuè, lib.1. 19.27.
Legata maiori quantitate puellæ: *Si nupſerit*, & minori: *Si religionem ingrediatur*, ei religioſæ factæ, an maior quantitas debeatur, bid.n.48. cum ſeqq.
Legatum ſub conditione: *Si nupſerit*, conſequitur religionis ingreſſum, ibid. n. 55. Fallit, ſi de contraria voluntate teſtatoris appareat, num.56. Idem iuris eſt, ſi legatarius Sacris Initietur, n.57. Quid ſi fiat Ordinis Tertiarij, n.58.
Legatum generaliter relictum pro virginibus maritandis, non poteſt ingredientibus religioné applicari, ibid.n.59.
Legatum ſub conditione: *Si non nupſerit*, matrimonio contracto, quæritur ei, cui relictum eſt, ibid.n.60. Procedit etſi teſtator diſpoſuerit expreſſim, vt legatario ineunti matrimonium nihil præſtaretur, n.64.
Legatum ſub conditione ingrediendi religionem non debetur, ſi legatarius Ordini militari ſe adſcribat, ibi.n.73.
Tale legatum irreparabiliter amittitur, ſi legatarius poſt diem legati cedentem nuptias contrahat, ibid.n.79.
Legatum partis bonorum mobilium, & immobilium, vel vſusfructus eorum particulare eſt, n.19.
Legatum bonorum mobilium, & immobilium eſt vniuerſale ſi conſtet voluiſſe teſtatorem iura, & actiones comprehendere, n.21.
Legato vſusfructus bonorum omnium, quæ contineantur, remiſſiuè, n.28.
Legata annua ab vſufructuario bonorum omnium debentur, n.29.& 41.
Legatum vſusfructus bonorum omnium particulare eſt, nec legatarius creditoribus tenetur, nu.30. Valet nullo hærede inſtituto, niſi poſt mortem legatarij, n.3x.
Legata, quæ annua non ſunt ab hærede non ab vſufructuario bonorum omnium præſtantur, n.42.
Inter legatum, & hypothecam differentia quoad venalium comprehenſionem, lib.2. 5.21.
Legato bonorum an contineantur venalia, n.x5. Legatis rebus, quæ domi ſunt, venalia debentur, ſi alia non reperiantur, n.x7.
Quid ſi adijciatur verbum, quomodocunque, num. 29.
Legatum continet venalia propter legatarij qualitatem, num.33.
Legatum ad redimendos captiuos non poteſt ab exequutoribus teſtamenti ad liberandos carceratos applicari, lib.x. 16. 99.
Legatorum domus, qui Supremos Principes repræſentant, gaudent priuilegio, ne rei inuiti ab illis extrahantur, lib.x. 20.239.
Legiſlatoris menti potius, quam verbis ſtandum eſt, lib.1. 3. 89.
Legitima filiorum quanta ſit, lib. 1. 19. 03. Quanta aſcendentium, n.109. Quanta fratrum, & quando eis debeatur, n.110.
Legitima quomodo computetur, vt pater eam pro delicto filij ſoluat, lib.2. 8.89.
Legitima non debetur fiſco occupanti, viuo patre, bona filij propter crimen, num.104. 106. Secus poſt mortem patris, etiam hæreditate non diuiſa, n.105. Idem erit, ſi legitimam pater iam tradidiſſet filio, n.107.
Eſt quoad commodum portio hæreditatis, lib.2.18.91.
In legitimationis impetratione neceſſariò facienda eſt mentio legitimorum filiorum, quos pater impetrans habet, lib.1. 20. 98. Item ſi habet ſpem proximam illos procreandi, n.99.
Legitimatio, non facta mentione prolis legitimæ, eſt nulla, etſi nihil interſit legitimorum, quod illegitimus legitimetur, ibid.n.100. Idem erit, ſi legitimatio cum clauſula: Motu proprio, vel de plenitudine poteſtatis concedatur, n.101.
Præfata legitimatio etiam de iure Regio non tenet, ibid. num.103.
Numerum filiorum exprimere, neceſsè non eſt, niſi ob multitudinem Princeps gratiam non eſſet conceſſurus, ibid.n.104.
Legitimatus per ſubſequens matrimonium an reuocet donationem à patre factam, ex *l.ſi vnquam*, lib.1. 19. 19. cum ſeqq.
Legitimatus per reſcriptum Principis non reuocat, ibid. num.x2.
Legitimati ex Principis reſcripto cum naturalibus, & legitimis filijs de iure Regio non ſuccedunt, lib.1.20.102.
L. *ſi ita ſtipulatus* 120.*ff.de verbor. obligat.* intelligitur, lib.1. 2. 33.
L. *inter pares, ff. de re iudicat.* ibid.n.40.
L. *diem proferre, §. ſi plures, ff. de recept. arbit.* ibid.n.41.
L. *ſignis in iamam. C.vnde vi.* ibid.n.113.
L. *vulgaris, ff. de furt.* lib.1. 3.88.
L. *Patri pro filio, ff. de minorib.* lib.1.6.45.
L. *quamuis. ff. de pignorib.* lib.1. 7.51.
L. *licet, C. qui potior*, n.52.
L. 11. *tit.* 4. *p.*1. lib.1. 10.7.
L.25. *tit.*18. p.x. lib.1. 11.3x.
L. 2. *ff.de liber. & poſthum.* lib.1. 13.x5.
L. *ſi ſeruitus, ff. de ſeruitut. vrban. prædior.* ibid. num. 32. 34.42.
L. 1. *C.de donat. q. ſub mod.* lib.1. 14.13.
L.1. *ff. qui ſine manum. ad libert. perueniet.* ibid.n.x6.
L. *ſi eum fundum, ff. de pact.* ibid.n.28.
L. *ſi ego, §. ſi res. ff. de iur.dot.* ibid.n.59.67.
L. *Iulianus. §. ſi fructibus, ff. de actionib.empti*, lib.1. 15. 20.
L. *fin ff.de iur. fiſc.* ibid.n.x6.29.
L. *non puto, ff.eod.tit.* lib.16.9.
L.1. *C.eod.tit.lib.*10. ibid. n. 17. cum ſeqq.
L. *ſi is qui, ff.eod.* ibid.n.24.
L. *diffamari, C.de ingen.manumiſ. & l.ſi contendas, ff. de fideiuſſorib.* lib.1. c.18. per totum.
L.1. *tit.*4. *lib.*4. *Recopilat.* in vſu non eſt apud Tribunalia Suprema, lib.1. c.1. n.29.
L. *qui bona, & l.bona fidei, ff.de acquirend.rer.dominio*, conciliantur cum *l.qui ſcit. §.fin. ff. de vſur.* lib.1. :.29.
L. *cum poſtulaſſem, §.fin ff.de damn.infect.* cum l. *Paulus, §. domus, ff de pignorib.* lib.1.8.10.
L. *Titia. ff. de condit. & demonſtr.* hodiè in viduis locum non habet, lib.1.19.49.
Lex pœnalis in conſcientia non obligat, lib.1.2.86.
Nec quæ fundatur in præſumptione, ſi veritas ſit in contrarium, ibid.n.103.
Lex correctoria iuris antiqui vltra caſum in ea expreſſum extendenda non eſt, lib.1.14.8.

Lex

Lex Moſaica quando ſpirauit, & quando mortifera facta eſt, lib.1.17.14.
Lex Euangelica quo tempore fuit ſufficienter promulgata quoad Orbem vniuerſum, ibid.n.15.
Quæ præcepta vltra naturalia contineat, ibid.n.33.
Facientes contra legem iuxta receptum vſum, etſi conſuetudo nondum ſit præſcripta, non peccant, ibid. n.130.
Legis ratione ceſſante, eius quoque ceſſat diſpoſitio, lib.1. 20.79.
Leges ad ea, quæ rarò accidunt, non adaptantur, ibid. numer.81.
Lex ſi non diſtinguat, nec nos diſtinguere poſſumus, maximè in cauſæ fauorabilis præiudicium, lib.2.1.27. Legis auxilio indignus eſt qui in legem committit, numer.29.
Leges Tauri non ad correctionem, ſed ad declarationem iuris communis emanarunt, lib.2.2.17.
Lex correctoria eſt reſtringenda, lib.2.3.74. Eſt correctio vitanda, ibid.
Legis virtus eſt punire, ac inuitos coërcere, lib.2.8.88.
Lex humana non valet contra ius naturale aliquid conſtituere, lib.2.8.136.
Leges etiam Diuinæ eis, quibus imponuntur, adaptantur, lib.2.9.3.
Lex vſu non recepta non obligat, lib.2.16.55.
An obliget abſque ſubditorum acceptatione, n.56. Quando cenſeatur vſu non recepta, n.57.58. In dubio vſu recepta præſumitur, n.59.
Lex vſu recepta tollitur conſuetudine contraria, lib.2.16. 60. Quanto tempore hæc conſuetudo inducatur, numer.61.
Leges principum ſecularium circa bona Eccleſiæ ſpecialiter diſponentes vim non obtinent, licèt Eccleſiæ ſint fauorabiles, lib.2.17.67.
L.*Quoties*, *C.de rei vendicat.* locum habet, Eccleſia, vel Eccleſiaſticis vendentibus, lib.2.19.37. Limitatur, n.38. Ea lex non obtinet, ſi ſecundus emptor priorem contractum ſciens contrahat, n.39. De alijs limitationibus, vſque ad num.49. Vtrum illa conſtitutio procedat in locatione, n.51.cum ſeqq. Procedit licèt prior contractus firmetur iuramento, & pacto de non alienando, n.51.56. Etſi ematur à non domino, n.60. Quid ſi duo à duobus, non dominis eandem rem comparent, ibid.
Lex irrogans pœnam ſanguinis poteſt à Principe Eccleſiaſtico condi, lib.2.20.11.
L.2.*ff.de cadauerib. punit.* intellectum, qui tradant, lib.2. 1.84.
L.21.*Taur.* exponitur, lib.2.2.12.
De *l.ſi alij*, *ff.de vſufruct. leg.* qui agunt, lib.2.2.40.
L.*hereditatum*, *ff.ad leg.falcid.* computatio an in alijs caſibus admittatur, lib.2.2.46.
L.*in cauſa* 17.§.*idem Pomponius*, *ff.de minoribus*, intelligitur, lib.2.3.9.cum ſeqq.
L.1.*C.ſi mai.fact.alien.ſin.decret.rat.hab.* exponitur, lib.2.c.3. n.78 & 79.
L.*pediculus*, 54.§.*Item cum quæreretur*, *ff. de aur. & arg. legat.* declaratur, lib.2.5.25.
L.22.*tit.*1.p.7. qui explicant, lib.2.10.32.
L.*generali* §. *idem quæſiſt.ff. de vſufruct. legat.* interpretatur, lib.2.5.31.
L.*nam quod liquida* §.*vlt ff. de pecul. legat.* intelligitur, numer.36.37.
L.*emancipati* 9.*C.de collat.* quomodò legenda, lib.2.6.28.
L.*ſi conſtante ff ſol.matrim.* intelligitur, n.55.
L.*nihil intereſt*, *ff.ad leg.Iul.de adulter.* enucleatur, lib.2.c.7. n.5.& 6.
L.*ſi inter*, *ff.de reb. dub.* n.18.19.
L.*quod de pariter*, n.20.cum alijs.
L.*inter ſocerum ff.de pact.dotalibus*, n.51.
Ad *l.ex facto* 17.§.*Si quis autem ff.ad Trebelian.* ratio traditur, n.46.
L.*Theopompus ff. de dot.praleg.* declaratur, lib.2.13.42.
L.*ſi quis rationes ff.de liber.leg.* lib.2.c.14.n.54.cum alijs.
L.*Aurelius*.§.*Titio*, *el* 2.*eod.tit.* n.27.cum ſeqq.
L.*ſi vnus*, §. *illud nulla ff.de pact.* n.47.
L.*ſi mercedem*, §.*vlt.ff.de act.empt.* lib.2.15.36.
Leges ex cauſa pœnas innocentibus inferentes ſtrictiſſimè debent accipi, lib.2. 8. 46. Sunt rigore plenæ, numer.81.
Lex duodec. Tabul. pœnam talionis irrogans declaratur, lib.2.9.4.
Liberatio adminiſtratoribus, vel inter viuos, vel teſtamento conceditur, lib.2.14.1. Generalis non comprehendit, quæ penes adminiſtratorem extant, n.2. Inter viuos non extenditur ad ea, quæ poſſunt vindicari, n.8. Etſi accedat iuramentum, n.9. Verbis ampliſſimis facta, quæ vindicari poſſunt, remittuntur, n.11. Idem eſt, ſi liberatus ſolùm actione reali tenebatur, n.12.
Liberatione teſtamento relicta, debitor agere, & excipere contra hæredem poteſt, lib.2.14.20.
Liberatio, à reddendis rationibus quid importet? lib.2.c. 21.n.32.33.
Liberatus teſtamento ab actione tutelæ, vel alia ſimili, reliqua reddere cogitur, lib.2.14.15. Limitatur, n.23.
Pro libertate in dubiis reſpondendum eſt, lib.2.c.16.n.31.
Libertas omnibus rebus fauorabilior, ibid.
Libertas hominis ſub ipſius libera diſpoſitione non eſt, lib.2.c.56.
Liberto ſoluente pecuniariam pœnam pro patrono, in legitimam imputatur, quod ſolutum eſt, lib.2.8.118.
Ad liquidationem eſt omnino pars citanda, etſi agendum ſit exequutiuè, lib. .11.7.
Lites exterminari, legum Conditores maximè ſtudent, lib.1.2.31.
Eas extingui, publicè intereſt, ibid.n.32.& c.10.n.19.eiuſd. libri.
Ita ab aliquibus exectantur, vt malint, propria amittere, quàm litigare, ibid.n.104.
Litigans ſuper ſua nobilitate, quamuis in poſſeſſione ſit, durante lite, cogitur plebeiorum tributum ſoluere, lib.2. c.16.n.60.& 68.
Poteſt ſuſpendere petitorium ab aduerſario propoſitum, & ad poſſeſſorium tranſire, ibid.n.61.
Ei incumbit onus probandi ſuam nobilitatem, etſi in poſſeſſione ſit, ibid.n.61.
An dum de lite agitur, poſſit eligi ad officia nobilium? ibid.n.70.
Poteſt ſuſpendere petitorium, quod ipſe intentauit, & ad poſſeſſorium conuolare, ibid.n.71.
In locatione fructuum beneficij Eccleſiaſtici an locus ſit remedio *l.2.C.de reſcind.vendit.* lib.1.5.66.
In locatione, in qua, quod locatur, pendet à vitibus fortunæ, vtrum vti poſſit remedio *d.l.2.* ibid.n.67.
Locationi anteceſſoris hæres vtrinque ſtare compellitur, lib.2.15.2. Ampliatur, n.4 5. Limitatur, num.8. Quoties hæres ex vna parte reſilire a contractu nequit, neque ex altera poteſt, ſed limitatur, n.2. Tenetur approbare hæres locatoris penſiones anticipatè ſolutas ſeo anteceſſori, n.7.
Locationem expleto ſucceſſor ſingularis non eſt aſtrictus, lib.2.15.14. Nec ſucceſſor maioratus, n.15. Nec dominus proprietatis quoad vſufructuarium, num.17. Quid de ſuccedente ei, qui locauerat vſumfructum rei ſuæ? n.18. Quid de fideicommiſſario? n.19. Quid de domino directo? n.20.
Locationi ſtare quando ſucceſſor ſingularis debeat, lib.2. 15.22.cum ſeqq. Quid ſi contractus firmetur iuramento? n.32.cum alijs. Quid ſi hypotheca cum pacto de non alienando interuenerit? n.36.cum ſeqq.
A locatione per maritum facta an mulier matrimonio ſoluto, poſſit recedere? lib 2. cap.15.num.81.87.&.88. cum alijs.
Locationem à tutore factam minor implere debet, numer.90.91.
Quid de Prælato, beneficiario, & ſimilibus vtrum locationi anteceſſorum ſtare cogantur? num.98. cum ſeqq. Quid de anticipatè ſolutis? n.102. Hæres beneficiarij an ad ſoluendum conductori teneatur, ſi ſucceſſor eum eijciat? n.105.
Locatio de rebus Eccleſiæ ritè facta obligat ſucceſſorem, num.110. Et quid ſi damnoſa fuerit Eccleſiæ? num.112.

Locatiu

Locatio ad longum tempus de bonis Eccleſiæ abſque iure ſolemnitatibus eſt irrita, lib. 2. c. 16. 9.
Per illam dominium vtile in conductorem transfertur, nu. 10. 13. & 15. Limitatur, n. 16. Quod tempus longum dicatur, n. 11. 12.
Locare ad longum tempus non poteſt, qui alienare eſt prohibitus, lib. 2. 16. 14.
Locatio non ordinatur ad translationem dominij, ſicut venditio, n. 16.
Locatio bonorum Eccleſiæ ad vitam non tenet abſque iuris ſolemnitatibus, lib. 2. 16. 27. Quid ſi fiat ad vitam ſenis? n. 30. 31. Non tenet ad voluntatem alicuius, n. 28. Nec ad tempus incertum, n. 29.
Locatio vltra triennium hodie ſine iuris ſolemnitatibus eſt nulla, lib. 2. c. 16. 33. Licet accedat iuramentum, nu. 34. Triennium poterit ab Epiſcopo coarctari? ſed non extendi, num. 35. Quid ſi dicatur, quòd de triennio in triennium noua locatio cenſeatur, num. 36. Quid ſi vno contextu plures triennales locationes celebrentur? n. 38. Vel ſi plures locationes inter eaſdem perſonas diuerſo tempore contrahantur ſucceſſiuè, prima durante, n. 39. Quid de pacto de locando poſt triennium? n. 40.
Locatio rei Eccleſiaſticæ vltra triennium omiſſis ſolemnitatibus an intra illud ſuſtineatur, n. 41. cum ſeqq.
Locatio bonorum Eccleſiæ valet vſque ad triplicem fructuum collectionem, etſi triennium tranſgrediatur, n. 52.
De locatione bonorum Eccleſiæ. Quid Sacr. Concil. Trident. fuerit ſtatutum, n. 65.
Locatoris ſucceſſor ſingularis eijcere conductorem hypotecarium non poteſt, lib. 2. c. 15. n. 42. & 43. Requiritur publicum inſtrumentum, num. 44. Procedit etſi omittatur hypotheca per obliuionem, cum de ſtylo adijci ſolet, num. 45.
Locator quibus de cauſis expellere inquilinum ante finitam locationem poteſt, n. 60. Eijcitur ſi domo proprijs vſibus locator indigeat, nu. 61. Quando cenſeatur proprijs vſibus indigere, n. 62. Neceſſitas debet eſſe de nouo ſuperueniens, n. 63. Vrgens, vera non affectata, nu. 64. Quid ſi locator ſua culpa in neceſſitatem habitationis venerit? n. 68. Non expellit, qui ædem conductam locat alteri, n. 69. Sed dominus ſecundum conductorem expellere valet, ibid. Non eijcitur conducens ad longus tempus, n. 70.
Locator non tenetur ad intereſſe conductori à ſucceſſore eiecto re inuoluntariè in alium tranſlata ante finitam locationem, ſi rei conditio nota fuerit ei, cum conduxit, n. 84.

M

Macedoniano Senatuſconſulto renunciari non poteſt, lib. 1. 9. 39. Nec renunciatio firmatur iuramento, n. 40.
Maioratus ſemel irreuocabilis iuxta *l. 44. Tauri* reuocari nequit, quamuis primò vocatus conſentiat, lib. 1. 14. 45.
Maioratus futurus ſucceſſor poteſt vti remedio *l. diffamari, C. de ingen. manumiſ.* lib. 1. 18. 44.
Maioratum fundare ex tertio bonorum pater prohibetur, vnico exiſtente filio, niſi Regia facultas interueniat, lib. 1. 19. 34.
Maioratum conſtituere non poteſt pater vocans primo loco nepotem, cum habeat facultatem ad illum in perſona filij conſtituendum, niſi ipſe conſentiat, ibid. n. 38.
Parens impetrans facultatem ad fundationem maioratus in vno ex filijs, quot nominauit, nequibit illum in perſona nepotis etiam ex filio nominato conſtituere, ibid. num. 39.
Habens facultatem Regiam ad vnum maioratum conſtituendum, non valebit duo eiuſdem licentiæ virtute fundare: Sed ſi eam impetret ad plurium conſtitutionem, vnum duntaxat facere non prohibetur, lib. 1. 19. 39.
Maioratus ſucceſſor ad debita anteceſſoris non tenetur, niſi ad funeris impenſas, lib. 2. c. 1. n. 77.
In maioratu non ſucceditur vltimo poſſeſſori, ſed fundatori, lib. 2. c. 15. n. 16.
Maioratus ſucceſſor non tenetur ſtare locationi, ibid.
Maioratum ex facultate Regia inſtitutum nequit fundator virtute eiuſdem in alium transferre, licèt huic poſſeſſionem tradat, quam prior non accepit, lib. 2. 19. 4. Per primam fundationem facultas expirat, ibid.
Ex malitia alterius patienti non tenemur cum magno incommodo noſtro ſubuenire, lib. 1. 1. 58.
Mala tolerantur, vt maiora vitentur abſurda, lib. 1. 1. 54.
Mala permittere fas eſt, vt maiora vitentur, lib. 1. 4. 55.
Mandans, & exequens delictum pari pœna tenentur, lib. 2. 9. 59. Limitatur, ibid. Mandans videtur delictum perpetrare, ibidem.
Mandanti potius, quàm mandatario delictum imputatur, d. num. 59.
Mandans, & mandatarius an ordinaria pœna delicti teneantur, effectu non ſequuto? lib. 2. 20. 94.
Mandans, auxilium, aut conſilium præſtans ad delictum, non eadem pœna, ac exequens punitur, ſi perſonarum diuerſa ſit conditio, lib. 2. c. 9. n. 59. & 60.
Mandatum ſpeciale quibus caſibus deſideretur, remiſſiuè, lib. 2. 6. 2.
Mandatum ad certam litem non expirat, antequam ſententia exequutioni mandetur, ibid. n. 12.
In mandato ſpeciali ad poſtulandam in integrum reſtitutionem, expreſſio cauſæ, in qua petenda eſt, non deſideratur, ibid. n. 13.
Mandatum ſpeciale quod dicatur, ibid. n. 14.
Mandatum ſingulare requiritur ad matrimonium contrahendum, ibid. n. 15.
In mandato ſpeciali ad iurandum de calumnia, litis mentionem fieri, opus non eſt, ibid. n. 16. Fallit in accuſatione, n. 17.
Mandatum generale ad agendum, excipiendum, & ſupplicandum, ſufficit, vt in integrum reſtitutio peti poſſit, ibid. n. 20.
Mandatum ad cauſam illud ſpeciale exigentem, & ad cætera omnia, quę ipſum poſtulant, ſimiles cauſas expreſſas comprehendit, non grauiores, ibid. n. 21.
Vtrum ex exceptione vnius cauſæ poſcentis ſpeciale mandatum videantur commiſſæ aliæ ſimiles ſub mandato generali? ibid. n. 22. cum ſeqq.
Mandatum cum libera æquiualet ſpeciali, in illis, quæ domino magni præiudicij non ſunt, ibid. n. 29.
Sufficit ad impetrandam in integrum reſtitutionem principaliter, ibid. n. 30.
Sub mandato cum libera non veniunt, quæ illud ſingulare deſiderant, vt matrimonium, ibid.
Cum libera, vbi aliquæ cauſæ ſunt expreſſæ, reſtringitur ad ſimiles expreſſis, ibid. n. 32.
Mandatum cum clauſula ratihabitionis omnium, quæ procurator fecerit, non prodeſt ad ea, quæ ſpeciale mandatum deſiderant, ibid. n. 34.
Speciale deſideratur ad impetrandas in Curia Romana literas iuſtitiæ, exceptis perſonis coniunctis, ibid. n. 43. Sed in praxi aliter obſeruatur, nam generale ſufficit etiam extraneis, n. 44.
Mandatum etiam tacita voluntate contrahitur, ibid. n. 45.
Mandatum ſpeciale opus eſt ad ſubſtituendum procuratorem ante litis conteſtationem, ibid. n. 56.
Cum mandato generali poteſt quis defendere eum, contrà quem in integrum reſtitutio poſtulatur, ibid. n. 60.
Mandatum ad omnes lites, non extenditur ad futuras, lib. 1. 13. 42.
Re integra, mortuo eo, qui mandauit, mandatum extinguitur, lib. 1. 14. 65.
Mandatum ad pias cauſas, adhuc re integra, hæres mandantis reuocare non permittitur, ibid. n. 66.
Mandatum ad locanda Eccleſiæ bona intra tempus permiſſum, triennio non finitur, lib. 2. 16. 53.
Manus inutilis, vel debilior abſcindi debet vbi talis pœna irrogatur, lib. 2. 9. 65. Amplia etſi reus aliud vellet, ibid. Quibus ex delictis ea pœna iure ſit impoſita, remiſſiuè, ibid. Vtrum amputari debeat ei, qui vnicam manum habet? n. 66.
De Marabatinorum, ſiue quadrantium valore, remiſſiuè, lib. 1. 11. 23.
Maritus coniugem à vinculis eximens, ſe ipſum videtur liberare, lib. 2. 2. 96.

Habet tacitam hypothecam pro dote ſibi promiſſa tam in bonis vxoris, quam alterius cuiuſque, qui eam promiſerit, lib. 1.7.17. Sed priuilegio prælationis non gaudet, n. 18. Procedit, quamuis promiſſor proteſtetur, nolle ſua bona obligari, niſi maritos conſentiat, n. 19.

Maritus, qui in confeſſione dotis receptæ renunciauit exceptioni dotis non traditæ, an poſſit eam obijcere? & quid ſi iuramentum acceſſit, ibid. n. 91. cum ſeqq.

Maritus, eiuſue ſucceſſor poſt elapſa tempora ad opponendam exceptionem doris non numeratæ, admittitur ad probandum, eam non accepiſſe, ibid. n. 94.

Maritus opponere non prohibetur de dote non tradita, etſi iuret, dotem reſtituturum, quam faſſus eſt accepiſſe, ibid. n. 99. Contrà ſi iurauerit, dotem ſibi numeratam fuiſſe, n. 100.

Maritum cornutum appellans an admittatur ad probandum adulterium vxoris, vt à pœna palinudiæ liberetur? lib. 1.11.15.

Maritus, cum ſeruiebat vxori pro debita pecunia torquem ferreum in Hiſpania non portabat, lib. 2.1.39.

Agere non poteſt ad dotem promiſſam, niſi nuptias probauerit celebratas, lib. 2.11.14.

Vtrum locationi vxoris ſtare teneatur de rebus dotalibus? lib. 2.15.95. cum alijs.

Maſculinum quando fœmininum comprehendat, lib. 2. c. 18. n. 13. & 14.

Maſculus, & fœmina ſi eodem partu eduntur, ille prior natus præſumitur, lib. 2.7.3.

Si maſculus, & fœmina eodem conflictu pereant, quis prior deceſſiſſe credatur? n. 7. & 56.

Mater vel quia tutrix liberorum an pro debito ex adminiſtratione poſſit carcerari? lib. 2. c. 1. n. 16.

Matrimonia frequentari, publicè intereſt, lib. 1.19.61.

Matrimonij fauor maximus, ſed libertatis fauorabilior cauſa, ibid. n. 63.

De matrimonio carnali ad ſpirituale non eſt arguendum, data rationis diuerſitate, ibid. n. 86.

In matrimonio prior contrahens præfertur poſteriori, quanquam corporis traditio huic fiat, & non illi, lib. 2. 19.21.

Verbum maximè, quibus modis accipiatur, lib. 2.7.18.

Melioratus in tertio, & quinto an poſſit à creditoribus hæreditarijs conueniri? lib. 2.2.14. cum ſeqq.

Melioramenta quoad effectum manent bonæ fidei poſſeſſoris, à quo facta ſunt, lib. 1.8.9.

Non cedunt hypothecæ, qua res meliorata aſtricta eſt, ibid. n. 11.

Melioramenta mala fide faciens in eo, quod ſcit alienum donare videtur, quod expendit, ibid. n. 23.

Iuxta quod tempus, & quomodò ſunt melioramenta taxanda, remiſſiuè, ibid. n. 16. 29.

Melioratio, aut grauamen locum non habet ſi vnicus ſit deſcendens, lib. 1.19.34. Sed qui filium, ac nepotem ex eo habet, poterit meliorare, grauaréque filium, ibid.

Melioratio facta cum plures liberi exiſtebant, euaneſcit, ſi tempore mortis eius, qui meliorauit vnus duntaxat ſuperuiuat, ibid. n. 35.

Parens permittitur meliorationem facere nepoti, etſi vnicus exiſtat filius, qui eum genuit, ibid. n. 36. Idem erit ſi, & nepos vnicus ſit, n. 37.

Melius eſt minuri pœna crimen coërcere, quàm modum vindicationis tranſgredi, lib. 2.9.22.

De membris proprijs, aut vita diſponere nemo poteſt, lib. 2.8.123.

Membrum ſi lege abſcindi iubeatur, de manu intelligitur, lib. 1.9.65.

Mens, non verba diſponentis in primis inſpicienda eſt, lib. 1.20.82.

Mens proferentis potiùs eſt attendenda quam verba, l. 2. c. 4. num. 34.

Mentiri non licet in vitæ defenſionem, lib. 1.2.2.

Nec pro iniuſta morte vitanda, ibid. n. 4.

Mentiri in iudicio quale peccatum ſit, ibid. n. 3.

Mentiri nunquam licitum eſſe poteſt, quia intrinſecè malum, ibid. n. 7.

Mentiens in iudicio nulla afficitur pœna, niſi in caſu, quo lex in mentientem ſtatuit, ibid. n. 14.

Mentiris, reſpondere licet, falſum, vel occultum delictum exprobranti, lib. 1.11.7.

Mentiri indecens, ac infame eſt, ibid. n. 12.

Non eſt idem mendacium dicere, ac mentiri, ibid.

Fateri, ſe fuiſſe mentitum, valde ignominioſum olim in Hiſpania fuit, ibid. n. 17.

Mentiens in dolo eſſe præſumitur, lib. 1.20.57.

Mercator, quando poſſit merces, quas ad creditum vendidit, iterum emere minori pretio, lib. 2.3.64.

Mercatores magis cupiunt præſenti pecunia vendere, quàm ad creditum, etſi carius hoc modo vendant, lib. 2. 3.50.

Merces peſtis tempore minus valent, lib. 2.3.38.

Merces vitrunæ vileſcunt, n. 39.

Merces an appellatione bonorum omnium in legatis & contractibus contineantur, lib. 2.5.2. cum alijs. An veniant in obligatione generali, n. 6. cum ſeqq. Quid cum quis obligat bona, quæ in certo loco habet? n. 10. cum alijs.

Merces quomodo hypothecæ ſubiectæ ſint, n. 14. Earum obligatio extenditur ad futuras, n. 15. Emptæ ab hærede non incidunt in obligationem propter ſubrogationem, n. 17. Limitatur, ibid.

Merces in domum illatæ tacitè obligantur, lib. 2. c. 5. n. 22. & 23. Non cedunt legato omnium rerum, quæ in certo loco ſunt, n. 24.

Meretrices ad malus malum vitandum permittuntur, lib. 2. 3.13.

Metu tormentorum licet fateri crimen, quod quis non patrauit, lib. 1.2.50.

Metu coactus iurans contractum, an poſſit contrauenire, non adepta relaxatione? lib. 1.4.45.

Metus pœnæ corporalis etiam in conſtantiſſimus cadit, lib. 2. c. 8. n. 123.

Quod meum eſt, ampliùs meum fieri non poteſt, lib. 1.3.37.

Vtrum miles poſſit belli ſe exponere periculo, in quo periturum certò cognoſcit? remiſſiuè, lib. 1.2.69.

Qui milites hodie gaudeant priuilegijs armatæ militiæ conceſſis in iure, lib. 2.1.17. Non carcerantur, nec vltra quàm facere poſſunt pro debito ciuili conueniuntur, ibid.

Milites, qui apud nos, *Hombres de armas*, dicuntur, illis potiuntur priuilegijs, n. 18.

Ad bellum parati non minus, quàm actu militantes militaria obtinent priuilegia, ibid.

Miles nequit ſuis priuilegijs renunciare, n. 19.

Ne milites egeant, publicè intereſt, ibid.

Militia apud Romanos multiplex, n. 17.

Militiæ armatæ plura priuilegia conceſſa ſunt, ibid.

De re militari, ac militum priuilegijs, remiſſiuè, n. 21.

Mileſiæ virgines cauſa incognita ſibi manus inferebant, & quomodo ab ea inſania ceſſauere, n. 90.

De minimis curatur in eis, quæ à iure communi proueniunt, non ſi ſpecialiter concedantur, lib. 1.3.73.

Pro re minima ſurrepta competit actio in factum, non furti, ibid.

De minimis non curat Prætor, ibid. n. 74.

Pro minimis actionem furti dari, durum eſt, ibid. n. 76.

Miniſtri improbitas valori Sacramentorum non officit, lib. 1.10.28.

Minori in integrum reſtituto res cum fructibus reddenda eſt, lib. 1.3.4.

Minor læſus non reſtituitur, ſi prudenter negotium geſſit, nec læſio propter ætatis imbecillitatem, aut dolum aduerſarij contigit, ibid. n. 63.

Minor læſus in pretij quantitate num poſſit rem alienatam præciſè auocare? ibid. n. 69. 70.

Vtrum reſtituatur in renunciatione beneficij Eccleſiaſtici, lib. 1.5.2.

In cauſis beneficialibus pro maiore habetur, ibid. n. 3.

An reſtituatur ad beneficium, cui renunciauit, poſtquam alij collatum eſt, ibid. n. 4. & 12.

Non reſtituitur aduerſus matrimonium, vel profeſſionem, ibid. n. 5. Nec aduerſus votum, vel opus pium, n. 7. Nec aduerſus Deum, patriam, aut parentes, n. 8.

Reſtituitur in cauſis circa validitatem profeſſionis; vel matrimonij, ibid. n. 9.

INDEX.

Reſtituitur etiam in cauſis, in quibus pro maiore habetur, ibidem.

Etiam reſtituitur ad lucrum omiſſum. ibid. n.10. Non tamen cum tertij detrimento, n.37.

Minoribus ſemper auxilium reſtitutionis competit, niſi iure ſit ſpecialiter denegatum, ibid.n.15.

Minor in ſubſidium reſtituitur contra tertium poſſeſſorem, ibid.n.47. Quando aduerſus illum directò reſtituatur, n.48. cum ſeqq.

Reſtituitur ob intereſſe affectionis, ibid.n.49.

Reſtituitur aduerſus dotis conſtitutionem, ibid.n.51.

Et aduerſus lapſum quinquennij Concilio Tridentino præſcripti ad reclamandum contra profeſſionem, ibid. num.53.

Minor quando reſtituatur ad beneficium, cui nondum quæſito renunciauit, ibid.n.55. cum ſeqq. Non reſtituitur cum detrimento poſſeſſoris, n.56.

Minoribus plurimùm ſuccurrunt iura, lib.2.3.77.

Minor læſus in pretio rem præcisè auocare non valet, etſi reſtituatur, n.78.

Minor læſus poteſt vti remedio *l.2.C. de reſc. vendit.* intra 30. annos, etſi ſtatuto tempus ſit reſtrictum, ſi in contractu ſolemnitates iuris requiſitæ defecerint, n.94.

Minoris prædium locari ad longum tempus ſine decreto non poteſt, lib.2.10.14.

Minoris bona immobilia, aut mobilia pretioſa abſque decreto obligari prohibentur, lib.2.16.68. Quid de iure Regio? n.69. Quid de tacita hypotheca? n.70.

Mohatra quomodo celebretur, & de eius iniquitate, remiſſiuè, lib.2.3.63. Et an liceat aliquando vilius emere, quod mercator ad creditum vendidit carius, n.64.

Monachus proprietarius contra votum paupertatis Eccleſiaſtica ſepultura priuatur, lib.2.1.86.

Monaſterium Monachi bona occupans aſcendentibus legitimam debet, lib.1.19.43.

Non frangit teſtamentum religioſi, quamuis in eo ſe præteritum inueniat, ibid.n.44.

Monaſterium, quod quis ingreditur, non cenſetur loco filij eſſe, niſi in caſibus iure expreſſis, ibid.n.45.

Habetur loco filij ad excluſionem ſubſtituti in caſu *cap. in præſentia de probat.* ibid.n.46.

Non excludit ſubſtitutum, ſi id teſtator expreſsè prohibuerit, ibid.n.47. Idem eſt, ſi ex coniecturis appareat noluiſſe, num.82.

Monaſterium an excludat ſubſtitutum, vbi defunctus dixit: Si ſine liberis veris, & ex ſuo corpore natis deceſſerit? ibid.n.84.85.

Incapax ſucceſſionis nunquam ſubſtitutum excludit, ibid. num.86.

Vbi Monaſterium capax ſucceſſionis inſtitutus ingreditur, nec ſubſtitutus excluditur, à quo tempore bona ad ſubſtitutum pertineant, ibid. n.87. Quid ſi fiat Religioſus Societatis Ieſu, n.88.

Monaſterium non excludit filium teſtatoris ſubſtitutum, ibid.n.42. Nec cauſam piam, n.46. Nec quando inſtitutus in fraudem ſubſtituti religionem ingreditur, ibid. Nec ſi bona relinquantur titulo marotatus, n.82.

Monaſterij an gaudeant Eccleſiaſtica immunitate, l.2.c.20. num.197.

Monialis arte diabolica ſupra tectum Monaſterij eleuata verum clauſuram violet, lib.2.c.20.n.210.

Poſt moram, qui tenetur ex pacto retrouendere, omnes fructus eſt reſtituturus, lib.1.15.36.

Mori prius oportet, quam malo conſentire, lib.1.2.8.

Mors omnium terribilium vltimum, ibid.n.54.

Mortem alicuius allegans ad eius probationem cogitur, lib.2.c.7.n.30.

Motus proprios P.j V. circa cenſuum conſtitutionem multis in locis receptus non eſt, lib.1.9.53.

Mulier pro dote habet tacitam hypothecam in bonis mariti, lib.1.7.2 Et in bonis ſoceri, n.6. Atque fideiuſſoris mariti, n.7.

Idem eſt in matrimonio putatiuo, mulieris bona fide contracto, ibid.n.3. Sed non datur actio de dote, ſed condictio ſine cauſa cum hypotheca, n.4.

Mulier renunciare non poteſt hypothecæ dotali, ibid.n.11.

Quid ſi iuramento firmetur renunciatio, n.12.

Hæretica non habet hypothecam pro dote, ibid.n.13. Quid de mulieri Iudæa, n.14.

Mulieri eſt hypotheca ſine priuilegio prælationis pro bonis paraphernalibus, ibid. n.20. Ceſſat tacita, ſi expreſſa interuenerit, n.21. Quid pro ſponſalitia largitate, arris, & lucris matrimonialibus, ibid.

Pro augmento dotis competit tacita hypotheca cum prælatione, ibid.n.25 Limitatur, n.26.

Competit etiam hypotheca pro alimentis ex dote mulieri præſtandis, conſtante matrimonio, quæ incipit à die dotis conſtitutæ, ibid.n.28. Item pro debitis, ſoluto matrimonio, intra annum, dum dos non reſtituitur, n.29.

Mulier præfertur anterioribus viri creditoribus cum tacita hypotheca, niſi pariter fuerint priuilegiati, ibid.n.34. Idem eſt, ſi mulier expreſſam habuerit, nam tacitam habentibus potior eſt, ibid.

Non amittit ius prælationis, quamuis habeat hypothecam expreſſam, & ceſſet tacita, ibid.n.35.

Prælationis priuilegium non tranſit ad ſucceſſores, niſi in liberos procreatos ex eo matrimonio, ad quod dos data eſt, ibid.n.36. Limitatur, in ceſſionario mulieris, quando dote non exacta, regreſſus aduerſus ipſā datur, ibid.n.37.

Mulier non præponitur anterioribus creditoribus cum hypotheca expreſſa, ibid.n.38. Etiam in bonis poſt dotalem obligationem, n.39.

Præfertur omnibus creditoribus in rebus, quas dedit in dotem etiam æſtimatas, ſi extent, ibid.nu.40. Licet dos putatiua ſit, n.41.

Mulieris hypotheca tacita potior eſt expreſſa poſteriore, ibid.n.42.

Mulier cum expreſſa non ſuperat priorem creditorem ſimili munitum, ibid.n.44 Limitatur, n.45.

Concurrens mulier cum mutuante ad refectionem rei, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, ibid.n.59.

Quando mulier poſſit à marito, vel hærede eius conſequi dotem in fraudem creditorum ab illo confeſſatam, ibid. num.90.

An præferatur mulier viri creditoribus cum expreſſa hypotheca, qui poſt dotem promiſſam, ante eius traditionem contraxerunt? ibid.n.112.

Habet tacitam hypothecam pro dote confeſſata, donationis, & fraudis præſumptione ſecluſa, ibid.n.122.

Præfertur omnibus chirographarijs creditoribus, ibidem num.123.

Mulier quoties ex viri bonis dotem recuperare non valet ad res, quas dedit regrediatur, in quibus omnibus anteponitur, ibid. n.126. Eas aufert à tertio poſſeſſore, etſi alienationi conſenſerit, n.127. Fallit, ſi pretium earum offeratur, ibid.

Aduerſus mulierem, dum in matrimonio eſt præſcriptio in rebus dotalibus non procedit, lib.1.8.48. Nec in donatis propter nuptias, num.49. Pro his agere conſtante matrimonio prohibetur, n.50. Fallit, ſi petere in iudicio poſſit, n.51.

Mulier non eget viri licentia ad agendum pro dote marito vergente ad inopiam, ibid.

An præſcriptio noceat mulieri in bonis paraphernalibus, ibid n.52. cum ſeqq.

Mulierem nuptam vocans meretricem, num admittatur ad probandum adulterium, vt à pœna palinodiæ eximatur? lib.1.11.63.

Muliere agente contra fiſcum, in dubio dotale inſtrumentum prius præſumitur, lib.1.16.46.

Mulieres maritorum nobilitate decorantur, lib.2.1.23.

Mulier, matrimonio ſoluto, an ſtare locationi compellatur? lib.2.15.81. cum ſeqq. Nequit conductorem eijcere ſi matrimonio durante, ad dotem agat, n.82. Non imputantur mulieri ſoluto matrimonio, penſiones marito anticipatè ſolutæ, n.85.

Multa fieri prohibentur, quæ facta tenent, lib. .13.72.

Mutuans ad certam rem emendam cum ſpeciali eius hypotheca præfertur anterioribus creditoribus etiam expreſſam obtinentibus, lib.1.7.46.

An procedat aduerſus dotem? ibid.n.47. Præfertur doti poſteriori, n.48.

Mutuanti

Mutuanti ad emptionem rei competit tacita hypotheca in illa,ibid.n.49.50.Limitatur,ſi vſuras recipiat, n.54.
Mutuans cum vſuris non gaudet priuilegio *l.licèt,C.qui potior,*ibid.n.55.
Mutus vel aliàs loqui non valens per ſcripturam, aut ſigna ritè confiteтur Sacramentaliter,lib.2.13.49.Tenetur confiteri eo modo,quo poteſt,n.53.An per interpretem? num.54.

N

NAtura quoad amorem parentum nullam differentiam inter filios legitimos, & illegitimos conſtituit, lib.1.19.31.
Naturalis filius paterna nobilitate decoratur, lib.5. c.1. n.23. Quis naturalis filius dicatur,ibid.
In pari neceſſitate potius eſt ſubueniendum proprijs, quàm extraneis,lib.2.16.85.
Negatiua plus operatur ad negandum, quàm affirmatiua ad affirmandum,lib.5.13.36.
Eſt malignantis naturæ, & quicquid poſt ſe inuenit, deſtruit,ibid
Negatiua ſimplex,etſi impoſſibilis ſit probationis, verificanda eſt ab eo,qui in illa ſe fundat,lib.5.c.6.n.50.51.
Negatiuam naturali ſtatui rei conformem non tenetur probare,qui ſe fundat in illa,n.37.
Negatiua ſimplex nullo loco,aut tempore coarctata probari nequit,& teſtibus ſuper ea deponentibus fides non adhibetur,n.56.
Probari poteſt per inſpectionem inſtrumentorum,aut confeſſionem aduerſarij,n.57.
Negatiua coarctata,quæ ſit,& quomodo probetur,n.64.
Nemo in ſuo officio delinquere præſumitur,lib.1.6.19.
Nemo plus iuris in alium transferre poteſt,quam ipſe habet,lib.1.14.63.
Nemo præſumitur ex infecta radice natus,lib.1.1.64.
Nemo iniquitatem alterius portare debet,lib.2..29.
Nemo eſt locupletandus cum alterius iactura; lib.2. c.2. num.8.
Nemo creditur in articulo mortis immemor ſalutis æternę, lib.2,13.70.
Nepotes reorum læſæ Maieſtatis an incurrant pœnas *l. quiſquis,C.ad l.Iul.Maieſt.*lib.2.8.48.49.
Nepotes non veniunt filiorum appellatione,lib.2.18.19.
Nobilis palinodiam canere non compellitur, lib.1.11.58. Amplıatur,etſi officium vile exerceat,& alium nobilem iniuria proſequatur, ibid. Quomodò probanda ad eum effectum nobilitas,n.59.
Nobilis nemo præſumitur,lib.1.16.63.
Inter Nobilem, & hidalgum apud Hiſpanos differentia, lib.2. 1.55. Non carcerantur pro debito,niſi ex delicto, vel quaſi deſcendat,n.24. Quid de nobili ex priuilegio? n.27.Limitatur,n.28.Quid ſi fideiubeat pro criminoſo? num.29.
Nobilis non habet priuilegium, ne conueniatur, vltra quàm poteſt facere, n.30. Quæ bona ei reſeruentur in exequutione,n.31.
Nobilis leuiùs corporaliter eſt puniendus, quàm ignobilis,ſecus ſpiritualiter,vel pecuniariter, lib.2. 9.36. cum ſeqq.Limitatur,n.39.40.
Nobiles pluris honorem, & pecuniam minoris habent, quàm cæteri,n.38.
Torqueri non poſſunt, n.41. Etſi priuilegio renuncient, n.49. Pœnis ignominioſis non afficiuntur,n.51. Rei læſæ Maieſtatis torquentur,& furca ſuſpenduntur,n.52.53. In Hiſpania decapitantur,n.54. Ob turpiter admiſſa ignominioſè plectuntur,n.57.
Nobili pœna pecuniaria ob inopiam in corporalem non commutatur,n.63.
Nobilitas quomodò probetur de iure Regio, tam in petitorio, quam poſſeſſorio,lib.1.16.61.Quomodò per æſtimationem communem, & famam, n.65. Nobilitatem tribuit diuturna communis hominum æſtimatio,ibid.
Nobilitas acquiritur per poſſeſſionem temporis immemorialis,& ita per famam probari debet,ibid.n.66.
Vbi ſunt actus diſtinctiui,nobilitas, niſi per eos, probari nequit, ibid. Et ex vſu eorum nobilitas probatur, ſi per viginti annos litigans,pater,& auus fuerint in poſſeſſione,n.67.
Nobilitas quomodò probanda ad gaudendum eius priuilegijs,lib.2.c.1.n.54.& c.9.n.46. Ad hanc probationem admittitur, qui de ſua nobilitate principaliter litigat, n.54.Sententia,qua aliquis nobilis declaratur, vt à tortura,vel carcere liberetur,non præiudicat cauſæ principali nobilitatis,n.24.
Nobilitatis priuilegia an renuntiatione tolli poſſint? n.25. 56. An amittantur per exercitium officij vilis? l.2.9.46.
Nobilitas non amittitur ob proditionem patris, niſi quæ ab eo deſcendit, lib.2.8.42.
Nobilitas alicui,eiuſque liberis conceſſa ad iam natos non pertinet,n.76.
Nomen debitoris quando minoris emi poſſit, quàm debetur,l.2.c.5.n.34.
Nominatim aliquid quomodò fieri dicatur,lib.1.13.40.
Notarius, vt perſona publica poteſt meliorem conditionem abſentium facere,deteriorem non vtique,li.1.14.46.
Notario aſſerenti teſtem iuratum depoſuiſſe, an credatur? lib.2.c.13.n.20.21.Pro Notario præſumitur,n.22. Aſſerenti certioraſſe mulierem de beneficio Velleiani an credatur?n.23.24.Fides adhibetur,ſi dicat ex commiſſione Iudicis teſtes recepiſſe,n.104.
Notorium quid dicatur,lib.2.6.58.Aliud iuris, aliud facti, aliud præſumptum, n.59. Permanens præſumptionem iuris,& de iure elidit, non tranſiens, n.62. Permanens rem iudicatam euertit, ibid.In notorijs permanentibus iuris ordo non ſeruatur,ſecus in tranſeuntibus,ibid.
Notorium dicitur, quod ex actis per legitimas probationes apparet,lib.2.6.63.
Nonale quid ſit,lib.2.c.27.n.135.
Nullitas fauore alicuius inducta eius conſenſu tolli poteſt, l.2.3.79.Fallit ſi actui reſiſtat,l.2.4.66.Allegari nullitas nequit contra eũ,pro quo fuit cõſtituta,l.2.18.64.
Nullum quod eſt,nullum effectum valet producere, lib.2. 10.73.
Nuncius Apoſtolicus,qui in Hiſpania reſidet iuramentum ad effectum agendi abſque citatione relaxat,lib.1.4.34.

O

AD oblationes tenentur fideles, ſi aliundè Parocho congrua non exhibeatur,lib.1.17.38.
Oblationes à quibus recipere non licet,ibid.n.39.
Quæ res ad Altare offerri poſſunt,vel non,ibid.
Ius ad oblationes quæritur Eccleſiæ, ſi per decennium exhiberi conſueuerint,ibid.n.42.
Oblationes ex vſu debitæ etſi non fiant,miniſterium ſpirituale ſubtrahendum non eſt,ibid.n.43.
Oblationes vtrum ſint neceſſariò præſtandæ, ſi Parocho ſit aliundè, ex quo ſe alere poſſit? ibid.n.44.
Regulariter ſunt voluntariæ, ibid. Quando ex neceſſitate debeantur,ibid.
Oblationes ad laicos iure proprio nequeunt pertinere, ibid.n.45.
Res oblatæ non conſecratæ poſſunt in laicorum vſus per donationem,vel alium contractum alienari, ibid.n.36.
Obligatio ad reſtituendum non oritur ex praua intentione, ſed ex actu iniuſto externo,lib.1.1 .61.
Obligatio parit actionem,& hæc ſine illa eſſe non poteſt, lib.1.14.39.
Obreptio quomodò committatur, & vtrum à ſubreptione differat? lib.1.10.13.
An verſetur circa cauſam finalem,vel impulſiuam? Iudicis arbitrio relinquitur,ibid.n.55.
In obſcuris,quod minimum eſt,ſequimur,lib.2.5.36.& c.7. n.51.eiuſd.lib.
Obſides inter priuatos an dari poſſint? lib.2 c.1.n.10.& 11.
Occidens ad ſui defenſionem, ſi hoc probare nequeat tuta conſcientia negat per abſtractionem homicidium, quamuis legitimè interrogetur,lib.1.5.18.
Occidere licet inuaſorem pro bonis tuendis, lib.2.9.24.
Occidens in rixa ad defenſionem honoris mitiùs plectitur,n.25.26.
Occidere ad tuendum honorem non eſt peccatum, nu.27.

Occidere nocentes publica authoritate permiſſum eſt, lib.2.9.94. Quod de fide eſt, ibid.
Occidens ad ſui defenſionem quando ad damnum reſarciendum teneatur, lib.2.10.71.
Occidens aduerſarium in duello, ad quod ſe inuicem prouocarunt, ad pecuniariam ſatisfactionem obligatur, nu. 72. cum ſeqq.
Occidens ex interuallo quem vulnerauerat, & de vulnere, & de homicidio tenetur, n.86.
Odia debent reſtringi, lib.2.8.46.
Olimpiadum initium, & computatio, lib.1.12. 3. Singulæ quot conſtabant annis. Vndè dictæ. Quo tempore eſſe in vſu deſierunt, ibid.
Oneroſa hæreditaria ſequuntur hæredem, lib.2.c.2.n.3.
Operarum æſtimatio quomodo facienda, vt vulnerato damnum pecunia reſarciatur, lib. 2. cap. 10. num. 52. & 56.
Oratoria an gaudeant immunitatis priuilegio? lib. 2. 20. 139. Vbi quid de tribunis.
Ordinarij Iudices Eccleſiaſtici in Hiſpania ex conſuetudine, citationem fieri, præcipiunt, vt abſolutionem iuramenti ad effectum agendi concedant, lib.1.4.34.
Ordines minores an Sacramentum ſint, lib. 1.cap.10. num. 32.& 33.
Ordini Epiſcopali annexa à non Epiſcopo præſcribi nullo tempore poſſunt, ibid, n.63.
Ordo in coniunctis non attenditur, lib.1.14.5.
Ordo iudiciarius ſeruari debet eius loci, in quo agitur, non illius, in quo contractum eſt, ſed quoad cauſæ deciſionem leges loci contractus ſunt inſpiciendæ, lib. 2. 11.26.
Officium an ſit tale, vt ab eo filius hæretici excludatur, quis decernet, ſi dubitetur? lib.2.8. 37. Quid in reo læſæ Maieſtatis humanæ? n.41.

P

PActum retrouendendi ad tempus, nullo certo expreſſo, vltra decennium non prodeſt, lib.1.9.44.
Pacta emptori oneroſa pretium minuunt, ibid.n.54.
Pactum retrouendendi quantùm diminuat pretium, ibid. num.55.
Pactum: vt niſi intra certum tempus cenſus redimatur, maneat in poſterum irredimibilis, vbi Bulla Pij V. viget, contractum facit irritum, ibid.n.58. Vbi recepta non eſt, pacto reiecto, contractus ſuſtinetur, n.59.
Pactum, vt non liceat intra certum tempus cenſum redimere, contractum vitiat, ibid, n.60.
Præmiſſa pacta ſaltim in foro interiori, ex ſe licita ſunt, ſi cum pretio compenſentur, ibid.n.61.
Pactum de ſtando locationi anteceſſoris, intelligitur pro iuſta mercede, lib.1.15.28.
Pacta emptori oneroſa pretium minuunt, lib.2.3.36.
Dubia contra venditorem interpretantur, lib.2.15.38.
Pactum de non alienando cum hypotheca ſpeciali impedit dominij tranſlationem, n.56. vbi quid de generali.
Pactum vt ſtetur quoad intereſſe creditoris declarationi an valeat? lib.2. 13. 8. Hoc pactum intelligitur, iuramento præmiſſo, n.25.
Palinodiæ canendæ pœna incurritur, ſi verba iniurioſa æquiualentia expreſſis lege proferantur, lib. 1.11.15.
Eam pœnam patitur, qui ſponſam de præſenti alterius dixerit meretricem, ibid.n.16.
An teneatur, qui alium Iudæum, vel Maurum appellauerit? ibid.n.17.
Palinodiam canere adagium vndè originem traxerit, ibid. num. 18.
Palinodiam canere, palàm fateri debet, ſe fuiſſe mentitum, ibid.n.25.
Vtrum obijciens verum ea pœna afficiatur? ibid.n.26.
Quid ſi in abſentem verba iniurioſa tractentur? ibidem num.34.
Parochus an poſſit Sacramenta non ſoluentibus decimas, vel oblationes denegare, lib.1.c.17.n.43.& 49.
Quas decimas ſoluere tenetur Parochus? lib.1.17.86.
Parochus poteſt facere, vt deſcribantur fructus pendentes, ex quibus ſibi decimæ ſunt ſoluendæ, ibid.n.103.
Parricidij pœna ſtatuta *l. Pompeia de parricid.* in vſu non eſt, lib.2.c.10.n.113.
Parum pro nihilo reputatur, lib.1.17.133.
Paſcua conducta à fratre *de la Meſta* in Hiſpania, etiam poſt finitam locationem auferri ab eo nequeunt, licet alius plus offerat, lib.1.17.126.
Pater, & filius vna, eademque perſona cenſetur, lib.1.2. 93. Magis in filio quam in ſe ipſo patitur, n.94.
Pater, & filius ſi pro eodem crimine ſint torquendi ad eruendam veritatem, incipiendum eſt à filio, ibid.n.95.
Paterni amoris egregium exemplum, ibid.n.96.
Pater liberans filium, ſe ipſum videtur liberare, ibid.n.98.
Pater abſque mandato poteſt facere nomine filij, quæ illud ſpeciale deposcunt, lib.1.6.36.
Habet in bonis aduentitijs filij, qui ſub eius eſt poteſtate, liberam adminiſtrationem, lib.1.8.30.
Non cogitur ſatiſdare, inuentarium facere, aut rationes reddere, niſi doloſè verſetur, ibidem.
Poteſt alienare aduentitia etiam immobilia ex cauſa ſine decreto, quanquam minor ſit filius, ibid n.34. Iuſta cauſa cenſetur, ſe ipſum egentem alere, ibidem. Emptori incumbit, probare iuſtam cauſam alienandi, n.35.
Præmiſſa non procedunt in patre, qui filium in poteſtate non habet, aut qui caret vſufructu aduentitiorum, ibidem.
Pater adminiſtrator bonorum filij, in quibus vſumfructum habet, non tenetur de damno, quod ſua negligentia contigit, ibid.n.37. Nec curatur, ſi quid modicum dilapidet, ibid.
Non amittit vſumfructum, quo in aduentitijs potitur, etſi rem ex illis alienet, ibid.n.41.
Vſufructu omninò priuatur de iure Regio, ſi filius, nuptijs contractis, patriæ poteſtatis nexu liberetur, ibid. n. 47. Idem eſt, etiam de iure communi, ſi per dignitatem filius ſui iuris efficiatur, ibidem.
Pater habens filium vnicum, & ex eo nepotem, non prohibetur, illum grauare, & maioratum ex tertio bonorum propria authoritate conſtituere, lib.1.19.34.
Patris voluntas non minus erga illegitimos, quam legitimos filios eſt propitia, ibid.n.36.
Pater impetrans legitimationem filij, debet exprimere, ſibi legitimos eſſe, ſi eos habeat, imò etiam ſpem proximam prolis legitimæ ſuſcipiendæ, lib. 1.20.98. cum ſeqq.
Pater quando poterat iure communi filiam nuptam in rebus venereis deprehenſam occidere, lib.2.7.6.
Patre cum filijs ſimul pereunte, quis priùs extinctus præſumatur, lib.2.c.7. n. 23. & 47. Fauore matris ille priùs obijſſe creditur, n.48.
Excuſatur à ſoluenda pœna pro filio ex ſtatuto, ſi nepotem ex eo habeat, exceptо crimine Maieſtatis, lib.2.8.84.
Excuſatur itidem ſi filius ſit ſoluendo, n. 85. Non tenetur pro nepotibus reis, ibid.
An excuſetur filium exhæredando? n.86. Quid ſi filius legitimè renunciet? n.98.
Pater non tenetur, ſi filius damnetur ob contumaciam, ibid.
An citari debeat in iudicio contra filium? ibid.
Pater de iure communi non obligatur ad ſoluendam legitimam pro filio delinquente, n.90. Limitatur, n.91.
Patris bonis pro crimine fiſco addictis, non veniunt profectitia bona, & quid de vſufructu aduentitiorum, & peculio caſtrenſi, remiſſiuè, n.94.
Patre ſoluente pœnam pecuniariam pro filio an ſolutum in legitimam computetur? n.110. cum ſeqq.
Pater magis in filijs, quàm in ſe ipſo patitur, n.112.
Soluente pecuniam: ne filius damnetur, ea in legitimam imputatur, n.117.
Non imputatur, quod ſoluit pater pro delicto filij, quod eo conſentiente patratum eſt, n.119. Imputatur quod pater vt fideiuſſor filij expendit, n.120.
Pater, cui filius actionem tutelæ remiſit, bona extantia cogitur reſtituere, lib.2.14.22.
Poteſt compelli ex cauſa ad conficiendum inuentarium de bonis aduentitijs filij ſui, n.35.
Vtrum poſſit præiudicare liberis quoad emphyteuſim familiarem? lib.2.18.26. cum ſeqq. Quid quoad mixtam, n.33.

Cur

Cur non poſſit feudum pro liberis ſceeptum vni prælegare,num.35.
Pater delinquendo præiudicat liberis in feudo,vel emphyteuſi pro illis accepta.n.37.
Patrimonium ſuum iactare nullus præſumitur,lib.1.3.24.
Patrimonia Clericorum res Eccleſiaſticæ cenſentur,lib.1.4.15.
Patrimonium vniuerſitatem iuris continet,lib.1.13.7.
Patrimonij iactura grauis pœna eſt,lib.2.9.24.
Patronus vt alimenta à liberto conſequatur, paupertatem probare debet,lib.2.6.14.
Patroni fauore ſi libertus cum filio pubere naufragio, vel alio conflictu pereat, filius patri ſuperuixiſſe non præſumitur,lib.2.7.53. Secus eſt quoad hæredem patroni, num.54.
Pauper nullus iure præſumitur,lib.2.6.11.
Pauper qui fuit an talis præſumatur, & è contra remiſſiuè n.12.Quis pauper ſit iudicantis arbitrio æſtimatur,n.42.
Pauper alias perſona honeſta à ferendo teſtimonio in iudicio non reijcitur, & quanta fides ei adhibenda ſit,numer.46.
Pauperes facilè ad periurium corrumpi ſolent ibid. Magis vitioſus, quàm diues præſumitur,ibidem:Minus illi creditur,quàm iſti,n.47.
Pauperi an ſubueniendum ſit,qui propria culpa in eam calamitatem incidit?lib.2.16.87. cum ſeqq. Quod ab allegante probandum eſt,n.93.
Paupertas non excuſat moram debitoris,l.1.c.9.n.51.
Paupertatem allegans eam probare debet,lib.2.c.6.n.9.13. Fallit,ſi ſit notoria,n.17.
Paupertatis præſumptio generalis eſt leuiſſima tantùm coniectura, num.19. Paupertas qualitas eſt naturalis, ibidem.
Paupertas ſecundum qualitatem perſonarum conſideratur, num.43.
Paupertas vbi à lege eſt definita, ceſſat iudicis arbitrium, n.45. Quid ſit paupertas, num.43.Paupertate laborans teſtis omni exceptione maior non eſt, nu.47.Eam multa mala comitantur,ibid. Eiuſdem laudes, & priuilegia, remiſſiuè,ibidem.Quomodo probanda,n.48.cum ſeqq. Eſt difficilis probationis,num.53.De paupertate deponentes debent, & de propria credulitate dicere, numer.54.
Pacem violans furto,pro primo mortis pœna tenetur, lib.2.9.74.
Peccata non remittuntur cupientibus proprias iniurias vindicare,lib.2.c.10.n.41.& 42.
Peccatum reſeruatum committens ſpe abſolutionis ex Iubileo,an eius virtute poſſit abſolui, lib.2.10.177.
Peculium filijfam. an veniat in confiſcatione bonorum eius,lib.2.8.92, cum ſeqq. Aduentitium, in quo pater vſumfructum non habet,ſpectat ad fiſcum,num.100.Secus eſt de profectitio, num.103. Statuto caueri poteſt, vt quodcunque peculium ob filij delictum publicetur, num.109.
Pecunia aurea vel argentea non debetur auro vel argento legato,l.1.13.47.
Pecunia vt ſtatim expendatur parata, debetur legatario bonorum omnium, & inter venalia computatur,lib.2.5.3.
Pecunia legata,quæ debeatur,n.5.
Venit ſub generali bonorum obligatione,num.9. Fallit in pecunia ipſa,pro qua obligatio conſtituitur,ibid.
An obligatis bonis,quæ certo in loco ſunt, pecunia ibi exiſtens maneat obligata,n.11.
Pecunia redacta ex mercibus obligatis an incidat in obligationem, num.16. Succedit loco rei in vniuerſalibus, ibid.
Pecunia ad vitam quàm vtilis, & neceſſaria, lib.2.9.24.
Pecunia præſens pluris æſtimatur, quàm poſt tempus ſoluenda,lib.2.3.49.
Pœnalis lex in conſcientia non obligat,lib.1.2.18.
Vbi de pœnis agitur,mitior pars eligenda eſt,lib.1.3.80.
Pœnæ reſtringi debent,non ampliari,ibid.n.81.
Pœna conuentionalis in fauorem Eccleſiæ, vel fiſci inter contrahentes adiecta, verum, poſtquam commiſſa eſt, poſſit per ipſum,cuius cauſa appoſita fuit,remitti,nulla interueniente Eccleſiæ, vel fiſci acceptatione? lib.1.14.73.
Ad pœnam corporalem poteſt ſe quis inſons obligare lege,vel moribus permittentibus,lib.2.1.54.& c.8. n.131.132.contra n.134.
De pœnis eorum, qui ſibi manus inferunt, remiſſiuè, num.89.
Pœna triplex,lib.1.8.1.Medicinalis nullam culpam ſupponit,ibid.Pœna definitur,n.5.Pœna, & culpa ſunt correlatiuæ,n.7.Abſque hac illa eſſe non poteſt,n.8. Corporalem pro alieno delicto imponere innocenti lex humana non poteſt,n.21.Pœna culpam præcedere non valet,n.22.
Pœnæ ſtatutæ in liberos delinquentium plurimùm homines à criminibus retrahunt,n.23. Spirituales nunquam Deus pro alienis peccatis irrogat, n.26.Nec lex humana id facere permittitur,n.27. Pœnam cogitationis nemo patitur,n.69.
Pœnam pecuniariam ex cauſa poteſt lex humana,vel conſuetudo pro alieno crimine inſonti imponere, n.81.Idem eſt de pœna infamiæ,n.82.
Pœna ſoluta poſt mortem patris ex cumulo bonorum pro filio ei in legitimam imputatur,n.116.
Ad pœnam corporalem,vel ſpiritualem nemo ſe poteſt inſons obligare,n.121.
Pœnæ ſuos tenent Authores,n.124.Pecuniariam vnus pro alio ſoluere poteſt,non corporalem,ibid.
Pœna eſt cõmenſuranda delicto,lib.2.9.1.Pœnæ acerbitas bene,ac cautè viuendi diſciplina eſt,num.19. Corporali qualibet pecuniaria eſt leuior,num.20.Debitam delicto in indiuiſibili ſolus Deus agnoſcit,n.22.Pœnæ pro circunſtantijs variantur, ibid. In pœnis quod mitius eſt amplecti debet,ibidem.Grauiora delicta acerbiores pœnas depoſcunt,n.23.Ex pœnæ acerbitate delicti grauitas dignoſcitur,ibid.
Pœna minuitur, cum poſt multum temporis infligitur,n.28.cum ſeqq.Limitatur,n.31.34. Pœna mitior quando conſtitutis indignitate irroganda,num.36. cum alijs. In pœnis imponendis perſonarum qualitas attenditur, n.38.in correlatiuis an habeatur ratio qualitatis perſonarum,n.57.58.
Pœnam corporalem eligere nemo permittitur, cum poſſit pecunia ſatisfacere,n.62.Pœna corporalis non ſubrogatur pecuniariæ quoad nobiles,n.63.Corporalis nobilibus longè grauior eſt pecuniaria,n.64.
Pœna remittitur,vel commutatur ob excellentiam peritiæ delinquentis, numer.68. cum ſequentibus. Limitatur, num.71.
Pœnæ in fures ſtabilitæ, num.95. cum ſeqq.Pœna dupli, vel quadrupli receſſit ab aula in Hiſpania,n.98.
Pœnæ omnes ex cauſa ſunt iudicibus arbitrariæ,num.102. An ſubrogata in locum ordinariæ poſſit eſſe corporalis? num.114.
Pœna pecuniaria pro iniuria impoſita eſt fiſco applicanda, vbi criminaliter agitur,lib.2.10.79.
Pœna,quæ non multiplicatur ob reiterationem criminis eiuſdem augetur,n.97.Pœna pecuniaria parti applicanda num ſit multiplicanda,vel augenda?n.98.
Vbi pœna mortis ignis irrogatur, viuus de iure reus comburi debet,ſed aliter apud Chriſtianos de conſuetudine obſeruatur,n.114.
Pœnæ non ſunt interpretatione iuuandæ,lib.2.16.12.
Pœnæ ſtatutæ aduerſus alienantes bona Eccleſiæ non contrahuntur,niſi traditione ſequuta,n.77.Nec ſufficit ficta traditio,ibid.Quid circa hypothecam?n.78.
Pœnæ *capit.1. de homicid.in 6.* Ligant Imperatorem,Cardinales, & cæteros in dignitate conſtitutos, lib.2.10.107.
Pœnæ contra violantes Eccleſiæ immunitatem, remiſſiuè, num.236.
Pœnitentia non impedit præteritorum ſcelerum accuſationem,lib.2.10.45.
Penſio fundi locati,ſi vendatur fundus,fructibus pendentibus pro rata emptoris inter venditorem, & emptorem

diuiditur, lib.1. 15.21. Quomodò diuidenda, num.28.
Penſio domus, vel fundi locati, ſi domus, vel fundus vendatur cedit locatori, qui vendidit, quamuis eam in totum, vel pro parte teneatur emptori reſtituere, ibid.n.22.
Penſio Eccleſiaſtica pro rata temporis pertinet ad hæredes penſionarij, & ad eum, cui illa vacat, ibid.n.60.
Penſio Eccleſiaſtica non debetur deficientibus protſus fructibus beneficij, ibid. n.61. Idem eſt, ſi ſolùm percipiantur neceſſarij ad congruam beneficiarij ſuſtentationem, n.62.
Non minuitur pro rata propter ſterilitatem, ibid.n.63.
Debetur ex fructibus, quamuis beneficiarius illis ſua culpa priuetur, ibid.n.67.
Penſio vnica pro locatione plurium annorum conuenta, cenſetur pro rata in ſingulos annos diſtributa, lib.1. 16. 51.
Percutiens eodem impetu pluries eundem hominem, vnius delicti reus eſt, lib.2. 10.87.
Peritus vt ſecundum propriam artem deponat, præmittere debet iuramentum, lib.1. 13. 28. Quomodo iurent, n.29.30. An admittatur probatio in contrarium, n.31.
Peritis à Iudice electis, vt aliquid declarent, partes citari debent, lib.1. 13.34. cum ſeqq.
Periculo mortis iuſta de cauſa quis ſe licitè exponit, lib. 1. 1. 44.
In permutatione beneficiorum nullus inferior Epiſcopo poteſt authoritatem præſtare, lib.1. 5.20.
Capitulum Sede vacante poteſt, ibidem.
Permutantes propria authoritate Eccleſiaſtica beneficia eis carere debent, ibid.n.29.
In permutatione beneficiorum poteſt Epiſcopus, pacto ſecluſo permutantium, penſionem ſuper pinguius conſtituere quoad eorumdem vitam, ibid.n.64.
Permutatio iocalium, ac vilium pro pretioſis apud Indos, & alios barbaros illicita non eſt, modò communis eorum æſtimatio non excedatur, lib.2. 3.29.
Permutatio quando contrahatur, ſi res & pecunia pro altera re præſtetur, lib.2. 4.44. cum ſeqq.
Pignus in rebus Eccleſiæ Immobilibus contrahi nequit abſque iuris ſolemnitatibus, & de differentia inter pignus & hypothecam, lib.2. 16.79.
Pirata an pro primo delicto capite plecti poſſit, lib. 2. 9.75.
Pluribus eodem naufragio, vel ruina extinctis, nullus alteri ſupervixiſſe creditur, lib.1.7.45.
Pontifex quoties aliquid ſpecialiter indulgens decidit, id exprimit, ne ius commune fiat, lib.1. 3.53.
Pontifex ſolùs poteſt fructus beneficij ab eius titulo ſeparare, lib.1. 5.64.
Poteſt collationem minorum Ordinum ſimplici Sacerdoti committere, lib. 1. 10. 35. Licet ipſe Presbyter non eſſet, ibid. Committi ei, qui Sacerdos non fuerit, collatio minorum Ordinum nequit, ibidem.
Quid de Ordinibus Sacris, ibid.n.40.41.
Errare nequit quoad ſubſtantiam in rebus moralibus, cum pro vniuerſa Eccleſia quicquam ſtatuit, ibid.nu.47. Nec cum ex cathedra decernit, Nec vt perſona priuata circa fidem, ibidem.
Non tenetur conſulere Cardinales in cauſis fidei, vel alijs arduis, ibid.n.48.
Nequit errare in Canonizatione Sanctorum, ibid.n.49.
Valet delegare Sacerdoti non Epiſcopo adminiſtrationem Sacramenti Confirmationis, etiamſi Pontifex non eſſet Epiſcopus, ibid.num.56.57. Permanet poteſtas delegata adhuc poſt mortem Pontificis, qui delegauit, numer.58. Etiam abſque iuſta cauſa commiſſione facta, validè Sacramentum adminiſtratur, no.59. Non expirat facultas, quamuis ceſſet neceſſitas, ob quam conceſſa fuit, n.60.
Pontifex ſi aliundè non haberet, poſſet ex redditibus Eccleſiaſticis exigere ad ſuæ perſonæ, dignitatiſque ſuſtenſationem, lib.1. 17.35.
Non poteſt ex decimis quicquam concedere, niſi congrua miniſtrantibus ſpiritualia ſuperſit, ibid.n.84.
Ad quas decimas de iure teneatur, ibid.n.84.
Erraret tollendo abſolutè præceptum decimarum, etiamſi Miniſtris Eccleſiæ congrua relinqueretur, ibid.n.112.
Pontificia poteſtas regitur à Spiritu Sancto, qui Papam errare in rebus grauibus, non ſinit, ibid.
Pontifex, non obſtante quacumque conſuetudine, poterit onus fidelibus imponere neceſſarium ad cultum Diuinum, eiuſque Miniſtros ſuſtentandos, ibid.n.114.
Pontifex an poſſit conſentire alienationi bonorum Eccleſiæ abſque cauſa, aut per ſe alienare, lib.2. 26.33.
Vtrum valeat pœnas temporales ſtabilire in laicos, qui ſubditi in temporalibus illi non ſunt lib.2. 20. 104. cum alijs.
Habet poteſtatem condendi leges pœnales in infideles pro fidelium defenſione, n.112.
Pontifex, & non alius poteſt concedere facultatem extrahendi reos ab Eccleſia, quibus de iure immunitas competit, n.138.
Poſſeſſio vera per fictam traditionem acquiritur, lib.2 19. 6.
Poſſeſſor præſumitur factus locupletior ex fructibus, quos conſumpſit, lib.1.3. 23.
Poſſeſſor bonæ fidei an teneatur fructus induſtriales reſtituere? ibid.n.26.27.
Conuentus principaliter ob annuas præſtationes, quas percepit, cogitur reddere illas, quibus locupletior effectus eſt, ibid n.28.
Poſſeſſor bonæ fidei, qui melioramenta fecit, à creditore agente hypothecaria liberatur offerens rei æſtimationem, lib.1. 8.7.
Res æſtimatur ſecundùm tempus, quo pretium offertur, ibid.n.16.
Poſſeſſor, qui non meliorauit rem, non habet ius offerendi, niſi rei æſtimatio ſufficiat ad integram debiti ſolutionem, ibid.n 18.
Poſſeſſor malæ fidei reſtituere compellitur fructus, quos ex melioramentis à ſe factis percepit, ibid n.22.25. Limitatur, ibid.dict.n.21.
Aliud iuris eſt in bonæ fidei poſſeſſore, ibid.n.17.
Pro poſſeſſore in dubio iudicandum, quoties de inſtrumentorum prioritate non conſtat, lib.1. 16.53.
Poteſtas extraordinaria, quæ eſt penes ſimplices Sacerdotes ad Sacramenti Confirmationis adminiſtrationem, pendet à voluntate Pontificis, quatenus ipſi liberum eſt committere, vel non, lib.1. 10.29.
Poteſtas iuriſdictionis ad abſoluendum Sacramentaliter de iure Diuino requiritur, ibid.n.43.
Poteſtas conferendi Sacramentum Confirmationis nullo tempore præſcribi à non Epiſcopo poteſt, ibid.n.62.
Præceptorum legis Moſaicæ diuiſio, lib.1. 17.2. Quot fuere, nu.4. Quando data ſunt, no.5. Non omnia ſimul fuerunt tradita, n.6. Quomodò ea data ſunt, n.7.
Iudicialia, & cæremonialia ceſſarunt cum lege, non ſic moralia, ibid. nu.8. Moralia hodiè an obligent ex vi legis veteris? n.9.
Iudicialia non ceſſarunt ſtatim poſt legem Euangelicam promulgatam, ibid.n.10.
Poteſt lege humana introduci iudicialium obſeruatio, ibid.n.11.
Præcepta legis Moſaicæ expirarunt poſt ſufficientem legis Gratiæ promulgationem, ibid.n.13.
Præceptum ſoluendi decimas, an fuerit iudiciale, vel cæremoniale? ibid.n.28.
Preces neceſſitatem non inducunt, lib.1. 5.37.
Preces in tractatu reſcriptorum quid ſit, & quæ comprehendere ſoleant, lib.1.20. n.9. Sunt gratiæ pars, n.10.
Precibus ad cuiuſque gratiæ impetrationem quæ de neceſſitate exprimenda, remiſſiuè, ibid.n.64.
Prælatus Regularis ſecundùm propriam conſcientiam cauſas Religioſorum, quos ſubditos habet, definire poteſt, lib.1. c.1.n.22.
Prælatus inferior Pontifice non valet acceptare reſignationem beneficij in fauorem, & illud alij à nominato conferre, lib.1. 5.25. Imò nec Pontifex de poteſtate ordinaria, quando appoſita eſt in reſignatione clauſula: *Non aliter, neque alio modo*, ibid.n.26.
Prælatus etiam inferior Papa non prohibetur admittere reſignationem in fauorem per viam modi, & alij beneficium dare, ibid.n.27.

Nequit

INDEX.

Nequit acceptare reſignationem non approbando, nec reijciendo conditionem ad fauorem tertij, & id nominato liberaliter concedere, ibid. n. 28.

Prælatus non obligatur ad locationem de bonis ad dignitatem pertinentibus factam a prædeceſſore, lib. 2. 15. 100. cum alijs.

Poteſt bona Eccleſiæ ad triennium locare, n. 109.

Iurans non alienare, an poſſit abſque periurio locare ad longum tempus? lib. 2. c. 16. n. 18. & 19.

Licet rem feudalem ad Eccleſiam reuerſam antequam menſæ incorporetur iterum in feudum concedere, omiſſis iuris ſolemnitatibus, n. 46. & lib. 2. c. 17. n. 54. vbi de emphyteoſi.

An poſſit abſque iuris ſolemnitatibus repudiare hæreditatem, vel legatum, in quo ſunt immobilia? n. 21. 22.

Prælegatum immune eſt ab oneribus hæreditatis, de iure communi, & quid de iure Hiſpano, lib. 2. c. 2. n. 17.

Præſcriptio non currit aduerſus impeditum agere, lib. 1. 8. 47.

Præſcriptio cœpta continuatur contrà mulierem, quamuis res, quæ præſcribebatur, in dotem detur, doneturve propter nuptias, ibid. n. 50.

Currit contra eum, qui impeditur agere, cum idem valet obſtaculum facilè remouere, ibid. n. 53.

Nulla cum mala fide de iure Canonico procedit, l. 1. 9. 15. Intellige ſi peccatum adſit, n. 19.

Præſcribere nequit, qui putat, ſe iniuſtè, & cum peccato poſſidere, quamuis in veritate iuſtè poſſideat, ibid. n. 20. Mala fides dupliciter conſideratur, ibid.

Vt præſcriptio impediatur, neceſſariò requiritur, quòd poſſidendo, peccetur contrà iuſtitiam, nam alia peccata non obſtant præſcribenti. Et cum peccato veniali præſcriptio valet, ibidem,

Præſcriptioni inductæ odio negligentium renunciari non poteſt, ibid. n. 38.

In præſcriptionibus publica vtilitas verſatur, ibid. n. 41.

In præſcriptione iuris redimendi ex pacto retrouendendi nullomodò mora purgari poteſt, ibid. n. 44.

Ad præſcribendam actionem perſonalem de iure Regio bona fides non deſideratur, & ſat eſt, peccatum abeſſe, ibid. n. 46.

Præſcriptio immemorialis, & priuilegium æquipatantur, lib. 1. 10. 62.

In præſcriptione 30. vel 40. annorum titulus non eſt opus, niſi ius poſſidenti reſiſtat, lib. 1. 17. 81.

Præſcriptio immemorialis potentior eſt quadragenaria cum titulo, ibid. n. 116.

In Præſcriptione immemoriali ſeruitutum ſcientia, ſiuè patientia eius, contrà quem præſcribitur, opus non eſt, neque prohibitio, aut interpellatio in negatiuis, ibid. num. 118.

In præſcriptione ſeruitutis cum titulo, & bona fide patientia domini non deſideratur, ibid. n. 124.

Præſcriptio nulla obijci poteſt de iure Regio ab eo, qui titulo conductionis rem detinet, ibid. n. 125.

Præſcriptio iuris percipiendi decimas in aliena Parochia non extenditur ad noualia, ibid. n. 131. Limitatur, n. 132.

Præſcriptio ſtrictè eſt interpretanda, d. n. 131.

Præſentatus à patrono præfertur à patrono præſentato, lib. 2. c. 18. n. 98. in fin.

Præſumptio vna alia vrgentiori eliditur, lib. 1. 7. 71.

Præſumptio iuris onus probationis transfert in aduerſarium, lib. 1. 16. 22.

Omnis præſumptio cedit veritati, lib. 1. 20. 61.

Præſũptio quotuplex, l. 2. 6. 2 Iuris onus probationis tráſfert in aduerſarium, n. 3. Limitatur, n. 4. Debet allegari, ibid. Iuris præſumptione munitus dicitur liquidiſſimam probationem habere, n. 5. Superat in iudicio, niſi probetur contrarium, ibid. Iuris præſumptio probat, etſi probatio inſtrumentaria deſideretur de iure, n. 6. An probet vbi probatio, vt conditio requiritur? n. 7. Admittit probationem in contrarium iuris præſumptio, non fictio, num. 8.

Pretium iuſtum quotuplex, lib. 2. 3. 6. legitimum conſiſtit in indiuiſibili, n. 7. An excedi ex cauſa poſſit, ibid. Naturale cur ita dicitur, n. 8. Naturale eſt triplex nec in indiuiſibili conſiſtit, ibid. Pretium iuſtum rerum, ſi taxatum non ſit, quale iudicetur, n. 14. Pretium non ex particulari affectione, ſed ex communi æſtimatione regulatur, numer. 24. Commune excedi poteſt ob ſpecialem affectionem domini nolentis vendere, n. 25. Exceſſus eſt arbitrio boni viri taxandus, n. 26.

Inter pretium, & valorem diſcrimen, n. 27. Pretiorum diuiſio, ibid. Pretium iuſtum non conſtituitur ex naturali excellentia rerum, ſed ex communi hominum opinione etiam inſana, n. 28.

Pretium excedere non licet ob maximas expenſas mercatoris, n. 30. 31. vbi limitatur in mercibus ignotis. Pretium augetur iuſte ob peculiare damnum, quod ex venditione dominus ſentit, num. 32. Secùs ob commodum ſpeciale emptoris, n. 33. Minuitur ob onus vel periculum rei, num. 34.

Pretia rerum ex quibus circunſtantijs creſcere, ac decreſcere ſoleant, n. 38.

Pretium rerum, quibus emptor quæritur maximè diminuitur, n. 39. Pretij vilitas inopiam mercium ſolet generare, num. 42.

Pretium rerum ad victum neceſſarium, an oporteat tempore neceſſitatis taxari? n. 46. Commune, & conuentum quæ ſint, n. 49. Iuſtum quomodo æſtimandum quando res emptoris gratia venditur, quam dominus in tempus, quo plus valeret, foret ſeruaturus, n. 55. Pretium rei venditæ poſt tempus tradendæ eſt, quod curret traditionis tempore, num. 59. Aliud erit, ſi fructus pendentes diſtrahantur, ibid. Quid in Hiſpania ſit ſtatutum circa pretium frumenti, quod anticipata ſolutione emitur, n. 60. Pretium iuſtum quomodo conſiderandum ad læſionem vltra dimidiam, n. 70. Conſideratur iuxta tempus contractus, n. 19. & 71.

Prætor de minimis non curat, lib. 1. 3. 74.

Prætor præ oculis ſemper debet æquitatem habere, lib. 1. 3. 86.

Præuentioni eſt locus in cauſis mixti fori inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem, lib. 2. c. 10. n. 37.

Prima Tonſura verum ſit Ordo, & Sacramentum? lib. 1. 10. 34.

Primipili vxor tenetur in ſubſidium, ſi vir ſoluendo non ſit, pro adminiſtratione annonæ militaris, lib. 1. 16. 39. Limitatur quoad bona paraphernalia, num. 40. Filij quoque ſunt obligati, etſi patri hæredes non extitant, ibidem.

Primipilatus quod officium fuerit, ibid. n. 41.

Princeps ſuperiorem non recognoſcens, poteſt iuxta propriam conſcientiam iudicare, lib. 1. 1. 19. Similiter, & Protex, ibidem. Debet Princeps ſecundùm propriam conſcientiam iudicare, n. 21. Optimum, ac pium conſilium circa hoc Principibus proponitur, d. n. 19.

Oportet, vt Princeps de ſua priuata ſcientia fidem faciat, cum contrà acta iudicat ad ſcandalum vitandum, ibid.

Princeps poterit pro actore probo, ac fide digno non probante aduerſus reum infamem, ac prauum pronunciare, ibid. n. 20.

Non eſt aſtrictus ſeruare iuris ordinem, ibid. n. 21.

Ipſi creditur etiam in tertij præiudicium, ibid.

Principes debent eſſe conſtantes, & immobiles, lib. 1. 11. 32.

Principi indecorum eſt, quomodolibèt ſe retractare, ibid. num. 33.

Poteſt tollere infamiam iuris, facti non vtique, ibidem, num. 38.

In Principem verba iniurioſa proferens, reus Maieſtatis non habetur, niſi per illa eius honorem læſerit, ibidem, num. 40.

Principes ſolent præ Maieſtate contumelioſa ſubditorum verba contemnere, impuniaque relinquere, ibid. n. 41.

Quid poſſint circa ius naturale, & Diuinum, lib. 1. 17. 82.

Princeps non præſumitur iuri alicuius velle derogare, ibid. n. 140. Etſi minimum ſit præiudicium, n. 41.

Idem eſt, ſi motu proprio, vel ex plenitudine poteſtatis reſcriptum expediatur, ibid. n. 142.

Principis mens dubia ex precibus capit interpretationem, lib. 1. 20. 11.

Princeps vltra dimidiam læſus agit intra 30. annos ex *l.2. C. de reſc. vendit.* non obſtante ſtatuto tempus reſtringente,lib.2. 3.92.

Princeps, vel ab eo electi cognoſcunt an officium tale ſit, vt ad id filius proditoris admitti nequeat?lib.2. 8.41.

Principi omnes pœnæ ſunt arbitrariæ, lib.2. 9.107.

Poteſt legis pœnas immutare ante, vel poſt ſententiam ſuam, ibid.

Secularis nil in Eccleſiæ præiudicium valet ſtatuere,lib.2. 9.130.

Poteſt fauore Baptiſmi delicti anteà patrati veniam concedere, lib.2. 10.24.

An ex ſuis contractibus dominium abſque traditione transferat? lib.2. 9.26. cum ſeqq.

Eſt animata lex,& pluſquam illam poteſt,n.27.

Princeps donans dominium, & poſſeſſionem, ſine traditione in donatarium transfert,n.30.

In Principem ex priuatorum contractibus dominium abſque traditione tranſit: ſecùs poſſeſſio,ibid.

Principis conceſſio de eadem re,quam alij donauerat,non ſubſiſtit,niſi de prima gratia mentio fiat,n.37.

Principum palatia gaudent immunitate, lib. 2. 10. 239. Eandem poſſunt concedere priuatis domibus,ibid.

Priuilegium,& præſcriptio æquipatantur,lib.1. 10.62.

Priuilegiorum extenſio non admittitur,lib.1. 16.14.

In priuilegijs, argumentum de maiori ad minus non procedit,ibid,n.24.& c.17. n.139.eiuſd.lib.

Priuilegia multiplicanda non ſunt,ibid,dict.n.24.

Habenti priuilegium ad tempus coarctatum,temporis probatio incumbit,ibid.n.34.

Priuilegia ampliationem ex rationis identitate recipiunt, ibidem.

Priuilegiatus contrà pariter priuilegiatum non gaudet priuilegio ſuo,ibid.n.38.

Priuilegium,vt in dubio inſtrumentum aoterius præſumatur,procedit etiam aduerſus poſſidentem,ibid.n.52.

Priuilegium percipiendi decimas in Aliena Parochia non continet noualia,lib.1. 17.136.

Priuilegium, per quod tertio præiudicium infertur,ſtrictè debet interpretari,ibid.n.137.

Priuilegium, quo res reducitur ad ius commune, eſt latè interpretandum,ibid.n.138.

Priuilegium de non ſoluendis decimis,vtrum comprehendat noualia, & poſſeſſiones poſt illud acquiſitas, ibid. num.143.

Priuilegium eximens à ſolutione decimarum, vt complectatur poſſeſſiones in poſterum quærendas, debet habere expreſſam derogationem, *cap. nuper 34. de decim.* ibid.n.144.

Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non gaudet priuilegio ſuo,lib.2.9.40.

Priuilegium ſexus honeſtati conceſſum eſt irrenuntiabile, lib.2.1. 16. Idem eſt de eo,quod ob reuerentiam parentibus tribuitur,ibid.

Priuilegia armatæ militiæ plurima,n.17.Quid milites hodie eis patiuntur,ibid.

Priuilegio priuatur,qui qualitatem, ob quam ſibi competit,dolo inficiatur,n.20.

Priuilegio: nequis conueniatur, vltra quàm facere poſſit, quid contineatur, n.30. Non pertinet ad debita,quæ ex delicto deſcendunt, num.32. Illud habens carcerari nequit,n.33.

Priuilegio qui vult vti,probare priùs debet qualitatem,ob quam illud indultum eſt, lib.2. 11.9.

Probatio an potior ſit per teſtes, quam per inſtrumenta? lib.2. 13,115.

Procurator Principis, vel Reipublicæ, abſque mandato ſpeciali poteſt in integrum reſtitutionem principaliter poſtulare,lib.2. 6.31.

Procurator, de cuius mandati ſufficientia dubitatur, præſtita cautione de rato,admittitur,ibid.n.35.

Procurator quis ſit,ibid.n.47.

Procurator per litis conteſtationem dominus litis efficitur,ibid.n.57.

Prohibitus accedere ad aliqua munera, non cenſetur obſequiis priuatus, lib.2. 8.58.

Prohibito aliquo omne illud non licet, per quod ad prohibitum peruenitur, lib.2. 16.71.

Promiſſio futuri matrimonij, quam ob cauſam, quæ impoſſibilis eſt probationis, ſponſus implere non tenetur,licitè Iudici interroganti negatur media abſtractione,lib.1. 2.19.

Promiſſio facta Deo de erogante in opus pium, ſtatim eſt irreuocabilis,nec eget acceptatione,lib.1. 14.55.

Sed ea obligatio tolli,commutarive authoritate Epiſcopi poteſt, ibid.

Proteſtatio facto contraria non prodeſt,lib.1.c.2.n.15.

Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, lib. 2. 18. 103.

Pubes impubertati proximus quoad corporis vires pro impubere habetur, lib.2. 7.50.

Publicè intereſt,ne delicta maneant impunita,lib.1. 1.19.

Pupillus ſi ſimul cum ſubſtituto etiam pubere moriatur, euaneſcit ſubſtitutio, lib.2. 7.52.

Puniri debet quis in eo, quòd deliquit, lib.1.c.9.n.17.

Punitus pro eodem crimine iterùm puniri non debet,lib.2. 10. 2.

Puniendus eſt quiſque in eo,in quo deliquit,lib.2.16,50.

Q

QVantitas, quæ hodiè in Hiſpania abſque inſinuatione donari poteſt, lib.1. 21.22.

Minor ſub maiore in oratione affirmatiua continetur, lib.1. 10.79. Limitatur,n.90.

Qui non habet in bonis, luit in corpore,ſed non in omnibus locum habet ſubrogatio, lib.2. 1.56.

Qui non habet, vnde ſoluat intereſſe parti offenſæ,corporaliter coërcetur,n.57.

Qui ad iudicium per calumniam vocat etiam in cauſa pecuniaria,ſi in bonis non habeat,corpore luit,n.58.

Qui luit in corpore, quia in bonis non habuit, prorſus à pecuniæ ſolutione liberatur,n.59.

Qui in vtero eſt, quando pro nato habeatur, lib.2. cap.8, n.44. & 65.

Qui in honore luere non poteſt, quia eo caret, corporaliter puniendus eſt, lib.2.9.61.

Quintum detrahitur ex cumulo bonorum, ære alieno ante deducto,lib.2. c.2.n.13.

Quod omnes tangit,eſt ab omnibus approbandum, lib.1. c.13.n.40.

Quod ipſis, qui contraxerunt,obſtat,& eorum ſucceſſoribus debet obſtare, lib.1. 14.60.

Quod aliquis interrogatus veroſimiliter reſponderet, pro expreſſo habetur in diſpoſitione, lib. 1. 19. 3.& c. 20. n.83. eiuſd. lib.

Quod fauore alicuius inductum eſt, non debet in ipſius detrimentum retorqueri,lib.1. 20.18.

Quod abundat,non nocet, ibid.n.80.

Quod quis expendit, exigere poteſt ab eo in cuius cedit vtilitatem,n.8.

Quod vna via prohibetur, alia permitti non debet, lib.2. 8.88.

Quod per alium facimus, nos facere intelligimur, lib.2. 16. 53.

R

REdditus cenſus debentur pro rata vſque in diem, qua redemptio fit,ſiue in pecunia,ſiue in fructibus ſoluantur, lib. 1. cap.13. num. 47. & 48. Suntque integrè deponendi cum principali,vt eorum curſus impediatur, num.47.

Reductio ad arbitrium boni viri apud quem Iudicem poſtulanda, lib.1. 18.31.

Reductioni ad arbitrium boni viri an poſſit renunciari? lib.2. 12.5. Apud quem Iudicem ſit petenda,n.7.

Regula ex exceptione ſolet ampliari,lib.2. 5.35. 49. Declaratur per exceptionem,n.39.

Regula,& exceptio, etſi contrariæ ſint vtraque ſub diuerſis rationibus iuri conuenit,n.53.

Regulæ ſtandum eſt, donec probetur exceptio lib. 2. 12.26.

Ad

INDEX.

Ad relaxationem iuramenti, ſimulque reſcindendum contractum citatio neceſſariò requiritur, lib. 1.4.23. Secùs ſi duntaxat ad effectum agendi præſtetur abſolutio, ibid. num. 24. & 37.

Vtrum ſit concedenda relaxatio ei, qui iam incidit in periurium, ibid. n. 25.

Ad effectum agendi relaxatio à quo Iudice poſtulanda, ibid. n. 26. cum ſeqq.

Relaxatio, per quam contractus venit reſcindendus ab eo Iudice impetranda eſt, qui de illo cognoſcere valet, ibid. num. 32.

Iudex Ordinarius Eccleſiaſticus iuramenta ad effectum agendi relaxat, & quis dicatur Ordinarius, ibid. n. 32.

Ad abſolutionem iuramenti ſaltim ſemiplena probatio iuſtæ cauſæ deſideratur, ibid. n. 35.

Conceſſa abſolutione ad effectum agendi, iuramentum quoad alia firmum manet, ibid. n. 38.

Relaxato iuramento ad effectum agendi, ſi contractus irritus declaretur, non eget noua abſolutione, qui iurauit, ibid. n. 39.

Relaxatio iuramenti non datur ad agendum, cum obligatio concepta eſt in forma Cameræ Apoſtolicæ, ibi. n. 40.

Relaxatur etiam iuramentum ad excipiendum, ſed non ad reconueniendum, ibid. n. 41.

Obtenta relaxatione iuramenti ad effectum agendi in caſu authenticæ. Sacramēta puberum, minor debet petere reſtitutionem, vt aduerſus contractum validum, ibid. n. 42.

Religioſus à ſuo Prælato interrogatus eiſdem caſibus, quibus laicus, poteſt delictum inficiari, lib. 1.2.11.

Religioſo graui, optimæque opinionis nefas eſt, delictum agnoſcere, quod non patrauit, ob vitandum corporæ cruciatum, ibid. n. 51.

Religioſus nequit fugere à carcere, in quo à ſuo Prælato detinetur, ibid. n. 72. Limitatur, ibid.

Religioſis omnibus conceſſum eſt, vt ex fructibus, quos proprio labore perceperint ad eorum ſuſtentationem neceſſarios, decimas non ſoluant, lib. 1.17.143.

Reliquias defunctorum, quos Sanctitate floruiſſe credimus, an liceat ante iudicium Eccleſiæ colere? l. 1.10.51.

Cur non liceat vermes ex reliquijs Sanctorum venerari, remiſſiuè, ibid. n. 53.

Ad Epiſcopum attinet cognoſcere, an reliquiæ eius Sancti ſint, cuius eſſe, feruntur, ibid. n. 54.

Reliquiæ Sancti ſi miſceantur reliquijs non Sancti, ita vt ſeparari nequeant, non ſunt, vt venerentur, proponendæ, ſed in decenti loco collocandæ, ibid. n. 55.

Remedium extraordinarium quando ceſſet, ſi ordinarium adſit, lib. 1.3.67. cum ſeqq.

Vt remedium *l. 2. C. de reſcind. vend.* locum habeat, quoad tempus inſpiciendum ad læſionem, lib. 1.5.67.

Remedium *l. diffamari, C. de ingen. manumiſ.* extraordinarium eſt, lib. 1.18.3. Non datur, niſi poſſidenti, n. 6.

Remedijs extraordinarijs locus non eſt, vbi ordinaria ſuperſunt, ibid. n. 4.

Remedium *l. ſi contendat, ff. de fideiuſſorib.* competit, quanquam nulla præceſſerit diffamatio, ibid. n. 13.

Inter remedium *l. diffamari*, & *l. ſi contendat*, differentiæ, ibid. n. 14.

Remedium *d. l. diffamari*, omnibus cauſis eſt commune, ibid. num. 43.

Remedium *l. 2. C. de reſc. vendit.* competit, rebus ſub haſta diſtractis, lib. 2.3.41. Datur contra ſingularem ſucceſſorem ex cauſa lucratiua, n. 80. Item in emptorem, qui cum eadem læſione comparauit, n. 82. Præcequiritur excuſſio bonorum primi emptoris ibid.

An detur ſcienti iuſtum rei pretium? lib. 2.4.9. cum ſeqq.

Remiſſio, quæ in contractibus onèroſis fieri dicitur, non eſt propria donatio, lib. 2.4.37. Debiti certi inſinuationem requirit, ſecùs ſi dubium ſit, n. 39.

Remiſſio iniuriarum quid operetur, lib. 2.10.46. cum ſeqq. Expenſarum facta iniurianti an alia damna in bonis data contineat, n. 75. Iuris proprij non præſumitur, niſi ad actum, qui geritur, deſideretur neceſſariò, ibid.

Remiſſio rationum reddendarum pro præterita adminiſtratione valet, lib. 2.14.13. ſub ea non continentur extantia, n. 14. In generali non veniunt, quæ aliquis vero-ſimiliter in ſpecie non eſſet remiſſurus, n. 41.

Remiſſio reliquorum pro futura adminiſtratione fieri poteſt de illis, ex quibus adminiſtrator locupletior factus non fuerit, n. 51.

Renuncians cum iuramento ceſſioni bonorum eo auxilio non gaudet, niſi cedat in tertij præiudicium, lib. 2. .55.

Renuncians ſpecialiter auxilio *l. 2. C. de reſcind. vend.* eo vti non poteſt, lib. 2. c. 5. n. 6. Ampliatur, n. 7.

Renuncians cum iuramento exceptioni non numeratæ pecuniæ poſt ſolutionem agere ad repetendum ſolutum valet, n. 17.

Ad renunciandum iuribus ſuis homines neceſſitate coguntur, lib. 2.4.23.

Renuncians cum iuramento læſioni enormiſſimæ agere contra deceptorem non prohibetur, n. 29.

Renunciatio iuris ad Eccleſiaſticum beneficium propriè ceſſio appellatur, lib. 1.3.56.

Renunciatio proprij iuris non præſumitur, lib. 1.9.37.

Renunciatio expreſſa præſcriptionis in pacto retrouendendi non tenet, ibid. n. 42.

Iuris proprij renunciatio præſumitur, vbi aliàs actus ſubſiſtere non poſſet, lib. 1.16.67.

Renunciatio legitimæ iuxta formam *c. quamuis, de pact. in 6.* non reuocatur filiorum natiuitate, lib. 1.19.24.

Renunciatio primogenij per ſuperuenientiam liberorum retractatur, ibid. n. 25.

Renunciatio priuilegij conceſſi ſexus honeſtati, aut parentibus ob reuerentiam non tenet, lib. 2.1. 1[illegible] Idem eſt de militaribus priuilegijs, n. 19. Quid de conce[illegible] nobilitatis n. 25. Similiter non valet renunciatio eorum, [illegible] miſerationis cauſa indulgentur, n. 52.

Generalis omnium remediorum iuris non aufert auxi[illegible] *l. 2. C. de reſc. vend.* lib. 2. c. 4. n. 2. & 45. Renunciatio ſtricti iuris eſt, n. 3. & c. 14. n. 4. *l. 2. C. de reſc. vend.* facta ab vno contrahente non impedit, quod alter ex ea agat ſi ſit læſus, n. 8. Hæc renunciatio an valeat, ſi in eodem inſtrumento contractus fiat, num. 20. Quid de exceptione non numeratæ pecuniæ, n. 15. 16. Cum alijs, Renunciatio iſta non tollit, vt reus exceptionem opponat in ſe onus probationis aſſumens, n. 19.

Renunciatio *l. 2. C. de reſc. vend.* in continenti facta quibus perſonis non noceat, n. 21. In renunciationibus non ruſticorum hominum, & maiorum facilitas conſideratur, n. 21. Renunciatio conditionis indebiti quando impediat, ne indebitè ſolutum repetatur, n. 26. Renunciatio *l. 2. C. de reſc. vend.* quæ ex ſtylo tabellionum adijcitur, remedium illud non tollit, n. 27. Enormiſſimè læſis renunciatio prædicta non nocet etiam cum iuramento, n. 28.

Renunciatio generalis non continet ea, quæ poſſunt vindicari, lib. 2.14.7.

Repetitioni potiùs fauendum eſt, quàm aduentitio lucro, lib. 1.19.15.

Repudium an fuerit Hebræis licitum, ita vt vxores dimittendo non peccauerint, lib. 2.4.55.

Rem propriam, vel in ſpecie debitam occultè capere licet, quamuis iudicialiter conſequi queat, lib. 1.2.104.

Res non modicæ æſtimationis iniuſtè retenta poteſt per vim à poſſeſſore auferri, etiam cum ipſius nece, ſi aliter eam dominus habere non valeat, ibid. n. 105.

Res ipſa, quæ in ſpecie legatur, non eſt legatario obligata, lib. 1.9.28.

In re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, lib. 1.14.13.

In re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, lib. 2. 8. 2. & c. 14. n. 47. eiuſd. lib.

Res inter alios acta alijs non nocet, lib. 2.15.22.

Res eadem ſi pluribus vendatur, quis præferendus, lib. 2. 19. 2. cum ſeqq.

Reſcripta, alia motu proprio, alia ad partis inſtantiam expediuntur, lib. 1.20.2.

Reſcriptum præſumitur ad inſtantiam partis cōceſſum, niſi clauſula: *Motu proprio*, ſit expreſſa, ibid. n. 3. 4.

Probari teſtibus non poteſt, Principem motu proprio reſcripſiſſe, vbi ea clauſula expreſſa non eſt in literis, ibid. n. 5. Limitatur, ibid.

Reſcriptum habens prædictam clauſulam, dicitur motu proprio emanaſſe, quamuis preces anteceſſerint, earum-

quæ mentio fiat, ibid. num. 6.

Inter reſcripta motu proprio expedita, & alia, differentiæ, remiſſiuè, ibid. n. 8.

Reſcripta tripliciter vitiantur ob falſitatem precum, ibid. num. 12.

Gratiæ ob ſubreptionem, vel obreptionem ipſo iure ſunt nullæ; Iuſtitiæ, ſi opponatur, ibid. num. 15. Aliquando ſunt etiam hæc ipſo iure nulla, n. 20.

Reſcripti vitium vſque ad quod tempus poſſit obijci, ibid. num. 21.

Reſcriptum ab excommunicato impetratum eſt ipſo iure nullum, ibid. n. 22. Fallit hodiè in obtentis à Sede Apoſtolica, quibus ex Curiæ ſtylo inſeritur abſolutio à cenſuris, n. 23.

Reſcripta vtrum vitientur taciturnitate veritatis, aut falſi expreſſione? ibid. n. 24. cum ſeqq.

Vitium ſubreptionis, aut obreptionis contingens circa cauſam finalem reſcripta reddit irrita, quamuis citra culpam impetrantis contingat, ibid. n. 44.

An vitietur in totum, ſi falſitas in vna parte reperiatur? remiſſiuè, ibid. n. 45.

Reſcriptum, in quo falſitas adeſt quoad cauſam finalem, inuoluntarium eſt, ibid. n. 47.

Reſcriptorum vitium per ſubreptionem, vel obreptionem eueniens, ex quibus clauſulis tolli poſſit, remiſſiuè, ibid. num. 49.

Reſcriptum non tenet, ſi dubitetur, an vitium circa cauſam finalem, vel impulſiuam verſetur, ibid. n. 50.

Gratia non ſubſiſtit, ſi Princeps, veritate cognita, eſſet aliter eam conceſſurus, ibid. n. 53.

Si opponatur de ſubreptione reſcripti cui onus probationis incumbat, remiſſiuè, ibid. n. 51.

Reſcriptum non valet ſi vitium ſubreptionis quoad cauſã impulſiuam proueniat ex dolo ſupplicantis, ibid. n. 56.

Dolus in impetratione reſcriptorum quando præſumatur, remiſſiuè, ibid. n. 57.

Reſcriptis ſæpe ineſt conditio: *Si preces veritate nitantur*, ibid. n. 58. Quomodò ea clauſula debeat intelligi, n. 59.

In impetratione cuiuſque reſcripti quæ ſint de neceſſitate exprimenda, remiſſiuè, ibid. n. 64.

Reſcriptum non valet ob falſitatem circa ſubſtantiam eius, quod poſtulatur, ibid. n. 65.

Nec ſi falſa ſit cauſa vnica, quæ exprimitur, qualis qualis ea ſit, ibid. n. 66.

Reſcriptum non vitiatur ob falſitatem quoad cauſam impulſiuam, etſi verſetur circa neceſſariò exprimenda, ibid. n. 68.

Reſcripta ſunt ſtricti iuris, ibid. n. 71.

Reſcriptum nullum eſt ob ſuppreſſionem eius, quod de ſtylo Curiæ debet exprimi, ibid. n. 75. 76.

Reſignationes beneficiorum reciprocæ, vel in fauorem ſine Pontificis authoritate ſimoniacæ cenſentur, l. 1. 5. 17.

Reſignatio beneficij illicita non eſt, eò quòd perſonæ deſignetur, cui reſignans vellet, beneficium idem conferri, modò liberè fiat, ibid. n. 28.

Reſpublica ius habet vindicandi in conuictum de crimine exactis, dũ de eius innocẽtia legitimè non cõſtat, l. 1. 2. 15.

Reſpublica auferens domum priuato ob publicam vtilitatem, pretium eius debet numerare, lib. 1. 2. 89.

Reſpublica libera fiſcum habet, lib. 1. 16. 3. Nec non ea, cui à Principe merum, & mixtum imperium cum omnibus Regijs iuribus conceſſum fuerit, n. 4.

Verbum *reſtituere*, in ſententia poſitum quando fructus complectatur, lib. 1. 3. 2.

Reſtituere quod quis tenetur, non videtur capere, ibi. n. 30.

In reſtitutione ex iuſtitia veniunt regulariter fructus, ibid. n. 52. Secùs ex gratia, n. 99.

Quanta debeat eſſe læſio, vt reſtitutioni ſit locus, ibidem n. 56. cum ſeqq.

Reſtitutio in integrũ non eſt facilè concedenda, ibid. n. 58.

Reſtitutus, quia læſionem paſſus eſt in pretio, non valet rem præciſè auocare, ibid. n. 93.

Reſtitutio eſt petenda coram Iudice eius, aduerſus quem poſtulatur, lib. 1. 4. 1.

Si petatur incidenter, Index cauſæ principalis reſtitutionem conceſſurus eſt, ibid. n. 2.

Quando principaliter, & quando incidenter reſtitutio petitur, dicatur, remiſſiuè, ibidem.

Reſtitutio vtrum apud Iudicem loci contractus peti poſſit? ibid. n. 3.

Quid de Iudice loci, vbi res ſita eſt? ibid. n. 4.

Reſtitutio per Eccleſiam petenda eſt à Iudice laico, ſi aduerſus laicum poſtuletur, ibid. n. 7.

Reſtitutio in integrum peti poteſt ſimul in eodem libello cum actione, quæ, illa conceſſa, eſt competitura, ibi. n. 16.

Reſtitutio principaliter nequit poſtulari ſine mandato ſpeciali; ſecùs incidenter, nam generale ſufficit, lib. 1. 6. 3.

Ad reſtitutionem petendam cum generali mandato cautela traditur, ibid. n. 4. 5.

Reſtitutio in integrum peti incidenter poteſt etiam poſt definitiuam ſententiam in ipſa exequutione, ibid. n. 10.

Reſtituendi obligatio non prouenit à mala fide, ſed ab actu externo, per quẽ proximus iniuſtè læditur, l. 2. c. 4. n. 57.

Reſurrectio Domini eſt neceſſariò die Dominica celebranda, lib. 1. 17. 18.

Reuelans crimen occultum proximi bona fide, licèt non peccet, tenetur ad reſtitutionem famæ, ſi commodè poſſit, lib. 1. 11. 59.

Reuelans verum crimen occultum proximi, poteſt, vt famam reſtituat, ſine mendacio ſe mentitum fuiſſe, aſſeuerare, ibid. n. 60.

Reatus apud Conſultos quid ſignificauerit, lib. 2. c. 9. n. 32.

Reus eſt abſoluendus, prout acta depoſcunt, non attenta priuata ſcientia iudicantis, lib. 1. 1. 26.

Non legitimè interrogatus fateri non tenetur veritatem, lib. 1. 2. 4.

Idem eſt, ſi ſibi non liqueat, iuridicè interrogari, ibid. n. 5. Similiter negare licet, quamuis legitimè Iudex interroget, n. 6. Fallit, ſi ſit conuictus, ibidem.

Quando iuxta iuris ordinem interrogatus cenſeatur, n. 9.

Reus eſt certiorandus de eis, quæ contra eum vigent, antequam à Iudice interrogetur, ibid. n. 10. Limitatur in aliquibus cauſis, ibid.

Promittens abſque iuramento ad carcerem redire, ſtare promiſſis non tenetur, ibid. n. 49.

Reo non licet ex ſcala ſe præcipitem dare, vt ſuſpendatur, ibid. n. 57.

Damnato vt fame pereat quilibet, niſi ſpeciali ratione prohibeatur, cibos poteſt miniſtrare: ſed non tenetur, ibid. num. 63.

Reus iuſtè damnatus, vt fame pereat, an poſſit cibos ſibi oblatos non ſumere? ibid n. 64.

Reo etiam iniuſtè damnato permiſſum eſt ire ad locum ſupplicij, ſcalam aſcendere, & actus ſimiles exercere, ibid. n. 66.

Iuſtè condemnatus poteſt, data occaſione fugiendi, in vinculis manere, vt vltimo ſupplicio afficiatur, ibid. n. 67. Aliud eſt in iniuſtè damnato, niſi ob bonum finem manere velit, ibid. n. 68.

Iuſtè captus, ad mortem damnatus, qui iuramento, aut ſine eo ad carcerem regredi promiſit, tenetur adĩmplere promiſſa, ibid. n. 70.

Reus carceratus iuſtè, vel iniuſtè, fugere tuta conſcientia poteſt, ibid. n. 71. Etiam poſt ſententiam condemnatoriam, n. 79. Idem eſt, ſi ob debita in vinculis fuerit, d. n. 71. Fallit in religioſo à Prælato carcerato, ſed limitatur, num. 72.

Reus fugere poteſt è carcere, etſi ex eo commentarienſis detrimentum paſſurus ſit, quod non tenetur reſarcire, ibid. n. 74.

Fugiens à carcere, cuius oſtium inuenit apertum, pro confeſſo non habetur, ibid. n. 75.

Reus damnatus iuſtè ſecundum acta, quamuis ſit innocens, occidere nequit Iuſtitiæ miniſtros, vt liberetur: Secùs ſi iniuſtè ſit condemnatus, ibid. n. 80.

Qui, promiſſa ſibi impunitate, faſſus eſt delictum, an poſſit ex tali confeſſione puniri? ibid. n. 108.

Qui ſeductus receſſit ab Eccleſia, an ſit eidem reſtituendus, vt gaudeat immunitate? ibid. n. 109.

Reus pacem inire debet cum omnibus hæredibus, vel conſanguineis defuncti pariter coniunctis, vt à pœna ordinaria liberetur, lib. 1. 13. 39.

Reus debet abſolui, quoties pares ſunt vtrinque probationes, lib. 1. 16.27. Fallit in cauſis fauorabilibus, pro quibus etiam contra reos pronunciandum eſt, n. 28.
Reus poteſt ante concluſú in cauſa, propoſito poſſeſſorio, ſuſpendere petitorium ab aduerſario deductum, ibi. n. 73.
Reo habente duplicem forum de iure communi, actor eligit, quem maluerit adire, lib. 1. 18.39. Sed ſi ex priuilegio ipſe reus eligere poteſt, in quo conueniatur, ibi. n. 40.
Reus ob enormitatem criminis in ipſius cadauere punitur, lib. 2. 1. 87.
Reus carceratus ob delictum ex quo pœna corporalis venit irroganda ſub fideiuſſoribus relaxandus non eſt, lib. 2. 8. 122. cum alijs.
Reus ex quacunque cauſa definitiuè abſolutus nequit ob idem delictum iterum moleſtari, lib. 2. 10. 6. In dubio abſolutus creditur, quia crimen probatum non eſt, num. 7. Qui compoſitione facta cum fiſco liberatur, accuſari amplius non poteſt, n. 19. Limitatur, n. 20. Quid ſi liberetur ex proprio iuramento in iudicio præſtito, n. 34.
Reus punitus in vno foro, quando poſſit in alio iterùm plecti, n. 39. Pluribus pœnis corporalibus damnatus omnes ſubire debet, n. 110. Et quid ſi ad mortem damnato membrum ſit abſcindendum, n. 111.
Reus in Eccleſia delinquens an extrahi poſſit pro alijs criminibus, pro quibus de iure immunitate gaudet? lib. 2. 20. 160.
Eſt ad locum delicti remittendus, n. 189.
Reus exiſtens in Eccleſia ob delictum an poſſit damnari, aut bonis priuari? n. 201. cum ſeqq. Non poſſunt neceſſaria ad vitam tolli eidem, nec capiendus eſt, ſi ad ea quærenda neceſſariò exeat, n. 205. cum ſeqq. Reos gaudentes immunitate debet Eccleſia alere, ſi aliundè non habeant, n. 206. Reus armis ſe defendere valet, ne ab Eccleſia per iniuriam euellatur, n. 225. Non legitimè extractus debet Eccleſiæ reſtitui, etſi alias indignus ſit immunitate, n. 234. Reo aſſerenti ſe in loco ſacro captum an ſit credendum potius quàm ſatellitibus negantibus? n. 238. Extractus iniuſtè vtrum neceſſariò eidem Eccleſiæ ſit reddendus, n. 240.
Roma quo tempore fuerit condita, lib. 1. 12. 6.

S

Sacerdos hæreticus, aut aliter ab Eccleſia præciſus valet conficere Corpus Chriſti, lib. 1. 10. 27.
Simplex Sacerdos nequit ex delegatione Epiſcopi adminiſtrare Confirmationis Sacramentum, ibid. n. 30.
Sacerdos quilibet validè abſoluit in articulo mortis conſtitutum, ibid. n. 44. Item quemcunque a peccatis venialibus etiam extra mortis periculum, n. 45.
Sacerdos non Epiſcopus eſt ex inſtitutione Chriſti Miniſter extraordinarius Sacramenti Cõfirmationis, ibi. n. 61.
Sacramenta omnia legis Gratiæ fuerunt à Chriſto Domino inſtituta, lib. 1. 10. 6.
In Sacramentorum adminiſtratione quædam requiruntur de neceſſitate Sacramenti, & alia de neceſſitate præcepti, ibid. n. 12.
Sacramentum Euchariſtiæ, ac Pœnitentiæ eſt damnatis ad mortem miniſtrandum, lib. 2. 1. 79. 80. Secus Extremæ-Vnctionis, n. 81.
Sacrilegium an ſit omne delictum in Eccleſia admiſſum? lib. 2. 20. 187.
Pro ſalute Reipublicæ tenetur ciuis vitam, ſi opus fuerit, amittere, lib. 2. 8. 136.
Samsõ ex Diuina reuelatione ſe ipſum peremit, l. 1. c. 2. n. 39.
Sanguinem ſuum redimere qualiter qualiter quiſque poteſt, lib. 1. c. 2. n. 83.
Sanguinis infectio ab actu interno prouenit, vt prolem inficiat, lib. 2. 8. 69.
Sanguinem ſuum redimere quomodocunque licet, n. 123.
Scholaſticus, aliusvè priuilegiatus an expelli poſſit ab æde conducta ob domini neceſſitatem? lib. 2. 15. 71.
Scienti, & conſentiẽti nulla fit iniuria, neque dolus, l. 2. 4. 9.
Scientia, & ignorantia iuramento probatur, niſi in contrarium extet præſumptio, lib. 2. c. 10. n. 15. & 16.
Senatores Supremi Conſilij Principis vtrum poſſint ſecundum propriam conſcientiam contrà allegata, & probata iudicare? lib. 1. c. 1. n. 17. & 18.
Sententia eſt nulla, quæ ex actis nequit iuſtificari, l. 1. 1. 10.
Non tranſit in rem iudicatam, nec partium conſenſu confirmatur, ibid.
Sententia prolata ex confeſſione facta Iudici, vt tali valet, ſi ſine ſcriptis in cauſa procedat, quamuis de ea non conſtet, niſi per aſſertionem ipſius Iudicis, ibid. num. 33. Reuocabitur ſi confeſſio negetur, nec poſſit teſtibus comprobari, ibid.
Sententia lata ex inſtrumento verbaliter producto duntaxat non tenet, ibid. n. 36.
Sententia Supremorum Iudicum in Regijs Prætorijs reſidentium intra quam ſummam valeat, etſi tria vota conformia non concurrant, ibid. n. 54.
Sententia Principis præcipitanter lata ante diem trigeſimum exequenda non eſt, lib. 2. 8. 30.
Sententia vnica cuiuſcunque Iudicis cauſæ terminari non ſolent, lib. 2. 1. 15.
Sententia lata ſecundum vnius ex litigantibus declarationem ex eorum conſenſu valet, lib. 2. 13. 6.
Prolata iuxta depoſitionem peritorum poteſt, alijs electis, retractari, n. 31.
Sepultura Eccleſiaſtica ſe ipſum occidenti denegatur, lib. 2. 1. 88. Quid ſi defunctus laqueo ſuſpenſus, aut in puteo reperiatur, ibid.
Sequeſtrum triplex, lib. 1. 18. 50.
Sequeſtrum neceſſarium regulariter vetitum eſt, nec fieri permittitur, niſi in caſibus iure expreſſis, ibid. n. 51. 52.
Sequeſtrum fieri, petens, docere debet, eo caſu de iure eſſe permiſſum, ibid. n. 53.
Sequeſtrum, aliquo legitimè poſſidente, faciendum non eſt, licèt rixæ alioquin timeantur, ibid. n. 54. Quibus caſibus ſecundum ius ſequeſtrum fieri poſſit, ac de ſequeſtris obligatione, remiſſiuè, ibid.
Quando per ſequeſtrum amittatur poſſeſſio, ibid. n. 55.
Seruitutes diſcontinuam cauſam habentes vtrum decem, vel viginti annorum præſcriptione acquirantur? lib. 1. 17. 118.
Seruitus paſcendi in agro alieno quanto tempore præſcribatur, ibid. n. 120.
Seruitus diſcontinua debetur, allegato titulo, & probata decennali poſſeſſione, ibid. n. 122. Probanda ſimul eſt patientia domini fundi ſeruientis, n. 123.
Seruitus diſcontinua decennali poſſeſſione cum titulo, & bona fide quæritur, ibid. n. 127.
Ad ſeruitutum præſcriptionem vtrum deſideretur titulus? ibid. n. 128.
Seruitutes iuri naturali permiſſiuo ſunt contrariæ, lib. 2. c. 3. n. 5.
Serui etiam bello iuſto capti licitè fugiunt, vt libertatem conſequantur, lib. 1. 2. 73. Idem eſt de prole eorum, etſi edita apud dominum fuerit, ibid.
Serui fugitiui ſui ipſorum furtum faciunt, ibid.
Seruus fugitiuus ſui ipſius furtum committit, lib. 2. cap. 20. n. 151. Ad Eccleſiam cum armis vetitis confugiens quomodo domino reddendus, n. 220.
De ſignificatione ac vi particulæ, *ſeu*, latè agitur, lib. 2. c. 5. n. 58. & ſeqq.
Simile non eſt idem, lib. 1. 10. 7.
Simile quid dicatur, lib. 1. 11. 24.
Similes caſus qui dicantur, lib. 2. c. 5. nu. 43. Continentur ſub diſpoſitione, ibid.
Simonia in reſignatione, vel commutatione beneficiorum poteſt cõmitti, licèt nihil interueniat temporale, li. 1. 5. 15.
Eſt vera ſimonia, quæ aduerſus ius Eccleſiaſticum duntaxat committitur, ibid. n. 18. Contrà qui docent, n. 19.
Simonia vtrum dari poſſit abſque interuentu alicuius rei temporalis? ibid. n. 21.
Simonia quæ vitia contineat, ibid. n. 22.
Simonia non eſt, beneficium propter cognationem conferre, ibid. n. 23.
Ob ſimoniam aduerſum ius ſolum Eccleſiaſticum non priuatur aliquis beneficio, ibid. n. 32.
Simonia non patratur, ſeruiendo Epiſcopo principaliter, vt ab eo ex gratitudine beneficiũ recipiat famulus, li. 1. 10. 35.

Simoniæ reus non eſt Prælatus aſſerens famulo, ſe ei beneficium conferre in remunerationem obſequij, ad quam ex ſola gratitudine tenebatur, ibid. n. 37.
Simulatio abſque fraude eſſe non poteſt, lib. 1. 7. 84.
Simulatio, non eſt vnum contractum pro alio ſupponere, dolo ceſſante, ibidem.
Singula quæ non proſunt, multa collecta iuuant, lib. 1. 7. 107.
Societas morte finitur, & locatio eius acceſſoria, l. 2. 15. 11.
Sodomita an gaudeat Eccleſiæ immunitate, lib. 2. 20. 196. Clericus traditur curiæ ſeculari, ibid.
Solemnitates quæ in alienatione rerum Eccleſiaſticarum requiruntur, remiſſiuè, l. 1. c. 3. n. 49.
Quæ ſolemnitas requiratur in alienatione bonorum Eccleſiæ, lib. 2. 17. 4. cum ſeqq. Præſumitur ex lapſu 40. annorum in emphyteuſi Eccleſiaſtica interueniſſe, n. 53.
Solemnitates in alienatione bonorum Eccleſiæ requiſitæ an conſuetudine tolli poſſint? n. 58. cum ſeqq. Omittuntur de conſuetudine in emphyteuſi, ſecus in alienatione perpetua, n. 62.
Solutio ab eo, qui bona alterius adminiſtrat, facta pro domino, etſi perſona ſit coniuncta, donatio non præſumitur, lib. 2. 8. 115.
Solutio facienda tribus terminis, tempore non expreſſo, quomodo intelligatur, lib. 2. 11. 36.
Solidus vnde dictus, lib. 1. 11. 19.
Solidorum valor, ibid. n. 20.
Solidus, & aureus an diſtinguantur? ibid. n. 21.
Specialitates plures circa eandem rem concurrere poſſunt, cum à diuerſis cauſis proueniunt, lib. 1. 7. 88.
Species logica quomodò à legali diſtinguatur, lib. 1. 13. 6.
Sponſa de futuro habet hypothecam tacitam pro rebus datis in dotem futuram, lib. 1. 7. 5. Et cum priuilegio prælationis, n. 34.
Sponſa de præſenti alterius meretricem appellans, canere palinodiam compellitur, lib. 1. 11. 16.
Sponſa de præſenti vxoris appellatione continetur, ibid.
Statutum valet, vt pater pro delictis filij intra legitimam teneatur, lib. 1. 8. 83. Non comprehendit nepotes, n. 85.
Irrogans pœnam abſciſſionis membri intelligitur de manu, lib. 2. 9. 65.
Imponens pœnam pro vnoquoque actu vetito quomodo interpretetur, ſi idem actus incontinenti ſæpè repetatur, lib. 2. 10. 95.
Contra ius commune debet reſtringi, lib. 2. 11. 9.
Statuto in quibus cauſis caueri poſſit, vt ſtetur vnius teſtimonio, lib. 2. 13. 3.
Statuta laicorum quando Eccleſiaſticos obligent, lib. 2. 18. 23.
Contrà ſtipulatorem in dubijs reſpondendum eſt, lib. 1. 13. 44.
Stipulatione pro abſente ante eius acceptationem nulla quæritur obligatio, lib. 1. 14. 46.
Stipulari pro alijs, quæ perſonæ de iure communi poſſint, ibid. n. 47.
Stipulari pro alio, quomodò iure Canonico liceat, ibid. num. 50.
Stipulari alteri per alterum fauore cauſæ piæ permittitur, ibid. n. 53.
Subreptio quid ſit, & an ab obreptione diſtinguatur, lib. 1. 20. 13.
Subrogatum ſapit naturam eius, cuius loco ſubrogatur, lib. 1. 5. 34. & cap. 4. n. 10. eiuſd. lib.
Subrogatum ſapit naturam eius, cuius loco ſubrogatur, lib. 2. 12. 35.
Subſtitutus ſi abſque liberis quis deceſſerit, non cogitur probare, filios mortis tempore non extitiſſe, lib. 2. 6. 33. & c. 7. n. 31. Quid ſi conſtet aliquando inſtituto liberos fuiſſe? lib. 2. 7. 24.
Sic ſubſtitutus an obtineat, ſi inſtitutus, & liberi eius moriantur, nec appareat quis prior mortuus fuerit? lib. 2. 6. 33.
Pupillaris, ſiuè agat, ſiuè defendatur, probare tenetur inſtitutum intra impubertatem deceſſiſſe, lib. 2. cap. 7. num. 35. & 36. Quid ſi contendat cum inſtituto ab ipſo, cui ſuccedere deſiderat? n. 37.
Subſtitutio euaneſcit cum inſtitutus, & ſubſtitutus pariter obeunt, lib 2. 7. 43.
Succeſſor ſingularis non tenetur regulariter ſtare locationi, lib. 2. 15. 30. Quando fallat, remiſſiuè, ibid.
Qui fiſco ſuccedit, agere aduerſus colonum, abſque ceſſione poteſt, ibid. n. 31.
Succeſſor ſingularis redimens rem ex pacto retrouendendi, ſtare debet locationi, ibid. n. 34.
Succeſſor abinteſtato, vt hæreditatem conſequatur, ſatis eſt, ſi probet ſe cognatum eſſe vbi certus gradus non deſideratur, lib. 2. 6. 33. 34.
Singularis ad onera hæreditaria non aſtringitur, nec defunctum repræſentat, lib. 2. 2. 3.
Singularis neceſſarius non cogitur ſtare locationi, lib. 2. 15. 19. Quid ſi Eccleſiæ ſuccedat, n. 28.
Summa minor in affirmatiua ſub maiore continetur, lib. 1. 2. 24. & c. 20. n. 79. eiuſd. lib. Fallit, ſi aliud de mente loquentis appareat, d. c. 20. n. 90.
Maiorem ſummam petens, & minorem tacitè cenſetur poſtulare, ibid. dict. num. 24.

T

TAciti, & expreſſi idem eſt iudicium, lib. 1. 6. 27. & c. 19. n. 66. eiuſd. lib.
Tacitum aliter expreſſum ſolet operari, l. 2. c. 14. n. 47.
Taciturnitas eius, quo cognito, Princeps gratiam denegaret, non ſemper facit reſcriptum irritum, lib. 1. 20. 48.
Taciturnitas veritatis quando vitiet reſcriptum motu proprio expeditum, ibid. n. 49.
Taciturnitas circa cauſam finalem non nocet, ſi probetur, Principem aliàs cognouiſſe, quod ſuppreſſum eſt, ibid. num. 60.
Taciturnitas eorum, quæ leges exprimi præcipiunt quomodocunque contingat, irritat gratiam, ibid. n. 62.
Taciturnitas exprimendorum de ſtylo Curiæ reſcriptum annullat, ibid. n. 72.
De talionis pœna qui ſcripſerint, remiſſiuè, lib. 2. 9. 2. Eſt acerba, & quare à Deo Hebræis impoſita, n. 5.
Tantum res valet, quanti communiter, penſatis circumſtantijs, vendi poteſt, lib. 2. c. 3. n. 24. & 35.
Taxatio non impedit extenſionem, quæ de iure fieri debet circa diſpoſitionem, lib. 2. 5. 48.
Temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum, lib. 1. 9. 25.
Tempore non tollitur perſonæ incapacitas, lib. 1. 10. 63.
Tempus inſpicitur in quod diſpoſitio confertur, non in quo actus fit, lib. 2. 8. 86.
Præſcriptum de iure Hiſpano ad ſubhaſtanda bona debitorum in quibus cauſis coarctetur, lib. 2. 11. 17.
Longum quod dicatur, lib. 2. c. 16. n. 11. & 12.
Terminus vniuerſalis efficit, vt ea veniant in diſpoſitione, quæ aliàs non continerentur, lib. 2. 5. 2.
Tertiarij, vulgò, *Terceros, ò Beatas*, vt gaudeant priuilegijs Religioſorum, quæ ſeruare debeant, lib. 1. 19. 71.
Vtrum ſint propriè Religioſi? ibid. Non capiunt relicta ſub conditione Religionis, aut nuptiarum, ibid. numer. 58. 71.
Ad præſcribendas contrà Reges Hiſpaniæ tertias, neceſſariò immemorialis poſſeſſio eſt probanda, lib. 1. 17. 116.
Tertium ex cumulo bonorum debetur, prius ære alieno detracto, lib. 2. 2. 13.
Tertius poſſeſſor non conuenitur ex *l. 2. C. de reſc. vendit.* niſi aliquid ſit, quod ei poſſit imputari, lib. 2. 3. 96.
In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretamur, lib. 1. 20. 51.
Teſtatoris diſpoſitio eſt conſideranda ſecundum tempus mortis, in quod confertur, lib. 1. 13. 5.
Teſtamento diſpoſita poſt mortem teſtatoris conferuntur, lib. 2. 8. 86.
Teſtatori præcipienti, ne ſepeliatur eius cadauer parendum non eſt, lib. 2. 1. 77.
Præſumitur, velle quanto minus poſſit hæredem grauare, lib. 2. c. 5. n. 5. & 36.
Teſtimonium in iudicio abſque iuramento de partium conſenſu probat, lib. 2. c. 13. n. 11. 12. Limitatur in actuis,

duis, n.13. Per ſcripturam regulariter non valet, nu.39. 40. Limitatur, nu 41. Iudiciali ſtandum eſt, licet teſtis extra iudicium affirmet, falsò ſe depoſuiſſe, nu.65. Poſterius non valet, quoties priori contrario non creditur, n.91. Prioris fides minuitur, etſi valet, ob poſterius contrarium, ibid. Extortum in tortura potius eſt priore abſque tormentis, n.93. Quid ſi vtrumque in tortura feratur, n.94.

Teſtibus quanta fides ſit adhibenda, ab animo, & arbitrio pendet iudicantis, lib.1.1.31.

In teſtibus locus non eſt deciſioni *l. diem proferre, §. ſi plures, ff. de recept. arbitr.* lib 1.2.36.

Teſtis an probet læſionem vltra dimidiam aſſerens rem centum, & amplius valere, lib.2. 3.22.

Non eſt ſatis idoneus in cauſis pecuniarijs, qui minus in bonis habet, quam lis eſt, lib.2. 6. 44. Deponens de negatiua non coarctata, eſt ſuſpectus de falſo, licèt puniri nequeat, n.56.

Teſtis falsò teſtificatus in reum in cauſa ex qua pœna corporalis venit imponenda, talionis pœnam ſubit, lib.2. 9. 13. Si effectus non ſequatur arbitrariè punitur, num.14.

Teſtes plures falſos in eadem lite etiam ex interuallo producens vnica pœna falſi coërcetur, lib.2.10.100.

Duo ſaltim ad legitimam probationem requiruntur, lib.2. 13. 1. Nec ſufficit vnus quacunque dignitate refulgens, n.2. Quid ſi ſtatuto caueatur, n.3. Vnico in quibus cauſis credatur, remiſſiuè, nu.4. Creditur ex conſenſu litigantium, n.7. & 9. Teſti non iurato fides non adhibetur, num. 10. cum ſeqq. Facit aliqualem præſumptionem, num. 14. Teſtem approbans, aut producens an poſſit contra eius perſonam obijcere, aut probare contrarium? num. 15. cum ſeqq. Teſtis vt non per ſcripturam deponat, multum intereſt, num. 43. 44. Deponenti in iudicio contra id quòd extra aſſeruit, an credatur? num. 56. Quomodo puniatur, n.58. Quid ſi vtrumque dictum ſit cum iuramento? n.59.60. Quid ſi prius latum eſt in iudicio nullo, poſterius in valido? n.61.

Teſte in eodem iudicio contraria deponente, cui depoſitioni ſtandum remiſſiuè, lib.2. c. 13. n.62. 63. Dicenti aliud in iudicio, & aliud extra minùs creditur, num.64. Aſſerenti in articulo mortis falsò depoſuiſſe non creditur, n.66. Contrarium in eadem depoſitione dicens nullam fidem meretur, n. 77. 78. Quando cenſeatur dicere contraria, & quomodò puniatur, n.79. Teſtis in continenti dictum ſuum corrigere poteſt, num. 80. Quando dicatur in continenti corrigere, nu. 81. & ſequentibus. An ſit admittendus ad correctionem? Iudicis relinquitur arbitrio, num. 84. Errorem probans poteſt ſe ex interuallo retractare, n.85. Ad corrigendum vt admittatur in continenti debet errorem allegare, n.86. Fallit fauore fidei, n. 98.99. Teſtes ad corrigendum teſtimonia ſua Notarius abſque Iudicis authoritate admittere non poteſt, n.87. Deponens in eadem cauſa contra id, quod teſtificatus eſt, prius dictum non tollit, n.88.89. Limitatur, nu. 90. Teſtis deponens contraria etiam in diuerſis iudicijs, falſi pœna coërcetur, n.92. Teſtibus negantibus depoſitionem prout eſt in actis an ſit credendum? n. 100. cum alijs. Teſtium receptio cui incumbat, & quando committi Tabellionibus poſſit, n.101. cum ſeq. Teſtium receptores, qui ſunt in Cancellarijs, eos torquere non valent, n.108. A quibus examinentur in cauſis nobilitatis, nu. 109. Quomodo in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis, n.110. Teſtes an, & quot authoritatem, ac fidem publicis inſtrumentis tollere valeant? num.120. cum ſeqq. Teſtis præſumitur omni exceptione maior, ſed ſi à lege ea qualitas requiratur, probari debet, n.121.

Textus in §. *Gallinarum, inſtit. de rer. diuiſ.* exponitur, l. 1. c. 3. n.82.

Textus in *authentica de reb. Eccleſ. § Si vero verba*, declaratur, lib.2.1.48.

Text. in *cap. 1. de conſuet.* exponitur, lib.2.17.60.

Text. in *authent. de non alienand reb. Eccleſ. §. Emphyteuſim*, & §. *Licentiam*, conciliantur, n.64. cum alijs.

Tractatus vnicus ſufficit in alienatione bonorum Eccleſiæ, lib.2.16.26.

Tranſactio de crimine non impedit, quòd reus de eo poſſit accuſari, lib.2.10.29.

Facta cum eo, cui Primum vindicta competit, cæteri cum prærogatiua ad accuſandum non admittuntur, n.30.

Tranſigens cum eo ab accuſatione amplius reijcitur, etſi pactum ex illius parte non impleatur, n.31.

Torqueri nequeunt in dignitate conſtituti, lib.2.7.41. Nec inſignis in aliqua arte, ſi timeatur, quod reddatur inutilis ad eam, lib.2.9.69. De alijs perſonis, quæ torquendæ non ſunt, n.42. cum ſeqq. Hæ perſonæ an terreri queant? n. 47. Pro quibus delictis priuilegiati torquendi ſunt, num. 50.

Tortura à quibus inchoanda, ſi maſculus, ac fœmina ſint torquendi, lib. 2. 7. 4. Torturæ terror tormentorum æquiparatur, lib.2.9.49.

Expendens ſubſtantiam pupilli in propriam vtilitatem, dolum admittit, lib. 2. 14. 29. Cui remiſſa eſt inuentarij confectio, tenetur deſcriptionem bonorum pupilli facere, num 38. Tutori dolus vetus futurus remitti non poteſt, ſecus præſumptus, n.52.54. Non conficiens inuentarium quibus pœnis afficitur, remiſſiuè, n.55. Contra tutorem ex quibus cauſis iuretur in litem, n.53. cum ſeqq. Et quando contra eius hæredes, n. 60. Pupilli hæres iurare non valet, n.61.

Turpis perſona quæ ſit, vt, ea inſtituta, legitima fratribus debeatur, lib.1.19.111.

Vbi datur turpitudo vtriuſque partis, melior eſt conditio poſſidentis, lib.1.7.90.

Tutor debet ſtare locationi de bonis pupilli ab alio tutore factæ, l.2.c.16.n.11.& 12.

Quod tutius eſt, in dubijs eligendum, lib. 1.20.52.

V

VAlor cenſuum redimibilium de iure Regio, lib.1. 9.56.

Valor ſolidorum, lib.1.11.20. Marabatinorum, remiſſiuè, num. 23.

Valor beneficij, pro quo ſupplicatur, eſt neceſſariò precibus inſerendus, lib.1.20.73.

In valore beneficij non computantur quotidianæ diſtributiones, nec quod pro anniuerſarijs accipitur, ibid. n.88.

An qui habet vnum beneficium, ſi aliud impetret, teneatur illius valorem explicare? ibid. n.87.

Valorem rebus quis dare poteſt, lib.2. 3.27.

Venalia legato bonorum omnium continentur, lib.2. 5.2. Quid in donatione, & alijs diſpoſitionibus? num.4. Non veniunt, ſi certum bonorum genus etiam vniuerſaliter relinquatur, n.5.

Vendentes vltra taxam legis in vtroque foro coguntur reſtituere, lib.2. 3.7.

Vendere licet cariùs ad creditum ob periculum ſortis, aut expenſas in exactione veroſimiliter faciendas, n.36.

Vendere compellitur quiſque pro iuſto pretio victui neceſſaria neceſſitatis tempore, n.43.

Vendere ad creditum pro pretio currenti ſolutionis tempore quando liceat, num.32. Vendere quis poteſt pro pretio, quod in futurum curreſit, ſi in illud eſſet merces ſeruaturus, nu.54. Poteſt paciſci de pretio currente tali die, vel menſe, ſed non de ſummo, n. 56. Vel tempore, quod ipſe elegerit intra tempus, in quod merces ſeruaret, n.57. Vendere cariùs ad creditum, licet propter lucrum ceſſans, num.58. Vendere cariùs ob dilatam pretij ſolutionem, vſura eſt, nu. 65. Vendens rem fructiferam, habita fide de pretio, paciſci poteſt, vt ſibi aliquid vltra pretium currens præſtetur in fructuum compenſationem, n.68.

Vendens vltra iuſtum pretium, vel infra illud emens, etſi læſio non excedat dimidiam eius, grauiter peccat, & ad reſtitutionem obligatur, lib. 2. c.4. nu.56.57. Limitatur, n. 58. Vendere num liceat vltra iuſtum pretium ſcienti illud? n.70.71.

Vendens duobus eandem rem in ſolidum, ei, qui ſuccumbit, ad intereſſe tenetur, lib.2.19.13. Vendens ac tradens rem alienam, ſi poſt ea dominus eius efficiatur, dominium ex præcedenti traditione ad emptorem tranſit, num.50.

Venditione facta ſub haſta, competit læſis remedium *l. 2. C. de reſc. vend.* lib. 2. 5. n. 40. 41. vbi quod in foro conſcientiæ ?
In venditione eius, quod pendet à viribus fortunæ, vtrum locus ſit *l. 2. C. de reſc. vendit.*? lib. 1. 5. 67.
Differencia inter venditionem cum pacto: *Si placuerit*, vel cum pacto: *Niſi diſplicuerit*, lib. 1. 9. 3.
Venditori inopi non nocet præſcriptio, quominùs redimere ex pacto retrouendendi poſſit, ibid. n. 33.
Venditori poſſidenti præfata præſcriptio nequit obijci, ibid. n. 48.
In venditione cuiuſque rei veniunt, quæ eidem cohærent, vel accedunt, lib. 1. 15. 5.
Venditio quando contrahatur, ſi res, & pecunia pro re præſtentur, lib. 2. 4. 44. cum ſeqq. Modico pretiu facta an natiuitate filiorum reuocetur? n. 75.
Non valet, ſi paciſcatur, ne dominium in emptorem tranſeat, lib. 2. 16. 16.
Venditio eiuſdem rei, vel donatio à Principe duobus facta an valeat? remiſſiuè, lib. 2. 19. 37.
Venditione eiuſdem rei, cum duobus celebrata & vtrique traditione facta, ille prior poſſeſſionem adeptus in dubio præſumitur, qui prius contraxit, n. 41. Venditio rei alienæ inter ſcientes valet, n. 50.
Venditor quando cenſeatur vltra dimidiam læſus, lib. 2. 3. 69. læſus vltra dimidiam agere poteſt aduerſus deceptorem, etſi rem non poſſideat, imò etſi apud tertium poſſeſſorem pereat, n. 87. & lib. 2. c. 4. n. 78. Quid ſi res ſit extincta penes emptorem? n. 76. 77.
Venditor præcisè rem tradere debet, cum poſſit, lib. 2. 19. 14. cum alijs. An iuretur in litem contra venditorem, qui rem tradere renuit? num. 18. Quod delictum committat, & qua pœna teneatur, ſi dolo duobus in ſolidum eandem rem vendiderit, n. 61. Venditori licet rem eandem alij vendere, ſi prior emptor pretium tempore præfixo non ſoluat, n. 61.
Ad veniam delicti impetrandam à Principe mentio facienda eſt de alia, ſi ab eodem ſupplicante fuerit obtenſa circa idem criminis genus, lib. 1. c. 20. n. 91. & 92. Limitatur, n. 94.
Veniam petens à Principe pro delicto, narrare debet ſimile, quod anteà commiſerat, ibid. n. 95.
Veniam poſtulans pro homicidio proditoriè commiſſo, eam qualitatem tenetur Principi declarare, ibid. n. 97.
Veniæ facilitas incentiuum exhibet ad delicta, lib. 2. 9. 19.
Venia vbi venalis eſt, datur libertas delinquendi, num. 17. ibidem.
Verbum, *Reſtituere*, rem cum fructibus reddendam eſſe ſignificat, lib. 2. 3. 74.
Verba iuxta proferentis mentem debent intelligi, lib. 2. 5. 27.
Ita accipienda ſunt, vt delictum euitetur, & pœna, lib. 2. 16. 22.
Verbum, *Perpetuum*, non ſemper temporis infinitatem denotat, lib. 2. 17. 64. Verba vſurpanda ſunt ſecundum naturam, actus, qui geritur, n. 74. Accipiunt interpretationem à forma, & ſolemnitate, quæ adhibetur, n. 75.
Verba contrahentium iuxta ſtatutum intelliguntur, lib. 2. 18. 22.
De verbis poſitis in lege ad caſus narrationem, curandum non eſt, lib. 1. 3. 87.
Verba, *quandocunquè*, *perpetuò*, & ſimilia non excludunt triginta annorum præſcriptionem, lib. 1. 9. 13.
Per verbum: *Mentiris*, irrogatur iniuria, lib. 1. 11. 4.
Verba contumelioſa in iudicio prolata, quæ ad cauſæ conducunt defenſionem, abſque iniuriandi animò dicta præſumuntur, ibid. n. 56.
Verba iuxta intentionem proferentis tenemur intelligere, lib. 1. 13. 24. & c. 16. n. 10. einſd. lib.
Sunt ſecundum communem loquendi vſum accipienda, lib. 1. 19. 73.
Verborum proprietas cedit communi loquendi ſtylo, lib. 2. 20. 14.
Veritas omnem ſuperat præſumptionem, lib. 1. 3. 42.
Veritas rei agentium verbis imitari non poteſt, lib. 2. c. 17. num. 27.
Via exequutiua etiam cum mala fide debitoris præſcribitur, lib. 1. 9. 16.
Vicarius Generalis an poſſit præſtare authoritatem alienationi bonorum Eccleſiæ? l. 2. c. 17. n. 13.
Vidua quæ dicatur, vt ipſi conditio abſtinendi à nuptijs validè apponatur, lib. 1. 19. 31.
Vidua nubendo amittit legatum ſibi ſub conditione, *Si non nupſerit*, ibid. n. 61.
Vidua gaudet priuilegijs, quibus ob defuncti mariti perſonam potiebatur, l. 2. c. 9. n. 43.
Duo vincula vincunt vnum, lib. 1. 16. 38.
Vim licet inferre in foro animæ poſſeſſori, à quo dominus rem propriam aliter recuperare non poteſt, lib. 1. 2. 102. Etiam cum morte poſſeſſores iniuſti, ibid. n. 105.
Vim fieri debitori generis, vt ſoluat, nefas eſt, ibid. n. 106.
Viſitare quomodo in ſacris litteris accipiatur, l. 2. cap. 8. num. 19.
Vitam exponere periculo mortis ob iuſtam cauſam, non eſt illicitum, lib. 1. 2. 44.
Vita regulariter magis diligitur, quàm fama, ibid. n. 55.
Vitam propriam abbreuiare num liceat? remiſſiuè, ibidem num. 65.
Vitam bono communi quis poſtponere debet, ibid. n. 81.
Pro tuenda vita licet inuaſorem occidere, ſi aliter periculum vitari non poſſit, lib. 1. 11. 8.
Vitam hominis cur Ægyptij centum annos excedere non poſſe opinabantur, lib. 2. 7. 25. cum alijs.
Vitam alterius allegans probare debet, n. 30.
Vitam propriam pro aliena ſeruanda amittere quis licitè valet, lib. 2. 8. 135.
Viuere hominem ad centeſimum annum hodiè rarum eſt, lib. 2. 7. 27. Non præſumitur, n. 28.
Vniuerſalis propoſitio à generali in quo differat, lib. 1. 13. 4.
Vniuerſale aliud reſpectu verborum, ibid. n. 7. Aliud iuris, & facti aliud, n. 8.
Vniuerſitate vendita, non dicuntur vendi ſingula, quæ ſub illa continentur, ibid. n. 14.
Vniuerſitas hæreditatis vel in vnica re conſiſtit, ibid. n. 41.
Vniuerſitas perſonarum poteſt committere crimen excommunicatione dignum. lib. 2. 8. 133. Dupliciter conſideratur, 140. 141. Excommunicari nequit, n. 137. Interdicto Eccleſiaſtico ſubijcitur, n. 150.
Voluntati tacitę plus tribuendum non eſt, quam expreſſæ, lib. 1. 6. 27.
Voluntas interpretatiua non ſufficit ad ea, quæ ſpecialiter agenda ſunt, lib. 1. 6. 18.
Quod à voluntate aliena pendet, difficilè valdè iudicatur, lib. 1. 8. 56.
Voluntas interpretatiua non ſufficit, vbi quid ſpecialiter agendum eſt, lib. 2. 5. 55. Sufficit in vltimis diſpoſitionibus, ibid.
Abſque voluntate non peccatur, lib. 2. 8. 142.
Voto ingrediendi Religionem non ſatisfacit, qui in Militari profitetur, lib. 1. 19. 76.
Vouens ingredi Religionem, ſi in alijs non admittatur, non tenetur Militari ſe adſcribere, ibid. n. 77.
Vſucapio ſine poſſeſſione non procedit, lib. 1. 3. 33.
Vſucapi res à domino non poteſt, ibid. n. 36.
Vſufructuarius poteſt vſumfructum alienare, neque ipſum amittit, lib. 1. 8. 44.
Nil proprium habet in fructibus, antequam eos percipiat, lib. 1. 15. 16.
Vſufructuarius ſoluens debitum defuncti ad quod res, qua fruebatur, erat obligata, an repetere ſolutum poſſit ab hærede? lib. 2. 1. 7. cum ſeqq. Vſufructuarius partis bonorum à creditoribus hæreditarijs nequit moleſtari, n. 11. An poſſit creditores ſine ceſſione conuenire, n. 23. Vſufructuarius bonorum omnium actione in rem conueniri poteſt, n. 29. item pro annuis legatis, ibid. Non tenetur ad legatorum, quæ annua non ſunt, ſolutionem, num. 38. Non concurrit in vſufructu cum legatario particulari, niſi aliud teſtatorem voluiſſe ex coniecturis colligatur, num. 39.
Vſufructuarius legalis, in quo differat ab vſufructuario ex hominis diſpoſitione quoad legata ſoluenda, n. 43.

Iſ

Google

INDEX.

Is, cui vſusfructus rei certæ relinquitur, non tenetur hæreditarijs creditoribus, lib. 2. c. 2. n. 2. Limitatur, n. 4. 5.

Vſufructu hæreditatis relicto, vſufructuarius non cogitur creditoribus hæreditarijs reſpondere, n. 6. Vſufructu legato, legatarius obligatur ad onera rei, qua fruitur, impoſita, n. 28. Quæ onera ad vſufructuarium de iure ſpectent, remiſſiuè, n. 28. Quid legato vſusfructus bonorum omnium contineatur, ibid.

Vſuram non admittit mutuans, principaliter ob ſpem conſequendi aliquid vltra ſortem ex liberalitate mutuatarij, lib. 1. 10. 36.

Vſura an committatur deducendo in pactum; vt mutuatarius ad ſimile beneficium reddendum ex gratitudine teneatur? remiſſiuè, ibid. n. 38.

Vſura num ſit, ratione mutui amicitiam in pactum deducere? ibid. n. 39.

Vſura non eſt vendere, habita fide de pretio, ſummo pretio, quod præſenti pecunia infimo venderetur. lib. 2. 3. 18.

Vſura non cenſetur vendere merces cariùs, quàm præſenti pecunia venderentur, vbi eſt conſuetudo vendendi ad creditum, ſi iuſtum pretium non excedatur, n. 47.

Vſura non eſt vendere carius ad creditum, ſi iuſtum precium non excedatur, nu. 48. Aut ſi res eſſet in tempus, quo plus valerent, venditor ſeruaturus, n. 51.

Vſura eſt vendere, habita fide de pretio, quanti pluri̇̄mi res venire poſſit vſque ad certum tempus, ita vt pretium currens tempore contractus augeri, & non minui poſſit, num. 53.

Vſuræ moderatæ ad maius malum vitandum tolerari poſſunt, lib. 2. 4. 55.

Vſurarij manifeſti cadaver Eccleſiaſticæ ſepulturæ non traditur, niſi hæres vſurpata reſtituat, aut cautionem præſtet, lib. 2. 1. 75. Vſurarius manifeſtus quis ſit, remiſſiuè, ibid.

Vſurarius in foro externo quis non cenſetur ex eo ſolùm quod ad creditum cariùs vendit, aut anticipata ſolutione viliùs emit, lib. 2. 3. 66.

Vſus loquendi communis præponitur verborum proprietati, lib. 2. 28. 11.

Vſufructu extincto ante fructuum collectionem, omnes ad dominum proprietatis ſpectant, qui ſoluere tenetur expenſas, lib. 1. 15. 17.

Vſusfructus decem, vel viginti annorum præſcriptione acquiritur, lib. 1. 17. 119.

Vtile per inutile quando vitietur, lib. 2. 16. 50.

Vulnerato in articulo mortis conſtituto non creditur aſſerenti ſe à Caio percuſſum, lib. 2. 13. 67. Limitatur, n. 68. Facit aliquam præſumptionem, n. 69. Et poteſt indicatus capi, n. 71. Vulneratus ſi aſſerat, ſe à Titio non fuiſſe percuſſum, exoneratus torqueri non poteſt, qui aliàs torqueretur, n. 72. Ampliatur, n. 73. Limitatur, n. 75.

Vulnus inferens ad quos ſumptus teneatur, lib. 2. cap 10. num. 50.

Vulnerans, & occidens in eadem rixa vnius criminis reus habetur, n. 85. Secus ſi alius vulneretur, & alius occidatur etiam ad eundem finem, ibid.

Vxor eximens à vinculis publicis virum ſuum, ſe ipſam videtur liberare, lib. 1. 2. 96.

Non cenſetur facilè poſſe remouere impedimentum, vt ſtare in iudicio valeat, lib. 1. c. 8. n. 54. & 57. Fallit ſi ſolita ſit cauſas ſuas in iudicio tractare, n. 58.

Vxoris appellatione ſponſa de præſenti continetur, lib. 1. 11. 16.

Vxor poteſt paciſci de morte viri, liberis excluſis, lib. 1. 13. 40.

Vxore vſufructuaria à marito relicta, filijs poſt eius mortem inſtitutis, quid iuris ſit? l. 2. c. 2. n. 35.

Vxores maritorum ſuorum prærogatiuis decorantur, lib. 1. c. 9. n. 45.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

G 2.